REPETITIONVM IN IVRE CANONICO CELEBERRIMORVM VTRIVSQVE IVRIS INTERPRETVM.

In Conſtitutiones Clementis Papæ V.

Tomus Sextus.

REPETITIO IN PROHEMIVM. CLEMENTINARVM.

Celeberrimi I.V.C.D. Aegidij Bellamera.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus vnde dicatur.*
2 *Doctoris eſt determinare & iura interpretari.*
3 *Dignitas nulla Epiſcopalis eſt maior alia dignitate epiſcopali.*
4 *Humilitas maior in Papa quam in Imperatore.*
5 *Papa tenetur ſubire onera ſingulorum in his quæ commune bonum reſpiciunt.*
6 *Doctores ſunt ſcholaribus in honoribus præferendi.*
7 *Excommunicati ſunt inhabiles ad ſalutationem Apoſtolicam.*
8 *Ius collegij ſeruatur in vno.*
9 *Attributa quæ non conueniunt corpori, referuntur ad ſuppoſita ipſius corporis.*
10 *Concurſus plurium iurium ſimul in eadem perſona non eſt impoſſibilis.*
11 *Qualitates diuerſæ in eodem ſubiecto exiſtentes concurrunt ambæ ad denominationem ſubiecti.*
12 *Diſpoſitiones in nullo caſu perplexæ concurrunt.*
13 *Cauſæ diuerſæ in eodem ſubiecto diuerſos producunt effectus.*
14 *Nomen æquiuocum & dubium in primario ſenſu debet accipi.*
15 *Interpretatio propriè dicitur tranſlatio vnius linguæ in aliam.*
16 *Vtilitas in nouis condendis magna debet eſſe.*
17 *Ius cum magna deliberatione & maturitate eſt condendum.*
18 *Iura ſunt inſtituta in gratiam generis humani.*
19 *Natura quotidie noui aliquid nititur inuenire.*
20 *Lex debet eſſe talis, vt per obſcuritatem neminem in captionem ducat.*
21 *Humana conditio ea eſt, vt in eanihil perpetuò ſtare poſſit.*
22 *Nihil eſt tam indubitatum quod non recipiat quandam ſollicitam dubitationem.*
23 *Clerici & laici quo ad peccata ſubſunt eccleſiæ.*
24 *Iura adptantur ad ea quæ frequenter contingunt.*
25 *Lex non poteſt omnia determinare.*
26 *Operabilium humanorum variatio eſt indeterminata.*
27 *Infinita non poſſunt ab intellectu humano comprehendi.*
28 *Definitio omnis in iure ciuili periculoſa eſt.*
29 *Vniuerſitas non poteſt alia ratione ſubſiſtere quam quod inferiora ſuperioribus ſubijciantur.*
30 *Interpretatio iurium pertinet ad eum qui ea iura ponit.*
31 *Altercationes ſunt propriæ ſophiſtarum.*
32 *Paſtoris officium eſt euellere peccata.*
33 *Animo non infertur violentia.*
34 *Negationes duæ ad idem relatæ vnam faciunt affirmationem.*
35 *Negatio vniuerſalis facit æquipollere vnum vniuerſale ſuo vniuerſali contradictorio.*
36 *Et etiam ſuo contrario.*
37 *Occupatio eſt animæ multum fructuoſa.*
38 *Termini huius vitæ tres ſunt.*
39 *Virtus nulla eſt exire de vita cum iam adeſt vita finis.*
40 *Mortis tria ſunt genera.*
41 *Senex ille dicitur qui ad extremum ſui facti peruenit.*
42 *Cauſa ad bonum & iuſtum, occaſio ad malum & iniuſtum tendit.*
43 *Laus in proprio ore ſordeſcit.*
44 *Scientia eſt acquirenda cum alacritate ſtudij.*
45 *Delectatio perficit operationes.*
46 *Homini nil melius lætitia.*
47 *Operatio ſecundum virtutem ducit hominem ad beatitudinem.*
48 *Ratio formalis obiecti cuiuslibet virtutis eſt bonum rationis.*
49 *Donum hominis aliud eſt in ſe aliud in ordine ad alios.*
50 *Verba & opera hominum ad tria deſeruiunt.*
51 *Virtutes decem morales principales ſunt ad rectificandas humanas paſſiones.*
52 *Iuſtitia principaliter attenditur circa illud quod exterius operatur.*
53 *Ius humanum poſitiuum ſufficiens non eſt ad gubernationem generis humani.*
54 *Nouis morbis, moribus & negotijs, noua antidota & iura ſunt præparanda.*
55 *Natura naturata nihil operatur niſi virtute naturæ naturantis. & numero 144.*
56 *Appetitus ſenſitiuus facile ad malum declinat.*
57 *Ius poſitiuum ſcriptum indiget ſuperioris authoritate.*
58 *Imperator debet imponere leges quæ ſecundum naturam veritati adaptantur.*
59 *In conſtitutionibus nouis promulgandis quattuor ſunt ponderanda.*
60 *Deus res deſperatas perducit ad finem.*
61 *Succeſſor honoris dicitur etiam ſucceſſor oneris.*
62 *Leges & conſtitutiones natura ſua debent eſſe generales.*
63 *Declaratio nil noui addit. & num. 98. & 124.*
64 *Poſſibilitas humana non poteſt habere medium.*
65 *Natura humana ad perfectionem peruenire non poteſt.*
66 *Occulta cordis humani ſoli Deo ſunt cognita.*
67 *Lex omnem iniquitatem expellit.*
68 *Omnis homo cuiuſque ætatis pronus eſt ad malum.*
69 *Adoleſcens eſt doli capax.*

70 *Qualitas intrinſeca ſemper præſumitur inesse in homine.*

71 *Motus naturalis inclinat potius ad malum, quam ad bonum. nu. 77.*

72 *Malum per ſe, bonum autem per gratiam quiſque mereri poteſt.*

73 *Gratia ſemper parata eſt eam accipere volenti.*

74 *Homo ſubtiliori ſpeculatione indiget in bono quam in malo.*

75 *Senſualitas eſt inclinatio animæ, qua afficitur ad delectabilia corpori, & num. 145.*

76 *Ius naturale eſt ſpiraculum a Deo in hominem ſpiratum.*

78 *Lex neminem ad perfectionem ducit.*

79 *Euangelium dat ſalutem omnibus credentibus per Dei filium.*

80 *Iura diuerſa ob diuerſitatem negotiorum inuenta ſunt.*

81 *Scientia ſpecialis parentum facit prolem illegitimam. & numero 94.*

82 *Legis natura eſt, vt omnes adſtringat. & nu. 95.*

83 *Factum contra legem per ignorantem ante duos menſes an ſit nullum.*

84 *Temporis lapſus in culpa, pœna & annullatione attenditur.*

85 *Ignorantia probabilis culpam tollit & pœnam ſubſtantiæ.*

86 *Venia danda eſt iuſtè ignorantibus inſtitutiones Principis.*

87 *Ignorantia locum non habet in factis particularibus.*

88 *Nec circa naturalem vel diuinam conſtitutionem cadit.*

89 *Conſtitutio de natura ſua non reſpicit præterita.*

90 *Ignorantia non cadit ad culpæ excuſationem.*

91 *Lex noua antiquæ ſubrogatur.*

92 *Beneficium alicui a iure indultum ei auferendum non eſt.*

93 *Tempus in publicationibus adijcitur propter ignorantes.*

96 *Obligatio delata in diem non arctat ante diem.*

97 *Appoſitio decreti ſortitur naturam ipſius conſtitutionis.*

99 *Conſtitutionis tempus eſt arbitrarium.*

100 *Conſtitutiones inferiorum ligant tantummodo scientem vel qui veriſimiliter ſcire præſumitur, & nu. 103.*

101 *Nec ligant probabiliter ignorantes.*

102 *Scientiæ præſumptio tollit probabilitatem ignorantiæ.*

104 *Diſtantia locorum & qualitas rerum & perſonarum conſiderantur in promulgatione conſtitutionum.*

105 *Conſtitutio inferioris habet a Principe tempus determinatum, infra quod ligare incipiat.*

106 *Nec ante tale tempus aliquem ligant.*

107 *Iudex in conſtitutionibus non debet arbitrari duos menſes a publicatione computanda.*

108 *Conſtitutio Concilij generalis requirit maius tempus quam conſtitutio vnius Epiſcopi.*

109 *Captor bannitorum debet habere præmium a ſtatuta comprehenſum.*

110 *Conſtitutiones publicatæ in audientia contradictarum Cur. Rom. an ligent infra duos menſes omnes, præſertim in locis remotiſſimis.*

111 *Conſtitutio forenſis & extraneos etiam comprehendit.*
Statutum laicorum nunquid liget clericos.

112 *Statuta laicorum in foro eccleſiaſtico non ligant clericos.*

113 *Filiusfamilias eſt habilis ad teſtandum tantummodo in legatis ad pias cauſas.*

114 *Lex & conſuetudo loci contractus in contractibus ſunt inſpicienda.*

115 *Epiſcopus non poteſt facere ſtatutum contra Peregrinos in ſua diœceſi celebrantes.*

116 *Delictum aut eſt de iure communi, aut de iure particulari.*

117 *Loca in quibus committuntur delicta, adſtringunt ſolum ſalutantes.*

118 *In inſtrumentis eſt apponendus, & locus, & menſis, & dies.*

119 *In libello conuentionali non eſt neceſſe exprimere diem vel locum contractus.*

120 *Nec dies, nec locus eſt in inſtrumentis ex conſuetudine apponendus.*

121 *Quæ namque ſint de ſubſtantia inſtrumenti.*

122 *Et contra ſubſtantiam ius nec conſuetudo valent.*

123 *Teſtis & notarius æquiparatur.*

125 *Teſtator poteſt nouum teſtamentum facere ſine conſenſu ambarum partium.*

126 *Error in latinitate non vitiat inſtrumentum.*

127 *Dolus non præſumitur niſi probetur.*

128 *Error in annis Domini procedit ex dolo vel lata culpa.*

129 *Tabellio tenetur parti læſæ.*

130 *Noua conſtitutio ad præſentia vel ad præterita trahitur.*

131 *Pendentia alia eſt conditionis reſolutiua, alia ſuſpenſiua.*

132 *Conditionis natura eſt retro ſtare.*

133 *Conſtitutio non concernit expreſſè futurum acceſſorium.*

134 *Conſtitutio loquens de contractu non concernit traditionem niſi per modum ſequelæ ad contractum.*

135 *Traditio neceſſario includitur ſub alienatione.*

136 *Proceſſus non irritatur per nouam conſtitutionem de eo non loquentem.*

137 *Ius naturale vel diuinum non ſufficit explicite ad deciſionem omnium caſuum.*

138 *Ius poſitiuum, canonicum vel ciuile eſt quædam explicatio iuris naturalis.*

139 *Studioſum nihil præter legis auctoritatem.*

140 *Dictio, per, denotat perfectionem.*

141 *Lex neceſſaria digeritur ſicut ſtomachus cibum.*

142 *Speciale derogat generali.*

143 *Legiſlator in legibus condendis non poteſt proſpicere omnes caſus particulares.*

146 *Nil certius morte, nihil incertius hora mortis.*

147 *Sors in hominem adhibetur ne diuinam indicat voluntatem.*

148 *Terminus a Deo præſtitus vitæ hominis non poteſt præteriri.*

149 *Excommunicatus actor non admittitur ad conueniendum iudicium.*

150 *Vir eſt perfectus qui in lingua non offendit.*

151 *Et in loquacitate leuis apparet.*

152 *Conſtitutio declaratoria ad liget præterita.*

153 *Priuilegia ſpecialia differunt a priuilegijs in corpore iuris clauſis.*

154 *Conſtitutum nouiter a Papa ſi nondum ſit promulgatum contra facientem non conſtituit transgreſſorem.*

IN nomine ſanctæ & indiuiduæ Trinitatis, glorioſiſſimæ Matris D e i, lecturam cſtitõtutionum Clementinarũ, (ſi lectura dici debeat) aggredior, eam ſubmittens correctioni, & determinationi eccleſiæ, & cuiuslibet melius ſentientis: proteſtans, quod ſi in præſenti opere vel alijs operibus meis, de lapſu linguæ vel calami, aut neceſſariorum negociorum præoccupatione, vel ex ſimplicitate, aut inaduertentia, vel fortè ex ignorantia aliqua iam dixero vel ſcripſero, id præter intentum, vel dicere, ſeu ſcribere me contigerit: ſi etiam in futurum aliqua dixero, vel ſcripſero, quæ veritati fidei catholicæ, aut determinationi eccleſiæ, vel bonis moribus quomodolibet obuiarent, ſeu errorem ſaperent, aut male ſonarent, illa ex nunc reuoco, & volo haberi pro non dictis, determinationibuſque eccleſiæ, & ſanctorum patrum ſemper & in omnibus volo ſtare. & hanc proteſtationem volo pro repetita haberi in quolibet dictorum meorum & etiam condicendorum, vt ſi reprobantur dicta, actor non propter hoc reprobetur, vt ſupra de ſumma Trinita. & fide catho. capitu. damnamus, in reſpon. penult.

Antequam autem aggrediar materiam ſalutationis: poſſum quærere, qualiter ſcientia, ſeu Philoſophia, cui iſta ſupponitur, diuidatur. Secundò, quod eſt ſubiectum, ſeu quæ ſit cauſa materialis huius compilationis. Tertiò, quæ ſit cauſa formalis. Quartò, quæ ſit cauſa efficiens. Quintò, quæ ſit cauſa finalis compilationis eiuſdem. Verùm quia iſtas quinque quæſtiones in principio compilationis Gregorianæ pleniſſimè pertractaui, ſufficit ibi remittere: Quærere etiam poſſum, vtrum habitus canonicus, vel legalis, ſit ſcientia, vel intellectus, vel ſapientia, vel ars, vel prudentia, & de quibuſdam alijs, de quibus remiſi in principio lecturæ ſexti libri: Ideo etiam ibi quoad ea re remitto.

Ioannes Epiſcopus.] Attende, circa hanc ſalutationem hunc ordinem obſeruabo. Primò, eam diuidam. Secundò, eam litteraliter exponam. Tertiò, de ea notabilia eliciam. Quartò, circa ea per ordinem quæram. Quintò, ad gloſſarum ſuppletionem accedam: Et hunc ordinem inferius obſeruabo, prout conſueui in alijs lecturis meis, & vt communiter obſeruari ſolet.

Diuiditur ergo hæc ſalutatio hunc in modum, in principio præmittit quis ſcribat; Secundò, quibus ſcribat, Tertiò, quid optet ijs quibus ſcribit, Secunda ibi, Dilectis filijs. Tertia ibi, ſaltem, & hoc de diuiſione.

Expone litteram, ſeu verba ſalutationis [Ioannes] de hoc verbo, dic vt notatur per Ioan. in gloſ. prima, & ſi quæras, quare mutauerit ſibi nomen, dic vt ſcripſi in ſalutatione Decretalium, in prima quæſtione. [Epiſcopus,] † Nomen

men Græcum eſt, & vnde dicatur, vide vndecima diſtinct.
cleros. verſicu. epiſcopatus autem. 8. quæſt. 1. epiſcoparum.
23. diſtinct. legious. verſicu. ſed & Petrus. ſed quare ſe vo-
cat epiſcopum, & non Papam, notatur per Ioan. in proce-
mio ſexti libri. Io glo. conſecratione, aliter ante conſecra-
tionem. Item ſi quæratur, quare ſe appellat epiſcopum,
& non arch. epiſcopum neque Patriarcham, vide quæ ſcri-
pſi in ſalutatione Gregoriana, in ſecunda queſtione, vbi etiā
videas in tertia quæſtione, Nunquid epiſcopatus ſit ordo.
Item ſi quæratur, quibus alijs nominibus Papa ſe appellet,
de quo hic per Paul. vide quæ ſcripſi poſt Archidiac. ſ. de con-
ſtitu. capitu. primo. libro ſexto, ibi de hoc per eum prima gl.
[Seruus] quare autem Papa appellat ſe ſeruum, ſcripſi ple-
nè in ſalutatione Gregoriana in quarta quæſtione, [Seruo-
rum Dei] quare ita dicat, ſcripſi plenè vbi ſupra in quinta
quæſtione. Alibi autem ſe vocat ſeruum patrisfamilias, id-
eſt, ſeruum Chriſti, de conſecrat. diſtin. 1. baſis. & potuit eſ-
ſe, quod occaſionem dedit, huic vocationi, id quod habetur
Matthæ. 23. & prima ad Corinth. 9. vltra medium. 28. quæ-
ſtio. 1. Iam nunc. & alia dixi & ſcripſi poſt Archidia. & Ioan.
in procemio ſuper e. verbo. [Dilectis] de qua dilectione lo-
quatur, ſcripſi plenè vbi ſ. in 7. quæſtione, & ibi etiam repe-
ries, ſi ille Epiſcopus in illa vniuerſitate ſtudebat, quos
omitto, per quos decide notata ibi per Pau. ſuper hoc ver-
bo, [Doctoribus.] Hic poſſes quærere de multis quæſtio-
nibus. Primò, vtrum mulier ad doctoratum valeat perueni-
re. Secundò, quid de illegitime natis. Tertiò, quid de
monachis. Quartò, quæ ætas requiritur in Doctore. Quin
tò, vnde dicitur Doctor, & cuius conditionis eſſe debet. Se-
xtò, quanto tempore, & vbi debeat Doctorandus ante Do-
ctoratum audiuiſſe. Septimò, qualiter præſentandus, pro-
bandus, & examinandus ſit. Octauò, quot debent eſſe Do-
ctores examinantes. Nonò, an Doctores iurare debeant in
examinatione quam faciunt. Decimò, quibus nominibus
Doctores gaudere debeant. Vndecimò, nunquid appella-
tione ſcholarium Doctores valeant contineri. Duodeci-
mò, qui ſunt honores profictus, & vtilitates dignitatis Do-
ctoralis. Decimotertiò, vtrum Doctor habeat iuriſdictio-
nem inter ſcholares ſuos. Decimoquartò, qualiter Docto-
res a muneribus excuſantur, & de alijs priuilegijs eorun-
dem. Decimoquintò, vtrum Doctor gaudeat priuilegio,
ne vltra quàm pōt valeat conueniri. Decimoſextò, ſi eo-
dem tempore debet quis fieri miles & Doctor, quis præce-
dere debeat. Decimoſeptimò, nunquid ſcholaribus ſint
Doctores ſemper præferendi. Decimooctauò, qualis ordo
debet eſſe inter Doctores. Decimononò, an Doctor debeat
præcedere patrem. Vigeſimo, an Doctor iuris ciuilis de-
beat præcedere Doctorem iuris canonici. Vigeſimoprimò,
quid ſi aliquis eſt Doctor & Miles poſterior tamen, Alius eſt
tamen Doctor tantum, ſed prior tempore, quis debet præ-
cedere. Vigeſimoſecundò, nunquid prius approbatus debet
præcedere prius Doctoratum. Vigeſimotertiò, an liceat ali
qua occultare. Vigeſimoquartò, an liceat Doctori facere col-
lectam. Vigeſimoquintò, vtrum Doctores faciant vniuer-
ſitatem. De quibus vigintiquinque quæſtionibus, ſcripſi
plenè in ſalutatione Gregoriana, in 8. quæſtione principa-
li, & quatuor principalibus quæſtionibus ibi ſequentibus.
[Scholaribus.] Hic poſſes etiam quærere de aliquibus, &
primò, quæ ſint priuilegia ſcholarium. Secundò, vnde dici-
tur ſcholaris. Tertiò, quæ requiruntur in ſcholari, de qui-
bus tangam infra. Quartò, circa quam ſcientiam expedit eſ-
ſe ſcholaris. Quintò, quæ ſint claues, ſeu regulæ principales,
per quas ſcholares debent inquirere veritatem, de quibus
ſcripſi plenè vbi ſupra in 13. qō. principali, & in tribus quæ-
ſtionibus principalibus ibi ſequentibus. [Vniuerſis.] Super
hoc verbo poſſes etiam quærere de aliquibus, & primo qua-
liter intelligitur iſtud verbum, an accipiatur pro vniuerſita-
te, vel pro ſingulis ipſius vniuerſitatis. Secundò, an accipia
tur ſolum pro diſpoſitis ad ſuſceptionem apoſtolicæ Bene-
dictionis. Tertiò, an ſalutatio reſpiciat ſola ſuppoſita vniuer
ſitatis. Quartò, quid & qualiter ſit intelligendum verbum
iſtud, ſi tempore ſalutationis ſit in ſtudio vnicus Doctor vel
vnicus ſcholaris. Sextò, vtrum vniuerſitas poſſit accuſari,
vel puniri. De quibus ſatis ſcripſi vbi ſupra in 17. q. princi-
pali. [Pariſijs] ſed quid de alijs vniuerſitatibus aliorum ſtu-
diorum: Secundò, quibus dirigitur, & quos reſpicit hæc cō-
pilatio. Tertiò, in quibus locis debent ſtudia collocari, ſcri-
pſi vbi ſupra in 18. quæſtione principali. [Commorantibus]
quantum tempus requirit iſta mora, ſcripſi vbi ſupra in 19.
quæſtione principali. [Saltem] qui ſint effectus Papalis ſalu-
tationis, ſcripſi vbi ſupra in 20. quæſtione principali. [Bene-
dictionem] quis poteſt & debet benedicere populo, & quis
eſt effectus benedictionis, & quibus modis peccata venialia
remittuntur, & quædam alia circa hoc ſcripſi vbi ſupra in
21. quæſtione principali.

Nota primo ex iſta ſalutatione illa, quæ requiruntur
in ſcholari, Primum eſt, quod ſingula diligenter inquirat,
quia ſchola Græcè, idem eſt quod vocatio latinè, ſecun-
dum quam de aliquo probabili dubio ſe certum reddat. &
in hoc diſtinguitur ſcholaris a Doctore, quoniam Doctoris
2 eſt † determinare & iura interpretari, vt ff. ſi cert. pet. l. 1. &
notatur 11. q. 3. in §. ex his, & ſupra de poſtu. prælato. cap. 1.
quia dicitur a docendo, cuius officium tenet, 45. diſtinct.
recedite. Vocantur etiam Doctores Magiſtri, 37. quæſtione
prima. quibuſdam. ſupra de magiſtris. per totum: ſicut Pau-
lus magiſter gentium dicitur, de conſecra. diſtin. 3. licet im-
proprie. alio reſpectu vnus tantum dicitur magiſter, qui in
cœlis eſt, Matthæ. 23. de conſecr. diſtin. 2. tantæ. conſulas er-
go ſcholares peritiores, C. de ingenu. manumiſ. l. ſi Arriani.
ff. de bonorum poſſeſſion. l. in bonorum. facit contra de-
ſtruentes textus per gloſſellas. Tertium, quod ſit ſenſus ca-
pacis, aliter ſcholaris nomen effectu caret, contra innitentes
propriæ prudentiæ, de conſtit. ne innitaris. Quartum, quod
totus verſetur circa ſtudium, quia pluribus intentus &c. ſu-
pra de clericis coniugat. diuerſis. C. de accuſat. l. nemo. Quin
tum, quod nō dedignetur a quocunque inſtrui, maximè cui
magiſterium ſit manifeſtum, 23. quæſtione prima. ſi habes,
de quo notatur 23. diſtin. Nullus. contra ſuperbos & verecū-
dos contemnentes vel timentes interrogare quod neſciunt,
de quibus per Hoſt. de offic. primicer. c. vno. Alia quinque
notabat Cardinalis in procemio 6. lib. Item alia octo adde-
bam hic, dum legebam, quæ omitto, quia quantum ad hoc
videntur mihi ſufficere, quæ ſcripſi in ſalutatione Grego-
riana, in 14. quæſtione principali, & in duabus quæſtioni-
bus principalibus ſequentibus, & hoc de primo notabili.

Nota ſecundo ex verbo [Ioannes] qualiter Romani Pon
tifices in eorum aſſumptionibus nomen mutant, quia iſte
prius Iacobus vocabatur, vt hic notat glo. & de hoc tantum
dedi remiſſionem ſuper verbo, Ioannes.

3 Nota tertiò, quod † nulla dignitas epiſcopo maior, aliàs
Epiſcopatu; Quia Papa nullum nomen alterius dignitatis
ſibi imponit in hac ſalutatione, quod verum eſt reſpectu or-
dinis; nam Papatus, Cardinalatus, Patriarchatus, & Archie
piſcopatus ſunt nomina maioris honoris; & ad hoc quod
dixi de ordine, vide Ioan. in glo. & Nouella: in ſalutatione
Gregoriana, tertia quæſtione principali, vbi examinaui, qua
liter Epiſcopatus eſt ordo &c.

4 Nota quarto maiorem † humilitatem in Papa, quàm in
Imperatore, quia Papa vnicum dignitatis nomen non parti-
culare, ſed commune in allegatione ſibi aſcribit, & ſtatim, vt
arrogantiam deprimat, nomen in fine ſeruitutis in eadem ſa
lutatione ſubmittit. Imperator verò in ſuis ſalutationibus
omnes ſuos titulos cum magno faſtu exponit, vt patet in
procemio Digeſtorum. C. & Inſtitutionum. Ideo autem Pa
5 pa dicitur ſeruus; quia tenetur ſubire onera † ſingulorum in
his, quæ commune bonum reſpiciunt circa ſaluationem
animarum. & remiſſionem pleniorem dedi ſupra ſuper ver
bo, ſeruus &c.

Quinto nota, qualiter nomen Papæ ſicut Imperatoris
præmittendum eſt: & facit, quod nomen Papæ ſicut Impe-
ratoris præponi debeat in inſtrumentis, ſicut in dicto argu-
men. in Auth. vt præponatur nomen Imperator. §. documen-
tis. in princip. & quod notatur de fi. inſtrum. in cap. dilectus.
Glo. in dicto ar. & per Nouel. ſuper Data ſexti. In primiti-
ua tamē Eccleſia Papa ſe quādoq; ex humilitate poſtpone-
bat, 12. q. 1. dilectiſſimi. 87. diſtinct. victor. & hoc de iſto no-
tabili.

Sextò nota; quòd Papa habet filios, iuxta illud Pſalmi,
Generatio rectorum benedicetur; Quod intellige de filijs in
Chriſto, non in carne: Vnde illud verbum, in Chriſto, con-
ſcribitur Abbatiſſæ, vel ſororibus, de reſcript. cum dilecta.
de confirma. capitulo, cum dilecta. aut Regibus vel Regi-
nis: & tunc additur chariſſimo vel chariſſimæ, de conuerſat.
coniug. chariſſimis. licèt id omittat infra de regulis iuris,

paſtoralis, ex cauſa tamen, vt ibi notatur: Non autem
addit noſtris, vel noſtro, niſi vbi ſcripſit vel ſcribit familia-
ri, vel Capellano, ſecundùm Paul. de quo in Specul. de
reſcripti præſentatione. §.& ratione formæ. in principio,
verſiculo, & nota, quòd in ſalutatione. & verſiculo ſequen
ti. vbi etiam dicit, quòd ſi ſcribitur Epiſcopo, ſuppreſſo
nomine, non debent poni duo puncta; ſecus ſi ſcribitur vni-
uerſitati, & ſi aliter fieret, reſcriptum eſſet vitioſum, de
crimi. fal. capitulo, grati. vbi patet, quos Papa nominet
fratres, & quos filios in reſcripto ſecundùm Paulum: &
hæc in vera ſalutatione, quia in cęteris narrationibus quan
doque ſecus fieri ſolet. Hos autem filios debet Papa dili-
gere, & hoc in verbo, dilectis, amore ſpirituali, non car-
nali, ſupra de præben. graue. vt eccleſiaſt. benefic. capitulo,
vno.

Septimo nota ex ordine, & modo ſalutationis, quòd
6 Doctores ſunt † ſcholaribus in honoribus præferendi, de
quo dedi remiſſionem ſupra contra aliquos nobiles, qui
volunt Doctoribus anteferri, quodque licentiati Baccha-
laurei & alij omnes ſtudentes præter Doctores appellatio-
ne ſcholarium continentur, & quod Doctores & ſcholares
faciunt vniuerſitatem, ſupra de conſuetu. ex litteris. & de p-
cur. quia in cauſis.

Vltimo nota, qualiter in benedictionibus Apoſtolicis
dandis Papa conſueuit eſſe largus magis quàm in benefi-
cijs, gratijs, aut bonis temporalibus dunandis.

Expeditis, diuiſione, expoſitione & notabilium colle-
ctione, ad quæſtiones accedo, de quibus quo ad aliqua me
expediam remiſſiuè.

Primo igitur quæritur in verbo, vniuerſis, quid ſi in-
ter eos ſint aliqui excommunicati? Certè credo, quod in
illis ſalutatio non operetur effectum, quia non eſt rationa-
le neque veriſimile, quòd Papa velit cum eis participare,
cùm cęteris hoc prohibeat, vt ſupra de conſtitutio. capitulo
7 cum omnes. & de legi. digna. eo maximè, quia † ſunt
inhabiles & incapaces, argument. ff. eodem, l. vt gradatim.
§.& ſi lege; quia & ſi ſcienter hoc faceret, non videretur
velle eos abſoluere, infra de ſentent. excommunic. ſi ſum-
mus. & quod notatur eodem titulo ſupra, capitulo, ſi ali-
quando.

Secundo quæritur, Pone, vnicus eſt Doctor, vel ſchola-
tis, nunquid gaudebit? Laudunus quod ſic, quia ius col-
8 legij ſeruatur † in vno, ff. quod cuiuſque vniuerſita. no-
min. l. ſicut. §. vltimo. de quo ſupra, de verborum ſignifica.
Abbate. & de operis noui nunciatio. capitulo ſecundo.
& de poſtu. prælato. capitulo, gratum. Sed iſtud non eſt
propriè dictum, quia effectus ſalutationis non reſpicit vni-
uerſitatem, quæ anima caret, ſed vniuerſos & ſingulos
de ipſa vniuerſitate: nec mirum, quia diſponens corpori
9 attribuens quæ † non conueniunt corpori, referuntur ad
ſuppoſita ipſius corporis, vt notat Imol. de ſentent. excom-
munica. Romana. Sed nec vniuerſitati, ſed vniuerſis do-
ctoribus & ſcholaribus in ſtudio commorantibus ſaluta-
tio ipſa dirigitur, & de hoc, dedi ſupra remiſſiones, &
ideo intelligo verba ſalutationis etiam de Doctoribus, qui
non ſunt de collegio, vel non legunt, dum in ſtudio com-
morantur, quia cùm materia ſit fauorabilis, & nemini præ-
iudicet, non apparet, quare verba reſtringi deberent con-
tra propriam ſignificationem eorum, vt ff. de legat. tertio,
non aliter. & in hoc attendo tempus præſentationis & re-
ceptionis, ſupra de appellatio. ſuper eo, & quod notat
Ioann. in ſalutatione ſexti libri. ſuper verbo, benedictio-
nem. in princip. Gloſ. ibi, deuotè ſuſceptam. Sed illos, ſi
ante receſſerunt de ſtudio, animo non reuertendi, licèt
propter ſenectutem, vel infirmitatem, non dicerem com-
prehendi, quicquid notet aliter hic Laudunus; ſed ſecus ſi
animo citò redeundi receſſiſſent, de pœnitent. diſtinctio.
prima. diuortium. ſupra de præbendis, capitulo, præſen-
ti, libro ſexto, & de verborum ſignificatio. capitulo, ſicut.
eodem libro. cum concordan. & idem credo de com-
morantibus ratione beneficij, ſi Doctores ſint, aut le-
gant, vel audiant, cùm hic non quæramus, niſi ſicut
effectus ſalutationis, & obſeruationis harum conſtitutio-
num, licèt quo ad priuilegia conceſſa ratione ſtudij alio
modo diceretur propter notata Goffr. & Nouellæ, ſupra de
magiſtris, ſuper ſpecula, & Archidia. ſupra de priuileg.
cum de diuerſis. lib. 6.

¶Tertio quæritur, occaſione eorum, quæ dixi proxi-
mè; Pone, quod habeam beneficium Pariſijs, & ibi ſtu-
deam, & eſt ſtudium priuilegiatum de percipiendis fru-
ctibus omnium beneficiorum: ibi ſtudendo habeo etiam
beneficia in Rhotomago, & Carnoco. quæritur, verùm
illorum lucrer fructus? Paulus quod non; quia priuile-
gium fingit reſidentiam, modo non poteſt quis ſimul in
Rothomago, Carnoco & Pariſijs reſidere, nec fictio fun-
datur ſuper impoſſibili, argumen. de deſponſ. impub. capitu-
lo primo. libro ſexto. & C. de iure dotium. l. in rebus. li-
cèt quandoque fingat quod non eſt, quod dic vt notatur
in capitulo, terrum. & decet aliquid de materia fictionis,
infra de electione. quod arcta. niſi in indulgentia dicere-
tur vbicumque exiſtentium, vel quid ſimile, & ſic Paulus
videtur reſtringere verba indulgentiæ omnium beneficio-
rum ad beneficia ſimul exiſtentia. Sed iſtud eſt corrumpe-
re verba, & mentem ipſius priuilegij contra iura ſupra de
deci. ex parte. ſupra de priuileg. cap. quia circa, & c. ſi Papa.
nec iure probatur illa fictio &c.

¶Quarto quæritur continuando materiam quæſtionis
proximæ, Pone, ego Decanus ſancti Angeli Auenionen.
reſideo Auenione, principaliter ratione Decanatus mei,
& nihilominus intro ſcholas & ſtudeo, & facio omnes actus
pertinentes ad verum ſcholarem, ſeu ſtudentem, nunquid
quo ad alia beneficia, quæ alibi habeo, debeo gaudere
priuilegijs huius ſtudij? Quidam Dominicus dicit quod
ſic; ratio ſua eſt, quia concurſus plurium iurium ſimul in
10 eadem † perſona non eſt impoſſibilis, maximè vbi talia
non ſunt contraria, nec excludunt, modo enim hic reſi-
dentem ratione beneficij, & beneficium ratione ſtudij non
repugnat. Quid dicendum igitur? Contrarium valde fa-
cit, quod notat gloſ. de priuilegijs. capitulo, cum de di-
uerſis. libro ſexto, in gloſ. nunquid. verſicu. ſi vero aliquis.
vbi notatur, quòd ſi aliquis moraretur in Curia principa-
liter pro impetratione habenda, vel vt procurator, ſeu
aduocatus, & in fraudem, videlicet vt gauderet priuile-
gijs ſcholarium, ſcholas autem intraret, gaudere propter
hoc non deberet nec verus reputatur ſcholaris: & idem
velle videtur ibi Ioann. Monacius, dicens attendi debere,
in quo officio talis magis commiſcetur, ibi quid dicendum
vide.

¶Videtur etiam dicendum illud eſſe bene dubium, &
de hoc dubio ſemel in collatione vnius domini Cardina-
lis habui quod ſic, & tunc tenui dictum huius domini, &
iſtud credo verius, tum quia, quando plura iura &c. l. tu-
11 torem. ff. de his quibus vt indignis. Tum quia † diuerſæ
qualitates non contrariæ in eodem ſubiecto concurrentes
ambæ ſubiectum denominant, licèt vna magis intenſa ſit
in ipſo ſubiecto quam altera, vt pone quòd tu ſis compe-
tens Legiſta, & optimus Canoniſta, vel econtra. Num-
quid poſſis Legiſta & Canoniſta appellari? vel tu es bonus
pictor, licèt non optimus, & es tamen optimus Gram-
maticus, Numquid & pictor & Grammaticus poſſis di-
ci? Certè ſic: Nec obſtat, quod opponitur de l. legatis.
§. ſi vnus. ff. de legatis tertio. vbi dicitur, quòd ſi vnus
habuerit ſeruos textores, lecticarios, & cocos, & ſunt ali-
qui in omnibus officijs participantes, debentur illi cuius
officio plus participant. Item opponitur de l. quæritur
hermaphroditum. ff. de ſtatu hominum, & de capitulo, ſi-
cut. de verborum ſignificatio. libro ſexto.

Ad primum dico, quod non obſtat, pro quo ſciendum,
quod cùm in eodem ſubiecto plures qualitates concur-
runt, facio longam differentiam, vt videlicet contra
vtramque qualitatem emanet ſpecialis diſpoſitio, an ſo-
lum contra vnam: Si ſolum contra vnam, vel de vna ſo-
lum agatur, tunc dico, quod habet locum quod pro-
xime dixi: pro quo poteſt induci capitulum, ſtatutum, §.
primo. de reſcriptis. libro ſexto, iuncto capitulo, ex par-
te V. de foro competenti. Si vtramque, ſubdiſtingno,
12 quia diſpoſitiones in nullo † cum perplexe concurrunt,
vel ſaltem non in caſu, de quo agitur, & tunc cùm di-
uerſorum diuerſa ſit ratio, vtraque diſpoſitio, dummo-
do non repugnet, ſuum operatur effectum, aut operabi-
tur, vt ff. de calumn. l. finali, de conditio. & demonſtra-
tio. pater Seuerinam. in fine. C. de donation. inter vi-
rum & vxorem, l. maritus. Diuerſæ etenim cauſæ etiam
13 in vno & † eodem ſubiecto bene diuerſos producunt effe-
ctus

ctus, vt dignitas in eodem beneficio, in Clement. fieri dignitatem, de præbend. duo impetrata erat capitu. ex tua tum. de authorit. & vſu pal. capitu. ſecundo, de fi. inſtru. capit. paſtoralis. de priuilegijs, & l. ſi domus. ff. de ſeruitu. ruſti. prædio. Aut concurrunt in eodem caſu ambæ diſpoſitiones, videlicet perplexæ, hoc eſt ſicut vtraque non poteſt ſimpliciter parere totalem effectum ſuum, & tunc potentiæ ſunt æquales, aut vna altera maior: vbi primo, aut eſt indiuiſibilis, tunc concurſus impedit, ff. de teſtam. tut. duo ſunt. niſi caſu, quo locus eſſet aptus, vt de reſcrip. capitu. duobus. libro ſexto. cum concord. vbi tacita voluntate ex ordine ſcripturæ vel hominis interpretatione colligi poteſt, vt de electio. capitu. penultimo, libro ſexto. & eod. lib. de præbend. capitu. mandato. Si ſecundo, tunc præponatur potentior cauſa, vt in l. contraria. Idem ſi diſpoſitio vni ſuli plurium eandem qualitatem participantium, ſub cuius nomine fit diſpoſitio de mente loquentis, aut quo ad actum de quo agitur, tribui poteſt, vt Inſtitut. de iure naturali. §. quoties. & dicta lege quæritur ermaphroditum. Eodem modo poteſt reſponderi ad capitu. ſicuti: in quantum autem contra facere videretur, dicere poſſes, quòd hoc facit forma priuilegij, & odioſitas materiæ. De nomine autem æquiuoco dic, quòd in du-
14 bio ſemper debet † accipi in primario ſenſu, vt ff. ſi ager vectigal. l. ſecunda, §. qui in perpetuum. & ff. de inſtitu. l. ſed & ſi. §. in re igitur dubia. & ff. de legatis tertio, l. non aliter.

Ex hoc concluditur, quòd aduocati & procuratores, gratias, ſeu alia negocia pro ſe vel pro alijs principaliter procurantes, & pro his in curia principaliter non ratione ſtudij moram trahentes, nihilominus ſi ſcholas intrant, quamquam Parrochiales Eccleſias alibi obtineant contra Conſtitutionem domini noſtri Moderni domini Gregorij Papæ Vndecimi, mandantis Rectoribus Eccleſiarum Parochialialium in curia moram trahentibus, quòd infra tres menſes a tempore publicationis conſtitutionis eiuſdem, vel poſt publicationem eandem a tempore habitæ promiſſionis recedant de Curia ſub pœna excommunicationis ipſo facto latæ, per priuilegium eiuſdem domini noſtri conceſſum huic ſtudio, excuſantur. Nec obſtat, quod dicis de fraude, quia fraudem facere non videtur, qui per vias a iure non prohibitas procurat tacitè ſuam prouiſionem, vt ff. de negoc. geſtis: lege atqui natura. §. cum me abſente. verſicu. ſed ſi ante. & Inſtitu. de adopt. §. fina. cum ſimilibus: Cum enim talis ſuo iure vtatur, fraude non vtitur.

Sed fortiſſime contra præmiſſa opponitur de capit. præſenti, §. ſanè, de præbendis, libro ſexto. Dices, quòd ibi illam reſtitutionem inducit odioſitas illius materiæ propter priuilegium, quod fit ordinarijs, vndecima quæſtio. prima. peruenit. de reſcriptis. capitu. ad hoc. ſed contra facit, quia vt apparet, textus ille non eſt reſtrictiuus, ſed declaratiuus. ſed dices, & bene, vt credo, quòd verum eſt, quod textus ille eſt declaratiuus, ſcilicet voluntatis Clementis: alias eſt ſine mente Clementis qui fuit conditor illius decretal. ſupra eodem titulo, quanto, ſuper odioſitate prædicta: nec aliud video de præſenti, & hoc de iſta quæſtione.

Quinto quæritur, vtrum ſoli Doctores faciant vniuerſitatem? de quo ſupra remiſi, ſed vltra ea, quæ ſcripſi in remiſſione prædicta, fortè poteſt dici, quòd in ſpectantibus ad ſolos Doctores, & in ſpectantibus ad ſolos ſcholares, & in ſpectantibus ad vtroſque, vtrique vniuerſitatem conſtituunt, ſecundum quendam dominum: ſed non videtur hoc ſecurum, quia pertinentia rerum vel iurium maximè concurrentium in filios, vniuerſitatem non faciunt: licèt igitur ſcholares in communi, vel particulari diuerſa iura & bona, diuerſoſque propter hoc adminiſtratores habeant, ſicut legitur & notatur de capitulo, & conuentu, ſupra de reſcriptis. edoceri. non ex hoc ſequitur, quòd vniuerſitatem conſtituant, quia eſſet quodammodo monſtruoſum, caput ſeparare a corpore: Ipſi enim Doctores cenſentur patres & capita omnium ſtudentium: Ideo melius eſt dicendum, quod Doctores & ſcholares ſimul faciant vniuerſitatem, & conſtituant corpus, cuius, Doctores caput, & ſcholares membra repræſentant ſic, quod id, quod faciunt Doctores vniuerſitatem regentes, cenſeatur vniuerſitas facere, ſaltem in leuioribus, vt ff. de conditio. & demonſtratio. l. municipibus. & ff. ad municipal. l. municipes. Aequum enim eſt, quòd Doctores vniuerſitatem ipſam regant, quia eſſet difficile, quod vniuerſi in vnam ſententiam conſentirent, ff. de acquirenda poſſeſſione, l. prima. §. municipes. Id verò, quod notat Gloſſ. ff. quod cuiuſque vniuer. nomin. l. prima. de pluribus ſcholaribus facientibus ſocietatem in vna domo, non reſpicit noſtrum propoſitum: nec §. plebiſcita. facit ad rem, quia ibi non dicitur, quod plebs faceret vniuerſitatem ſine patribus, licet feciſſent ſui officiarij ſtatuta de facto, quæ poſtea ex concordantia cum patribus habita, vires habuerunt.

Qualiter autem appellatione ſcholarium contineantur Doctores, dedi ſupra bonam remiſſionem, & prout ibi tetigi, diſtingue; quia in fauorabilibus Doctores appellatione ſcholarium comprehendi poſſunt, ſed in odioſis pœnam imponentibus ipſo iure, & in exorbitantibus ſecus, niſi aliud de mente appareat. Sed in pœnis imponendis eſſet videndum, an eadem omnino ratio vtrobique vigeret, iuxta lecta & notata ſupra de elec. ſtatutum. libro ſexto. de regula. non ſolum. & capitu. conſtitutionem. & de pœnis. Romana. ſecundo reſponſo, & de hæretic. ſtatutum. & de regulis iuris. quæ a iure. & capitulo, in pœnis. & capitulo, odia. & capitulo, in argumentum. eodem libro. & de tempor. ordin. capitu. primo. & de electio. ſi poſtquam. & cap. cupientes. ſed dic plenius, vt ſcripſi in remiſſione prædicta.

An autem omiſſio huius rationis vitiaret reſcriptum, dedi ſupra remiſſionem, dicit Paulus, quòd ſic, niſi dirigeretur hæreticis ſchiſmaticis, excommunicatis, vel præciſis, quia tunc loco ſalutationis & benedictionis ſcribitur, ſpiritum conſilij ſanioris, quod latius dic, vt in remiſſione prædicta: & vnde habuit ortum, vide Archidiaconum in procemio ſexti libri: Quandoque tamen vltra additur, ad perpetuam rei memoriam, vt in conſtitutionibus, quæ non diriguntur conſulentibus, ſed motu Papæ ſunt perpetuò duraturo, de re iudicata, ad apoſtolicæ. libro ſexto. Super hoc etiam vide quinque quæſtiones principales, quas formaui, & proſequutus ſum in ſalutatione ſexti libri. & hæc de quæſtionibus.

Supple gloſſas. In gloſſa ibi, [Interpretationes] Vnde interpretatur Ioannes, gratia Dei, additio, & alij poſt eum, & ibi [Ethimologias.] Differentia eſt inter iſta, quia
15 interpretatio † propriè dicitur translatio vnius linguæ in aliam, licèt dicatur interdum idem quod declaratio, vt C. de legibus. l. fina. Deriuatio verò dicitur, quo ad vocem, licet & interdum quo ad rem. Ethimologia verò dicitur reſpectu litteræ, vel ſyllabæ. & ita non eſt hic intitulatio verborum, quod dixerunt quidam additio. & ibi [ſolius] Benedicti, ſcilicet, vndecimi. Immo hodie poſt gloſſarum iſtarum compilationem habuimus Benedictum duodecimum, qui ſucceſſit Ioanni Vigeſimoſecundo. Habemus hodie Gregorium Vndecimum. Clementem Septimum, qui ſucceſſit poſt Benedictum, quatuor interpoſitis ſucceſſiuè, ſcilicet, Clemente Sexto, Innocentio Sexto. & Vrbano Sexto, & Gregorio Vndecimo, & ibi [In diuerſis] Addito, quod a tempore ſui fuit pax inter omnes Chriſtianos: Quod ipſe Ioannes quibuſdam ambaſiatoribus ſemel reſpondit, vt dicebat dominus Fabren. Dum legebat has Clementinas. & ibi [ſtatura puſillus] concepti magnanimus. Idem Paulus. & ibi, iuſtitiam amans prauaque in recta, & aſpera in vias planas committens, ſingulos voluit ſuis ſtudendijs eſſe contentos, & a concuſſionibus & calumnijs voluit abſtinere: Io. Mona. poſt principium, & vigeſimatertia quæſtio. prima. militare. & hoc pro parte oſtenditur in ſua extrauagan. quæ incipit, Spectabilis. ſecundum Paul. Hæc de iſto.

¶ [Quoniã] In tres partes principales diuiditur iſtud procemium, nam primo exordium ponitur morale & ſcientificum; Ponitur in ſecunda intentio ſui anteceſſoris in condendis his quæſtionibus per Papam Ioannem exprimitur ibi hoc [Sanè.] In tertia per Ioannem Vigeſimumſecundum ſua partim expreſſa partim ſuppreſſa intentione ad ſtudium præſens opus tranſmittit ibi [nos etiam.] Prima autem pars, videlicet exordium diuiditur in tres partes, nam primo ponit iuris poſitiui de-

defectum, & inſufficientiam: Secundo appetitus ſenſiti-
ui exceſſum & perſeuerantiam: Tertio ex his conclu-
dit ſuperioris neceſſariam exiſtentiam, quæ quantum ad
primum defectum ſuppleat: Quantum ad ſecundum ex-
ceſſum corrigat: & quantum ad tertium virtutem inſe-
rat. Secunda ibi, quia etiam, Tertia ibi, neceſſaria
eſt.

Expone litteram, quoniam ſonat in cauſam, ſine qua
ius nouum condi non debet: nam in nouis condendis ma-
16 gna &; † euidens debet eſſe vtilitas, ff.de conſtitu.princip.
l.2.de conſuetu.cum conſuetudinis iuris definitio habetur
ff.de iuſtitia & iure.l.prima.nam eſt ars æqui & boni, cuius
merito quis nos ſacerdotes appellat. quid ſit, habetur ff.de
legibus,l.prima.& ſecunda.& in conſilio cum magna matu-
17 ritate & deliberatione debet † ius condi & ſtatui, C.de le-
18 gibus.l.prima. [Humanæ:] generi † humano iura ſunt in-
ſtituta, non alijs animalibus, quæ tantum inſtinctu naturæ
reguntur, 15.quæſtio.prima.animalia.diſtinct.1.ius natura-
le, 24. quæſt.6. de occidendis. ff.de iuſtitia & iure.l.ius na-
turale.de ſumma Trinita.capitu.primo.§.ſancta. licèt ex fa-
cto animalium aliquando homines conueniantur.ff.ſi qua-
drup.paup.fec.dic.per totum: & notatur de iniur. ſi cul-
pa. & etiam animalia quandoque ex cauſa puniuntur, 15.
quæſt.prima,mulier.de conſecrat.diſtinct.2.dicit.ſecundum
Paulum. [Varietatem.] ideſt diſcuſſionem, ſeu diſcretio-
nem: Variæ enim ſunt hominum voluntates, ff.ad Trebel-
lia.l.quia voluntas. Nam de die in diem non ſolum meri-
ta, ſed etiam opera hominum deficiunt, 23.diſtin.fraterni-
tatis. & ex diuerſitate corporum, de conceſſ. præben. quia
diuerſitatem.

Ex quibus notandum eſt ſecundùm Guilelm. quòd non
eſt mirum, ſi aduocatus vel medicus errat in traditione,
ſeu adminiſtratione ſuæ ſcientiæ, & dicam infra in primo
notabili, [Machinationes] ſecundùm gloſ.eſt in littera y;
magna, ideſt conſiderationes: aut eſt in textu machinatio-
nes, & iſta eſt verior & communior, & ſonat in vitium, de
eo qui duxit. capitu.ſuper hoc, & capitu. ſignificaſti. [In
opiniones] ideſt quæ excogitari non poſſunt: natura enim
19 noui quotidie † nititur aliquid inuenire, in Authentico
quibus modis natu.effici.legiti.& nouas quotidie properat
edere formas, in proœmio Sexti. Ideo opinari non poſ-
ſunt. [ſufficiat] cum plura ſint negocia quam vocabula, ff.
de præſcrip. verb. l.nam natura [lucidam] Talis enim debet
20 † eſſe lex, quod per obſcuritatem neminem in captionem
ducat, 4.diſtinct. erit. In Authentico de teſtamen. imper-
fect.§.ſic. & poſitio ponentis & quæſtio opponentis debet
eſſe clara, C.de tranſactio.l.vt rurſum.de impuber. & alijs
ſubſtitu. l.precibus. [Ambiguitates] id eſt dubitationes;
de ambiguitate legis notatur de legibus, l.in ambiguis. In
contractibus, ff.de pactis.l.veteribus. In iudicijs,ff.de iudi-
cijs. l.ſi quis intentione. In ſummis, ff. de appellatio. l.ab
executore. In reſcriptis, vel priuilegijs, de conſtitutio.prin
cip.l.fina. In vltimis voluntatibus, ff.de legatis primo, ſi
ſeruus plurium.§.fina.l.non aliter. & l.nemo, & l.minimis.
& plenè de hoc in regula,contra eum. de regu. iur. libro 6.
[Præſertim] ideſt maximè. [Adeo] id eſt in tantum cer-
tum quo ad mentem conſtituentis, quod non vacillet, eo
21 quod nihil † ſit in humana conditione, quod perpetuò ſta-
re poſſit, C.de vete.iur.enucle.l.ſecunda. §.ſed quia. Re-
quiſita clara quo ad verba. [Emergentibus] ſcilicet de nouo,
& ſic nouo conſilio, ſeu remedio indigent, ff.de vent.inſpi.
l.prima, in princip.de interrogat.actio.l.de ætate.§.ex cau-
ſa: & expone de nouo, ſcilicet, poſt editam conſtitutio-
nem, aut eſſet facile omne dubium deductum ad actum
per principem declarare, & definire, vt patet de appellat.
ſæpe. & hoc vult textus, ideſt iura iam poſita ſecundùm
22 Paul.& Grego. [in dubium.] nihil eſt † tam indubitatum,
quod non recipiat quandam ſolicitam dubitationem, in
Authenti. de tabellionibus. circa medium, & notatur de
electio.bonæ: [Quia etiam] iſta ſecunda pars exorditur ab
adoleſcentia, & dicit lex, melius eſt compeſcere iuueniles
calores, ne cupiditate ducti triſtes faciant exitus: & expo-
nit Lau. 12.quæſtio.1.omnes, ideſt, ab infantia: pueri enim
bene delinquunt, ſi ſunt doli capaces, aut in eis non eſt vir-
tus nec vitium, quia per opera ſua non merentur, nec de-
merentur, 16. quæſt.prima, firmiſſime. in fine.& §.ſede. de
pœnitent.diſtinct.ſecunda.§.quòd verò. adoleſcens autem
doli capax eſt, 33.quæſtio.ſecunda, in adoleſcentia. ſecun-
dùm Grego.& Pau. [Viri] pro eorum ſexu: ſumitur quan-
doque pro virtute animi, 32.quæſtio.ſeptima. §.ſed & illud.
& de hoc vide de ſponſa. capit.primo. Vnde Seneca in Epi-
ſtola quarta ad Lucillum; Tenes vtique memoriæ, quan-
tum gaudium ſumpſeris, cum prætexta poſtea in forum
adductus es magis expectatus inter viros, hoc eſt virtuo-
ſos & perfectos, philoſophia ſe tranſcripſerit. [Motum] ſi-
gnificat in bonam partem. [Submerſio] hoc debent iura
prohibere, & ipſos plantare debent, & plantatos in me-
lius informare, de vita & honeſta. clerico. vt clericorum,
& de priuileg.cum & plantare. [clero & populo] tanquam
diuerſa copulantur, 12. quæſtio.prima duo ſunt genera.
& hoc eſt idem iudicium de clericis & laicis ad correctio-
23 nem iſtam, † qui quo ad peccata ſubiunt eccleſiæ, de in-
di. nouit. ſecus quo ad odia, de ſentent. excommunica. ſi
ſententia. lib. 6. ſecundùm Paulum. [Frequenter] id ea,
24 quæ frequenter † contingunt, iura adaptantur, ff. de le-
gi.l.nam ad ea. vt lit.non conteſta.quoniam frequenter. de
præben.quia ſæpè.libro ſexto.& de verborum ſignificatio.
ſæpè. Vnde dixit, quòd leges non ſunt factæ propter bonas
mulieres, quoniam raræ ſunt, in Authent.vt ſine prohibit.
matri.debit.§.quia vero. collatio. 7. [Neceſſaria] Hæc eſt
tertia pars, in qua concludit, vt ſic arguatur tali forma ſyl-
logiſtica: Illud ius, quod non per ſe ſufficit, ſed deficit ad
lucidam actuum humanorum definitionem, ſeu dubio-
rum deciſionem, vitiorum extirpationem, virtutum ędifi-
cationem, vt vitia corrigat, indiget neceſſario ipſius ali-
quo directiuo, quod & defectum ſuppleat, vitia corrigat,
virtutes augeat. ſed ius humanum poſitiuum non per ſe
ſufficit, ergo neceſſario indiget alio directiuo; Et iſtud
exordium ſumptum eſt ex dictis Philoſophi Ethicorum
quinto capitu. penultimo.vbi dicit, quod hæc natura hu-
ius quod eſt epikies, quod ſit directiuum legis, vbi lex de-
ſiſtit propter aliquam particularem cauſam, nec poſſunt
determinari omnia per legem, eo quod non poſſunt
25 † omnia determinari & præuideri ab hominibus, ideo ne-
ceſſaria eſt ſuperioris ſententia & authoritas.ff.de legibus,
26 l.non poſſunt. † Item quia operabilium humanorum,
eſt indeterminata variatio, oportet quod eorum regula,
quę eſt lex, ſit indeterminata, ideo neceſſaria eſt autho-
ritas ſuperioris, quæ adaptet ſecundum quod conuenit;
de conſanguinita.& affinitat.capitu.non debet.

Tertia ratio eſt; ius poſitiuum ſimpliciter & vniuerſa-
27 liter proponitur, quia particularia tamquam † infinita non
poſſunt ab intellectu humano comprehendi, vt de ſin-
gulis particularibus feratur lex, & licet in neceſſarijs poſ-
ſet ſermo vniuerſaliter eſſe verus, in quibus non poteſt
accidere defectus; Sed quibuſdam non eſt poſſibile, quòd
dicatur in vniuerſali, quod ſemper ſit verum, ſicut de
contingentibus, ideo dicit lex, omnis definitio in iure ci-
28 uili periculoſa eſt: pauca † enim ſunt, quæ ſubuerti non
poſſunt, ff. de re iudicata, l. omnis definitio [ſuperioris]
29 quia vniuerſitas † non poteſt alia ratione ſubſiſtere, quàm
quod inferiores ſuperioribus ſubijciantur, 89. diſtinctio.
capitu. fina. & ſuperior a Domino recipit gradum pote-
ſtatis, & iſte ſuperior vniuerſalis eſt Papa, qui ſolus vo-
catus eſt in plenitudinem poteſtatis, ſecunda,quæſt.ſexta.
qui ſe. ſic authoritas eius excuſat obedientem, de regulis
iuris, quod quis. lib.6. ff.de his, qui nota.infam. l.furti. §.
qui iuſſu. ſi iudex agit iuridice non violenter, nemo con-
queritur, ſecundùm Paulum. & ſi proprio motu faciam,
quod iudex erat facturus, non ſum excuſatus, vt 23.quæſt.
octaua, eum miniſter. & ſi quis in bello rem a Duce pro-
hibitam facit, aut mandata non ſeruat, capite punitur,
etiam ſi in re illa bene ſe geſſerit, ff.de re milita. l.tertia.
§.in bello. & hoc propter virtutem obedientiæ, vt nota-
tur ibi, 8.quæſt.prima, ſecundùm determinationem facien
dam in ſuis conſtitutionibus, vt infra de elect. ne Roma-
ni. & Clementi. conſtitutionem; nam & eius eſt inter-
30 pretari † cuius eſt iura ponere, C.de legibus, l. finali,
vndecima, quæſtio.prima.§.ex his. [Ambigua:] id eſt du-
bia iuris, concordat, de reli.religioſis. [Lites] id eſt, quæ-
ſtiones iudiciales, & lis a contentione initium ſumpſit,
de verborum ſignificat.cap.forus.In verſicu. lis. [Auferat]
ad hoc quilibet auellere debet, vt ff.ſi cert. petat.l.quidā.de
dolo & ↄtu.c.fi. [Altercationes] Altercationes ſunt ppriè

† ſophi-

31 † ſophiſticorum ſecundum Guil. [Obſcuras] id eſt non cla-
ra. [Succedat] id eſt declaret & aperiat vel præcidat, [Cul-
torum] id eſt prælatorum, quibus cultura ſubditorum eſt cõ
miſſa, de offic. ordina. irrefragabili, vel cultoris, id eſt alte-
rius ſuperioris, qui ex debito etiam tenetur de bonis ſub-
ditorum ordinare. [Sarculum] id eſt quoddam inſtrumen-
tum ferreum, quo eradicantur malæ herbæ; per quod ſi-
32 gnificatur † officium paſtoris, cuius eſt euellere peccata, de
maiorita. & obedien. ſolitæ. circa medium. & curare debet
prælatus, ne ſubditus etiam voluntarius pereat, 23. quæſt.
33 4. diſplicet. [extirpet] quantum in eo eſt, animo † enim
non infertur violentia, 31. quæſt. 8. §. 1. ne vitia; quæ virtu-
tes mediæ ſunt, & rectitudines paſſionum, quæ ſunt in ſen-
ſualitate, videlicet in parte concupiſcibili, & parte iraſci-
bili, ex quibus generantur vitia, quæ extrema ſunt, vt in-
fra declarabitur. [Conſonas] id eſt conuenientes. [Con-
cilio generali] quod ſolus Papa celebrat, 17. diſtinct. capit.
primo, & cap. non licuit. Prouinciale autem facit Archie-
piſcopus, Epiſcopus ſynodale, 3. diſtin. porrò, vbi de hoc,
de maiorita. & obedien. quod ſuper his. verſicu. ſed de ſan-
cta ſynodo: Monachi etiam faciunt Capitulum, ſupra de
ſtatu monacho. in ſingulis. & cap. ea quæ. ſecundum Guil.
qui etiam quærit, nunquid prælati, vel alij venientes te-
nentur reſpondere de ſingulis, ac ſi citati eſſent? & videtur
quod ſic, 28. diſtin. propterea. & ibi omnes, qui ſe læſos
exiſtimant, ſynodalem ſententiam expectant: & probatur
in dictis capitulis in ſingulis. & capitu. ea quæ. Innocen. de
præben. graue. dicit quod ſi pro aliquibus ſpecialibus nego-
tijs emergentibus conuocentur, ſiue conſilium ſit genera-
le, ſiue prouinciale, ſiue ſynodale quòd in alijs ſiue crimi-
nalia ſiue ciuilia ſint, competit ius reuocandi domum,
de foro competen. capitu. ſina. Si verò non in ſpeciali, ſed
indiſtinctè & ſpecialiter fieret conuocatio, ſiue ſit genera-
lis, ſiue prouincialis, ſiue ſynodalis, non habet locum ius
reuocandi domum, ſi agatur de ciuilibus: & ſic intelligun-
tur ſupra alleg. in criminalibus autem competit, qui in illis
non tenetur quis reſpondere, niſi ad hoc ſit citatus expreſ-
ſis omnibus, quibus accuſatur, 5. quæſt. 2. capitu. ſina. de
dolo & contumac. ad hæc. vt lite penden. ſi duobus. de ex-
cept. exceptionem. de appellatio. ſi a iudicibus. cum ſimilib.
ſecundum Paulum & Laur. qui aliqualiter plus inſtitit, ſed
dicam in præalleg. capitu. graue. [Vtilia] corpori, ſecun-
dùm Paulum [ſalubria] ſaluti animarum; [Nonnulla] id-
34 eſt aliqua: nam duæ negationes † relatæ ad idem vnam fa-
ciunt affirmationem. ff. de verborum ſignificatio. l. duobus.
35 & quando præponitur negatio † ſigno vniuerſali, facit
36 æquipollere ſuo contradictorio, & ſi † poſt ponitur facit
æquipollere ſuo contrario: exemplum, nonnulli homi-
nes currunt, æquipollet huic, aliqui homines currunt: &
facit ad hoc quod notatur, de reſcript. cum aliquibus. In
gloſ. ſupra capitu. paſtoralis; & ſi dicatur, nulli homines
non currunt, æquipollet huic, omnes homines currunt;
& ſicut eſt in ſigno vniuerſali affirmatiuo, facit quod nota-
tur de legi. tuto. l. legitimis. §. Iulius. [Subiectis] & ſic no-
tandum eſt ſecundum Guil. rem communicandam dumta-
xat pronunciari debere illis, pro quibus facta & ordinata
eſt, & ſic nec Iudæis nec alijs qui non ſunt de foro noſtro,
ſupra de diuort. gaudemus. ne ponatur margarita ante por-
cos, 43. diſtinct. in mandatis. Item eſt argumentum, quòd
cæteri ſaltem directè conſtitutionibus iſtis non ligantur, &
ſic Iudæi non poſſunt compelli, per capitu. infra de vſuris,
ex graui. ad reddendum vſuras. Hæc materia notatur in
cap. gaudemus. de diuort. [Occupatio] per quas noctes du-
cit in ſomnes, in Authenti. vt iudic. ſine quoquo ſuffrag. in
37 princip. & in procem. Sexti lib. Et occupatio † eſt animæ mul-
tum fructuoſa, de conſecra. diſtinct. 6. nihil. nec fiat pro
temporali commodo, 45. diſtinctio. omnes. vbi de hoc.
[Conditio] propter peccatum Adæ omnes homines mor-
ti ſubiecti ſunt: Vnde in Pſalmo, Vos autem ſicut homi-
nes moriemini &c. quod non fuiſſet, ſi Adam non peccaſ-
ſet, de conſecrat. diſtinct. quarta, placuit; Vnde Auguſti-
nus, Nihil eſt aliud tempus huius vitæ, quàm curſus ad
mortem, in qua nemo vel paululum ſtare, vel tardius ire
permittetur, ſed vrgemur omnes pari motu. Nemo enim
vltra terminum a Deo ſibi præfixum eſt vitam ducturus,
Ioann. 14. & 23. quæſtio. quarta. §. ſed in his. ſecundùm
Paulum, ſecundum quem ſciendum eſt, quòd ſunt tres
38 † termini huius vitæ, ſcilicet caſuales, qui poſſunt præue-
nire debilitando naturam, ſed non præterire, quia ſecun-
dùm Philoſophum, omnium natura conſtantium eſt de-
terminata ratio magnitudinis & augmenti. Alij ſunt pri-
mordiales, qui conſiſtunt in diuina diſpoſitione, & iſti
nec præuenire nec præterire poſſunt, facit 23. quæſtio. 3.
ſicut. Certè hæc opõ. Pau. de terminis primordialibus vi-
deretur totam decernere medicinam, quia cum quibus ho-
mo habeat terminum primordialem, qui ſecundum eum
non poteſt præueniri nec præteriri? Item ad quid pone-
rentur termini caſuales? & ideo illa diuina diſpoſitio non
inducit immunitatem, ſicut nec prædeſtinationem, 23.
quæſtio. quarta. Nabuchodonoſor. & capitu. baſis. ne de
bono tempore mortis, dicit Seneca de remedijs fortuito-
rum, optimum eſt mors, cum iuuat viuere. & alibi in
epiſtola ad Lucillum, laudat quem non piget mori, cùm
39 † iuuat viuere: Nam nulla virtus eſt exire, cùm iam exi-
40 tus adeſt. & tria ſunt genera mortis, ſcilicet † acerba, vt
in infantia, immatura, vt iuuenum, matura, id eſt natura-
lis, vt ſenum: Dicit tamen Seneca, in libro de morte, &
41 de remedijs fortuitorum: Quicumque † ad extremum
ſui fati venit, ſenex eſt, & moritur ſenex: non enim re-
fert, quæ ſit hominis ætas, ſed quæ meta. [Medio] eſt ali-
quod medium ſecundùm commixtionem extremorum, vt
fuſcum eſt medium inter album & nigrum; & quod eſt me-
dium ſecundum negationem extremorum, & ſic virtus eſt
media inter duas malitias. Quoddam eſt medium ſecun-
dùm æque diſtantiam extremorum, ſic virtus eſt media in
articulo, quia æqualiter a qualibet circunſtantia diſtat; Po-
teſt dici hæc vita, quod eſt media via, aut vita inter coe-
lum & infernum, per negationem & participationem, quia
recipit bonos, & in hoc aſſimilatur coelo, & malos, & per
hoc inferno, vt legitur & notatur 33. quæſtio. 4. hæc au-
tem vita: ſed non eſt medium ſecundum æque diſtantiam,
quia plus diſtat a coelo, quàm ab inferno, qui dicitur eſ-
ſe ſub terra & in centro terræ, quia debet poni in loco ma-
gis diſtanti a Paradiſo: centrum diſtat magis a circunſtan-
tijs, ſeu differentijs. [Cauſam] non dicit occaſionem, quia
42 cauſa eſt iuſta † & vera, occaſio ſonat in non verum, ſeu
in non iuſtum, vt notat Hoſtien. de maior. & obedien. ſoli-
tæ. [inuenti] ſimile. de re iudica. ad apoſtolicæ. §. hos. lib.
6. & hoc dicit ſecundùm Guil. & Gem. quia nullus ſe ſimpli-
cem dicere poteſt, cum Iob dicat, & ſi ſimplex fuero, hoc
ignorat anima mea, de purgat. cano. capitu. accepimus. ad
hæc facit. de pænit. diſtinct. 11. ſi enim. Si. n. ait, nullum Pa-
pam fore meritum, dubitare debet, quem apex tantæ di-
gnitatis extollit, ſecundùm Gem. vel ſecundùm Guil. hoc
43 dicit ex cauſa humiliationis: Nam † laus in proprio ore ſorde
ſcit: potuiſſet enim ſe commendare ad inſtar Chriſti. Hic di-
cendum eſt, quod veritas eſt virtus moralis, & habet duo ex-
trema, ſcilicet iactantiam, quæ eſt extremum excedens fin-
gendo eſſe glorioſa, quæ non ſunt, vel maiora quæ ſunt
erronea, negando quæ exiſtant, ſicut Socrates ſciens. Vera
autem ſunt dicenda, cum debitarum circumſtantiarum ob-
ſeruatione, ſcilicet, quæ oportet, & quando; & vbi, &
quibus, & quomodo: Non eſt autem licitum de ſe ipſo
apertè mentiri, ſed in defectum: & quando oportet, lici-
tum eſt ſe laudare, iuxta illud; Vos vocatis me Magiſter,
& bene dicitis. Nec iſta eſt iactantia, immo magis humi-
liatur quanto veritati magis aſſociatur, 22. quæſt. 4. cùm
humilitatis. [Affectus] id eſt, deſiderij ad impletionem &
executionem, vt ſic ſuccedat in onere qui ſubſtituit in hono
re, vt ff. de regul. iur. l. ſecundùm naturam. & C. de caduc.
tollen. l. vna. §. pro ſecundo. 43. diſtinct. ſic. concord. Inſtitu.
de legit. patro. tutel. circa fin. [Arduis] in quibus & in maio-
ribus ad Papam recurſus habetur: & de hoc per Hoſtien.
qui fil. ſint legit. per venerabilem. §. rationibus. In his autem
arduis prælatis conſiſtit officium: vnde dicit Gregorius:
Omne enim, quod hic eminet, plus moribus affligitur,
quàm honoribus gaudet: Vnde Hoſtien. de offic. delega.
cap. primo, lib. 6. recitans verbum Beati Bernardi ad dæmo
nem epiſcopis mediantibus honoribus blandiri: ſed one-
ra penſantibus tædio ſunt atque formidini: nec tanta ala-
critate & fiducia currerent ad honores, ſi ab honoribus ali-
quam grauitatem perciperent, nec cum tanto labore & pe-
riculo quarumlibet dignitatum affectarent infulas: vnde
etiam eſt, quod cum tanti fiat honos & gloria, in eccleſia
aliquis purus eſſe clericus erubeſcat, & alios in aliqua di-
gnitate & eminentia conſtitutos inuideat. [Silentio] ne fortè

in tanta loquacitate leuis appareat: vel quia non expedie-
bat ſubditis, illud ſciret, 43. diſtin. Illud. Bulla in procem.
Sexti in fine. Notat Guil. an edictum per Papam factum
nondum tamen ſcriptum in ſolita litterarum forma, vel ſit
ſcriptum non tamen bullatum, expiret moriente Papa? &
tenet quòd nõ: facit pro hoc 29. q. 11. inſtitutionis. & quod
ibi notatur [Vniuerſitati] videretur quod deberet dicere in
plurali, cum pluribus loquatur, ſicut ſi vni loqueretur in plu
rali, reſcriptum eſſet falſum, de fal. graui. Solut. ſecundum
Paulum, eſt quædam ſingularitas & vocalis & realis, vt Do
ctor & ſcholaris: quædam pluralitas realis & vocalis: quæ-
dam eſt ſingularitas vocalis, pluralitas tamen realis, vt vni-
uerſitas, capitulum, & populus: & tunc per tale ſingulare
non viciatur reſcriptum, vt hic, & de elect. qualiter. & cap.
ſequen. & cap. eccleſia. Vnde notat Ioann. de reſcriptis. ca-
pitulum. quòd per verbum ſingularis numeri eſt bona lo-
cutio propter ſingularitatem vocalem, de electio. capit. in
cauſis. verſicu. quia verò. de appellatio. ſignificauit. in prin-
cip. de præben. dilectus. cum alijs concordantijs. Eſt etiam
bona locutio per verba pluralis numeri propter pluralita-
tem realem, de reſcrip. capitulum. de excep. ſignificauit [Ma
nentes] & ſic neceſſe habent ſubditi adimplere, 14. quæſt. 1.
quod præcipitur. de maiori. & obedien. cap. ſi quis. de ver-
bor. ſignifica. in his. vnde & contemnens ſuo officio & ſuo
honore priuaretur, 1. diſtin. denique. ſed non ſeruans in
conditore non credens condendi potentiam, vt hæreticus
punitur, 19. diſtin. nulli fas. [Alacri] & ſic notandum eſt, cũ
44 alacritate ſtudij ſcientiam † acquirendam. in procem. Inſtit.
§. ſumma. ne cum triſtitia victimam holocauſti. Huius ra-
tio eſt, quia dicit Philoſophus 4. & 10. Ethicorum. perfi-
45 cit † autem delectatio operationes. vnde Sapiens Eccleſia-
ſticus 3. cognouit, quòd non eſſet melius niſi lætari homi-
46 nem. & 8. cap. Laudaui igitur lætitiam, quòd non † eſſet
homini melius ſub Sole. vnde Seneca; ſic animus tuus re-
ctus fidens & lætus, carnis tamen ſuæ ſummam curam non
habeat, de conſec. diſtinct. 6. non mediocriter. pinguis au-
tem venter groſſum ſenſum in talibus generat, 43. diſtin.
§. fina. [Data] in legibus autẽ antiquis & diu obſeruatis in vo
luntate legum reductis, licet data in eis non ſit, nihilominus
vigorem ſuum habent, vt in prima conſtitutione Codicis,
Data ergo apponenda eſt in legibus, quæ de nouo condun
tur & emanant, & hic ponitur data in fine procemij, quia
procemium ſolum eſt Ioannis; ſed ponit in fine libri ibi:
compilatio eſt primatis, vt in fine 6. lib. vnde dicit Data
apud ſanctum Petrum: & ſic nota locum apponendum
in reſcriptis & inſtrumentis, vt infra ſubijciam, & hoc
de iſto.

Expoſitionibus litteralibus expeditis, ad notabilium re-
recollectionem accedamus: & primo nota in verbo, mo-
res, quòd hæc compilatio ſupponitur Ethicæ, id eſt Mora-
lis ſcientiæ, vt alij libri iuris ciuilis & canonici: per hanc enim
omnia bene aguntur, & proſunt omnia vitæ & honori, vt
de vita & honeſta. cleric. cap. vt clericorum. C. de ſecund.
nupt. l. 1. huius autem prudentiæ notabilis eſt & excellens
indagatio, meliorque erit ſecundum virtutem operatio,
47 eo quod ipſa † hominem ducit ad Beatitudinem: vnde Ma-
crobius ſuper ſomnio Scipionis, pertractans illud verbum,
quærere Africane &c. Dicit, Solæ faciunt virtutes bea-
tum, nullaque alia quiſquam via hoc nomen adipiſcitur.
Vnde pro clariori intellectu iſtius partis ſciendum eſt, quòd
quatuor ſunt virtutes Cardinales, ſeu principales, ſcili-
cet, Fortitudo, Temperantia, Iuſtitia, & Prudentia. & iſta
diſtinctio poteſt ſumi ex parte obiectorum & formaliter &
48 materialiter: formalis enim † ratio obiecti cuiuslibet virtu-
tis eſt bonum rationis, in quod tendit ipſa virtus, quod
bonum ſe habet tripliciter: aut enim eſt illius boni ſecun-
dum eius rationem eſſentialem & perfectiuam, & ſic eſt
prudentia, quæ in ipſa rectitudine rationis practicæ con-
ſiſtit: Aut eſt illius boni cauſa eſſentialiter effectiua, & ſic
eſt iuſtitia, quæ æqualitatem recti & boni in exterioribus
operationibus conſtituit: Aut eſt illius boni ſecundum ra-
tionem in paſſionibus conſeruatiuam: & hoc poteſt eſſe du-
pliciter. aut cuſtodit ipſam a paſſionibus impellentibus
contra bonum rationis, & ſic eſt temperantia: vel a paſ-
ſionibus retrahentibus a bono rationis, & ſic eſt Forti-
tudo.

Poteſt etiam ſumi diſtinctio virtutum Cardinalium ab
obiectis materialiter ſic: obiecta virtutis aut ſunt ipſæ ra-
tiones agibilium, aut operationes exteriorum, aut paſſio-
nes interiores. Iſtorum enim trium virtutum poteſt eſſe
quædam medietas & rectitudo: quia per virtutem debeo
habere rationes agibilium, rectas operationes exteriores
menſuratas, & paſſiones interiores moderatas. Primam
rectitudinem facit Prudentia; ſecundam Iuſtitia; tertiam
Fortitudo in paſſionibus iraſcibilibus; temperantia verò in
paſſionibus concupiſcibilibus: & iſtæ quatuor virtutes
principales, vno reſpectu ſunt genera ſubalterna continen-
tia ſub ſe ſpeciales virtutes: nam ſecundum Macrobium
vbi ſupra, Prudentiæ incitratio, id eſt de futuris docilitas,
in docendo, ſcilicet, alios: fortitudo præſtat magnanimita-
tem, fiduciam, conſtantiam, ſecuritatem, magnificentiã,
tolerantiam, firmitatem.

Temperantiam ſequitur modeſtia, verecundia, abſti-
nentia, caſtitas, honeſtas; moderatio, parcitas, ſobrietas,
pudicitia, amicitia, concordia, pietas, religio, affectus.
His virtutibus moralibus & Politicis vir bonus præmium
ſui & ſuorum conſequitur, atque inde ſuperior & publicè
rector efficitur, iuſtè & prouide gubernans. Poteſt & alio
modo diuiſio virtutum moralium magis determinatè ſumi,
ex diuiſione obiectorum paſſiones inferentium, quæ ſunt
in parte concupiſcibili, aut iraſcibili: Nam paſſiones con-
cupiſcibilium inſurgunt nobis, aut ex bono, vel malo ab-
ſolutè, Paſſionum autem exiſtentium in iraſcibili, quædam
ex malo, quædam ex bono inſurgunt: ſi ex malo inſur-
gunt, aut ex malo præſenti, aut ex malo futuro: ſi ex ma-
lo futuro, ſic cauſatur timor & audacia, quæ ſunt extre-
ma: timor eſt defectus, & audacia ſuperabundantia: quā-
rum medietas eſt virtus, quæ vocatur fortitudo. Aut ex ma-
lo præſenti, quod iam illatum eſt, & hoc eſt, vt inſurgamus
ad vindictam, & ſic eſt extremum ſuperabundans iracũdia,
quæ cauſatur ex quadam paruipenſione apparenti: Aut a ta
li vindicta deficimus, & ſic eſt extremum deficiẽs etiam ira-
ſcibilitas; Mediatas autem eorum eſt virtus, quæ dicitur
manſuetudo. Si autem paſſio inſurgat ex bono arduo, aut
inſurgat a bono vtili, aut honeſto: A bono enim delectabili,
cum nõ habeat rationem ardui, nulla paſſio in iraſcibili cau-
ſari põt. Si aũt paſſio cauſet a bono vtili arduo, cuiuſmodi eſt
pecunia, tunc oritur magnificentia, quæ eſt circa magnos
ſumptus & expenſas, cuius extremum ſuper abundans eſt
prodigalitas: deficiens autem per inficientia. Si a bono &
honeſto ſic eſt magnanimitas, quę eſt contra magnos homi-
nes, cuius extremum ſuper abundans eſt magnanimitas, de-
ficiens autem puſillanimitas. Si vero ſunt paſſiones in concu
piſcibili cauſato ex bono ſimpliciter & abſoluto, & tunc
49 † quia bonum hominis eſt bonum quoddam in ſe, & quod-
dam in ordine ad alios. Bonum hominis in ſe eſt triplex,
nam quoddam eſt bonum delectabile, circa quod eſt tempe-
rantia, cuius extremum ſuperabundans eſt intemperantia,
deficiens inſenſibilitas. Quoddam vtile, circa quod eſt libe-
ralitas, quæ eſt circa mediocres ſumptus, ſicut magnificentia
circa magnos, cuius extremum ſuperabundans eſt prodiga-
litas, deficiens illiberalitas. Quoddam eſt bonum honeſtum,
circa quod eſt medium minorantis, quod eſt circa paruos
homines, ſicut magnanimitas circa magnos, cuius extre-
mum ſuperabundans eſt philonia, deficiens autem Aphilo-
nia. Si autem paſſiones oriantur ex bono in ordine ad alios,
cum quibus conueniatur, ſecundum quod verba & opera,
quibus homo cum alijs communicat, ad tria deſeruiant. pri-
50 mo enim ad virtutis † magnificentiam aut manifeſtatio-
nem, & ſic ſumitur vna virtus, quę dicitur veritas, ſecundum
quam homo ſine fictione ſe oſtendit in verbis vel in operi-
bus, qualis ſit, & huius extremum ſuperabundans eſt iactan-
tia: deficiens autem cyronia. Aut deſeruiunt a d decentem
in vita conuerſationem, & ſic ſumitur amicitia ſeu affabili-
tas, ſecundum quam homo non eſt adulterator nec diſco-
lus, ſed affabilis & gratioſus, cuius extremum ſuperabun-
dans eſt placentia, deficiens diſplicentia. Aut verba & opera
deſeruiunt homini ad ludum & ſolatium, & ſic ſumitur Eu-
tropolia, ſecundum quam aliquis bene ſe habet in ludis &
ſolatijs, cuius extremum ſuperabundans hemololica, defi-
ciens Agroligia. & ſic ſunt decem virtutes morales, quæ
51 † principaliter ſunt ad rauficandum paſſiones, quibus ho-
mo interius afficitur. Illudque principaliter conſideratur,
ſecundum quod interius efficitur, & ſecundum quod exte-
rius operatur, non conſideratur, niſi ex conſequenti, in quã-
tum, ſcilicet, exteriores poſitiones operationes ex interiori-
bus

bus paſſionibus proueniunt. Iuſtitia autem eſt circa opera-
tiones exteriores, quas rectificat emptio, venditio, & ſic de
52 ſingulis, nam † circa iuſtitiam principaliter attenditur, quid
exterius operetur, qualiter autem efficiatur interius, non
conſideratur, niſi ex conſequenti. & ſic iuſtitia addita, erunt
vndecim, iuſtitia, quæ eſt in voluntate, & decem in appetitu
ſenſitiuo. Quatuor in iraſcibili, ſcilicet, fortitudo, manſue-
tudo, magnificentia, magnanimitas. In concupiſcibili vero
ſunt ſex, ſcilicet, temperantia, liberalitas, honor, veritas, ami-
citia, & Eutropolia. & ex prædictis patet, quomodo vitia ex-
tirpantur, quæ generantur ex paſſionibus, quæ ſunt in ſen-
ſualitate, & virtutes inferunt dictas paſſiones rectificantes &
regulantes. De virtutibus autem Theologicis nihil dicetur.
53 Secundo notandum eſt, quòd † ius humanum poſitiuum
ſufficienter cenſeri non poteſt, ad perfectam claram & im-
mutabilem humani generis gubernationem, ff. de legi. l. non
54 poſſunt. Nam nouis verbis, nouis negocijs, noua antidota,
nouaque iura conuenit præparare, l. ſi vt conſtitueretur, de
iura. calum. cæterum enim natura naturata ex virtute natu-
55 ræ naturantis, quæ † eſt prima cauſa, ſine qua ſecunda non
agit, lætatur nouas & diſſimiles formas iam creatas in poſte-
rum edere, ita quòd nedum identitas, immo diſſimilitudo
deficit in eiſdem, vt C. de vet. iur. enue. l. 2. §. ſed quia, & 10.
colla. quæ ſit prima cauſa bene. ami. §. prædictis. vnde poſi-
tiuum ſcriptum non ſufficit. Tertio notandum eſt, quod
56 ſenſualitas ſeu † appetitus ſenſitiuus facile ad malum decli-
57 nat; concor. ſunt in glo. ſuper verbo, prodiues. Quarto † no-
ta, quòd ius poſitiuum ſcriptum indiget ſuperioris au-
thoritate, quæ defectum ſuppleat, & ſenſualitatem re-
gulæ ratificare debeat, in Authen. de inſtru. caute. & fi. in
princip. Propterea conſtituit Deus Imperatorem in ter-
58 ris, vt difficilibus quæ bona ſunt imponat leges, quæ † ſe-
cundum naturæ veritatem adaptantur. & facit quod dixi
ſuper verbo, neceſſaria. & nõ plus de hoc. Quinto nota in §.
hoc ſanè. quatuor principaliter ponderanda in nouis con-
59 ſtitutionibus promulgandis: Primum † eſt, quòd per hoc
transformatorum reformationi proſpiciatur, contra con-
dentes leges iniquas, per quas bene ordinata difformantur.
Secundum eſt, quod per hoc cuncta difficilia diſſoluantur
contra illos, qui faciles ſunt ad conſtitutiones edendas pro-
pter ſingula negocia, quę poſſunt faciliter expediri. Tertium
eſt, quòd conſtitutiones ipſæ, quæſtionibus & negotijs im-
minentibus ſint conuenientes, arg. ff. de liberat. lega. l. lega-
ui. Quartum eſt, quòd prudenter attenteque in earum
editionibus & promulgationibus procedatur. 50. diſtin. pon
deret. & ſup. de re iudi. cum æterni. contra ſcilicet illos, qui
ſubitò & ex abrupto ſine matura deliberatione ad hæc pro-
cedunt. Item quintum addere poſſes ex verſi. dudum. quòd
vtilia & ſalubria circa frequentata in iudicijs & extra iudi-
cia continere debent, vt ff. de conſti. princ. l. 2. & ff. de legi. l.
nam ad ea. ¶ Sexto nota, duas eſſe principales cauſas, ex qui-
bus in effectu magnorum hominum ſæpius fruſtrantur pro-
poſita: Prima eſt aſſidua occupatio circa magna, quia pluri-
bus intentus minor eſt ad ſingula ſenſus: Secunda eſt ſortis
humanæ conditio, de medio ſubtrahens proponentem, vt
in Authen. de nuptijs. §. deinceps. Tertium addere potes, vi-
delicet impedimentum facti occurrens, vt in regula nemo
poteſt. de regu. iur. propter quæ ſemper dubitaui propoſi-
tum meum circa recollectionem lecturarum iuris canonici
fruſtrari effectu, confido tamen de miſericordia Dei, qui
60 † res deſperatas perducit ad finem, C. de offi. præfect. præto.
61 Afri. l. 1. & 2. Septimo nota, quòd ſuccedens † alteri in ho-
norem, debet etiam ſuccedere in onere, & quòd factum a
præceſſore bene inchoatum ſucceſſor complere debet: con-
cor. ſunt in glo. Octauo nota in fine ſuper data, locum appo-
nendi in data reſcripti, aut eſt vitioſum, vt notatur in Spec.
de reſcript. præſentatione. §. ratione formæ. & hæc de nota-
bilibus &c.

Notabilibus expeditis, ad oppoſitiones accedamus, &
primo contra ſecundum notabile, & contra duo notabilia
ſequentia in procemio Decretalium, vt ibi ſcripſi, & quæ ibi
ſcripſi in quæſtione, quam ibi moui poſt Collectarium: Item
adde hic quatuor quæſtiones, quas formaui & proſequu-
tus fui in procemio ſexti libri, quibus præmiſſis accedo ad
aliquas alias oppoſitiones.

Opponitur, & primo de c. ſæpe. infra de appel. vbi vide-
tur, quod quæſtio iuris principi non eſt difficilis, ſed per
eum facile decidatur, & eidem prouidetur: Cuius contra-
rium hic dicitur, Reſpondet Pau. ſuper verbo, emergenti-
bus, videlicet quòd poſt editam conſtitutionem, illis in om-
nibus conſtitutio prius edita non potuit prouidere, nec ea
excogitare, vt ſic hæc littera intelligatur de litteris, quæ ſunt
non in actu, ſed in potentia. In his enim caſibus, qui iam
actualiter & de facto contigerunt, poteſt princeps faciliter
per conſtitutiones editas vel edendas ſecundum æquitatem
ſumptam ex diuerſis circunſtantijs ipſorum negociorum ſa-
lubriter declarando prouidere, vt in contrario. Quidam
dominus aliter ſoluit, dicens, quòd decidere omnia, quæ
euenire poſſunt, ſpeciali determinatione eſt impoſſibile, vt
hic, ſed generali determinatione bene. Sed cum reuerentia
hæc ſecunda ſolutio eſt contra mentem huius litteræ, quia
62 leges & † conſtitutiones natura ſua debent eſſe generales, vt
ff. de legi. non poſſunt. de quibus tamen loquimur hic: Pri-
63 ma ſolutio valere videtur, quia declaratio † nil noui addit,
vt in l. adeo. §. cum quis. ff. de acquiren. rer. dom. ex quo ſe-
quitur, quòd ſi ſequens non facit is præcedentem declarare,
per præcedentem bene intellectum ſufficienter prouiſum
erat etiam quo ad omnes caſus ſequentes poſſibiles contra
mentem huius litteræ ibi, cum dicit, quòd vix aliquid adeo
certum clarumque ſtatuitur, cum ex certis emergentibus,
quibus iura iam poſita mederi non poſſunt, in dubium re-
uocetur. ponderando verbum, nõ poſſunt. Sed faciliter re-
ſpondebis dicendo, quòd propter dubium &c. bene iura an-
tiqua male videntur quo ad caſus emergentes intellecta
propter malum intellectum & dubia, quæ ex contrarietate
opinionum inſurgunt, mederi non poſſunt: & hæc applican
do ad principia iuris naturalis & diuini eſt indubitatum, vt
ſupra in proem. decretalium. Sed bene dubito, quòd conſti-
tutiones poſitiuæ non poſſunt etiam in quocunque nume-
ro quantumcunque bene humanitus edi, quòd adeò bene
& propriè ius diuinum, & naturale ſpecificent & declarent,
an præter illud poſitiuè inducant, quòd omnes caſus ſpecia-
liter vel generaliter ſecundum mentem propriam earum cõ
prehendant propter imperfectionem humanam, facit. ff. de
regu. iur. omnis definitio. Videantur omnino, quæ ſcripſi in
regula, poſſeſſor. lib. 6.

Secundo opponit quidam dominus poſt Innoc. quia di-
cit, caſus prius præuideri debet, vt ff. locat. l. ſi domum. ſu-
pra de ſeru. non ordi. cap. 1. de homic. cap. Ioannes. de præ-
ſump. ſcribam. & cap. quanto. Sol. dicens, quòd hic loquitur
in futuris, quæ nullo modo præuideri poſſint, & ita in qui-
bus nil imputandum eſt. Contrarium loquitur in his futu-
ris quæ præuideri poſſint ſaltem præſumptiuè ex præteri-
tis arguendo, ſic intelligimus ſecundum Pau. vt notat. in
prædicto cap. ſcribam, & 24. q. 2. cum per bellicam. 13. diſtin.
peruenit. 44. diſtin. multis. 21. q. 1. ſi quis. de elect. officij. C.
de adul. ſi qui. cum concord. & in his bene imputatur homi-
ni, ſi non occurrit, de homicid. ex litteris. & cap. Ioannes. &
ſic intelligitur dictum capitulum de ſeruis non ordi. Ratio
64 autem primi membri huius diſtinctionis eſt, quia † poſſibili-
tas humana non poteſt habere notitiam etiam præſentium,
C. de vet. iur. enu. l. 2. §. ſed quia. fortius ergo nec futurorũ;
65 Ratio rationis, quia ad perfectionem † & ſummitatem non
attingit ipſa humana natura, cùm ſit vitio ſuppoſita, de pe-
niten. diſtin. 2. ſi enim inquit. in fi. & occulta humani cordis
66 † ſoli Deo ſunt cognita, 26. quæſt. 3. cap. fina. & etiam fu-
tura.

Tertio opponit Pau. de l. 1. in princip. C. de vet. iur. enuc.
67 vbi dicitur, quòd lex † omnem iniquitatem expellit: & op-
poſitionem eius confirmo per eandem l. 1. §. ſed & hoc; Vbi
dicitur, quòd ſcientia nihil minus perfectum reperitur, di-
cit Pau. quòd bene expellit ſcientia canonica & ciuilis om-
nem iniquitatem ſecundum propoſitum & mandata gene-
ralia, ſed omnes caſus ſpeciales & emergentes non decidit,
vt hic: Aut dicit quidam Dominus contrarium intelligi ex
quodam dicto Guil. quod nõ capio; Quarto opponit Pau.
quia hic dicitur, quòd ab adoleſcentia. & cap. quæ verba ha-
bentur 12. quæſt. 1. omnis ætas. & tamen alibi dicitur, quòd
in pueris non eſt vitium neque virtus, 16. quæſt. 1. firmiſſi-
mè. in fi. & §. ſequen. de pęnis, diſtin. 2. §. quòd verò. Soluit
Pau. dicens, quòd contraria loquuntur in non doli capace,
qui per ſua opera non meretur; hic & in concordantijs de
doli capace: Vnde dicebat Ioannes exponendo, id eſt, om-
68 nis homo, † cuiuſque ætatis & tempore adoleſcentiæ pro-
69 nus eſt ad malum: Adoleſcens autem bene † eſt doli capax,
vt patet 33. quæſt. 4. in adoleſcentia. ¶ Quintò opponitur
ſecundum

ſecundùm Pau.de cap.vno, de ſerut.In ordi.facien.vbi præ-
ſumitur quis bonus. ſolum Pau.dicens, quòd intrinſeca qua-
70 litas † præſumit ſemper ineſſe in homine, vt notatur de ele-
ctio.ſi forte, lib.6.ſed nihilominus licèt præſumatur ineſſe,
ab ea tamen facile redditur humana natura ſecundum eum,
ad quod ſecundum motum naturalem facilius inclinamur,
71 hoc aũt eſt extremum, ad extrema † enim potius quàm ad
medium facilius inclinamur, quod medium eſt virtus & eius
opera, 20.q.3.proclius. In Authen.de monac.ad finem pri-
mæ columnæ in princip. vbi dicitur, quod obnoxij eſt culpa
hominis caro. ſed quæ eſt huius ratio? dicit Pau.quod iſta
72 poteſt eſſe multiplex. Prima, quia malum † quis per ſe po-
teſt, bonum autem ſolummodo per gratiam, quam nemo
meretur ſecundum Auguſtinum, & notatur.de pę.diſtin.1.
§.hoc idem. & de conſecr.diſtinct.2.quia corpus: Non pro-
73 cedit hæc ratio, quia † gratia ſemper parata eſt, ſi ei non
obijciamus aliquid, & hoc ego credo. Secunda ratio eſt pro-
pter fomitem impellentem ad malum qui fomes dicitur pę-
nalitas peccat originalis, de conſecra.diſtin.2.iteratur tertio
74 propter multa impedimenta boni: Item quia † homo maior
electione & ſubtilior ingenio indiget tã in bono quã in ma-
lo. Ponebat dominus Vaſſren. Cardin.dum legebat ordina-
riè Tholoſæ, exemplum de baliſtario, qui pro eo, quòd ad
bene trahendum, non habet niſi vnicam viam, ideo ſæpè
deuiat, arg.quia omne peccatum fit per delectationem. 16.
75 q.1.merito. vnde dicitur ſenſualitas † quædam vis animæ,
quia appetuntur delectabilia corpori, & reputantur nociua
ſpiritus, & ideo natura homo bonus eſt, quod dic, vt nota-
tur de ſumma Trini.cap.1.in glo. Nunquid eſt. Idem & de
conſec.diſtin.4.cap.2.& 3.naſcitur enim homo in vtero, &
ſic eſt filius, & renaſcitur etiam ex vtero, & ſecundum hoc
præſumitur bonus, ſecundum Pau.& non plus de hac quæ-
ſtione.

Sexto opponitur, & videtur, quòd ius poſitiuum omni-
no ſuperfluum ſit, & quòd deberet ſufficere ius naturale,
quia Deus, dum hominem creauit, dedit ſibi aliud ſui regi-
men ius naturale, vt 6.diſtinct.in princ.& tamen Deus non
nouit opus imperfectum, de rapt.cap.maiores.ſolutio ſe-
cundum Pau.ius naturale per ſe ſufficiebat, ſi humana na-
76 tura illo contenta fuiſſet. dicitur enim ius naturale † ſpira-
culum, quod Deus ſpirauit in hominem, Gene.2. Homo
autem ſine rationabilitate eſt imperfectus, tale autem opus
77 non nouit Deus, vt in contrario. Nec mirum, quia † hu-
mana natura prompta eſt ad malum, vt ſupra patet, & pon-
dere diſcordiæ hoc ius depreſſit. hinc eſt, quòd vt dixit Pau.
Deus volens conſulere infirmitati noſtræ dedit legem Mo-
ſaycam, 7.diſtinct.Moſes. poſtea dedit legem propheticam,
quæ Moſaycam rectificauit, 48.diſtin.quoniam. 14.q.4.cap.
ab illo.& §.ſi quis oblitus. ſed quia ſecundum Apoſtolum
78 ad Rom.6.lex † neminem ad perfectionem direxit: Euan-
79 gelium † autem dat ſalutem omni credenti per filium Dei,
ſucceſſit lex euangelica & Apoſtolica. poſt hæc conſideran-
tes Principes, quod Deus fecit hominem rectum, & ipſe ſe
80 immiſcuit quæſtionibus, Eccleſ.ra.pro † diuerſitate nego-
tiorum diuerſa iura ſtatuta fuerant. Hæc omnia euangelia
decidere non poſſunt, vt ſupra patuit. concordantia tamen
iurium & eorum ſolutio conſueuit haberi varijs modis, &
per variam cauſarum conſiderationem, quas vide in Specu.
de diſpu.& allega.§.poſt hoc. vſque ad finem. Pau.

Expeditus de oppoſitionibus, venio nunc ad quæſtio-
nes; Quæritur ergo primo, qui habet congregare conci-
lium? De hoc tractat hic Guil.ſed de hoc & materia iſta dic
vt notatur per Innoc.& Hoſti.ſupra de præben.

Secundo quæritur, Ecce dicit hic, ſortis humanæ condi-
tio, &c. quæritur circa hoc, quot ſunt termini vitæ ho-
minis? De quo dic, vt ſupra notaui in hoc procemio ſuper
glo.ſumitur pro fortuna.quæ incipit, idem Pau.

Tertio quæritur, quomodo ſaluatur quod hic dicitur
vniuerſitatis, in ſingulari, & additur vniuerſali, quod plu-
ralitatem notat, contra cap.quam grauis.de crimine fal. c.
ad audientiam.de reſcript. vbi ſatis de hoc per Hoſtien. Im-
mo aliter dicit Paulus, quòd eſt quædam ſingularitas realis
& vocalis, vt Doctor & Magiſter & ſcholaris. Hæc ſecunda
quo ad rem & vocem eſt ſingularis. Item ſecundum eum
quædam pluraritas vocalis & realis, vt Doctores & ſcho-
lares, quia quo ad rem & vocem loquimur in plurali, & in
talibus ſi fieret permixtio non valet reſcriptum vt ſupra eſt
probatum. Item eſt quædam ſingularitas vocalis, plurali-
tas tamen realis, ſeu realitas pluralis, vt vniuerſitas, capi-
tulum, & populus, & tunc per ſingulare tale non vitiatur
reſcriptum, immo ſi eis loquatur, dicit in plurali, vobis,
vel quid ſimile, vt hic, & de elect. qualiter.& cap.ſequen-
ti.& cap.eccleſia.1.q.2.cum concor.de hoc per Ioan.Andr.
ſupra de reſcrip.cap.capitulum ſanctæ Crucis.& ibi Domi.
Paulus, vbi videlicet eſt ſingularitas vocalis, ſed irratio-
nalitas pluralis, quia aut loquimur de terminis adiectiuis
denotantibus actum, & in his vtendum eſt plurali numero,
vt ſupra de electio.ſignificauit.& cap.in cauſis, aut loqui-
mur de terminis notantibus ius, & in his vti poſſumus circa
talem vocalem ſingularitatem, realiter tamẽ pluralẽ, verbis
ſingularis numeri. Huius ſecundi membri ratio eſt, quia ea
quæ iuris ſunt, competunt corpori iure repręſentatiuo,
non ipſis ſingularibus repræſentantibus ipſum corpus, vt
in extrauaganti Ioan.22. ad conditorem, facit ſupra de of-
fic.delega.quoniam Abbas. Modo iſtud corpus iuris res eſt
ſingularis, ergo qualitas ſibi correſpondens ſingularis. ſu-
per quo vide pulchre Innocen.in cap.irrefragabili.de offic.
ordin. Ratio verò in primo caſu eſt, quia actus non poſſent
fieri per ipſum corpus, ſed oportet quòd fiant per ſingula-
ria ſuppoſita repræſentantia ipſum corpus, quæ plura ſunt
adiectiua actus tales denotãtia, homini corporaliter debent
attribui, ſuper quo vide Innoc.de ſenten.excommu.c.Ro-
mana.lib.6.& in fine huius procemij.

Quarto quæritur, a quo tempore incipiat ligare Conſti-
tutio? de quo hic per glo.ſuper verbo, de cętero.quę inci-
pit, videtur per hanc litteram de principis conſtitutione. ſi-
cut Pau.quòd quandoque ius nouum promulgat, quan-
doque antiquum declarat, quandoque nec declarat nec
promulgat, ſed de nouo recipit conſtitutionem, quę primo
erat extrauagans. ſi ius nouum promulgat, tempus in con-
ſtitutione adijcitur, vt patet.de pręben.cum ſingula.lib.6.&
in Authen.vt neque miles neque veteranus.§.ſi igitur.col-
lat.8. infra de vit.& honeſt.cleri.cap.dięceſanus. in fine.
& quandoque adijciuntur ſex menſes, 18.diſtinct.decerni-
mus. Aliquando tempus non adijcitur in conſtitutione, &
tunc ligat poſt duos menſes &c. in Auth.vt factę nouę con-
ſtitutiones in rubro & in nigro. & ſupra, ne clerici vel mo-
na.cap.magno.& de ſenten.excommu.nouerint.& de con-
ceſſ.pręben.cap.1.lib.6.& not.ibi per Archid.quod intelli-
ge, vt hic notatur & in pręalleg.glo.videtur per hęc.& ſu-
per ea.& hoc de primo membro, videlicet de promulgatio-
ne iuris noui: Circa quod primum membrum, antequam
deſcendam ad membra alia, forma aliquas quęſtiones.

Prima eſt, vtrum ſubditi, qui ſunt Bononię, ligentur
conſtitutione poſt tempus debitum computandum a pu-
blicatione facta in Curia, & alijs ſtudijs, an ſolum a publi-
blicatione facta Bononię? & breuiter reſpondet Cyn.quòd
a publicatione facta prius, cum etiam Bononię per famam
& relationem potuerit peruenire, & de hoc notatur ſuper
data 6.lib.ſecundum eum. Pro quo induco, ſupra de poſtu-
la.præla.cap.1.& 16.diſtin.cap. quod dicitis.quia aliàs eſſet
neceſſe in ſingulis ciuitatibus publicare, contra iura proxi-
me allegata.

Secunda quæſtio eſt, pone, aliquis fuit in loco, in quo
Papæ conſtitutio non peruenit, nec potuit veriſimiliter
peruenire, puta inter Sarracenos vel Tartaros tempore pu-
blicationis, an durante tali conſtitutione arctetur? Dicit
Pau.quòd non quo ad culpam vel pœnam, ſed bene quo ad
facti illius ex iure nouo reprobationem, exemplum patet
infra de electio.plerumque. deberet enim caſſari & reuoca-
ri ſecundum iuris noui conſtitutionem, argumen.ſupra qui
matrimo.accuſa.poſ.cap.cum in tua, & ſupra de teſtamen.
ex tenore. ſic poteſt intelligi.ff.de decre.ab ordin.facien.l.
vltima.& hoc videtur tenere Ioan.de Anan.in ſumma ſua.
de conſtitu.§.conſtitutio.facit 82.diſtinct.propoſuiſti. vbi
de hoc.12.q.2.qui ex humanis. ſecundum eum, faciunt not.
Ber.ſupra de conſtitutio.cap.2.& Ioan.ſupra de reſcrip.cap.
tibi qui.lib.6.& Hoſtien.in capit.vt animarum.de conſtitu.
lib.6.

Tertia quæſtio eſt, an conſtitutio liget ante duos men-
ſes illum, qui notitiam habuit conſtitutionis? Pau.videtur
hic velle quòd non, ſed hęc opinio non placet Simoni Lam-
ber.de Salmis, Ioan.Calde.nec etiam Ber.ſupra de loca.cap.
primo.in vltima glo. & non immeritò, quia eſt contra tex-
tum.ff.de decret.ab ordin.facien.l.fina.de conceſſ.præben.
quia cunctis.lib.6.in princip.ibi, Hoſtien.poſtquam ad no-

titiam

titiam peruenerit eorum, aut niſi poſt tempus, infra quod
ignorare minime potuiſſent. Item eſt contra glo. 1. quæſt.
5. tanto.& de rebus eccleſiæ non alienan.capit. 1. in glo. hoc
referas.facit, quia illi duo menſes non dantur, niſi ad noti-
tiam peruenire poſſit. de lapſu ergo temporis non cura-
tur, ſi notitia adeſt, ſicut ſciens certiorari non debet, infra
de reiudic.eum qui. & facit quod notatur de clandeſti.de-
ſponſ.cum inhibitio.in glo.quaſi publicum.inducit Ioann.
Calder.36.quæſt.2.capit.ſi autem, vbi ponderatur tempus
publicationis, quod intellige in ſcientibus: Item inducit
ſupra de Iudæ.capitu.ſicut, vbi ponderatur tempus noti-
tiæ, facit, quia tempus non adijcitur niſi propter ignoran-
tes, vbi aliud non apparet, vt ſupra de peniten.& remiſſio.
cum ex eo. Item bene facit de clandeſti.deſponſ.cap.vltimo.
81 vbi † ſpecialis ſcientia parentum facit prolem illegitimam,
82 licèt impedimentum publicè ignoretur. natura † enim legis
eſt, quod omnes aſtringat, igitur de natura ſua ſtatim liga-
re haberet, niſi lex ipſi probabilem ignorantiam exciperet,
eam poſtea interpretans, vſque ad duos menſes: Qua ceſ-
ſante non immeritò redimus ad regulam generalis aſtrictio-
nis, & probat.§.primo in Authen.vt factæ nouæ conſtitu-
tiones.& §.igitur etiam hanc. verſicu.& ſi bene legantur.&
capitu.primo.de poſtu.præla.capitu.quia igitur.verſicu.ſed
ſolum facit. nec indultum conceditur non ignoranti, & ſic
non facit regula, indultum, ad propoſitum, plura induxi, ad
quæ non allegaui, quia iura communia ſunt.

83 Quarta quæſtio eſt, an † factum contra legem poſt pu-
blicationem ante duos menſes per ignorantem, ſit nul-
lum? videtur quòd ſic, argumen.de regu.iur.quæ contra.
lib.6.10.diſtinct.vides. C.de legi.l.non dubium.& optimè
facit, quod notatur in præallega.capitu.quia conſtis.lapſus
ergo duorum menſium attendatur quoad culpam, & quo-
ad pœnam, non quo ad facti annullationem, ſecundum
quoſdam.Sed hoc Simoni videtur abſurdum: Pone enim,
quod promulgatur noua conſtitutio ſuper forma teſtandi,
teſtamentum aliter factum nullum decernitur:& ſi ignorans
publicationem ante duos menſes ſecundũ legem antiquam
teſtatur, & moritur, certe valebit teſtamentum, C.de te-
84 ſtam.l.iubemus.vnde credo, quòd attenditur † lapſus tem-
poris etiam quo ad annullandum, niſi in conſtitutione dice-
retur, ex nunc vel deinceps, vt eſt glo.notabilis infra de
hæretic.volentes.in glo.ac ſi dicat. & intelligo contraria,
poſtquam lex cępit ligare, &c.

Quinta quæſtio eſt, an præſumatur ignorantia, vt non
liget conſtitutio? Reſpondeo quòd ſic ante publicationem,
& donec per publicationem ſit facta notoria conſtitutio,
ſed poſtea ſecus, argumen.ff.de probat. l. verius. de regu.
iur.capitu. præſumitur. lib.6.82.diſtinctio. propoſuiſti. &
quod notatur.de poſtul.præla.capitu.2.in glo.hæc allega-
tio.& in præallega.capitu.præſumitur.& quod notatur, ff.
de recept.arb.l.2. & de pericu. tuto.l.penultima.§.illud.&
quod legitur & notatur. C.qui & aduerſus quos.l.prima.in
dubio autem dicerem probari ignorantiam per iuramen-
tum ipſius ignorantis, donec ſcientia in contrarium pro-
betur, per ea quæ notantur 22.quæſt.2.in lectum.& de ſen-
ten.excom.ſi vero. & de teſti.præſentium.& ff.de accuſat.ſi
cui.§.penul.& de elect.c.vt circa.lib.6.

Circa quod poſui alias concluſiones: Prima concluſio
eſt, quod nulla conſtitutio poſitiua magis ex facto aut le-
ge naturali vel diuina minime damnato pœnam inferens,
vel inferri mandans, quocunque tempore aſtringit proba-
biliter ignorantes; Probabam per commune fundamen-
85 tum, quia † probabilis ignorantia culpam tollit, & pœnam
adimit, quæ non infligitur ſine culpa, vt de conſtitut.capit.
2.& fina.de regu.iur.ignorantiam.& capitu.ſine culpa. Hac
enim ratione excuſantur certæ perſonæ ab ignorantia iu-
ris, ff.de iur.& fact.ignoran.l.regula.§.primo.& §.ſed iuris
ignorantiam. de probat.l.cum de indebito.§.ſecundo & l.
iubemus.& C.de tabula.l.generali.lib. 10.& in Authen. vt
86 factæ nouæ conſtitutiones, vbi dicitur, quod † venia dan-
da eſt his, qui iuſtam ignorantiam habent circa conſtitu-
tiones Principis, talis enim nec contemnit legem, quam
ignorat, ff.de iuſt.& iur.l.ſi per errorem.neque committit
flagitium, cum factum non damnetur, niſi lege ab eo igno-
rata, argumen. de conſtitut.nam concupiſcentiam. Dico
tamen, quod poſt tempus lapſum ad probationem igno-
rantiæ huiuſmodi non ſufficit iuramentum propter præ-
ſumptionem vehementem contrariam, ſed requiritur ob-
lata & dilucida eius probatio, videlicet indirecta cum fa-
cto contrario, quod cum ſcientia veriſimiliter ſtare non
potuit, vt dixi ſupra in quæſt.2.argumen.de renunc.ſuper
hoc.de præſcript.qui veriſimiliter.& quod not. Ber.& In-
nocen.in præallega. capitu. cognoſcentes.& Cardi.de hæ-
retic.filij vel hæredes.argumen.ſupra vt eccleſ.benefic.ca-
pitu.vno. Probet igitur furorem vel infantiam. 1.quæſt.9.
iudicas.de ſucceſ.ab inteſta.capitu. vno. aut detentionem
carceris, aut eremi, vel inſulæ ſarracenorum vel tartaro-
rum morem. ignorantia enim aliter præſumitur craſſa &
ſupina argumen.ſupra de regu.iur. cap.ignorantia. & quod
legitur & notatur infra de iudic.capitu.primo.quod enim
87 dicitur, ignorantiam probari iuramento, locum † habet in
factis particularibus, vbi non eſt ignorantia, notatur de ele-
ctio.innotuit. verſicu. parentes. capitu.ſecundo.de ſenten.
excommu.lib.6.& cap.qui & humanius. & capit. propoſui-
ſti.& capitu.præſumitur. Cardi.in capitu.vt circa.& capitu.
nulli.de electio. & Lau. infra de conſangui.& affini.capitu.
vno.immo plus eſt in ratione probare ignorantiam fuiſſe
probabilem: lata enim culpa eſt ignorare quod omnes
ſciunt, vt ff.de verbor.ſignificatio. l.cedere diem.§.fina.&
lata culpa æquiparatur dolo in caſibus non requirentibus
dolum expreſſum, vt ff.depoſi.l.quod Nerua.& glo.dicen-
do, ignorantiam iuramento probari, intelligitur præſum-
ptione faciente contra eam, argumen. eorum quæ leg.&
notantur ſupra de iureiuran.mulierem. & C.de rebus cre.
l.in bonæ fidei. & capitu.propoſuiſti. allegato ſufficeret ta-
men probare ſe fuiſſe extra prouinciam tempore publica-
tionis, ſecundum Bern.in dicto capitu.cognoſcentes. quia
ſic oporteret per omnes prouincias publicare, contra tex-
tum in capitu.quod dictis. & in Auth.vt factæ nouæ con-
ſtitutiones.in princip. & contra notata ſuper data Sexti,
quod intelligo, ſi veriſimile eſt per famam publicationis
id ad illius notitiam perueniſſe, ſecundum Pau.hic, faciunt
notata Auguſti. 32.quæſt.2.ſi autem. & de poſtu.l.præla.
capitu.1.ſi enim fuiſſet ita remotè a prouincia toto tem-
pore, quòd eſſet vix veriſimile quòd ad eum non perueniſ-
ſet publicationis notitia, ſecus eſſet. ex hoc dicebat domi-
nus Thomas pagani vtriuſque iuris doctor, & palatij Apo-
ſtolici cauſarum Auditor, quòd ſi Monachus ſtetiſſet in
clauſtro, & huiuſmodi ignorantiam allegaret, nec eſſet
conſtitutio diuulgata inter clauſtrales, ad probandum ſuam
ignorantiam per iuramentum admitti deberet, inducens
notata 17.quæſt.4.ſi quis ſuadente: Ideo autem dixi in
concluſione, nulla conſtitutio, vt conſtitutiones Principum
& inferiorum vniformiter comprehendam. item dixi, po-
88 ſitiua, quia circa † naturalem vel diuinam non cadit igno-
rantia probabilis, ff.de adul.l.ſi adulterium cum inceſtu.
C.de in ius vocan.l. ſecunda, prima quæſt. 4. §. notan-
dum. cum ibi notatis.16.quæſt.prima.ſi cupis. & notatur
28.diſt.in ſumma. Item dixi, ex facto, & intelligo proprio,
ſecus enim ſi ex alieno, ſic enim diſſoluitur.capitu.ſi ſenten-
tia.de ſenten.excommu.lib.6.& cap.vt animarum.de conſti.
eo.lib.ſuper quo vide quod ſcripſi in d.c.vt animarum.op-
poſitione ſecunda.

Ex quo ſequitur, quòd poena inhabilitationis puniun-
tur in caſu læſæ maieſtatis & hæreſis filij etiam ignoran-
tes, C.ad l.Iuliam maieſt.l.quiſquis.& de hæreti.capitu.ſe-
cundo.lib.6.quia culpa eorum non ponderatur. Quid au-
tem ſit de irritatione ipſius facti, iam prædixi. Item intel-
ligo de facto committendo tempore conſtitutionis, tum
89 quia † conſtitutio de natura ſua non reſpicit præterita, vt
in capitu.cognoſcentes. & capitu. quoniam.de conſtitut.
tunc quia ſi reſpiceret, ex certa ſcientia principis non at-
tenderetur ſcientia vel ignorantia illius, qui delictum per
prius cōmiſiſſet, quia nec conſtitutionem poterat per prius
diuinare, nec poſt eam aliquid dicitur attentare, in quo
ſcientia vel ignorantia ponderetur, argumen.ff.de excuſa.
tuto.l.ſcire.§.ſufficit.& ſupra de appel.cum ſit.in fine. nec
eſſet iniuſtum, quia eſſet arbitramentum ſeu moderantia
aut certificatio poenæ, quam iudex facere haberet parte
vocata, quam lex poteſt generaliter facere neminem vo-
cando, vt in præallega.capitu.vt animarum. & quod ibi
ſcripſi in quinta oppoſitione, quod ita diſſoluitur ad capitu.
ſacro.& ad capitu.illicita.& ad capitu. Romana.§.caueat.vt
ibi ſcripſi.Item dixi, maxime lege naturali vel diuina mi-

niuuc

modo opponendi decretum apparet tacitè vel expreſsè,
quòd Papa ſtatim vult ſuam conſtitutionem ſortiri effe-
ctum, aut dico quòd ſola decreti appoſitio iuxta capitulum
ſi.de electio.allega. cum multis, hoc non induceret, quia
97 decreti appoſitio † ſortitur naturam ipſius conſtitutionis,
& refertur ad ipſius tempus.argumen.capitu.ſi ſuper gra-
tia.alleg.& facit optime infra de conceſſio. præben.capitu.
vnico.circa princip.verſicu.quia decretum huiuſmodi, vel
ſi fortè poſt paululum quòd ſcriptum eſt l.&c ad huc igno-
rata, & probatur.etiam peroptimè in §.igitur.

Quinto quæritur de ſecundo membro, quid videlicet
cum antiqua principis conſtitutio per Principem declara-
tur? Circa quod dicit hic Ioan.in glo.videtur, per hanc
literam indubitatum eſſe, quòd ligabant conſtitutiones
declaratoriæ ſiue vtatur Princeps verbis declarationis, ſi-
ne non, & idem Pau. ex quo ſequitur, quòd conſtitutio
declaratoria trahitur ad prædicta & ad pendentia, & eſt ra-
tio, quia re vera hoc ius erat promulgatum, licèt eſſet ab
aliquibus malè intellectum, ſic ſupra de vſuris, quia in om-
nibus.& capitu.cum tu.& idem quando ius nouum concor-
dat cum iure antiquo, ſecundum Hoſtien.in capitu.quo-
niam.allega. Allegat de electio.cum in cunctis.§.hoc ſane.&
de inſtitutionibus.capitu.3.dicit tamen Pau.quòd ſi decla-
raretur noua conſtitutio per moderationem dictæ legis
præcedentis, vt C.de legi.l.leges.in fine. cenſeretur tunc
ius nouum corrigens antiquum, & ſic non haberent locum,
quæ prædicta ſunt, & idem ſi æquitatem approbaret, & ri-
gorem corrigeret, vt infra de appella.quamuis, & idem in-
tellige de approbatione generalis concilij, infra de ætat.&
qualitat. capitu. generalem. ſed opponitur, quia videtur,
quòd non ſemper reſpiciat præterita conſtitutio declara-
toria, argumen. eorum, quæ leguntur & quæ ſcripſi poſt
Ioan.ſupra de poſtula.prælato.capitu.vno, ſuper verbo, de
cætero. ſed fortè poteſt dici, id quod prædictus eſt debere
intelligi, dum in conſtitutione declaratoria non eſt poſi-
tum verbum, de cætero, nec glo.dicit hic, quòd præteri-
ta liget, vel aliter dic, quòd in glo.præallega. capitu.vnici
præallega.ponitur ratio, quare præterita ibi non compre-
henduntur, & breuiter dic, vt ibi ſcripſi. & ad intelligen-
tiam præcedentium atque ſequentium, videas & intra te
ipſum repetas ea quæ ſcripſi in capitu.cognoſcentes.& in
capitu.quoniam.& in capitu. vnico. allega. Addit autem
Ioan. Calde.aliam rationem, quare ius declaratorium tra-
98 hitur ad præterita, quia † declarans nil noui addit, vt in
præallega.§.cum quis, & de appella.nouit.& capitu.paſto-
ralis. ſecundo reſponſo. ſed caue de caſu, quem videtur
excipere nouella in præallega. capitulo.quoniam.& dic vt
ibi ſcripſi, & vide quæ ſcripſi ſupra de offi.delega.capitulo.
penul.lib.6.&c.

Sexto quæritur de tertio membro, videlicet qualiter
conſtitutio ante promulgata & publicata, ac de nouo tan-
tum ſituata, ſeu in corpore libri conſtitutionum collocata,
quando ligare incipiat? & patet exemplum in conſtitu-
tionibus ſexti libri, quæ fuerunt Gregorij Noni, Alexan-
dri, Vrbani, Innocentij Quarti, & Gregorij Decimi, &
aliorum, & in aliquibus huius libri, vt infra de iudic.du-
dum.& de immunitate eccle.quoniam.& de ſenten.excom-
municatio.in frequentibus. & de iſtis Reſpondeo hoc cer-
tum eſſe, quòd ligant immediate poſt publicationem com-
pilationis, quia & re vera & ante ligabant, ſi tamen anti-
qua conſtitutio eſſet in alia forma per Papam innouata,
vel renouata, & ſituata, tunc ſecus eſſet, & patet exem-
plum ſupra de reſcript.capitulo. ſtatutum.lib.ſexto.& de
teſtamen.capitulo primo.eo.lib.& infra de ſepul.capitulo.
dudum, ſecundum Pau.

Septimo quæritur de conſtitutionibus inferiorum, vi-
99 delicet infra quod tempus † ligare incipiant? Hoſtien.au-
tem putat tempus eſſe arbitrarium, vt notatur plenè per
eum in ſumma.de conſtitut.§.quoniam conſtitutio.in prin-
cip.vel poteſt dici, quòd ſi tempus præfinitur conſtitutioni,
illi ſtetur, alias ad ſex menſes liget talis conſtitutio, 17.di-
ſtinctio.capitulo.vltimo.ſic notando & intelligendo nota-
ta Ioan.in dicto capitulo.propoſuiſti.ſed illud capitu.vide-
tur loqui de tempore præfix ad intimandum ſubditis ge-
ſta in concilio prouinciali, non autem de tempore ſtatuto
ſubditis ad conſtitutiones ſeruandas. vnde Dyn. dicit,
quòd verior eſt expoſitio Hoſtien.quòd tempus huiuſmo-
di ſit arbitrarium, & hoc verius, faciunt & notata ff.de de-
cret.ab ordin.facien.l.fina.de conſtitut. vt animarum. lib.
ſexto.argumen.ſupra de offic.delega.de cauſis.cum ſimili-
bus. Quid dicendum? aduerte, quod circa hoc poſui vnam
100 concluſionem talem, quòd conſtitutiones † inferiorum
nunquam ligant, niſi ſcientem, vel qui veriſimiliter ſcire
præſumitur. Hanc concluſionem poſuit dominus Ioann.
Calde.in dicto capitulo.cognoſcentes.& patet concluſio,
101 quia † illæ non ligant probabiliter ignorantes, vt in capitu.
vt animarum.allega.& l.fina.ff.de decre.ab ordi.facien.mo-
do omnes illi, qui non ſciunt nec præſumuntur veriſimili-
102 ter ſcire, dicuntur probabiliter ignorare, ſola enim † præ-
ſumptio ſcientiæ tollit probabilitatem ignorantiæ, quia ni-
ſi probaretur, vel præſumeretur ſcientia ex aliqua cauſa,
quibus præſumeretur, probabiliter ignorans præſumitur,
vt ff.de probat.l.verius. ſi quæris ergo, quando incipiunt
103 ligare † conſtitutiones inferiorum, dic, quòd tunc, dum
incipiunt ſciri verè vel præſumptiuè, ſed quando eſt hoc?
Dico, quod ſi fuerunt publicatæ, & tranſiuit tantum tem-
pus, quòd veriſimiliter aut veriſimile ſit ipſas conſtitutio-
nes ad ſubditorum notitiam perueniſſe, tunc præſumitur
ſcientia, argumen.de his qui matrimo.accuſa.poſſ.capitulo.
cum in tua, ff.de inſtitut.l.ſed & ſi pupillus.§.præſcribere.
& capitulo primo.de poſtula.prælato.allega.& capitu.cum
in cunctis.§.ſed nec obſtaret.allega.iſtud autem tempus eſt
arbitrarium, vt notat Hoſtien. in ſumma, de conſtitut.§.
quando conſtitutio incipiat arctare & ipſe Hoſtien. Cardi.
& Ioan. Mona. Archidia.& Ioan.in dicto §.ſed nec obſta-
ret.allegato.& argumen.in dicto capitulo. propoſuiſti. &
recitat Pau.hic, & dominus Henric.in dicto capitulo.co-
104 gnoſcentes. † totum autem in hoc conſiſtit, vt conſideretur
locorum diſtantia, & qualitas rerum & perſonarum, ſupra
lib.ſexto.de electio.cupientes.in princip.& infra de iudic.
capitulo primo. & dicta l.fina.de decre.ab ordin.facien.l.
prima.§.ait prætor.ff.de iure deliberan.& de offi.delega.de
cauſis.allegat Pau.dictum capitu.primũ.de conceſſ.præben.
105 Sed pone, conſtitutio inferioris a Principe † habet cir-
cumſcriptum tempus, infra quod ligare incipiat: Quæri-
tur, vtrum ſtatutum poſt iſtud tempus indifferenter liget
omnes? Henric.in dicto capitulo, cognoſcentes. Dicit hic
& Paulo placere videtur, quòd ſic, argumen.eorum quæ
dicta ſunt de conſtitutione principis. Domin. Ioan. Cal-
der.non videtur hoc placere, videlicet conſtitutiones non
ligare niſi a tempore ſcientiæ, ex quo potuerunt probabi-
liter ſciri: Quid dicendum? Breuiter credo hoc veriſſi-
mum, quod appoſitio temporis in conſtitutionibus infe-
106 riorum licet hoc operetur, quòd ante † tempus oppoſitum
illæ conſtitutiones non ligent etiam ſcientes, tamen indi-
ſtinctè teneo quod non ligent probabiliter ignorantes,
quia hoc eſſet expreſſe contra legem ſuperiorem, quam
habes in capitu. vt animarum, & l.fina. de decret.ab ordin.
facien.allega.quam tamen talia ſtatuta non abſorbent, C.
de offi.præfec.præto.nurmam.ſupra de maiori.& obedien.
quod ſuper his. Non obſtat autem 18.diſtinctio, capitu.
primo.immo magis facit pro, non enim loquitur de tem-
pore, quod ſubditi ſcire tenentur, ſed de ſemeſtri tempore
dato cuilibet epiſcopo ad publicandum ſubditis omnia quæ
geſta ſunt in prouinciali concilio, vt Pau.fatetur: Deter-
minatur ergo hoc tempus arbitrio iudicis, poſtquam non
eſt expreſsè l.determinatum, per capitu. de cauſis. & §.ait
107 prætor. allega. Dico prætereà, quòd iudex propter † hoc
non debet arbitrari duos menſes a publicatione compu-
tandos, quòd ita ſtatutum eſt in conſtitutione generali,
quia hoc arbitramentum ita locum habet, ſi eadem ratio
ſubeſſet, ſed non eſt eadem ratio, quia conſtitutio gene-
ralis cum omnes adſtringat, vt ſupra de conſtitu.capitu.pri-
mo & ſi.diffunditur per territorium latiſſimum, & non po-
108 teſt facile † ad aures omnium deuenire, ideo requiritur quo
ad hoc maius tempus quàm in conſtitutione vnius menſis,
cum forſan in tota diœceſi lata non eſt & quia etiam terri-
toria epiſcoporum & aliorum inferiorum non ſunt æqualia,
vniforme tempus a lege dari non potuit, ideo æquum fuit
illud relinquere arbitrio iudicis, ſecundum locorum di-
ſtantias, & perſonarum ac rerum qualitates particulariter
determinandas, vt ſupra dixi, & non plus de iſta quæſtione.

Octauo quæritur, quid de mandato prohibitionem vel
indulgentiam continente? Dicunt Innocen.& Hoſtien. &
Cardi.

Cardi.in capitu.quia cunctis.de conceſſio.præben.lib.6.aut
conceditur in fauorem abſentis, exemplum infra de immu-
nitate eccleſ.dignum. de bap.capitu.primo.& tunc ſtatim
valet, nam ignoranti ex teſtamento acquiritur, ff.de lega.
2.l.cum pater.§.ſurdo.& de pœnis.l.ſed & ſi damnum.ſi au-
tem continet damnum vel pœnam, non ligat, niſi ſit indi-
catum, vt ſupra allega.capitu.propoſuiſti.& ff.de acquiren.
poſſeſſio.l.qui abſenti.de appellat.capitu.ſuper eo.2.niſi ex
genere prohibitionis appareat de contraria intentione Pa-
pæ, de electio.ſi eo tempore.lib.6.facit quod notatur eod.
titu.capitu.innotuit,& idem ſi reuocetur indulgentia, quia
non nocet antequam ſciatur, ff.de procura. l.procurator. &
ff.manda.l.ſi mandaſſem.& ſic conſtitutiones, quæ afferunt
commodum ſolum, ſiue ſint principis, ſiue inferioris, ſta-
tim operantur effectum, argumen. C.de decurio.l.fina.in
fi.lib.10.ſed ſi præiudicium afferant, tunc non ſtatim affe-
runt effectum ſuum, ſimile, quia legatum affert ſolum com-
modum, ſtatim acquiritur ignoranti: ſed hæreditas, quę tan-
tum onus affert, ff.mand.l.ſi hæreditatem, non acquiritur
niſi dum aditur, vt ff.de acquiren.poſſeſſio.l.cum hæredes.
109 & † ideo ille, qui cœpit bannitum, debet habere præmium
ſtatuto comprehenſum, licèt illud ignorabat, argumen.
præmiſſorum. An autem mandatum vel bannum iudicis li-
get ignorantes, notatur 22. quæſt.2.§.item opponitur, de
quo dicit Roffredus Bene.in ſuo libello iuris ciuilis, in ru-
brica, ſi quis ius dic.§.item aliud quæritur.quod ſi quis erat
extra ciuitatem, ita quòd audire non potuit, excuſatur, &
nõ punitur pœna ordinaria, C.de contrahen.emptio.l.opti-
mam.ff.de decret.ab ordi. facien. l.fina. Nec obſtat, quod
dicitur. C.vbi de crim.agi oporteat, authen.qua in prouin-
cia.videlicet quod ſufficit, quod quis ſit voce præconis ci-
tatus, quia hoc verum, quando præcomittitur per to-
tam ciuitatem, quia tunc nullum credit excuſari a banno:
Ad quæ habes addere ea, quæ ſcripſi in clemen.1.infra de
iudi.in prima oppoſitione.& quæ notantur in Spec.de con-
ſtitut.verſicu.& nota quod vſque in infinitum. Aduerte ta-
men, quia quidam dominus circa præmiſſa de vno mirabi-
110 liter dubitat, videlicet, an tempore † publicationis in au-
dientia contradictarum in Romana Curia factæ ſaltem poſt
duos menſes a tempore publicationis eiuſdem conſtitutio-
nis Papalis ligent ſaltem per totum mundum, præſertim in
locis adeò remotis, quod infra duos menſes non poteſt ibi
huiuſmodi publicationis notitia peruenire? de quo hic tan-
gitur in glo.quia vt dicit, quando hoc poſſet ratione con-
cludi, cum nuntij non ſint ita parati & veloces ad referen-
dum, nec valet, etiam quòd hoc bene exprimat iure ma-
xime canonico, quia capitu.primũ.de poſtula.prælato.non
dicit, niſi quod auribus cuiuslibet intimari non debet, & ſi
in aliquibus iuribus aliud habeat, dicit, quod illud non re-
peritur gñaliter hoc caſu ſtatutum: Dicit etiam, quod iura
Authenticorum, maxime Authentici, vt factæ nouæ con-
ſtit. plus vrgent, quia ibi aliud non dicitur, niſi quòd poſt
duos menſes in vrbe poſt publicationem ibi factam com-
putandos, & in prouincijs poſt duos menſes poſt inſinua-
tionem numerandos ligare incipiunt, vt videtur, quod mul-
tum dicit ſibi placere, dicens quod hoc ſentire videtur Io.
Mona.regula, generi. dicens tamen, quòd dictum Pau.ali-
qualiter rigorem mitigat, in hoc quod dicit, pœnam non
irrogari quomodolibet probabiliter ignoranti, dicit etiam,
quòd expediret pro iudice, quod ſinguli prælati prouin-
ciales, habeant aliquos in curia, qui referant talia in pro-
uincijs.ſed iſta implicitè dicta verifica per ea clare & theolo
gicè, quæ ſupra prædixi.

Nono quæritur, occaſione præmiſſorũ, pone, ſuppoſita
reſeruatione generali beneficiorum Capellanorum ſedis
Apoſtolicæ, ſi non abſens & ignorans, per Papam fuit re-
ceptus in capellanum honoris, & pro tali ſcriptus per do-
minum camerarium Papæ in libro ſuo inter alios capella-
nos quæritur, nunquid eo ipſo ſtatim & ante eius notitiam
ſit verus capellanus, ſic quod eo mortuo, capellanatu huiuſ-
modi ad ſui notitiam non deducto, beneficia eius ſint gene-
raliter diſpoſitioni ſedis Apoſtolicæ reſeruata, & proſe-
quere, vt in primo conſiliorum meorum, quod quidem in-
cipit, ſuppoſita &c.nec plus de iſta quæſtione.

Decimo quæritur, qualiter conſtitutio effectum ſuum
operatur in non ſubditos? & videtur, quòd nullo modo, vt
habetur de his quæ leguntur & notantur hic, & C.de ſum.
Trinita.l.1.& ff.de tuto.& curato.datis ab his.l.1.8.diſtinct.
quod iure.ſupra de ſenten.excommuni.a nobis.de pœniten.
& remiſſio.capitu.quod autem.& in præallega.capit.vt ani-
marum, circa quod omnino videas, quæ ſcripſi ſupra de fo-
ro competen.capitu.quod clericis.in ſecunda quæſtione, & 117
quæ notantur in remiſſionibus ibi per me datis. Item vltra
ea, ſcire debes, quod Sim.hic diſtinguit tres caſus, Primus eſt
de conſtitutionibus dantibus formam circa contractus: Se-
cundus eſt de conſtitutionibus, quæ perſonas habilitant
vel inhabilitant: Tertius eſt de conſtitutionibus, quæ con-
tractibus formam præbent, & hic breuiter reſpondetur,
111 quòd etiam † forenſes & extraneos comprehendit, vt ff.de
euict.l.ſi fundus.ff.de vſur.l.1.in princip.& quod notat In-
noc.de conſuet.ſuper rubrica. Si autem dant formam pro-
cedendi in iudicijs, & tunc idem, quia extranei ibidem liti-
gantes talia ſtatuta ſeruare tenentur, ff.de teſtib.l.3.in fine.
C.de emancipa.libe.l.1.de quo aliquid ſcripſi infra de iudi.
diſpendioſam, & aliquid Sim.infra de verbor. ſignificatio.
capitu.ſæpe.§.verum. ſed vide plenius in hoc quæ ſcripſi in
præallega.capitu.quod clericis.in ſecunda oppoſitione & in
præallega.capit.cum veniſſent.in prima & ſecunda quæſtio-
nibus, vbi de hoc plenè.

Vndecimo quæritur, occaſione præmiſſorum, an ſtatu-
tum laicorum liget clericos? videtur quod non, ſupra de
conſtitu.quæ in eccleſiarum.& capit.eccleſia.In contrarium
videtur, quod notatur ff.de poſtula.l.ex ea, vide Cynum C.
quæ ſit longa conſuetu.l.ſecunda.articu.6.quæſt.3.Aliquid
dicunt, quòd ſuper his, quæ ſunt ad pias cauſas, vel quæ
ſunt clericis in priuilegium conceſſa, non ligant, de quibus
de ſenten.excommuni.nouerit.per Innocẽ.in alijs vero ſic,
vt ſupra de eo qui mittitur in poſ.cum veniſſent.& de in in-
tegrum reſtitu.conſtitutus.& de re iudica.capitu.cum cau-
ſa.vbi conſuetudo reprobatur, quia mala, ſecus ergò ſi bo-
112 na.dicit Simeon primo, ſtatuta † laicorum clericos in foro
eccleſiaſtico non ligare, & ſic videtur velle Innocen.de con-
ſuetu.capit.1.dicens in capit.cum cauſam.de re iudica.con-
ſuetudinem non valere, quoniam conſuetudo laicorum
non ligat eccleſiam, 10.diſtinctio.capit.1.licèt etiam de gra-
uamine ſubiungat, & hoc etiam tenet Hoſtien.in ſumma.de
conſuetu.§.de veritate.verſicu.ſed pone.& verſicu.quòd ſi
clericus.ad capit.cum veniſſent. dic quòd conſuetudo tunc
non erat laicorum, ſed erat etiam eccleſiaſtica. ſed dic de
hoc latiùs, prout ſcripſi ſupra de foro competen.cap.quod
clericus.in ſecunda oppoſitione, & in prima quæſtione &
ibi plenè.

Duodecimo quæritur de ſecundo caſu, videlicet vtrum
conſtitutiones habilitantes vel inhabilitantes ad extraneos
extendantur? & dicit Simeon, quòd non, vt ſi filiusfam.qui
113 eſt inhabilis ad † teſtandum, niſi in relictis ad pias cauſas, de
ſepul.licet.lib.6.ſi conſuetudo vel ſtatutum eum ad hoc ha-
bilitet, non reſpicit niſi ſubditos, ff.de tutor.& curato.l.1.&
ſic proceditur præalleg.capit.quod autem.§.præterea. Non
obſtat.ff.de vſufruct.l.ſi pendente.§.ſi cloacarij.quia ibi di-
citur, quòd eſſet forenſis, ſuper quo vide omnino Cyn.&
quæ ſit longa conſuetu.l.1.in penul.& vltima quæſtionibus.
& Bar.C.de ſum.Trini.l.1.&c.

Decimotertio quæritur de tertio caſu, videlicet, quid de
conſtitutionibus, quæ puniunt delinquentes? & videtur,
quòd ad forenſes extendantur, vt præallega.authen.qua in
prouincia.vbi dicitur, illi iuri, vbi deliquit, ſubijcere. & ex-
ponitur, ſiue communi ſiue ſpeciali illius terræ, vt peregrini
ligentur conſuetudine, facit de commerc.& mercat.l.mer-
catores.facit, quia delicta & contractus parificantur, ff.de
114 iudi.l.omnem.ſed in contractibus inſpicitur † lex ſiue con-
ſuetudo loci contractus, vt dictum eſt, ergo idem in delictis,
faciunt notata Innocen.de conſuetu.ſuper rubrica. qui di-
cit, cõſuetudinem loci, vbi maleficium perpetratum eſt, de-
bere ſeruari. Item Innocen.alibi de ſenten.excommu.a no-
bis. dicit, quod põt fieri lex generalis ligans ſubditos tan-
tum.ſed dicit Sim.quòd hoc nõ eſt verum, pro vt ibi deno-
115 tat Hoſti.nam † epiſcopus non poſſet facere ſtatutum con-
tra peregrinos in ſua diœceſi celebrantes: Dicit ibi etiam
Innocen.quòd licèt lege ligetur non ſubditus, ſententia ta-
men ligare non poteſt ratione delicti committendi. Specu-
lator autem vbi ſupra tenere videtur primo modo ſubditos
116 non † ligari, argumen.præallega.capit.a nobis.ita quod ſoli
perpetuò habitantes ligantur ſeu obligantur, allegat ff.de
pignor.

pignor.l.ſi debitor.ff.de hæredi. inſtitu.l.ex facto. aliorum
poſtea etiam recitat opiniones, tamen iſta dicta non habent
plenam & certam declaranonem, & ideo Sim.diſtinguit ſic,
quia aut illud erat delictum de iure communi, & tūc habet
117 locum † pœna loci, vt notatur in præallega.capitu.a no-
bis. & in ſciente hoc clarum: Idem in ignorante, vt ff.de
furt.l.vulgaris.§.ſi quis æs.vbi furans aurum credens eſſe
æs, tanquam de auro tenetur: Aut non erat delictum de iu-
re communi, & tunc aut ibi traxerat moram, videlicet tan-
tam, quòd ſcire potuit, vt C.vbi de crimin.agi oportet.l.2.
& quod ibi notatur.aut tantam moram non contraxit, &
tunc aut reſpicit publicam vtilitatem, vt non vendere piſces
mortuos, & tunc idem, argumen.ff.de offi.præfect.vrb.l.1.
§.cura. vel aliter ſecundum eum (& hoc ei magis placet)
quia aut erat factum communiter per terras, ciuitates, & lo-
ca prohibitum, vt non extraheret bladum de territorio, &
tunc nnn licet allegare ignorantiam pro totali excuſatione,
vt ff.de publica.l.fina.§.licet. Aut communiter prohibitum
non eſt, & tunc non ligantur, vt ff.de iudi.l.hæres abſens, &
de decre.ab ordi.facien.l.fina.& præallega.capitu.vt anima-
rum.ſed dic melius & plenius, vt ſcripſi in præallega.capit.
vt animarum.in tertia oppoſitione.& de his etiam multo
plenius per Bartolum C.de ſumma Trin.l.1.in quinque pri-
mis quæſtionibus, vbi omnino videas, & per Henric in præ-
allega.capitu.a nobis.& quæ ſcripſi ſupra de re.iuriſ.capit.
ignorantia.lib.6. poſt diſtinctionem Dyni, nam licèt non
trahat hic iſtam materiam, non multum propriè cadit hic,
ideo non exſtendo me.

Decimoquarto quæritur, ſuper data an in inſtrumentis
ſit ponendus locus loci? pro quo ſciendum quòd ſpecialiter
hic ſolet notari in data locum apponendum in epiſtolis miſ-
ſiuis, vt hic, & io reſcripris, oe reſcriptum ſit vitioſum, vt
notatur in Specu.de reſcript.præſen.§.ratione formæ.verſic.
item quod non eſt.facit 12.quæſt.2. Cum redemptor.ſimi-
liter & in ioſtrumentis, argumen. C.de contrahen.& com-
mit.ſtipulat.l.optimam.& ibi notatur, de fid.inſtrumen.in-
ter dilectos.& de re iudica.capit.abbate.lib.6. Pro hoc etiam
facit in Auth.quibus modis fil.efficiantur legi.§.quantum.
collat.6.& idem notatur in Specu.de inſtru.editi.§.poſtre-
mo.verſicu.quis ſit locus.Similiter & in libello criminali, ff.
de accuſa.l.libellorum.ſecunda quæſt.4.libellorum.& ſicut
118 † locus ponendus eſt in inſtrumentis, ſimiliter menſis &
dies, vt dicta l.optimam, in libello autem criminali ponen-
dus eſt locus, vt dixi, & etiam dies dati libelli, ſed non dies
119 commiſſi criminis, vt præallega.l.libellorum.ſed in † libello
conuentionali non eſt neceſſe exprimere diem vel locum
contractus, ſicut nec teſtis exprimit diem, de fi.inſtrumen.
capit.cum Ioanoes.in fine. niſi iudex ex certis cauſis id fieri
faceret, vt in præallega.capitu.cum Ioannes.& Inſtitut.de
actio.§.curare.ſecundum Innocen.de re iudica.abbate, ſu-
per quo etiam vide Simeonem, infra de appella.appellanti,
vbi notat differentiam, an pars ponat diem voluntariè vel
ad inſtantiam iudicis, nec obſtat in Authen.vt præponatur
nomen Impera.§.1.& 2.vbi traditur forma, & non fit men-
tio de loco, & C.de nauicul.l.2.lib.11.quia illa iura debet
ſuppleri per alia: Item non obſtat lex penult.ff.de pignori-
bus.vbi valet epiſtola ſine die, quia ibi ſolum tractatur de
præiudicio ſcribentis. Nos verò loquimur, cum tractatur
de præiudicio tertij. His præmiſſis, redeo ad quæſtionem,
vtrum ſit ponendus locus loci? videtur quòd ſic, per ootata
ſuper data 6.lib.ſed in contrarium facit data huius proœ-
mij, vbi ponitur ciuitas, ſed non locus ciuitatis, & facit dicta
lex, optimam, vbi ſolum fit mentio de ciuitate: Primam te-
nent Cyn.poſt Iacob.in præallega.l.optimam.in 4.quæſtio-
ne, & hic Sim.tenet primam partē per præallega.cap.quar-
tum, & per l.libellorum.vbi domus ſcribitur. Et eſt etiam
aduertendum, quòd aliquando eſt neceſſe, quòd exprima-
tur locus loci, vnde ſciendum eſt, quòd eſt aliquis actus,
qui poteſt vniformiter fieri in qualibet parte loci, vt contra-
ctus in qualibet parte domus, & tunc ſufficit apponere lo-
cum loci. Aliquando non poteſt vniformiter fieri in quali-
bet parte loci, vt ſunt actus iudiciarij, qui fiunt ad tribunal,
vbi ſedetur more maiorum, ff.de iuſti.& iure l.penul.& tunc
debet poni locus loci, ad hoc ff.de oper.no.nuncia.l.de pu-
pillo.§.qui nunciat, & quod notatur ff.de excep.in glo.hoc
idem dicit.Sed hæc ſunt verba domi.Bartho.in præallega.§.
qui nunciat, licèt Sim.more ſuo (quem in hoc non laudo)
ſub ticeat nomen eius, & de hoc per Guil.de Cun.ff.ſi cert.
petat.l.lecta.& per Ioan.And.in præallega.cap.Abbate.vbi
de hoc dicam.

Decimoquinto quæritur, an valeat conſuetudo, quòd
120 non apponatur † in inſtrumento locus nec dies? videtur,
quod non, quia ſunt de ſubſtantia inſtrumenti, vt patet in
121 iuribus ſupra allegatis, & contra † ſubſtantiam conſuetudo
non valet, de conſue.cap.2.lib.6. Item quia per hoc auſer-
retur defenſio parti, ſupra eo.ex tenore.& præallega.l.opti-
mam: Quæ defenſio de iure naturali eſt, vt infra de re iudic.
122 paſtoralis.& tamen contra ius † conſuetudo non valet, vt
notat Innocen.de conſuetu.ſuper rubrica, licèt tamen poſ-
ſet operari conſuetudo, quòd non opponatur locus loci,
quia ex hoc defenſio parti oon tollitur, & ſic conſuetudo
attenditur in Auth.vt præponatur nom.Imper.collat.5.§.ſi
qua vero, & quod ibi notatur in glo.& facit. C.de ædific.
priuat.l.3.& pro hoc facit ſtilus literarum papalium, in qui-
bus non exprimitur locus loci, ſecundum Sim.ſed in primo
dubito, Nam in teſte non eſt neceſſe, quòd de loco depo-
nat, & tamen depoſitio eius valet, quod non eſſet, ſi tolle-
retur talis naturalis defenſio, quæ de iure tolli non poſſet.
Aliud eſt enim tollere defenſionem iam parti quæſitam, &
hoc non poteſt bono modo fieri. Aliud eſt tollere modum,
per quem poteſt parti in futurum quæri defenſio, & certè
hoc facit ius merè poſitiuum in multis caſibus, vt in præſcri-
ptionibus, & in omnibus alijs caſibus, in quibus ius poſiti-
uum induxit præſumpoonem iuris, & ſtatuit illi ſtari, &
fortius in omnibus caſibus, in quibus inducit præſumptio-
nem iuris & de iure, & in quibus ſtatuit credi vni teſti.ſic vi-
demus, quòd conſuetudo præferens contra ius ſcriptum, il-
lum, qui poſtponi deberet in ſucceſſione, tollit defenſio-
nem, quæ de iure competere poſſet in caſu futuræ ſucceſſio-
nis, & valet, ſuper quo omnino vide in nouella.ſupra & in-
fra de regu.iur.c.ſine culpa, in mercuriali.tu cogitatis.

Decimoſexto quæritur, an tabellio, qui ommiſit appoſi-
tionem diei vel loci, vel vnum pro alio poſuerit, id poſſit
ſupplere ſeu corrigere? Guil.de Cune.ff.de ſta.homi.l.Im-
perator. & Specu. de inſtrumen.edit.§.poſtremo. verſicu.
nunquid confero. vbi dicit, quòd incontinenti vel poſt
modicum interuallum hoc poteſt, ſed poſt magnum inter-
123 uallum non, niſi probato errore. Nam † teſtis & notarius
æquiparantur, vt ff.de teſtam. l.Domitius. ſed teſtis poteſt
hoc incontinenti & non ex interuallo, vt ſupra de teſtib.
cogen.§.præterea. Dicit Sim.hic conſiderandum eſſe, quòd
aliquando eſt error in obſcuritate, puta, Titius promiſit
decem ſolidos, & non erat ſcriptum in inſtromeo.de qua
moneta, & tunc videtur aliquibus, quod notarius id poſſit
ſupplere, quia declarando † nil noui facit, ff.de acquiren.
rerum domi.l.adeo.§.cum quis. Tamen Guil.contra, poſt-
quam dedit inſtrumentum partibus, quia ſemel functus eſt
officio, vt ff.de re iudica.l.iudex.ſupra de offi.delega.in lit-
teris. Nec obſtat ff.de teſtamen.l. hæredes palam.§.ſed ſi
125 notam, quia ibi † teſtator poteſt nouum teſtamentum fa-
cere ſine conſenſu ambarum partium, eodem modo di-
cit, quod non poſſet mutare, vbi eſſet error, addendo vel
detrahendo, quia tunc nouum diceretur facere, vt ff.de iu-
ſti. & iure. l.ius ciuile.de oper. no.nuncia.l.prima.§.opus,
& iſtud dictum videtur Guil.intelligere ſecundum inten-
tionem Speculatoris, inquantum adducit ſimilitudinem te-
ſtis. vel clarius ſecundum Simo.aut eſt error in latinitate,
126 quæ † non vitiat inſtrumentum, vt ff.de ſtatu homin. l.Im-
perator.licèt vitiaret reſcriptum appoſitum, de reſcript.ad
audienoam. & tunc poteſt, vt ff.de re iudica. l. actorum
verbo: Aut eſt error in his, quæ pertinent ad factum ſeu
negotium in inſtrumento redactum, & tunc procedit quod
ſupra dictum eſt ſecundum Specu.quoniam in continenti,
ex interuallo vero non, niſi errore probato, qui poteſt pro-
lati in inſtrumento exemplato ex originalis productione,
vt ff.de verbo.ſignificatio.l.ſi librarius, & in ſcriptura pro-
pria ex productione protocolli, in Authen.de tabel.§.pe-
nultimo.item poteſt probari per eos, qui interfuerunt, de
proba.capitu.3. Interdum eſt error in eo, quod pertinet
ad ſolemnitatem inſtrumenti, puta in anno, indictione,
menſe, die, loco, vel pontificatu, & tunc aut eſt error in
deficiendo, quia omiſit ponere, & tunc non habet locum
dictum Speculatoris, licèt hoc caſu ipſe loquatur, nam ex
quo conſtat de errore, debet credi dicenti & recordari, vt
C.de

C.de fal.ſi quis decurio.& ff.de reb.cot.l.magis puto.§.pe-
nultimo. nec hoc caſu poteſt dici functus officio ſuo, ex
quo inſtrumentum non valet, quod notat Innocen.in præ-
allega.capitu.ex litteris.interdum eſt error in mutatione,
quia vult mutare vnum diem pro alio, vel vnum locum pro
alio, & tunc non poteſt corrigere, niſi errore probato, &
ſic poteſt intelligi dictum Speculatoris. Interdum eſt error
manifeſtus, ex quo deſtruitur inſtrumentum, quia indictio
non concordat cum annis Domini, & tunc Dynus dicit &
conſuluit, quòd non vitiatur inſtrumentum, vt ff.de hæredi.
inſtituen.l.quoties. & ſi quæratur, in quo videatur erra-
127 tum? Dicendum eſt, quod in indictione, quia † dolus non
præſumitur niſi probetur, vt ff.de proba.l.quoties.§.dolo.
128 Error † autem in annis Domini procedit ex dolo, vel lata
culpa, cum communiter omnes ſciant annos Domini, vt ff.
de verbo.ſignificatio.l.latæ.& l.cedere diem.§.vltimo.indi-
ctio autem non ita ſcitur ab omnibus, & ideo probabilius
præſumitur ibi error, facit ff.de legib.l.ſi quis in fundi vo-
cabulo. & quod ibi notatur, & ff.de reb.dub.l.penultima.
ſecundum eum, ſed prædicta recepit a Bartol.in præallega.
l. Imperator. vbi vide plenius, & per nouellã, ſuper data
ſexti. dicit etiam Barto.in præallega.l.Imperator.quòd ta-
129 bellio † tenetur parti læſæ, ſi non poteſt errorem ſuum cor-
rigere, & pro hoc allegat textum C.de magi.conuen.l.vlti-
ma.& ff.ſi menſor fal.mod.dix.l.ſi.in fi.

Decimoſeptimo quæritur, vbi eſt facienda publicatio
Papalis conſtitutionis, vel Imperialis, cuius tempore com-
putantur prædicti duo menſes: Nunquid oportet quòd fiat
in prouincia? Ioan. Mona. in regula generali. lib. ſexto.
exemplo 13.dicit, quod videtur expreſsè quòd ſic, per Au-
then. vt factæ nouæ conſtitut.§.primo. vbi ſic dicitur; San-
cimus igitur ex illo conſtitutiones noſtras valere, ex quo in
iure factæ ſunt manifeſtæ, in prouincijs autem ex quo di-
ſcretæ per Metropolicitas palam factæ ſunt, vel poſtea fa-
ctæ fuerunt. Item per idem Authen.§.ne igitur. vbi dicit ſic.
Ne igitur importunitatem patiamur de his per ſingulos dies
& formas ſcribere cogimur perpetuo, ſcimus conſtitutio-
nem poſitam in Iuſtiniani codice valere, ex quo inſinuata
eſt, in prouincijs autem, ex quo directa & palam facta
eſt, in vnaquaque Metropoli aut alia ciuitate. tempore
namque tranſeunte & noſtro vbique directo non rectè
ignorabitur. Dicit tamen Ioan. Mona. circa hoc poſſe di-
ſtingui, aut vna ſola conſtitutio edita eſt, & tunc ſit no-
ſtra publicatio in qualibet prouincia, ad hoc vt ligentur
prouinciales, vt in dicto Authen. aut plures conſtitutiones
ſimul ſunt factæ communi voce præhabita de extrauagan-
tibus faciendis, vel iuribus reformandis, & tunc non ſit
neceſſaria publicatio in prouincia, vt in capitu.primo.de
poſtula.prælato.ſecundum eum ſed iſta ſolutio diuinat ad
authen.allega. Immo eſt contra textum illius authen.quòd
loquitur de conſtitutionibus Iuſtin. Cod. quæ ſimul fue-
runt publicatæ. Aliter autem dicit Ioan. Mona. poſſe dici,
videlicet quòd iſtud Authen. loquitur in lege Imperatoris,
qui eſt aduocatus eccleſiæ.alleg.capitu.venerabilem.& ha-
bet diſcurrere: Sed ſecus in conſtitutione Papæ, qui non
habet pedes plumbeos, ſicut Imperator: quique ſtabilis
atque manens dans cuncta moueri. & ſic in ipſius conſtitu-
tione non eſt neceſſaria publicatio in prouincia, per cap.1.
ſupra de poſtu.præla.ſecundum eum.

Quid dicendum? iſta non placent domino Henri.in cap.
cognoſcentes. quia dicit, quòd non videt rationem diuer-
ſitatis inter prædicta. Ioan. And. ſuper data 6.libri in Nouel.
dicit, quòd ſummè eſſet neceſſaria declaratio. hoc caſu
dicendum credo, ſaluo melioris iudicio, quod authen.
intelligitur vt ſentit glo. noſtra ſuper data 6. ſolum de tem-
pore duorum menſium currente a publicatione facta in
curia ipſius Principis, vel alibi ſolemniter de mandato
eius, pro quo ſciendum, quòd textus ille non vult dicere,
quòd publicatio a qua currere debent illi duo menſes, fieri
habeat in vnaquaque prouincia, ſed vult ponere duos mo-
dos, ſecundum quos ignorantia prætendi non poteſt, &
conſtitutiones huiuſmodi omnino ligare habent: Vnus eſt
modus per publicationem & duos menſes: Alius per pu-
blicationem factam in prouincijs, & præſides illarum pro-
uinciarum publicant prouincialibus ſic, quòd ſi vnus iſto-
rum modorum alium præceſſerit, ſequens non eſt niſi ad

maiorem cautelam ſubditorum, nec ponendo duos mo-
dos prædictos vult vni per alterum derogare, niſi in quan-
tum vnus alium præcederet, quia ſi publicatio facta in pro-
uincia vel ciuitate præcederet duorum menſium curſum,
illos expectare non oporteret, & videtur hoc probare in
d. Authen.§.deinque.verſicu.in prouincijs aut.vbi ponitur
talis textus, in prouincijs autem, ex quo hic palam facta
eſt, etiam ibi duobus menſi bus poſt inſinuationem ſeruan-
dis ſiue nondum hactenus in omnibus prouincijs deſtina-
ta eſt &c.

Circa prædicta quæritur de tribus, primo, qualiter con-
ſtitutio principis extendatur ad præterita, & qualiter non,
de qua materia in capitu.cognoſcentes.& capitu.quoniam.
de conſtitut. Do ſuper hoc tibi regulam quod trahi non de-
bet, vt in dicto capitu.cognoſcentes.& capitu.quoniam.al-
lega. Fallit in quatuor caſibus, Primus eſt, vbi conſtitutio
ius naturale contineret, de vſuris.cum tu. Innocen.in dicto
capitu.cognoſcentes. & Bern.in dicto capitu.quoniam. Se-
cundus eſt caſus, vbi conſtitutio eſſet declaratoria & non
conſtitutiua iuris noui, de quo ſatis hic in glo.& dixi ple-
nius ſupra ſuper ea in ſuppletione, quæ incipit, in iſto ſem-
per allegatur, verſicu.& quod præcedit in §.vſque ad finem
illius ſuppletionis, quod tamen intellige cum moderatio-
ne eius, quod notatur ſupra lib.ſexto.de poſtula.prælato.
capitu.primo.ſemper verſicu.de cætero.videlicet dummo-
do intellectus contrarius non fuiſſet communis ſaltem quo
ad euitationem pœnæ, vt ibi notatur, & idem in caſu ſe-
quenti. Tertius caſus, vbi conſtitutio noua non con-
tinet niſi ius antiquum, ſupra de electio. cum in cun-
ctis.§.hoc ſane.& eodem tit.cum in magiſtrum.& de inſti-
tu.capitu.3.idem notat Hoſtien.in capitu.quoniam.allega-
to. vide in ſuppletione prædicta. Quartus caſus eſt, vbi in
lege vel conſtitutione diceretur, quòd traheretur ad præ-
terita, vt in capitu.quoniam, allegato.& in l.leges. C.de
legib.& hoc ſanè intellige, videlicet vt non extendatur ad
præterita per tranſactionem vel ſententiam iam finita,
etiam ſi clauſula de trahendo ad præterita ibi eſſet, vt C.de
ſacroſanct. eccleſi.l.penultima, & hoc membrum ponunt
Compo. Ioan. Andr.in dicto capit.quoniam. & Henric.in
130 dicto capitu.cognoſcentes.allega.Secundo quæritur,† qua-
liter conſtitutio noua, ad præſentia vel præterita trahitur,
ad præſentia ſic diſtinguo, quia aut loquitur de pendentia
negotij principalis, aut de pendentia iudicij, quod agitur
ſuper negotio principali, ſi primo, dic vt licet canon. de
electio.lib.ſexto.ſimpliciter quod non trahitur, vide eum
cum notatis ſuis. Quod Henricus fatetur, niſi aliquid de at-
tinentibus ad ipſum pendens omnino futurum eſſet, per l.
penul.C.de vſur.

Ego autem vt ſaluem in aliquo Hoſtien. qui ſimpliciter
dicit, conſtitutionem trahi ad pendentiam, & Guil. qui ſim-
pliciter contrarium ponit, vt ipſi notant in capitu. quo-
niam.& glo.tranſtulit.in capitu.licet canon. Diſtinguo de
131 triplici pendentia: Quia † quædam eſt pendentia condi-
tionis reſolutiuę: Alia eſt pendentia conditionis ſuſpenſi-
uę, tertia eſt pendentia rei nondum conſummatæ. In
prima pendentia, quia illa conditione ſeu conditionis pen-
dentia non obſtante, contractus iam conſummatus eſt, li-
cèt eius diſſolutio pendeat ex euentu futuro, vt ff.de in
diem ad dic.l.ſecunda. Ideo ſi contractus emphytheuticus
initus erat, antequam conſtitutio ligare inciperet, licet
eſſet poſitum in voluntate alterius contrahentium, ſeu al-
terius cuiuslibet, illum reſoluere poſſet ſub certa conditio-
ne vel modo, vel infra certum tempus. ſi autem reſolutio
veniat, noua conſtitutio naturam talium contractuum im-
mutans, ad hunc contractum iam totaliter conſummatum,
ſe non extendit, per l.ſecundã.allega.in ſecunda pendentia
132 conueniunt, quia natura † conditionis eſt retro ſtare, vt ff.
qui pot.in pigno.hab.l.potior.primo reſponſo.& de regu.
iur.l.quæ legata.& hoc tenuiſſe videntur Henric.in dicto
capitu.cognoſcentes.in penultima.colum.cum Hoſtien. vt
pone quod tractaretur de aliqua certa re eccleſiaſtica alie-
nanda, quæ eſſet immobilis, valeret annuatim, antequam
cõtractus quoad eſſentialia conſummaretur, ſuperuenit no-
ua conſtitutio irritans huiuſmodi alienationes factas ſine li-
centia Papæ, & deducta fuit ſic ad notitiam alienare volen-
tium, quòd eos ligare incepit: Dico quòd ſi conſummetur

poſtea alienatio, non valebit: ratio, quia res nondum
quoad ſua eſſentialia conſummata vere præſens non eſt
vel præterita, ſeu omnino futura, C. ad Sylla. l. 1. in fin.
& ff. de orig. iur. l. 1. idem crederem in caſu prædicto; ſi
non reſtaret niſi traditio, quia illa eſt de eſſentia aliena-
tionis, vt C. de pact. l. traditionibus; licèt ſecus forte ſi
alienatio fieret in eccleſia, vt C. de ſacroſanct. eccle.
l. vltima. de quo ſuprà de conſuetu. ex literis; ſecus ta-
men dicerem; ſi conſtitutio noua ſolum de contracti-
bus loqueretur, quia licet traditio ſit de eſſentia aliena-
tionis, non tamen eſt de eſſentia contractus. Modo re-
deundo ad Theoricam futurorum hic per me datam, do
tibi pro regula ſeu pro concluſione, quòd vbi futurum
133 † acceſſorium non concernit expreſsè conſtitutio, ſed
ſolum per modum acceſſionis; ſed illud præteritum non
trahitur nec extenditur etiam ad dictum acceſſorium ad
hoc futurum, quia ſi non debet concernere acceſſorium
niſi propter principalem, & principale non concernit,
ergo nec acceſſorium: & de hoc reputo caſum in l. Cæ-
ſar. ff. de publica. & vectig. & facit peroptimè quod no-
tat Hoſtien. in dicto cap. cognoſcentes. de eo qui incepit
extrahere bladum, quod iam emerat, de ciuitate ante
emanationem ſtatuti de non extrahendo, quod com-
plere extractionem impediri non debet. modo ſic eſt in
134 propoſito, † quia conſtitutio ſolum loquens de cõtractu,
non concernit traditionem, niſi per modum ſequelæ
ad contractum, vt de ſe patet, cùm contractus perfi-
citur ante traditionem, vt de ſe etiam patet: ſecus au-
tem dicerem, vbi expreſsè noua traditio reſpiceret id
quod futurum eſt, licèt illud futurum ſit acceſſorium
præcedentis: & pro hoc infra de ęta. & qualita. cap. vt hi
qui. vbi omnino vide, in §. quod præpoſteris. & de iudic.
diſpendioſam. in gloſſ. penulti. & fin. & de hoc eſt caſus
C. de vſuris. l. penult. & infra 6. lib. de electio. cap. ſi eo
tempore. vt ſi diceret noua conſtitutio, alienationes
irritas eſſe, ſatis tunc de traditione exprimeret, cùm
135 † ſub alienatione neceſſario traditio includatur, ſicut ſub
diſpoſitione confirmatin in caſu capitu. ſi eo tempore. &
pondera, quòd non loquor de tempore promulgationis
quantum ad hoc, ſed de tempore quo ligare incipit, quia
ſic dubium non haberet: & prædicta præualere puto di-
ſtinctioni, quam ponit Ioa. Cald. in dicto cap. quoniam.
Vbi diſtinguit futurum habens diſtinctam formam, &
perfectam, à non habente &c. Cuius impugnationem
omitto, licèt aliqualiter eam impugnauerim.

Nunc recipio ſecundum membrum principale, vide-
licet de pendentia iudicij &c. & circa hoc ſic diſtinguo,
quia aut loquimur de pendentia proceſſus ordinis iudi-
136 ciarij, & tunc dic, quòd † proceſſus iam factus per conſti-
tutionem nouam de eo non loquentem non irritabitur;
ſed futurus proceſſus ſecundum ipſam nouam conſtitu-
tionem regulabitur, & ita notatur in ca. licet canon. glo.
ad futura, alleg. & in d. clem. diſpendioſam. in gloſſ. fin.
Aut quoad ſententiam, & tunc ſubdiſtinguo, quia illa
conſtitutio emanauit ad partis impetrationem, & tunc
in præiudicium impetrantis iudicabitur ſecundùm anti-
quos, & habebitur regula pro nõ facta, vt not. Compoſt.
in dicto cap. cognoſcentes. & eſt caſus in Authen. vt in
med. litte. ſacra. iuſſ. non fi. §. ſi vero dum cauſa. & in §.
quod autem. Coll. 8. aut nõ ad impetrationem, ſed motu
proprio emanauit dicta conſtitutio, & tunc aut non eſt
concluſum nec renuntiatum, & tunc fertur poſtea ſen-
tentia ſecundum nouam conſtitutionem, vt in dicto ca.
cognoſcentes. & cap. quoniam. alleg. aut eſt renuntia-
tum & concluſum in cauſa, tempore quo conſtitutio no-
ua incępit ligare, & tunc ſiue ſit ſententia diffinitiua la-
ta, & ab ea appellatum, ſiue non, noua conſtitutio ad
iſtud negotium non trahetur, etiam ſi clauſulam habeat,
ꝙ ad pręterita extendatur, vt notat Compo. in dicto c. co
gnoſcentes. & textus in Auct. vt cùm de appella. cogn. in
princi. & §. t. coll. 8. & eſt ratio horum, ne lites ex litibus
oriãtur, ſuprà de dolo. c. finem. Immo quòd concluſio &
remiſſio habetur perinde, ac ſi ſententia eſſet lata quoad
ipſas partes, C. de rei vendic. l. more litis. cum ſimilibus.

Supple gloſſam; In glo. 1. in fin. idem Pau. in effectu, li-
cèt per alia verba. In glo. exordium. in princ. Primo po-
nit actum diuerſum Clementis & Ioan. Secundo quæ-
rit de differentia trium exordiorum, quam declarat, &
inter cætera exordia quæ habemus in alijs libris, propriũ
& veriſſimum eſt, nam ex his conſtitutionibus inſurgunt
dubia infinita, ſecundum Paul. eſt etiam ſcientificum
& morale, vt patet ex ſupra ſcriptis & infra dicendis; &
in fine idem Paul. In gloſſ. humana, determinat textum
tacitè ſoluens contrarium, & in fine, iſta glo. eſt verbis
planior, ſed ſenſu aſperior, ſecundum Sym. & facit pro
eius declaratione, quod ſcripſi ſupra in primo notabili.
Vnde opponitur, quia aut ius naturale per ſe ſufficie-
bat, & tunc ſuperfluit multitudo librorum, & tunc ma-
le, quia Deus non nouit opus imperfectum, vt etiam no-
tatur in gloſſ. iſta. Dicit quidam, quòd argumentum
concludit iſtam concluſionem veram de iure, videlicet
137 quòd ius † rationale vel diuinum non ſufficit explicitè
ad deciſionem omnium caſuum, qui emergunt, vt pro-
batur hic in proœ. Grego. nec ſonat hoc imperfectio-
nem in tali iure, cum in genere ſuo perfectum ſit.

Et fuit hæc concluſio Beati Thomæ, prout refert Ar-
chidiac. 5. diſt. in prin. maxime quia iſtud ius naturale ha-
138 bet hanc perfectionẽ implicitè, cùm ius poſitiuum, † ca-
nonicum vel ciuile non ſit niſi quædam explicatio iuris
naturalis, per applicationem ad caſus particulares, ſecun
dum diuerſos fines: quibus conſideratis, procedit iuſtifi-
catio vtriuſque iuris, & tollitur contrarietas eorundem,
prout hoc plenè notatur per nouellam poſt Federicum
de Senis in quæſtionibus mercurialibus, quas diſputat
de regul. iur. lib. 6. c. poſſeſſor. & c. peccatum. In glo. hic
& infra, ibi latè. Idem Paul. & latius & clarius dicens,
quandoque ſumitur iuſtificatio pro lege, in qua conti-
netur pœna ſanguinis, vt Inſti. de rerum diuiſio. §. ſanctæ
quoque. In fine, vel continet eccleſiaſticam diſciplinam,
25. quæſt. 2. dogmata. quandoq; largius pro qualibet le-
ge imperiali, vt C. de nouo cod. fac. l. vna, ibi, colligentes
vero &c. Quandoque largiſſime pro collatione totius
iuris, vt in proœmio ff'orum. in prin. & hic, & infra verſ.
hoc ſanè. & in fine, idem Pau.

In glo. quaſi, in prin. ibi, perfecto; dicit Pau. primo ma
139 turato ſtudioſo, & põderato: nihil enim † tam ſtudioſum,
vt legis auctoritas, C. de vet. iur. enucl. l. 1. facit 31. q. 9.
140 apoſtolicę. de conſec. diſt. 5. nihil. Dictio enim, per † de-
notat perfectionem, vt ff. de verb. ſigni. l. vrbana. Remit-
tit Sym. ad notata ſua in cle. cauſam. de elect. & ibi, deli-
berato. 35. quęſt. 9. c. Apoſtolicę all. de offi. lega. c. delibe-
ratione. in prin. lib. 6. In glo. alibi, ibi, decocta; ſicut enim
141 † ſtomachus cibum, ſic lex negotia digerit, vt in proœ-
mio ff'orum. §. ergo. & pręall. c. nihil. In glo. ibi, vt autem.
Vbi dicitur, ꝙ nihil eſt inter homines ita ſtabile, ꝙ in
perpetuo motu conſiſtat; vnde Titus Liuius recitans de
Scipione, dicit; humanam infirmitatem, & fortunę vim,
omniaq;, quę agimus, mille caſibus ſubiecta ſcio; ſecun-
dum Sym. Dicit enim Canon, ꝙ de die in diem non ſo-
lum merita ſed etiã corpora hominum deficiunt, 34. diſt.
fraternitatis; ſanę etiam dicuntur hominem voluntates,
vt ff. ad Trebel. quia poterat. vbi de hoc notatur; ideo
non mirum, ſi aduocatus ſiue Medicus errent in traditio-
ne ſuę artis, quia cùm antiqui philoſophi naturalem ſeu
moralem philoſophiam in genere tradiderint, non de-
ſcendendo ad aliqua particularia, ipſe tamen legiſlator
& aduocatus phiſicus habent circa particulares humores
ſeu complexiones & actus proſpicere de iſto & de illo:
vnde vbi terminatur philoſophia, incipiat medicina ſeu
lex humana, & quanto magis particulariter, & ſpecialiter
concernunt caſus ſpeciales, tanto certiores: & ideo dicit
142 † regula, ꝙ ſpeciale derogat generali: & quia poteſt tradi
vix aliqua regula in iure, quę non ſit aliqua ex parte fal-
lax. ſuprà de reſcriptis. c. 1. in fi. & ff. de regu. iur. l. omnis
143 diffinitio. & ideo † legiſlator quantumcunque delibera-
tus dum legem condit circa aliquã materiam non poteſt
proſpicere omnes caſus particulares, qui circa illam ma-
teriam contingere poſſunt, ex maximè illos, qui tunc nõ
imminebãt, ſed poſtea emerſerunt, propter quod omnis
ineuitabilis neceſſitas non includitur ſub tali lege, im-
mo ſemper ſubtracta intelligitur; Ideo communiter di-
citur, quòd neceſſitas non habet legem, de obſeruat. ie-

ion. in cap. conſilium. de conſecratio. diſtinctio. prima.
144 ſicut. Et procedit iſta varietas, quia † natura naturata
ex infinita virtute naturæ naturantis, lætatur nouas &
diſſimiles formas in poſterum edere, & ideo, nedum
identitas, immo etiam ſimilitudo omnino deficit in eiſ-
dem, & aliqualis diuerſitas in perſonis, & animis & hu-
moribus, & per conſequens in complexionibus & mori-
bus: Vnde bene ſequitur, quòd ad ipſas nouas com-
plexiones hominum, quæ de die in diem debilitantur,
& debilitando mutantur, vt dicit Canon in cap. frater-
nitatis. nouę traditiones medicinalis artis eſſent neceſ-
ſariæ & hic etiam ad ipſos nouos mores hominum, qui
de die in diem peierant, & in peiora procliues incidunt,
nouę leges nouiter ſunt condendę: & facit bene quod
ſtatim ſequitur ſecundum Lau. in gloſſ. quòd aſtuta. in
fin. dicit Paul. quòd machinatio in vitium ſonat, de eo
qui dux. in matrimo. quam pol. per adulter. ſuper hoc.
& cap. ſignificaſti. in gloſſ. de verbo. ſignifica. per quę iu-
ta exponuntur; [Nodosè] ideſt intricatè, & non expedi-
tè: Vnde cùm omnes circunſtantiæ non conſiderentur,
cadit homo in labyrinthum, 39. diſtinct. ſciendum. In gl.
[de triplici] in fin. eandem gloſſ. ad literam ponit Mat-
thæus Sym. & etiam Lau. in gloſſ. hunc in fine, & ff. de
iudic. l. vix certis. Pau. in gloſſ. 20. quæſtio. tertia. in fine,
idem Pau. inquit, quòd per hoc reſpicit totum quod
præmiſit, ſcilicet cauſas emergentes & naturæ declina-
tionem ad malum. In gloſſ. [De hac] ibi, [extingui] re-
parari tamen poteſt, vt infra declarabitur in ſecundo no-
145 tabili. Sim. Et eſt † ſenſualitas quædam vis animæ, qua
appetuntur quæ ſunt delectabilia corpori, & refutantur
nociua &c. Inferior pars mentis humanę de ſuperiori]
vide de ſacramen. iter. cap. primo. §. quia verò. Quę qui-
dem vis non poteſt omnino extingui in agentibus inhu-
manis, notatur hic in gloſſ. & ex hac vi & eius motibus
appetuntur ea, quæ placent ſpiritui & rationi, infra de
hæretic. ad noſtram. §. ſecundo. & tertia diſtinctio. de-
nique. ſecundum Lau. & ſexta. diſtinctio. teſtamentum.
in fin. In gloſſ. [verborum] in princip. ex quibus ſæpe
deuenitur ad verbera. In gloſſ. [Inſtrumentum] in fin.
nam fullo eſt, qui pannos lauat, tingit, & etiam polit
lauando; ſed ſarcinator dicitur ille, qui addit & con-
ſuit, vbi eſt ſciſſum veſtimentum: & dicuntur facta re-
cta, quæ cùm eſſent facta fuerunt reparata quibuſdam
auxilijs, decima. quæſtio. tertia. capitu. primo. ff. de vſu-
fructu. l. hactenus; ſecundum Sim. & vide notata Inſti-
tutio. man. in fine. vbi prædicta notata reperies, & in
l. hactenus. & cap. 1. alleg.

In gloſſ. [Narratio] in fin. & factum ſuum expri-
mens.

In gloſſ. 1. [admirabile] ibi, vices Dei, ſupra vt eccl.
bene. capit. vno. & ſuprà ius poteſt diſpenſare, & multa
alia facere poteſt, quæ nullus alius poteſt, vt patet in
caſibus notatis ſuprà de offic. legat. quod translationem.
de exceſſ. prelato. ſicut vnire; & de Papa legitur. qua-
drageſima diſtinctio. ſi Papa Stephanus. & in fin. idem
Paul.

In gloſſ. [Solę iſtę] ibi, quoniam, dicit Lau. quod
fuit prima quam ędidit Lugduni ſtatim poſt coronatio-
nem ſuam, ob magnam inſtantiam quorundam poten-
tium ipſo Lau. pręſente.

In glo. [Volumen] ibi, [libri] licet ſit ſub forma com-
pilationis, & in conſtitutiones extrauagantes pręceden-
tium Romanorum Pontificum: & ibi, inſertę vel caſſatę
fuiſſent. & ibi idem Pau. vnde ſecundum eum non man-
dauit ſub antiquis decretalium collocare, vt fecerant
Innocentius quartus, & Gregorius decimus, quam com-
pilationem Clementinas, ideſt Clementis conſtitutio-
nes appellamus, pro eo quod conſtitutiones hic ſub ſuis
collocatæ titulis ſunt Clementis: cuius ratio ponitur in
clemen. ſi ſummus. de ſenten. excommunicatio. ſecun-
dum eum.

146 In gloſſ. [ſumitur.] ibi, profectura; Nam † nil certius
morte, nil incertius hora mortis, ff. de conditio. & de-
monſtratio. l. prima. etiam ideo cum incertus ſit dies
147 mortis quouſque venerit, meritò dicitur † ſors, quę in
humana dubietate diuinam indicat voluntatem, & ibi
[de vſuris. cap. primo.] & ibidem Pau. dicens, quòd hu-
manum eſt mori, vigeſimaquinta. diſtinctio. tanta. &
quod hęc eſt via vniuerſę carnis, de poſtul. prælat. cap.
bonę. primo. & ſecundo. etiam vltra terminum à Deo
pręfixum eſt victurus, Io. vigeſimoquarto. & vigeſima-
quinta. quęſtio. quarta. §. ſed in his. ſubdit Pau. quòd
tres ſunt termini huius vitę: de qua dixi circa textum.
Sed in quadã collatione Domini Cardinalis de Turrec.
nunc defuncti: volui dicere, quòd cum diuina pręſcien-
tia quanquam immutabilis, non importat neceſſitatem
in rebus, quia aliam viam neceſſario inuenient, & nulla
futura contingentia forent, nec poſſet aliquis demereri,
contra cap. baſis irę, & ca. Nabuchodonoſor. vigeſimater
148 tia. quæſtio. quarta. † terminus vitę hominis à Deo præ-
ſtitus poteſt pręueniri, & oppoſitum. Impoſſibile eſſet
id prius contingere & neceſſe id tunc futurum fore: Po-
ne enim, infra dič 30. Titius caſu fortuito eſt peremptu-
rus: dices ne quòd per naturam antea non poſſit perimi,
& quod non poſſit per naturam ab illo caſu pręſeruari?
abſit, & de hoc capias in ſenſu diuiſo, quia in compoſito
error eſſet, vt ſi diceretur, poſſibile eſt præſtitum a Deo
cras mori, cras non mori; de quo tamen ad determina-
tionem eccleſię finaliter me remitto. ¶ Et dicit Lau.
quòd peccatum Adę homines mortales reddidit, & ꝗ
ſecus ſi non peccaſſet, de conſecratio. diſtinctio. quarta.
placuit. & quòd talis caſus ineuitabilis excuſat, vt ſuprà
de procurat. quęrelam.

In gloſſ. de hac vita, ſcilicet temporali, concordat de
ſymo. ſicut enim. de homic. tua nos. de offic. delega. licet.
35. quęſt. 8. hoc ſalubriter. in fine. & declaraui ſuper tex-
tu: & quandoque videtur medium, ſecundum Pau. quod
eſt inter duos litigantes, 96. diſtinctio. bene quidem. tri-
geſimaprima. quęſtio. prima. cap. vlti. & iſtud poteſt ęqui-
parari medio ſecundum ęqui diſtantiam.

In glo. & forſan. ibi agente & approbante. octaua. quę-
ſtio. prima. ſi ego; quia nõ eſt poteſtas niſi à Deo. 23. quę-
ſtio. 1. quid culpatur. 11. quæſtio. 3. qui reſiſtit, in gloſſ.
quòd eſt. in fine; idem Pau. allegans ſimile de accuſa. qua-
liter enim, iuxta finem ibi, leue compendium eſt peruer-
ſum & præcipitatum iudicium leuis iudicis, concor. de
priuileg. quia nonnullis. & de reſcrip. cap. odia. lib. 6. & ſic
cõpendium ſonat in bonum, ſed diſpendium in malum.
In glo. cum ſimul. & ſic dictio eum, denotat ſimultatem,
decimaquinta. diſtinctio. §. tertia. in verſ. nullus. vigeſi-
materia. quęſtio. prima. pudenda. & notatur, ff. quod cu-
iuſque vniuer. nom. l. 1. in princip. ff. de actio. & obli. l. ex
conſenſu; & facit hic quod notat Guil. de reſcrip. cap. 1.
149 lib. ſexto. videlicet, quòd † excommunicatus actor non
admittitur ad conuenientiam iudicum: ſuper quo tamen
vide Ioan. And. de reg. iur. vtile. eo. tit. cum de exceptio-
ne opponitur. In glo. [Debet ergo] in fi. rationẽ ad tex-
tum aſſignat Pau. per regu. qui ſentit commodum &c. de
reg. iur. lib. 6. vbi de hoc, & ad idem. 73. diſtin. honoratus.
12. quæſtio. 6. quia Io. Quod eſt intelligendum ſecun-
dum Pau. in bene geſtis, alia autem debent reuocari, de
re iudi. cum olim. de cleric. coniuga. diuerſis. 35. quęſt. 9.
quod quis. In glo. 1. circundati, in fine. idem Pau. allegãs
ſimile infra de ſepul. dudum. & dic, circundati, ideſt im-
pediri vel occupati à fiſco: & capio ſecundum Lau. In
glo. [Sit rector.] quia expreſſa quandoque nocent. iux. il-
lud, nulli tacuiſſe nocet, nocet tamen eſſe locutum. vnde
150 † perfectus eſt vir, qui in lingua non offendit, de pęniten.
diſtin. 2. ſi verò. & Lau. allegat Pſalmum; lætatus ſum,
quia actus ſiluerunt, & deduxit eos in portum volunta-
tis. Pſalmo 111. in fin. iuxta illud; euolat emiſſum, neſcit
vox miſſa reuerti, vt habetur 43. diſtin. §. fin. interdum
tamen ſilentium reprobatur. 33. diſtin. nonne. 45. diſtin.
§. vt autem; Dicit autem Paul. quòd ideo dicit ſilentio,
151 ne fortè † in tanta loquacitate leuis appareat, vel quia
non expediebat ſubditis illud ſcire, 43. diſt. cap. 1. & teti-
gi in expoſitione. In glo. [videtur] in princip. Primo per
hunc textum arguit & remittit: Secundo ponit quatuor
caſus non dubios, quintum allegans, dicens reliquos ſic
examinandos, maximè in tribus ſpeciebus. Tertio nar-
rat quædam euidentia tempore Clementis, & poſt mor-
tem eius, ex quibus arguens pro & contra, quibus ratio-
nibus

nibus concludit, quòd per eius tempora ligauerunt, &
tribus alijs concludit contrarium, quod dicit ęquum diffi-
nitioni Papæ reſeruans: & ibi [non dubios] bonus mo-
dus ſoluendi, per hæc enim curantur diſtinctiones, &
compendioſè examinatur veritas, & hunc etiam modum
tenet gloſſ. quia ante iam erant publicatæ, & ibi [Decla-
rationes] idem Paul. ligat immediatè ſcientes, & quod
trahitur etiam ad cauſas pendentes, & ad præterita; cum
hoc ius fuiſſet promulgatum, licèt ab aliquibus male fuiſ-
ſet intellectum, ſupra de vſuris. quia in omnibus. & cap.
cum tu. idem dicit Hoſtien. quando ius nouum concor-
dat cum iure antiquo, vt ipſe notat de conſtitutio. cap. vlti-
mo. alleg. de electi. cum in cunctis. §. hoc ſanè. & de inſtit.
cap.4. hoc tamen Paul. non intelligit de declaratione per
modificationem duritiæ legis pręcedentis, C. de legi.l. le-
ges. in fi. quia videtur eſſe ius nouum corrigens antiquum,
vt per approbationem æquitatis corrigatur, infra de appell.
quamuis. Idem intelligit de approbatione generalis con-
cilij, infra de ætat. & qualita. generalem. ¶ Contra hoc di-
152 ctum Pau. vbi dicit, quòd † conſtitutio declaratoria ligat
præterita de cętero: notatur de poſtu. cap.2. ſolu. poteſt di-
ci, quòd dictum Pau. eſt intelligendum, quando ibi non eſt
verbum de cętero; ſed tunc obſtat hæc pars glo. iuncto tex-
tu: ſol. Glo. non dicit quòd præterita non comprehendun-
tur, de ſenten. excommunica. in verbo priuilegia, in cap. fi.
ibi, ſuper gratia ſecus, cuius glo. eſt magis conformis glo.
ibi poſitæ: neſcio enim ſi vnus alium vidit, vltra cap. ſuper
153 gratia. alleg. quòd † priuilegia quę ſpecialiter conceduntur,
differunt ab illis priuilegijs, quæ ſunt in corpore iuris clau-
ſa, quia de primis & non de ſecundis eſt fienda mentio in
vltimo priuilegio, vt notatur de reſcript. cap. primo. libr.6.
Regulatur ergo priuilegium ſecundum naturam legis, vbi
in ſecunda non eſt neceſſe fieri mentionem de præcedenti,
quòd dictum eſt ibi, conſilij, cuius tempus habetur infra de
ſimon. cum ſit. in gloſſ. penultima. ibi, [In abſurdum] quia
ſic incidetur laqueus iſte, 22. quæſtio. prima. de viduis. de
conſtitu. cognoſcentes; vbi benignius de hoc per Guil. de
Monte Laud. & Gemin. dicentes, quòd à compoſitione
proęmij & ab eius legitima publicatione tranſgreſſores
infraſcriptarum conſtitutionum debuerunt puniri in anno-
tatione bonorum, licèt per multa tempora in ſuſpenſo ſte-
tiſſent, ſupra de ſpon. duorum. cap. fin. in verbo, de cętero.
Pau. etiam non putat huiuſmodi conſtitutiones ligauiſſe
ante hanc publicationem illis exceptis, quæ tempore Cle-
mentis habebantur per publicationem, quæ exprimuntur
hic in gloſſ. in verſ. item dubitatum quòd ante mortem.
quia ſubiectorum copiam non decreuit; & ſi non peruenit
per manifeſtationem & commiſſionem benè iuſta ignoran-
tia excuſauit, ad hoc C. de legib. l. leges. & de conſti. cap.2.
154 lib.6.36. quæſtio.2. ſi autem; vbi dixit Hug. quòd † nouiter
conſtitutum a Papa, ſi nondum ſit promulgatum, contra-
facientem non conſtituit tranſgreſſorem, vt 31. diſtin. ſi au-
tem, 32. quæſtio.3. dixit. Peruenire autem intelligitur per
publicationem ibi factam, ſiue per famam, alibi facta pu-
blicatione; Non enim expedit in ſingulis locis con-
ſtitutiones publicare, nec ſingulorum auribus
inculcare, de poſtu. cap. primo. & Auct. vt
factæ nouę conſtitutiones. de qui-
bus in ver. in alijs nō puniebant,
nec annulabant, nec ex-
cludebant; Sed ſo-
lum poſt huius
datam,
& duobus menſibus ela-
pſis bene. & hoc
de ſuppletio-
ne gloſſa-
rum.

REPETITIO
IN CLEMEN. FIDEI. DE SVMMA TRINIT. ET FIDE CATH.

Celeberrimi I.V.C.D. Aegidij Bellamera.

SVMMARIVM.

1 *Anima intellectiua ſeu rationalis per ſe eſt vera forma hominis. & nume.112.*
2 *Baptiſma vnum confert remedium ad ſalutem tam paruulis quam adultis.*
3 *Baptiſma confert paruulis & virtutes & gratias in habitu.*
4 *Fides actus eſt duplex, corde credere, & ore confiteri.*
5 *Interior actus requirit firmitatem ſine dubitatione.*
6 *Exterior autem debet eſſe ſimplex & ſine ſimulatione.*
7 *Finis præcepti eſt charitas de corde puro.*
8 *Fides eſt extra quam non eſt verum ſacrificium.*
9 *Chriſtus eſt fundamentum noſtræ fidei.*
10 *Aliorum autem ſacramentorum fundamentum eſt baptiſma.*
11 *Per Baptiſma homo renaſcitur ad gratiam.*
12 *Perſona primum, deinde ratio eſt quærenda.*
13 *Homo non eſt capax alicuius ſacramenti ante baptiſma.*
14 *Fides eſt fundamentum omnium bonorum ſpiritualium.*
15 *Iuſtitia Dei eſt per fidem Ieſu Chriſti.*
16 *Eccleſia dicitur mater quia in ea renaſcitur per baptiſma & nutritur per alia ſacramenta.*
17 *Dicitur etiam filia quia non alienat ſine auctoritate.*
18 *Omnia quæ ſunt in regno ſunt regis quo ad generalem iuriſdictionem.*
19 *Papa poteſt incurrere vitium ſimoniæ.*
20 *Res Eccleſiæ ſunt Papæ vt principalis diſpenſatoris.*
21 *Deus pater per actum intellectus producit filium ſibi æqualem.*
22 *Per actum autem voluntatis Spiritum ſanctum.*
23 *In eo autem conſideratur abſtractio à perſonis.*
24 *Chriſtus in ſubſtantia, eſſentia, & natura eſt vnum cum Patre.*
25 *Non eſt diſtinctio in his quæ habent relationem originis.*
26 *Eſſe diuinum non variatur per præteritum & futurum.*
27 *Pater & filius ſunt correlatiua.*
28 *Filius eſt ſapientia Patris.*
29 *Anima ſola non eſt de ratione humanæ naturæ.*
30 *Anima non creatur ante corpus.*
31 *Chriſtus non habuit originale peccatum.*
32 *Omne ſuſceptibile alicui formæ naturaliter præcedit receptum.*
33 *Faciens aborſum ante informationem non eſt irregularis.*
34 *Irregularis in iis ſit qui homicidium committere voluit.*
35 *Fides noſtra eſt de præteritis & futuris.*
36 *Eccleſia dicitur Thalamus.*
37 *Anima iuſti eſt ſedes ſapientiæ.*
38 *Humanitas dicitur natura hominis.*
39 *Perſona Chriſti eſt gemina ſubſtantia.*
40 *Homo ſenſualitatem à corpore trahit, rationem autem ab anima.*
41 *Numerus electorum hominum ſoli Deo eſt cognitus.*
42 *Anima & ſpiritus idem ſunt.*
43 *Spiritus eſt quædam vis rationalis.*
44 *Anima dicitur quia iuuat & eſt flatus vitæ.*
45 *Anima non eſt in corpore ſine ſanguine.*
46 *Matrimonium inter Chriſtum & eccleſiam figuratur per matrimonium viri & vxoris.*
47 *Eccleſia eſt munda ab omni macula.*
48 *In ipſa ſola eſt potentia regenerationis.*
49 *Reſurrectio eſt opus vitæ.*
50 *Meritum non eſt niſi hominis viuentis.*
51 *Nemo meretur quando non eſt.*
52 *Angelis caſus idem quod mors hominibus.*
53 *Sanguis corporis mortui totus colligitur in hepate.*
54 *Actus actiuorum ſunt in patiente diſpoſito.*
55 *Anticipare idem quod ante capere.*
56 *Poſitio eſt aſſeueratio alicuius dicti vel facti.*
57 *Credere quilibet præſumitur illud quod ponit.*
58 *Forma ea eſt quæ dat eſſe.*
59 *Anima per ſe corpus informat. & num.60.*
61 *Viuere eſt eſſe ſimpliciter viuens. & num.85.*
62 *Anima vnitur corpori abſque medio, ex Ariſt.*
63 *Anima eſt actus.*
64 *Corpus autem potentia.*
65 *Anima rationalis quod differat à vegetatiua & ſenſitiua.*
66 *Animę beatorum non habent perfectam requiem donec ſint vnitę corporibus.*
67 *Anima eſt indeterminata.*
Demonſtratio tripliciter accipitur.
68 *Demonſtratio propter quid non cadit ſuper ſubſtantiam.*

69 *Intelligentia eſt hominis actus.*
70 *Scientia hominis habitus.*
71 *Felicitas hominis finis intrinſecus, num. 75.*
72 *Ratio receptiua alicuius actus eſt magis vnita principali quam ſit actus recepturus.*
73 *Medium eſt magis vnitum cum extremo, quam extremum cum extremo.*
74 *Scientia eſt ipſi homini perfectio intrinſeca ex eius actibus acquiſita.*
76 *Quælibet res attingit ſuum finem intrinſecum per ſuam formam ſpecificam.*
77 *Fœlicitas hominis eſt ſpeculatio quadam.*
78 *Speculatio eſt bonum per informationem.*
79 *Felicitas eſt hominis vltima perfectio.*
80 *Homini tam eſt intrinſecus actus liberè elicitus quam actus imperatus.*
81 *Actus volendi non recipitur in homine niſi mediante voluntate.*
82 *Voluntas non recipitur niſi per eſſentiam animæ intellectiuæ.*
83 *Audire & videre ſunt actus hominis intrinſeci per informationem.*
84 *Violentia animæ poteſt fieri ex exterioribus.*
86 *Appetitus ſenſitiuus in homine vincit & trahit appetitum intellectiuum.*
87 *Appetitus ſenſitiuus non eſt ſuperior appetitu intellectiuo.*
88 *Anima ſenſitiua eſt forma hominis.*
89 *Philoſophus naturalis non conſiderat niſi formas quæ definiuntur per materiam.*
90 *Anima intellectiua & eius ſubiectum habet determinatam proportionem.*
91 *Et eſt maioris virtutis quam ſit intelligentia mouens orbem.*
92 *Anima eſt forma per ſe ſubſiſtens non autem inhærens.*
93 *Ordine naturæ prius forma dat eſſe antequam ſequatur relatio inhærentiæ.*

SVPER materia Rubricæ te remitto ad ea, quæ ſcripſi in volumine & in 6. in Rubro & in Nigro, ſuper materia eiuſdem rubricæ, & ad ea quæ notantur in remiſſionibus, quas vtrobique dedi. Sequendo autem Paul. & gloſſ. Rubricas huius compilationis non intendo ſaltem regulariter continuare, ſed ſufficiat quantum ad hoc continuatio Rubricæ Decretalium.

Fidei]expone literam ſecundum Paul. Aduerte in primis, quia hoc cap. habet quatuor dicta, & in ſumma hoc vult, quod ad titulum Corporis Chriſti Aſſumpti in vtero Virginali, crucifixi, & mortui, vnus militum lanceam latus aperuit, vt narrando recto ordine Euangelia teſtantur. Secun-
1 do dicit, quòd † anima rationalis ſeu intellectiua, per ſe eſt
vera forma corporis, aliter aſſerentes vel dubitantes, vt hæ-
2 retici iudicantur. Tertium, quòd vnum eſt † Baptiſma par-
uulis & adultis conferens communiter remedium ad ſalu-
3 tem. Quarto dicit, quòd † paruulis per baptiſma confe-
runtur virtutes & gratiæ in habitu, & ſunt non quo ad
vſum. In prima parte ponit, quod credit ſecundum fidem,
& adducit vnum ſimile & vnam auctoritatem, ex qua quid
ſit tenendum in fine declarat; & ſic facit tria; Primo declarat Chriſti deitatem: Secundo, ibi, partes: veram ipſius humanitatem: Tertiò, ibi, & quod in hoc. paſſionem eiuſdem: In ſecunda parte quæ incipit ibi, Porrò. primo ponit oppoſitionem hæreticam. Secundo eam damnat. In tertia parte quæ incipit ibi. Ad hæc. probat per ſimile, quòd vnum eſt Baptiſma, & formam celebrandi ſubmittit. In quarta ibi [Verum] circa baptiſma paruulorum & varias opi
niones recitat, & quę ſit probabilior & eligẽda, declarat [Fi-
4 dei] † cuius actus eſt duplex, ſcilicet corde credere, & ore
confiteri; Vnde ad Romanos 10. corde creditur ad iuſti-
tiam, ore autem fit confeſſio ad ſalutem. Interior autem
5 actus exigit † firmitatem abſque omni dubitatione, quæ
prouenit ex infallibilitate diuinæ veritatis; vnde Iacob. 1.
6 Poſtulet autem, quia actus † exterior debet eſſe ſimplex &
7 abſque ſimulatione: vnde ad Thimot. 1. † Finis præcepti eſt
charitas de corde puro, conſcientia bona, fides non ficta,
& abſque errore & variatione. Vnde ſecunda ad Corinth. 1.
Fidelis autem Deus, quia ſermo videtur qui fuit apud nos
non fuit. [in illo eſt.] Et nota ſecundum Thom. quid autem
8 ſit † fides, notat Ber. ſuper Rub. eod. titu. catholicæ. extra
quam non eſt verum ſacrificium, prima quæſtio. prima, extra catholicam, & hoc dixit, vt excludat fidem aliorum, qui non credunt in verum Deum, quæ non eſt catholica, quod
9 eſt † Chriſtus, qui eſt fundamentum noſtræ fidei, præter
quod ædificium poni non poteſt, 1. quæſtio. 1. cum Paulus.
10 † Aliorum autem ſacramentorum fundamentum eſt Baptiſ-
ma, 32. diſtin. §. verum: de presbytero non bapt. veniens:
11 † & eſt ratio; quia per ipſum homo renaſcitur ad gratiam ex
12 aqua & Spiritu ſancto, de bapt. debitum. † & primo quęrenda eſt perſona, quàm ratio, vt ff. de iure codicil. l. quidam
13 referunt; vnde ante baptiſma non eſt aliquis homo capax
14 alicuius ſacramenti Eccleſiaſtici. † Eſt autem fides fundamentum omnium bonorum ſpiritualium, per quod anima
15 iuſtitia ornatur. ad Roma. 3. † Iuſtitia autem Dei eſt per fidem Ieſu Chriſti, per quam omnes in Dei filios adoptantur. Io. 1. Dedit eis poteſtatem filios Dei &c. Ad Deum accedunt, ad Hebræ. 11. Accedere ad Deum oportet corde, & ſic æternæ vitæ brauium conſequuntur. Ioan. 6. Hæc eſt voluntas patris mei, qui miſit me, vt omnis, qui vidit filium & credit in eum, habeat vitam æternam: & de hoc de cleri. per ſaltum promo. capit. 1. [Præter] hęc dictio hic ponitur excluſiuè, ſi reſpiciat quod ſequitur: Si autem reſpiciat quod præmiſit, ponitur incluſiuè, vt 16. quæſtio. 1. abijciamus. & quæſtio. 7. piæ mentis. 32. quæſtio. 5. non męchaberis. & quæſt. 7. verſi. his ita. 23. quæſtio. 5. pœna. & cap. de occidendis. de tempo. ordi. cap. vlti. de deci. tua nobis. de religio. dom. cum dilectus. ff. de penu lega. nunquid. in fine; ff. ad Trebel. l. Lucius; §. filiam, ff. de vulga. & pupill. ſubſtit. l. cum filio. §. vltimo. ff. de milit. teſtamen. l. quærebatur. Ad idem de præſcriptio. ex tranſmiſſæ. Alibi tamen ponitur incluſiuè, de vita & honeſtate cleric. cum ab omni. de rebus eccleſ. non alienan. ſi quis. de præſumptio. literas. & de immunit. eccleſ. cap. decet. ad fin. libro ſexto. 24. quæſtio. 3. transferunt. ibi. Inuenire incidiſſe eccleſiam, & de domo populos ſeduxiſſe præter eos, qui ſacerdotes a Deo poſiti fuerant, & prophetæ. ad idem 35. quæſtio. 3. porro. 13. quæſtio. tertia, Ebron. vbi de hoc. ff. de annuis legat. l. Scio. §. vxori. ff. de iure patron. diui fratres. Solum dic pro ſolutione, quod ſi dictio, præter, ponitur poſt genus vel aliud, ſub quo de ſui natura includeretur exceptio, tunc ponitur excluſiuè, exemplum, lego tibi omnes libros meos præter decretum, vel omnia alia, præter equum: vel epiſcopus donat omnes eccleſias quas habet in tali loco, præter eccleſiam ſancti Petri. In his, & ſimilibus ponitur excluſiuè, vt dictio aliquid operetur, vt in primis concordantijs. Sed ſi non ponitur aliquid, q̃ de ſui natura exceptionem includeret, tũc dictio ponitur incluſiuè, vt lego animalia præter librum, vel quid ſimile. Alij dicunt, quòd hæc dictio pręter, de ſui natura ſemper excludit, ff. de pignor. actio. l. 1. in fi. ibi dicitur, quòd qui obligauit æs affirmans aurum eſſe, tenetur pignoratitia propter ſtellionatum quod fecit: nam ſuperflue poneretur, ſi de ſui natura non excluderet: ad idem ff. de diuor. l. nullum. Nec obſtat ſecundum iſtos ff. de procur. l. ſed hæ perſonę. §. præter ſatiſdationem, quia conſtat, quòd procurator teneretur de iure ad illam ſatiſdationem præſtandam, vnde non poteſt dici, quòd dictio, præter, excludat ſatiſdationem, quam ius includit: & idem reſpondetur ad l. Pomponius, §. ſed ſi is. eodem titu. Eodem modo reſpondetur, ad l. quicunque. §. ſui vero. C. de ſeru. fugi. & ad hoc facit de electio. dudum. in fin. vbi cum illo fuerat diſpenſatum, qui per obtenta, poteſt aliud beneficium habens curam libere recipere, & tamen fuit iudicatum, quod propter hoc in obtentis non fuerat diſpenſatum, ſecundum Innoc. Plus placet prima opinio, & prædicta decreta. eam fortificat, cum ibi exceptum bene includatur ſub eo quod prætendit. Nec obſtat pręall. lex 1. in fi. de pignor. act. quia ſimpliciter ſumpto vocabulo, qui tenetur pignoratitia, non tenetur crimine ſtellionatus: & licet eo caſu teneatur pignoratitia, emptio tamen ſi contracta nulla eſſet, quod dic, vt notatur 29. quæſtio. prima §. primo. [Quod] ſcilicet fundamentum. Apoſtol. ad Roma. 11. circa medium, & prima Corinth. 9. [Aliud] ſcilicet fundamentum neceſſarium, vt dixi. [Firmiter.] Concor. eodem titu. firmiter. in princi. vbi de hoc. Ad hoc enim genus mendacij non debet aliquis aliqua conditione adduci. 22. quæſtio. ſecunda. præmium. & an quo ad hoc metus excuſſit, notatur 15. quæſtio. 6. ſi a ſacerdotibus. in penult. gloſ. [Apertè] ideſt clarè, ſimpliciter, non dubiè vel confusè: & eſt ſimile ac ſi dixiſſet, firmiter, de conſecratio. diſtinctio. ſecunda. In quibus. [Matre] ratione principij prælationis, &

eminen-

eminentiæ, 21. diſt. quamuis. quæ etiam ſuis vberibus om-
16 nes nutrit. ad Roma.6.& dicitur † mater: quia fideles in ipſa
renaſcũtur per Baptiſma, & nutriũtur p alia ſacramẽta, 12.
quæſt. 2. qui abſtulerit. Ad idem 16. quęſt. 1. Nos autem. de
conſec. diſt. 4. mater; & 32. q. 4. recurrat. ſicut Baptizans di
citur pater ſpiritualis, 30. q. 1. omnes. & de cogn. ſpiri. cap. 1.
2. reſpon. lib. 6. eſt etiam caput & cardo, 21. diſt. ſacroſan-
cta; ad idem 12. diſt. non decet, & in Auth. de eccleſ. titu.
17 in princip. col. 9. eo tamen reſpectu † eccleſia dicitur filia,
quia non alienat ſine auctoritate, ſic nec filius ſine auctori-
tate patris, vt notatur 68. diſtin. quorum vices; Dupliciter
autem dicitur domina. 79. diſtin. oportebit. vnde Papa be-
ne priuat aliquem iure ſuo eo ſciente & ignorãte, licèt om-
nes clericos priuare non poſſet, ſecundum Io. qui ita notat
9. q. 3. per principalem. Idem dicunt quidam in Imperatore,
vt omnia ſint ſua, vt ſatis notatur C. de quadrien. præſcript.
l. bene à Zenone. quod placuit Hoſtien. in ſumma de præ-
ſcript. §. quæ exigantur. verſic. & licet. vbi dicit, quòd omnia
ſunt Principis quo ad proprietatem, & ea transferre non
poteſt non ſolum quo ad vtilitatem, ſed etiam quo ad fru-
ctuũ perceptionem, & videtur dare potius quàm alienare:
Alij contra; & notatur 1. diſtin. ius militare 12. q. 2. quicun-
que militum. & ſecundũ hoc omnia ſunt Imperatoris quan
18 tum ad iuriſdictionem, † ſicut omnia quę ſunt in regno ſunt
regis quoad generalem iuriſdictionem, 8. diſtin. quo iure:
Verbum enim poteſtatis ſumitur pluribus modis, ff. de ver-
bo. ſignific. a. l. poteſtatis verbum. etiam de hoc in Specu. de
feud. §. quoniam. verſ. 14. & duobus verſ. ſequentibus. & ſe-
cundum hoc dicit, quòd omnia ſunt Principis, ſ. fiſcalia, ſe-
cundum quod hodie, actionem tamen perpetuam & tem-
poralem bene tollere poteſt, vt dicam remittendo infra de
re iudi. paſtoralis. Ad id quod dixi, quod eccleſia eſt do-
mina, contradixit beatus Bernardus ad Eugen. in fine 4. &
Ho. arg. eo. tit. fideli. & in pręall cap. non decet. pro quo fa-
cit 6. quæſtio. 1. mutationes. in prin. vnde dicit Tho. quod
19 † Papa poteſt incurrere vitium ſymoniæ, ſicut quilibet al-
ter; in quo grauius eſt peccatum propter maiorem locum
quem obtinet, 40. diſtin. homo Chriſtianus. & cap. ſi Papa.
20 † Res etiam eccleſiæ ſunt eius vt principalis diſpenſatoris,
non vt domini & poſſeſſoris, ſecundum eum. contra tamen
videtur not. 1. quæſt. 6. cap. vlt. Eccleſ. i. Quot modis acci-
piatẽ eccleſia, not. 7. q. 1. ſcire debes, ne præla. vices ſu. c. vl.
& de verb. ſign. cùm clerici. [Vnigenitum] concor. de verb.
ſignifi. nam & ego. dicitur vnigenitum, quia in vnitate per-
ſonæ à Deo patre genitus; Deus enim pater non poteſt aliũ
filium generare, Non quidem propter impotentiam Dei
patris, ſed quia non permittit Ordo ordinis in diuinis; ſi
enim poſſet alium filium generare, poſſent eſſe in diuinis
plures quàm tres perſonæ, quod eſt inconueniens; vnde
de neceſſitate fuit, quod eſſent tres: Dirigitur quidem non
neceſſitate actionis, ſed neceſſitate communicationis, qua
Deus pater neceſſariò communicat ſuam eſſentiã filio per
operationem intellectualem, quomodo aliqualiter ignis ꝓ-
ducit ſplendorem, & ſi ignis fuiſſet ab æterno, ſplendor,
ab ipſo genitus fuiſſet ab æterno, vt dicit Auguſtinus 6. de
Trinitate. Præterea videtur inconueniens & impoſſibile
Deum genuiſſe alium filium, quia ſic eſſent duo filij: Ratio
autem quare hoc non poteſt eſſe, eſt principium productio-
nis habens terminum productum adæquantem ſuam vir-
tutem productiuam non poteſt in alium terminum produ-
cibilem produci, ſtante priori termino, quia iam primus ter
21 minus non eſt adæquatus ſuę virtuti: † Sed Deus pater per
actum intellectus producit filium ſibi æqualem, quia con-
donat ſibi ſuam eſſentiam, ideo producto vno filio, qui eſt
Deus perpetuus, non poteſt alium filium producere; poteſt
22 tamen † perſonam Spiritus ſancti producere per actum vo-
luntatis, non per actum intellectus, & tamen Spiritus ſan-
ctus, propter rationem eandem hic aſſerit coęternitatem fi-
lij ad patrem. & pendet littera, quòd filius eſt vnum cum pa-
tre in deitate, & quod aſſumpſit vnam carnem humanam
in vtero Virginis, vnde verus eſt homo ex omni parte, ſ. ex
corpore & anima intellectiua & rationali, & ſic ſubſiſtit ſub-
ſiſtente vna cum patre æternaliter in his omnibus. & de
Spiritu ſancto & eius æterna proceſſione, habetur eod. titu.
fideli. lib. 6. & patet eod. tit. firmiter. in princi. & ſunt æter-
nitas, immenſitas &c. Notabiliter autem ibi dicitur vna eſ-
23 ſentia, † vt conſideretur in eo quod eſt quid abſtractum à
perſonis quaſi per ſe exiſtens. [Sententiã] vt conſideretur
quid concretum in perſonis, quaſi ſtans in perſonis & natu-
ra, vt per hoc conſideremus vnitatem & perſonas ſimul;
Quaſi vnitas eſſentiæ & diſtinctio perſonarum ſubſiſten-
tium. i. cum ſubſiſtente quaſi ſubſtantiam habentem. Pater
24 Deus eſt, † & ſic in eſſentia, ſubſtantia & natura eſt vnũ cum
Patre; & in hoc damnantur Boetiani, 24. q. 4. quidam. verſ.
Boetiani; qui dicebant, Diſſimilem patri filium, & filio ſpi-
25 ritum Sanctum. de celeb. miſſa. in quadam, † in his non eſt
diſtinctio, vbi reperitur aliquid pertinẽs ad relationem ori-
ginis, vt Paternitas, filiatio, communis ſpiratio, per quam
oſtenditur, quod pater eſt à nullo, & filius a patre, quę ſunt
perſonalia & rationalia, de quibus notatur eo. titu. damna-
mus. in glo. nota ad intelligentiam. in generando enim nõ
eſt filius, qui pater eſt, & ſic eſt filius, qui pater eſt, & ſic de
alijs perſonis Trinitatis, de conſec. diſtin. 3. c. fin. aut quo ad
eſſentialia indiuidua ſunt opera Trinitatis, 28. q. 1. in princi.
ſic etiam quò ad transſubſtantiationem corporis Chriſti, vt
notatur de conſec. diſtin. 2. corpus; [Aeternaliter] ideſt ſine
26 principio & fine, quia eius † eſſe nõ variatur per pręteritum
& futurum. Nihil eſt enim in ſubtractum, nec ad eum eue-
nire poteſt, Vnde dicitur æternum, i. perpetuum, de celeb.
miſſa. cum Marthæ, & in hoc repetit damnationem anima-
rum, 15. diſt. c. 1. 24. q. 3. quidam. verſ. Arriani. Qui dicebant,
ipſum non coæqualem; cõtra quos arguit Ambroſius, quòd
27 idem poſſunt dicere de patre; † cùm pater & filius ſint cor-
28 relatiua; Nam ſecundum Auguſtinum † filius eſt ſapientia
patris: ſed Dei ſapientia ſemper fuit cum patre, vt hic [Par-
tes] quæ ſint hę partes, infra ſubmittit ibi, humanum. vide-
licet corpus paſſibile & animam &c. Ex his duabus vnitati-
bus ſubſiſtit homo, & earum coniunctione, de celebr. miſſa.
29 in quadam. † non enim anima ſola eſt de ratione humanæ
naturæ, vt poſuit Plato; Nec etiam corpus eſt de ratione ho
minis, vt poſuit Ariſto. in 7. metaph. & ſic in coniunctis in-
uiſibiliter habuit ſuum corpus cum diſtinctione membro-
rum, ex quibus ipſum corpus formatur, de conſecr. diſtin. 2.
ſemel. 89. diſtin. ſingula, ff. de relig. & ſumpt. fune. enim in
diuerſis: Membra tamen diuerſa ſpiritum vitæ non tenent,
1. quæſt. 3. nihil. 23. q. 7. quemadmodum. nec etiam poſſint
truncari ſine damno, 35. quæſt. 5. ad ſedem. niſi eſſent arida,
1. q. 1. ſicut, [Simul vnitas] & hoc dicit, quia ſimul multę nõ
ad inuicem diſiunctæ conſtituunt hominem. Nam corpus
ſine anima, nec anima ſine corpore eſt homo: vel quia ſimul
non aſſumpſit vnum priuſquàm alterum: abſurdum enim
eſſet dicere Dei filium aſſumpſiſſe corpus informe & non
30 humanum; nec ẽt aſſumpſit animam ante corpus, † quia ani-
ma non creatur ante corpus; ſed cum corpus fuit organiza-
tum, id eſt per membra diſtinctum, quod eſt in nobis in 40.
vel 90. diebus, ſecundum varietatem ſexuum, & notatur
5. diſtin. cap. 1. ſupra de purg. poſt par. cap. 1. Tunc anima
creatur, & creando infunditur, 32. quæſt. 2. ꝙ vero: Iſta igi-
tur ſimul extiterunt, corporis formatio, animæ creatio, &
infuſio, & totius naturæ ideſt partium ſimul vnitarum, &
verbi aſſumptio, & hoc etiam fuit per virtutem & infinitã
potentiam agentis: Vnde Dama. in 4. ſententiarum ſuarum,
2. cap. dicit; ſimul caro, ſimul Dei verbi caro, ſimul caro ani-
mata & rationabilis intellectiua. & ibidem declarans incar-
nationem verbi Dei dicit, quod poſt Conceptionem Vir-
ginis glor. verbis angeli, Spiritus ſanctus ſuperuenit in ip-
ſam, eam purgans, & virtutem ſubſequutam verbi tribuens
ſimul & generatiuam, & ipſam obumbrauit virtus altiſſimi
velut diuinum ſemen, & confixit ſibi ipſi ex caſtis & puriſ-
ſimis ipſius ſanguinibus carnem & animationem per virtu-
31 tem Spiritus ſancti. & ex prædictis patet, ꝙ † Chriſtus non
habuit originale peccatum, & inconueniens erat propter
præſentiam Spiritus ſancti, ꝙ primo accepiſſet corpus hu-
manum. Audiui tamen à magnis Theologis, quod fuit in
incarnatione verbi Dei prius, & poſterius ordine naturæ,
32 ſed non ordine durationis; Ratio, quia † omne ſuſceptibile
alicuius formæ naturaliter præcedit receptum; corpus au-
tem recepit animam, ideo oportet quod corpus præcedat
animam receptiuam; [Ex quibus] ſcilicet partibus fiet ve-
rus homo, quod eſt ſcilicet Chriſtus. [In ſe] id eſt ſecundũ
ſuam formam ſpecificam, in qua apparuit, cum inter viuos
conuerſabatur cum diſtinctione membrorũ, de conſe. diſt. 2.
de hac quidem. [Hoſtia fieret.] Hæc non eſſet propria locu-
tio in translatione corporis & ſanguinis Chriſti, vt nota-

tur de conſecr. diſtin.2. quia corpus. & per hoc patet, quia
verbum compoſitum, quod eſt iuſta, reſpicit humanita-
tem, non diuinitatem & humanitatem, cum diuinitas ſit
ſimplex, omnino verus homo & perfectus, de hęreti. cum
Chriſtus. non phantaſticus vel adoptiuus, de celeb. miſſ.
cum quidam. de conſecra. diſtin.4. ſicut. & ſic veram &
propriam carnem aſſumpſit, non alicuius viri ſancti, vt
mentiuntur quidam Hęretici, de conſecra. diſtin.2. neceſſa-
rio. Nos tamen filij ſumus adoptiui, qui prius eramus filij
iræ, de conſecr. diſt.2. quia corpus. Vbi de hoc [Paſſibiles]
id eſt mortales: vnde vt dicit Auguſtinus, omnes neceſſi-
tates pęnales aſſumpſit præter ignorantiam & peccatum;
Vnde ſecundum Sanctos, ſi in Cruce mortuus non fuiſſet,
tamen nobis deceſſiſſet: & de hoc in tertio ſententiarum.
15. diſt. Poſt reſurrectionem autem habuit corpus glorifi-
catum, quod fuit ſubtile vel impaſſibile, agile & ſpiritua-
le; vt notatur de conſecra. diſtin.4. ſicut. in 3. glo. [Rationa-
bile] de quo prædixerat, Triſtis eſt anima mea vſque ad
mortem; Vnde non ſpiritum vitalem tantum, de celebra.
miſſa. in quadam [Informantem] ſenſibus corporeis, ante
enim quàm anima infundatur corpori, in vtero eſt quod-
dam informe, nullam formam habens, vel aliquem ſen-
ſum corporeum vel intellectum, ſed paulatim formatur in
vtero, & poſtea tradita anima, immediatè recipit omnia
prædicta, ita quòd ipſa anima recipit formam humanam,
& ſenſus corporeos, 32. quæſtio.5. quòd autem. & duobus
capitulis ſequentibus, & hoc eſt quod vult hæc littera,
quod anima per ſe & ſui infuſione corpori, quod prius
erat informe, formam tribuit humanam, hinc eſt, quod
33 † ante informationem faciens abortum non eſt irregularis,
quia non occidit hominem, vt notat Ber. & Mod. de homic.
ſi aliquis. Tenetur tamen lege Aquilia tanquam de rupto,
non tanquam de occiſo, ff. ad l. Aquil. ſi ſeruus ſeruum. §.
Sed mulier. & l. Quintus Mutius. Simile dicitur de oliua ma-
turata collecta in l. prędicta, ſi ſeruus. §. oliuam, & ideo in tali
caſu mulier, quę ſibi vim intulit, vt abortiret, nō traditur vl-
timo ſupplicio, ſed in exilium mittitur, vt ff. de ſicar. l. ſi mu
lierem. ſi autem puerperium eſſet formatū, traderetur vlti-
mo ſupplicio, vt ff. de pęnis. l. ſi quis aliud. §. abortionis. &
eſſet irregularis, ſic intelligitur quod notat Io. de pęni. diſ. 1.
34 periculosè. vbi dicit † irregularem eum eſſe, qui homicidiū
committere voluit, ſed Laurentius illi contra, poſſet etiam
eius opinio ſaluari per id quod notat Goffred. in præalleg.
decre. ſcilicet, quod ſit irregularis & irregularitate, quæ eſt
indiſpenſabilis, vt ſi quis occiderit hominem gradiētem ſu-
per terram, vel ſuffocauerit puerperium iam formatum: [Ex
tempore] non ab ęterno, & iſtud tempus alij inchoant ab
incarnatione, 23. diſt. in nomine domini. Alij à natiuitate, &
de hoc in Specula. de inſtru. editio. in prima. columna. & ſi
quæratur, quare non prius vel poſt? poteſt reſponderi, o
altitudo diuitiarum &c. de pœni. diſt.4. ſi ex bono. vel dic,
quod ab initio ante peccatum non erat notorium, cum fie-
ret propter redemptionem: infirmis enim, non ſanis opus
eſt medico, & ipſe venit vocare non iuſtos ſed peccatores.
7. q.1. multi. item non debuit ſtatim poſt peccatum venire
vt daretur tempus petendi, & peccatum recognoſcendi, nec
etiam debuit differri vſque in finem, ne lex prophetica, quæ
non ſufficiebat, abijſſet in deſuetudinem: ideo fuit conue-
niens, vt ante finem temporis fieret redemptio. Elegit ergo
35 hoc medium tempus, cum noſtra fides † ſit de præteritis, &
futuris, vt notatur eod. tit. in rubrica [In thalamo] id eſt cu-
36 biculo: Alibi dicitur quod † Eccleſia eſt thalamus, 31. diſt.
Quamuis: ſicut ſponſus de thalamo requieſcit: à ſimili
37 † anima iuſti, ſedes eſt ſapientiæ, & domus, in qua Chriſtus
habitat, 24. quæſt. prima loquitur, de pęniten. diſtinct.3. in
domo [Hypoſtaſis] Pro ſubſtantia accipit apud gręcos, ſicut
apud nos perſona pro aliqua re ſubſiſtente, quam dicimus
ſuppoſitum vel rem naturæ: ſecundum autem communem
modum loquendi, apud nos dicitur eſſentia vel natura rei,
38 ſecundum quod † humanitas dicitur natura hominis, & di-
citur hipoſtaſis, eo quod, eſt ſub, & ſtaſis, quod eſt ſtantia ſi-
39 ue ſtatus, de hoc primo ſent. 23. & 25. diſt. per totum. † Per-
ſona autem Chriſti, eſt geminę ſubſtantiæ, ſcilicet, diuinę
& humanæ, ſecundū Auguſtinum diuinæ naturaliter & hu-
40 manæ ſecundum vnionem, ſicut enim † homo ſenſualitatem
à corpore trahit, rationem autem ab anima, ſic & Chriſtus
vnitus in ſe duabus naturis, eſt verus Deus & verus homo,

quod dic, vt habetur de conſe. diſt.2. hoc eſt quod dicimus.
vbi ſatis de hoc dicit Hugo. [Natura] ſcilicet, humana, de
qua prædixit, verbum ſimile de conſec. diſtinct.2. ſi credit,
[Hominum] viuorum, & mortuorum quo ad ſufficientiam,
ſed quo ad efficaciam pro prædeſtinatis tantum, de conſe.
diſtinct.2. ſemel, vbi de hoc ſic intelligitur 100. diſtin. con-
tra. [Nomen] non enim mortuus eſt pro redemptione dia-
boli, vt dogmatizauit Origenes, nec pro angelis ſaluandis,
ſed vt eorum lapſus repararetur, propter quod hominem
creauit, de conſecra. diſt.4. duo tempora. & de hoc notatur
de conſe. diſtin. ſecunda. in calicem. & dicunt quidam, quod
tot homines aſcendent ad gloriam, quot Angeli cecide-
runt. Sed Iſa. in lib. conſe. dicit, Bonorum Angelorum nu-
merus, qui poſt ruinam Angelorum malorum eſt diminu-
tus, ex numero Angelorum malorum ſeu ex numero ele-
41 ctorum hominū ſupplebitur, † qui numerus ſoli Deo eſt co-
gnitus, vt habetur Pro. cap. vltimo. [Salute] habenda [Cru-
cem] vt inde pendens ad oculum oſtenderet ſe mediato-
rem Dei & hominum, ad hoc 1. ad Thymot. ſecundo. & 10.
diſt. quoniam. Item damna, quæ per lignum peruenerant,
per lignū tollerentur, & vt diabolus, qui ligno vincebat &c.
vt habetur in præfatione crucis, de quo de conſecra. diſtin.
2. inuenimus. Vt oſtenderet, pro quibus patiebatur; Quare
autem celebremus diē feſtum crucis, in quo fuit dehoneſta-
tus, & non feſtum aſinæ, in quo fuit honoratus, notatur de
conſe. diſtin.3. crucis. Et quare ſignemus nos ſigno crucis
not. 11. diſt. eccleſiaſtici. & pars ſuperior crucis ſignat, quod
patiebatur pro choro Angelorum reparando, per inferio-
rem pro exiſtentibus in limbo ſaluandis: Per dexteram,
quod patiebatur pro amicis adiuuandis, per ſiniſtram,
quod pro inimicis reconciliandis emiſit ſpiritum. per hoc
probatur, quod fuit verus homo ex anima rationali ſubſi-
ſtens, de celebra. miſſa. In quadam. & ex hoc patet † ani-
42 mam & ſpiritum idem eſſe; Vnde in Euangelio, pote-
ſtatem habeo ponendi animam &c. & de eadem anima po-
nit Euangeliſta: inclinato capite tradidit ſpiritum. Auctores
tamen dicunt, quod anima diſtat a ſpiritu, quia anima eſt vi-
ta hominis præſtans ſenſum motumque corpori, † ſpiritus
43 autem eſt quædam vis ac potentia rationabilis ſeu rationa-
lis: Anima enim † eſt dicta, quia iuuat, & eſt flatus vitæ
44 animalem hominem faciens, ſpiritus autem dictus vel pro
ſpirituali natura, vel quia ſpirat, & omnes carnales concu-
piſcentias calcat, omnis enim anima eſt ſpiritus, ſed non
conuertitur, nam Angeli ſunt ſpiritus, non tamen ani-
ma ſecundum Pau. Dicit Ioan. de conſecra. diſtin.2. quia
paſſus; quod anima Chriſti fuit vnita Deitati per plenitu-
dinem donorum Spiritus ſancti: Caro fuit vnita per tale do-
num, quod non potuit terreri morte, nec putredine, vel
forte vnita anima mediante per eandem plenitudinem,
[Lancea] concor. de conſecra. diſtin.2. dupliciter. In fine;
[Suum] id eſt ſui veri corporis, [exinde] id eſt ex ipſo corpo-
re perforato, & per hoc patet eum habuiſſe verum corpus,
vt prædicta decretali, in quadam: [Profluentibus] ſepara-
tim, & cum ſegregatione, vt notatur de conſecra. diſtin.2.
cap. 1. [Mundaret;] & hæc eſt vna ratio, quare aqua mi-
ſcetur in calice; Secunda, quia fluxit aqua de petra in ſi-
gnum Paſſionis eius; Tertia, quia quando Chriſtus tranſ-
ſubſtantiauit corpus ſuum, hoc fecit in aqua. Quarta ra-
tio eſt, quia per aquam ſignificauit populum; Hæc pro-
bantur de conſecra. diſtin.2. cap. 1. & cap. ſcriptura, & cap.
cum omnis. & cap. re vera, & cap. in calicem; [Sanguis] vt
45 redimeret, vt patet in prædicto c. in calicem. † ſine ſangui-
ne autem anima nun eſt in corpore, cùm non poſſit habita-
re in ſicco, 32. q.2. Moiſes. & hoc fuit miraculum in corpo-
re Chriſti, q̄ poſt mortem exiret ſanguis & aqua, vt dicam
in glo. Tenentes &c. Quando autem fuit illa aqua creata, &
quota pars debeat poni in calice, notatur de conſe. diſtin.2.
c. j. in vlti. glo. [Formaretur] verba fuerunt Ambroſij ſuper
Luc. in fi. [Latere] vt ſecreta intelligant, vt 24. q.1. loquitur
[Vnica] 24. q.1. loquitur. & c. dicimus. 3. q.6. quiſquis, & eo.
tit. damnamus. §. nos autem. [Immaculata] id eſt non habēs
maculam peccati vel hæreſis, de pę. diſt.1. eccleſia, non ha-
bet etiam rugā ſchiſmatis vel aliquid huiuſmodi, ad Epheſ.
5. & 21. diſt. contra ius. [Soporati] etiam rapti in extaſi, Ge-
neſi.2. [Eua] hanc figuram ponit Hoſtien. De celebr. miſſ. in
quadam. [Formata] poſt creationem Adę, nō ſimul cum eo,
vt neque eſſet principium creaturæ, 33. q.5. nec illud. Apo-
ſto.

ſto.ad Rom.5.poſt medium futuri ſacramenti Chriſti & ec-
cleſiæ,quod euigilans vaticinabatur dicens,hoc nunc ex oſ-
ſibus meis,&c.de pœn.diſt.2.Adam.& de Baptiſ. debitum,
46 &ſic matrimonium, † quod eſt inter Chriſtum & eccleſiā,
figuratur per matrimonium viri & vxoris creatæ de latere
viri,per ſimilitudinem proceſſionis.Dicunt enim quod Eua
proceſſit de latere hominis dormientis, ſicut eccleſia de la-
tere Chriſti dormientis,& ſanguinem, & aquam emitten-
tis,ex quibus formatur eccleſia:eſt autem Deus redemptio,
quæ ſignificatur per ſanguinem.Mundatur & homo pecca-
tis originalibus quoad effectū & alijs actualibus, de conſe.
diſ.2.c.2.& 3.& hoc ſignificatur per aquam verbi vitæ pro-
47 fluentis de latere Chriſti,vt oſtendatur† eccleſiam eſſe pur-
gatam,& mūdā abſque macula,vt dicit Apoſtolus ad Ephe-
48 ſi.5.† & in ipſa ſola eſſe potentiam regenerationis,de conſe.
diſt.4.ſi quis autem 10.33.q.5.hæc imago. eſt etiam figura
per ſimilitudinem vnitatis, quia ſic Eua fuit vna vnius, &
ipſi virgo deſponſata.ſic nouus Adam, ſcilicet Chriſtus in
excellentibus nuptijs reperitur vnus vnius, & noſtra mater
eccleſia vna vnitis:de his nuptijs, dicit Greg.in homil. ſuper
Matth.22.ibi,ſimile eſt regnum cęlorum &c. Apertius igi-
tur atque ſecurius dici poteſt,ꝙ in hoc patri regi nuptias fe-
cit,quod ei per incarnationis miſterium ſanctam eccleſiam
ſociauit,de qua dicitur Apocal.21.Veni,oſtendam tibi ſpō-
ſam vxorē agni.[Aquila.]e.ti.c.1.[Ioānes]vt ſequitur.Alibi
ponitur Aquila pro Angelo,vel fideli,de conſe.diſt.2.in qui
bus,& quorum iuuentus vt Aquilæ renouatur, & qui con-
tēplationis pennis ad ſublimia ſe ſubleuauit,23.q.4.cum in
lege. & 24. q. 1. quoniam vetuſto. vocatur autem Aquila,
quia ſicut oēs in volatus altitudine excellit,& ſolis radios o-
culis intuetur, ſic Ioā. de vnitate quaſi oculis fixis in ſole,&
cum ipſa altitudinis locutione volauit in cęlum: Matthæus
autem dicitur homo,quia cępit à generatione & humanita-
te:Leo Marcus,quia cepit à clamore in deſerto, & quia ma-
xime tractauit de reſurrectione: narratur autem de leone,
49 quia dormit apertis oculis,†& reſurrectio eſt opus vitę.Lu-
cas vt vitulus,quia cępit à ſacerdotibus, a ſacerdotibus au-
tem debebatur ſacrificari, & in ſacrificium offerebatur vi-
tulus.[Quam,]ſcilicet,Aquilā.Ecce autē Ezech.1.ca.ibi,fa-
cies aquilæ deſuper ipſorum quatuor,ſcilicet,Euangeliſtarū
vt dicit Beatus Grego.17.c.ibi, Aquila grandis magnarum
alarum venit ad Libanum.[Animalibus,]ideſt Euangeliſtis
tranſuolantibus ſubtilitate & altitudine locutionis:[Sacra-
menti,]ideſt ſacræ rei inuiſibilis ſignum,de cōſe.di.2.ſacrifi-
cium. & tunc dicitur ſacramentū, ideſt quod eſt inter Chri-
ſtum, & eccleſiam. Dicit Ioan.19.c.teſtimonium, & ſic cre
ditur vni,quod dic,vt notatur de conſec.diſt.4.paruulos,&
de teſtib.nuper:[Mortuum,] cui reſurgenti mors vltra non
dn̄abitur,ad Rom.6.& de conſc.diſt.2.ſemel[communem,]
vſque ad vltimū tota ſeruari debet, 15.diſt.c.vlt.Secus ſi di-
ſcordarent,vt de Salomone damnato,vel de corpore virgi-
nis aſſumpto,vel nō,& ſimilibus,tunc enim licet his vel illis
adhærere.Item ſecus ſi contra veritatem ſcribunt, 9.diſ.ne-
que quorundam;vel ſi dicta eorum eſſent reuocata, exem-
plum,26.diſt.c.1.& 2.& 32.diſt. verum. in fine.cum ſimili-
bus per Innoc. & Compo.qui de hoc notant de conſtitu.ne
innitaris:vbi dicit Hoſt.ꝙ communis eſt opinio merito ap-
probāda,ꝙ Deus corpus Dominæ noſtræ aſſumpſit,& Bea-
tus Auguſtinus dicit apertè.olim tamen antequam ſcriptu-
ra aut ſcripta ſanctorum eſſent, licebat ea obſeruare, & non
ſeruare,9.di.noli.vbi de hoc.& c.ego,& c.quis neſciat.[Dū-
taxat]facit de bapt. maiores. 16.q.1.frater.23.quæſ. prima.
quoties.ſed contra,80.diſt.c.1.Sol.vt ibi notatur.[Aciem,]
35.quæſt.5.ad ſedem.[Iam mortuo] tenentes cōtrarium di
cebant,ꝙ Chriſtus fuit lanceatus viuus, quia illa lancea ſi-
50 gnum nobis meruit, † Meritum autem non eſt niſi hominis
51 viuentis, † quia nemo meretur,quando non eſt, nec eſt me
ritum,vt in hac uita,de pęni.diſtin.prima.§. hoc idem, facit
quod notatur 23.diſt.in epiſcopum. vnde dicit Anſelmus.
52 quòd † Angelis eſt caſus,hominibus eſt mors, & augmenta
tio procedit in merito hominis. De corpore ergo mortuo
emanauit ſanguis & aqua, & illa aqua habuit ſpeciem & na
53 turam verę aquæ,quæ fuit ſpiritualis,quia† in corpore mor
tuo ſanguis totus colligitur in epate, qui eſt locus naturalis
ſanguinis,& in eo propter defectum caloris & ſpirituum fri
geſcit & coagulatur, propter quod eius diſcurſus per cor-
pus prohibetur:Vnde ſi corpus mortuum percuteretur etiā
in hępate,ſanguis propter dictam cauſam non flueret impe

tuosè cum ſaltu,ſicut fecit de corpore Chriſti, licèt flueret
guttatim poſt mortem: & experientia docet. Cum igitur
latus Chriſti dexterum apertum fuerit, in qua parte eſt hæ-
par,ſanguis ſecundum naturam fluere non debuit, quod igi
tur fluxerit,ſuper naturam fluxit: Nec valeret contra hoc o
biectio,de corpore obtruncato ſanguis fluit, Nam tale cor-
pus adhuc eſt calidum,propter quod impeditur coagulatio
ſanguinis,& forte ante mortem incipit ſanguis egredi, ſta-
tim enim cūm harmonia humorum diſſoluitur,anima rece-
54 dit,& ſeparatur,quia † actus actiuorum ſunt in patiente di-
ſpoſito,vt dicit Philoſoph.ſecūdo.de anima.Fuit etiam mi-
raculum,quod in corpore tam vulnerato, & flagellato ſan-
guis remanſit.Hoc ergo credere operatur ad fidem,quia per
hoc conſtat illā aquam miraculoſam eſſe,nec detrahi figurę
quæ inducitur de Adam,nec euāgelio Ioannis apparuit.Di-
cebatur in concilio,ꝙ textus euāgelij in aliquibus codicibus
aliter dicebant, & ſub alio ordine,& per anticipationem in-
55 telligi & exponi debebat:eſt autem† anticipare idē quod an
te capere,quaſi anteponere,quod erat imponendum. ſimile
de reſcrip.cauſam,& hanc remouit Ioan. quia forte in pau-
cis libris reperiebatur:Audiui tamen à quodā magno Theo-
logo,quod hoc vidit 3.lib. Præpoſiti Maguntì. ex hoc ergo
nota,ꝙ creditur miraculo,quod eſt annumerandum,non in
exemplum trahendum,8.q.7.§.ſicut ergo.& 3.q.4.§.1.Item
56 quod creditur figuræ.[Poſitionem]Poſitio † eſt aſſeueratio
alicuius dicti vel facti,ſecundum Vincenti. & reſpicit factū,
de arbit.c.pe.Vtuntur autem Theologi & artiſtæ hoc voca-
bulo & canoniſtæ,de confeſ.c.1.lib.6.& infra de verb.ſignifi.
57 ſæpè.& quilibet † videtur credere verum eſſe quod ponit,
de iureiu.cū in poſitionibus.lib.6.ibi,licèt poſitione negata
nō poſſit negās variare,vt not.Arch.in pręall.c.1.de conceſ.
bꝫ n.ſecus. ſi ꝑ ꝑ lubricū linguæ diceret, ꝙ tunc nō eſſet hęre
ticus, arg.ff.ad l.Iuliā maieſta.l. famoſi vel per iocum, ff.de
actio.& obli.l.obligationū.22.q.2.qđ ait. Idem ſi credit qđ
paratus eſt corrigi,& ſequi certioratus fidē eccleſię:facit qđ
not.Hoſ.& Cōpo.e.tit.firmiter.[In dubiū]de hereſi dubius
58 verè non fictè.Forma, per formā intelligitur † id qđ dat eſſe
non per modū principij extrinſeci, ſicut artifex dat eſſe do-
mui,qa fecit eā: ſed per modū principij intrinſeci in eo exi-
59 ſtentis,cuius eſt forma. Sic autē ſe habet † anima intellecti-
ua ad corpus,nā ipſum per ſe per ſuā eſſentiā,vel per ſe,ideſt
immediate informat.excluditur ergo illorū error,qui dicūt,
ꝙ anima rōnalis eſt ſolūmodo corporis nō forma,[cunctis]
ēt dęmonibus 37.diſ.ſi quis. [veritas] quid ſit veritas,notaſ
de conſe.diſt.2.corpus. & eod.tit.fideli. li.6.[corde & ore]
quid ſi tm̄ ore,notat Arch.eo.tit.fideli.in ſi.[Anima]quam
quidam dicunt creari ex placente materia, ſcilicet,ex anima
generantis antequam habeat lineamenta corporis:Aliquan
do eas eſſe creatas in princ.mundi,vt notatur.prima.quæſt.
3.ſi quis obiecerit.[Per ſe per eſſentialiter] per ſe, ideſt per
ipſam animam, vel per eſſentiam ſuā corpus informantem
60 hoc eſt dicere per ſe & eſſentialiter, † ipſa enim per eſſentiā
ſuam informat corpus,& ſingulas partes corporis:Vel ſi vo-
lumus facere differentiam inter per ſe & per accidens, tunc
per ſe idē eſt,ꝙ immediatè vnitur corpori ſine vllo medio,
ſicut imago vnitur cerę ſine vllo medio, & figura circularis
vel angulatis vnitur ligno:ſicut aīa per ſe ipſam non per ali-
quam ſuam potentiam corpus informat, & ſic per ſe oppo-
nitur per aliud.Quidam tamen tenebant contrariū,& Theo
logi & Philoſophi,dicētes,ꝙ aīa rationalis nō eſt forma cor-
poris humani per ſe ipſam,ſed ſolūmodo per partem animę
ſenſitiuam:Adijcientes,ꝙ ſi eſſet forma corporis,ſequeretur
ꝙ aut cōicaret corpori eſſe immortale,aut ipſa non haberet
eſſe mortale de ſe.Ex hoc poſſet inferri, ꝙ Chriſtus q vera-
citer humanā carnē aſſumpſit,nō fuiſſet in quantū homo ex
anima rationali & humana carne compoſitus & ſubſiſtens,
ſicut tenet fides Catholica, qđ Chriſtus eſt verus Deus &
verus homo,ex humana carne & anima rationali ſubſiſtens,
vt in ſymbolo Athanaſij.firmiter reprobatur & illa opinio
ratione naturali;& ſic illud,quod per ſe non eſt forma alte-
rius,non daret per ſe eſſe illi.Si ergo anima intellectiua non
eſſet per ſe forma corporis,non daret per ſe eſſe corpori hu-
61 mano.† Sed viuere eſt eſſe ſimpliciter viuentis, quare cor-
pus humanum non per animam ſed per ſe viueret, quod tū
eſt manifeſtè falſum, quia tūc corpus viueret recedente aīa,
quod falſum eſt,vt docet experientia.Alia ratio eſt,quia id,
quod non eſt per ſe forma corporis, non facit per ſe vnū cū
corpore.ſed ex aīa intellectiua & corpore fit vnū ꝑ ſe.ergo.

Ad id quod dicunt, quod non vnitur niſi per partem ani-
mę ſenſitiuam, Quæro, quomodo vnitur parti ſenſitiuę aut
vt forma, aut vt motor, aut per phantaſmata actu intelligi-
lia. Si primo modo, ſequitur contra iſtos, quod ſimul ſtent
iſta, ſcilicet, quod anima intellectiua vniatur vt forma, &
tamen ſit immortalis. Si ſecundo modo, ſequitur error Pla-
tonis, qui poſuit animam vniri corpori ſolum vt motor,
mobili, & vt nauta naui: Nam dicendo, quòd anima vte-
batur corpore velut inſtrumento ad ſuas actiones, ſequitur
quod etiam homo plus non intelligat per animam intelle-
ctiuam, quàm intellexit Aſinus Balaam, qui nouit linguam
ſuam loquendo & ipſum corrigendo. tertia q. 7. capitulo, ſi-
cuti. Si tertio modo, ſequitur error cõmẽtatoris Auerrois,
qui poſuit intellectũ poſſibilẽ animæ rationaliter vniri cor-
pori tantum per phantaſmata intellectiua: Item hæc opinio
eſt contra ſententiam Ariſtot. in 8. Metaph. in fine. vbi
62 probat, † quod anima vnitur corpori mediatè, & nõ per me
dium, dicens ꝙ præter agens, quod transfert illud, quod eſt
in potentia, ad actum, non eſt alia cauſa, quod ex anima, &
corpore, & vniuerſaliter ex forma & materia ſit vnum, niſi
63 quia hoc, ſcilicet † anima, quę eſt actus, alterum autem, ſcili-
64 cet corpus, eſt potentia: eſſentialiter † autem dicitur infor-
mare anima corpus, quia ex hac informatione conſurgit
aliquid eſſentiale ſiue ſubſtantiale, ſcilicet, humana natura,
quæ eſt ſubſtantia, quæ non eſt de formis accidentalibus, vt
eſt albedo, quæ informat ſubiectum, vt lignum vel murum:
Non enim aliquid ſubſtantiale ex hac informatione reſul-
tat. Tenentes autem contra ſic arguunt: Quod conuenit
alicui eſſentialiter, ſuum oppoſitum non poteſt ei conueni-
re nec per ſe nec per accidens, quia non poteſt ab eo ſepara-
ri. ſed anima intellectiua poteſt ſeparari a corpore. ergo vni
ri corpori non cõuenit ſibi eſſentialiter &c. Sed reſpondeo,
cõuenire alicui eſſentialiter contingit dupliciter. vno modo
quod eſt de ratione eſſentialis eius, quo modo conuenit ho-
mini rationale, & iſto modo etiam forma corporis non con-
uenit animæ rationali, ut probat argumentum factum. alio
modo aliquid dicitur cõuenire alicui eſſentialiter, quia non
per additionem eſſentiæ ſuæ, quo modo, vnum vel vnitas
conſequitur ens, quia non per additionem eſſentiæ ſit, ſicut
dicit Philoſoph. in quarto Metaph. in princ. & iſto modo
anima intellectiua eſt eſſentialiter forma corporis humani,
quia non per additionem eſſentiæ ſuæ. Vnde ſcias, quod eſt
anima vegetatiua, qua cõmunicamus cum plantis: Item ſen
ſitiua, qua communicamus cum animalibus: item rationalis
65 & intellectiua, quæ ab alijs differt. & quod iſtæ † ſint diuer-
ſæ, videtur per diuerſos appetitus quos habent: Nam vege-
tatiua, & ſenſitiua volunt comedere qũ ſameſcunt: ſed ra-
tionalis vult ieiunare diebus interdictis. vnde ſi eſſent vna,
non haberent diuerſos effectus: communiter tamen tenẽt,
quod eſt vnica anima. Non obſtat prædicta ratio, nam inſtã
tia patet per ignem, in quo ſi ouum ponatur, dureſcit, ſi car-
nes, liquefiũt, & tamen dureſcere & liquefieri ſunt contrarij
effectus, quos operatur idem ignis. Hoc ponẽtes non dubi-
tãt, quin anima vegetatiua & ſenſitiua ſint forma corporis:
quia cum eo moriuntur, ſed de intellectiua dubitant, quæ
mortuo corpore viuit. Tho. dicit, ꝙ quanto aliquid eſt nobi-
lius, ſi alicui vnitur, tanto minus mergitur, quam illud quod
eſt minus nobile. Ideo anima intellectiua tanquam nobilior
non ita vnitur corpori & immergitur vt cum eo moriatur,
ſicut ſenſitiua & vegetatiua: non tamen ſic manet ſeparata,
quin habeat inclinationem ad ſuum corpus, ſicut pẽna agi-
tata per aerem ſemper tendit deorſum: Sic anima licet a
corpore ſit ſeparata, ſemper inclinatur ad illud, vnde Augu-
66 ſtinus ſuper Geneſi. 11. dicit, quod † animæ Beatorum non
habent perfectam requiem, donec ſint vnitæ corporibus: &
ideo ſemper inclinantur ad illa. ¶ Non obſtat, quod dicit
Philoſop. quod anima intellectiua eſt quid per ſe extra om-
67 nes actus corporeos. quia † cum ſit indeterminata, nõ po-
teſt determinari & reſtringi per terminos & potentias cor-
poris: Quia verbum eſſe, quod intelligitur, non attribuitur
alicui organo corporis, ſicut aliæ potentiæ, vt viſus oculo.
cum ergo anima intellectiua faciat differre corpus ab alijs
animalibus, & ſit nobilior in eo, ergo eſt forma ipſius. Hoc
ergo facit ad fidem, quod filius Dei, qui venit redimere ge-
nus humanum, ſi anima non eſſet corporis forma, ſequere-
tur quod non habuiſſet animam intellectiuam, nec veniſſet
ſaluare animas, ſed ſola corpora, & animæ non haberent ef-
fectum ad ſua corpora, cum quibus reſurgerent. eodem ti-
tu. firmiter. merito ergo tenens contrarium damnatur.
Sed nunquid poteſt ratione demonſtrari, quod anima in-
tellectiua ſit forma corporis humani? Dico qđ poteſt eui-
denter demonſtrari, animã intellectiuã eſſe formã hominis:
diſtinguo tamen de demõſtratione, & dico qđ demonſtra-
tio accipi poteſt tribus modis. vno modo propriè prout
dicit quendam ſyllogiſmum procedentem per cauſam ne-
ceſſariam propriam & immediatam: alio modo minus pro-
prie, prout dicit quendam ſyllogiſmum procedentem per
effectum neceſſarium proprium & immediatum. prima de-
monſtratio vocatur, propter quid. ſecunda vero vocatur
demonſtratio, quia. & de iſtis duobus modis demonſtra-
tionis determinat Ari. in primo Poſteriorum. Tertio modo
accipitur demonſtratio magis large, prout dicit quendam
Sylogiſmum procedentem ex quibuſdam propoſitionibus
neceſſarijs ſiue probabilibus magis euidentibus in ſua veri-
tate, quam faciat ſylogiſmus concludens oppoſitum ap-
plicando. hoc autem ad propoſitum dico, quod ſi loqua-
mur de demonſtratione primo modo, non poteſt demon
ſtrari animam intellectiuam eſſe formam hominis, &
68 hoc eſt ſatis manifeſtum: nam talis demõſtratio, quę eſt per
cauſam neceſſariam propriam & immediatam, non cadit ſu
per ſubſtantiam, quia ſubſtantiæ non eſt demonſtratio, vt
patet 2. Poſteri. Si vero loquamur de demõſtratione ſecun-
do modo, & tertio, ſic quod poteſt euidenter demon-
ſtrari, animam intellectiuam eſſe formam hominis. quod er
go hoc poſſit demonſtrari demonſtratione accepta ſecundo
69 modo, probo quadrupliciter. primo ex parte † ipſius intelli-
70 gere, quod eſt hominis actus, † 2. ex parte ſcientiæ, quæ eſt
71 hominis habitus. † Tertio ex parte fęlicitatis, quæ eſt homi-
nis finis intrinſecus; Quarto ex parte modi agẽdi, qui eſt ho
mini proprius: Prima ergo demonſtratio poteſt ſic forma-
ri: magis eſt vnita anima intellectiua homini, quã ſit ipſum
intelligere, quod eſt hominis actus. ſed ipſum intelligere eſt
vnitum homini dando aliquod eſſe per informationem cõ-
munem. Non poſſet autem dici quod det ei eſſe actuale,
quia tunc eſſet accidens & non ſubſtantia quod eſt ab-
ſurdum. quapropter relinquitur, quod det ei eſſe ſubſtantia-
le, ac per conſequens quod ſit ei forma ſubſtantialis. maior
72 uidetur eſſe de ſe nota, quia ſemper † ratio receptiua alicu
ius actus eſt magis vnita principali recipienti, quam ſit ipſe
actus recepturus: Sic videmus de ſuperficie, quæ cùm ſit ra-
tio recipiẽdi coloris, eſt magis vnita & cõiũcta ipſi ſubſtãtię
quæ eſt principale recipiens, quàm ſit ipſe color receptus.
cùm ergo anima intellectiua ſit ratio recipiẽdi actũ intelligẽ
di, homo vero ſit principale recipiens, relinquitur quod ip-
ſa ſit magis vnita & continuata ipſi homini, quàm actus in-
telligendi. Minorem vero probo ſic, quod actus intelligen-
di ſit vnitus homini per informationem dando ei aliquod
eſſe, quia ſicut ſe habet albedo ad dare eſſe album, ita actus
intelligendi ad dare eſſe intelligens. ſed albedo non poteſt
dare eſſe album alicui corpori, niſi ipſum informando &
formaliter inhęrendo. ergo eodem modo actus intelligen-
di ad dare eſſe intelligens ipſi homini, niſi eum informando
& formaliter inhęrendo. Cum ergo de homine verè & pro-
priè concedamus, quod ipſe eſt intelligens, relinquitur
quod actus intelligendi ſit ei vnitus per informationem:
Quod autem iſta ratio ſit demonſtratio, accipiendo demon
ſtrationem ſecundo modo, leue eſt probare, quod illa ra-
tio, quæ procedit per effectum neceſſarium, proprium, &
immediatum, eſt demonſtratio, quia iſta eſt talis, ergo &c.
nam ratio præcedens probat formalem cauſam eſſen-
tiæ intellectiuę ad hominem per formalem vnionem, &
continuationem actus intelligendi ad eundem hominem.
relinquitur ergo quod fuerit demonſtratio. quia ex eo pro-
ceſſit per effectum neceſſarium, proprium, & immediatum.
Secunda ratio ad idem poteſt ſic formari ex parte ipſius
73 ſcientiæ, quæ eſt hominis habitus: † magis eſt vnitum me-
dium cum quolibet extremo, quàm vnum extremum cum
altero. ſed anima intellectiua ſiue intellectus mediatur inter
ſcientiam habitam & hominem habentem. ergo magis eſt
vnita anima intellectiua homini, quàm ipſa ſcientia. Cum
ergo ſcientia ſit vnita formaliter, dando ei aliquod eſſe
per informationem, relinquitur quod anima intellecti-
ua multo magis ſit ei vnita formaliter. ¶ Non poteſt
autem dici quod det ei eſſe accidentale, ſicut dicebatur
ſupra. ergo dabit eſſe ei ſubſtantiale, & per conſequens
erit ei forma ſubſtantialis. Maior de ſe patet; Minor
etiam

etiam probatur quantum ad vnam partem ſui, videlicet,
quod anima intellectiua medietur inter hominem &
ſcientiam habitam ab homine;quia certum eſt,ꝙ ſcientia nõ
eſt in homine niſi mediante anima intellectiua. Quantum
74 etiam ad aliam partem videtur ſatis manifeſta, quia † ipſa
ſcientia eſt ipſi homini intrinſeca perfectio ex eius actibus
acquiſita,de renunc.poſt translationem.§.item ſi quis.& 16.
queſt.j.ſi clericus.per quam denominatur formaliter ſciens,
quod non eſſet,niſi eſſet ei formaliter vnita. ¶ Iſta enim ra-
tio eſt demonſtratio,quemadmodum & prima,quia probat
quòd anima intellectiua ſit vnita homini per informationẽ
per hoc,ꝙ ipſa ſcientia eſt ei vnita per informationẽ.& ideo
procedit a poſteriori,& perit effectum quemadmodum & il
la:nam cauſa,quare ſcientia eſt vnita homini,eſt etiam ei vni
ta per informationem. Tertia ratio ad idem ex parte ipſius
75 fœlicitatis, † quæ eſt hominis intrinſecus finis, poteſt ſic for
76 mari. † Quælibet res attingit ſuum finem intrinſecum per
ſuam formam ſpecificam, quæ eſt ei intrinſeca per informa
tionem,ſed homo attingit fœlicitatem, quæ eſt eius finis in-
trinſecus per animam intellectiuam. ergo anima intellecti-
ua erit eius forma.Maior patet per inductionem,quia ſic vi-
demus in ſingulis rebus. ¶ Hinc eſt, ꝙ res diuerſificatur in fi-
ne,& in modo attingendi finem penes ſuas formas intrinſe-
cas & ſpecificas. Patet etiam iſta maior per rationem, quia ſi
finis, qui attingitur, eſt intrinſecus, cuius eſt finis per infor-
mationem,multo magis forma illa,per quam attingitur,erit
intrinſeca per informationem.Minor etiam videtur ſatis no
ta quantum ad ambas partes.Nam ꝙ fœlicitas ſit finis intrin
77 ſecus hominis,apparet,quia † fœlicitas hominis eſt ſpecula-
78 tio quædam,ſicut dicit Ariſt.4.Ethic.Speculatio † autem eſt
bonum per informationem, quia ipſum formaliter perſecit,
79 & maximè talis ſpeculatio,in qua conſiſtit hominis † fœlici-
tas,quia ipſa eſt eius vltima & potiſſima perfectio: Quòd au
tem dictam perfectionem, & iſtum finem attingit per ani-
mam intellectiuam,non eſt dubium,quia circumſcripta ani-
ma intellectiua nihil eſt in homine, per quod attingat prędi-
ctum finem,& per quod tranſcendat animalia naturalia: &
hinc eſt,ꝙ nullum aliorum animalium poteſt eſſe fęlix, ſicut
dicit Ariſt. eodem quarto Ethic. Iſta etiam ratio procedit a
poſteriori & per effectum,quemadmodum & præcedentes:
& ideo eſt demonſtratio quemadmodum & illa. Quarta ra-
tio ſumitur ex parte modi agendi, qui eſt homini proprius:
habet enim homo ſupra omnia animalia modũ agendi pro-
prium,qui eſt dominus ſuorum actuum. Hoc ergo ſuppo-
80 ſito,arguo ſic, † non minus eſt homini intrinſecus actus libe-
rè elicitus, quàm actus imperatus: ſed aliquis actus impera-
tus eſt ei intrinſecus per informationem, vtpote audire vel
videre:ergo & actus ab eo libere elicitus, vtpotè ipſum vel-
le,erit ei intrinſecum per informationem:ſi autẽ ipſum velle
81 eſt ei intrinſecum per informationem, quia actus † volendi
non recipitur in homine niſi mediante voluntate,& ſi volũ-
tas eſt intrinſeca homini per informationem,pari ratione co
gimur dicere,ꝙ anima intellectiua ſit homini intrinſeca per
82 informationem, † quia voluntas non recipitur vel infundi-
tur in homine,niſi mediante eſſentia animæ intellectiuæ.Mi
nor autem iſtius rationis eſt ſatis euidens, quia certum eſt,ꝙ
83 audire † & videre ſunt actus hominis intrinſeci per informa
tionem.Probo ergo maiorem, quia eorum, quæ ſunt in po-
teſtate noſtra,magis eſt in noſtra poteſtate illud, quod eſt in
trinſecum, quàm illud quod eſt extrinſecum, quia poteſt mi
84 nus impediri: & cauſa eſt, quooiam ex exterioribus † poteſt
fieri violentia animæ, notatur 32.q.j.§.j. & 11.q.3. cuſtodi.
Ille ergo actus magis eſt in noſtra poteſtate, quã alius actus,
vel eſt magis intrinſecus, quam ille, vel ſaltem non minus:
Actus autem libere elicitus,qui eſt velle, magis eſt in noſtra
poteſtate,quàm quicunque actus imperatus: quia per actus,
ſtatuta recipiant interpretationem extenſiuam, & ff. de legi-
bus. l. iura. & Cyn. eodem titu. quod vero contra. & duabus
legibus ſequentibus. & C. de patri. qui fil. diſtra. l. ſecunda. in
ſecunda quęſtione. & quę notantur per moderniores infra
de appellatio. cap. primo. per quę omnino vide cum Paulo
Lau. & Geſſ. cum quibus etiam ſtat gloſſa, & maxime
quia quòd hic decernitur proceſſus nullus, non eſt in mo-
dum poenę, ſed in modum conſequentię, quia literę ipſo iu-
re non habent, ſupra de regula. non ſolum. & cap. conſtitu-
tiones.

tutionis. libro ſexto. & de regul. iuris. quæ a iure.& hæc de iſta quæſtione.

Quinto quæritur, vtrum habeat locum hæc decretalis, epiſcopo agente pro eccleſia ſibi ſubiecta in caſu decret. vlrimæ, ſupra de ſucceſſio. ab inteſtato. Paulus per præmiſſa reſpondet dicens quod ſic, ſi agat pro iuribus & rebus ipſius, ſecus tamen ſi iure proprio & eccleſiæ ſuæ, cum nulla actio inferiori daretur. & idem ſi agit epiſcopus nomine ſuo pro iniuria illata ſubdito, quod poteſt, vt dicit Innocent. de ſucceſſio. ab inteſtato. cap. ſi. & de pœnis presbyteri. & Hoſtien. de probat. licet. in fine. vel quando tantum inferiori, non prælato ſuperiori actio datur, vel tantum conuenitur ex facto ſuo, de elect. querelam. de quo ponit Innocen. exemplũ, quando aliquis agit contra alium, vt teneatur ire ad ſuam ſynodum: nam prælatus talis rei non poteſt agere, nec agenti conſentire, cum non interſit ipſius, nec poteſt nomine ſubditi proclamare: quod dicit Hoſtienſ. ſe non capere, nec videre quare illud non interſit, & idem poſſit attentare in feudo, per notata. 16. quæſtio. quarta. volumus. argumen. ſupra de præſcriptio. ad audientiam. Si autem ſuperior ageret contra adminiſtratorem pro ipſa adminiſtratione, vel e contra, locum haberent iura antiqua, quia tunc ſuperior & inferior non haberentur loco vnius, ſed diuerſorum, & faciunt nota. Bern. & Innocen. de præſcriptio. auditis. ſecundum Paulum. Ecce breuiter te expedio, aut agit ſuperior ſolum de iure ſuo, ſeu de tali iure, pro quo inferior non poteſt agere etiam contra tertium, vel agit contra, quomodocunque, & tunc ceſſant verba, & ratio huius decret. Aut agit contra tertium de iure inferioris adminiſtrationis, & pro ipſa inferiori adminiſtratione, de quo poſſet agere ipſe adminiſtrator inferior, & tunc habent locum verba, mens & ratio huius clementi. Qualiter autem membra diſtinctionis huius cognoſcantur, alterius eſt ſpeculationis, & videre habes in locis præallegatis.

Sexto quæritur, quid ſi non agit ſuperior, ſed vnus de capitulo pro iure vel re malè alienata inferioris adminiſtrationis recuperanda. 12. quæſtio. ſecunda. non liceat. de teſtibus, cum olim. cum ibi notatis per Innocent. & Hoſtienſ. & de rebus eccleſ. non alien. ſi quis presbyterorum. Reſpondet Paul. idem tunc eſſe, ac ſi ageret prælatus, per proximè allega. cum hoc caſu agat nomine eccleſiæ, ac nomine eius debeat formare libellum, licet cautius ſit non exprimere cuius nomine agat & ſuppleat negligentiam prælati, qui ad hoc tenebatur, & ſic in eius locum ſuccedit, quare eodem iure cenſeri debet, de regul. iuris. is qui. libro ſexto. & ff. eodem titu. l. qui in ius. Inde eſt, quòd ſententia lata contra talem præiudicat eccleſiæ, nec retractatur etiam per procuratorem prælati & capituli ſecundum eos. & ante litem conteſtatam poteſt procuratorem conſtituere, vt notatur in Specu. de procurat. §. ratione quoque. verſicu. quid ſi canonicus. & idem poteſt dici de patrono agente pro rebus eccleſiæ, vel pro alio iure, de quo & ipſe rector eccleſiæ agere poſſet, ſecundum eum, ſuper quo vide quæ ſcripſi in præallegato capitu. cum olim. in duobus primis oppoſitionibus, & in duodecim quæſtionibus, quas ibi formaui, per quas materiam huius quæſtionis, quæ eſt alta & ſubtilis, plus quàm forſan prima facie tibi appareat, poteris aliqualiter declarare.

Septimo quæritur in verbo [ſubditorum] de qua ſubiectione hoc intelligitur, & quid fieri debet in caſu concurrentię, dum videlicet ſuperior & inferior petit ad agendũ ſe admitti? Paulus dicit, quod hæc loca poſſunt eſſe dupliciter ſubiecta, eo ſaluo, quod dicam infra de ſupplen. negligen. prælat. quia regulares. vno modo quo ſuperiores diſponant & remaneant adminiſtratores pro libito, & tunc tales prælati poſſunt agere & conueniri pro eiſdem domibus quantumcunque voluerint, de tranſlatio. veniens. & cap. penult. & de præſcriptio. ex tranſmiſſa. & de decim. dudum. & inferiores poſſunt permittere, agere, & conueniri ſi volunt, ac etiam omnibus præferuntur, quia ſuadet ratio naturalis, cum inferiores poſſint ab adminiſtratione remouere, ergo multo fortius a proſecutione litis, quòd eſt minus, argumen. de deci. ex parte. tertio. & qui filij ſint legi. per venerabilem, & quia magis ſua intereſt, cum habeant in domo illa maiorem poteſtatem, & magis talis ſuperior dicitur prælatus, quàm ille qui ibi moratur, quantumcunque bona eius ſint diſtincta a bonis monaſterij, vnde apud ipſos ſunt domini rerum, & actiones & poſſeſſiones per inferiorem retinent, & tunc adminiſtrator, qui agere poteſt, comparatur inſtitutori, cuſtodi, & commodatario. Idem ſi ſunt plures ſuperiores, qui eum poſſunt remouere, quia quilibet agere poteſt, argumen. ff. de inſtitut. cuicunque. §. fin. ff. de tribut. procurator. §. j. de reſtitutio. ſpoliat. olim. ff. de exercito. act. l. prima. §. magiſtratus. & §. ſi plures. tamen caſu quo inferiorem remouet, debet per ſe vel alium cauſam defendere, de eo qui mittit. in poſſeſſio. cap. primo, & ſecundo. & hoc caſu ſi moritur prælatus, quantumcunque viuat ſuperior, eccleſia eſt ſubiecta, tamen dicitur carere legitimo & immediato defenſore: vnde cõtra eũ non currit præſcriptio, ſecundum Innocent. etiam è contra. Alio modo eſt ſubiecta, non tamen ſic, quin omnino habeat nexum perpetuum, ſecundum quod ſunt eccleſiæ diœceſis epiſcopo, & quandoque patrono, cui reſpondetur de temporalibus, de præbend. in Lateranenſi. & de priuileg. cum & plantare. hoc caſu primo loco competit actio & defenſio ipſi adminiſtratori, niſi agatur de iure alterius, puta decimæ patroni in præiudicium patroni, argumen. de appellat. bonæ. & de inſtitut. cum veniſſent, & eo negligente, primo admittetur epiſcopus pro ſuis ſubditis, quam alter ſuperior quo ad ſpiritualia vel temporalia, vt in pręalleg. decret. finali, de ſucceſſio. ab inteſtato & C. de ſacroſanct. eccleſ. l. ſancimus. vigeſima diſtinctio. perlectis. de religioſ. domib. de xenodochijs. Si tamen plures concurrunt penſatis omnibus circunſtantijs iudex eligat magis idoneum. argumen. ff. de popula. act. l. ſecunda. cum alij poterunt adeſſe, quorum intereſt, argumen. ff. de legatis tertio. l. cum quęritur. ff. vt in poſſeſſ. lega. l. is qui. §. legatori. & ſi contra eum pronunciatetur, poterit appellari, de re iudic. cum ſuper. vt notant Innocent. & Hoſtien. de iudic. cum deputati. & de reſtitutio. ſpoliat. cap. olim. quibus plus placet, quod vbi ſunt plures, qui poſſunt conueniri ſuper eadem queſtione eiuſdem eccleſię, non debet iudex procedere ad miſſionem in poſſeſſionem, etiam ſi vnus ſit contumax, niſi omnes vocentur. ff. de minoribus. l. ſimilibus. ff. ex quibus cauſ. in poſſeſſ. eatur. hoc autem, vt ipſi notant de religioſ. domib. cum venerabilis. & in omnibus iſtis caſibus habet locum quod hic dicitur. Ad pręmiſſa non obſt. de reſcript. edoceri. vbi dicitur, quòd ſi adminiſtrationes ſint diuiſę, ille poteſt agere ſolus, qui pręeſt adminiſtrationi ſecundum vnam opinionem, quia illud verum eſt,
25 niſi ſubſit cauſa, quare alius pręferatur: † nam & epiſcopus quandoque ſuſpenditur ex cauſa, de officio deleg. venerabili. loquuntur etiam prędicta decret. edoceri, vbi adminiſtrationes penitus ſunt diuerſę: ſed inter epiſcopum & ſubditos non ſunt omnino diuerſę, vt notant Innocent. & Hoſtien. in pręedicta decret. & non plus de hoc.

Octauo quęritur in verbo [adminiſtratoribus] nunquid impetrans primum prioratum, vel primam adminiſtrationem vacaturam, poſſit acceptare dignitatem? Dicit Lau. quòd ſic, epiſcopatu excepto: & quod verbum adminiſtrationis latè patet, & continet prioratus, & alia officia, vt infra patet. Prioratus autem dignitas eſt quandoque, vt infra eodem titulo ſequeo. & ſupra de prębend. niſi. in fine. & remittit ad lecta & notata ſupra de prębend. cum illis. libro ſexto. niſi fortè quis quęreretur in ea per electionem, quia tunc ſecus, argumen. infra de prębend. cap. primo, in fine. fa-
26 cit quod alibi dicit canon, quod nomine † procuratoris quilibet adminiſtrator rerum eccleſiaſticarum continetur, ſiue ſubiectus eccleſiaſticę regulę, vt ſunt archidiaconi, ſiue non ſubiectus, ſicut ſunt yconomi, ſyndici, & prępoſiti, vt prima quęſtio. 3. Saluator. Sed Geſſ. tenet contrarium, ex eo quòd literę beneficiales, vtpotè ambitioſę, nõ laxari, ſed reſtringi debent, ſupra eod. ſi gratioſè. & de prębend. quamuis. lib. ſexto. Item inducit argumentum de prębend. cum olim. & eodem titu. quia ſępe. libro ſexto. per quę patet non venire maius, argumen. eorum quę leguntur & notantur de elect. ſtatutum. eodem libro. Immo nec minus, vt eodem titu. & lib. cap. cui de non ſacerdotali. & facit quod notat Hoſtienſ. ſupra eod. poſtulaſti. & hoc etiam mihi placet, quia licet in alia materia iuris communis verbum adminiſtrationis importet
27 dignitatem, † tamen in materia odioſa, & ambitioſa impetrationis dignitatem non importat, de pręſcript. cap. fin. allegato. & cap. cum in illis. libro ſexto. & in clement. j. eodem tit. ſicut nec nomen beneficij, argum. de ętate & qualit. accepimus. & ſupra eod. Rodulphus.

Nono quęritur ibi [aliorum locorum] De quibus locis intelligitur? Dicũt aliqui, quòd de locis vniuerſitatem, vel immenſitatem agrorum, vel terrę continentibus, argum. ff. de verbo. ſignific. l. pupillus. §. territorio. & eod. tit. ſupra. §. cum

in

in partibus.qui loci perſonas ibi degentes ad ſe trahãt,quaſi
hæc decret.negat talia loca perſonas ſecum habere & domi
cilia perſonarũ,o, quæ fictio pro veritate habetur, vt in cap.
ferrum.& cap.nuper.alleg. & ſupra de ſponſ.is qui. & hoc vi
detur placere Lau.vt prædixi,ſed Geſſ.nõ placet: nam hanc
decretalem intelligere & reducere ad talia tantum loca non
ſimplicia, ſibi videtur minus bene dictum,immo cum gene-
raliter loquatur, generaliter etiam debet intelligi, argumẽ.
de priuil.quia circa.& 31.quæſt.prima.cap.vltimo.ff.de leg.
præſtan.l.prima.§.generaliter. & quia in omnibus locis ſim-
plicibus eadem ratio,quæ in alijs,locum habet,argumen.de
confirm.vtil.cum dilecta.videlicet refrænatio animi ad alio
rum vexationem ad extraordinarios iudices attentare.& fa
ciunt quæ ſcripſi ſupra in quarto notabili, & videtur opinio
Geſſ.placere,quam videtur ſentire Paulus. Mihi autem vi-
detur ſequendo mẽtem Pauli,ſic dicẽdum, videlicet ꝙ ſi lo-
ca ſunt talia, quæ ſpãles adminiſtratores habeãt, ſeu habere
conſueuerint, ꝙ pro locis illis cõuenire, & cõueniri poſſint,
locus eſt menti & rationi huius clemen. etiam ſi talia loca v-
niuerſitatem vel immenſitatem agrorum non habeant,& ſic
procedit opinio Geſſ.ſed ſi ſint talia loca,quæ nec habeant,
nec habere conſueuerint ſpeciales adminiſtratores, qui pro
illis conuenire vel conueniri poſſint, tunc etiam ſi vniuerſi-
tatem vel immenſitatem agrorum habeant,& fortius ſi ea ca
reant,non eſt locus iſti clem. quia tunc ceſſat ratio, & mens
per conſequens,& ſic poteſt procedere opinio Lau.

Decimo quæritur ibi [literarum Apoſtolicæ ſedis] an in-
telligatur etiam de literis gratioſis. Quidam tenẽt quòd ſic:
dum tamen ex eis ſit contentioſa iuriſdictio exercẽda, cum
textus indiſtinctè loquatur. Sed Geſſ. videtur velle contra-
rium,& fundat hoc pro eo,quia hæc decreta.fundatur ſuper
prædicta decre.ſtatutum,vt innuit textus ſequens,& tamen
illa decre.ſtatutum,intelligitur in literis ad lites obtentis,vt
ibi notatur, & ex textu illius colligitur argum. & iſta ſic in-
telligẽda videtur:& quia hoc videtur hic litera notare,dum
dicitur,valeant cõuenire.facit, quia per literas gratioſas exe
cutori nullus præficitur homo citationibus vel alijs actibus
iudicialibus,vt notant Innocent. & Hoſtienſ.de appell. qua
fronte.& ipſe Geſſ.in præalleg.cap. ſtatutum. refert Marti-
nus Nouellam tenere in dicto cap.ſtatutum.illud locum ha-
bere quo ad perſonas,non quo ad loca executoribus gratia-
rum, Stephanus & Matheſ. videntur tenere idem quod
Geſſ.finaliter cum quęritur,vtrum decret.ſtatutum.locum
habeat in executoribus gratiarum, quia vt dicit Geſſ. & be-
ne,hæc decre.fundatur ſuper illa,& pari paſſu ambulat cum
eadem, ſic diſtinguit, quia aut quæritur quo ad executionẽ
extraiudicialem, vel quo ad gratiæ purificationẽ, & in poſ-
ſeſſionis inductionem, & tunc dicit quòd hoc caſu non ha-
bet locum cap.ſtatutum. in huiuſmodi literis gratioſis, nec
quo ad loca, nec etiam quo ad perſonas, quia non loquitur
niſi in reſcriptis ad cauſas, vt ibi patet in verbo, cauſæ. cum
ibi notatis, licet fateatur quod cancellarius non conſueuit
dare aliquos executores gratiarum huiuſmodi, niſi ſub no-
mine dignitatis,vel perſonatus,aut canonicatus, vel officia-
latus,vt ibi,& infra cap.proximo dicitur. Aut quæritur quã
tum ad cauſas ſeu lites contentioſas vigore reſcripti gratio
ſi audiendas atq; decidendas in vim illius clauſulæ,contradi
ctores appellatione poſtpoſita compeſcendo. & tunc ſecus,
quia tunc locus eſt prædictæ decret.ſtatutum. quia tunc ver
ba,mens,& ratio illius locum habent.Præterea ſi aliud dice-
retur, per hoc aperiretur via fraudibus, tractationibus &
vexationibus, contra prohibitionem pręalle. cap.ſtatutum.
& cap.nonnulli.eod.tit.dicit tamen, quòd ſi ſub nomine di-
gnitatis, puta diaconatus, eſſent literæ gratioſæ directæ ali-
cui, cum tamen ille in eccleſia ſimplex officium habere cen-
ſeretur,& reuera nec dignitas,nec perſonatus exiſteret,nihi
lominus valeret proceſſus, quia proceſſus habitus iudiciali-
ter vigore literarum ſubreptitiarum,valet,etiam ſi literæ be
neficiales exiſtant, prout notat Compo.de reſcript.ſuper li
teris.& quia non reperitur ius irritans,ſecũdum eum. Quid
28 dicendum? verè in primis dubito, quia † communis deter-
minatio ad determinabilia vniformiter referri debet, vt ff.
de vulg.& pupill.ſubſtit.l.iam hoc iure.C.de impub. & alijs
ſubſtit.quamuis. neque eadem res diuerſo iure cẽſeri debet,
ff.de vſucap.l.cum qui. Ex his enim videtur,quod prohibi
tio decre.prædictæ, ſtatutum. quo ad perſonas & loca ad li-
teras gratioſas referatur in toto, vel in nullo. ¶ Præterea ſi
ſtylus & obſeruantia curiæ & cancellariæ habet, quod non
niſi perſonis ibi deſignatis literæ huiuſmodi dirigantur, ſi
contrarium reperitur, literæ cenſeri debent. ſupra de crimi.
fal.quam graui.¶ Sed præmiſſis non obſtantibus videtur mi
hi dicendum, ꝙ quo ad decretalem, ſtatutum.habet locũ di-
cta diſtinctio,ſed quo ad ſtylum & morem curiæ ſeruari de-
bet decre.quam graui. Nec ob.primum arg.de lege,iam hoc
iure.& de l.quamuis.quia prohibitio cap.ſtatutum. nõ reſpi
cit ea,quæ ſunt contentioſæ expeditionis. Nec ob.ſecũdum
argumẽtum de l.cum qui. quia licet ſit eadem litera,non eſt
eadem res.i.idem modus, gratioſa videlicet, & contentioſa
expeditio.arg.ſupra eo.ſi eo tempore.lib.6. & ff.de verb. o-
blig.l.ſcire.Illud tamen quod vltimo dixerat D.Mar.de illo,
qui habet nomen dignitatis ſine dignitate,non eſt mihi cla-
rum,quia decre.ſtatutum.in fi. habet decretum irritans.

Vndecimo quæritur ibi. [vel legatorum ipſius] quid de li
teris delegatorum ſedis Apoſtolicæ, aut legatorum ſedis e-
iuſdem:& quid de literis ordinariorum?& ſic ſunt tres quæ-
ſtiones in effectu. Ad primam reſpondet Geſſ. ꝙ idem,& pu
to quod bene,arg.præalleg.c.ſtatutum.§.in nullo. Ad ſecun
29 dum non reſpondet & bene, quia † delegatus delegati non
ſubdelegat.C.de iudic.l.a iudice. Ad tertium dicit, quod in
illis non eſt idem,quia in illis non habet locum præall. decr.
ſtatutum. vt notat Ber.ſupra eo.præſenti.& plenius notatur
per ſcribẽtes in præal.c.ſtatutum.ſed in illis habent locũ alia
iura,ſupra de off.ord.c.vt litigantes.& c.ſi epiſcopus. & c.cũ
epiſcopus.lib.6.¶ Duodecimo quæritur,in verbo[conueni-
re].quid ſi non conueniunt,ſed conueniuntur,nunquid tunc
quo ad loca,iuxta præalleg.c.ſtatutum.§. cum aũt.eſt atten-
denda diœceſis loci inferioris, cuius occaſione ſuperior con
uenitur, vt vltra vnam dietam a fine illius diœceſis cõueniri
non poſſit? Rñdet Geſſ. ꝙ non, cũ illud Papa non expreſſit,
arg.ſupra de deci.ad audientiã.& C.de cadu.tol.l.vna. §.ſin
aũt ad deficientis. Itẽ quia prouiſio huius c.eſt inducta in fa
uorem reorũ conueniendorum, & ſic in eorũ læſionẽ retor-
queri non debet.C.de ſecun.nup.l.gñaliter.ſupra de re iud.
quod ob gratiam.lib.6. ¶ Decimotertio quæritur, qualiter
cõputetur dieta in actione reali? ſuper quo vide quæ ſcripſi
poſt Lau.ſupra in 8.not. per quæ patet ipſum tenere,quod a
fine diœceſis,in qua res ſita eſt. Alij vero tenent opi.ꝯtriam,
quam tenet Io.An.in pręall.c.ſtatutum. conuenitur hic quis
ratione pſonæ,ſed ſi cõueniatur rõne rei, dicũt locũ eſſe opi
nioni Lau. Dñs Babreci. dicebat ſic, interdũ concurrit res
cũ domicilio, & tunc a re & a domicilio ẽt minus principali
cõputatur dieta, q̃q̃ in alia diœceſi ſit domiciliũ principale,
de fo.comp.ex parte B.& ſupra eo.dilectus.iuncto qđ notat
Inn.beneficia curata reddere quẽ domicilarium,de priui.ex
ore, & Arch.de reſcri.ſtatutũ.lib.6. & hoc notat Ber.in c.qa
in tñ.de præb.& arg.in præal.§.cũ vero. facit, quia nõ eſt ꝯ-
tium expreſſum in iure.Itẽ facit,quia decre.dilectus. & de-
cre.ex parte D.ſequitur decre.nonnulli.& tñ in decre. ſtatu
tum.nihil aliud exprimitur.interdũ domicilium actoris etiã
minus principale non eſt in diœceſi,in qua res ſita eſt, & tũc
tenẽt not.in præal.gl.olim dicebamus.facit, quia prohibitio
c.ſtatutũ.inter exẽptos nõ enumerat iſtũ caſum,& ſic firmat
regula in eodẽ ar.ſupra de cõiug.lepro.c.qm̃. quæ diſtinctio
ſatis mihi placet, qđ tñ potes proſequi latius ex his quæ ſcri
pſi in præal.c.dilectus.in j.oppoſit. & in c.ex parte. alleg. in
oppoſit. 2. & in remiſſionibus vtrobiq; datis ẽt in c. ſtatutũ.
allegato.¶ Matthæus aũt tractat hic multas materias imper-
tinẽtes,quas nõ pſequar. Quærit primo,qs noĩe prioratuũ
30 intelligat?& rñdet,ꝙ † oẽs,ẽt ſi ſint tales,qui poſſint reuocari
ad clauſtrum,iuxta lecta & notata ſ.de ſta.regul.c.monachi.
§.prioratus.& c.cũ ad monaſteriũ.§.tales.eo.ti.& ſ.de priui.
c.j.§.in eos.li.6.& j.de ſuppl.negl.præl.c.vno.& de ſta.mon.
c.ne in agro.in gl.ad clauſtrũ. Item quid noĩe aliorum loco-
rum intelligatur. & rñdet, ꝙ oĩa, ẽt ſine cura neq; ſimplicia,
quia gñaliter loquitur,ar.de priuil.quia circa.de quo dixi ſ.
tractat ẽt, qualiter actor ſequitur forũ rei, de quo ſcripſi de
foro cõpe.cũ te: & an clericus poſſit reconueniri corã iudice
31 eccleſiaſtico: & tenet ꝙ ſic,quia in † hoc non eſt priuilegiatũ
genus laicorũ. & an ciuiliter & criminaliter ſimul poſſit agi
ꝯ eundem de eadem re,de quo Cy. C.qñ ciui.act.crimi.prę
iudic.l.vna.& per nota.per Innocẽ.de accuſa. c. de his. ſub-
dit, quod quando loca ſunt pleno iure ſubiecta, vel ad nu-
tum reuocabilia, agit indiſtinctè ſuperior, aliàs non, niſi in
defectum,de priuileg.cum & plantare. §.in eccleſijs. de pre-
bend.in Lateranen.16.quæſt.2.conſtitutum. & quæſt.7.fi-
lijs. & quæſt.2.non licet. ſi autem ſunt ſolum patroni, tunc

agere

agere poſſunt de iure patronatus, de alijs non, de nſſ ord.cum
nos.de inſti.conueniſſent.ſubdit, quòd ſi ſuperior non audet
intrare diocœſim debitoris conuenti, & inferioris adminiſtra
toris, licèt inferior bene nudaret, poteſt alibi impetrare, per
præall.c.ſtatutum.§.cum verò.ver.vel niſi actor, licet ipſe in-
ferior alibi impetrare non poſſet: ſed non placet Martino, q͂a
impedimentum perſonale eſt, & ideo non mutat locum, ſicut
hic notat glo.de excommunicatione: illa enim exceptio, quā
ponit prædictus ver.vel niſi actor. ex facto perſonali inſurgit
& perſonā ſequi debet, nec per conſequens recipit exceptio-
nem ſecundum eum, &c. Sed ad veritatem magis placet di-
ctum Matthæi, quia aut dices, ꝙ non competit ſuperiori ius
agendi, & tunc ceſſat omnino quæſtio; aut dices, quòd compe
tit, & tunc locum habent verba præall.§.cum vero.ver.vel ni
ſi actor, ſi ergo dicas, ꝙ non habet locū textus, cum verba con
tra te faciant, oportet ꝙ hoc reſpondeas, quod non poterit, vt
videtur, & maxime quia ille verſ. vel niſi actor, reducit illum
tex.in caſu illo ad ius commune, & per conſequens ſatis eſt fa
uorabilis, ff.de pact.l.item ſi vnus.§.quod in ſpecie. & ſic gñā-
32 liter & indiſtinctè debet intelligi per cōmunia iura: † iniquius
enim eſſet hunc ſuperiorem propter huiuſmodi abſentiā re-
pellere ab agendo, quàm reum in loci mutatione aliqualiter
grauari: Illud enim grauamen tolerat canon, & non iſtud, &
maxime pateret iniquitas, ſi inferior non poſſet vel nollet age
re, quia ſic eccleſia nimium grauaretur, iuxta lecta & notata
in c.ſi quis presbyterum. allegat. &c. Sed quid econtra, puta
ſi inferior & non ſuperior huiuſmodi diocœſim perhoneſtat,
nūquid ſuperior extra illam diocęſim poterit impetrare? Mat
thæus videtur velle ꝙ ſic: Sed Mat.contra, quia impedimentū
eſt perſonale, vt in caſu proximè precedēti, & verè exiſtimo,
ꝙ ita intellexerat id quod dixerat in proximo caſu, & in hoc
ſto cum eo: & in vtroq; caſu ſic diſtinguo, quia aut quæritur,
vtrum perhorreſcentia cauſet in perhorreſcēte loci mutatio-
nem, & tunc dic quod ſic vtroq; caſu, ſiue ſuperior ſiue infe-
rior perhorreſcat, præal.ver.niſi actor, quem ver.intelligo in-
diſtincte: Aut quæris, nunquid perhorreſcentia vnius cauſet
loci mutationem in alio, puta ſuperioris in inferiore, vel infe-
33 rioris in ſuperiore, & tunc in vtroq; caſu puto ꝙ non, † quia
qualitas perſonam reſpiciens non mutat, vt ſup.de regul.iur.
priuilegium perſonale. lib. 6. cum concordantijs ibi ſignatis:
Præterea quia ceſſant verba præal.verſ.vel niſi actor, quia de
actore non perhorreſcente verificari non poſſunt: Præterea
34 certa ratio, quia † perhorreſcentia non impedit niſi illum, qui
perhorreſcit. Præterea conuenit Matth. cum gl. in eo qđ ſcri
pſi ſupra in 7.q. & in eo quod dicit gl. ꝙ ſuperior prætextu ex
communicationis inferioris nō repellitur. Item dicit cū Pau.
quod de menſa prælati propriè ſunt, quorū vtile & directum
dominium eſt penès prælatum, intelligunt aūt de menſa, ſi in
longo tempore ſint poſſeſſa vt de menſa, & ſufficeret annus
ſecundū Aug.qui hoc notat 35.q.8.de gradibus, tamen ſi ſim
pliciter fuit data, videtur data, vt ſemper in dominio eccleſiæ
perſeuerent, & ex inde obueniētia in vtilitatem eccleſiæ con
uerſantur, vnde talia alienari non pñt, C.de ſacroſanct.eccl.l.
35 priuilegia. & l.iubemus. † eccleſia enim nunquā deſit eſſe hæ-
res, vt in feudis, de feud.alie.c.etſi clientulus, nec vnquam mo
ritur, 12.q.1. liberis. Bona aūt, in quibus eccleſia habet dire-
ctum dominium, & aliud vtile, non ſumit de mēſa quo ad vti
litatem, cum alios fructus percipiat, & ideo ſi q̄nq; ad eccle-
ſiam reuertantur, poſſunt iterum eodem modo cōcedi, de feu
36 dis, c.2.quia ſic de eis vř admiſſio ordinata, & quia res † de fa
cili reuertitur ad naturam ſuam, vt præal. ver.quod in ſpecie.
& addere potes ea quæ ſcripſi poſt nouellam, de conſti.c.quę
in eccleſiarum.in prima & ſecunda ſuppletionibus glo.penul.
Addit Matthæus, ꝙ nec abbates obediētias, nec epi eccleſias
menſis ſuis applicare poſſunt, vt infra de renun.c.2.poſtea tra
ctat, qualiter factum cōtra legem eſt nullum, & dum lex ſtat
in terminis ſuis prohibitionis, 10.diſt.vides.C.de legi.non du
bium.ſecus ſi vlterius progreditur.

Stephanus: omnes ēt mēdicantes, & ēt oēs religioſas inclu
dit, & ꝙ maſculinum hic concipit fœmininum, ſic ff.de verb.
ſig.l.1.& ſup.de elect.c.generali.lib.6. tractat ēt, qualiter ſupe
riores agunt pro iurib. inferiorū, ſed remittit de hoc ad Inno.
de iud.cū deputati, de off.ord.cum querente, de reſt. ſpo. olim.
de reli. dom.cū venerabilis. & in cæteris cōcurrit cū alijs &c.

Bertrandus tenet contra glo. & Paulum locum eſſe iſti cle.
etiam dum prælatus agit de iure proprio membrum inferius
cōcernente: quod intelligit Lignanus, ſi directo & principali-
ter concernat membrum inferius: ſecus enim ſi ſolum in mo-
dum cuiuſdam conſequentiæ indirectè, ſed dic de hoc vt di-
xi ſupra, &c.

Lapus ſolū addit ad gloſ. quæ incipit, Vt magiſtri, ibi, (non
impetrant) dicens, ꝙ videntur tales agere & defendere, & per
conſequens poſſe impetrare pro monaſterio, vel monaſterijs
prouinciæ ad hoc. Vltimò, quia de poteſtate Abbatis aliqua-
liter ſupra tactum eſt: poſſes ad dilationem materię illa omni-
no inſerere, quæ ſcripſi de poteſtate abbatis in conſilijs meis
conſil.24.& 25. & in præalleg.c.quanto.de offi.ordi. ſed quia
nimis extrauagantia nimiſque prolixa ſunt, illa cauſa breuita
tis ommitto, & hoc de iſta clem.1.

REPETITIO
IN CLEM. ABBATES.
De reſcript.

Excellentiſſimi I.V.C.D.Benedicti Capra.

SVMMARIVM.

1 *Abbatia eſt dignitas & nomen dignitatis & honoris, & Abbas pra latus eſt honorandus: & ponitur opin. Landul. quòd ſit potius nomen oneris & ſollicitudinis.*
2 *Dignitas venit appellatione adminiſtrationis. contra, nu.3.*
4 *Abbates & religioſi ſub ſe habere poſſunt prioratus & alias adminiſtrationes: & qualiter & ex qua cauſa.*
5 *Prælati ſuperiores ſeu præſidentes prælaturis, & in earum quaſi poſſeſſione exiſtentes agere poſſunt & reſcriptum impetrare pro membris & locis ſibi ſubditis.*
6 *Cauſa immediata magis quàm mediata attenditur.*
7 *Clem hęc an & quando habeat locum.*
8 *Gubernatorum appellatione veniunt priores & quicunque alij adminiſtratores, & habentes ius non nudam poteſtatem adminiſtrandi.*
9 *Abbates non ſolum poſſunt habere loca ſubiecta exiſtentia de menſa, verum etiam loca ad menſam eorundem deputata ſine epiſcopo.*
10 *Data in realibus computantur à loco vbi ſita eſt res: & an hoc procedat ſecundum Landul.*
11 *Intereſſe quid differat ab expenſis.*
12 *Subreptio etiam in contentioſis viciat litteras ipſo iure.*
13 *Littera nulla poſſunt expreſſo partium conſenſu ratificari, & ſic iuriſdictio prorogari.*
14 *Iuriſdictionem ſuper incidenti non habet, qui nudam habet iuriſdictionem fundatam.*
15 *Abbates vocantur aliquando priores: et patres etiam cenſentur abbates, quando habent membra ſubiecta. Et appellatione religioſorum comprehenduntur. num.16.*
17 *Dictio, alius, non implicat, vbi præcedit, vel ſequitur materia pro ſue extranea vel diuerſa: quod autem vbi ſimilis in ſubſtantia vel qualitate.*
18 *Maſculinum an concipiat fœmininum in materia huius clem.*
19 *Impetrare nunquid poſſint omnes illi, qui poſſunt agere, & econtra, remiſſiue.*
20 *Canonicus nullum ius habens in re, pro qua agit, an poſſit procuratorem conſtituere ante lit conteſt.*
21 *Exceptio competens contra cedentem, an noceat ceſſionario.*
22 *Ceſſionarius conſequitur actionis ſubſtantiam ſaltem vtilem, exercitium, & commoditatem per ceſſionem.*
23 *Dictum in vno non videtur in alio non expreſſo negatum, quando ratione maioris frequentationis id, quod eſt dictum, fuit expreſſum.*
24 *Conſtitutio quantumcunque odioſa & pœnalis extenditur ex identitate rationis.*
25 *Extenſio quando ſit exorbitans à iure communi.*
26 *Conſtitutio imponens pęnalitatem proceſſus an ſit propriè pęnalis.*
27 *Irritatio actus an ſit pęna, quando imponitur ab ipſa diſpoſitione iuris, antequam actus fiat.*
28 *Extenſio non fit in materia à iure communi exorbitanti.*
29 *Legis ex mente quod procedit, dicitur procedere ex ipſa lege.*
30 *In exorbitantibus licitum eſt arguere ex mente comprehenſiua, qua colligitur ex verbis.*
31 *C. ſtatutum de reſcrip. in 6. declaratur per hanc clem.*
32 *Executores beneficiales an ex arbitrio poſſint aſſumere partes in iudicio.*
33 *Clauſula, vocatis vocandis, in reſcripto appoſita quid operetur, circa executores beneficiales.*
34 *Litteræ Papæ & Legatorum quomodo æquiparentur.*
35 *Computatio an ſit facienda à loco domicilij, an à loco rei, an ſit in optione actoris.*

36 *Exceptio recuſationis eſt perſonalis.*
37 *Superior fingitur eadem perſona cum inferiore quò ad perſonas, contra qui-
bus agitur.*
38 *Exceptio, quæ adminiſtratori membri obyci poteſt agenti, an obſtet ſupe-
riori prælato.*
39 *Compenſatio debiti ſuperioris domini obyci non poteſt contra creditorem
agentem nomine inferioris.*
40 *Superior ſi habet priuilegium de conueniendo debitores ſuos in certo loco,
non poterit eos conuenire ratione loci inferioris: nam*
Priuilegia reſtringi debent, ne præiudicent diſpoſitioni iuris. nu. 41.
42 *Reus trahendus eſt ad immediatum adminiſtratorem.*
43 *Superior poteſt inferiorem à tota adminiſtratione remouere.*
44 *Inferior an & quando præferatur ſuperiori adminiſtratori.*
45 *Contumacia procuratoris operatur miſſionem contra dominum.*
46 *Epiſcopus vel abbas ſi conferat locum in titulū, an cenſeatur ipſum à men
ſa ſeparare: & an præiudicet ſucceſſori.*
47 *Conceſſio in præiudicium ſucceſſoris non valet, niſi facta ſit cum ſolenni-
tate.*
48 *Vexare, verbum, quid importet.*
49 *Intereſſe & damnum idem important.*

CLO. I. Summat & diuidit: In text. ibi admini-
ſtrationibus. Etſi ſint prioratus & alia be
neficia ſcđm Land. & Zenz. Aliqñ etiam & pro
maiori parte prioratus ſint dignitates, cū locum
1 habeat in abbatibus, vt patet ex text. nam † abbatia dignitas
eſt & nomen dignitatis & honoris ſcđm Zen. per c. indemni-
tatibus. §. verum. de elect. in 6. quod tenuit glo. in c. expoſui-
ſti. de corp. vitia. & per Hoſt. in c. tua. de æta. & quali. vt refert
hic Imo. & verum eſt ſcđm Zab. per no. in c. 1. de ſup. ne. pla.
& quia pſona alijs eſt honorandus, vt in c. cū ad monaſteriū.
ver. abbas. de ſta. m. eſto q Landul. dixerit, q ſit potius one-
ris & ſollicitudinis q̃ honoris, cum habeat plus de onere, q̃ de
honor. 40. diſtinct. in can. ante oīa. nec eſt nomen ordinis,
21. diſt. clerus. Circa quæ vide no. infra de ſta. mo. in clem. ne
in agro. §. cætero. & in cle. attendentes. §. verum. Et vltra pdi-
2 cta, no. q ſub nomine † adminiſtrationis venit dignitas, vt ex
prædictis patet: quod procedit in caſu huius cle. vbi nomen
adminiſtrationis large ſumitur, vt apparet ex hoc tex. loquen
te in abbatijs, quæ ſunt dignitates, & apponente verbum vni-
uerſale, qlibet, ſcđm alia materia, vbi fieri debet ſtricta inter-
pretatio, vt in litteris ad bñficia, ſupra de præb. in c. quis. in 6.
3 Sub † noīe adminiſtrationis non venit dignitas, vñ impetrās
adminiſtrationem dignitatē obtinere non pōt. cum proprie
ſub noīe adminiſtrationis non veniat, vt no. de pbē. c. ſi. ſcđm
Zen. & Io. de Lig. & Zab. & do. An. Licet Land. aliud tenuerit:
qđ procedit ſcđm do. Ant. vbi rōne adiuncti aliter declaret,
vt quia litteræ eſſent ſpectantes ad abbatiā, vel aliam admini
ſtrationem, vt no. ſup. eo. tit. ſedes apoſtolica. vel nui appone-
retur verbū, ad pſidentiam adminiſtrationis, cum hoc verbū
denotet dignitatem, vt in c. quis. de ver. ſig. vt refert hic Imo.
adducens no. in c. de multa. ſup. de pb. & in c. quia nōnulli. de
4 cler. nō reſi. In tex. ibi locorū ſubditorū no. abbates. † & alios
religioſos ſub ſe habere poſſe prioratus & alias adminiſtratio
nes: qualiter aūt & ex qua cā talis ſubiectio cauſari poſſit, no.
ſup. de præb. in c. de monachis. In tex. ibi, niſi & coram quib.
5 no. q licet † ſuperiores plati, ſeu pſidentes platuris ſuperiori
bus & in catū quaſi poſſeſſione exiſtentes, agere poſſint, & re-
ſcriptum impetrare pro mēbris & locis ſibi ſubditis ſeu corū
platuris, ēt ſi talia loca & membra habeant immediatos admi
niſtratores, vt hic, & in c. ſi. ſupr. de ſucc. ab inte. & qđ not. in
Spe. in ti. de actore. circa mediū, & per Arch. in c. ordinarij. de
off. ord. in 6. tñ cū agunt, vel reſcriptum impetrant, cenſentur
p oia & eodē modo vt ſup. quo cenſentur ipſi immediati ad-
miniſtratores agentes vel impetrantes ſcđm zabar. Vnde in
6 † ponderāda diœceſi & loco impetrati reſcripti nō attenditur
perſona impetrans, & cui exercitium reſcripti competit, ſed
perſona & locus, cuius rōne impetratur reſcriptū, & cui ex re
ſcripto cōmodū quærit, & ſic magis cā immediata q̃ mediata
attendiẽ, ſcđm Imo. ſiue talis locus, cuius ratione impetraẽ, ſit
de menſa ipſius impetrantis, ſiue nō, vt patet in tex. ſiue ſit im
mediate ſubiectus ſuperiori impetranti, ſiue non, vt tenet hic
Guil. ſiue ēt talis locus ſit taliter ſubiectus, qđ poſſit eius pla-
tus ad nutū reuocari. ſiue nō, vt quia ſit perpetuus ſcđm Pau.
hic, vt refert Imo. qui ēt vltra dicit referēdo Guil. q locus eſt
huic cle. ſi ſit talis locus, q perſonas ibi, degentes ad ſe trahat
vt acceſſorias, licet alias perſonæ ſint digniores, vt l. in pecu-
dum. ff. de vſur. & ſic ſcđm Zen. Bertr. & Io. de Lign. locus eſt
huic cle. ſiue ſit locus magnus vniuerſitatē habēs, ſiue paruus
& ſimplex, vt littera gñaliter loquatur, de priuile. c. quia circa,
7 quod verum eſt, vt videtur ſentire † Zaba. & clarius do. An.
vt refert hic Imol. quando eſt talis locus, in quo cadit habitus
adminiſtrationis, & eſt capax iuris adminiſtrādi, & ſic ei quę-
ritur ſubſtantiam actionis, quę eius noīe eſt exercenda: alias
vero, ſi ſit talis locus, in quo nō cadat habitus adminiſtratio-
nis, & tunc non habet locum cle. iſta, quia non eſt capax ſub-
ſtantię actionis, & ſic ceſſat rō cle. ex quo inferē, q ſi locus ad
menſam ſpectans eſſet vinea uel nemus, vel quid ſimile, qđ
cōſueuerit dari ad firmam, vt in clem. vnica, inf. de exceſ. præ
la. tunc nō eſſet locus cle. quia tales non conſueuerūt habere
ſpeciales adminiſtrationes, vt requirit hęc litera: Et hoc vide
tur velle etiā hic Pau. immo. plus dicit hic D. An. ſalua tñ me-
liori deliberatione, qđ ſi vnita ſit eccleſia inferior ſuperiori,
tunc ſi quo ad bona illi eccleſię vnitę relinquat ſpecialis pręla
tus, qui ſubeſt prelato ſuperiori, & habet locū tunc hęc cle. ſi
platus ſuperiori eccleſię velit agere pro inferiori. Si vero vnia
tur ex toto quo ad bona & adminiſtrationē, vt qa vnitur ec-
cleſia inferior ſuperiori, ita q ſuperior hēt adminiſtrationem
inferioris loci, & tūc ſi in tñ vnitur, q nō retineat aliquē habi
tum adminiſtrationis, ſed totus inſundatur in locum ſuperio
rem, & actiones quærunter ei in ſubſtantia, & mouentur eius
noīe, & tunc non habeat locum hæc cle. per prædicta: ſecus ſi
retineat habitum iurium & adminiſtrationē, q̃q̃ exercitium
transferat in ſuperiorem, quia tunc locum habet hæc cle. per
tex. ibi dum dicit, nec occaſione &c. Si vero vnio fiat tñ quo
ad ea, q̃ concernunt officiū diuinum, & tunc ſine dubio locus
non eſt cle. cum tunc ſuperior ptātem agendi non recipiat, vt
vr̃ velle hic D. An. ſcđm quod refert Imo. In tex. ibi, guberna
8 torib. no. q † appellatione gubernatorū veniunt priores & q-
cunq; alij adminiſtratores ēt habentes ius, nō nudam ptātem
adminiſtrādi, ſcđm Imo. In tex. ibi, pertinentium eorundem.
9 no. q Abbates non ſolum † habere poſſunt loca ſubiecta de
menſa exiſtentia, vt ſupra patet, ſed ēt loca ad menſam eorun
dem deputata, ſicut epi. In tex. ibi, q̃ ſi loca ipſa, not. ex hoc q
10 in realib. † computantur dietæ a loco, vbi ſita eſt res, vt colli-
git ex hoc tex. hic Land. ſed hoc ex iſto tex. non colligitur ſe-
cundū Zen. cum ſolum hic dicatur de modo conueniēdi vbi-
que rōne loci reſpectu pſonarū, nec ipſa loca petuntur ſcđm
Fran. de Zab. immo & ipſe Land. hoc non dicit cum ſolum di
cat vbi ſita eſt res mobilis vel immobilis poſſit impetrari: qđ
vol. Io. An. gñalius loquens in c. ſtatutum. §. cum verbo. eo. ti.
in 6. non aūt ipſe Land. dicit, qualiter fiat computatio dictarū
ſcđm Pet. de Anch. hic, vbi plene de hijs, & in d. §. cum vero.
Dictum tñ Land. vt fiat cōputatio à loco rei, an procedat, no.
plenè in d. §. cum vero. & ſup. eo. tit. dilectus. & aliqualiter di-
11 cemus in glo. In tex. ibi, intereſſe, no. q aliud † eſt intereſſe, &
aliud expenſæ, de quo in c. in noſtra. de iniurijs. & in c. ſacro.
de ſen. exc. In tex. ibi, ſit irritum ipſo iure. ſ. quo ad principale
nō quo ad expenſas & intereſſe, vt ſupra patet, ſcđm Zen, vt
refert hic Fran. de Zab. & ſic no. ex hoc tex. iuncta glo. ſi. hic
12 q ſubreptio ēt † in contentioſis vitiat litteras ipſo iure, vt hic:
qđ factū ſcđm Guil. pro opi. Hoſt. qui hoc not. ſup. eo. tit. dile
ctus. c. 1. ſed hęc opi. cōiter reprobatur in contentioſis, vt no.
ſup. eo. tit. ad audientiā. nec obſtat hæc littera, quia ita expri-
mitur & diſponitur a iure, vt hic patet. Et ſic ſubreptio ex ſe
nō vitiat, ſed ipſa iuris diſpoſitio hanc nullitatē inducit, vt vr̃
velle hic Math. de Rom. Zab. & Imol. qui ēt dicit q licet iſta
conſtitutio proceſſiſſet prohibendo, tñ actus in contrariū agi
tatus nō redderetur nullus, vbi ipſa cōſtitutio vltra proceſſiſ-
ſet annullando, vt proceſſit hic, cum ipſa cōſtitutio non ſolū
prohibuerit, ſed ēt pęnam appoſuit, videlicet expenſarū & in
tereſſe: vñ factū contra tenet, vbi ipſa vltra procedat: alias ve
ro ſi non ſolum prohibuiſſet, tunc factum contra nō teneret,
vt l. non dubium. C. de legi. ſcđm zaba. hic de quo p ipſum in
c. ſi. de poſtulan. & p Bal. in d. l. non dubiū. & per Bar. in l. ptor
ait. in prin. ff. de noui ope. nun. ſed immo hęc cōſtitutio nō im
ponit pęnā, licet vltra pcedat, vt infra patebit: Præterea, & ſi
hęc cōſtitutio vltra nō pceſſiſſet, tūc pceſſus agitatus in prin
cipali redderet nullus, cū hic cōſtitutio pcedat declarādo, c.
ſtatutū. eo. tit. in 6. in quo expſſe puidet de nullitate pceſſus,
vt ibi patet in fin. & etiam vltra not. ex hoc tex. q licet litteræ
contra hanc prohibitionem impetratæ ſint nullæ, ut ſupra, &
ſic nullam conferāt iuriſdictionem ſuper negocio principali,
adeo q proceſſus ipſo iure non valet, tñ conferunt iuriſdictio
nē ſuper incidentib. vt ſuper expēſis & intereſſe, vt ſup. patet
ex hoc tex. & etiā quo ad hoc, vt poſſit ipſe iudex cognoſce-
re de nullitate ipſarum litterarum, & an ipſe iudex ſit compe
tens, ad hoc quod no. ſupra eo. tit. ſuper litteris. & in c. diſpen-
dia. eo.

dia.eo.tit.in 6.& eſt caſus hic ſcd̃m Pet. de Ancha. ad hoc gl.
13 ſupra eo.tit.c.fi.& ſic facit hæc clem. ꝙ litteræ nullæ † poſſint
expreſſo conſenſu partium ratificari, & ſic iuriſdictio proro-
gari,cum aliquam validitatem habeant, videlicet quo ad con
demnationem expenſarum,ſcd̃m Guil.Sed certe ſcd̃m dom.
An.vt refert hic Imol in contra.eſt tex. in d. c.ſtatutum. in fi.
Vnde non credit,ꝙ poſſit talis iuriſdictio prorogari in princi-
pali,licet iuriſdictionem habeat in incidenti: alias ſequeretur
ꝙ cuiuslibet nõ habẽtis iuriſdictionem fundatam iuriſdictio
poſſet prorogari,cum habeat iuriſdictionẽ in incidenti,vide-
licet,an ſit iudex,vt d.c.ſuper litteris.& ff.de iudic.l.ſi quis ex
aliena.quod eſt falſum.vt in c.ſignificantibus.de off.dele.& in
l.priuatorum.C.de iuriſ.om.iu.ſed immo hoc verum non vr̃,
14 ꝙ † nullam hñs iuriſdõnem fundatam habeat iuriſdictionem
ſuper incidenti, & ſic ſuper incompetentia & expenſis, cùm
ipſa lex eiſdem iuriſdictionẽ non tribuat,nec hoc expreſſum
iure reperiatur:& hoc vr̃ velle Bal.in c.diſpendia. eo.tit. in 6.
ad hoc facit quod notauit Inn.in d.c.ſuper litteris.licet aliud
eſſet,qñ aliquam iuriſdõnem haberet licet impeditam:nec vr̃
verum,ꝙ iſte tex.ipſas litteras annullet, licet annullet proceſ-
ſum,vnde tales litteræ iuriſdictionem conferunt,licet confe-
rant impeditã,& poterunt tales litteræ expreſſo conſenſu par
tium validari,& iuriſdictio earum prorogari,vt probat tex.in
15 d.cap.ſtatutum.in §.in nullo.In glo.ſuper verbo, † abbates,in
fi.vocantur ẽt aliqñ priores,vt d.c.fi.patres ẽt abbates cenſen
tur, qñ habent membra ſubiecta, alias cenſentur abbates, vt
ſentit glo.hic.In glo.in verbo,alij:ibi,non ſemper poſitionem
16 facit:facit † nĩ hoc caſu, cùm appellatione religioſorum com
prehendantur abbates,vt hic patet: de hoc tñ verbo,alius,vi
de plene in d.c.ſedes.allegato in gl.& in c.is cui. de præb.in 6.
& ibi per Lap.& Pet.de Anch.& per doct.in auth.ex teſtamẽ
to.C.de colla.& per Iac.de Belu.in Auth.vt defunctis.ſeu eo-
rum funera.§.1.& hic per do. An.qui concludit, vt refert hic
17 Imo.ꝙ † dictio, alius, non implicat, vbi præcedit vel ſequitur
materia prorſus extranea, vel diuerſa, ſed vbi ꝓcedit ſimilis
in ſubſtãtia,vel qualitate vel accidenti,vel participat ſimiliter
ratione & iure,ita ꝙ poſſit coaptari ſimili,& tunc implicat, vt
l.quidam.ff.de re.dub.In glo.ſuper verbo,præſidẽtes,ibi prio
res.ẽt ſi ſint priores vel generales in ordine prædicatorum,vt
infra de ſep.in cle.dudum.§.ſtatuimus.& de ver.ſig.in cle.exi
ui.ad fi.ſcd̃m Pau.Zen.& Imol. In ea.glo.ibi,vel miniſtri.not.
ex hac glo.ꝙ hæc conſtitutio ẽt in mendicantibus locum hẽt,
& ſcd̃m Fran.de Zab.In ea. ibi nomen præſidentium.ẽt ſi de-
nominentur præceptores,vel præpoſiti,ſupra de verb.ſign.q̃-
uis.ſcd̃m Zen.& Imo. immo plus dicit hic Stephanus, ꝙ hæc
cle.habet locum,ẽt ſi ſint tales præſidẽtes,qui præſint monia-
18 libus,& velint agere pro membris eorum,cùm † maſculinum
concipiat fœmininum,vt in c.generali.de elect.in 6.quod non
expedit dicere, cum nõ exprimatur de maſculis vel fœminis
præſidentibus,ſed ſimpliciter dicatur de præſidentibus ſcd̃m
doct.qui tñ dicit ſaluari poſſe dictum Steph.qñ eſſet vna ſupe
rior prælata,quæ haberet mẽbra ſubiecta, cum tunc locus ſit
huic cle.licet loquatur per verbum,religioſi,quod eſt maſculi
nis gñis, cum tunc maſculinum concipiat fœmininum,ꝓp idẽ
titatem rationis,vt d.c.gñali.ſcd̃m Fran.hic. In ea.glo.ibi,cũ
ſubſit, ita & taliter, ꝙ pro ipſis agere & impetrare poſſint, ꝙ
qñ ſit,not.in [illegible] deputati.ſupra de iud.& hic per Pau. & ꝑ
do. An.In ea. [illegible] ibi,illi cui non impetrant nec agunt,ſcd̃m
Pau.ſed immo [illegible] trant & agunt, vt dictis iuribus allegatis
in glo.ſcd̃m La[illegible] ex hoc vr̃ velle,ꝙ in eis clem.locum ha
beat:ſed certe hæc iura hoc non probant,ſcd̃m Zaba.nam iſti
non habent aliam poteſtatem q̃ tribuant dicta iura, quæ iura
19 hanc poteſtatem non tribuunt, vt vr̃ velle hic Franc.An † aũt
illi qui poſſunt agere poſſunt impetrare,& ecõtra, no.in Spe.
de reſcrip.põia.§.rñne impetrantis. ver. ſed nunquid canoni-
cus.& ver.ſc.In ea.glo.in fi.quia in eis magis frequentabatur,
vt ſentit glo. tñ quia dixit Guil. religioſi frequentius habent
loca in diuerſis diocęſibus,tum quia multi citius dant religio-
ſis q̃ ſecularibus,vt dicit hic Zen.ſcd̃m quod refert Imol.hic:
Vnde ẽt in ſecularibus reſidentibus locum habet cle. ratione
glo.& ẽt quia eſt eadem rõ in eis,vt dicit hic Pau.& hoc vr̃ te
nere hic Guil.Zen.Pet.de Anch.& Zab.& dom.Ant.vt refert
hic Imo.vnde ſi Mutinẽ.ep̃s agat pro poſſeſſionib. Bonon.ec
cleſiæ ad ſuam collationem ſpectantibus, & ſibi ſubiectis, ſal
tem quo ad tpalia,locus erit huic cõſtitutioni ſcd̃m Pau.hic,
qui dicit idem eſſe,ſi pro eccleſia ſua agat in caſu c.fi.de ſucc.
ab inteſt.immo plus dicit hic Pau ꝙ locus erit huic cõſtitutio
ni,non ſolum ſi ſuperior ꝓlatus agat vt ſup.ſed ẽt ſi non ſupe-
rior, ſed vnus de capitulo pro iure recuperandæ adminiſtra-
tionis inferioris,vel pro re male ablata recuperãda,quod po-
teſt,12.q.2.nõ liceat.& de re.eccl. non alie. ſi quis presbyte-
rum.Cum circa idem ſit.ac ſi prælatus ipſe agat,cũ tunc agat,
nomine eccleſiæ, & in eius perſonam formare debeat libellũ,
licet cautius ſit non exprimere cuius nomine agat & ipſe ſup
pleat negligentiã ipſius, & ſic in eius locũ ſuccedat: quia eo-
dem iure cenſeri debet,de regu.iur.is q in ius,lib.6 ſcd̃m Pau.
qui ex hoc dicit,ꝙ ſnĩa lata contra talem præiudicat eccleſiæ,
nec retractatur per procuratorẽ prælati,& capituli: quod ver
bũ intellige,niſi doceatur de colluſione, ſcd̃m Imo. quod eſt
not.ſcd̃m ipſum immo plus dicit hic Pau.vt refert Zaba.& ẽt
ipſe Imol.ꝙ ẽt ante litem conteſt. iſte talis canonicus procura
torem conſtituere poterit,vt no.in Spec.de procur.§.ratione
quoq;.verſi. quid ſi canonicus. quod eſt mirabile,videlicet ꝙ
20 † canonicus nullum ius habens in re,pro qua agit, poſſit pro-
curatorem conſtituere ẽt ante litem conteſta. & forte non eſt
verum,vt vr̃ ſentire hic Imo.nam licet prælatus, qui facit fru
ctus ſuos,ſic poſſit procuratorem conſtituere,iux.not.in c.pe
titio,de proc.& C. de bon.maternis. l. 1.tñ forte aliud eſſet in
iſto canonico,cum non faciat fructus ſuos, nec aliquid ius ha
beat in re:ſicut dicitur in tutore, vt no.in l.neq; tutores.C.de
procu.quæ oĩa ſunt notãda, & vide quod not.in c.cum olim.
de teſt.& ibi,per Fran.de Zab. immo & vltra ẽt dicit hic Pau.
ꝙ locus eſt huic conſtitutioni,ſi patronus eccleſiæ agat pro re
bus eccleſiæ, vel alio iure, pro quo ipſe & rector ipſius agere
poſſit,vt refert hic Zab.quaſi locus eccleſiæ patronatus, nõ lo
cus patroni conſideretur, ſiue ſit patronus eccleſiaſticus ſiue ſit
ſecularis,vt dicit hic Imol.immo & vltra putat hic do. An. vt
refert Io.de Imo.idem eſſe, vt locus ſit huic conſtitutioni,ſi tu
tor agat nomine pupilli, vel curator nomine adulti, vel ciui-
tas pro aliquo caſtro, vel vnus mercator pro alio prępoſito in
alia prouincia ad merces adminiſtrandas, ita quod actio ſibi
quęratur,vt refert hic Imo. qui etiam vltra dicit poſt do.An.
ſalua tñ meliori deliberatione, ꝙ ſi aliquis ceſſerit alteri iura
ſua etiã in põderando locum impetrando iudicem delegatũ,
attendi debeat locus cedẽtis:& hoc,ſi ceſſio ad commodũ, &
vtilitate cedentis facta fuit, vt quia pro ſolutione debiti per
hãc cle.a contrario ſenſu. Si vero facta fuit ad cõmodũ ceſſio
narij,vel quia aĩo donandi ceſſit, & tũc ſi ceſſionarius directã
noĩe cedentis intentet,idem,C.de procu.l.qui ſtipendia,& C.
de act.& obli.l.1.Si vero vtilem intentet noĩe proprio, & tũc
attendatur locus ipſius ceſſionarij.ad hoc quod no. ſup.eo.ti.
c.fi.& C.de procu.l.fi.per Cy.poſt Ia.de Are.& per Iac. But.
in l.2.§.fin aũt.C.de iuramento cal.vbi glo. hoc tangit, vt re-
21 fert hic Imol. dicens ꝙ hęc exceptio q̃ † competit contra ce-
dentem non nocet ceſſionario, qa non eſt mere ꝑſonalis,qđ
no.ff.de excep.dol.l.apud.Celſum.§.ſi cum legitima.& de in-
tegra.c.vnico,in 6.ſed aduerte,quia immo vr̃ dicendũ, ꝙ hæc
ceſſio fuerit facta ad cõmodum ipſius cedẽtis, tñ debet atten
di locus ceſſionarij,ſi agat vtili,cum poſt ceſſionẽ & tpe impe-
trationis,de cõmodo ceſſionarij tractetur,non cedentis:quod
conſiderare vr̃ hęc conſtitutio:Prætetea: cum fiat talis ceſſio
ex cã onerosa,fortius hæc exceptio obſtare non debet, vt no.
in iurib.ſuperius allegatis,& per Bar. maxime in l. ſi conſtan-
te.ff.ſol.mat. immo & forte vltra vr̃ dicendum ꝙ ſiue ipſe ceſ
22 ſionarius agat vtili,ſiue directa,cum actionis ſubſtantia † ſal-
tim utilis, exercitium & commoditas per ceſſionarium tran-
ſeat,& ad eius commodũ in effectu tendat exercitiũ actionis
ẽt directę,ad hoc qđ no.ꝑ Bal.in d.l.q ſtipẽdia. & ſic locus ip
ſius ceſſionarij ſit attẽdendus,ut patet ex no.ſup. in tex.& ui-
de qđ no.in d.c.unico.& qđ inf.dicã. q̃ oĩa ſunt notabilia. Et
ultra ꝓdicta notate ex hac gl.ſcd̃m do. An.ut refert Imo.ꝙ di
23 ctũ † in vno,nõ vr̃ in alio nõ expreſſo negatũ,qñ rõne maioris
frequẽtationis id qđ eſt dictũ, fuit expreſſum, nõ ut aliud nac
raret in expreſſo ad tacitum, ꝑ qđ dicit ipſe limitari c.nonne.
24 de ꝓſump.& vltra ẽt no.ex hac gl.iũctis ijs,q̃ ſup. dixi, ꝙ † cõ
ſtitutio q̃tumcunq; odioſa & pęnalis,vt eſt hæc,q̃ pęnã annul
lationis,intereſſe & expẽſarũ imponit, extendit ex identitate
rõnis,ad hoc l.ſi poſtulauerit.§.rõ.ff.de adul.& l.qdã §.num-
mularios.ff.de edẽ.& de elect.ſi poſtq̃.in 6. idẽ tenet hic Zen.
ꝑ ꝓdicta iura,ſcd̃m quẽ non ob.c.ſtatutũ.de elect.in 6.qa ibi,
25 nõ impedit extẽſio † ꝓp ſolã pœnalitatẽ,ſed qa eſt exorbitãs
a iure cõi,& qa ibi nõ eſt eadẽ rõ, ut hic plene ꝑ Imol.q dicit
hoc dictũ eſſe bñ no.ſi eſſet verũ.ſed vt ipſe dicit,nõ eſt verũ.
ſed hoc reprobat hic cum Dom. Anton. quod eſt contra re-
gulam in pœnis,de regul.iuris.in 6.& de pœnit. diſtinct. 1.
c.pœnæ.& l.interpretatione.ff.de pę.vt hic plene.per eundẽ,

ſecundum quem non obſtat d.§.ratio. quia ibi non eſt exten-
ſio,nec dictus. §.nummularios.quia ibi non eſt diſpoſitio pœ-
nalis,nec dictum c.ſi poſtquam, quia illo caſu fit extenſio per
parificationem extremorum a iuribus inductam,vt vult gloſ.
ſ.ubi,quæ alibi non eſt ſecundum eum. immo eſt glo. penult.
ibi,ad quod vide no.per Bald.in l.ſi quis ſeruo. C.de ſur. Nec
obſtat hæc glo.& not.per doct. ſupra quia hæc conſtitutio in-
26 quantum imponit † nullitatem proceſſus,non eſt proprie pœ
nalis,vt patet ex no.per Io.An.in c.fi.in fine.de elect.in 6.nec
inquantum dicit de expenſis & intereſſe, quia proprie non dr̃
pœna,cum comprahendat intereſſe partis aduerſæ , ſecundũ
do.An.quod& vr̃ velle hic Zab.licet non præciſe firmat. Sed
hoc nõ vr̃ verum,cũ pœna ſit irritatio actus,vt voluit text.ſin
gularis,in l.ſenatus.ff.de contrahen.empt.vnde dicendum eſt
vt dicit hic Zaba.ꝙ ideo procedit hæc conſtitutio etiã in ſcho
laribus,quia de religioſis fuit expreſſum, quia frequentius ac
cidit,vt dicit glo.& ſic gratia exempli, vnde non eſt extenſio,
ſed incluſio ex mẽte,ſcd̃m Imo.Ex quo de iſta mẽte non ap-
paret ex verbis, potius eſt extenſio , ꝙ̃ incluſio , vt patet ex
not.in d.c.ſi poſtquam. Vnde dicendum vr̃, ꝙ immo irritatio
27 † actus non eſt pœna, quando imponitur ab ipſa iuris diſpoſi-
tione,anteꝙ̃ actus fiat,vt patet ex no.in d.c.fi.ſed poſtea bene
eſſet pœna,& ita procedat d.l.ſenatus. No.tamẽ & ſigna hãc
glo.ex qua colligitur ſcd̃m do.An.vt refert hic Imol.ꝙ qñ fit
extenſio legis vltra intentionem ſtatuentis ſpecificam ad id,
quod ſi ipſi ſtatuenti propoſitum fuiſſet, ſtatuiſſet,ſubſiſtente
paritate rõnis,tunc adeſt mens generalis,licet nõ ſpecifica,ad
hoc glo.no.in l.tale pactum.§.qui prouocauit.ff.de pact.& ap
pellatur hæc extenſio a paritate rationis:quod dicit eſſe verũ,
28 vbi eſſet † materia exorbitans à iure communi,quia in illa nõ
fit talis extenſio,cum debeat fieri reſtitutio ad verba & ad mẽ
tem ſumptam ex verbis ſpecificè,non ad iſtam generalem,at-
tento potiſſime,ꝙ id,quod ex mente generali venit, nõ venit
ex verbis: & ita intelligẽdum eſt ſcd̃m eum quod habetur in
l.nominis.& rei.§.verbis.ff.de verbo.ſigni. Et ſubdit quod id,
29 quod ex mente legis procedit , dr̃ ex ipſa lege procedere, vt
d.l.nominis & rei,quod procedit in mente ſpecificata,non au
tem collecta per rationis identitatẽ:& hoc eſt quod vol.Fran.
de Rampo. ibidem,& quod not. in d.c.ſi poſtquam. & in c.1.
30 de temporib.ordin. in 6. quod in exorbitantibus † licitum eſt
procedere & arguere ex mente comprehenſiua , quæ colligit̃
ex verbis, non ex mente extenſiua,quæ colligitur ex identita
te rationis,vt refert hic Imo.ad hoc quod not. in d. l.ſi conſtã
te,per Bar.& in l.ſi vero.§.de viro.ff.ſol.matr. & circa prædi-
cta vide no.in c.conſtitutionem.de reg.in 6.& in d.c.vnico.&
annexa iuriſdictioni epiſcopi,tamẽ non eſt annexa ordini vel
dignitati Pontificali, rõne cuius fit deputatio conſeruatoris,
quia aliud eſt ordo,aliud iuriſdictio,vt in capit. tranſmiſſa. &
cap.ſuffraganeis.de cler.ſed Ioan. de Lig. hic videtur tenere
cum glo,reprobando dictum Pau.quia ſecũdũ ipſum non eſt
verum, quod in conſeruatore exigatur poteſtas ordinis,cum
deputari poſſint etiam prælati ordinem non habentes,vt d.c.
fina.immo vt ipſe dicit,poteſtas conſeruatoris eſt iuriſdictio-
nis,quæ iuriſdictio competit ipſi principali: nam de hac pote
ſtate participare debet:ſed hęc reprobatio Pau.non procedit,
cum ipſe expræſſerit non tantum de ordine, ſed etiam de di-
gnitate Pontificali ſecundum Zabarel.qui putat Pau.opinio.
veram eſſe non ſolum per eius rationem, ſed ex alio, quia in
d.cap.fina.ponitur regula negatiua,videlicet,ꝙ non potuit da
ri conſeruatio,vbi ſit epiſcopus, vel habens dignitatem, inter
quos non compręhendere principaliter officialis epi, cum li-
cet ſit idem conciſtorium quo ad iuriſdictionem, non tamen
quo ad dignitatẽ Pontificalem,propter quam deputatur con
ſeruator,vt hic plene per ipſum,& hanc opi.Pau.tenet etiam
hic dom.Ant.quod licet poteſtas conſeruatoris ſit iuriſdictio
nis,tamen prout adaptatur epiſcopo, non applicatur ſub no-
mine iuriſdictionis, ſed ordinis pontificalis, cum detur ei vt
epiſcopo,& ſic conſecratio,argum.ca.1.de relig.do.& ſic ipſe
officialis epiſcopi non poteſt eſſe conſeruator, eſto quod ha-
beat dignitatem in eccleſia cathedrali, cum ſit dignitas acci-
dentalis,non propria,& infixa, de qua non loquitur ibi, cũ in
dubio intelligatur de propria,ad hoc qđ no.in l.ſt.§.qui in ꝑ-
petuum.ff.ſi agi.ver.vel emp.pe.nec ex eo,quia participet cũ
epiſcopo in dignitate:nam non participat dignitati epiſcopi
ratione ordinis, quo reſpectu dari poteſt conſeruator ſecũdũ
ipſum,quod referet Ioan.de Imo. qui tamen dicit,ꝙ vera ſibi
videtur opi.huius gloſ. per not.in capit. fina. cum vt ibi not.
clericus electus in epiſcopum & confirmatus, non tamẽ cõſe
cratus poſſit eſſe conſeruator,quia licet non includatẽ ſub ap-
pellatione epiſcopi,tamẽ includitur ſub habente dignitatem
in eccleſia cathedrali: ſed certè hęc ratio nõ confirmat opi.gl.
nam licet electus & confirmatus in epicopum includatẽ,eo qa
habet dignitatem,tamẽ non mirum quia includatẽ,eo quia ha
bet dignitatem ex ꝑſona propria, & infixam,quod non eſt in
principali officiali epiſcopi,qui habet ex aliena,de qua ibi,nõ
intelligitur,cum non ſit propria dignitas,vt ſup.dictum eſt.in
glo. in verbo,foraneo ibi, & principali, non de foraneo, qui
nõ facit idem conciſtorium,quod probatur ex ratione tex. ſe
cũdũ Zabar.immo etiam officium huius foranei officialis nõ
dependet a principali officiali epiſcopi, ſcđm Laud. ſecundũ
quem ab eo appellari non poteſt ad epiſcopum, vel eo abſen
te ad generalem vicarium, & ſic in hoc Laud. non facit diffe-
rentiã inter generalem vicarium & foraneum,& quæ iure nõ
probatur, nec videtur procedere eius dictum, cum officialis
principalis quo ad iuriſdictionem conſtituat idem conciſto-
rium cum epiſcopo, & foraneus conſtituatur ad certam par-
tem iuriſdictionis,à quo ſicut põt appellari ad epiſcopũ quod
dicit gl.hic,ita ad eius officialẽ principalius,ad hoc no.qđ In-
noc.in capit. Romana in princ. de appell.lib.6.dicens a ſubdi
tis epiſcopi appellari poſſe ad vicarium,ergo & a vicario fora
neo,qui eſt ſubditus, cum in eo nulla ſit ſpecialitas:nam licet
habeat delegatam,vt dicit glo.hic,tamen hæc poteſtas nõ eſt
ſubtracta de poteſtate ordinaria communicata principali,vbi
aliud appareat,licet ſecus ſit,quando Papa delegaret aliquam
cauſam,cum etiã eam ſubtrahat ab ordinario,vt in capit.ſtu-
duiſti. de offic.lega.& hoc operatur ſuperioritas Papæ, cuius
vice talis delegatus fungitur ad illam cauſam ſcđm Zab. hic,
51 ſed immo hoc operatur,quia†generi per ſpeciem derogatur,
quod no.in dicto cap.ſtuduiſti,& in cap.ſanè.de offi. deleg. &
in cap. dudum. de præben.lib.6. quæ ratio etiam in delegato
ordinarij locum habet, verũ videtur dicendum in eo vt in de
52 legato Papæ,& per conſequens, vt†ab officiali foraneo appel
lari non poſſit ad vicarium generalem, qui in tali cauſa iuriſ-
dictionem non vr̃ hr̃e, & quia vr̃ ipſe officialis foraneus in
ea perſonam ipſius delegantis referre cum taliter repreſen-
tet, & maior alio inferiori ab epiſcopo,etiam ordinario cen-
ſetur,ſicut in delegato Papę,ſup. dictum eſt,licet ad ipſum de
legatum appellari poſſit, licet non conſtituat idem conciſto-
rium.ſuper quo cogitandum eſt. In ea. gloſ.ibi,dici poteſt.Et
ſic delegatus cum officialis† foraneus iuriſdictionem delega-
tam habeat: quod vult gl. iſta, quam nota.nã ex ea habes, ꝙ
officialis deputatus in certa parte diœce.& ſic ad vniuerſitatẽ
cauſarum illius partis diœceſis cẽſetur iudex delegatus, & de
legatam iuriſdictionem habere,quod etiã videtur tenere glo.
in l.ſolet.ff.de iuriſdi.omn.iud.ſed glo.pen.in capit.cum cau-
ſam.de appel.dicit,ꝙ quaſi ordinarius cenſeẽ,licet ordinarius
non ſit,glo.vero in cap.ſtatutum.§.inſuper.eo.titu.in 6. ſuper
verbo,moderatas,dicit quòd immo ordinarius eſt. Et ſic in
hoc

g hoc gloſ. variant. Vnde dicit hic Zaba. quòd primum verius
eſt, quòd ſit delegatus, licet in aliquo, pro ordinario habea-
b tur, & hoc vbi certum territorium daretur, quia tunc proce-
deret gloſ. in dicto §. inſuper. Vnde circa hoc videtur dicen-
dum, prout dicit hic Ioan. de Imol. poſt do. An. diſtinguẽdo:
54 nam qñq; datur officialis à non habente poteſtatem dandi or
dinariam, & tunc ſi principaliter determinetur territorium,
vt quia dicit, concedimus tale caſtrum, vel tale territorium,
vel talem partem diœceſ. & tunc ille, cui conceditur, dicitur
habere ordinariam, vt l. prima. §. cum vrbem. ff. de offic. præ-
fe. vr. & Rom. vbi & apud quem. l. fin. & ita intelligi debet di-
ctũ Azo. in ſumma de iuriſdictione omnium iudi. §. item alia.
q̃ quidem verba ponit Io. An. in c. quoniam Abbas, de offic.
deleg. & hoc videtur velle etiam Iac. But. vt refert Bal. in d. §.
cum vrbem. Si verò cõmiſſio principaliter refert ad cãm cer-
ti territorij vel caſtri, & tunc Cyn. in l. 1. in vltima qõne. C. q
pro ſua iuriſdi. tenet quod ſit delegatus: idem Guil. de Cun. in
l. 2. C. de ſport. & in l. a iudice. C. de iudi. vt refert hic Ioan. de
Imo. Barto. vero in hoc diuerſimode loquitur, cum qñq; fa-
ciat differentiam inter commiſſionem vnius negotij vel plu-
55 rium ex vna parte, & vniuerſalem ex alia, qñq; † faciat differẽ
tiam inter cõmiſſionẽ legis & hominis, vt per ipſum plenius
in l. ambitioſa. ff. de dec. ab ord. fa. & in l. more. de iuriſdit. om.
iudic. & in l. item eorum. §. ſi decuriones. ff. quod cuiuſque
vniu. nom. vnde concordando dicendum eſt ſcd̃m dom. Ant.
vt refert hic Ioann. de Imo. quòd qñ fit commiſſio cauſarum
ſimpliciter in loco, nec determinantur cauſæ vel perſonę cer
tæ, & tunc ille, cui fit cõmiſſio, habet ordinariam, quia ex quo
non determinantur cauſæ vel perſonæ datus videtur territo-
rio, & hoc videtur velle Barto. in l. fina. C. vbi & apud quem,
vbi exemplificat de iſtis iudicibus cartularijs, vt hic ipſe Ioã.
de Imo. refert licèt ipſe do. Ant. non reſpondet ad iſtam gl. &
ad glo. in l. ſolet. & ad gloſ. in cap. cum cauſam. quæ gl. loquũ-
tur in officiali dato ad vniuerſitatem cauſarum, non determi-
natis cauſis nec ꝑſonis, & ideo vltra ipſum dicendũ eſt, quòd
tale eius dictum procedit, quando talis commiſſio fieret a Pa
pa, vel Principe, vel a Deo, qui ordinarios dare poteſt, & hoc
vol. Innocen. in cap. cum ab eccleſiarum, de offic. ordi. & Bal.
in l. præcipimus. C. de app. & ita procedat Barto. in d. l. more.
aliàs non fiat talis commiſſio vniuerſalis ab inferiore a princi
pe, qui non poteſt dare ordinariam, niſi generalem vicarium
conſtituendo, vt eſt epiſcopus, & tunc ſi cõſtituat generalem
vicarium, cum vniuerſali iuriſdictione in tota ſua diœceſ. &
erit ordinarius, vt not. in cap. ſecundo. de offic. vica. in 6. & ita
procedat glo. in d. §. inſuper. ſi vero non conſtituat generalem
vicarium, & tunc ſiue deputet vniuerſaliter officialem in cer-
ta parte diœceſis, ſiue generaliter inter homines & in eorum
cauſis, vel in certa parte, vt deputantur iudices, & aſſeſſores,
& iſte erit delegatus, vt vult glo. & in d. l. ſolet. quod & tenet
Bald. in d. l. præcipimus. quod & voluit Ioann. And. in addit.
Specu. in titu. de aſſeſſor. vbi notabiliter dicit quod aſſeſſores
56 & iudices, qui deputantur hodie per poteſtates, iuriſdictionẽ
delegatam habent, etiam ſi ſtatutum dicat, quod poteſtas te-
neat ducere duos iudices, niſi ſtatutum aliter prouideat, eſto
quod ſi eligeretur a populo tales aſſeſſores & iudices cenſenẽ
ordinarij, vt hic plene per ipſum: ſunt tñ tales iudices delegati
ad vniuerſitatem cauſarum ſimiles ordinarijs, & eorum vice
funguntur quo ad poteſtatem ſubdelegandi: quod vol. Bal. in
d. l. a iudice. & in d. §. cum vrbem. & ita procedat gloſ. in d. ca.
cum cauſam. ſi vero deputatur officialis certo generi cauſarũ
non expreſſa perſona, & ſic vniuerſitati certorum negociorũ
in loco, nec exprimuntur certæ perſonæ, vel datur certo gene
ri perſonarum, non expreſſis cauſis, & tunc vt dicit hic Ioan.
de Imo. poſt domi. Ant. ſi in cõceſſione ęſtimatur quòd faciat
authoritate concedentis, & tunc non eſt ordinarius, ſed dele-
gatus, vt l. 1. §. omnia. C. de veteri iur. enucle. & in prohœm.
Inſtitu. ibi, noſtra authoritate, &c. & in cap. cum aliquibus. co.
titu. in 6. ſi vero non exprimitur, quòd faciant authoritate cõ
cedentis, & tũc procedat vltima opi. Barto. quia ſi committa-
tur per viam ſimplicis commiſſionis reſcripti vel priuilegij, &
57 tunc cenſetur delegatus, vt † in inquiſitore hæreticæ prauita
tis, vt no. in cap. ne aliqui. de hæreticis, in 6. & hoc in foraneo
ſecundum Barto. notanter in l. certi. C. de iudi. ſi vero ꝑ viam
legis vel ſtatuti committatur, & tunc eſt ordinarius. ſecd̃m do
mi. Ant. vt refert hic Ioan. de Imo. qui dicit prædicta notanda
propter arbitria, quæ dantur quottidie a communitatibus ali
quibus, an tales dicantur ordinarij, vel delegati: ſuper quo ef-
fectus eſt magnus, videlicet quo ad poteſtatem delegandi, &
an vnus ſine alio procedere poſſit, iuxt. not. de offic. deleg. in
c. prudentiam, & in cap. in litteris. eo. titu. & circa hoc vide
no. per Bar. in ſua diſputatione, quæ incipit adunantia, de qua
in d. l. ambitioſa. per ipſum. In glo. fin. ſuper verbo, obſeruari.
ibi, ponit in delegato. & ibi gloſ. videtur velle, quod vult hæc
glo. quas duas glo. no. quia ſocias non habent, ex quibus duo
habes: primo quod ſufficit contra legem reſcribere ex certa
58 ſcientia, cum certa ſcientia † principis diſpenſationem indu-
cat, & habilitat inhabilem, eſto quod cauſa non obſtante, non
interueniunt, ad hoc lex, idem Vlpianus. & quod ibi not. ff. de
excuſa. tuto. de quo ſup. co. nonnulli. & in cap. vno. de exceſ.
præla. vbi plene de hoc, & in d. glo. ponit. Secundo habes q
59 ita demum ex certa ſcientia principis aliquid † videtur factũ,
& eius ſciẽtia operatur, ſi hoc in eius litteris exprimatur, vide
licet quod ex certa ſcientia hoc faciat, ſicut dicitur in clauſula
proprio motu, in capit. ſi motu proprio. de præben. in 6. quod
vol. glo. in d. capit. ſtatutum. & in glo. hic, de qua ſenſit Bal. in
l. eos. C. de appel. dicens, quod eſt vna gloſ. in clementinis, &
de qua non recordabatur, quod intellige verum ſecundum
Ioan. de Imo. niſi appareat ex tenore reſcripti, quod habuerit
notitiam facti, quia tunc ſatis dicitur reſcribere ex certa ſciẽ
tia, licet non exprimat, ad hoc quod no. in l. diuus. in l. quidã
conſulebat. ff. de re iudic. & ſup. de reſcrip. cum adeo. & vide
ibi no. & no. in l. fina. C. ſen. re. non poſ. In ea. glo. ibi, in delega
to ſecus, not. ex hac gloſ. ſecundum domi. Anto. vt refert hic
60 Ioan. de Imo. quod † legatus de latere poſſit aliquid facere cõ
tra ius diſpenſando, vel ſupple & ſtatuendo, tamen nõ poteſt
aliud diſponere vel ſcribere contra ius aliquid diſponendo,
intelligas ſimpliciter, ad hoc not. in præallegata gloſ. in dicto
cap. ſtatutum, etiam ſi diſponat ex certa ſcientia hoc expreſſo
in litteris, cum ſic diſponendo diſpenſare non poſſit, quod
not. in cap. fina. de hæreticis. in 6. & in capit. litteras. in 3. de cõ
ceſſio. præben. & de fil. præby. veniens.

REPETITIO
IN CLEMEN. AVDITOR.
De reſcriptis.

Celeberrimi I. V. C. D. Benedicti Capræ.

SVMMARIVM.

1 *Auditor Curię Romanæ ſi pronunciat beneficium alicui de iure compe-
tere, ſine nouo mandato poteſt eidem de beneficio prouidere.*
2 *Auditores Curię Romanę qui, & quot, & quomodo conſtituantur, & quid
eis committatur.*
3 *Auditor in curia Rom. deputatur per reſcriptum.*
Curia Rom. dicitur, vbi eſt Papalis audientia, ibid.
4 *Auditoris officium expirat mortuo Papa.*
5 *Poteſtas in quibus extendatur ad non commiſſa, & quando.*
6 *Circuitus ſunt vitandi.*
7 *Prouidere, verbum, quid importet.*
8 *Auditor nunquid conferre poſſit, quando pronunciat beneficium alicui
debitum.*
9 *Auditoris poteſtas regulatur à forma commiſſionis, nõ autem à viribus
libelli ſeu petitionis.*
10 *Iudex ſuper non petito pronunciare non debet.*
11 *Argumentum de virtute commiſſionis ad vim libelli procedit.*
12 *Auditores curiæ Rom. non ordinariam, ſed delegatam iuriſdictionem ha-
bere cenſentur, ſiue ſint auditores cameræ, ſiue cauſarũ, ſiue ſacri palatij.*
13 *Curiæ ſtilus maximè attendendus.*
14 *Sententia interlocutoria non facit ius.*
15 *Auditores cameræ de quibus habeant cognoſcere & pronunciare.*
16 *Auditores, qui in curia deputantur ad cauſas particulares dupliciter depu
tantur, & quod ſit eorum officium, maximè eorum, qui in cauſis arduis
deputantur.*
17 *Auditores, quibus referendarius vel alius vice Papæ cauſas inferiores
committit, quam iuriſdictionem habeant: & dicuntur auditores ſacri
palatij.*
18 *Auditores ſacri palatij ſententiam ferre non poſſunt, niſi prius cauſa ter-
minata ſit cum alijs auditoribus.*
Et ipſis diſcordantibus recurrendum eſt ad Papam ſecũdum ſtilum curię.
19 *Auditores ab Imperatore deputati quam iuriſdictionem habeant.*
20 *Auditores deputati ab inferiore a principe an iuriſdictionem habeant.*
21 *Auditor extra curiam an poſſit conferre beneficia.*
22 *Collatio eſt executio pronunciationis iuris debiti, quam facere poteſt qui-
libet*

libet delegatus ſaltem Papę.contra.nu.25.
23 *Iudex condemnans debitorem ad ſoluendum poteſt capere eius bona,& in ſolutum dare.*
24 *Sententia executio quid ſit,& quotuplex.nu.27.*
26 *Auditores Curiæ debent communicare dubia cum alijs: ſecus in deputatis extra curiam.*
28 *Auditor curiæ in cauſa beneficiali eo ipſo quod pronunciat debitum conferre poteſt,& ſic transferre ius in parte vel in tertio reſidente.*
29 *Condemnatus ad dandum alicui certam rem,dando eam non ſolum nudam poſſeſſionem transfert,ſed & dominium.*
30 *Delegatus ab alio quam à principe non exequitur ſuam ſententiam ſed delegans.*
31 *Factum a legato non cenſetur factum a Papa, licèt quandoque cenſeatur factum ſedis apoſtolicę.*
32 *Executio ſententiæ habens ius annexum per quem fieri poſſit.*
33 *Cauſa diffinitio quando cenſeatur commiſſo delegato.*
34 *Beneficium, verbum in diſpoſitione iuris prolatum an comprę hendat dignitates.*
35 *Auditor qui pronunciat benè appellatum, & reuocat ceſſionem electionis an poſſit confirmare.*
36 *Poſtulatio initiatur gratia*
37 *Vicarius Papæ non habet poteſtatem in contentioſis.*
38 *Poſtulatus licèt non poſſit petere beneficium vt debitum de iure,poteſt tamen officium implorare tanquam de beneficio quaſi debito.*
39 *Neceſſarium omne dicitur,quod eſt in iudicis poteſtate.*
40 *Verbum poteſt,de ſui natura non inducit neceſſitatem.*
41 *Beneficium non poteſt affici ex facto ordinarij.*
42 *Poteſtatem habens decidendi & ſententiandi an poſſit conferri.*
43 *Executores,qui conferunt authoritate Papæ vel delegati, ita demum poſſunt committere curam animarum,& in corporalem poſſeſſionem inducere,ſi beneficium ſpectat ad collationem Papæ,alias ſecus.*
44 *Prouidere,verbum quid importet.*

AVditor Si auditor Curiæ Romanæ pronun
1 ciet† bñficiũ alicui de iure debitum,
ſine nouo mãdato,poteſt eidem de beneficio pro
uidere.h.d.ſecundum Paul.& diuide ſecundũ Za
barel. in duas partes. in prima ponit dictum.in ſecunda aſſi-
gnat rationem incluſam in dicto. ſecunda ibi,vt euitetur cir-
2 cuitus.In tex.ibi,auditor de multiplici auditore tractant †hic
ſcribentes : auditor vero, de quo loquimur, eſt duplex, qui-
dam eſt in curia a Papa cõſtitutus, & vice Papæ cauſas audit,
& deputatur ab ore Papæ in cauſis magnis & arduis, ſicut in
cauſis cathedralium & regularium eccleſiarũ,& de die in diẽ
fiunt tales commiſſiones & regulariter Cardinalibus & cathe
dralibus,& regularibus eccleſijs:de alijs verò fiunt inferiorib.
& de tali loquitur hic, & vt not.in cap.Rainu.de teſta. & talis
verò fert ſententiam ex generali commiſſione,niſi iterum cõ
mittatur &c. Secundo modo aſſignatur per Papã auditor di-
uiſim in palatio per referendarium vel alium ex commiſſione
Papæ,vt puta in cauſis beneficialibus,vel ſimilibus ad curiam
deuolutis,& in iſtis etiam loquitur tex. de quibus in Specu. in
titu.de auditore.per totum.In tex.ibi,deputatus.no. auditorẽ
3 in curia deputari† p reſcriptum,vt faciat ad titulum,vt patet,
quia aliàs non faceret ad titulum ſecundum Ioan.de Imo. cu
ria autem dicitur certè, vbi eſt Papalis audientia, infra titulo
pximo.cle.ne Romani.In tex.ibi,de iure debitum.not.quòd
expectans habet ius ad beneficiũ,& illud vt ſupra de iure de-
bitum petere poteſt,licet glo.dicat in cap. veniens. de renun.
iudicis officium implorare, de quo plene hic per Zabarel. vt
ipſe refert,& vide no.in capit. ſi tibi abſenti,de præben. in 6.
& in cap.1.de conceſſio.præbend. eo.lib.In tex.ibi,poterit,ſ.
4 viuente Papa,non eo mortuo,quia mortuo† Papa expirat of-
ficium auditoris, in text.ibi,abſque commiſſione,aliqua not.
5 hic caſum mirabilem, in quo poteſtas † extendit ad nõ com
miſſa, vt euitetur circuitus ſecundum Zabarel.In text. ibi,vt
6 euitetur circuitus.no.circuitum† euitandum,quod verum eſt
ſecundum Zabarel.& Ioan.de Imo.ſi ſit ſine effectu, & inuti-
lis,aliàs ſecus,vt no. in c.dilectus.de cã poſſ.& proprie. & de
ordi.cogn.tuam.& per Bar.in l.dñs teſtam.ff.de condi. indeb.
& per glo. in l.vſucapio.C. de pigno. vbi de circuitu in extri-
7 cabili.In tex.ibi,no.de iſto†verbo,prouidere,quod pprie ſo-
nat in actu habente in ſe corporalẽ iuris translationem, ſecũ
dum Ioan.de Imo.In glo.1.ibi,in libello petita.idem Paul. qa
8 cum collatio veniat ex vi†commiſſionis,etiam ſi nõ exprima
tur, per conſequens expediri debet officio iudicis tanquam
executio pronunciationis,nec eſt neceſſe executionem ſentẽ
tiæ ſpecialiter in libello petere,vt refert hic Zabarel. ſed Ioã.
de Lign.hic tenet,quod neceſſarium eſt vt petatur,quia iudex
non poteſt ſupplere de facto,vt in capit.bonæ.el primo.de po
ſtu.præla.vt refert hic ipſe Zaba.qui tamen tenet primam par
tem, tum quia text. generaliter loquitur, tum etiam quia eo
ipſo quod a tali auditore petitur,vt pronunciet debitum, per
conſequens petitur,vt ſi pronunciauerat debitum,cõferat vel
non,vt patet ex verbo,poterit,ex quo ſequitur quod licet nõ
poſſit directo peti,vt conferat tanquàm debitum, tamen põt
eius auditoris officium implorari,vt conferat, ſi pronunciaue-
rit debitum,& hoc eſt tutum ſecundum Zab.ſed certè hoc di-
ctum eius non videtur verum,nam licet auditori detur pote-
ſtas conferendi,quando pronunciat debitum ex diſpoſitione
huius cle.vt euitetur circuitus,hoc tamen non ob.venit ex di
ſpoſitione ſeu ſignificatione verbi, cõmiſſionis,nec eſt neceſ-
ſaria conſequentia,vnde ex ſola petitione pronunciari debi-
tum non videt petita tollere,cum neceſſario non veniat,aliàs
ſequeretur quod ipſe auditor abſque alia petitione poſſet cõ
ferre,quod non vult hæc glo.immo ſentit contrarium ibi, dũ
dicit,peti poterit &c.vnde aduerte circa intellectum huius gl.
quia vt dicit hic domi.Anto. ſecundum quod refert hic Imo.
hæc quęſtio glo.dupliciter poteſt intelligi.Primo vt intelligat
de petitione libelli corã Papa, data ſi ab eo nõ petat collatio,
an tunc per ſimplicem cõmiſſionem auditor poſſit cõferre, &
in hoc dicendum eſt quod ſic,per hanc cle.quod verum eſt ex
iure diſpenſatiuo,vt infra patebit.Si vero eſſet petita collatio
coram Papa, & per eum poſtea ſimpliciter fieret commiſſio,
tunc in auditorem transferetur poteſtas conferendi de iuris
rigore, quia ad limites petitionis Papa committere videtur,
arg.l.ſi defenſor. §. interrogatus.ff. de interrog.actio.& quod
not.in capit. dilecti.de calum.Secundo modo poteſt intelligi
quæſtio glo.de libello dato corã auditore,vt in veritate loqui
tur,item ſi quæratur,in quibus caſibus dicatur auditorem vel
alium non habere poteſtatem conferendi,an poteſtas amplie
tur ex ampliatione libelli,in quo ab eo petitur collatio,& di-
9 cendum videtur quod non, quia virtus poteſtatis † auditoria
regulariter a forma commiſſionis,& a iuribus,non aũt a viri-
bus libelli,ſeu petitionis,licet alias vbi id,quod petitur,poteſt
includi vel non includi ſub iuriſdictione iudicis, vt ex con-
tentis in libello,iuriſdictio iudicis cognoſcatur, ff. de iuriſdic.
om.iud.l.cũ quędam puella,& per Inno.de iudic. cęterum. &
de fo.competen.cum ſit generale.& cap.conqueſtus. Si vero
in caſibus,in quibus auditor vel alius habens poteſtatem con
ferendi,& quęratur, an eius poteſtati detrahatur ex detractio
ne libelli, ſi ex defectu petitionis non comprę hendatur peti-
tio collationis,& dicẽdum eſt quòd non, per eandem rationẽ
ſecundum domi. Anto.qui ex his infert, q ſtante poteſtate iu
dicis licet iudex propter ineptitudinem petionis, non poſ-
ſit ſe intromittere de collatione,eo quia coram eo non eſt pe-
10 tita,& iudex†ſuper non petito pronunciare non debet, de ſi-
mo.licet hely.& ff.communi diui.l. vt fundus.cum ſimi. tamẽ
propter hoc non deficit, quin pars lata ſententia poſſit exe-
cutionem petere,l.prima.C.de except.rei iudic.ſufficit tamẽ,
quod lata ſententia,aut agendo actione in factum, aut iudicis
officium implorando,petat execut.quod procedit etiam quã-
do executio eſt meri iuris,vt notabiliter dicit hæc glo. ſecun-
dum dom. Anto.ex qua no.ſecundum eum,quod non eſt ne-
ceſſe,quod in libello petatur executio,licet ſufficit quod peta
tur pronunciari ſuper eo,ſuper quo debet fieri condemnatio.
11 Et vltra ẽt ex ea no.ſcd̃m ipſum, q licita eſt † argumentatio
de virtute commiſſionis ad vim libelli.In ead.ibi, niſi Papa,
cui pronunciationi, & ſententiæ ipſius Bonifatij ſtandum eſt,
ſecundum Zabarel. per no. in cap.in cauſis. de re iudi. qui ad
hoc adducitur.In tex.huius cle.ibi,deputatus.& no. de teſta.
Raynu.in verbo,cum autem.& de re iudic.cap.cum Berthol-
12 dus. per quę iura dicit veram eſſe opin. Archid. vt†nullus au-
ditor curiæ cenſeatur habere ordinariam, ſed delegatam iu-
riſdictionem,ſiue ſit auditor camerę,ſiue cauſarũ ſiue ſacri pa
13 latij, quorum trium officium colligitur ex ſtilo † curiæ, qui
attẽdendus eſt,de conſtit. ex litteris.ſiue ſit auditor ſpecialis,
in quo forma deputationis attendi debet,ſecundũ Zab. qui
dicit prædicta procedere in dubio,videlicet vt delegatã hẽant
omnes prædicti auditores, quia ipſi non habent certã admini
niſtrationem reſpectu territorij,ſed deputantur perſonis, ar-
gum. cap. pen.de reſtitutio.in integr.ſed licet non deputent
reſpectu territorij,tamen ex ipſis aliqui vniuerſaliter deputan
tur actu,& habitu,vt auditores camerę,& cauſarũ,aliqui ve-
ro vniuerſaliter habitu,& potẽtia,ſed ſingulariter actu, vt au
ditores ſacri palatij,vñ vident habere ordinariã,per not. ſup.
cle. proxima. Nec obſt. ſententia Bonifacij, quia vt apparet
14 fuit ſententia interlocutoria,quæſtus non facit,vt no.in d.ca.

in

in cauſis: vnde dicendum videtur eſſe iſtos auditores, vt dicit
hic domi. Anto. ſecundum quod refert hic Ioan. de Imo. nam
15 †quidam ſunt auditores cameræ, & iſti cognoſcunt & etiā pro
nunciant de cauſis ſpectantibus ad cameram, & de delictis, &
contractibus in curia perpetrantis, de quæſtionibus omnibus
emergentibus, & de his, quæ fiunt inter curiales, & habent
poteſtatem cognoſcendi, & pronunciandi, & ſunt ordinarij,
& de his non loquitur hæc cle. quidam ſunt auditores contra-
dictarum, & iſti cognoſcunt, quæ litteræ debeāt impetrari & cō
cedi, & qui iudices, & in quo loco debeāt deputari, & iſti po-
ſunt etiam ſententiare, & ſunt ordinarij, nec ſimiliter de his
loquitur hæc cle. ſunt quidam alij auditores in curia, qui con-
16 ſtituuntur ad cauſas particulares, & hi dupliciter deputan-
tur, vno modo ab ore proprio Papæ, vt in cauſis magnis &
arduis, vt cathedralium, & regularium eccleſiarum, in qui-
bus communiter dantur Cardinales, vt in capitu. Raynutius,
& capit. Raynaldus, de teſta. & infra eod. cap. in glo. in verbo
a nobis. Et tales non ferunt ſententiam ex generali commiſſio
ne, ſed referunt Papæ poſt concluſionem, & pronunciant ex
nouo mandato, de conceſſio. præben. cum noſtris. ver. audi-
tor. & hi dicuntur habere ordinariam in cognoſcendo, & de-
legatam in pronunciando, vt dicit hæc glo. & hoc potius ex
ſtilo curiæ, procedit quam de iure communi, cum interueniat
ſpecialis commiſſio certæ cauſæ: vnde in totum dici debet de
legatus, per dicta ſup. in cle. proxima. & in illis locū habet hæc
17 clem. ſecundum eum. †Alio modo deputantur auditores di-
uerſi in palatio, quibus referendarius, vel alius vice Papæ in-
feriores cauſas committit, iſti in negocio commiſſo poſſunt
per curſores iuratos curiæ citare partes vel alios in curia vel
extra curiam ad duas dietas ſecundum ſtilum curiæ, vt dicit
hic domi. Anto. dicens hanc glo. etiam in iſtis locum habere,
& quòd iſti ſunt delegati, quod etiam videtur tenere Zab. di-
cens quod hodie iſti auditores ſacri palatij, non cognoſcunt
de aliqua cauſa, niſi ex ſpeciali commiſſione Papæ, vnde dele
gati ſunt, ſecundum Bald. in l. præcipimus. C. de app. videtur
velle, qđ iſti auditores ſacri palatij ex quo eſt certus numerus
deputatus, ſunt ordinarij aptitudine, licet actu delegati, ex
quo de nulla cauſa cognoſcunt niſi de nominatim mādata, vt
18 ibi plene per eum. Nullus tamen iſtorum †auditorum ſacri pa
latij ſententiam tulit, vbi prius cauſa terminata ſit cum alijs
auditoribus, cum ſententiare debeat de conſilio aliorum, & cū
eorum conſenſu vel maioris partis, ſecundum Landul. qui di
cit quod ſi auditores in pari numero diſcordant, recurrendū
erit ad Papam ſecundum ſtilum curiæ, qui ſeruandus eſt, vt in
cap. ex litteris. de conſti. & in cap. quam graui, de cri. fal. vt re
fert hic Zabarel. & Ioan. de Imo. & vide no. in Specu. in titu,
de ſen. prola. §. nunc videndum. ver. cæterum. & hoc in audito
19 ribus à Papa deputatis. ſunt † & quidam alij auditores, qui
deputantur ab Imperatore, de quibus in d. l. præcipimus. ver,
quod ſi a duce appelletur. Et iſti habent ordinariam, vt pa-
tet ex d. l. præcipimus. vbi Barto. hoc tenet, ſecundum quod
20 refert hic Zabar. quidam alij †deputantur ab inferiore à prin-
cipe, & iſti ſunt illi, de quibus in capit. ſuper quæſtionum. §. cæ
terum. & §. porro, de offi. deleg. vt ſunt illi, qui deputantur ad
merita cauſæ, & iſti non dicuntur habere iuriſdictionem, ſed
æquiparantur mero executori, & dicuntur habere notionem,
i. congnitionem ſine iuriſdictione, ff. de re iudic. l. ait præ-
tor. in princip. & vt not. in d. §. porro. ad hoc etiam facit l. no-
tionem. ff. de verbo. ſignificatio. ſecundum Zabarel. hic. In gl.
2. ſuper verbo, Romana curia. in fine. & ſic hæc glo. videtur
21 concludere, quod auditor † extra curiam deputatus non poſ-
ſit conferre, per d. cap. ſuper eo. ad quod etiam facit cap. paſto
ralis. de priuilegijs. & hoc idem tenet hic Landul. & Zabarel,
& Ioan. Calderi. in repetitione cap. mandato. in vltima quæ-
ſtione. ſupra eo. titu. vt refert hic Zabarel. ſed Paul. & etiam
Math. (licet ipſe Math. non ita firmet) tenent contrarium,
22 videlicet q conferre poſſit his rationibus, primo quia† colla-
tio eſt executio pronunciationis iuris debiti, vñ illam facere
poteſt de iure communi quilibet delegatus ſaltem Papæ, qui
poſſit exequi ſententiam, de offic. delega. querenti. & capit. ſi-
gnificaſti. ſecūdo quia eſt connexa & acceſſoria, vñ cui cōmit
titur principale, & acceſſorium, vt in capit. prudentiam. §. ſex
ta. ſupra de offic. delega. tertio quia ſubeſt ratio circuitus eui
tandi, & fortius alibi quàm in curia, vbi facile eſt Papā adire.
quarto vltra Paul. quia nulli fit præiudicium, ex quo pronun
ciatum eſt beneficium debitum, ſecundum Zabarel. quinto,
quia hoc apparet in delegato in cauſa principali, vt in mutuo,
23 vel depoſito, nam iudex† condemnans debitorem ad ſoluen-
dum poteſt capere bona, & inſolutum dare, vt l. a diuo Pio. ff
de re iudic. vt dicit hic domi. Anto. Paul. referendo. nec obſt.
ſecundum Paul. dictū capit. ſuper eo. quia non litigabatur ibi,
ſuper iure debiti, vel non debiti beneficij, ad quod collatio ſe
immediate habet, vt executio: ſed litigabatur ſuper iure pri-
mariæ poteſtatis illorum, qui poteſtatem habent præſentādi,
ad quod collatio ſe non habet, vt immediate executio, cum
ſit dare medium, ſ. ius beneficiandi, quod applicatur ad be-
neficium, ad quod poſtea ſequitur collatio vt executio, & ſic
ibi, de iure debitæ poteſtatis: hic vero de iure debiti beneficij
diſputabatur, quæ ſunt diuerſa, vt dicit hic domi. Anto. item
ibi fuit deputatus auditor, non vt pronunciaret beneficium
debitum, vel non, ſed vt videat ad quem pertineat præſenta-
tio, poſtquam non debetur beneficium præſentato, cum nul-
lum ius formale præſentato quæratur, vt dicit hic Franciſ. de
Zaba. nec etiam obſtat ſecundum Pau. dictū capit. paſtoralis.
quia loquitur in duobus actibus extraiudicialibus, quorum
vno propter perſonam expedito, alterum per ordinarium eſt
expediendum: ſed hic in actibus iudicialibus. Ioan. de Ligna.
hic dicit, quod ſi Papa deputauit executorem, qui ſua vice cō
feret, ſi pronunciauerit debitum, & tunc ſine dubio conferet:
ſi vero commiſit ſimpliciter cauſam audiendam, & idem, &
ſic concordat cum Paul. vt refert hic Franciſ. de Zab. ſed im-
mo, vt dicit hic domi. Anto. ipſe Ioan. de Lign. concordat cū
gloſ. dicens etiam, quod collatio non eſt executio ſententiæ,
24 quia † executio ſententiæ non eſt aliud quàm declaratio ver-
borum ſententiæ, quaſi velit quod executio ſententiæ non ſit
aliud niſi in facto declarare verba ſententiæ. Præterea ſecun-
dum ipſum non ſequitur, hæc etiam eſt executio, ergo ſpecta
ta ad pronunciantem, quia illud eſſet verum, ſi includeretur
ſub ſua poteſtate, vt in l. 1. & pe. ff. de offic. eius. cui mand. eſt
iuriſ. vt refert hic Imo. qui tamen referendo ſuper hac glo. ip
ſum Io. de Ligna. videtur velle, quod ipſe Ioan. de Ligna. ali-
quo caſu concordet cum gloſ. & aliquo caſu cum Paul. nam
dicit ipſe Ioan. de Ligna. quod ſi Papa nullum antea deputa-
uerat ſuper hoc executorem, & tunc audito pronunciato ſu
per iure, an ſit debitum, poterit conferre: ſi vero ante deputa-
uerat executorem, ſed ſit negligens, idem, vt euitetur circui-
tus, & ſic concordat cum Paul. nam licet ipſa collatio non ſit
executio ſententiæ intrinſecè, tamen extrinſece & compræ-
ſiue eſt executio, ſicut dicimus in rei vendicat. quando quis
declaratur dominus, cuius executio extrinſeca eſt poſſeſſio-
nis reſtitutio, cum ſit actus complexiuus ipſius ſententiæ. ſi ve
ro executor non ſit negligens, ſed paratus conferre, & tūc au
ditor conferre non poterat, & ſic concordat cum glo. Franc.
vero de Zabar. tenet hic indiſtinctè opin. glo. per plures ratio-
nes. Primo, quia hæc clem. inducit ius nouum, ergo in ſuo ca-
ſu tantum intelligenda, de elec. ſtatutum in 6. & ſic illa verba
in curia. non ſine miniſterio, ponuntur in tex. Secundo quia
25 collatio†non eſt executio ſententiæ: nam ſi eſſet, qui pronun-
ciaſſet debitum, teneretur exequi, ſi eſſet legatus Papæ q exe
qui teneretur, vt in cap. ſignificaſti. de offic. deleg. ſed hoc hic
ponitur in ſuo arbitrio, vt patet ex verbo, poterit. cum licet
poſſit, non teneatur, ad hoc etiam dictū capit. paſtoralis. de
priuil. & dictum capitu. ſuper eo. Et quod not. in capitu. fina.
de offic. vica. in 6. Præterea alia ratio eſt in deputato in cu-
ria quàm in deputato extra, cum de more auditorum curiæ
26 † ſit dubia communicare cū alijs, quod facere non pōt deputa
tus extra curiam, vnde in deputato in curia ſi pro collatione
accedendum eſſet ad Papam, eſſet circuitus inutilis, cum ve-
riſimile ſit Papam nō reuocaturum factum per collegium au
ditorum, quod ſecus eſt in deputato extra curiam, & ſic non
ſubeſt in eo ratio circuitus euitandi, ſecundum Franc. Zabar.
ſecundum quem non ob. quod dicitur, quod nulli fit præiudi
cium, quia immo fit præiudicium ordinario collatori, vñ ſtri-
ctè debet intelligi, de reſcrip. ad hæc. nec etiam obſtat, quod
collatio eſt executio, quia immo non eſt executio, cum in exe
cutione ſit quod venit ad implendum verba ſententiæ: ſed in
ſententia per quam pronunciatur debitum, nil committitur
de collatione, immo collatio eſt actus diſtinctus ſecundū eū.
Et hanc opi. glo. vt ipſa glo. indiſtinctè procedat, tenet hic do.
Anto. vt refert Imol. quia hæc clem. eſt exorbitans, ideo ad
alium non eſt extendenda, nam vt ipſe dicit, licet collatio ſit
executio pronunciationis iuris debiti, quia pronunciatio illa
cum finem ſui expectet, tamen non eſt executio puri facti, ſed
eſt executio iuris æquè principalis, immo principalioris, qa p
pronunciationem declaratur ius ad rem per collationem ve-
27 ro confertur & creatur ius in re: vnde cum †multiplex ſit exe-
cutio,

cutio, videlicet quædam puri facti conſiſtens in faciendo rē
tradi vel reſtitui, quædam puri factu habentis in ſe annexum
velatum ius inſequens factum translatiue de vno ad alium ſi-
ue noua iuris creatione, vt executio, quæ fit per iudicem de
capiendo bona condemnati in actione perſonali,& dando in
ſolutum creditori,vt l.a.diuo pio.ff.de re iudi.& l.ſi procura-
tor.§.ignorantes.ff.manda.& licet has duas executiones qui-
libet iudex habens poteſtatem exequendi facere poſſit, vt in
dictis iuribus, tamen eſt, & quædam alia executio, quæ non
habet ſe ad ius determinatum, vt executio puri facti, ſed eſt
iuris translatiua in parte reſidentis vel in tertio, & hanc face-
re non poteſt iudex etiam habens aliàs poteſtatem exequen
di,ſed habet cōpellere partem,in qua reſidet illud ius ad trāſ-
ferendum,vt ff.ſi ſeruit.ven.l.legi.& l.ſi prius.ff.de noui oper.
nunciat.nam ſi iudex pronunciat ſeruitutem mihi debitam a
Titio, non poteſt ipſe iudex eam mihi conſtituere, exequen-
do, ſed bene poteſt compellere Titium ad ipſam conſtituen-
28 dum,fallit in auditorem curia †in cauſa beneficiali deputato,
qui eo ipſo quòd pronunciat mihi debitum authoritate hu-
ius clem. conſerre poteſt,& ſic tranferre ius parte vel in ter-
tio reſidente,per quæ apparet,quod hæc clem.ponit ius exor
bitans a iure cōmuni, vnde cum habeat locum in auditore in
curia deputato à Papa, non habebit locum in alio extra cu-
riam deputato,nec in alio quàm à Papa deputato, quod vult
gloſ.ſequens.ſed domi.Ant.vt hic Imo.qui etiam dicit quòd
cum habeat locum in beneficiali, non habebit locum in alia
cauſa, quæ omnia ſunt notanda: nam ex eis patet reſponſio
ad rationes Pauli, quia loquuntur in executione meri facti,
vel facti habentis ius annexum,præterea collatio non eſt ac-
ceſſorium,immo principale,cum conferat ius in re,vt hic ple
ne per domi. Anto.& Imo.ſed aduerte vtraque dicta,quia im
mo videtur dicendum quod collatio ſit executio ipſius ſen-
tentiæ,in qua pronunciat debitum,nam pronunciando debi-
tum, videtur pronunciare conſerendum, & per conſequens
condemnare partem aduerſam,contra quam agitur, ad quā
ſpectat collatio,ſicut in ſimili not.in l. quid tamen. §. ſi arbi-
tr.ff. de arbi. & in l. prima. ff. de re iudi. eſt tamen executio
facti & iuris, cum habeat in ſe iuris trāslationem,cum tranſ-
29 ferat ius in re, ſicut in ſimili dicitur de condemnato †ad dan-
dam certam rem, quia eam dando non ſolum transferet nu-
dam poſſeſſionem,ſed ēt dominium,& ſic eſt executio iuris &
facti, vnde cum ſit executio iuris,ipſe iudex ipſum ius trāſfer-
re non poteſt, cum non habeat, licet bene compellere poſſit
condemnatum ad dandum & transferendum tale ius reme-
dijs iuris:& ſic non ſolum auditor,in curia deputatus ſed alius
executionem habens compellere poterit partem aduerſam
ad conferendum, ſi ad eam petineat collatio iuris remedijs,
vt ſupra,non tamen poterit conferri, niſi ſit auditor in curia
deputatus, qui poteſt conſerre ſtatim ex diſpoſitione huius
clem. quæ cum exorbitet a iure communi, tunc habet locum
in caſu expreſſo, vt dicto capit.ſtatutum.de electio.in ſexto.
Sed aduerte, quia licet exorbitet a iure communi, tamen
habet locum diſpoſitio clem.vbi eius ratio locum habet,cum
appareat mens expreſſa ex ratione expreſſa,& ipſa conſtitu-
tio locum habeat,non ratio,licet ſit exorbitans, vt not. Bald.
in authenti. quas actiones. C. de ſacroſanct.eccleſi. & vt not.
in capit.conſtitionem.de regul.in ſexto.ſed ratio expreſſa ha
bet locum non ſolum in delegato in curia,ſed extra, cum cir-
cuitus euitari debeat, nec eſt præſumptio, quod Papa impu-
gnet,quod eius delegatus,de quo fuit confiſus,diffiniuit: niſi
dicas quod hæc extendatur ex ratione hic expreſſa, ex qua
conſtitutio extenditur, vt no.in clemen.prima,de electio.quę
ratio locum habet in auditore extra curiam, cum non ſit ve-
riſimile Papam impugnare factum per ipſum.In gloſ. in ver-
30 bo, a nobis.ibi, pronunciatio.idem Paul.hic,quia †delegatus
ab alio quam a principe non exequitur ſuam ſententiam ſed
delegans,& hæc eſt communis opin.not.in capit. ſi quis con-
tra clericum.de foro competen.licet Bernar. ibi, aliud teneat
ſecundum Paul.hic,qui hoc quod non exequatur tenet, licet
vt ipſe dicit, declaratio eſſet neceſſaria:ſed hæc ratio non vr-
get,quia collatio non eſt executio,vt ſupra dictum eſt,ſed ra-
tio eſt,quia hæc clem.exorbitat a iure communi, vnde in ſuis
terminis reſtringenda ſecūdum Franc.de Zabar. quod etiam
tenet hic Imol.poſt domi.Anto.vt ſupra patet, qui etiam ex
31 hac gloſ.poſt domi.Anto.notat, †quod factum legati non cen
ſetur factum Papæ, licet quandoque cenſeatur factum ſedis
apoſtolicę, vt plenè not. per Landul. in capit. ſi abbatem. de
electio.in ſexto.& vltra dicit circa illum articulum an ad po-
teſtatem pronunciandi ſequatur poteſtas exequendi, quòd
quædam eſt executio iuris translatiua non habens ſe ad ius
determinatum,vt executio puri facti.& hanc ille, cui eſt com
miſſa pronunciatio etiam habens aliàs poteſtatem, exequen-
di,facere non poteſt directo,niſi ſit auditor in curia a Papa de
putatus, in cauſa beneficiali, vt hic patet, & vt videtur velle
32 hic domi. Anto. vt patet ex dictis gloſ. præcedentis. Eſt † &
quædam alia executio puri facti,vel facti habentis in ſe ius an
nexum,quod ſimiliter declara,vt in proxima gloſ.ſup.& hāc
poteſt facere delegatus principis, vel ſubdelegatus ab eo, ſi
habeat poteſtatem pronunciandi,cum in tales tranſeant etiā
ea, quæ ſunt mixti imperij,vt l.prima.C.qui pro ſua iuriſd.&
vt not. in capit. quærenti. de offic.delega. & per Barto. in l. a
diuo Pio.ff.de re iudic.ſi vero ſit delegatus ab alio inferiore,
& tunc licet de hoc ſint opiniones, vt not. in d. capit.ſi quis.
contra clericum.& per Innocen.in cap. cum ab eccleſiarum.
de offic.ordina.& per glo.& Barto.in dicta l. a diuo Pio.tamē
domi.Anto.hic reprobata opinione Barto.& etiam reproba-
ta glo.in d.capitu.ſi quis contra,tenet opi. Innocen. in d. cap.
cum ab eccleſiarum. ſ.quod poſſit exequi quo ad metas & li-
mites ſuæ poteſtates, & non vltra, vnde exequi poterit ex
communicando vel mulctando, ſed non mittendo te ipſa, l.
properandum.§.ſint autem reus.C.de iudic.vbi eſt caſus ſe-
cundum eum, quod dicit procedere nō ſolum iure ciuili quo
ad ea, q̄ ſunt meri vel mixti imperij, vt eſt miſſio in poſſeſſio
nem, quæ delegari non poteſt vt not. in l. imperium.& in l.
iubere cauere,ff.de iuriſdit.omn. iudic. ſed etiam de iure ca-
nonico,licet de iure canonico hæc delegari poſſunt,vt not.in
cap.quod ſedem.de offic.ordin.nam licet iure canonico poſ-
ſint delegari, tamē illud eſt verum, quando ſpecificè delegan
tur & committuntur,aliàs vero ſi cauſa ſimpliciter eſſet com
miſſa,nec eſſet ſpecialiter demandata executio quo ad actum
immittendi re ipſa,quia cum talia ſint grauis præiudicij,etiam
de iure canonico non venirent in ſimplici commiſſione, vt in
cap.pen.de offic.vica.in ſexto.& ſic in caſu dubij,quādo ſim-
pliciter eſt facta commiſſio,non eſt differentia inter ius cano
nicum & ciuile, ſed in caſu certi, quando conſtat de mente ſe
cūdū do.Ant. vt refert hic Inno.qui tamen dicit forte hoc ve
rum non eſſe,quod hæc poſſint delegari vel demandari, niſi
vicario, vel in caſu neceſſitatis, vel niſi per Papā,quia in alijs
caſibus clare hoc non reperitur, ad hoc facit quod no. in di-
cto cap.pen.& cap.fina.ſupra ne cler.vel mo.in ſexto.& vide
ibi not. & hoc per domi. Anto. & Imo. In ead.glo.ibi,ſuper
quæſtionum.& §.verum.nam cum ſolum cauſa audienda cō
mittitur,non videtur commiſſa pronunciatio, vnde pronun-
33 ciare † non poteſt,niſi pronunciatio cōmittatur, quod proce
dit etiam ſi committatur cauſa cognoſcenda, cum tunc diffi-
nitio non videatur commiſſa,vt tenuit glo.in l.qui procurato
rem dat.ff.de procur. & Bart.in d. l. ad diuo Pio.quod placet
do.Ant. hic dicenti, quod nunquam videtur commiſſa diffi-
tio,ſiue dicatur, cōmittimus talem cauſam audiēdam vel co
gnoſcendam,argum. c. nonne, de præſump.& in l.vbi. C.de
tal.& ita ſeruat ſtilus curiæ, ſiue committatur vnus articulus
tantum,vt d.cap.ſuper quæſtionum.ſi vero committat̄ cauſa
cognoſcenda vel audienda & diffinienda,vt quia dicatur, cō-
mittimus cauſam audiendam vel cognoſcēdam, & fine deli
to terminandam,& tunc idem,vt videatur commiſſa diffini-
tio, & hoc planum, & ita ſeruat ſtilus curiæ: idem ſi dicatur,
committimus cauſam inter tales vertentem, vel cōmittimus
tali vices noſtras inter tales,de offic.delega. ſi delegati. in ſex-
to. & ſupra de offic. delega. ſi pro debilitate. & ibi Innocen.
& per Barto. in dicta l. a diuo Pio. In ead.gloſ.in fine.& ſic in
iſtis auditoribus ſacri palatij,& in auditoribus in curia a Pa-
pa ſpecialiter depuatis procedit hæc cle. vt videtur velle hic
gloſ.quod tenet hic do.Ant.& ſupra dixi in glo. 1. & vide ibi
nota.In glo.ſuper verbo,beneficio.in fin.idem Paul.& Franc.
34 qui ex hac glo.notant,quòd †verbum,beneſitium, in diſpoſi-
tione iuris prolatum compræhendit etiam dignitates,licet ſe
cus ſit in impetrationibus,de præben.in cap.fina. immo plus,
not. ex hac glo. ſecundum domi. Anto.& refert Imol. quod
ius exorbitans & ſtrictum extenditur & ampliatur per iden-
ptitatem rationis ampliando diſpoſitionē ad diuerſum, ver-
bū:ampliat tamen diſpoſitionem & extendit deſtructa ſignifi
catione verbi, ablata eiuſdē verbi, & hoc ideo eſt;quia id qđ
compræhenditur, poteſt eſſe de mente ſpeciali.Et ita dicit in-
telligendum, quod no.ſupra eod.titu. capit. 1. per iſtam glo.
not. quam dicit de facili alibi non inueniri. In glo. ſuper ver-
bo,pebitum,in fi. & ſic glo.videtur tenere,quod auditor, qui
pro-

35 pronunciat † bene appellatũ, vel reuocat caſſationem electio
nis, poſſit cõfirmare, quod procedit, non ex verbis, huius cle-
men. ſed de iure communi, per rationes gl. ſecundum Zabar.
quod videtur tenere hic domi. Anto. dicens idem eſſe in con
firmatione ſententiæ, quia caſſatio & confirmatio ſunt dire-
ctò oppoſita, & vno deducto, eius oppoſitũ à parte aduerſa
deductum vr. ff. de excep. rei iudica. l. ſi inter me & te. & no
tauit Innocen. in cap. cum contingat. de offic. delega. quod nõ
eſt in collatione ſecundum domi. Anto. in poſtulatione autẽ
ſi ſit denegata vel caſſata, & ab hoc appellatum, & tunc vt re
fert hic Lap. dicit ſecus eſſe, quàm in electionem per verbum
36 debitum. hic in text. expreſſum, cum † poſtulatio innitatur gra
tiæ, de poſtul. prælat. bonæ. alij q; verã. gratiam non expectat
per auditorem, ſed iuſtitiam, etiam ſi ſit vicarius Papæ, cum
37 ratione vicariatus † non habeat poteſtatem in contentioſis, de
offic. vica. cap. fina. in ſexto. quod eſt notabile, ſi eſſet verum,
38 ſed vt dicit hic Zabarel. non eſt verum: nam licet † poſtulatus
non poſſit petere beneficium de iure, tamen poteſt officium
implorare tanquam de beneficio quaſi debito, de elec. cupien
tes. ad fin. quæ ſi denegetur, admiſſio ſine cauſa appellari
poteſt, in qua appellatione deputatus cum debeat ſupplere
vices iudices a quo, ſi viderit poſtulationem admittendam, ad
mittere debet: non enim hæc admiſſio eſt ideo vera gratia vt
poſſit ſecundum eam per inferiorem a Papa repelli, de poſtul.
prælat. cap. primo. & pen. ſecundum Zaba. & ſic cum ipſe ſu-
perior admittat, quando eſt admittenda, poterit confirmare
& admittere, non ex vi huius clemen. ſed per rationes gloſ. de
quibus ſupra. In gloſ. in verbo, poterit. in fi. idem Paul. & Za-
barel. ex hac gloſ. notans, quod collatio non eſt executio pro-
nunciati, de quo ſupra ſecundum domi. Anto. hic dicit, quod
forte in practica ſeruaretur gloſ. tamen de iure tenendum eſt,
quòd compelli poſſit: nam licèt hæc cle. vtatur verbo. poſſit,
tamen non vtitur eo, quia velit ponere in poteſtate eius, cum
de hoc non eſſet dubium, ſed quia erat dubium, an hoc caſu
poſſit, in quo caſu ſic reſpondendo non ponit in eis volunta-
39 tẽ ſed poteſtatem, & omne quod eſt in poteſtate † iudicis re-
gulariter eſt neceſſarium. argumẽ. l. vniuer. §. videndum. ff. de
oner. & hono. ſecundũ ipſum vt refert hic Imol. ſed immo ve
tior videtur opi. gloſſatum quia talis collatio non fit vt directa
executio, & ſic neceſſitatem exequendi non inducit. tũ etiam
quia hæc conſtitutio eſt exorbitans a iure communi & ſic in-
telligenda eſt vt loquitur: & ideo cũ loquatur per verbũ po-
40 teſt, quod de ſui † natura non inducit neceſſitatẽ, vt l. ſæpe. ff.
de offic. præſi. non imponit ipſi auditori neceſſitatem: In gloſ.
ſuper verbo, circuitus. ibi, atque executorem. & inutilis, cum
ipſe Papa vel executor nõ cognoſcat amplius de cognito per
auditorem, qui pronunciauit de conſilio aliorum ſecundum
Zabarel. In gl. fin. in fin. & ſic hæc gl. ſenſit quod ex facto ordi
41 narij † beneficium non poſſit affici, quod verum eſt, cum non
poſſit dare ius ad vacaturas, vt in capit. ſecundo. de præben. in
6. immo vltra ſentit glo. quod non poſſit effici debitum, quod
non eſt verum, cum vacante præbenda poſſit dans ius reci-
piendo in canonicum, & promittendo præbendã, vt in capit.
relatum. de præben. & in capit. ſi clericus. eo. titu in 6. non ta
men tunc habet locũ deciſio huius cle. de rigore, nec de æqui
tate, quia ex quo Papa vel habens cauſam ab eo non dedit
ius, nec videtur eſſe in ſua voluntate, quod auditor conferat,
eidẽ committendo, ſecundum do. Anto. qui dicit Guil. & Cõ
po. hanc rationẽ ponderare, ex quorum dictis emanauit hæc
clem. vt hic plene de his per domi. Anto. vt refert hic Imo. ex
quorum dictis, & ex dictis Zabar. & aliorum pro pleniori de
42 claratione, an videlicet † habens poteſtatem decidendi, &
ſententiandi poſſit conferre: concludo, quod ſi deputatus eſt
taliter, quod non poſſit actualiter exequi, vt delegatus ab in-
feriore, & conferre non poteſt, ſecundum domi. Anto. hic, &
hoc voluit ſupra gl. 1. ſi vero deputatus ſit taliter, quod poſ-
ſit actualiter exequi, vt a Papa, vel eius legato, & tunc ſi ab
alio quam ab ipſo Papa ſit deputatus, vel etiam ſit deputa-
tus ab ipſo Papa extra curiam, & non poteſt conferre ex di-
ſpoſitione huius clem. vt tenuit gloſ. domi. Anto. & Zabar. vt
ſupra patet. Si vero ſit deputatus a Papa in curia, & tunc ſi de
putatus ſit ſuper iure primariæ poteſtatis prouidendi, & tunc
conferre non poteſt, etiam ſi verba adijcerentur in commiſ-
ſione, quæ ſeparent tranſlationem huius poteſtatis, cum po-
ſtea improprientur, quando de alterius præiudicio ageretur,
vt eſt caſus in dicto capitu. ſuper eo. ſecundum domi. An-
to. hic, qui ex hoc infert quod ſi Papa committeret cauſam,
an beneficium ſit deuolutum, non poterit delegatus confer-
re, & hoc niſi adijceretur, & ſi appareat deuolutũ, prouideas
vel ordines: cum tũc verba proprie intelligantur, ex quo agit
tantum de iure committentis, non alterius. Si vero deputatus
ſit ſuper iure actuali prout applicatur beneficio ad benefi-
ciũ, & tunc ſi ſuper hoc an ſit ſuum, & ſic ſuper iure, & tunc
licet poſſit exequi, tamen conferre non poterit, quia hoc non
eſſet proportionabile ſententiæ, de fide inſtrumen. inter dile
ctos. & ita vult glo. hic ibi, ver. debitum. ſi vero quæſtio ſit de
iure ad rẽ, & ſic ſuper iure debiti beneficij, & ſuper tali quæ-
ſtione ſit deputatus, vt hic eſt caſus proprius huius cle. & tũc
ſi talis quæſtio ſit inter beneficiandos contendentes de origi-
ne, & tunc in mandato non includitẽ poteſtas, conferendi ma
xime reſidente poteſtate in ordinario, & ſic in tertio, argum.
d. cap. ſuper eo. in ratione ſui. ſed de æquitate huius clem. ſic,
ſecundum domi. Anto. ſi vero quæſtio ſit inter beneficiandũ
& collatorem, & tunc ſi quæſtio ſit ſuper iure deſcendente a
Papa, vel ab habẽte cauſam ab eo, inſtante propria ſola ſingu
lari & vniuerſali poteſtate conferendi, vt quia Papa dedit gra
tiam, vel legatus, & tunc licet de rigore poteſtas conferendi
non includatur, vt ſupra dictum fuit, tamen de æquitate hu-
ius clem. includitẽ, quod procedit, quando in modo commit-
tendi Papa aduocat ad poteſtatem ordinarij conferẽdo, & il
lam non tranſtulit in alium executorem, aliàs vero ſi poteſta
tem conferendi tranſtuliſſet in alium executorem, & tunc ſi
ille auditor in curia, cui committitur poſtera deciſio, ſubroge
tur loco primi executoris, vt quia ab eo applicatur, & per viã
appellationis ſit commiſſio, & tunc procedit hæc clemen. &
eius æquitas; quia ille ſubrogatur ex toto loco primi per ap-
pellationem. & ita procedat dictum Compo. & Guil. in locis
prææallegatis in gloſ. prima. ſecundum domi. Anto. immo, &
tunc poſſet talis auditor conferre de iure communi, ex quo
ſuccedit in tali poteſtate de iure, per not. ſupra in glo. in ver
bo, debitum. ſi vero ille, cui committitur, non ſubrogatur lo-
co primi, ſed alia via Papa aditur pro determinatione, & tunc
ſi executor primo loco deputatus non ſit negligens in confe-
rendo, & ipſe auditor poterit conferre ſecundum domi. Ant.
quod videtur tenere Ioan. de Ligna. vt ſupra dixi. ſi vero ne-
gligens eſſet, tunc dicendum eſt ſecundum ipſum domi. Ant.
ſecundum quod dicitur in ordinario, quando Papa commit-
tendo non aduocat ad ſe poteſtatem ordinariam: nam tunc li
quiſitionis recurret ad brachium ſeculare,id eſt ad iudicẽ ip-
ſarum poſſeſſionum, iuxta tenorem capitu. poſtulaſti. ſupra
de foro competent. aut ſunt eccleſiaſticæ,& tunc aut eſt tan-
ta violentia, quod per ſe non poſſit ſufficere, & tunc per or-
dinem requirendus eſt, primo ordinarius eccleſiaſticus

loci,ſic intelligitur ſup.capit.ſi quoniam,& capit.ſanè,& cap.
paſtoralis,& in hoc caſu ſupradicto.ꝙ per ſe,& per ſuā cenſu
ram eccleſiaſticam ſufficiat,non credit,quòd poſſit tunc inuo
care brachium ſeculare,ſecundum opini. Archid. ſi autē nec
per ſe,nec per ordinarium ſufficit,ſic, quòd cenſura eccleſia-
ſtica vel poteſt operari contra tales,ſic in profundum malorū
venien.ita quod eccleſia non habet vltra quid faciat ſupra de
de indi. cum non ab homine, & tunc erit locus haberi recur-
ſum ad brachium ſeculare etiam per modum ſolennis inuo-
cationis , quæ inuocatio cum epiſcopi delegato cōmiſſa ſunt
ea, ſine quibus negotiū expediri non poteſt dēt fieri, ſecūdū
opin.Hoſtien.& iura per eum allegata,& eſt ſpecialis caſus.in
quo poteſt haberi recurſus ad brachium ſeculare, quia eccle-
ſia non habet vltra quid faciat facit, quia eſt dare caſum tale,
in quo opus armorum neceſſario expedit , videlicet quando
ſine eo negotium expediri non poteſt, ſicut intelligitur opi-
nio Innocent. & iura per eum allegata, cum tamen ipſe vſus
armarum non ſit apud perſonas eccleſiaſticas , ſed loco ipſo-
rum ſunt lacrimæ, & orationes. 23. quæſt.8.clerici,& conue-
nio..ſed petito apud Principes ſeculares & acto tēpore , quo
vtendum eſt armis,inuocandi ſunt aliter, pro vt in d. capitu.
adminiſtratores,in princip.argumen.ſup.de maio.& obedien.
capit.ſolitæ,defectus ergo iuſtitiæ,& ſic neceſſitas vrgens eſt
cauſa dictæ inuocationis,argum.23.quæſt.1.don.Item fauor
fidei eſt alia cauſa.capit.vt officium,allegato, & ſic etiam tra-
dit Archidia.generaliter verum dic.Ad hoc autem in caſibus
ſpiritualibus credit etiam , quod ſi iudex eccleſiaſticus ordi-
narius habeat vtrunque gladium, iuxta capit. dilecto.de ſen-
ten.excommuni.libro ſexto.quod ipſe ordinarius eccleſiaſti-
cus ipſi delegato apoſtolico ſuff. non debet habere recurſus
ad iudicem ſecularem,per iura ſupra allegata, cum iſti ſunt
eccleſiæ infeſti,ideo videtur ꝙ poſſiut inuocari ſine præiudi-
cio,quare cum magno eccleſiæ ſtudio talia ſunt hodie maxi-
me facienda,argum.ſupra de offic.ordina.perniciosam.in fin.
ſecundum Landul.& Geſ.de hoc remittit ad notata in dicto
34 cap.vt officium.Dom.enim tenet ſimpliciter, quod † delega-
tus Apoſtolicus poteſt inuocare brachiū ſeculare eo modo,
quo ordinarius hoc patet , quia maior eſt ordinario propter
id, quod eſt eum ſibi commiſſum, ſupra capitu. ſanè , de quo
aliquid tetigi ſupra capitu. eodem. in nona quæſtio. & capi-
tu.ſi quando , in 3.quæſtio. & ſupra capitu. eod.t. in vltima
quæſtio.libro 6.& per Archidiaco. in capit. adminiſtratores,
& per ipſum Laud.de relig.dom.cap.quia contingit, ſup ver.
contradictores,in clemen.& per Specul.titu.1.§.ſequitur ve-
ro.Sed nunquid per Henricum ſup.capit.ſignificaſti. in t. di-
ſtin.ſed recitat ſolum ibi,Laud.nihil addens opin. Hoſtien. &
an cum modificatione Landul.mihi placet,& vide , quæ ſcri-
pſi ſup.cap.quærenti ad finem.& non plus de hoc.

Septimo quæ.† aliàs quęrit Step.pone executor datus ad
prouidēdū de beneficio cum claus. ſi per inquiſitionem,&c.
executionem huius mandati apoſtolici alteri commiſit ſim-
pliciter,qui alter inquiſiuit,& inquiſitionem cōpleuit, & po-
ſtea ſe abſentauit,poſt hæc vacante beneficio,& ſubdelegato
prædicto ſe abſentante,petit impetrans ab executore , quod
de beneficio ſibi prouideat,dicit executor,ſe non poſſe, quia
commiſit ſimpliciter,& ſic in totum res,quæ non eſt integra,
quæritur,an executor bene dicat,& videtur,quod ſic.argum.
ſup.eod.capit.quamuis,lib.6.& capitu.venerabili. ſupra eod.
ſed in contrarium facit l.penult. C.de pę.da.vide cum ibi no-
tatis &c.ſi ſuper gratia affecta impediri,vel minui cum differ
ri facit,capit.cum plures.eod.titu.& hanc partem tenet Step.
ad contraria reſpondet,quod loquuntur in iure,& facit,quod
ſcripſi in capit.ſi ſuper gratia,in 3.quæſt.

35 Octauo quæritur † nunquid executor datus cum clauſu-
la , vt moueat, & inducat , non habens mandatum aliud pro-
uidendi , vel compellendi , poteſt epiſcopum compellere ad
prouidēdum,videtur, quod non,quia verbum, inducas,alias
inducat,non videtur importare coarctationem.de ſenten.ex
com.capitu. ſi vere,ſup.de ſepul.cap.fina.de eo,qui cog.con.
vxo.diſcretionem,ſed contra videtur , quia per hanc clauſu-
lam videtur dari iuriſdictio,aliàs reſcriptum periret,ſi epiſco
pus nollet,quod eſſe non debet,vt Inſti.de iur.natu. §.ſed ꝙ
Princip.item quia per verbum moueat,datur monitio ꝑ ver
bum inducat , cohertio, quia ſunt extrema copulatiuè , quæ
ponantur inter diuerſa,vt ſupra de probatio.licet, & hāc par
tem tenet Matthæ. non obſt. capitu.penult. de coniugio le-
proſorum,quia loquitur de comparatiua prouiſione,nec cap.

diſcretione, quia mulier non potuit compelli intrare religio-
nem,nec obſtat capit.veniens.eod.titu.quia loquitur in foro
pęnitentiali Ligna. recitat,ſi nihil addit neque eligit,ſed verè
36 nō placet mihi,quia † reſcripta ad bñficia ſunt ſtrictè interpre-
tanda de præben. quamuis, libro ſexto. modo hic fieret lata
interpretatio contra ſignificationem , quia videlicet litteræ
ſolum monitionem ad vim executoriarum traherentur, nam
non capio , quod propria ſignificatio huius verbi inducat ſic
iſta regu. compellat , ſed eſt iſta regu. perſuaſiuè, adducat ſe-
cundum communem intellectum, qui ſequendus eſt, vt ſupra
de ſponſa. ex litteris.

37 Nono quærit Lapus , ibi , ſi reperieris, † vtrum cauſæ co-
gnitio neceſſario pręcedere debeat prouiſionem,& dic,quod
non,ſufficit enim,quod ita ſit,ſecus,ſi diceret, ſi ſibi conſtite-
rit,quia tunc præcedere deberet cauſæ cognitio,hoc denotat
verborum ſignificatio: nam reparare eſt ſcire,& de re perdita
ſi conſtet,eſt apertum,& certum.vnde primum poteſt eſſe ſi-
ne cauſæ cognitione,ſecundum non,immo partibus vocatis
conſtare dicitur,& idem hic ſentit gloſ.ſed intellige quod di-
cit de cauſæ cognitione de illa.quæ fit parte præſente,vel vo
cata.argumē. ſi per vim, vel alio modo.l.fina. inquiſitio enim
aliàs eſt neceſſaria propter conditionem,quæ mandatum in-
format,vt legitur,& notatur infra de conceſſio.præben.ca.1.
iunge omnino ad iſtud,quod dicam infra in fine vltimæ ſup-
pletionis.§.ſed nunquid.& quęſt.13,

Decimo quæritur , quid ſi Papa commiſit epiſcopo, quod
diſpenſaret cum quodam illegitimo , quod poſſet ad ordines
omnes promoueri , & obtinere beneficia eccleſiaſtica non
curata,ſi eum reperierit idoneum , & incontinentiæ paternæ
non imitatorem , nunquid poterit alij committere ? refert,
quod in conſilijs Rotæ quidam dixerunt,quod non,per capit.
quoniam ſupra eod. alij vero contra pro eo , quia cum cauſæ
cognitione mandatur,nam tunc propter cauſæ cognitionem
annexam, cēſetur tunc non nudus miniſter,nec alias conſtat,
quod perſonæ induſtria ſit electa,intelligitur enim capit.quo-
niam.quando nudum miniſterium diſpenſandum ſine qualicū
que cauſæ cognitione eſt commiſſum , vt ibi notatur per In-
nocent. & Hoſtien. contra fin. alij vero dicebant , quod licet
tunc cum committitur cum cauſæ cognitione,ſeu inquiſitio-
ne,poteſtas diſpenſandi ea quæ ſunt cauſæ cognitionis com-
mitti poſſint: ea tamen,quæ conſtituūt factum cōmiſſæ diſpē
ſationis, cōmitti non poteſt& ſic dicebant dicto c.qm̄.& nota
ta hic per Pau. & alia non dicit,& licèt iſta decre.multū faciat
pro opinione ſecunda,tamen vltima ſecurior eſt, per ea, quæ
38 ſcripſi ſupra in quæſt.4. maxime quia † diſpenſatio,quæ eſt iu
ris communis relaxatio , habet ex canonis diſpoſitione perſo
næ induſtriam præelectam tacitè annexam,ſeu ſubintellectā,
per d. cap. quoniam.in fine, quod non fit in prouiſione bene-
ficij,ratio diuerſitatis,quia primum eſt contra ius , ſecundum
pręter ius,primum grauius, & per conſequens cautius eſt in
eo conſulendum,arg.ſup.de elect.c.vbi maius.lib.6:

39 Vndecimo quæritur † vtrum epiſcopus ad tractatum fa-
ciendum cum capitu. ſuper alienatione rei eccleſiaſticæ,vel
vnione facienda poſſit alij committere, vt ille tractet cum ca
pitulo ſuper vtilitate,neceſſitate, vel experientia,& eius alie-
nationis , vel vnionis , & ſibi referat , & ſic habita eſt relatio
per qua capitulū reputabat alienationem, vel vnionem,debe
re fieri,& iuſtas,& rationales eſſe cauſas tali alienationi , ſeu
vnioni,ſuā authoritatē,ſeu decretū interponat,& eam faciat
ſine aliu tractatu in ſua pſentia habito,talis alienatio,vel vnio
teneat,& referat,ꝙ in cōſilijs Rotę qdā dixerunt epm hęc nō
poſſe,aliàs potuiſſe cōmittere,& ſic alienationē , ſeu vnionē
homini nō valere,quia talia ſunt ardua,& in his videtur a iu-
re electa idustria pſonæ,ut ff.de ſolut.l.inter artifices.l.ſi.§.itē
adijciendum,& C.de præd. mino.l.minorum , cum concord.
ibi alleg.pro hoc arg.C.de pondera.& au. illa.l.1.C.de exac.
tribu.l.iuſſi opinatores 2. & 3. reſponſo. lib. 12. ff.man. l.di-
ſtrahendorum in fine.ff.de rei vendi.l.in fundo.ſup.de procu
rato.capitu.fina.libro 6.pro alia parte allegabatur textus de
tranſactio. l. cum hi. §. ſi prætor. verſicu.ſed nec mandatum.
ff.de offic.procon.l.nec quicquam.§. vbi decretum,dic tamē,
ꝙ maior pars auditorum dixerunt contrarium,quia hoc non
reperitur prohibitū, argu.d.§.geſſiſſe,itē qa ex quo tractatua
dēt ſibi referri, ipſe dixerit, an deliberatio fuit bona, & cā re-
quiē, & nō aliter, & per hoc ſatis tollunē cōtraria,quia aliena
tionem ipſam,& vnionem per ſe expedit.argumen. ad hoc in
ratione ſupra, capitu. eodem ſuper quæſtionum. §. intentio-
nes.

nes.in fine.& capit.re. capit. ſi pro debilitate,pro hoc allega-
batur text. ff.de re co. l.magis puto.§. ne tamen titulo.ibi da-
40 re viatorem &c.& pro hoc quia † de iure canonico etiam cau
ſæ meri,& miſti imperi ſunt delegabiles,vt dixi ſupra, & ple-
ne in capit.quod ad ſedem,& capitu.in archiepiſcopatu, alle-
gato,& ſupra eodem capitu. licet.libro ſexto. faciunt notata
Innocen.de reli. do.conſtitutus ſuper verbo,conſtitutionem,
& hoc placet.

Supple gloſſas.prima gloſſa dicit quid primum,& quid ſe-
cundum dictum determinat , & ponit differentiam inter iu-
dicem, & examinationem , vel nudum miniſtrum. Gul.& in
ead.ibi,ſed qualiter,& de teſti.cauſam, & quod ibi ſcripſi ſu-
per gloſ.quia ſi Ioann.Andr.additio.& ibi poſſunt teſtem ſu-
pra,de crimin.falſi.capit.primo. Cald.& ibi ſubdelegat. ſupra
capitu.ſi paſtoralis.Cald.idem in eadem gloſ.ibi,ſed qualiter,
quod notat Innocen.de dolo.capit. venerabilis,& capitu.cum
Bertholdus,alleg.Paul. & ibi,quia receptis, ſubaudi per dele-
gantem examinantis,& ibi,die feriata,ſub.ſi teſtis iurauit die
non feriata.Panorm.ſecundum Guliel.quinta notauit in Spe
cul.de fe.§.ſequitur.verſi. quid ſi teſtis qualibet.Pau.& ibi, re
ceptor , ſubaudi deputatus p Papã , ſecus ſi ab ordinario,niſi
expreſſe in reſcripto ſit data poteſtas de conſtitutio.capitulo
primo.de quo dic per Landu.& ibi,à Principe , ſecus ſi ab in-
feriore.& hoc verum,ſi examinationem articulorum, vel ali-
quid aliud cauſæ cognitionem continens,committeret : nam
hoc non poſſet deputatus ab alio,quàm à Papa,examinatio-
nem autem ſolam teſtium ſuper articulis , per ipſum delega-
tum ab ordinario receptis,talis delegatus committere poſſet,
quia talis examinator non eſt, niſi ſimplex auditor , ſcriptor,
& relator vt dicto §.porro.vbi de hoc,& in hoc Laud.& Pau.
& Geſ.concordare videtur,tales enim non habent veram iu-
riſdictionem,ſed quandam cognitionem,& non iudices, ſed
cognitores,executores dici debent,& de iſtis plenè dixi de re
ſcript.auditor in præſen.Laud.in examinatione de quo ſupra
promiſit, & talis ei non poteſt committere,vt ibi,& ibi in exa
minator idem. Paul. per omnia,& latius,& idem etiam Geſ.
dicit etiam Paul. quod receptor,de quo loquitur iſtud capit.
notificare habet , quanta fides ſit adhibenda,argumen. ff. de
teſtib.l.inde fideiuſſo.capitu.conſtitutus, & de proba. licet,&
remittit ad notata Innocen.de probatio. quoniam. & Specul.
de teſtibus.§.nunc tractandum.verſic. hos autem articulos,&
aliorum ſup.de teſtib.præſentiam.lib.6.

In gloſſa ſecunda.ibi,ſed criminale,ciuiliter motas,ſic non
obſtat ſupra cap.venerabili. ſecundum Paul.& Ste.Cald. du-
bito,quod hic deficit littera negatiua,præterea,quæ ſcripſi ſu
pra eo.cap.3.3.quæſtio.in princip.& ibi delegari,puta,per Pa
pam,vel ordinarium,ſecus in delegato,de quo dixi in 3.quæ-
ſtio.in gloſ. ſed nunquid. primo quærit,& arguit pro , poſtea
ſubdit multiplices opiniones.Inn.vltimo dicit patere ſolutio-
nē quæſtionis Ioan.And.addo item in ead.gl.ibi,vocatas,di-
cit quod non,iuxta notata Innocen.de tranſlat.capit.licet, vt
dixi in expoſitione ſuper ver.ſi per inquiſitionem,& ibi quo-
rum intereſt,puta clericis illius eccleſiæ,vel ordinario proui-
ſore , vt colligitur ex ſequentibus , & ibi debet vltra.vbi vide
Innocen.ad intelligentiam horum,quæ hic notantur,quia ibi
nimis decidit , horum tamen ſummarius intellectus , eſt iſte,
quia iſta poteſtas,data executori refertur ad modum , vel ad
factum,nec eſt alias ſubintellecta de iure communi, & tūc po
teſtas illa eſt conditionalis,non monitoria, vt ſi dicatur , ſi eſt
doctor doctorū, vel ſi eſt de tali vico, & ſi ea non verificata,
prouiſio poſtea facta,non tenet,aut illa poteſtas , data execu-
tori refertur ad modum,vel factum de iure canon.ſubintelle-
ctum,vt ſi dicatur ſi ſit idoneus,vel qd̄ ſimile, & tunc illa po-
teſtas monitoria eſt,non conditionalis,& tunc ea non verifi-
cata,nihilominus tenet prouiſio poſtea facta ſecundum Pau.
Cal.ſed caue,quia iſta verba reputo dubia,& periculoſa,ideo
dic,vt dicam in dicto ca.dudum,& ibi quare tunc teneret pro
uiſio facta indigno , circa quod vide notata Innoc. de excep.
capitu.dilectos : nam quædam eſt indignitas , ſuper qua non
conſueuit Romana curia diſpenſare,ſicut cum pœnitus.de tē-
po.ord.nullus,in princip.lib.6.eſt alia indignitas contra quam
diſpenſat,primam ponderat executor,ſecundam non,ſecun-
dum Pau.Cal.miror ſatis,quod vbi eſt,requiritur expreſſa di
ſpenſatio,argum.eorum,quæ leguntur,& notantur de præb.
non poteſt lib.6.vide Gem. notata Inno.de conceſſio. præbē.
cum noſtris , & Compo. de elect. quod ſicut,& quod ibi ſcri-
pſi,& quod legitur,& notatur de accu.cap.accedens dicam in

cap.dudum, de præſumptio.alleg.& ibi, dicit tamen Innoc.
ſupra eod.titu.& ibi,merum miniſterium,vide hic, quod no-
tatur ſupra in glo.1.& ibi,vt ibi notant Innocen.& Hoſt.nam
ibi dicunt etiam hoc caſu,ſi appellatum non fuerit in quos res
tangit,& poſt decem dies poterunt opponere quicquid volūt
contra prouiſionem, vt ſupra de appell.conſtitutus enim. §.ſi.
ſed inquirendo de meritis perſona , & demum prouidēdo iſtis
is,quos res tangit,adeo præiudicabitur,quod niſi infra decem
dies appellauerint , non ſunt contra ipſam vlterius audiendi.
41 †Item ſi vocati fuiſſent,& cōtumaciter venire recuſaſſent, nā
tunc etiam non audirentur appellantes.2.quæſt.6.quorum,&
24.quæſt.3.de illicita ad finem,Cald.& ibi,commiſſum,vt pa
tet in eo,quod legitur,& notatur ſupra cap.paſtoralis.§. quia
vero,Cal.& ibi,cognoſcat, vide ar. 26.quæſt.2.& ſi nō cogni
tio.ibi, non deffiniatur,& quod notatur de accuſa.ca.cum op
porteat.§.diſtractionem.in glo.ante penult.Cal. & ibi dubiū,
42 quia† delegatus ab alio,quam a Principe non ſubdelegat. ſu-
pra cap.penu.& l.a iudice,allegata,& vt ſcripſi in d.capit.pa-
ſtoralis.dicunt quidam inſpiciendam eſſe conſuetudinem ver
borum,in quibus forte delegans deſignat ſe paratum eligere,
& ſic tranſit in veram commiſſionē miniſterij non, tranſmiſ-
ſibilis:an vero ſi tale,quod communiter per alios ſic experiri
conſueuit, ſicut eſt teſtes recipere,excommunicare, & abſol
uere,& tunc tranſeat ad ſucceſſorem,aut non communiter p
alios expedire cōſueuit,ſicut eſt prædicare crucē,iungere pœ
nitentiam,diſpenſare cum irregularibus, & hinc non trāſeat,
43 † nam in prædicatione requiritur,quod perſona ſit potēs ope
44 re,& ſermone,argum.ſupra de vo.cap.magnę.§. vero.† in pœ
nitentia vero requiritur,quod ſit diſcretus,ca.quantus. de pę.
45 & remiſſi.cap.onus.§.ſacerdos.† in diſpenſatione etiam requi
ritur,quod non ſpectet in theſauris pecuniæ,ſed quis eſt hic,
& laudabimus eum,ad quod facit ſupra eod.cap.is cui. lib. 6.
alij indiſtinctè dicunt , quod ex quo certum miniſterium eſt
commiſſum,quod dictum ſit illud nec cōmitti alij poteſt, nec
ad ſucceſſorem tranſit,ratio quia ille,qui commiſit hoc facit,
& ideo ad alium non tranfertur,ſed proxima diſtinctio in hac
quæſtione notabilior.Cald.vide omnino quę ſcripſi ſup.eod.
capit.quoniam. in 6.quęſt.& ſupra cap.is cui.in 4.quæſt.& ex
hoc,& illis duabus gloſſis elegit bonā doctrinam.vide tamen
omnino quoad materiā huius gloſſæ notata p Paul. infra de
conceſſio. præben. cum ei.quem autem voluit dicere Lapus
in clauſ.ſi ſibi conſtiterit,quæ ſonat in conditionem , quod ſi
alteri per eam præiudicetur,iudex eſt talis inquiſitor, & habe
tur cauſæ cognitionem præmittere,& per conſequens partes
vocare,ſed ſi alteri non præiudicetur , non eſt neceſſe partes
vocare,quod reputo verum,& probabile dictum , iſtud dictū
ſic modificatum eſt veriſſimum per id, quod notarunt glo. &
Lau.infra de cenſi.cle.præſenti.ſuper.conſtiterit.vide tamen,
quod ſuper his latius ſcribam.1.cap.q.13.

Duodecimo quæritur,pone,quod per Principem delegata
46 eſt cauſa meri imperij quæritur, †nunquid poterit delegatus
ſubdelegare.gloſ.qui pro ſuo iuriſdictione.l.vna,tenet, quod
ſic per illam.l.& per l. a iudice.& Butriga.ibi dicit , non rece-
dendum a glo.quia vſus non eſt contra eam,& quod vt dicit
vbicunque gloſ. firmat pedem ſeruari debet , niſi ſubſit vſus
contrarius,quia tunc receditur ab ea per contrariam cōſuetu
dinem,ſed Iacob.& Pet.dicunt contrarium,nam ſicut ille me
rum , vel mixtum imperium a l.non poteſt illud delegare, ita
nec ille, cui commiſſum eſt a Principe, quia eadem eſt cauſa,
ſcilicet electæ induſtriæ, & maioris fiduciæ inducunt epiſto-
lam liquet , circa finem. C. de ſumm. trinit & vt ibi notatur
per Berth.in 4. quęſt. verum quia de iure noſtro omnia ſicut
delegabilia ordinarius, vt ſup.tetigi non procedit de iure no-
ſtro prędicta quæſtio.& ideo oportet dicere , quod delegatus
Principis tantum poteſt,ſicut ordinarius illam ſubdeleget , vt
ſcripſit Ioann.in addition.Specu.eod.titu.§.accipi poteſt,vbi
etiam proſequitur materiam ſecundæ,& maxime quęſtionis
capit.hi.in dicta l.vna.

Decimotertio quæritur,pone in forma : dignum arbitra-
mur,mandatur executori,quod hoc modo de ſufficientia im
petrantis inquirat , quod ſi reperiat eum ſufficientem ſuper
quo &c.tuam conſcientiam oneramus,prouideat ſibi &c. nū
quid talis ſubdelegare poterit, videtur,quod non,tū quia inq
ſitio ſibi cōmiſſa eſt,tū quia oīs induſtria electa eſt.ca.qm̄.§.is
aūt,& §.cęterum. ſup.eo.argum.tenet cōtrariū p iſtā decre-
47 talem,quia quoad primū†id, quod committitur pncipaliter,
non eſt inquiſitio , quæ eſt de natura ſua delegabilis , & non

inquiſitio ponderanda eſt.argumen.ff.de auct.tut.l.prima.in princip. immo inquiſitio alias delegabilis, ſit hoc caſu delegabilis ratione prouiſionis,cui accedit,quæ de natura ſua delegabilis eſt.,argum.ff.ſi quis cau.l.ſi eum.§.qui iniuriarum.& ſupra de conceſſio. eccle. vel alta.capit. vno.lib. libro 6.de re iud.acce.eodem libro.ſecundum eum,vel dic & melius,quòd quando inquiſitio ſpecialiter, & principaliter demandatur, & eſt ex officio facienda, & concernit publicam vtilitatem, puta quia tendit ad correctionem perſonarum, vel reformationem eccleſiarum,tunc non eſt ſubdelegabilis, & ſic intelligitur capit.quoniam,allega.ſed aliàs bene eſt delegabilis, niſi conſtet aliàs de certo quantum ad hæc perſonæ induſtriam eſſe electam.& ſic proc dit,quod hic habetur. Quantum vero ad ſecundum dicit M. quod quando id exprimitur, quod alias tacitè intelligebatur, & eodem modo intelligitur, ſicut ſubintelligebatur eius expræſſio, non ſignat electionem eſſe induſtriam commiſſarij,quia commiſſariam forſan non inducat,induco extra eum.ff.de tutel.l.mitto.§. tutoris. de le. primo.l.ſi.de condi.& dem.l.conditiones extrinſecus & tñ eſt ſecus,&quod notat Io. ſupra de electio.c.in electionibus,& deſpon.capitu.primo.libro ſexto. modo dicit, quod onerando conſcientiam eſt onus graue, & eſt ſicut clauſula iuſtitiam facias, in mandato adiecta, notat Innocen. ſupra capitu. prudentiam,ſed ſecus eſſet,ſi id.quod tacitè ſubintelligebatur,exprimitur alio modo,quàm ſubintelligeretur,quia tunc dat formam,& facit conditionem,induco extra eum.ff. de leg. t. l. ſi ita §.illi ſi volet,& de condi.& dem.l.nonnunquam,& de reg. iur.l.actus legiti.& ex hoc inſert, quod conditiones illę, ſi eſt idoneus, vel dignus, vel ſi vacat beneficium, de quo prouideri mandatur,ſi exprimantur,non faciunt mãdatum magis cõditionale,quàm ſi non apponeretur,nec illi dant formam nouam:ſed ſi ſunt talia,ſine quibus gratia valere,vel mandatum impleri nullo modo poſſit, quod tunc ſcire exprimatur, ſiue non,earum defectus reddant gratiam, & mandatum ipſo iure nulla,& omnia quæ ſequuntur ex illis,argum. C. de legi. l. non dubium.& ſupra de præben.capit.fin. ſicut eſt defectus dignitatis,vel idoneitatis perſonæ, reddens ipſam inhabilem ipſo iure,ſicut labes hæreticæ prauitatis.ſupra de hæret.capit. quicunque,& capit.cum ſecundum libro ſexto.& inuaſio epiſcopi,vel Cardinalis,de pœnis.capitu. ferias, & capitu. ſi quis ſuadente,libro ſexto.& in clemen.vel defectus vacationis. ſupra de conceſſio.præbend.capit.primo & ſecundo. vel modi vacandi.ſupra de reſcript.ſuſceptum,eodem tit. vel defectus clericatus.ſupra de reſcript.adeo.argum. eorum, quæ dicam de cleric. coniuga. ſcilicet diuiſis,ſed ſi ſunt talia, ſine quibus gratia valere,vel mandatum impleri poteſt, quæ aliàs tacitè omnino ſubintelligantur, & non exprimuntur, niſi per illum modum,per quem ſubintelligebatur, & tunc earum defectus non viciat,nec annullat gratiam,vel mandatum ipſo iure, vt defectus dignitatis,vel idoneitatis perſonæ, alias tamen non inhabilitat ipſo iure,& ſic procedunt notata Innocen.de conceſſio. & de exceſ. prælat. capitu. inter dilectos, nec per modum exceptionis contra iam prouiſum. vt dicto capit. inter dilectos,& de conſtitutis,niſi committeretur infamia, & de illa exciperetur,vt in capitu.accedens allegato, ſed bene contra non prouiſum competeret exceptio commiſſionis, impetrans promouendum, licet non deijciens iam promotũ, prout late ſcripſi poſt Innocen.& Compo.ſupra de electio.capi.quiſicut.inferas tu,ſed etiã, quod ſint conditiones expreſſę,aliàs non ſubintelligebantur, vel non ſic ſubintelligebantur, ſicut exprimuntur,vel per alium modum exprimuntur,quod ſubintelligebantur:alias ſi ſubintelligerentur,faciũt tunc gratiã, ſeu mandatum conditionale,vt ſunt illæ conditiones, vt ſi eſt doctor, vel de tali loco, vel bene cantat, & ſic de ſimilibus, quod intellige tamen hoc modo,quia aut loquimur reſpectu mandati,ſeu gratię,& effectus ſui in ſe,aut loquimur reſpectu inquiſitionis per executorem gratiæ, vel mandati ſuper huiuſmodi conditionibus fiendę. Item quia, aut loquimur de conditione, quæ eſt de præſenti, vel de præterito, aut de illa, quæ eſt de futuro. Quo autem ad prima membra ambarum diſtinctionum dici poteſt, ſi veræ ſunt tales conditiones,ſtatim valere gratiam, & mandatum,niſi alia habeant impedimẽta:ſed ſi falſæ ſunt,ſtatim a tempore etiam a quo emanarunt gratia,& mandatum huiuſmodi ſunt inualida, & inefficacia ipſo iure,licet aliàs tales conditiones gratiam nõ faciant conditionalem, nec mandatum. argum. ff.ſi cert. peta.
48 l. cum ad præſens cũ duabus ll. ſequentib.& cõcurdant.†ſed ſi conditiones eſſent de futuro contingenti, tunc redderent proprie gratiam, & mandatum conditionalia, licet regulariter ſit verum quòd talia per inferiores,concedi nõ poſſunt, argum.capit.in electio. alleg. & ſic nec per Papam ſic concedi non debeant, argumen. C. de legiti. digna. licet concedi poſſint ſic per eum, argumẽ. dicti capitu. propè ſint, ſed ſi conditiones de præſenti, vel de præterito adiecto mandato habeant formam inquiſitionis annexam,vt quia dicitur ſi per ſolitam inquiſitionem eum reperieris eſſe vitæ laudabilis, tunc facit conditionem, & dat nouam formam in mandato, non ſi quidem conditio de præſenti,vel de præterito, adiecta mandato vt dixi ſup.ſed ſi conditio de futuro,videlicet in futura inquiſitione in futurum conſiſtens, illa etiam eſt de futuro contingenti,qui poteſt inquirere,& non inquirere,& inquiſitione aliter & aliter reperire, vt probatur per Pau. in clementi.dudum,cum cap. quem,in primo reſponſo allegato,licet nulli alij q huiuſmodi inquiſitione iudicantur,ſunt vocandi, ſi aliud non cantatur in reſcripto, vt prædixi, ſaluo eo, quod notaui de clauſula,ſi tibi conſtiterit,ſupra capitu.in quęſtio.nona,& ſi nullam formam inquiſitionis habeant tales cõditiones, tunc inquiſitio fienda ſuper eis in nullo mandatum afficit,immo executione facta tali inquiſitione obmiſſa bene valet, dummodo defectus conditionis re ipſa effectum mandati non impediat,quod dic,vt ſcripſi ſupra nono vel ſicul. & ex hoc inſert,quod conditiones illæ &c. procedunt maximè vt per notata per Innocen. in cap.dudum allegato.vult enim dic.Innocent. quod hoc tali ex defectu inquiſitionis habitæ ſuper illis non redditur prouiſio nulla ſub lau. dummodo ex defectu exiſtentes,vel aliàs alio modo impediri valeat,ſed de hoc latius dicam in capitu.dudum,allega.Qualiter autem gratiæ, vel perſonæ ſe opponens perpetuo contra perſonam, vel ſ[illegible]tiam,crimina,vel defectus,audiri debet per executorem, & qualiter impedire poteſt prouiſionem fiendam per executorem, vel prouiſionis, iam factæ executionem, dixi poſt Innocent.& Compo.in capit.quod ſunt,& tam graui ad huc in proprijs locis,ſcilicet in capitu.conſtitutis,capitu. propoſuit,& in capitu. accedens, & capitu. inter dilectos,allega. qualiter autem poſſeſſio collata alterius impedit impetrari litteras, vel impetratas ſubreptitias reddere, & qualiter in prouiſione fienda per executorem,neceſſe eſt, vel non eſt, vocari poſſeſſorem, dicam etiam in proprijs locis de præben. de multa,vbi tangitur per Innocen.de conceſſio.præbend.capit. cum noſtris,repetita per Cal.& c.litteras.& de prę̨b. licet epiſcopus,lib.6.ſed iſtas remiſſiones facio pro gratificando repetentibus,volentibus materias ampliare.

Decimoquarto ne obliuiſcar alias quod heri fuit tantum in conſilijs Rotæ, quærere occaſione eorũ,quæ dixi de materia executoris,& iudicis,aliàs executorum,& iudicum.pone, cauſa pendente ſuper eccleſia parrochiali inter B. auctorem, & G.poſſeſſorem coram Palatij Apoſtolici cauſarum Auditore, moritur G. & poſt hæc B. obtinuit gratiam, & mandatum ſubrogationis fiendæ a Papa,per quod mandatur Auditori cauſæ,quod ſubroget ipſum B. in omni iure, & ad omne ius quõdam ipſius G.qđ in dicta eccleſia,ſeu ad dictam eccleſiam tempore ſui obitus competebat,& ipſum B. admittat,& admitti faciat ad litem, & litis proſecutionem in eo ſtatu, in quo remanſerat tempore obitus prædicti G. modo quæritur de tribus, an ſtatim ſubrogare debeat, vel an debeat ſubrogatio vſque ad ſententiam differri,& per ſententiam expediri. Secundo ſi debet differri, aut voluntariè differtur, & poteſt nihilominus ante ſubrogationem, & ſtatim ſubrogandus admitti ad cauſam,& an ſuper admiſſione requiritur ſententia, vel nunquid valet proceſſus,cum eo habitus ſine admiſſione verbali,& expreſſa. Tertio vtrũ per dicta verba, in omni iure,& ad omne ius,debeat etiam ad poſſeſſionem, maxime incontinenti,ſubrogari cum ſeq.Circa primum vero dubium, plures dixerunt poſſe, & debere ſtatim fieri ſubrogationem, & ita peccat auditor cauſæ, & ita vidi tempore meo
49 fieri per plures.ratio eorum eſt, † quia forma mandati diligenter eſt ſeruanda,vt capit.cum dilecta.& capitu. piſanis,allegatis,modo ordo verborum dat mandato formam ſupra de prę̨ben.cum mandato,& de electio.capit.penulti.libro 6.argum. ff.de vſufruc.l.quotiens,cum ſimilibus.modo primo ſecundũ ordinem verborum dicitur,quod ſubroget.ſecundò dr̃,quod admittat illũ ad cauſam &c. vt ſup. vel neceſſe eſt, qđ fiat primo, vel ſaltem poteſt fieri primo ſubrogatio. ſcđo ad idẽ,quia nõ admittunt̃ ad litis proſecutionẽ, niſi illi quorũ intereſt, vel

donec

donec interſit,ar. 2. q. 6. non ſolent cum ſimilibus, modo do-
nec talis ſit ſubrogatus non videtur poſſe prætendere intereſ-
ſe,ſupra facit,quia vbi quis non poteſt admitti ad actum iuri
ſub certa qualitate, illam oportet præcedere, de electio. du-
dum. t. cum ſimilibus,modo talis non videtur poſſe admitti,
niſi ſub certa qualitate prima,quæſt.ſuccedens in locum mor
tui quod nõ poteſt dici ante ſubrugationem,vt videtur quod
50 facit,quia † vbi quis vult admitti ad proſecutionem lite pen-
dente, oportet, quod primo doceat de ſuo intereſſe,vt ſupra
de teſtib. veniens enim.in contrarium tamen induxi, quòd
actus iudiciales non debent fieri ſub conditione, vt ff. quan-
do appell.ſit,l.prima.§.vidimus,neque pure ſuper re dubia ſi-
ne prima cauſæ cognitione, vt ff.de re iudic. l.de vnoquoque
autem.ergo ſubrogaretur talis ſub conditione, & vis habuiſ-
ſet ille, in cuius locum fieret ſubrogatio, & hoc eſſet contra
primum dictum: aut purè, & hoc eſſet contra ſecundum di-
ctum, quia vſque ad ſententiam finem controuerſiæ impor-
tantem vt ff.de re iudica.l.prima.ſemper propter conditiones
partium iura vniuſcuiuſque earum dubia ſunt.argum.ff. qui.
ad lib. procla. non licet. l.tertia, nec valet dicere, quòd quo-
ad hoc procedat, vt executor,non vt iudex, quia ſibi manda-
tur vt iudici,& qualia ſunt ſubiecta, talia non permittunt eo-
rum prędicata,argum. ff.loca.ſi vno anno. Præterea, quia ea,
quæ requirunt cauſæ cognitionem,ſi fiant de plano, hoc eſt
ſine cauſæ cognitione,& iudicialiter non procedunt.ff. de of-
fic.procon.l.nequidquã.§.vbi decretum.modo an gratia ſub-
rogationis ſit canonica, vel requirat cauſæ cognitionem:nam
in huc fundatur magna pars,immo quod totum ius ipſius im
petrantis,& patet,quia contra,cum multiplex ſubreptio per
partem aduerſam opponi poteſt,ex veris tacitis, aut falſis ex-
preſſis,aut ex inhabilitate impetrantis.de quibus ita bene de-
bet cognoſci,ſicut de iure primi,& tamen ſubrogando, ordo
iſte tollitur,quia ex ipſo tacitè ſubrogans litteras, vigore qua
rum ſubrogat, canonicas, & legitimas reputare videtur, de
quibus tamen adhuc reſtat cognoſcere, an ſubreptitiæ repu-
tentur,& ita proponit cauſam ante biẽnium, & ſententiã prę
mittit ante iudicium, & ſic primo ſuſpendit, & poſtmodum
de cauſa cognoſcit,ſic ff. de iniuſto rupt. irri. de teſta. l.ſi quis
filio.§.quid tamen ſi appellanonem. Præterea quia habenti-
bus inter ſe ordinem,non valet ſuper conſequenti diſpoſitio-
51 ne,nec etiam ſuper antecedenti, & ideo † prohibitio conſe-
quentis, ſcilicet nuptiarum trahit ad ſe prohibitionem ante-
cedentis,ſcilicet ſponſaliorum,vt ff.de ſponſa.l.omnino. ſem
52 per † enim in neceſſarijs conſequentijs oppoſitum conſequen
tis infert oppoſitum antecedentis,vt dicitur in alia facultate.
argum.ff.de renun.l.tertia.§.qui iter.modo ita eſt, quod ſub-
rogare in ius Titium,& Titium ius habere,ſe habent, ſicut an
tecedens, & conſequens, & habent inter ſe conſequentiam
neceſſariam:nam id quod nõ eſt per ſubrogationẽ, vel aliâs,
in alium tranſire non poteſt, arg. ſupra de deſponſa.impu.ad
diſſoluendum,cum ibi notatis in gloſ.tertia. præterea induco,
53 quia quantum † ſe extendit cauſa, tantum ſe debet effectus
54 extendere,& non vltra, patet quia † in eo,in quo ceſſat cau-
ſa,debet ceſſare effectus, vt ff.de iure patr.l.l.adigere.§.quam
uis.modo ita eſt, quod cauſa ſubrogationis fiendæ ante ſen-
tentiam, eſt ſecundum aliam partem vt ſubrogatus lite pen-
dente in locũ mortui ad alterius proſecutionem admittatur,
quæ tamen cauſa non ſe extendit in tantum,quod ſufficit,be
ne ſi talis admittatur ad litem, quod de iure mortui, atque
ſuo,& ſic de effectu ſuæ ſubrogationis fiendæ, quoad hoc vt
cognoſcatur ſummariè etiam ſi effectus ipſius ſubrogationis
55 non ſtatim ſequatur,ſicut † ſufficit electo ſummariè informa
re de iure ſuæ electionis, ita informare vt admittatur etiã ſi ſta
tim confirmatio non ſequatur, & eſt ideo, quia licet illa cau-
ſa,ſcilicet informatio ſummaria ſit cauſa ſufficiens pro illo
admittendo ad litis proſecutionem,non tamen eſt ſufficiens
pro effectu confirmationis, vel ſubrogationis conſequendo
pro eo,quod conſeruat negocium principale, impleta cogni-
tio neceſſaria eſt.argumẽ.C.ſi per vim, vel alio modo.l. fina.
56 quia† vbi maius periculum,ibi cautius eſt agendum,ſupra de
electio.cap.vbi maius, & iſte videtur verus intellectus capit.
veniens,alleg.cum ibi notatis,aut enim fecerat, vt executor,
& hoc non, quia non eſt ſibi commiſſum tanquam executo-
ri,ſed tanquam iudici,vt dixi ſupra:aut vt iudex, & hoc non,
quia hoc requirit maiorem cauſæ cognitionem, quæ præce-
dere debet, vt dixi, & ex his ad contraria reſponſio patet,
quam collige per te ipſum, & ita ſemper ſeruaui,& vidi ma-
gnos ſeruare &c.

Circa ſecundum patet reſponſio ex prędictis.primo quod
poteſt admitti ad litem ante ſententiam. patet ex dictis. ideo
non inſiſto, inter quod antequam admittatur,expedit, (ma-
ximè inſtante aduerſa parte) cognoſci ſummariè, non dico
de iure mortui, qui iam admiſſus fuerat, ſed aliàs iure ſubro-
gationis, ſed puto, quod productio litterarum Apoſtolica-
rum,quoad hoc eſt ſufficiens documentum,argum. C.de edi.
diui Adria.tollen.l.tertia,quia per illas ſatis prima facie vide-
tur iudex ſummariè informari de iure ad rem, quod ſufficit.
argum. eorum, quæ leguntur, & notantur ſupra, vt l. vnica.
C.vt actio ab hæred.& cont.hæred.nec requiro hic ſummam
verbis expreſſam,quia hoc regulare eſt per totum, vel magis
operatur,aliàs operetur factum,argumen eorum,quę legun-
tur, & notantur ſupra de appellat. capitu. diligenti. cum con-
cordantijs ibi ſignatis,nec attenditur ibi ordo verborum,quia
præſumitur mens contraria per ea, quæ dixi ſupra,arg. eorũ,
quæ dicam in cap.cum mandato allegato,& in hoc ſatis om-
nes, domini,concordarent,& non plus.

Circa tertium certè hic videtur fortius inſiſtendum, & hic
maior pars Dominorum ſunt in opinione,quod ſi per illa ver
ba ſubroges in omni iure, intelligatur etiam ius poſſeſſionis
compræhendi contra verbum.omne ius, quod eſt vni[illegible]
le diſtributiuum, iuncto, quod poſſeſſio ius eſt, vt l. per[illegible]
& l.licet, & quia ſubrogatus in locum alterius &c.vt [illegible]
cum qui in ius, & quia in ſubrogatione iſta non atten[illegible]tur
tempus datæ ſuæ, ſed refertur ad tempus mortis illius, in cu-
ius locum fiebat ſubrogatio: ego autem cum nonnullis [illegible]
57 fui in opinione contraria,nam † verba gratiarum, & [illegible]
giorum intelliguntur ſecundum ius, dixi ſupra, nec [illegible] vi-
detur velle princeps diſpoſitiones, eius operari poſſ[illegible]
58 diſpoſitio legis, quia † lex eſt res inanimata in terris, mo-
do ita eſt,quod iura non fingunt in poſſeſſione, qu[illegible] facti [illegible],
vt ff.ex qui. cau. maio. l. denique, nec eam continua[illegible]
alium etiam hæredem vniuerſalem, quoniam in vni[illegible]
ius ſuccedit,vt ff.de acquiren.poſſeſſi.l.cum hæredes. in prin
cip.iuncta.l. hæreditas. ff. de re iudic. facit, quia licet poſſeſ-
ſio poſſit dici ius, dum acquiſita eſt per iura allegata, dum
tamen eſt in acquirendo,non eſt iuris,ſed facti, vt ff.de acqui
59 ren.poſſeſſio.l.prima,& l.quemadmodum,cod.[illegible] dum
eſt in acquirendo,nec compræhenditur ſub verbo iuris, nec
acquiritur eo modo,quo iura alia acquiruntur, ergo non mi-
60 rum, ſi ſub dicta vniuerſitate tranſeant,licet enim † Princeps,
quia ſuper ius eſt,de conceſſio.præben.capit. proponit. poſſit
de nihilo aliud facere,& rei naturã ex certa ſcientia immuta
re vt C.de rei vxo.ac l.vna,non tamen in dubio præſumitur,
quod tanta vtatur plenitudine poteſtatis, vt notat Innocen.
de electio.capit.innotuit,in fin.& hic maximè quia per mor-
tem poſſeſſoris vacatio rei, & poſſeſſionis melioratur:reſpe-
ctu ſuperſtitis ſtatum litis melius eſt litigare contra aduerſa-
rium iuris bene armatum.melius autem eſt armatus ille, qui
poſſidet,quia poſſeſſio affert commoda,argum. eorum, quæ
leguntur,& notantur de reſtitu.ſpolia.capit.primo.libro ſex-
to.& per Innocen.de reſtitu.capit.veniens,& de re iudi. cum
ſuper, & ſubrogatio ad poſſeſſionem tolleret illi m fauorem
ſuperſtiti quæſitum quod non præſumitur propria velle,quia
61 † hic ſunt interprætandæ gratię,quod non obſint,niſi quantum
minus obeſſe poſſunt vt dixi ſupra argum. de deci. capitu. 1.
62 lib.6.cum ſimilibus.ſed contra quia † ius prætorium trahit ad
63 ſe poſſeſſionem de cau.poſſeſ.cap.cum dilectus,ergo † ſubro-
gatus in vice, videtur ſubrogatus in poſſeſſione,& hæc ratio,
(licet ſophiſtica) quoſdam dominos valde mouerit. ſolutio, il
lud verum poſt ſententiam petitorij, in rem tranſeuntem iu-
dicatam,& merens executionem, vt in contrario, ſecus tamẽ
vt eod.titu. capit.cum eccleſia,& argumen.optimum ff de ac
quiren.poſſeſſio.l.naturaliter.§.nihil.de electio. capit. querre-
lam,& capitu.cum eccleſia,de reſtitu.ſpolia. capit. in litteris.
cum ſimilibus,aut ergo ſubrogatio fit ante ſententiam,& tũc
obtinet id,quod dixi,aut in ſententia,& tunc an quæritur, an
per ſententiam immediate tranſeat, & conſtituatur nouum
ius in poſſeſſione,ſicut in proprietate,& dico,quod non,quia
64 † per ſententiam poſſeſſio non transfertur, immo requiritur
realis executio,& appræhenſio facti, vt l. quemadmodum,&
capit.ſcilicet cum ſupra allegatis cum ibi notatis, aut quæris
an executio ſententiæ ſubrogationis trahat ad ſe etiam poſ-
ſeſſionem,& vis eius,& dic,quod ſic per dictũ capit.cum dile
ctus, & per præmiſſa etiam argumenta alia ſublata ſunt, &
hanc opinionem tenebat D.Geſ.Papa 1 t.& maior pars audi
torum tempore ſuo.

REPETITIO

IN CLEM. VT CLERICORVM. De offic. ordi.

Celeberrimi V.I.C.D. Stephani Auffrerij.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopi tenentur ita corrigere clericorum exceſſus, quod metu pœnę ipſi arceantur, & alij pertimeſcant. 15. 18.*
2 *Clericorum appellatione qui veniant.*
3 *Priuilegium conceſſum clericis conceſſum cenſetur etiam omnibus in dignitate ſecus in materia odioſa.*
4 *Audacia reprobari debet, & qui dicantur audaces.*
5 *Priuilegij clericalis appell. venit priuil. immunitatis perſonæ, & fori, & quomodo amittantur hęc priuilegia.*
6 *Iuris ignorantia militi non imputatur, quia armis vacare debet.*
7 *Clericorum priuilegia*
8 *Clerici poſſunt vendicare rem eccleſia conceſſam ante traditionem, & an eorum familia gaudeant eorum priuileg.*
9 *Statuentes contra clericorum ſtatuta ſunt excommunicati.*
10 *Clerici in neceſſitate a patre diſtrahi non poſſunt.*
11 *Delinquendi auctoritas prætextu priuilegij clerici accreſcere non debet, quia reatus omnem honorem excludit.*
12 *Priuilegium meretur amittere, qui permiſſa ſibi abutitur poteſtate.*
13 *Impunitatis ſpes eſt deteſtanda, & ideo venit auferenda.*
14 *Prælati negligentes in correctione ſubditorum impunitatem permittere videntur.*
15 *Delicta enormia quæ dicantur in clericis, & quid ſit delictum, quid peccatum, & quid crimen.*
16 *Eccleſia quod non diffametur omnino eſt prouidendum.*
17 *Scandalis eſt obuiandum, & quid ſit ſcandalum, & vnde dicatur.*
Iure ſuo aliquando quis priuatur ſine culpa.
19 *Negligentia vel inobedientia quando non ſit peccatum mortale.*
20 *Lex generalis quando recipitur in vſum a certo genere perſonarum, & ab alio non, non obſeruantes non peccant ſaltem poſt longa tempora.*
21 *Prælati debent eſſe vigilantes, vigilantibus enim iura ſubueniunt.*
22 *Epiſcoporum officium.*
23 *Malorum cohartio eſt legum miniſterium.*
24 *Delicta ſunt punienda, vt cęteri metu pœnę abſtineant.*
25 *Clerici ab eorum inſolentiis ſunt arcendi.*
26 *Inferiores epiſcopo an teneantur corrigere clericos delinquentes.*
27 *Malum minus quandoque ſuſtinetur, vt maius euitetur.*
28 *Priuilegium tribuit immunitatem a pœna.*
29 *Seueritati eſt detrahendum, vbi ſcandalum timeretur, & rigor obſeruaretur.*
30 *Delictum quo caſu remaneat impunitum lege permittente.*
31 *Iudicandum eſt legibus, non autem exemplis.*
32 *Dignitas pontificalis, imperialis, & regalis, an ſit eadem, an vero ſint duæ poteſtates adinuicem diſtinctę nu. ſeq.*
Separatorum ſeparata eſt ratio, & de ſeparatis non infertur.
33 *Lex gratię maiorem requirit ſpiritualitatē in dignitate pontificali, quam lex vetus.*
34 *Papa vicem Chriſti regis, qui non habet maiorem poteſtatem quàm habuerit Petrus num. 35.*
35 *Hominum duo ſunt genera, vnum, quod diuino mancipatur officio & contemplationi, alterum, quod terrenis rebus, & mundanis occupationibus deſeruire committitur.*
36 *Sacramentum altaris repręſentat vnionem Chriſti & eccleſię, qua ſignificatur vero anima ad corpus.*
37 *Papa temporalem patrimonium habet cum exercitio iuriſdictionis.*
Et conſecratur vt ſacerdos, & coronatur vt rex, & feſtum coronationis nunciat omnibus regibus num. 38.
39 *Iuriſdictio temporalis & ſpecialis ſunt inuicem diſtincta.*
40 *Papa vtrum habeat plenam iuriſdictionem in temporalibus quàm in ſpiritualibus.*
41 *Gladio materiali cui non pertinet vti, is nō videtur hēre iuriſdōnē tpalem.*
42 *Principia duo ponere eſt hæreticum.*
43 *Papa poteſt abſoluere vaſallos dominorū tpaliū a iuramento fidelitatis.*
44 *Papa legitimat in temporalibus, & ſpiritualibus.*
45 *Bonat palia ordinant ad ſpualia tanquā organa & tanquam inſtrumenta.*
46 *Temporalia & ſpiritualia mouentur per intelligentias, & per ipſas in eorum operationibus regulantur.*
47 *Papa poteſtas an ſit maior alijs.*
48 *Confirmatio pertinet tantum ad ſuperiorem.*
49 *Principum immediatum quorum eſt idem, neutrum ab altero dependet.*
50 *Papa poteſt omnes iudicare, & a nemine iudicatur, & eius poteſtas cauſat omnem aliam poteſtatem, examinando, confirmando, & iudicando. nume. 51.*
52 *Leges nullius roboris vel firmitatis eſſe cenſentur, niſi ſint per auctoritatem Papa confirmatę & approbatę.*
53 *Papa non ſoluit tributum imperatori in recognitionem dominij, ſed ſolum pro pace & quiete eccleſiæ ſeruanda, quam ipſe imper. tenentur tueri & conſeruare.*
54 *Appellatio interpoſita pro cauſis leuibus, & minimis quęſtionibus ad Papam non eſt deferenda.*
55 *Papa dicitur ſummus, & omnes ſunt ei ſubiecti.*
56 *Papa ratione maioritatis in omnibus arduis negocijs generantibus ſcandalum in chriſtianitate poteſt ſe intromittere etiam inter laicos.*
57 *Rex Franciæ nullum in temporalibus recognoſcit ſuperiorem.*
58 *Iuriſdictiones eccleſiaſticę & ſeculares licet ſint diſtinctę, iuriſdictio tamē Imp. cenſetur a Papa emanare.*
59 *Clericos a iuriſdictione Imp. quis exemerit. & an eorum exemptio ſit de iure poſitiuo, vel de iure diuino.*
60 *Priuilegium immunitatis quoad perſonas clericorum eſt de iure poſitiuo, quoad vero ad rerum exemptionem, vt clerici ſint de foro iudicis eccleſiaſtici, eſt de iure diuino, & a Deo emanauit.*
61 *Cauſę ab initio coram ſacerdotibus tractabantur*
62 *Laicus ſi vult fieri clericus, ab imperatore non poteſt prohiberi.*
63 *Clericum in crimine repertum an abſque excommunicatione ſit licitum capere.*
64 *Papa ſolus poteſt priuilegia clericorum interpretare, declarare, & ex cauſa reſtringere.*
65 *Priuilegium clericale ſecundum canones eſt iudicandum, nec ſtandum eſt ſtatutis vel conſuetudinibus laicorum.*
66 *Creditor an poſſit capere clericum, de cuius fuga timetur, abſque metu excommunicationis.*
67 *Maritus poteſt adulterum cum vxore inuentum retinere, vt fiat crimen notorium.*
Idem in fratre, filio, & patre.
68 *Reum offendere poſſe vel delinquentē ſi ſtatuto cautum ſit, multo fortius capi poterit repertus in flagranti crimine.*
69 *Fugientem ſequentes cauſa eum capiendi, & eum, quia reſiſtit, vulnerauerunt, ex hoc debent puniri.*
70 *Pater ſi filium incarcerat cauſa correctionis, non dicitur committere priuatum carcerem, nec etiam ſi ipſe filius eſſe clericus.*
71 *Peccare non cenſetur, qui iuris auctoritate aliquid facit.*
72 *Legem pro publica vtilitate conſcriptam omnes iuuare tenentur.*
73 *Clericum de nocte incedentem illicitè, poteſt familia poteſtatis impunè capere, & preſentare ſuo prælato.*
74 *Conſuetudo optima legum interpres.*
75 *Remiſſio clerici petentis ſe remitti, cuius expenſis fieri debeat.*
Et quid de expenſis victualium factis in carceribus iudicis ſecularis. nume. 76.
77 *Laicus nunquid propria auctoritate ſi ſit dominus feudi, poſſit expellere clericum eius vaſallum a feudo abſque metu excommunicationis. nume. 80.*
78 *Poſſeſſio clerici ſi cadat in commiſſum, non debet princeps ſecularis extendere manum, niſi prius declaretur per iudicem eccleſiaſticum.*
79 *Eccleſia non eſt feudo priuanda propter delictum perſonæ, limita, vt ibid.*
81 *Iudex laicus nunquid poſſit clericum coram ipſo ſaiſinam deponentem punire.*
82 *Clericus non debet in cauſa ciuili teſtificari coram laico, ſed coram epiſcopo, vel coram quo epiſcopus committit.*
83 *Crimen in iudicio deductum non per modum exceptionis, ſed accuſationis, inquiſitionis, & denunciationis eſt puniendum.*
84 *Reconuentio ſuper crimine clerici non habet locum coram iudice ſeculari, ſiue ſit imponenda pœna pecuniaria, ſiue infamia, ſiue agatur criminaliter ſiue ciuiliter.*
85 *Specialis nota quę ſunt digna, niſi ſpecialiter exprimantur, videntur eſſe neglecta, & non compręhenſa ſub diſpoſitione generali, licèt ex proprio ſignificato verborum compręhendantur.*
86 *Clericus non declinans forum iudicis ſecularis, venit arbitrio iudicis puniendus, tanquam tranſgreſſor canonis*
87 *Clericus in actione reali nunquid poſſit in iudicio ſeculari conueniri.*
88 *Poſſeſſorium cauſa ſpiritualis non eſt ſpirituale, quia non tangit medullam veritatis.*
89 *Præcepta negatiua obligant ſemper & ad ſemper: affirmatiua vero ſemper, ſed non ad ſemper.*
90 *Conſuetudo contra ius diuinum non valet, & contra inſtitutum eccleſię.*
91 *Tempus non eſt modus tollendę obligationis. Laici ſpiritualia præſcribere non poſſunt, ſicut nec conſuetudinem inducere.*
92 *Vxor clerici an gaudeat priuilegio fori ipſius clerici? & quid de eius familia.*
93 *Iudici laico nunquid ſit licitum de cauſis clericorum etiam criminalibus cognoſcere ex eccleſię delegatione.*
94 *Clericus de licentia epiſcopi an poſſit conſentire in iudicem laicum.*
65 *Papa an poſſit tollere ius poſitiuum quo ad vnum vel plures clericos in particulari.*
96 *Papa non poteſt ſtatuere id, ex quo prǽſumitur ſtatum eccleſiæ perturbari.*

Statu-

67 *Statutum ſi tranſeat in contractum, eſt irreuocabile.*
98 *Priuilegium conceſſum ſubdito ex diſpoſitione legis vel ſtatuti, poteſt tolli ſicut ipſa lex, vel ſtatutum.*
99 *Papa quo caſu poſſit mutare ſtatum eccleſiæ.*
100 *Papa priuilegium fori an poſſit reuocare.*
101 *Priuilegium alicui conceſſum, quo caſu poſſit tolli & remoueri.*
102 *Epiſcopus, vel alius iudex eccleſiaſticus nunquid laicum capere poſſit, vel carcerare pro crimine eccleſiaſtico. nu. 105. 106.*
Et an poſſit dare poſſeſſionem rerum ſecularium nu. 103.
104 *Laicus licèt ratione cauſæ ſortiatur forum epiſcopi, non tamen per hoc dici poteſt ſubditus.*
107 *Clerici non puniuntur pœnis legalib.*
108 *Epiſcopus vtrum pecuniariam pœnam laico ſibi temporaliter non ſubdito poſſit imponere.*
109 *Laicus in ſpiritualib. vel quaſi debet Papæ reſpondere.*
110 *Laicus quo caſu poſſit conueniri coram iudice eccleſiaſtico.*
111 *Delinquens nullam culpam timet, quam ſperat nummis redimere.*
112 *Pœna pecuniaria per epiſcopum exacta cui ſit applicanda: & vbi in iure pœna non eſt expreſſa, conſuetudinaria debet imponi, quia pœna apponi conſueta dicitur ordinaria.*
113 *Clericus an pro quolibet graui crimine veniat deponendus.*
114 *Delicta quæ dicantur leuia, quæ grauia, & quæ grauiſſima.*
115 *Pœnæ ex grauitate deprehenditur qualitas & quantitas delicti.*
116 *Crimen omne dicitur publicum ſecundum ius canonicum.*
117 *Clerici qualiter de incontinentia ſint puniendi.*
118 *A Deo melius eſt argui de miſericordia quam ſeueritate.*
119 *Clericus eſt dignus depoſitione, ſi fornicatio eius eſt notoria vel ſcandaloſa.*
120 *Continentia in ſacro ordine non eſt voti taciti vel expreſſi.*
121 *Caſtitas quare clericis fuerit indicta.*
122 *Clerici, qui ſcandalizant eccleſiam, qui ſint.*
123 *Fieri an aliquid iure debeat, vbicunque contenditur poteſt adminiſtrator iurium hoc declarare.*
124 *Præſes prouinciæ non debet permittere delegatos à principe aliter vti ſua poteſtate, quam in ſuis litteris contineatur: et ſi formam earum excedat, poteſt in eos animaduertere.*
125 *Iudici volenti mandare executioni ſententiam nullam, poteſt impunè reſiſti.*
125 *Exempti nunquid poſſint abſolui ab epiſcopo a ſententia canonis.*
127 *Delegatus delinquens in delegatione ſua, nunquid poſſit coram ordinario conueniri.*
128 *Princeps ſecularis vtrum poſſit clericum à crimine abſoluere, vel eidem indulgentiam aut abſolutionem ſeu remiſſionem, vel gratiam concedere, ita quod non poſſit vlterius de eodem crimine per eccleſiaſticum iudicem puniri.*
129 *Citationem arctari quando conſtat, ſicut citatus tenetur comparere, ita quando dubitatur.*
130 *Iudex ſi probabiliter errat in facto, credens ſe iudicem, cum non ſit, & procedit, an teneat proceſſus: & quid ſi erraret in iure.*
131 *Opinio præiudicat veritati in his quæ ſunt iuriſdictionis.*
132 *Gratia vnde dicatur.*
133 *Iudex competens in emancipatione eſt iudex patris & non filij.*
134 *Statutum generale laicorum & fauorabile, includunt clericos.*
135 *Deus in correctione malorum placatur.*
136 *Princeps in dubio non præſumitur velle præiudicare iuri tertij.*
137 *Cognitio cui denegatur, multò fortius diſpenſatio.*
138 *Clericus expreſſe confitens coram iudice ſeculari ſe non eſſe clericum, ſibi non præiudicabit.*
139 *Temporis diuturnitas ſine veritate eſt erroris vetuſtas.*

IN nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti, Amen. Viſum eſt ſupra de officio & poteſtate iudicis delegati, q hominis miniſter eſt; ideo nunc ſequitur de offic. ordinar. qui iuris miniſter exiſtit. Et in tres diuiditur partes, quarũ in prima ſtatuti ratio ponitur. In ſecunda ſtatutum. In tertia ipſius effectus ſtatuti. ſecunda ibi, eiſdem: tertia ibi, q vt idem, ſecũdum Bonifa. Et ſecun
1 dum Io. An. & Fran. hoc intendit: † Epiſcopi debent ita corrigere clericorum exceſſus, q metu pœnæ ipſi arceãtur, & alij pertimeſcant: vel ſic ſecundum Bonifacium: Diœceſanis adeo præcipitur clericorum exceſſus punire, q pœnæ metu tam cri
tit.ſecundum Io.And.in no.per eum in Specu.ſuper titu.de
offi.ordi.& illæ fuerunt rationes Oldr.vt patet in conſi.ſuo
86.¶ Pet.de Anch.in c.ea quæ.de reg.iur.lib.6.dicit ſe non
bene capere, de quibus prælatis inferioribus ſentit Io.And.
& an per illa verba, inferiores prælatos &c.intelligat etiam
de epiſcopis.& ideo dicit ſe credere, quod pro eccleſiaſticis
criminibus,vel alijs cauſis laicorum,quæ agitãtur coram iu-
dice eccleſiaſtico,non poſſit ipſe iudex eccleſiaſticus capere
vel exequi laicos,capiendo perſonas ipſorum.Mouetur pri-
mo per ea quæ no.Io.Andr.in c.ſignificaſti.de offi.delega.in
103 nouella.in illa quæſtione,† vtrum iudex eccleſiaſticus poſſit
dare poſſeſſionem rerũ ſecularium.Firmat poſt Hoſt.ꝙ licèt
de iſtis poſſeſſionibus quandoq; cognoſcat,vt de dote,& ſi-
milibus, vt c.3.de dona.inter virum & vxo.tamen non po-
teſt per ſe dare poſſeſſionem, ſed ad ordinarium ſecularem
recurret,qui fi.ſint legit.c.cauſam.2.11.q.1.c.de perſona.96.
diſt.c.cum ad verum.alle. Hoſti.c.poſtulaſti.de fo.comp.vbi
executio realis debet fieri per iudicem territorij, in quo ſita
eſt poſſeſſio,licèt alius ſententiam tulerit. Et ſi hoc eſt in re-
bus, multo fortius in perſonis videtur prohibita captura.
¶ Item licèt in certis caſibus iudex eccleſiaſticus habeat iu-
riſdictionem in perſonis & caſibus laicorum,de quo latè per
Sicul.in præalle.c.cum ſit generale. Non ſequitur, ergo ha-
bet actualem executionem,hęc enim non conceditur niſi in
ſubditos, & in ſuo territorio, vt c.romana.§.contrahentes.
de ſo.comp.lib.6.& l.cum vnus.§.is qui.ff.de bo.aucto.iud.
104 poſſi.¶ † Laicus autem licet ratione cauſæ ſortiatur forum
epiſcopi,nõ tamen per hoc dici poteſt ſubditus, vt dixit gl.
in ſimili in cle.1.§.de fo.comp.& in multis ſimilibus caſibus
hoc contingit, ꝙ iura dent alicui poteſtatem cognoſcendi,
ſed non actualiter exequendi,vt in l.a diuo Pio.in prin.ff.de
re iudi.& l.4.ff.de dam.infec.¶ Præterea licèt territorium &
diœceſis repręſententur in eodem ſitu,loco,ſiue ſubiecto,tñ
territorium dici poteſt quo ad laicos & ipſorũ poſſeſſiones
& bona,quo verò ad clericos, eccleſias, & eorũ bona poteſt
dici diœceſis,fa.cle.ne romani.de elec. Licèt ergo quandoq;
ratione caſuum emergẽtium iudex eccleſiaſticus cognoſcat
inter laicos, & de bonis ipſorum, & econuerſo iudex laicus
de cauſis clericorum, tamen executio actualis ſuo videtur
iudici reſeruanda,hoc eſt illi,qui habet perſonam ſubditam,
& bona in ſuo territorio, & hoc faterentur canoniſtæ de le-
ui, & econuerſo, videlicet ꝙ iudex laicus cognoſcit de cauſa
clericali,vel de rebus ſuis, tamen coercere perſonas eccle-
ſiaſticas vel ipſorum bona per executionem realem, niſi de
mandato epiſcopi non poſſet,vt c.vt famę.de ſen.excom.fa.
quod no.in præalle.c.poſtulaſti, in nouella.vtatur ergo eo-
dem iure epiſcopus in laicis,& in bonis ipſorum,ſicut vellet
vti laicum in perſonis & bonis clericorum,ar.ff.quod quiſq;
iuris.c.cum omnes.de conſti.¶ Non obſtat ratio, ſuper qua
fundatur opinio cõtraria, ſcilicet ꝙ ex quo habet epiſcopus
poteſtatem cognoſcendi de poſſeſſionibus laicorũ,ergo de-
bet habere poteſtatẽ exequendi. Nam iſta conſequentia nõ
eſt bona,cum quis cognoſcit inter nõ ſubditos, vel de bonis
non territorij, vt patet in d.§.contrahentes.¶ Nec ob.auth.
cauſa quę cum monacho.in fi.C.de epiſ.& cler.vbi datur po
teſtas epiſcopo detrudendi laicum in carcere,quia dicam ibi
ſpeciale,ſicut in hæreſi dictũ eſt.¶ Nec ob.etiam c.1.de offi.
ordi.quia fa.pro,dum ſubdit,ſecundum ꝙ canones cenſent,
canones autem de huiuſmodi captura laicorum vel execu-
tione in rebus laicalibus non expreſſe loquuntur,ſed de cen
ſura,de verb.ſigni.c.quærenti.¶ Non debemus ergo abſq; ca
nonibus hoc firmare,quia erubeſcimus &c.l.illã.C.de colla.
& in Authen.de triente & ſemiſſe.§.conſideremus.coll.3.&
quod non eſt patrum decreto ſancitum &c.c.inter corpora-
lia,de transla.Dominicus in c.præalle.cum epiſcopus.refert
Ioan.de Imo.hanc partem tenuiſſe,ac dixiſſe, ꝙ hæc fuit ra-
tio,quia Papa noluit tantam epiſcopis poteſtatem concede-
re,ne iuriſdictionem vſurparent, & pro hoc dictum Inno.in
præallega.c.ſignificaſti.vbi dicit, ꝙ ſi eſt fienda executio in
bonis laici etiam eo caſu, quo epiſcopus habet iuriſdictio-
nem in laicum, fiet executio per iudicem ſecularem, eidem
tamen Dominico, vt ibidem dicit, nũquam placuit iſta opi.
quia primo habemus tex.quòd in hęreſi epiſcopus capit lai-
cum, vt clarè probatur per iura ſuperius allega. Item habe-
105 mus tex.† ꝙ epiſcopus habet laicum carcerare pro crimine,
quando committit crimen ſortilegij, vt eſt tex.& glo.26.q.
5.contra idolorum.& illud tenet ibi glo.quæ dicit,ꝙ pro cri
mine eccleſiaſtico poteſt epiſcopus reos carcerare,& loqui-
tur tex.de carceratione laicorum.¶ Nec ob.ſi dicas, ꝙ iſtud
ſit crimen hæreſis,& ſic non differat a primo caſu, differen-
tia enim eſt inter hæreticum & ſortilegum, vt ſatis probat
diuerſitas rubricarum de hære.& de ſortile.Præterea tex.ha
bemus ꝙ epiſcopus ſacrilegũ carcerat, vt patet 17.q.4.c.at-
tendendum.¶ Nec ob.ſi dicatur,ꝙ ille tex.non loquitur ſpe-
cifice de laicis,quia dico,ꝙ loquitur indefinite contra ſacri-
legos,ergo indefinite debet intelligi, c.ſi romanorũ.19.diſt.
quia iudex eccleſiaſticus eſt iudex competens cõtra laicum
ſacrilegum,vt in d.c.cum ſit generale.& c.conqueſtus.de fo.
compe.ergo intelligitur contra quoſcunque ſacrilegos ſuæ
106 poteſtati ſubiectos.¶ † Item epiſcopus carcerat laicum pro
crimine ſtupri,vt patet de adult.c.2.quod c.loquitur de lai-
co, ꝙ patet, quia dicit, ꝙ ille erat pęna legis ciuilis plecten-
107 dus,ergo ſequitur,ꝙ laicus erat,quia clerici non† puniuntur
pęnis legalibus,vt no.Inno.iſto tit.in c.ad reprimendam.in-
ſuper probat illum eſſe laicum, quia primo vult, ꝙ contra-
hat matrimonium cum illa, ad quod bene fa.quod dicit
Bal.in l.1.C.de ſum.Trin.6.col.in verſi.modo circa hoc.Ex
his igitur ſatis videretur elici ac de iure probabiliter ſuſti-
neri talis concluſio: Laicum purum pro crimine eccleſiaſti-
co iudici eccleſiaſtico capere de iure licitum eſſe videtur.
Nec videtur bona reſponſio.quòd ſit ſpeciale in his caſibus,
quia qui hoc dicit, debet allegare cauſam ſpecialitatis, im-
mo non carcerantur his caſibus, quia ſunt laici ſubiecti ec-
cleſiaſtico.Et ad tex.alle.in contrarium facilis eſt reſponſio,
quia illi omnes tex.inducuntur ſumpto ar.contrario,ex quo
non exprimitur de captura, videtur ꝙ non poſſit.¶ Sed di-
co, quod arg.illud non procedit, vbi contrarium reperitur
ſtatutum a iure,no.glo.in c.2.& in c.ſignificaſti.de foro com
pe.non enim ſequitur,epiſcopus excommunicat laicum,er-
go non poteſt capere,quia iſtud vltimum non negat tex.ex-
preſſe, vnde ſeruari vidi in præſenti ciuitate, quòd vbi laici
meri falſum teſtimonium cõram officiali deponunt,capiun-
tur per eum, & ad ſcalam ponuntur, & ita determinatur in
quęſtionibus capellæ,deciſi.83.ſed in alijs criminibus eccle-
ſiaſticis, exceptis ſupradictis, forte nõ admitterent officiarij
108 temporales.¶ † Ex præmiſſis infertur ad ſolutionem quæ-
ſtionis, nunquid epiſcopus pœnam pecuniariam laico ſibi
temporaliter non ſubiecto poſſit imponere? Ioan.And.poſt
Hoſti.in c.1.de homici.lib.6.tenet quòd non,ſed eam debet
imponi facere per iudicem ſecularem.allega.c.2.de maledi.
& c.poſtulaſti.de iud.& c.cum ſecundum ll.de hære.lib.6.Et
idem videtur voluiſſe Dominicus in præallega.c.1.de ho-
micidio.¶ Contrarium tamen tenet Sicu.in c.licet.& c.ad
aures.de pęnis.dicens, quòd ex quo eſt caſus, in quo iudex
eccleſiaſticus vendicat ſibi iuriſdictionem in laicos, non ap-
paret ratio, quare in caſibus prædictis non poſsit ſibi impo-
nere pœnam pecuniariam, & ita ſeruatur quotidie in curia
archiepiſcopali Tholoſæ, ad quod tex.in 16.q.1.c.ſtatuimus.
& 17.q.4.c.quiſquis.& in præallega.c.ad aures.vbi dicit, ꝙ
propter ſacrilegium poteſt iudex eccleſiaſticus imponere
laico pœnam temporalem, vnde ibidem priuat eum domi-
nio temporali vtili quæſito ex cõtractu,eodem modo aliam
poſſet imponere pœnam temporalem, allega.c.prædi.quiſ-
quis.ſicque optime facit ille tex.quòd licèt eccleſiaſticus iu-
dex non habeat iuriſdictionem temporarem in laicum, ſi
tamen delictum,de quo cognoſcit,eſt eccleſiaſticum, poteſt
eum delinquentem punire etiam temporaliter. Idem not.
idem Sicu.in c.in quibuſdam.de pęnis.Item in c.Adrianus.
il 2.63.diſtin.in fi.imponitur contra laicum pœna confiſca-
tionis bonorum, & quandoque deponuntur laici a digni-
tatibus,32.q.5.c.præceptum.facit quod dicunt Innoc.& Si-
cul.in c.ſi clericus.de foro compe.Bal.in marga.verſi.laicus.
& verſi.clericus.videlicet quòd pro criminibus eccleſiaſticis
poteſt laicus coram eccleſiaſtico iudice conueniri, Innoc.&
109 Sicu.in c.dilectus.in vlti.† etiam dicunt, quòd laicus in ſpi-
ritualibus vel quaſi debet Papæ reſpondere. vnde ſi laicus
clericum

clericum offendat, ex hoc ſortitur forum eccleſiaſticum, in
authen.item nulla. C.de epiſco.& cleri.& c.cum ſit.de foro
compet.Bart.in l.cunctos. C.de ſum.Trini.8.q.Ad iura pro
contrario alle.reſpondet ipſe Sicu.id fieri pro faciliori exe-
cutione.¶ Zenzel.vt refert hic Franciſc.& Ioan.de Imo.di-
cunt, quod iudex eccleſiaſticus poteſt corrigere exceſſus lai
corum in criminibus eccleſiaſticis duntaxat quo ad pœnam
ſpiritualem, & ſic intelligunt Innoc.in capitu.nos inter.de
purga. can.aliàs fruſtra videretur commiſſus gladius domi-
no temporali, ſi talem imponerent prælati:tota namque iu
riſdictio ad eccleſiam deuolueretur. Quod autem di-
ctum eſt per Innoc.ſupra,fallit ratione pacis, vel iuramenti,
vel alterius qualitatis criminis,in quo ſit ſpeciale,vt eccleſia
cognoſcat, vel quando deficit legis ſubſidium, de alijs au-
tem criminibus quàm eccleſiaſticis bene poteſt iudex eccle-
ſiaſticus laicos corrigere quo ad pœnam ſpiritualem, quia
de quolibet peccato &c.cap.nouit.de iudi.& ita videtur te-
nere Hoſti.& poſt eum Sicu.in præallega.c.nos inter.& ſic
poteſt etiam intelligi dictum Archi.in c.non eſt de conſimi-
li.in glo.epiſcopus.& Ioan.And.& Dominicus poſt eum te-
net, quod indiſtinctè epiſcopus corrigit exceſſus laicorum,
pro hoc quod no.de offi.ordi.cap.1.in glo.canones dicunt,
quod tenet etiam Mathe.in præſen.cle.relatus a Franc.qui
etiam refert Aluaro.ita tenuiſſe per c.illi qui.5.q.5.¶ Cre-
derem opi.Sicu.de qua ſupra, eſſe tenendam, quam appro-
bat practica, videlicet quod laicum eccleſiæ temporaliter
non ſubiectum poteſt iudex eccleſiaſticus pecuniaria pœna
licite punire, quod intelligo in caſibus, in quibus iudex ec-
cleſiaſticus ſibi vendicat in laicos iuriſdictionem, de quibus
per Sicu.in cap.cum ſit generale.de foro compet.& Petr.de
110 Ancha.in c.ea quæ.q.8.vſque ad 12. † In ciuili autem cauſa
ſecus,quia non poterit coram iudice eccleſiaſtico laicus con
ueniri, niſi in 16.caſibus poſitis per eundem Sicu.in c.licet
ex ſuſcepto.de foro compe.¶ Vtrum autem iudex eccleſia-
ſticus tutorem dare poſſit, & vtrum laicum? vide Ioan. Fa.
Inſti.de Attili.tu.in glo.ſcilicet eum, qui per Bart.in l.1.§.
magiſtratibus.ff.de magi.conue.glo.& Domi.in c.fi.de iudi.
¶ Quęrunt hic inſuper docto.quia iſte tex.dicit,clericos eſ-
ſe compeſcendos a ſuis criminibus, qua pœna hoc faciet?
Paulus hic relatus a Fran.dicit, quod per depoſitionem, ſi
ſunt multum enormia, cum in talibus non diſpenſet epiſco-
pus, vt no.Innocen.cap.1.de corpo.vi.& Spec.tit.1.§.nunc
de epiſcoporum.verſicu.10.de quo per Pau.de Caſt.conſi.
119. In alijs autem cauſis an iudex eccleſiaſticus poſſit im-
ponere pœnam pecuniariam. Dic poſt Sicu.in cap.licet.de
pęnis.quod aut quæritur, nunquid iudex eccleſiaſticus poſ-
ſit imponere pœnam pecuniariam. Dic poſt Sicu.in c.licet.
de pęnis.quòd aut quæritur, nunquid iudex eccleſiaſticus
poſſit imponere pœnam pecuniariam mulctando, aut pœ-
nam diffinitiue imponendo, primo caſu dicendum eſt quòd
ſic,ſi illa magis timetur, arg.in cap.de cauſis.de offi.delega.
& in l.vnica.ſiquis ius dicen.non obtemperauerit.& not.
Ioan. Andr.poſt Hoſtien.in præallega.cap.1.de homici.lib.
6.& ſentit glo.in præallega.cap.licet.de peniten.quia pœna
non eſt certa pro contumacia arcenda. Vnde poteſt impo-
nere, prout ſibi videtur, vt in d.cap.de cauſis.nota.in l.1.C.
de mo.mulcta.& in l.& in militis. C.de appel.& in d.l.1.ſi-
quis ius dicenti. & in l.aliud eſt. & in l.ſi qua pœna.ff.de
verbo.ſignifi.quæ mulcta inopiæ cauſa remitti poterit, ſe-
cundum Bart.in l.1.allega.per l.liberitas.in fi.ff.de offi.præſi.
& Bart.in l.2.C.de ſenten.& interlocu.omni.iudic.nec exi-
gi poteſt, licèt poſtea factus ſit locuples, vt ibi, & Ioan.
And.& Franc.in cap.authoritate.de inſtitu.licèt ſecus ſit in
pœna ſecundum Bart.vbi ſupra & Bald.in l.acceptam.24.q.
C.de vſuris.& hanc mulctam poteſt officialis deputare pro
fabrica palatij, ſecundum Barto.in l.mulctarum.C.de mo.
mulcta.¶ Secundo caſu principali quando vult imponere
diffiniendo, aut ſubeſt ſtatutum ſiue conſuetudo, vt pro
quolibet delicto imponatur pœna pecuniaria, & non valet,
111 quia ex illo inſurgit diſſolutio, nullam † enim delinquens
pertimeſcit culpam, quam ſperat nummis redimere, vt di-
cit text.in cap.pauper.11.q.3.& hoc tenuerunt Ioan. And.
& Hoſtien.in cap.fi.de conſti.& in cap.2.de delic.pue. Aut
ſubeſt ſtatutum, quòd vltra pęnam iuris imponatur pęna
pecuniaria,& valet,dummodo non procedat ex cupiditatis
radice, poteſt enim epiſcopus canonem adiuuando nouam
pęnam imponere, vt cle.ne romani.de elect.& Ioan. Andr.
in cap.fi.de offi.archiepiſcopi. Aut non ſubeſt ſtatutum ſeu
conſuetudo,& tunc aut extra iudicium prælatus vult exige-
te pecuniam pro delicto; & non poteſt: quia certi ſunt mo-
di in iure ſtatuti procedendi contra delinquentes,& ita for-
te faciebant archidiaconi in præallega.cap.licet.quia extra
iudicium & ſine cauſæ cognitione exigebant pecuniam pro
delicto commiſſo, & ſuſtinebit criminoſos in delictis rece-
pta pecunia. Aut vult iudex procedere iudicialiter, & tunc
ſi certa pęna non eſt impoſita, poteſt pecuniariam pęnam
imponere, ſi illa magis timetur, vt in glo.dicti cap.licet. Si
vero eſt certa pęna ſtatuta, & tunc ſi cum cauſæ cognitione
velit illam temperare pronunciando, poteſt, per iura ſupe-
rius allega.de quo per Bart.in l.quid ergo.§.pęna grauior.ff.
de his qui no.infa.& per Salyc.in l.& ſi ſeuerior.C.de infa.
per Ioan.Fab.Inſti.de pęna te.liti.in princ.¶ Nam hoc vide-
tur conceſſum cuicunque iudici cognoſcenti de crimine, vt
ex cauſa poſſit temperare pęnam, de quo per Ludo.conſi.
ſuo 429. Sed illud verum, dum pronunciat, quia poſtquàm
pronunciauit, hoc non poteſt, vt 2.q. 9. §.notandum.& in
l.1.ff.ad turpil.niſi poſſit ſuper tali crimine diſpenſare, vt in
d.cap.at ſi clerici.nec in talibus valet compoſitio, quando
epiſcopus inquirat, no.5.q.3.c.ſi primates.ſecundum Ioan.
de Imo.hic poſt Pau.vnde etiam Pau.de Caſt.in præallega.
conſi.119.vbi per eum,an officialis pęnam depoſitionis vel
priuationis beneficiorum poſſit in pęnam pecuniariam com
112 mutare. † Cui autem applicetur huiuſmodi pęna pecunia-
ria, vide Bart.in l.agraria.ff.de ter.mo.per Imo.in rubrica,
de publi.iudi.per Sicu.in rubrica, de iud.Ange.in l.ſi quod.
ff.de iuriſdi.omni.iudic. Bald.& Docto.in l.ſi eccleſia. C.de
epiſc.& cleri.latè per Saly.in d.l.mulctarum.¶ Aduerte ta-
men,quòd vbi in iure pęna non eſt expreſſa, conſuetudina-
ria debet imponi, & ſi excedit conſuetam pęnam, dicitur
excedere modum, ad quod text.iuncta glo.in l.hodie.ff.de
pęnis.& in præallega.l.quid ergo.§.pęna grauior.ff.de his
qui no.infa.pęna enim apponi conſueta dicitur ordinaria,
Bart.in l.fi.ff.de priua.delic.Sed conſuetudine ceſſante, ve-
nit arbitraria, ſecundum Sicu.in præallega.cap.licet.
¶ Ex præmiſſis itaque concludi poteſt, quòd in non enor-
mibus exceſſibus poteſt prælatus compeſcere per pęnam
pecuniariam, vt not. 18.diſtinct.cap.quoniam.23.diſtinct.
c.quamquàm.23.q.5.circunſelliones. vbi patet quòd etiam
poteſt verberibus ſubijcere, ad hoc præallega.cap.licet.45.
diſtin.cap.cum beatus.23.q.5.cap.ſi vos.5.q.1.cap.1.poteſt
etiam in exilium mittere, de iudi.cap.cum non ab homine.
de calum.cap.1.in fi.50.diſtin.cap.accedens. de pęnis.cap.
Fęlicis.lib.6.veruntamen no.Sicu.in cap.irrefragabili.§.cæ-
terum.de offi.ordina.quòd prælati de facili in correctione
exceſſuum non debent imponere pęnam pecuniariam, ori-
tur enim ex hoc contra eos præſumptio, quòd correctio-
nem faciant non propter Deum, ſed propter quæſtum pe-
cuniæ.¶ Nec etiam ipſam pęnam pecuniariam conuertere
debent in vtilitatem propriam,ſed in pios vſus, niſi euiden-
ter indigeant, & ſic intelligitur cap.dilectus.eo.titu.idem
Bald.in l.2.in princi.C.de epiſco.audien.& in authen.bona
damnatorum. C.de bonis proſcrip.vbi dicit, quòd epiſco-
pus deberet applicare pęnas fiſco romanæ eccleſiæ, quia ſi-
cut voluit idem Bald.ſuper rubrica, C.de priuile.fiſ.epiſco-
pus non habet fiſcum, de conſuetudine tamen ſeruatur con
trarium, fa.quod in ſimili no.in l.3. C.de modo mulct.vbi
dicitur, quòd iudex pecuniariam pęnam poteſt applicare
ad opera publica, puta refectionem murorum, pontium, &
ſimilium, & ſi ſpecialiter non deputat ad opera publica, ſed
ſimpliciter mulctat,ſeu condemnat,commodum applicatur
fiſco,& non iudici,ita no.dicit illa l.vide ad materiam quod
no.Ioan.And.poſt Hoſtien.in allega.cap.1.de homici.lib.6.
vbi dicit, quòd prælatus pōt mulctare & diſponere, vt præ-
miſſum eſt, & vide per Sicu.in præallega.cap.licet.de pęnis.
113 ¶ Occaſione præmiſſorum † quæritur, an clericus pro quo-
libet graui crimine veniat deponendus? Et videtur primo,
quòd non, quia ſi rectè ponderetur text.in cap.tuæ. de pœ-
nis.non eſt de mente ipſius, vt pro quolibet crimine morta-
li quis veniat deponendus, niſi ſit magnum: immo nec be-
neficio debet priuari, niſi crimen ſit graue: ità dicitur not.
in cap.inuentum.16.q.7.dic poſt Sicul.in præalleg. cap.tuæ.
quòd in varijs iuris partibus diſputatur, quæ ſunt grauia
delicta, de quo in l.1.C.de requi.re.& in l.ad ea.ff.de regu.
iur.Barto.plenius in l.non ſolum.de iniur.& l.leuia.ff.de ac-
cuſatio.& l.aut facta.ff.de pęn.& glo.in l.auxilium.ff.de mi-
114 no. † Vnde dicendum eſt, quòd quædam delicta dicuntur
leuia,

leuia,quædam grauia,quædam grauiſſima. Leuia dicuntur,
vbi dolus non requiritur, vt quando aliquid contingit per
imperitiam, vel culpam ſine dolo, vel quando dolus inter-
uenit, ſed circa rem modicam, vt forte modicæ rei inter do-
meſticos, l. reſpiciendum.ff.de pęnis.& in allega.l.leuia.&
cap.cum dilecti.de accuſa. Delicta vero grauia ſunt, in qui-
bus exigitur dolus, & tendunt in alterius graue præiudi-
cium ſeu reipublicæ, & magna poena imponitur, vt in fur-
to, periurio, & ſimilibus, vt in cap.cum non ab homine.de
iudic. Grauiora vero ſunt crimina publica, & quandoque
nō imponitur pęna mortis. Grauiſſima, vbi mortis imponi-
115 tur pęna, ex grauitate † enim pęnæ deprehendimus quanti-
tatem & qualitatem delicti, 24.q.1.cap.non afferamus. Ad
propoſitum igitur, aut clericus committit leuia crimina, &
non debet deponi, nec etiam beneficio priuari, ſed poterit
ad tempus ſuſpendi, vel aliter corripi ad arbitrium iudicis,
vt in d.cap.cum dilecti. Aut committit grauia, & poterit de-
poni. Si vero grauiora, quamquàm non publicatus, pote-
rit vltra depoſitionem detrudi in monaſterium, vt in præ-
allega.cap.tuæ. Si vero grauiſsima, ita quòd de iure ciuili
puniretur pęna mortis, & tunc poterit deponi & damnari
ad perpetuum carcerem, vt in cap.penul.de hære.& in cap.
nouimus.de verbo.ſignifica.& in cap.1.de hære.lib.6.vnde
not.dicit Innocen.in cap.qualiter.il 2. de accuſa.quòd iſta
deputatio ad perpetuum carcerem poſt depoſitionem æqui
paratur pęnæ mortis, & rariſsime debet inſligi, niſi vt di-
ctum eſt pro iſtis grauiſsimis ſceleribus, poſſet tamen deli-
ctum adeo pernicioſum eſſe exemplo & qualificatum, vt
traderetur illico poſt depoſitionem iudici ſeculari, vt in c.
nouimus.allega.cap.cum non ab homine.& ibi Sicu.poſt
Petr.de Ancha.& in cap.at ſi clerici.de iudi.quæ autem cri-
mina dicantur publica ſecundum ius ciuile, vide in l.3.in fi.
ff.de præuarica.& ibi Bart.& Ioan.de Imo.in l.fi.ff.de priua.
116 delic.& in l.2.ff.de concuſſi.ſecundum † ius canonicum om
ne crimen dicitur publicum, quia ad publicum iudicium
ſpectat puniri, vt in cap.crimina.de collu.deten.in glo.
117 ¶ † Deinde quæritur, qualiter clerici de incontinentia ſint
puniendi. In concubinatio multæ ſunt pęnæ, de quibus de
coha.cleri.& mulie.per totum, & per Hoſtien.in ſumma, eo
titu.§.& qualiter. variè tamen loquuntur iura in modo pro-
cedendi: Aliqua volunt triplicem monitionem requiri, alia
volunt immediate ſuſpendi, alia deponi, dicit tamen Ho-
ſtien.in cap.2.de coha.cleri.& mulie.quòd erit in arbitrio
iudicis, quam pęnam debeat imponere. ¶ Nam quando-
cunque iura varias pęnas imponunt, optio datur iudici, 21.
q.2.in ſum.34.diſtinct.cap.fraternitatis.Sicu.in cap.ſicut.de
coha.cleri.& mulie.impoſita tamen vna pęna, non poterit
ad aliam tranſire, niſi contumacia creſcente, l.prætor edi-
xit.ff.de iniur.cum ibi nota.fac.quod not.Barto.in l.1.ff.vi
bonorum ra.cum penæ iniunguntur diſiunctiuè, aut niſi con-
ſtet plures pęnas ſimul pro eodem delicto eſſe inflictas.
¶ Dicit tamen idem Sicu.in cap.at ſi clerici.de iudi.quòd in
hoc delicto fornicationis ſemper iudex declinet ad mino-
rem partem, quia pauci, vt dicit Grego.ſine vitio inconti-
nentiæ reperiuntur, 50.diſtin.cap.quia tua.& quia hodie de-
fectus noſtri temporis, in quo non ſolum merita, ſed etiam
corpora hominum deſcernunt, non patitur cenſuram anti-
quorum canonum manere, vt in præallega.cap.fraternita-
118 tis.& melius eſt a † Deo redargui de miſericordia, quàm ſe-
ueritate, 26.q.vlt.c.alligant. ¶ Dicit tamen Ant.in præalleg.
c.at ſi clerici.ad quem Ioan.de Imo.in præſenti cle.remittit.
119 ¶ † Quod ſi fornicatio eſt notoria vel ſcandaloſa, aut diu
continuata, eſt digna depoſitione, de exceſ.præla.cap.quàm
ſit, de teſti.cap.ex parte Adę.vbi tex.quod pro ſimplici for-
nicatione poteſt quis ſuo beneficio priuari. Si non habet il-
las qualitates, tunc ſi committitur cum moniali, idem, ta-
men ibi Sicu.dicit, quòd hoc vltimo caſu non committitur
ſimplex fornicatio, immo tria concurrunt crimina, videli-
cet adulterium, quia ſponſa Dei, ſacrilegium, quia lędit ſa-
crum, inceſtus, quia conſanguinea noſtra, quia filij Dei ſu-
mus, & de quolibet iſtorum poteſt accuſari, de quo glo.not.
in cap.virginibus.27.q.1.& de pęna iſtorum 27.q.1.cap.ſi-
quis epiſcopus.& cap.ſi qua monacha.& c.ſiquis rapuerit.
idem ſi cum virgine, vel cum nupta.de iudi.idem ſi cum con
ſanguinea, vt ibi nota.idem ſi cum filia ſpirituali, 30.q.1.
cap.non debet.idem ſi cum ſoluta non virgine, ſi eam du-
xerit in vxorem de facto, in præallega.cap.fraternitatis.&
81.diſtin.cap.ſiquis amodo. qui cle.vel vo.cap.2. ¶ Si ſim-
pliciter cognouit, nec concurrit aliqua de qualitatibus præ-
dictis, relinquitur arbitrio iudicis, & conſideratis circunſtan
tijs & ſcandalo inſurgente, & conſuetudine patriæ apponat
pęnam, quam magis viderit expedire ad mitiorem partem
declinando, vt præmiſſum eſt, & tenet Sicu.in præallega.c.
120 ſicut. ¶ † Continentia enim in ſacro ordine non eſt voti ta-
citi vel expreſsi, not. Docto.in cap.cum olim, de cleri.con-
iuga. Franc.in rubrica, qui cle.vel vo. Ioan. And.in cap.1.de
vo.lib.6.in nouella.ideo ordo ſacer eſſentialiter non impe-
dit nec dirimit matrimonium. Ad hoc quod no. Ioan. And.
in regula, ſemel Deo.de regu.iur.lib.6.in no. Sed hoc eſt ex
conſtitutione eccleſiæ, 32.diſtin.& 28.diſtin.per totum, &
tempore primitiuæ eccleſiæ licebat presbyteris & ſic con-
ſtitutis in ſacris vxorem ducere, cap.quoniam.cap.aliter.
31.diſtin.dumodo die celebrationis abſtinerent a coniugi-
bus. Poſtea in occidentali eccleſia venit prohibitio, vt con-
ſtituti in ſacris deberent continere, d.cap.aliter.& cap. Ni-
cena.& dicit Fran.vbi ſupra quòd hoc præceptum dat ma-
teriam illaqueandi plures animas propter fragilitatem no-
ſtram, ideo credit, quòd ſicut eccleſia indixit hoc præce-
ptum continentiæ, quòd quandoque reuocabit & erit con-
ueniens dicto apoſtoli reuocatio, quę dicit 1.ad Corin.7.de
virginibus præceptum non habeo, conſilium autem do: &
dicit Sicu.in d.cap.cum olim, quòd pro bono & ſalute ani-
marum eſſet ſalubre ſtatutum, vt volentes continere & me-
reri, relinqueretur voluntati eorum, non valentes autem
continere, poſſent contrahere, nam experientia docente
prorſus contrarius effectus ſequitur ex illa lege continen-
tiæ, cùm hodie non viuant ſpiritualiter, nec ſint mundi, ſed
illicito coito maculantur cum eorum grauiſsimo peccato,
vbi cum propria vxore eſſet caſtitas, d.cap. Nicena.vnde
deberet, vt dicit eccleſia, facere ſicut bonus medicus, vt ſi
medicina, experiētia docente, potius officit quàm proficit,
eam tollat, & quòd eccleſia poſsit tale ſtatutum facere, not.
etiam Hoſtien.in c.rurſus. qui clerici vel vouentes.& Præ-
poſi.ſuper illa rubrica.ſed dicit Francus in cap.fina.de frigi.
& male.quòd ſi daretur clericis in ſacris conſtitutis matri-
monium contrahendi licentia, eueniret magnum ſcanda-
lum, illud ideo conſulit euitandum.& de hoc alias fuit habi-
tus ſermo in conſilio Baſilieñ.ſed non auſit conſilium illud
permittere, & meritò, tantum enim Deo placet integritas
corporis, quòd ex virgine naſci voluit, 27.q.2.§.cum ergo.
121 & cap.inuenta. † Cauſas autem, quare caſtitas fuit indicta
clericis, vide per Ioan. Andr.in cap.quod a te.de cleri.con-
iuga.contra luxurioſos & frangentes domos, & hoſtia mu-
lierum cauſa fornicationis. vide quod no. Ioan. Fab. Inſtitu-
tion.ſi quadru.paupe.fe.di.in gloſſa, amore. Inſuper quia di-
citur in præſenti cle.correctionem clericorum ad epiſco-
pum pertinere. Nunquid etiam delinquentium exempto-
rum in ſuo territorio, & præſuppoſito quod ratione delicti
non ſortiantur forum. Guil.hic relatus a Fran. dicit, quòd
multi multa in hoc ſcripſerunt, maxime Hoſtien.in ſumma,
in tit.de priuileg.§.fi. Ioan. Mona.& Dominicus in cap.epi-
ſcoporum.eo.titu.lib.6.de quo etiam no.de priuileg.c.tua-
122 rum.& ibi aliquid per Sicu. ¶ Tamen † quia ſecundum Guil.
duo ſunt hodie genera clericorum, qui quàm plurimum ec-
cleſiam ſcandalizant, ſcilicet, abuſores litterarum ſedis apo-
ſtolicæ, puta iudices, vel executores, & impetrantes. Item
exempti religioſi potiſsime mendicantes & non mendi-
cantes, idcirco quærit, an in aliquem de prædictis, ſi no-
torie delinquunt, poſsint ordinarij animaduertere? Vnde
pone quòd delegatus citat expreſſe contra tenorem cap.
ſtatutum. de reſcrip.lib.6. de quo certum eſt ordinario,
quod nullum eſt quod ipſe facit, vel pone, quòd fratres prę-
dicatores, vel minores grauant notorie parrochiales eccle-
ſias in retinendo portionem eis debitam, iuxta cle.dudum.
infra de ſepultu. Nunquid poterunt epiſcopi contra tales
procedere? & videtur quòd non, ſupra de offi.delega.cap.ſi
quando. ¶ Contrarium tenet hic Guil.dicens, quòd epiſco-
pus poteſt ex officio declarare talia non poſſe vel non de-
bere fieri, & palam hoc intimare tam ſuis ſubditis quàm
alijs, & per conſequens ſaltem indirecte de litteris papali-
bus, & de poteſtate & gratia per eos data, tam de iudicibus
quàm exemptis iudicare, quod probat, quia iura eſſent fru-
ſtra, niſi eſſent tuentes, & ita ſunt ordinarij in ſuis dięceſi-
bus, de ſenten.excommu.cap.nuper.18.diſtin.c.per totum.
123 & poteſt epiſcopus declarare quod dictum eſt, quia † iura
dicunt, quod vbicunque contenditur, an aliquid fieri debeat
vel

vel poſſit de iure, poteſt adminiſtrator iurium hoc declara-
re, de conſue. cap. cum inter. ¶ Vbi dicit Innoc. quòd ex quo
conſuetudo mala eſt notoria, ad officium Papæ, & ſic cuiuſ-
libet ordinarij ſpectat eam extirpare, per hoc quia crimina
vndecunque claruerint punienda ſunt, 24.q.3.c.eccle.de his
quæ fi.a præla.c.quanto.de fi.presby.c.quoniam.vbi dicitur
idem eſſe, etiam ſi factum non ſit notorium, dummodo poſ-
ſit eſſe notorium, per hoc quod no. Inno. de offi. vica.c.1. vbi
dicitur, quòd ſi aliquis exponit coram ſuperiore aliquam
ineptitudinem notoriam, vt forte in libello vel aliter, vel
etiam aliquam incompatibilitatem, quæ non poteſt de iure
tolerari, vt ſi detinens eccleſiam petit aliam, debet ſuperior
ex officio talia extirpare & rumpere, ff.ſi menſor fal.mo.di-
xe.l.1. maxime ſi in principio cauſæ cognouerit libelli ine-
ptitudinem, quia tunc debet lacerare libellum, ff.de aſſeſſo.
l.1.de iudi.c.examinata.vbi de hoc per Inno. & alios. poteſt
diœceſanus dicere litteras Papales obſtare, vel non obſtare,
arg.de fi.inſtru.cap.accepimus.non enim debet permittere
nocentes priuilegijs abuti, in Authen.de man.princ.§.non
124 permittas.col.3. ¶ † Item nec debet permittere præſes pro-
uinciæ delegatos a principe aliter vti ſua poteſtate, quàm in
ſuis litteris contineatur, & ſi formam earum excedant, po-
teſt in eos animaduertere, in Authen.vt iudi.ſine quoquo
ſuffra.§.volumus.collat.2. 97. diſtin.c.nobiliſſimus.de offi.
delega.c.cum in iure.de reſcrip.c.cum contingat. Pe. Cy. &
Bal. in authen.qua in prouincia.C.vbi de crimine agi opor.
deciſi.capellæ, 429. ¶ Item obligatio, quæ de iure communi
& naturali eſt de ſubditis erga epiſcopum, remanet etiam in
priuilegiatis, quia quæ de iure naturali ſunt, tolli non poſ-
ſunt, Inſti.de legi.ag.ru.in fi.ſicut etiam remanet illegitimi-
tas in ſua natura, de fi.presby.cap.1.& 2.lib.6. Sed Papa non
priuilegiat in delictis, ergo remanent ſub ordinario ¶ Con-
cludit, quòd in his, quæ ſunt iuris, regulariter ſupplet ex of-
ficio per ſuperius dicta, & de offi.delega.per totum. in qui-
bus autem iudex ex officio ſupplere poſſit, tu vide late per
Sicu. in c.bonæ.1.de poſtula.prælato. Bar. & Bal. in l.1. C.vt
quæ deſunt aduo. ¶ Quod autem ordinarius poſſit reſiſtere
delegato, quando vellet procedere in caſu non incluſo in
ſua commiſſione, tenet Inno. in c.ſi quando.de offi.deleg. &
ibidem late Sicu. ad quod glo. ſingularis in c.ex litteris.eod.
125 titu. quæ dicit, quòd iudici † volenti mandare executioni
ſententiam nullam, poſt impune reſiſti, ad quod l.prohibi-
tum.de iu.fiſ.lib.10. idem tenet Dominicus poſt Archi. in c.
ſi eo tempore.de reſcrip.lib.6. in princ.2.col. ad quod bene
facit, quod ponit Ange. conſi. ſuo 265. & in conſi. 182. &
quod no. Bart. in d.l.prohibitum. & idem Ange. in conſi. ſuo
219. dicit, quòd prælati aut ſubditi non debent obedire fal-
ſis aut iniquis literis emanantibus de cancellaria pontificali
vel cæſarea, C.ſi contra ius vel vti.pu.l.3.de preci.impe.of-
fe.l.nec damnoſam. immo & de facto poteſt reſiſti volenti-
bus ſub vmbra dictarum litterarum aliquam committere
impreſſionem, non data prius copia reclamandi, l.defenſio-
nis facultas. C.de iu.fiſ.lib.10. Propterea dicit Bar. in præal.
l.prohibitum.eo.tit. quòd commiſſarij debent ſuas commiſ-
ſiones prius quàm illas exequantur curiæ præſidis inſinua-
re, quod bene ſeruatur in practi. ¶ Vnde concludit idem
Fran. hic, quòd dicta opi. Guil. quo ad ſolutionem princi-
palis quæſtionis habet maximam æquitatem, quando ſupe-
rior talium exemptorum monitus per ordinarium non cor-
rigit, ſed antequam moneatur, nullatenus procedit, cum iu-
riſdictiones confundi non debeant. Item & poſt monitio-
nem de iuris rigore non procedit dicta opinio, cum opor-
teat ſtari verbis priuilegij. Si ergo reprimit, quòd etiam ra-
tione delicti in ordinarij territorio commiſſi non poſſit ipſe
ordinarius cognoſcere, opus eſt vt conqueratur Papæ, qui
prouideat, cũ verbis priuilegij ſtari debeat, de priuil.c.porrò.
& c.recepimus. ad qđ bona glo. in c.graue. de offi. ordi. vbi
not. quòd propter negligentiam prælati immediati exem-
ptorum poteſtas non deuoluitur ad ordinarium, ſed ad ſu-
periorem illius prælati exempti, vnde ibi Sicu. dicit, quòd ſi
abbas exemptus eſt remiſſus in corrigendo monachos ſuos,
poteſtas non deuoluitur ad epiſcopum, ſed recurrendum eſt
ad Papam. ¶ Et licet Lap. ab. in præallega.c.epiſcoporum, di-
cat hoc verum, niſi delictum eſſet notorium, tamen ibidem
Domi. non credit illud verum, quia notorietas non eſt illa,
quæ tribuit iuriſdictionem ordinario contra exemptos ſu-
per delicto commiſſo in loco exempto. Sed poſſet ſaluari, ꝙ
ſi delictum illorum eſſet notorium, & ex tali delicto ipſo fa-
cto ex iuris diſpoſitione incurrerent excommunicatio-
nem, quòd tunc ordinarij locorum poſſent illos denunciare
excommunicatos ad finem, vt per ſuos ſubditos euitentur,
pro quo fa. ibidem alleg. per Lap. & per Guil. in cle.2.de pœn.
& remiſſ. not. Ioan. And. in c.1.de priuileg.lib.6. in no. & in
126 cle.1.de ſequeſtra. ¶ † Vtrum autem tales exempti poſſint
abſolui ab epiſcopo a ſententia canonis? Vide late per Sicu.
in c.ſignificaſti.de foro compe. Fede. de Sen. conſi. 14. Doct.
in cle.cum ex eo.de ſent.excom. ¶ Vnde in principali pun-
cto Fran. hic concludit, quòd præmiſſis non obſtan. in defe-
ctu iuſtitiæ ſeruanda foret opinio Guil. Finge enim dificilem
& periculoſum eſſe acceſſum ad Papam, vt de facto fuit tem
pore Regis Ludouici XI. nuper defuncti, & tales exẽpti op-
primunt clerum in denegando quartam, vel quid ſimile, tũc
enim licet dicere ſibi ius etiam authoritate propria, per id
quod no. Inno. in c.olim.1.de reſti.ſpolia. videtur tamen ali-
ter voluiſſe Sicu. in c.ſi.de foro compe.9.col. dum dicit, ꝙ in
maioribus criminibus, vbi timetur de fuga, poſſit ordinarius
exemptos delinquentes carceri mancipare, & ad ſuperio-
rem remittere, ar.op. in Authẽ.de defen.ciui.§.audient. col.
3. vbi defenſor ciuitatis, qui non iudicat de maioribus cri-
minibus, poteſt pro talibus criminibus capere & ad ſupe-
riorem remittere, fa. quæ dicta ſunt ſupra in 2.q.principali.
Et ſecundum Fran. hic eſt alius modus, vt epiſcopi ſibi ſub-
trahant ſubſidia reuocando caſus epiſcopales, quos aliqui-
bus in pœniten. concedunt. Item populos præcipiendo, vt
non accedant ad eos, donec deſtiterint, & ſic indirecte co-
erceantur, arg. c.de terris. de deci. & c.poſt miſerabilem.de
127 vſur. ¶ † An autem delegatus delinquens in delegatione
ſua poſſit coram ordinario conueniri? Vide Sicu. poſt Ioan.
And. in c.ſi.de reſcrip. Ex præmiſſis infero, quòd vbi aliquis
delegatus abutitur, vel alius quicunque litteris apoſtolicis,
poteſt ordinarius eum impedire. Secundò, quòd regulariter
exempti contra c.1.de priuileg.lib.6. non poſſunt puniri per
ordinarium, etiam data ſuperioris immediati negligentia
vel notorietate delicti. Tertio, quòd tales exempti declarari
poſſunt ſiue denunciari excommunicati per ordinarium, ſi
incurrerint ipſo iure excommunicationem ex ſtatutis ſuis
vel de iure communi. ¶ Poſtremo, quia dictum fuit ſupra in
3.& 6. contrario, quod pœna delicti remitti poteſt per prin-
128 cipem. ¶ Quæritur, † vtrum princeps ſecularis poſſit cleri-
cum a crimine abſoluere, vel eidem indulgentiam aut aboli-
tionem ſeu remiſsionem, aut gratiam concedere, ita ꝙ non
poſſit vlterius de eodem crimine per eccleſiaſticum iudi-
cem puniri? ¶ Et prima facie videretur dicendum quòd ſic,
per gloſſam poſitam in authen.clericus. C.de epiſ. & cler. ſu-
per verbo, & ſi reus. vbi gloſſa tenet iudicem ſecularem cle-
ricum a crimine abſoluere poſſe, licet non poſſit eum con-
demnare, quam glo. ſeruat generalis Franciæ conſuetudo,
pro qua poſſunt adduci iura, quæ dicunt, conſuetudines ob-
ſeruandas: ea enim, quæ ſunt iure communi prohibita diu-
turnitate tanti temporis, cuius initij memoria non exiſtit,
licite obtinentur, hoc patet de verbo. ſignifi.c.ſuper quibuſ-
dam.§.præterea. & c.quid per nouale. & c.veniens.eo.titu.
lib.6. 3.q.6. hæc quippe. 65. diſt. mos antiquus. & c.ſeq. 9.q.3.
c.conqueſtus. 18.q.2.c.ſeruitium. & 1.q.1.c.nullus epiſco-
pus. maxime hoc procedit in principe, ex eo quia præſumi-
tur, quòd iuſte faciat. ¶ Et ſemper in eo iuſta cauſa præſumi-
tur, no. Ant. & Sicu. in c.quæ in eccleſiarum.de conſti. Cy. &
Bal. in l.reſcripta. C.de preci.impe.offe. Cùm igitur de con-
ſuetudine in præſenti regno Rex concedat huiuſmodi gra-
tias, ſiue remiſsiones etiam clericis, ergo venit obſeruanda,
vnde poſtquàm talis gratia ſemel fuerit intimata, iuxta not.
in l.2. C.ſi contra ius vel vti.pu. clericus ille non debebit vl-
terius de eodem crimine inquietari, vel accuſari, ad quod
tex. glo. & Bar. & Ang. in l.ſi cui.§.1.ff.de accu. hoc enim vi-
detur eſſe regulare, ꝙ de crimine ſemel abſolutus vlteri⁹ nõ
debet accuſari, maxime ſi talis abſolutio facta non fuerit in
foro pœnitentiali, tenet Ioan. Fab. in l.ſiquis homicidij. C.ꝗ
accu. non poſſ. & ibi per Salyc. Inno. Hoſti. Ioan. And. Anto.
Sicu. & Franc. Aret. in c.de his, de accuſ. idem Sicu. in c.2.de
ſchiſma. & in c.1.de purga.can. ¶ Secundo videt, quòd ſaltẽ
dicta gratia ſiue remiſſio ipſi clerico prodeſſe debeat, vbi ꝓ
delicto pœna confiſcationis veniret imponenda, vt quo ad cõ
fiſcationem bonorum immobilium poſſit Rex clerico delin
quenti gratiam concedere, quo ad mobilia nihil prodeſſe vi
deatur. Maxime quia iuxta generalem Franciæ conſuetu-
dinem, quam ſæpenumero in practica vidi ſeruari, licèt bo-

na

na mobilia clericorum damnatorum epiſcopis applicentur,
& immobilia temporalibus dominis, a quibus tenentur, vt
tenet Petr. de Anche. in regula iuris, ea quæ. lib. 6. 22.
q.& Old.conſi.47.& dictam conſuetudinem refert Io. And.
in addi.Specu.titu.de feudis.§.penul.verſi.41.quæritur.pro
qua ſeruanda inducitur ff.de leg.l.minime.ff.de ſepul.vio.l.
3.§.diuus.in fi.& C.de eman.libe.l.1.& vlti.C.de diuer.offi.
l.viros.lib.12.Sic & lex Federici diſtinguit inter res mobiles
& immobiles,de pa.tenen.§.ſi vero.& facit eo.titu.§.ſi cleri-
cus.& C.de epiſ.audi.l.addictos.& quod ibi no.videlicet cle
ricum puniri in patrimonio per iudicem ſecularem. Et ad
prædictam diſtinctionem bonorum mobilium & immobi-
lium, facit c.ad hæc.c.relatum.2.§.ad hæc.de teſta.C.fami.
herci.l.ſi filius.1.reſpon.verſic.prædia.& C.de impo.lucra.
deſcrip.l.1.lib.10.& ff.de ſupelle. lega.l.3. ¶ Quod autem
proceſſus agitatus ſuper huiuſmodi gratia vel remiſſione
coram iudice ſeculari, teneat, probari videtur, regula eſt
129 enim,† quod ſicut quando conſtat citationem arctari, cita-
tus tenetur venire, ita quando dubitatur, vt no.glo.& Doct.
in c.veniens.de accuſa.& 3.q.2.c.ſi epiſcopus. Innoc.in c.2.
de dila.Sicu.in c.cum ordinem.de reſcrip.& ibi glo.Bat.in l.
2.ff.ſi quis in ius vo.non iet.in l.2.& l.ſi quis ex aliena.ff.de
iudi.& no.Ioan.23.q.8.conuenior.quòd ſi iudex laicus citat
clericum, tenetur comparere & priuilegium allegare.Sic vi-
detur, ꝙ proceſſus ſuper huiuſmodi gratia valere debeat, &
ipſi gratia, cum nunquàm impetrans ſe clericum dixerit.
130 ¶ † Præterea ſi iudex probabiliter erat in facto, & credit ſe
iudicem, cum non ſit,& procedit, tenet proceſſus, de ap.c.ſi
duobus.ſecus ſi erraret in iure, de offi.deleg.c.cum ſuper.de
conceſſ.præben.c.ex parte.princeps autem huiuſmodi gra-
tiam concedens, vel iudex eandem terminans probabiliter
errare poſſunt in facto, ſi impetrans non proponat ſe cleri-
cum.¶ Quia cum quilibet naſcatur laicus, talis eſt præſumen
dus, niſi probetur clericus, 2.q.1.c.legum. Cùm igitur talis
clericus impetrans ſit de regno,& ſe offert ſponte iudicio, er
go &c. Sic etiam videmus de procuratore, qui reuocatio-
nem ſuam ignorat, nam valet quod facit, de procur.c.in no-
ſtra.& c.penul.& iudice reuocato, vt no.63.diſt.c.tibi domi-
no.& de hoc per Innoc.de reſcrip.cap.cum contingat.& de
131 conceſ.præben.c.quia cunctis.lib.6.† Inſuper videmus, ꝙ in
his, quæ ſunt iuriſdictionis, opinio præiudicat veritati, quod
patet in ſententia ſerui, qui liber putabatur, in l.Barbarius.ff.
de offi.præto.3.q.7.§.verum.& occulti excommunicati, de
re iudi.c.ad probandum.facit C.de teſta.l.1.C.ad mace.l.2.
ff.eo.tit.l.3.de iure patro.c.conſultationibus.de elec.c.quæ-
relam.de ſenten.excommu.c.ſi iudex.lib.6.Si igitur clericus
a principe gratiam ſiue remiſſionem impetrans communi
opinione habeatur pro laico, hoc eſt ex quadam conformi-
tate ſui circa mores & actus laicorum, cenſeatur igitur lai-
cus, cum propter ſimilitudinem quis cenſeatur de numero
illorum, quorum in rei veritate non erat, 27.diſtin.c.vlti.de
biga.c.nuper.& dignum eſt, vt qui ſimilem cum alijs &c.de
ſtatu mo.c.recolentes.fa.quod no.in d.c.ſi iudex. ¶ Rurſus
princeps ex conceſſione talis gratiæ in clericum iuriſdictio-
nem non videtur exercere, cum iſte clericus impetrans ſit
actor, qui petit contra procuratorem regium ſuas gratiæ lit-
teras intimari, modo actor ſequatur forum rei, ſiue actor ſit
clericus, ſiue laicus, C.de ordi.iudi.l.adire.11.q.1.c.experiẽ-
tiæ.de fo.compe.c.ſi clericus.& c.cum ſit.C.de iuriſ.omni.
iudi.l.iuris ordinem.& l.in criminali.C.eo.tit.ergo &c.¶ Ma
xime cum talem gratiam concedere ſit in libera voluntate
132 principis, ex eo † enim gratia dicitur, quia gratis accipitur
vel datur, aliàs non eſſet gratia, 1.q.1.c.quicunque.iudicium
autem redditur in inuitum, l.inter ſtipulantem.§.ſtichum.ff.
de verb.oblig.& c.intelleximus.de iudi.ad quod, quia cleri-
cus tunc nõ trahitur, tunc enim canones locum habere poſ-
ſunt, qui hoc vetare videntur, ꝙ clericus trahatur, ſed cum
vltro ſe offert in huiuſmodi cauſa voluntarius, aliud quàm
in reo neceſſario iudicandum eſt, bene facit qđ no.Inn.in c.
133 cum inter.de excep.¶ Deinde videmus, † quòd in emanci-
patione iudex competens eſt iudex patris & non filij, vt no.
in l.fi.C.de emanci.& tenet Pet.de Anche.in cap.ea quæ.de
reg.iur.li.6.q.18.ergo a ſimili intimatione huiuſmodi gratiæ
iudex competens eſt iudex procuratoris regij, qui videtur
eſſe reus & conuentus,& nõ iudex impetrantis clerici.¶ Po-
134 ſtremo videmus, † quòd ſtatutum generale laicorum & fa-
uorabile includunt clericos, vnde ſi ſtatutum dicat, ꝙ ſtanti-
bus maſculis filia non ſuccedat, in illo ſtatuto includitur cle-
ricus, vel presbyter & monachus, ad hoc cap.dilecti.de foro
compe.10.diſtin.c.ſi in adiutorium.& Doct.in c.fi.de ſolu.
facit c.cum veniſſent.de eo qui mitti.in poſ.& c.eccleſia.vt
lit.penden.ita conſuluit Ioan.de Ligna.vt refert Lap.alleg.
ſua 107.& tenet Bart.in l.cunctos populos.C.de ſum.Trini.
Ant.in c.quod clericis.de foro compe.de quo per Bald.in l.
Deo nobis.C.de epiſ.& cler.¶ In contrarium videtur, quòd
talis gratia non valeat, quia eſt contra vtilitatem publicam,
cuius intereſt ne crimina remaneant impunita, c.vt famæ.de
ſenten.excom.l.ita vulneratus ff.ad l.aqui.ff.de publica.l.li-
citatio.§.quod illicite.ergo non valet, l.nec damnoſa. C.de
preci.impera.offe.maxime quia per conceſſionem huiuſmo
di clericis audacia tribuitur delinquendi, contra præſentem
cle.fa.c.vt clericorum.de vi.& hone.cleri.c.eſt iniu.23.q.4.
135 † In correctione enim malorum placatur Deus omnipo-
tens, cap.ſi quos.e.cau.& q.vnde dicit text.ea.cau.& q.c.ſi
enim.ad iram Deus prouocatur, cum mala puniri differun-
tur, vnde id ſolum bene agitur, vt vita hominum corriga-
tur, c.prodeſt.23.q.5.Et licet ea, quæ in nobis committun-
tur, facile poſſimus indulgendo dimittere, ea tamen, quæ in
Deum commiſſa ſunt, cum magna diſtinctione nec ſine pœ-
nitentia poſſumus relaxare, 23.q.4.cap.ſi is qui.ergo &c.
136 ¶ † Secũdo princeps in dubio non præſumitur velle præiu-
dicare iuri tertij, c.ſuper eo.de offi.delega.c.quamuis, de re-
ſcrip.lib.6.l.2.§.ſi quis a principe.ff.ne quid in loco publi.Et
licet etiam ſine cauſa, quando ſolius fiſci intereſt, princeps
pœnam remittere poſſit, vt tenere videntur Cy.Bal.& Sal.
in l.reſcripta.C.de preci.impe.offe.alleg.Sicu.in cap.quæ in
eccleſiarum.de conſti.in c.niſi ſpecialis.de offi.leg.fa.no.per
Bat.& Bal.in l.venia.C.de in ius vo.& ibi etiam Saly.prope
fi.de pœnis tamen & iuribus ſingularium perſonarum nõ po-
teſt hoc licite fieri in præiudicium ſingularis, cui ius eſt quę-
ſitum, vt text. videtur eſſe not.in prealleg.l.venia.cum glo.
ſua ſecundum Bal.ad hoc ff.de pac.l.fi.ff.de contra tabu.l.ſi
poſt mortem.§.vlti.arg.ff.loca.l.ſi cum Hermes. hoc etiam
no.idem Bart.in præallega.l.venia. pro quo l.ſi non fortem.
§.libertus.ff.de condi.indeb.Sic princeps gratiam huiuſmo-
di clerico concedendo pœnam delicti remittere non vide-
tur, ſaltem quatenus eccleſiæ præiudicium concernit.¶ Ter-
tio videretur, quòd talis gratia ſiue remiſſio ſit nulla, certum
eſt enim, ꝙ nec in foro contentioſo, nec in foro pęnitentiali,
quod a non ſuo iudice condemnari poteſt vel abſolui, c.in
primis.2.q.1.c.ad noſtram.de conſue.c.olim.de iniurijs.de
clerico enim laico non licet dare legem, 96.diſt.c.bene qui-
dem.16.q.7.c.non placuit.immo contrafaciens tanquàm ſa-
crilegus eſt puniendus, e.cau.& q.c.ſi quis principum.& de
vniuerſa eccleſia male indicat, qui quærit iudicium laico-
rum, 11.q.1.c.placuit.Et ſicut non tenet ſententia a non ſuo
iudice lata, d.c.ad noſtram.de conſue.& c.at ſi clerici.de iud.
C.ſi a non compe.iudi.per totum.ita nec confeſſio coram
eo facta, d.c.at ſi clerici.ita nec abſolutio, c.venerabilibus.de
ſenten.excom.§.vbi autem.lib.6.ita nec etiam purgatio, c.li-
cet.de offi.lega.ita ſtatutum non ligat niſi ſubditos ſtatuen-
tis, c.a nobis, de ſenten.excommu.c.nouit.de offi.lega.l.fi.de
iuriſ.omni.iudi.c.fi.de conſti.lib.6.ita etiam citatio nulla, ar-
guendo de toto ad partem, c.paſtoralis.§.item cum totum,
de offi.delega.& probatur de fo.compe.c.romana.in fi.lib.
6.fa.ad hoc c.contingit.de arb.cum ſua glo.idem de indul-
gentia in foro pęnitentiali, quæ etiam a non ſuo iudice non
tenet, c.quod autem.de pęni.& remiſſio.vbi dicit Sicu.quòd
in multis forus pęnitentialis regulatur ad limites fori con-
tentioſi, vnde ſicut in foro contentioſo quis a non ſuo iudi-
ce ligari non poteſt, nec abſolui, ſic nec in foro pęnitentiali,
ad hoc c.omnis vtriuſque ſexus.de pęn.& remi.& c.placuit.
de pę.diſtin.6.& §.ecce.16.q.1. Modo clariſſimum eſt, quòd
princeps clericum condemnare non poteſt de crimine, cum
ſint exempti de iure diuino, vt ſupra dictum eſt, ergo nec
etiam abſoluere, par enim eſt ius ligandi & ſoluendi, de pęn.
137 diſtin.1.§.verbum.& † cui denegatur cognitio, multo fortius
diſpenſatio, arg.C.de his qui ve.æta.impe.l.2.& 3. & 4.q.6.
c.quamuis.& c.dudum.& de ſenten.excom.c.cum illorum.
immo ad illum ſolum pertinere videtur reſtitutio, ad quem
examinatio, 2.q.3.§.hinc colligitur.arg.ff.de regu.iur.l.cum
principale.Talis igitur gratia ſiue reſcriptum tanquam con-
tra ius diuinum conceſſum, eſt nullum, ad quod bene fac.gl.
Bar.Bal.& Ioan.Fa.in l.fi.ſi contra ius vel vti.pub.Bald.in l.
reſcripta.ſupra alleg.de quo plene per Bart.in prima conſti-
tutione ff.circa princip.legitur enim, quòd Pharao clericos
honorabat,

honorabat.& eos libertate donauit,13.q6.vlti.c.quãtis.de
iminu.eccle.c.non minus.Geneſ.47.de quo per Archid.de
cenſi.c.quãquam.lib.6.ſuper verbo,diuino. & 2. Eſdræ,8.c.
Conſtantinus etiam ipſorum accuſationem recipere recu-
ſauit,11.q.1.c.ſacerdotibus.¶ Quarto videtur,q talis gratia
non valeat ex defectu iuriſdictionis,c.nullus.11.q.1.de fo.
comp.c.nullus.fa.l.generaliter. C.de epiſ.& cle.qui quidem
defectus iuriſdictionis opponi põt aduerſus talem gratiam
ſiue proceſſum & ſententiam terminationis,etiam ſi conſti-
tutio vel ſtatutum ſit,q nulla exceptio admittatur, vt no.in
clem.1.de ſequeſtra.poſſ.& fruc.& tenet Bald.poſt Cyn.in
præalleg.l.gñaliter.idem Spec.in tit.de cita.§.1.verſ.ſed po-
ne q iudex.& §.pen.in fi.& Archid.15.q6.4.in cap.placita.
ergo &c. ¶ Quintò, quotiens imminet tale factum,quod a
iure reprobatur, taciturnitas eius, qui non poteſt expreſſe
actui conſentire,nihil operatur, no.de præben. c.dilecto. cũ
ſimil.his conuenit quod no.C.vbi de crimi.agi opor.l.1.vbi
no.Accur.q qñ iudex eſt talis, q citatus ſua voluntate non
poſſit eum facere iudicem, non nocet taciturnitas, fa.dictũ
c.dilecto.& quod ibi no.Inno.vt refert Io.And.ſuper 3.glo.
138 Ad hoc inducit Specu.in locis alle.immo † clericus expreſ-
ſe confitens coram ſeculari iudice ſe non eſſe clericum, non
præiudicabat ſibi,d.c.at ſi clerici.& Bald.in l.ſi qua per calũ-
niam.C.de epiſ.& cler. Clericus enim nõ poteſt nec expreſ-
sè neq; tacitè in laicum cõſentire, nam pacto priuatorũ &c.
ff.de reg.iur.l.neque pignus.§.priuatorum.c.ſi diligenti, de
fo.compe.cum ſuis concor.Sed ius publicum conſiſtit in ſa-
cris & ſacerdotibus,1.diſt.c.ius publicum,maximè in hoc ca
ſu,vbi tale ius eſt conceſſum non in fauorem clericorum tan
tum,ſed totius cleri,de ſen.excom.c.contingit. d.c.ſi diligẽ-
ti.ergo dicti clerici impetrantis taciturnitas tacentis ſe cleri-
cum in gratia prædicta,& coram iudice non ſuo,principi vel
iudici prędictis iuriſdictionem non tribuit:immo quod for-
tius eſt,ſi clericus expreſſe ſe laicum fateretur coram iudice
ſeculari,qui ſcit vel ſcire debet eum clericum, non excuſa-
ret,ſm Inno.in c.vt famæ,de ſent.excom. & idem no. Ioan.
And.in c.ſi iudex.de ſent.excom.lib.6.in nouella ſæpius al-
leg.fa.quod not.Bald.in d.l.ſi qua per calumniam, vbi red-
dit rationem, quia iſta confeſſio eſt facta coram iudice in-
competenti: alleg. dictum c.at ſi clerici. ¶ Sexto releuare
non videtur,q iſte forte communi opinione habebatur pro
laico: nam licet communis opinio hoc operetur, quòd ea
durante ſeruetur gratia prædicta:manifeſtata tamen verita-
te cedit opin.8.diſt.c.veritate.& ſic declarabitur nulla gra-
tia,& totus proceſſus inde ſecutus,ſicut no.de ſententia lata
per falſos teſtes,de excep.c.cum venerabilis. & in ſenten tia
excommunicationis lata poſt appellationem legitimam non
proſecutam,de ſent.excom.c.licet.lib.6. ¶ Septimo non vi-
detur obſtare gl.in præal.auth.clericus.C.de epiſ.& cler.vbi
gl.videtur tenere iudicem ſecularem poſſe clericum abſolue
re a crimine.Nam Bal.ibidem tenet 9rium:& hoc eſt ex eo,
quia deficit iuriſdictio: vnde cùm iudicium non poſsit fun-
dari,non poteſt ferri ſententia pro vel contra,vt d.c.at ſi cle
rici.& iſta eſt veritas ſecundum eum.¶ Octauo non videtur
excuſare contraria conſuetudo,quia non valet, vtpote con
tra ſtatum & libertatem eccleſiæ,& oneroſa & grauoſa eccle
ſijs,c.1.de conſue.c.noſtram.& c.cum inter.eo.tit.c.decerni-
mus.c.quanto.c.clerici.de iudi.c.quæ in eccleſiarum.de con
ſti.& c.eccleſia ſanctę Mariæ.eo.tit.de reb.eccle.non alie.c.
ſi.96.diſt.c.bene quidem.in auth.caſſa.C.de ſacroſan.eccle.
& ibidem Bar.Bal.& Salic.& Inno.& Sicu.in c.nouerint, de
ſent.excom.fa.no.per Io.Fab.in auth.ſtatuimus. C.de epiſ.
& cle.Et maximè,cùm dicta conſuetudo ſit 9 iura habentia
perpetuam cauſam prohibitionis, nedum canonica & ciui-
lia,immo ẽt diuina:quare non tenet,10.diſt.c.vides.25.diſt.
c.imperiali.d.c.ſi diligenti. C.de legi. l. non dubium. immo
potius videtur corruptela dicenda,de conſue.c.cum venera
139 bilis:cum temporis † diuturnitas ſine veritate ſit erroris ve-
tuſtas,8.diſt.c.veritate. & quanto diuturniora ſint peccata
tanto grauiora,32.q.7.c.flagitia.de conſue.cap.fina.Nec iu-
uare videtur epiſcoporum tolerantia,immo culpæ eorũ eſt
aſcribendum,fa.c.ad rearũ.81.diſt.& ex tali facto iura pręci-
piũt clericos puniendos,idcirco patiẽtia nõ ſufficit:& cũ cle
ricus pęnam mereatur,iudex pręmium conſequi non debet:
fa.de do.inter virum & vxo.& ſi neceſſe.cum ſuis concor.
Et hanc ſecundam partem crederem, ſalua correctione, de
iure veriorem. Ex qua talis ad titulũ quæſtionis elicitur re-
ſponſiua concluſio. Laicum iudicem vel ſecularem princi-
cipem a crimine clericum abſoluere non poſſe, iure clarum
eſſe videtur. Plura alia eſſent huius occaſione materiæ diſcu
tienda,quæ in aliud tempus differri operepretium arbitror.
Hic igitur pauca perſtrinxiſſe ſufficiat, ad Dei laudem, glo-
riam & honorem.

d

REPETITIO
IN CLEM. DISPENDIOSAM. DE IVDIC.

Præſtantiſsimi I. V. C. D. Benedicti Capræ.

SVMMARIVM.

1 *Subtilitates de iure canonico ſunt prohibita, & etiam quandoque ſecundum leges, quando allegantur ad ſimplices homines decipiendos.nu.10.*
2 *Decimas qui ſoluere debent, poſſunt compelli per excommunicationem.*
3 *Connexorum & dependentium eadem eſt ratio, & idem eſt iudicium.*
4 *Dominium & poſſeſſio an & quando per iuramentum probentur.*
5 *Proceſſus eſt nullus, ordine iudiciario ſubſtantiali non ſeruato.nu.11.*
6 *Ordo iudiciarius non poteſt remitti per partes in cauſa principali, ſecus in cauſa appellationis.*
7 *Sententia ex temporis breuitate ſtatim lata & ſubito, an ſit nulla.*
8 *Conſtitutio licèt tantum futura reſpiciat, reſpicit tamen præſentia vel præterita, quando id in ea exprimitur.*
9 *Conſtitutio noua extenditur ad præſentia, quando id in ea exprimitur, non tamen extenditur ad præterita per appellationem.*
12 *Hoſpitalia regulariter ſolent regi per laicos, & in diſpoſitionibus fauorabilibus veniunt nomine eccleſiæ.*
13 *Monachus ex monachatu dicitur conſequi præbendam in victu, veſtitu, & alijs.*
14 *Acceſſorium ſequitur ſuum principale.*
15 *Extenſio in materia a iure communi exorbitante fit ex identitate rationis.*
16 *Ius percipiendi decimas poteſt per alium præſcribi.*
17 *Decimæ feudales non iure communi, ſed ſpeciali debentur.*
18 *Dictio, quis, vel qui, non ſemper ſtat reſtrictiuè, nec orationem reſtringit, quando ſtat interpoſitiuè.*
19 *Clerici tenentur pro patrimonialibus ad onera, non pro dote.*
20 *Religioſi tenentur ad decimas præterquam noualium, quæ propriis manibus colunt.*
Ciſtercienſes non tenentur ad decimas laborum.
21 *Iudex qualiter formabit ſententiam excommunicationis contra non ſoluentes decimas.*
22 *Sententia de futuro ferri poteſt pro iure ſeruitutis.*
23 *In cauſa decimarum an & quando poſſit procedi tanquam ſuper notorio.*
24 *Decimæ debentur de iure communi.*
Ius commune eſt notorium, & ab omnibus ſciri debet.
25 *Cauſa matrimonialis & priuilegiata quæ dicatur.*
26 *Cauſa incidens priuilegiata non alterat naturam principalis cauſæ non priuilegiatæ, immo eius naturam aſſumit, & priuilegium admittit.*
27 *Acceſſorium ſequitur ſuum principale.*
28 *Quæſtio incidens vbi venit ſeparatim tractanda a principali, habetur per omnia ac ſi principaliter agitaretur.*
29 *Deducta in libello ponderanda ſunt, ad cognoſcendum modum in procedendo, & an cauſa ſit ſummaria vel ordinaria.*
30 *Quæſtiones duæ quando in iudicio principaliter vertuntur circa idem, quarum vna eſt priuilegiata, alia non, quid iuris, an debeat ſeruari priuilegium.*
31 *Lex fori eſt ſeruanda, in quo iudicium agitatur.*
32 *Hæreſis crimen eſt merè eccleſiaſticum, & de eo non poteſt cognoſcere ſecularis.*
33 *Vſurarum cauſa an ſit agitanda in foro ſeculari. Et quid de cauſa matrimoniali.*
34 *Iudex ſecularis an & quando poſſit cognoſcere in cauſa iuri: remiſſ.*
35 *Iudex eccleſiaſticus non poteſt procedere ad pœnam ſanguinis.*
36 *Iudex ſecularis nunquam poteſt pronunciare ſuper matrimonio & eius ſubſtantia, ita quòd eius ſententia faciat ius.*
37 *Iuramenti in relaxatione concedenda eſt neceſſaria citatio partis.*
38 *In abſolutione concedenda ad viam veritatis aperiendam non eſt neceſſaria citatio partis*
39 *Verbum, debes, importat neceſſitatem: verbum, valeat, poteſtatem.*
40 *Iudici quando datur facultas in aliquo, non tenetur iudex illam exercere ad partium petitionem, ſed ad beneplacitum ſuum.*
41 *Clauſula, procedatis ſola veritate facti inſpecta, quid importet.*
42 *Dictio, ſolum, eſt excluſiua.*
43 *Conſtitutio noua dans formam proceſſui, reſpicit etiam præterita in cauſa appellationis quo ad fienda.*

Diſpen-

DIſpendioſam. Glo.prima ſummat.
In tex.ibi ex ſubti-
li ordinis iudiciarij obſeruatione.no.tex.quod
1 ſubtilitates ſecundum † canones ſunt prohibi-
tæ : ad hoc ſupra eo.titu.c.dilecti . de iura. ca-
lum.c.litteras.& c.1.de re.ſpo.& c.ſæpè. Item ſecundum le-
ges , vt not.Inno.in d.c.dilecti.per quo facit text.ad legem
Aquil.in l.ita vulneratus. §.primo.ff.quibus mod. pignus vel
hipo. ſoluit. l.ſicut.§.debitori.ff.de religio. & ſump. funer.l.
ſunt perſonæ.ff.manda.l.ſi fideiuſſor. §.quædam . quæ om-
nia procedunt , quando omnes iſtæ ſubtilitates allegantur
ad ſimplices homines decipiendos : ad quod ſupra de feri.
capellanus . per Hoſt . quando enim quæritur de intelle-
ctu iurium,ſubtilitates iuris appellantur , vt de translatio.
prælatorum.capitulo ſecundo. §.cùm ergo. & dicto capitu-
lo, capellanus . & capitu. fina. facit 30. quæſtione quin-
ta . iudicantem de teſtib. cum clamor. vigeſimatertia quæ-
ſtione tertia.capitulo , eſt iuſta , ſecundum Ioann.de Imo.
hic. In tex.ibi cenſura eccleſiaſtica.not.quòd illi , qui deci-
2 mas † ſoluere debent, poſſunt per excommunicationem
compelli : facit ſupra de decim.peruenit . trigeſimaſecun-
da diſtinct.præter hæc.decimaſexta quæſtione prima,ſtatu-
tum.& per Ioan.Andr.in capitulo,tua. 2. de decim.circa fi-
nem . quæ excommunicatio ſic per iudicem ferri poteſt.
Monemus vos pro primo, ſecundo , & tertio termino , vt
infra triginta dies ,quorum 10.pro primo , 10.pro ſecundo,
10.pro tertio & vltimo termino aſſignamus , vt decimã de
fructibus talium poſſeſſionum ſoluatis , alioquin ex nunc
prout ex tunc ſententiam excommunicationis proferimus ,
ſecundùm Ioan.de Ligna. hic:licèt in contrarium videatur
text.in capitu.Romana.§.caueant.de ſententia excommun.
in ſexto.de quo latius dicetur infra, vt glo.in verbo,pro mo
nitis . In tex.ibi , 4. caſu quoquo modo tacentibus . nota ,
3 quòd connexorum † & dependentium eadem eſt ratio , &
idem eſt iudicium , quod eſt principalium in ordine proce-
dendi , vt hic, & l.cum hi . §.vni.ff.de tranſactio. & in capi-
tulo , ſuper gratia . de offic. delega. in ſexto. Et not. Ioann.
And.in cap.primo.de foro competen.in ſexto.& per Barto.
in l.ſolent . ff.de alimen. & ciba. lega. vbi notabiliter dicit ,
4 quòd ſi ſtatuto † cauetur , quòd in cauſis damnorum dato-
rum ſtetur iuramento damnum paſſi , & tunc dominium &
poſſeſſio probabitur per iuramentum , quia quidquid illam
cauſam tangit , concludit̃ ſub illo verbo , in cauſis . ſecus
tamẽ ſi ſtatutum requireret aliud etiam pro fundamento :
puta , quia dicit ſtatutum , quòd ſtetur iuramento domini :
nam tunc ſuper dominio non ſtatur eius iuramento , ſed li-
quidò ꝓbari debet, no.in l. ſi quando . C. vnde vi. In tex.ibi,
procedi debeat . not. text. quod in caſibus huius Clem. pro-
ceditur ſummariè & de plano, de quo latius dicetur in gloſ.
5 Ordo † tamen iudiciarius ſubſtantialis eſt ſeruandus , adeo
quòd ſi eo omiſſo procedatur , proceſſus eſt nullus, vt nota.
ſecunda quæſtione prima, in ſumma.& eſt tex.eadem cauſa.
quæſt.ſexta.§.iudicantem.& qui dicantur ſubſtantiales , ha-
betis glo.in capitu.de cauſis. ſupra de offic.delega.& in cap.
primo.de libel.oblat.& in l.prolatam. C.de ſententijs , vbi
6 gloſſ. dicit , quòd iudiciarius ordo † remitti non poteſt
per partes : ſimilis eſt in reg. fi.in ſexto . & in Clementi.ſæ-
pe.de verborum ſignificatio. & in capitulo ſecundo . & fi.
de libel.obla.quod verum in cauſa principali : ſecus autem
in cauſa appellationis, vt ſingulariter nota.Specu.in titulo,
de libel.concep.in §.ſi & verum.in verſic.ſed tamen.fundans
ſe per text.in l.fina.C.de tempori.appel.ibi,dum text.dicit ,
facile ꝓ reſeruare &c. vbi hoc idem ſequitur Bald. Sunt ta-
men quædam , quæ non ſunt de ſubſtantia ordinis , quæ ſi
petita non concedantur , annullant proceſſum , & ſic ſunt
ſubſtãtialia ſi petantur, vt nota.decimaſexta quæſtione quar
ta , vxor felicis . ſecundùm Paul.hic . qui tamen dicit ꝙ va-
let ſententia , licet teſtes & aliæ probationes non fuerint
productæ ſi petitum non fuit, tamen tunc ſententia ſit
contra ius litigatoris , argu.capituli , cùm inter.de re iudi-
cata . vbi plenius . quod verum vbi ex temporis breuitate
aliud præſumatur , vt puta ſi ſtatim poſt litem conte-
ſta. vel infra modicos dies iudex diffinitiuam ſenten-
tiam tulit , certe præſumi debet ex temporis breuitate ,
7 quòd iudex inſtructus † non fuerit , & tunc putarem ſen-
tentiam nullam tanquam ſubito latam , per text.in l.ſecun
da . C.de ſenten. ex peric.recit.& text.in capitulo , tam ex
litteris . de reſtitu.in integ.& hoc tacite videtur ſentire Bar.
in dicta l.prolatam.in dictis vltimis ſuis verbis . facit text.in
l.vltima.C.comminat.vel epiſtolas . In tex.ibi , ſed ad præ-
ſentia.not.quòd licet conſtitutio communis tantum futu-
8 ra † reſpiciat , vt in capitulo fina. de conſtitu.non præſen-
tia vel pendentia : tamen ipſa præſentia vel pendentia re-
ſpicit , quando hoc exprimitur in ea.In tex.ibi,& adhuc , &
per appellationem.& tex.no.ex hoc tex. quòd licet conſtitu
9 tio noua † extendatur ad præſentia , quando hoc exprimi-
tur, tamen non extenditur tunc ad pendentia per appella-
tionem , vbi hoc exprimatur , etiam quando dat formam
actui ſucceſſiuo ſecundùm Innocen.hic.de quo hic in glo.&
per glo.in l.iubemus . C.de ſacroſanct.eccleſ. In glo.ſubtili.
in fi. & hic per Paul.& Innocent.qui videntur concludere ,
10 quòd ſubtilitas perniciosa ad decipiendum † homines indu
cta reprobatur , ſed vtilitas ad veritatis indagationem &
iurium declarationem commendatur , vt in contrarijs
In gloſ.præſcriptis.in fi.cùm in iſtis alijs cauſis ordo iudi-
11 ciarius ſit ſeruandus , adeo quòd ſi eo † omiſſo in ſub-
ſtantialibus procederetur , non valeret proceſſus & ſen-
tentia, ſecunda quæſtione ſeptima. §. diffinitur. de quo or-
din.not.ſecunda quæſtione prima.in ſumma . Quæ autem
ſunt ſubſtantialia & principalia iudicij , not. in capitu.pri-
mo.de libel.oblat.& in capitulo,de cauſis . de offic. deleg. &
in l.prolatam. C.de ſententijs . Sunt tamen quædam , quæ
non ſunt de ſubſtantiali ordine , quæ tamen ſi petita non
concedantur , annullat proceſſum , & ſic ſunt ſubſtantialia.
ſi petantur , vt nota.decimaſeptima quæſtione quarta. vxor
felicis . ſecundum Paul.hic qui tamen dicit , quòd valet ſen
tentia , licet teſtes , vel aliæ probationes non fuerunt produ
ctæ ſi petitum non fuerit , cum tunc ſententia ſit contra ius
litigatoris , vt not.in cap.cum inter.de re iudica.circa quod
tamen vide plenius nota.in capitu.eccleſia. de conſti.& in di
cta l.prolatam . & in capitu.fina.de re iudica. Et hoc in or-
dine a iure communi inducto.Si vero præfigatur app.tunc
quid ſit , not.in capitulo,cum dilectus.de reſcript.& in capi-
tulo, Piſanis.de reſtitutio.ſpolia.In glo.in verbo,beneficijs,
ibi,tu dic contra. idem Paul.dicens hoc procedere in hoſpi-
talibus , etiam ſi talia ſint , quæ non conferantur interim ,
cum eorum gubernatio ſit officium ſecundũ eũ:cum quo vi-
detur concordare hic Lap.qui etiam dicit hoc procedere ,
12 etiam ſi ſunt † talia , quæ conſueuerint per laicos regi , cùm
talia pia loca in diſpoſitionibus fauorabilibus veniant nomi
ne eccleſiæ vel beneficij, licet aliud ſit in odioſis, vt not.per
Ioan.poſt Archidia.in capitu. fina. de reſtitu. in integ. libro
ſexto,ſuper verbo eccleſia.& ita tenet Feder.de Sen. vt re-
fert hic Lap. qui hinc ſumpta occaſione , ex quo procedi
poteſt lite non conteſtata, dicit quòd non poteſt actor mit-
ti in poſſeſſionem hoſpitalis conſueti per laicos gubernari
propter contumaciam rei, per no.in capitulo vnico, de eo,
qui mit.in poſ.in ſexto.Et hæc vera , quando ipſa hoſpitalia
constructa ſunt auctoritate Epiſcopi , cùm tunc ſint offi-
cia eccleſiaſtica : alias verò ſi vnus propria auctoritate do-
mum ſuam deputaſſet ad hoſpitalitatis vſum , tunc non
dicerentur officia , vel beneficia eccleſiaſtica , & in eis non
haberet locum hæc Clemen.per not.in capitulo , ad hæc.
de religio.domi.& in authenti.hoc ius porrectum . C. de
ſacroſanct.eccleſ.& per Bald. de præbend. capitu. litteras .
In eadem gloſ.ibi , cum ergo non deficit . & ſic non deficiat
ipſa iuris diſpoſitio , & per conſequens locum habeat di-
ſpoſitio huius clemen.in cauſa monachatus , vt tenet gl.
hæc , & etiam Paulus,maximè ea ratione , quia hæc Cle-
menti.locum habet in præbenda : ſed monachus ex mo-
13 nachatu conſequi † dicitur præbendam in victu , veſtitu,
& alijs , de ſimo.capitulo,dilectus vt hic plenè per eũ, qui
ad hoc adducit. no.per Hoſtien.in capitulo fina.de regular.
dicens etiam hoc procedere in monacho adſtricto certæ
regulæ in ſpecie non in genere : immo idem ſi in genere ,
vt in capitulo ſecundo , de regul.in ſexto , ſecundùm Inno-
cen.qui etiam poſt Paul.hic dicit idem in conuerſo dato
plenè & in totum , de quo in capitulo , vt lex. vigeſima-
ſexta quæſtione prima , non tamen habet locum hæc Cle-
menti. quando agitur de iure clericatus principaliter , vt
in caſu capituli , ſi iudex laicus . de ſenten. excommun.
in ſexto. Cùm ceſſent verba conſtitutionis & eius cauſa,
ſecus

decimas de fructibus talium poſſeſſionum ſoluatis,alioquio
ex tunc prout ex nunc, & ex nunc, prout ex tunc ſentẽtiam
excõicationis proferimus, ſm Bald. & Lau. nec obſtat d.§.
caueãt.quia illud verum,niſi præcedat culpa,vel mora, ideo
hoc,quia hoc eſt ius de futuro debitum. Vnde ſicut poteſt
22 ferri † ſententia de futuro pro iure ſeruitutis, iuxta nota. in
cap.in veſtra, de ſep. ita & poterit excommunicatio pro tali
iure ferri. & ſic non obſtat dictus §. caueant. qui locum ha-
bet in caſibus, in quibus tractus futuri non ſpectat ad iudi-
cem, vt ibi plenius.

¶ In gl.coerceri.ibi,vt ibi ſcripſi. & hoc vbi cauſa rationa
bilis allegetur,puta priuilegium, vel quid ſimile, vt ibi no.

¶ In eadem glo. in fi. idem Paul.qui etiam dicit, quòd in
23 hac † cauſa decimarum procedi poterit tanquam ſuper no-
torio, ſi conſtet illum a quo petuntur eſſe ſubditum, ſicut &
in obedientia, & ſimilibus, vt not. Innocent. in capit. ſigni-
ficauit.& in cap. venerabilis.de cenſi.& in capit. ex parte.de
verb.ſignific.el primo. immo plus dicit hic Lau. vt refert hic
Petr.de Anch. & Bal.vt refert Imol.ꝙ ſuperior animaduer-
tere poterit, & punire ex officio cõtrafacientem velut noto
riè delinquentem: ad hoc not.in capit.primo. de offic.vica.
24 debentur enim decimæ de † iure communi, & ius commune
notorium eſt,vnde ab omnibus ſciri debet, vt in cap. 1. & 2.
de conſtit.Informabit tamen ſummariè ſuperior,ꝙ illæ poſ-
ſeſſiones ſint in parochia illa,ſicut fit in cap.quoniam. §. ꝙ ſi
ſuper.vt li.non conteſt. ſecundum Imol. hic.

¶ In glo.matrimonijs.ibi, negans contractum. no.ex hac
25 glo.cum qua concordat Paul.ꝙ dicitur eſſe cauſa † matrimo
nialis,& per cõſequens priuilegiata & eccleſiaſtica,ſi ſit quę-
ſtio non ſolum, an matrimonium cõtractum ſit legitimum,
ſed etiam ſi ſit quæſtio,an ſit contractum, & ſic ſit quęſtio fa
cti:quod facit ad not.in tali glo. proxima.

In ead.glo.ibi,locum non habeat, ꝙ tenet hic Paul.maxi-
mè ea ratione,quia talis cauſa non eſt matrimonialis, ſed po
tius accuſatio miſta ad pœnam imponendam, vel ad ſepara
tionem thori faciendam,vt in cap.tuæ.de procu.& in cap.j.
vt lite non conteſtata.

¶ In ead.glo.ibi,de tangentibus,ſcilicet cauſam matrimo
nij,quod tenet hic Paul.ad hoc no. infra in glo.2.& per Bar-
tol. in l.ſolent.ff.de alim.& ciba.lega. ſecundum Imo.hic, &
Pet.de Anch.vt dixi in tex. Sed hoc nõ probatur nec in tex.
nec in glo. quia ideo habet locum in cauſis dependentibus,
& tangentibus hanc clement.& glo. quia ita exprimitur hic
in tex.aliàs forte aliud eſſet.

¶ In ead.glo.ibi in principali non habebit locum conſtitu
tio,ergo nec in incidenti,cum de ea ſecũdum naturam prin-
cipalis cauſæ cognoſcatur,ſecundum Pau. Ex quo no.ꝙ cau
26 ſa † incidens priuilegiata non alterat naturã principalis non
priuilegiatæ, immo eius naturam aſſumit, & priuilegium a-
mittit. ¶ In ead.glo. ibi,poteſt locum habere hæc quæſtio.&
hoc,quia coram eccleſiaſtico non eſt aliquid principale, cu-
ius naturam reſpectu ordinis ſequatur, ſecundum Pau. qui
ex hoc videtur velle aliud eſſe, ſi talis quæſtio ſucceſſionis
27 & natalium † agitaretur coram eccleſiaſtico, cùm tunc ac-
ceſſorium ſequatur principale, ſecundum eum. Ex quo no.
28 quod † vbi quæſtio incidens venit ſeparatim tractãda a prin
cipali, tũc non naturam principalis, immo habetur per om-
nia ac ſi principaliter agitaretur,ſecus vbi ſeparatim tractan
da coram iudice alio,per not.ſupra in glo. de quo plenius in
glo. ſequenti. ¶ In glo.de vſuris.ibi,de foro compet. cum ſit.
Idem Paul.ex eadem ratione.ſed Lan.& Zen.contrarium te-
nent in caſibus prædictis,in quibus dicitur,ꝙ cõpenſare non
tenetur,cum tunc quæſtio ſit principaliter de vſuris,vt de in
tereſſe,& ceſſet tunc cauſa huius conſtitutionis, quæ fuit, vt
periculum animarum euitetur, ad hoc quod not.de fo.com
pet.dilecti.& ff.pro ſoc.l.ſocium qui modo. ſecundum Imo.
hic,qui etiam videtur tenere, vt non habeat locum hæc cle-
ment. quando agitur de vſuris, vt intereſſe, vt hic plenius
per Lau.Zen.& Imol.quorum opinio procederet, quando il
le,qui prætendit vſuras ſibi deberi,eſſet actor, ita ꝙ eas pete
ret, alias vero ſi eſſet reus,tunc procedat hæc gl. Ex qua no.
29 † ꝙ id quod in libello deducitur, eſt ponderãdum ad cogno
ſcendum modum in procedendo, & an cauſa ſit ſummaria
vel ordinaria,non illud quod in exceptione deducitur. ſimi-
liter illud ponderatur ad cognoſcendam iuriſdictionem iu-
dicis,vt not.per Innoc.in c.cæterum.ſupra eod. & de fo.cõ-
pet.cum ſit.& in c.conqueſtus. Ad hoc quod not.ff.de iuriſ.
omn.iud.l.cum quædam.§.j. ¶ In ead.glo.ibi, tunc procedit
30 conſtitutio. no.ex hac glo. ꝙ † quando duæ quæſtiones prin
cipaliter in iudicio vertuntur circa idem,quarum vna eſt pri
uilegiata alia non,& propoſitæ ſunt a diuerſis, licet non pri-
uilegiata fuerit primo propoſita, tamẽ ſeruari debet priuile
gium propoſitum ſecundo loco:ad hoc quod not.ff.de pro-
ba.l.etiam.& de reſtit. ſpol. ex conqueſtione. & de offic.del.
cũ contingat. ¶ In ea.ibi,non haberet locum in illo foro. qđ
tenet etiam hic Paul. Et no.ex hac glo.ꝙ quo ad ordinem iu
31 diciarium † ſeruãda eſt lex fori,in quo iudicium agitatur,de
quo plenius in c.ꝙ clericis.de fo.comp. & C.de emanci.lib.
l.j.& C.quę ſit lon.conſue.& per Gul.in quęſtione ſua, quę
incipit, Statuto ciuitatis cauetur. vbi allegat hanc glo.& per
Bar.in l.j.de ſum.Tri.& ibi per Cy. & per Bal.in l.2. C.quẽ-
ad.teſt.aper. ¶ In ea.glo.in fi.vbi patet,ꝙ crimen hæreſis eſt
32 mere † eccleſiaſticum, & de eo non poteſt cognoſcere ſecu-
laris,licet in illo lex ciuilis pœnam imponat,& ſic non eſt bo
na conſequentia,punitur per legem ciuilem, ergo de eo põt
coram ſæculari agi:& ita reſidet gl. per quod vr̃ ſentire,ꝙ v-
33 ſuræ † in ſæculari foro peti non poteſt contra opin. Arch.&
ſequacium.Paul. vero hic nihil dicit, ſed in cle.j.ꝟ. de vſuris.
& ibi etiam Io.de Lign. concordando opinio. vr̃ tenere,ꝙ ſi
quæſtio ſit ſuper facto,puta an ſint ſolutæ vſurę vel non,vel
an ſit mutuatum ſub vſuris vel non. & tunc talis quęſtio agi
tari poterit coram ſęculari:& ita procedat opi.Lau.Arch.&
ſequacium.Si vero quæſtio ſit ſuper iure,puta an contractus
initus ſit ſub vſuris vel non, & ſic de prohibito & conceſſo,
& tunc hæc quæſtio agitari poterit ſolum coram iudice ec-
cleſiaſtico.& ita procedat hæc gl.& gl.in d.c.cũ ſit. vt ibi ple
nius per eos, qui dicunt idem eſſe in iuramento & ſimili cã,
puta matrimoniali, quod vr̃ ſentire Io.An. in c.tuam.de or.
cogni.& hanc opi.Pau.vr̃ tenere Bar.in l.Titia. ff.ſol.mat.&
D.An.in d.c.cum ſit.ſed Bal.in l.quotiens.C.de iud.vr̃ tene
re,ꝙ indiſtinctè cauſa vſurarum vel matrimonialis, agitãda
ſit coram eccleſiaſtico,non coram ſęculari,ſiue ſit quęſtio fa
cti ſiue iuris,per no.in d.c.tuam.& in c.cauſam. qui fil.ſint le
git.Cuius opi.vt veriſſimam vr̃ tenere hic Pe. de Anch.pro
qua facit gl.ſupra proxima,circa princ. Sed ipſe Pe.de Anc.
mutauit opi.& conſuluit contrarium cum d.Gaſp.de Cald.
vt refert hic Io.de Imo.dicens hoc ab eis audiuiſſe,imò etiã
hoc tenuit Io.Cal.vt refert Pet.de Anch.in repet.regu.ea ꝗ.
in 6.& in d.cle.j.dicens,ꝙ in cauſa vſurarum iudex ſæcularis
vel eccleſiaſticus cognoſcere põt,qui primo aditur agendo,
vel excipiendo,ita ꝙ locus ſit pręuentioni,vt ibi plenius per
Pe.de Anc.qui hanc opi.vr̃ tenere.& hęc opi.velut plurimo
rum ſuis authoritatib. roborata vr̃ verior: pro qua vr̃ caſus
in d.c.ad noſtram.el 2.non cauillando literam. & quod not.
in d.c.tua.& in c.cum C.laicus.de fo.compe.in 6.& in c.j.de
vſu.eo.lib.vt dicit hic Imo. qui tñ dicit, ꝙ in practica ſerua
bitur d.gl.propter eius authoritatem:pro qua facit,quia for
tè leuiores probationes ſufficient in foro eccleſiaſtico,iuxta
no.in c.ex literis.de iureiu.& ẽt quia in matrimonio licet ſit
qõ facti, admitterentur teſtes, qui aliàs non admitterentur,
niſi in foro eccleſiaſtico,vt in c.ſuper eo.ꝫ. de teſti. Sed imò
& in practica & de gñali cõſuetudine ſeruatur,vt cognoſcat
ſæcularis de cauſa matrimonij, vel vſurarum incidenter, vt
dicit Bal.in d.l.quotiens. de quibus per Petr. de Anch.in d.
regu.ea quę.& per Pau.hic,& per Bal.in l.Titio.& in authẽ.
ei qui.C.de bonis auth.iud.poſſ.& in auth.ad hæc. C.de la-
ti.lib.tollen.in quibus ipſe Bal. variauit : vnde aduerte circa
prædicta,quia quicquid ſeruetur in practica,cum de iure po
teſt dici,quòd ſi quæſtio ſit in cauſa iuramenti, tunc an ſæcu
34 laris † poſſit cognoſcere,& quando,recurrendum eſt ad not.
plenius per Ioann.And.in d.cap.cum C.laicus.Si vero quæ
ſtio ſit in cauſa matrimonij,& tunc ſiue ſit quæſtio facti,ſcili
cet an ſit contractum matrimoniũ, & ſic vinculum ſpiritua-
le,ſiue ſit quæſtio iuris.ſ. an ſit matrimonium legitimum, &
tunc cognitio ſpectat tantum ad eccleſiaſticum,non ad ſæcu
larem,etiam ſi talis quęſtio incidat coram iudice ſęculari,vt
videtur probare tex.in d.c.tuam.& ibi gl.& in c.lator.qui fi.
ſint legit.& in c.cauſam.Ad hoc glo.ſupra proxima in princ.
& quod tenuit Bal.in d.l.quotiens.& in authẽ.ad hæc.C.de
latin.lib.tollen. quod verum eſt, quando in tali cauſa matri-
moniali incidẽter procederet̃ per viam diſceptationis, & ꝯ-
dictionis, aliàs vero ſi de plano. ſi per viam confeſſionis,vel
qõ incideret in figura iudicij,& tũc ſęcularis de ea cognoſce
re poterit, vt voluit Spe.in ti.de cõuẽ.ſm qđ refert Bal.in d.
l.Titia.vt refert hic Pe.de Anc. qđ ẽt vr̃ tenere Bal. in auth
ei q.C.de tẽp.appel.ad hoc qđ no.p Inn. in c.p inquiſitionẽ

ſupra de elec. Itē hoc verum, quando talis quæſtio incidit in iudicio ordinario: vel ſi in ſummario, & in cauſa alimētorū, & tunc de ea cognoſcere poterit ſæcularis, vt videtur tenere Bald. in l. filium diffinimus. ff. de hijs qui ſunt ſui, vel alien. iur. & dicta authent. ei qui. ad hoc quod not. in Specu. in titu. de primo decreto. §. reſtat. verſic. quid ſi agatur.

35 ¶ Item hoc verum, quando incidit † ciuili cauſæ, ſecus ſi criminali ad pœnam ſanguinis imponendam, cum tunc ſæcularis non eccleſiaſticus poſſit cognoſcere, vt in cap. in archiepiſcopatu de rap. ſecundum Petrum de Anchera. nun-
36 quam tamen ipſe ſæcularis poteſt pronunciare † ſuper matrimonio & eius ſubſtantia, ita ꝙ ſententia faciat ius, ſed bene poteſt ſuper patria ptāte vel ſimili, & ſic ſuper matrimonio non directo, ſed per modum cauſæ, vt voluit Bald. in dicta authent. ad hæc. Immo & vltra forte poſſet dici, quòd de cauſa matrimoniali poterit cognoſcere ſæcularis, quando incidit & incidenter deducitur, & ſic quęſtio facti, & ita de conſuetudine ſeruatur, vt voluit Bald. in dicta l. quotiens. quod verum eſt, quando incidenter ad finem, vt ſuper aliquo articulo pronuncietur, non ſuper matrimonio, vt dicta authen. ad hæc. alias vero ſi deducatur incidenter, vt ſuper ipſo matrimonio pronuncietur, & tunc non poſſet, vt dicto cap. lator. Si tamen cadat probabile dubium, an matrimonium cōtractum ſit legitimum, & ſic ſit quæſtio iuris, tunc recurrendum erit ad eccleſiaſticum, vt in cap. per venerabilem. qui filij ſint legit. & ita procedat dictum Barto. in dicta l. Titia. & per dominum An. in dicta regula, ea quæ. vbi plenè de iſta materia. Si vero quæſtio ſit in cauſa vſurarum, vt quia repetantur vſuræ, vel petatur eas computari in ſortem, & tunc ſi ſit caſus, in quo poſſint repeti, vel debeant compēſari etiam de iure ciuili, vt quia indebitæ, & ſupra modum legitimæ ſolutionis, iuxta not. in l. ſi non ſortem, in princip. ff. de condictio. indebi. & tunc poterit adiri iudex eccleſiaſticus, & de tali cauſa cognoſcere, quia talis cauſa deducitur per viam ſpiritualitatis: poterit etiam ipſe ſæcularis adiri, & cognoſcere, quando talis cauſa deduceretur per viam nudi facti ab omni ſpiritualitate extracti. & ita procedat dict. cap. ad noſtram. & quod not. Barto. in dicta l. Titia. & Petr. de Ancher. in dicta clement. prima. & Imol. hic. Si vero ſit caſus, in quo non poſſit repeti, vel compenſari de iure ciuili, ſed de iure canonico propter peccatum, & tunc cum cauſa ſit ſpiritualis, & in ſpiritualitate fundata, ipſe eccleſiaſticus tantum poterit adiri & cognoſcere, ſiue ſit quęſtio facti, ſiue iuris: & ita procedat quod tenuit Bald. in dicta l. quotiens. & in dicta l. Titia, vbi hoc videtur tenere: ſemper tamen ad eccleſiaſticum erit recurrendum, quando eſſet probabile dubium, an contractus mutui ſit vſurarius vel non, per not. in ſimili in dicto cap. per venerabilem. & dicto cap. cum C. laicus. per Ioann. And. & circa hoc vide not. per Petr. de Ancher. in dicta reg. ea quę. quod etiam videtur velle Barto. & Bald. in dicta l. Titia. & in dicta l. quotiens. & per Bald. in l. j. in fi. C. de ſententijs, quæ ſine cer. quant. & per Domi. in c. j. de vſur. in 6.

¶ In glo. in verbo, tangentibus. ibi, vel promiſſio. & ſic de poteſtate eligere & prouidere habentis, vt vult gl. cum qua concordat Paul. quod procedit ſecundum dominum Anto. quando hæc quæſtio venit deciſiuè ad electionem vel prouiſionem pendentem: immo vt dicit hic Paul. dicitur eam tangere cauſam beneficialem, quotiens id, de quo quęritur, examinari & decidi non poteſt abſq; cognitione ipſius cauſæ beneficialis, vt hic plenè per eum. & Imol.

¶ In eadem glo. in fi. no. bene exemplum huius glo. cum qua concordat Paul. ſubtiliter intuendo, quòd in relaxatio-
37 ne iuramenti † concedēda neceſſaria eſt citatio partis: quod patet, quia tunc non habet locum hæc clement. vt dicit glo. hæc, & ſimiliter clement. ſæpe. de verbo. ſignificatio. quæ emanauit ad huius declarationem, & per conſequens eſt neceſſaria citatio, vt patet in dicta clement. ſæpe. quod procedit in caſu, in quo loquitur gloſ. noſtra, vt videtur velle Ioann. Andr. in additio. Specu. ſuper rubrica, de iureiurando. ad hoc quod not. in cap. debitores. & cap. ſequenti. eodem titulo. Sed ſi eſſet præſtitum iuramentum de non petendo relaxationem a iuramento, & tunc cum relaxatio ab illo ſit modici præiudicij, poterit iudex eam concedere etiam in abſentia partis, vt tenuit Oldr. in conſilio ducenteſimoquin-
38 to. vbi videtur tenere, quòd in † abſolutione concedenda ad viam veritatis aperiendam non ſit neceſſaria citatio partis, ſed in illa, quæ ſit ad præiudicium creditoris, vt refert hic Imo. & ſic habetis vnum exemplum, quando tangit cauſam vſurariam, ſicut & alia exempla, quæ tangit hic Paul. dicens inter alia, quòd dicitur tangere, quando fideiuſſor repetit a debitore vſuras, quas pro eo ſoluit, de fideiuſſ. peruenit. ꝙ & quando poſſit, ibi not. & in regula, damnum. in ſexto. Ex quo exemplo nota, quòd licet vſura repetatur vt ſors, vel intereſſe, tamen locum habet hæc clem. ex quo fundamentum ſupra ſit de vſura, aliàs ſecus eſſet, per ea quæ dicta ſunt ſupra, vt dicit hic Imol. Ad hoc quod not. in l. cum vendente. C. vbi cauſæ fiſcales. poteſt etiam exemplificari, quando tangit cauſas decimarum, quādo dubitatur, an fundus, de quo modo petuntur decimæ, ſit in parrochia vel non, vt in cap. ex parte, de decim. vt hic plenè per Paul. qui dicit verbum, eas, reſpicere omnia præcedentia, & ſic cauſam matrimonialem, non tamen exemplificat: vnde poteſt exemplificari in dote: nā ſi de dote in iudicio eccleſiaſtico agatur, & ipſa dependeat a cauſa matrimoniali, vt quia petatur pronunciari matrimonium nullum, & dotem reſtitui, & tunc in tali cauſa ſeruari debebit hæc clement. ſicut in quæſtione matrimonij. Si vero de matrimonio non ſit quęſtio, ſed tantum ſuper dote, ſiue quæſtio moueatur coram iudice laico, ſiue eccleſiaſtico, poſito quòd poſſit, iuxta nota. in cap. de prudentia. de donatio. inter virum & vxor. vel coram ſæculari, & tunc locum non habebit hæc clem. ſecundum Pet. de Anc. Circa quod vide plenius not. per Bald. in repetitio. l. j. ff. ſol. matr.

¶ In glo. in verbo, valeant. in fi. nota hanc gloſſam ad intellectum dictæ clement. ſæpe. Et vltra not. ex ea. differen-
39 tiam inter verbum debeat, quod † importat neceſſitatem: & verbum valeat, quod importat poteſtatem. & etiam nota,
40 quod quando datur † in aliquos iudici facultas, non tenetur iudex illam exercere ad partium petitionem, ſed ad beneplacitum ſuum: ad hoc quod not. in cap. exceptionem. de exceptio. ſecundum dominum Nicol. ibi.

¶ In glo. in verbo, figura. in fi. & hic per Paul. qui ponit hic quid importet vnumquodque verborum expreſſorum in tex. de quibus in dicta clement. ſępe. vbi dicam. & per Barto. in extrauaganti, ad reprimendam. & per Guilelm. de Cu ne. & per Bald. in l. nec quidquam. §. vbi decretum. & §. de plano. ff. de offic. proconſul. De clauſula vero illa, quòd procedatur omiſſo iuris ordine, & ſolemnitate, habet per Bart. in l. filiusfamilias. ff. de donatio. & in l. prima. ff. de teſtamē. & per dominum An. in cap. primo. de conſtitut. in ſexto. de
41 clauſula † illa, procedatis in cauſa ſola veritate facti inſpecta, quis effectus ex ea reſultet. vide per Domi. de Rota, qui in hoc duas faciunt deciſiones, vnam in ordine. 435. aliam in ordine. 395. vbi dicunt, quòd illa verba operantur, quòd iudex poſſit procedere ad ſententiam ſine libello, litis conteſtatio. & ſine dilationibus probatorijs a iure expreſſis. & fa-
42 ciunt duas rationes, vna quòd † dictio, ſola, eſt excluſiua, vt eſt caſus in c. cum eccleſia. de cauſa poſſeſ. ſed non aliud excludetur iſto caſu, niſi ſolemnitas ordinis iudiciarij: alibi eſt, quia illa verba ſola veritate &c. ſunt ſimilia illis, ſcilicet, ꝙ iudex procedat ſine figura iudicij. Sed illa verba, ſine figura &c. excludunt libelli oblationem, litis conteſtationem, & dilationes a iure conceſſas, vt not. Ioann. Monac. in cap. fin. de hæret. in ſexto. & Ioann. Andr. in dicta clement. ſæpe. in verbo, figura. ergo arguendo de ſimilibus ad ſimilia, ita dicitur de iſta clauſula, ſola veritate &c. & hoc poteſt verificari, ſiue ſtatutum hoc diſponat, ſiue iure ſcripto hoc concedatur.

¶ In glo. fin. ibi, in verbo, ſed quid in caſibus. quod tenet hic Paulus, qui dicit, quòd verbum, præſentia, non ſufficiat quo ad cauſas principales includendas, in quibus eſſet concluſum vel renunciatum, & relatio facta, per no. per Compoſt. in dicto cap. cognoſcentes.

¶ In eadem glo. in fi. no. ex hac glo. quòd conſtitutio no-
43 ua † dans formam proceſſui, reſpicit etiam pendentia in cauſa appellationis quo ad fienda, vt patet ex ea, licet aliud videatur ſentire hic Imo. vt dixi ſupra in tex. & circa hoc vide plenius nota. in dicto cap. licet canon. & in clem. vt hi qui. in glo. in poſterum. ſupra de ætate & qualit. & per Legiſtas in l. leges. C. de legibus. & per Iacob. de Beluiſ. in Authen. vt cum. de appellatio. cogno. circa princip. & per Bart. in dicta l. ſancimus. & l. omnes populi. ff. de iuſtitia & iure.

REPE-

REPETITIO IN CLEMEN. VNICAM. DE CAVSA POSS. ET PROPR.

Praclariſſimi I.V.C.D. Benedicti Capra.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio in cauſa beneficiali interpoſita deuoluit ad curiam non ſolum articulum appellationis & negocij principalis, ſed etiam totum ſtatum ipſius cauſa.*
2 *Reconuentio in cauſa appellationis an & quando habeat locum.*
3 *Appellanti non licet appellationi renunciare in caſibus, in quibus appellatio prodeſt appellato.*
4 *Beneficiati agere poſſunt non ſolum poſſeſſorio, ſed etiam petitorio, licet non ſint domini, ſed procuratores.*
5 *Cumulatio petitorij cum poſſeſſorio admittitur in cauſa appellationis etiã a diuerſa parte ſuper eadem re, in cauſa beneficiali.*
6 *Titulatus ad beneficium non cenſetur dominus rerum beneficij.*
7 *Spoliatus ſiue ſit appellans, ſiue appellatus, poteſt ſuſpendere petitorium ab ipſo, vel ab aduerſario intentatum, & in ſolo poſſeſſorio procedere.*
8 *Poſſeſſorium in cauſa beneficiali poteſt intentari extrinſecus a cauſa proprietatis.*
9 *Concluſio in cauſa ita fit in cauſa appellationis, ſicut in principali.*
10 *Concluſio in cauſa quando fieri poſſit & quid differat a renunciatione.*
11 *Appellatio non ſolũ extendit iuriſdictionem iudicis appellationis ad cauſam principalem inceptam coram iudice a quo, ſed ad cauſam coram iudice inchoandam.*
12 *Appellationis in cauſa non licet proſequi alias cauſas, quàm in appellatione expreſſas.*
13 *Cauſa beneficialis ſimpliciter deuoluta ad curiam, intelligitur deuoluta reſpectu poſſeſſorij & petitorij.*
Idem cenſetur de cauſa ſimpliciter delegata.
14 *Spoliantis odio inductum eſt, vt poſſit tranſiri de poſſeſſorio ad petitoriũ in cauſa appellationis.*
15 *Poſſeſſorio ſuſpenſo an poſſit tranſiri ad petitoriũ, in cauſa appellationis.*
16 *Cumulatio inculcatiua quæ dicatur, & quare ſic dicatur.*
17 *In cumulatione ſuſpenſiua primi iudicij non licet tranſire de poſſeſſorio ad petitorium: & quid econtra.*
18 *Sententia lata in poſſeſſorio an dicatur diffinitiua, vel interlocutoria.*
Et an pariat exceptionem rei iudicatæ in petitorio, vel econtra. nu. 19.
20 *Petitorium ab aduerſario inchoatum an ſuſpendat poſſeſſorium, ſi eſt cõcluſum in cauſa.*
21 *Cumulatio regulariter fieri non poteſt poſt concluſum in cauſa.*
22 *Renuncians petitorio condemnari debet in expenſis.*
23 *Copulatiua quando ponitur inter duo, in quorum altero verificatur ſenſus diſponentis vel loquentis, tunc exponitur &, pro vel.*
24 *Petitorium & poſſeſſorium quandoque intentari poſſunt ſuper diuerſis rebus a diuerſis, & proceditur tunc ſuper vtroque velut ſuper duabus petitionibus.*
Et intententur interdum ſuper eadem re a diuerſis, in iuribus ſcilicet incorporalibus, & in beneficialibus. num. 25.
26 *Poſſeſſorij ſola accumulatio non ſuſpendit petitorium, niſi ſaltem opponatur de pendentia poſſeſſorij.*
27 *Poſſeſſorij pendentia non compatitur petitorium.*
28 *Exceptio litis pendentia in poſſeſſorio vel petitorio an poſſit obijci poſt lit. conteſt. an vero ante debeat opponi.*
29 *Exceptio ſpoliationis in vim peremptoria ad excluſionem petitorij poteſt opponi poſt lit. conteſt.*
30 *In beneficialibus an detur quaſi poſſeſſio ſine titulo.*
31 *Titulum in beneficio quòd quis habeat, ſi dubitetur, quid iuris: & quid ſit probandum.*
32 *Confeſſio partis licet non iuſtificet titulum in beneficio, iuſtificat tamen poſſeſſionem quo ad cauſandum poſſeſſorium recuperanda.*
33 *Prado etiam reſtituitur, ſi fuerit ſpoliatus.*
34 *Matrimonium carnale non ſemper æquiparatur ſpirituali.*
35 *Exceptio notoria defectus proprietatis vbicumque opponitur, admittitur & repellitur agens poſſeſſorio etiam recuperanda, niſi iuſtificet poſſeſſionem.*
36 *Agenti poſſeſſorio recuperandæ poteſt opponi reſeruatio Papa, qua non ſolum tollit proprietatem, ſed etiam eminentem iuſtificationem.*

IN cauſa beneficiali delata etiam per appellationem ad curiam, vtraque pars poteſt petitorium & poſſeſſorium intentare, & ante cauſæ concluſionem poteſt ſpoliatus ſuſpenſo petitorio ſuo, vel aduerſarij poſſeſſorium proſequi. h.d. ſecundum Zabar. duæ ſunt partes, ſicut duo dicta ponit. ſecunda ibi, & ius ſpoliantis. No. in
1 prima † parte huius clem. q appellatio vera in cauſa benefi-
ciali interpoſita deuoluit ad curiam nõ ſolum articulum ap
pellationis & negotij principalis ſuper quo ſunt poſita, ſed
etiam totum ſtatum ipſius cauſæ beneficialis, adeo q poteſt
intentari petitorium & poſſeſſorium in appellato: quod in-
tellige ſi ſeruata fuerint, quæ habentur in clem. cauſam. ſu-
pra de elect. ſm Imo. quod an & quando ſit verum, infra pa
tebit. Immo & vltra no. q talis appellatio prodeſt appellato,
ſicut appellanti, vt poſſit deducere nouas aſſertiones, & no-
ua capitula reconueniendo in eadem cauſa. & hoc nimirum,
quia per talem appellationem deuoluitur ius appellati, ſicut
ius appellantis, vt in cap. j. de elect. in ſexto. quod procedit
in cauſis beneficialibus, vt loquitur hæc clem. In alijs vero
cauſis aliud eſſet, per nota. in cap. Raynaldus. de teſtam. ſe-
2 cundum Petr. de Anch. qui † ſic dicendo ſentit, q in alijs cau
ſis reconuentio in cauſa appellationis locum nõ habet, cum
hoc caſu ſit ſpeciale, de quo plene in cap. j. de mut. peti. de
quibus infra in gloſ. 2. & 3. & vltra etiam dicit, q in caſibus,
3 in quibus † appellatio prodeſt appellato, non liceat appellan
ti renunciare in præiudicium appellati, cui eſt ius quæſitum,
argum. cap. vt circa. & cap. ab eo. de elect. in ſexto. & argum.
l. poſt mortem. §. fin. ff. de bon. poſſeſſ. contratabul. quod eſt
notandum pro limitatione eius, quod dicitur in l. ſi quis li-
bellos. C. de appellatio. canonizata. 2. quæſtio. ſexta. & in
cap. interpoſita. de appellatio. & in cap. ex parte. ſupra de re-
ſcript. per Innocent.
4 ¶ No. etiã, q beneficiati † agere poſſunt non ſolum poſſeſ-
ſorio, ſed etiam petitorio, licet non ſint domini, ſed procura
tores. ſupra de donat. cap. 2 & 12. quæſt. j. c. fin. nam ſunt do
mini reſpectu tituli, & poteſtatis adminiſtrandi, non rerum
eccleſiæ, vt d. cap. 2. & in cap. cæterum. eod. tit. & in d. cap. fi.
5 ſecundum Guil. hic. Et vltra etiam no. quòd † in cauſa appel
lationis admittitur cumulatio petitorij cum poſſeſſorio
etiam a diuerſa parte ſuper eadem re: quod procedit in cau
ſa beneficiali, in qua agitur de iure tituli, quod eſt incorpo-
rale, ſecundum Imo. qui ex hoc dicit, quòd in beneficialibus
non datur verum petitorium, cum intitulatus non ſit domi-
6 nus † rerum beneficij, de donat. cap. cæterum. ſed reſpectu ti
tuli & poteſtatis adminiſtrandi: vnde datur confeſſoria vel
quaſi, ſicut pro iure incorporali, vt not. Inno. ſupra eod. cum
ſuper. Et ideo poſſibilis eſt concurſus vel confeſſoria, cum
detur turbato in poſſeſſione, vt not. ſupra de iudic. exami-
nata. & agens confeſſoria non neget ſe poſſidere, & per con-
ſequens contra eum agi poſſit poſſeſſorio recuperandæ: ad
hoc quod not. Barto. in l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de
acquir. poſſeſſ. ¶ In tex. ibi ſpoliantis &c. nota ex hac ſecun-
7 da parte, quòd hodie † ſpoliatus ſiue ſit appellans ſiue appel
latus, poteſt ſuſpendere petitorium ab ipſo, vel ab aduerſa-
rio intentatum, & in ſolo poſſeſſorio procedere ante conclu
ſionem in cauſa, & ſi teſtes ſint publicati, ſecundum Paul. vi
de in deciſ. 372. aliàs 391. quæ incipit, Item fuit dubitatum.
& de intellectu huius clem. vide Lap. in allegat. 97. Ex qua
8 not. in cauſis beneficialibus poſſeſſorium † poſſe intentari
extrinſecus a cauſa proprietatis, & ſic non habet annexam
cauſam proprietatis, & dari poteſt poſſeſſio in beneficia-
libus abſque tituli probatione, de quo infra in glo. immo &
vltra not. poſſeſſorium præcedere petitorium, non quia ſit
dignius, cum regulariter proprietas attrahat ad ſe poſſeſſio-
nem, ſupra eodem titulo, cum dilectus. ſed in odium ſpolian
tis, vt hic. quinimmo de conſilio iuris poteſt intentari pri-
mo poſſeſſorium, vt nota. in l. is qui deſtinauit. ff. de rei ven-
9 dic. vt text. ibi, ante cauſæ concluſionem. no. quòd † in cauſa
appellationis fit concluſio in cauſa, ſicut in principali, nec
concluſio in principali extenditur ad cauſam appellationis,
vt in cap. fraternitatibus. de teſtib. & l. per hanc. C. de temp.
appella. ad quod not. per Innocent. in cap. cum veniſſent. de
10 teſtib. & ibi per dominum An. † fit autem concluſio in cauſa,
cum renunciatur probationibus iuris vel facti, vel allega-
tionibus, vt patet in Specul. de renunciatio. & concluſ. §. fi-
nitis. verſic. & no. quòd eo ipſo. & differt a renunciatione,
nam qui concludit bene renunciat, ſed non qui renunciat
concludit, ſecundum Paul. de quo plene per Io. An. in cap.
paſtoralis. ſupra eo. tit. & per Dy. in rub. qui ad agendũ. in 6.
& per Bart. in l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acq. poſ-
ſeſſ. ¶ In glo. in verbo, beneficiali. ibi, & præbendas, & etiam
maiora beneficia, vt dignitates, & perſonatus: imò & habet
locum hęc clem. vbicunque de titulo agitur, ſecundum Pau.
Zen. Lau. & Matth. In ea. glo. ibi, licet quæſtio. cum non cen-

ſeatur tūc cauſa beneficialis, vt patet ex not.in c.j. de eo qui mit.in poſſ. iuncto eo, quod not.in c.j.eod.tit. in 6. vt ſentit hæc glo.cum qua concordat Paul.Lau. Zen. Matth.& Imol. vnde in alijs cauſis non habeat locum hæc clem. Quid ergo erit in eis, ſuper quo dicit hic Pau.ꝙ in cauſis beneficialibus, ſi appelletur ante libellum datum, & litem conteſtatam, & tunc in cauſa appellationis non licet alias cauſas proſequi q̃ expreſſas in appellatione: ſimiliter nec proceſſum primi iudicis ex nouis actis vel cauſis iuſtificare, vt in clemen.appellanti.infra de appell. ſed finita cauſa appellationis poterit intentari petitorium & poſſeſſorium coram iudice appellationis ſicut poſſet coram iudice principalis cauſæ, quia corã primo non fuit inceptum iudicium, vt in Auth.de litig.§.omnem.& in c.ex parte.el 2.ſupra de verb.ſig. vnde poterit coram iudice appellationis inchoari ſicut poſſet coram iudice principalis cauſę, in cuius locum ſuccedit virtute appellationis ſecundum Pau. Ex cuius dictis colligitur, ꝙ iuſtificatio ap-
11 pellationis † non ſolum extendit iuriſdictionem iudicis appellationis ad cauſam principalem iam inceptam coram iudice a quo, ſed etiam ad cauſam coram iudice inchoandam, ſuper qua nondum eſt datus libellus coram iudice a quo, dũ tamen citatio interuenerit ſecundum do. Ant. qui dicit hoc dictum eſſe ſingulare, & bene notatum. quod refert & ſentit c.non ſolum.de appell.in ſexto. quod maximè verum putat do.An. quando in citatione apparet cauſa expreſſa, quæ nouiter inchoatur, & hoc in appellante: in appellato vero dicit idem, ſi in cauſa principali erat actor, & reus ante libelli porrectionem ex cauſa appellauit, aliàs reus hoc nõ poſſet etiã per viam reconuentionis ita agere, cum illa non habeat locũ
12 in cauſa appellationis, in † qua non licet proſequi alias cauſas quàm in appellatione expreſſas. l. a. §. legatis. ff. de iudi.& vt not.in c.j. de mu.pe. ſecundum Paul. & ita pertranſit hic dom. An. etiam. quorum dictum procedit in caſu, in quo loquuntur, videlicet quãdo agitur de poſſeſſorio & petitorio, vt ſic finita cauſa appellationis poſſit coram iudice appellationis cauſa incœpta coram principali agitari. Et hoc ne continentia cauſæ diuidatur. l. nonnulli. C. de iudic.& hoc quando appellatur ante libellum datum & litem conteſtatam, ſecundum Imol. hic, cuius dictum procederet qñ cauſa, puta petitorij vel poſſeſſorij, fuiſſet incępta, de quo non loquitur Paul. cuius dictum procedit quando appellatur ante libellum datum & litem cõteſtatam, vt ſupra. Si vero libellus eſſet datus parti, vel litis conteſtatio, tunc quia actor tenetur illam inſtantiam proſequi & finire, vt in auth. qui ſemel. C. quomodo & quando iudex. niſi iuris beneficio ea ſuſpenſa poſſit ad aliam tranſire, vt ſupra eod.ti. paſtoralis.& hic in fi. tunc non putat Paul. ꝙ ſi intentatum ſit petitorium, poſſit tranſire ad poſſeſſorium, quia noua inſtantia opus eſt, quia virtute appellationis non eſt delata ad ſuperiorem, cum ſit ex alia cauſa grauatus, licet non poſſit recuſari ex hoc. argu. c. inſinuante. ſupra de offic.del. iuncto c. ad hæc ſi in vna. ſupra de appellat. ſecundum Imol. Immo forte poterit tranſire ad poſſeſſorium coram iudice appellationis, ſicut coram iudice principali, ne continentia cauſę diuidatur, contra d.l. nonnulli. Sed in cauſis beneficialibus procedit indiſtinctè clem. iſta, in eis ſpecialiter diſponens, vt patebit infra in glo. proxima ibi, per querelam. ¶ In glo. in verbo, per appellationem. Idem Zen. cum eadem, & maior ratio ſit, immo etiam habet locum diſpoſitio huius cle. in beneficijs deuolutis ad Papam per immediatam ſubiectionem. de quibus in c. cupiẽtes. de elect. in ſexto. ſecundum Lau. cum ſit eadem ratio, argu. c. translato. de conſtit. per quod reſpondetur. ¶ In ea. ibi, ad iura prædicta, quaſi illa iura regulariter procedant, ſed in caſu huius clem. ſit ſpeciale, vt vult Hoſt. & patet ex ver. decernimus. Et hæc eſt bona ſolutio, & generalis ad omnia precedẽtia, vt videlicet ſpecialiter inductum ſit per hanc clem. ꝙ in cauſis beneficialibus in cauſa appellationis poſſit petitorium & poſſeſſorium intẽtari, & ſic proſequi alius articulus quàm ſit ille, a quo eſt appellatum: quod ideo eſt, vt vult gl. quia ſicut in illis appellans & appellatus pariter arctãtur, vt dicta decr. j. ita vt veraque poſſit petitorium & poſſeſſorium intentare, vt vult glo. infra in verbo, appellato. & hæc glo. cũ qua videtur concordare Paul. dicens hanc clem. locum habere in cauſis beneficialibus, ſiue appellatione ab electione, prouiſione, vel collatione, ſeu occaſione ipſius, per quã cã beneficialis deuoluatur ad curiam: immo etiam procedit ſiue appelletur in iudicio, ſiue extra iudicium, ſecundum Zen. Steph. & Io. de Lig. cum eadem ſit ratio, vt refert hic Pet. de Anch. qui tamen dicit ſpeciale eſſe in cauſis beneficialibus, ꝙ appellatio in vno articulo deuoluitur in alio, etiam reſpectu aduerſæ partis, & hoc vt celerius expediatur: & deuoluit ſimpliciter cauſam, adeo ꝙ partes tenentur comparere inſtructæ ſuper tota cauſa in illis beneficialibus, etiam ſi appellatus non petierit, licet in alijs ſecus, vt in c. cordi. de appell.
13 in ſexto. Ex quo inſurgit, ꝙ † cauſa beneficialis ſimpliciter deuoluta ad curiam, intelligitur deuoluta reſpectu poſſeſſorij & petitorij, ſicut in ſimili ſi delegetur ſimpliciter cauſa, intelligitur reſpectu vtriuſque delegata, vt in cap. j. de ſequeſt. poſſ. & fruc. vt hic plenius per Pet. de Anch. qui etiam dicit ꝙ in hoc caſu & alijs, in quibus appellatio prodeſt appellato, non licet appellationi renunciare in præiudicium appellan, cui eſt ius quæſitum, arg. c. vt circa. & c. ab eo. de elect. in ſexto. & arg. l. poſt mortem. ff. de contrabul. quod eſt notandũ pro limitatione eius quod dicitur in l. ſi quis alios. C. de appell. canonizata. 4. q. 6. & in c. ex parte. de reſcri. & ibi per Innoc. & hic per Pet. de Anche. ſecundum quem non obſtat dicta decr. j. de elect. quæ ſolum habet locum, quando obijcitur aliquid in perſonam vel formam, & non vbi quis proſequitur proprium intereſſe: ad hoc clem. conſtitutionem. de elect. nam licet non poſſit appellari niſi vt ibi dicitur, tamen poſtquam eſt appellatũ in forma ibi expreſſa, ita ꝙ cauſa ſit deuoluta, poteſt deduci in cauſa appellationis petitorium & poſſeſſorium, vt refert hic Imol. qui tamen dicit ad illam decreti dici poſſe, ꝙ habeat locum generaliter, qualitercũq; occaſione cauſæ appellationis appelletur, vt ibi not. Cõpo. in verbo, propter hoc. quandoquidem illa habet locũ etiam quãdo proſequitur proprium intereſſe, ſecundum formam dictã c. vt circa. & clem. conſtitutionem. ſupra alleg. licet non habeat tunc locum, ſed ſit ſeruanda forma c. j. de appell. in ſexto. ſecundum Imol. & circa intellectum huius clem. vide in c. paſtoralis. ſupra eod. tit. per Franc. de Zaba. & per Lap. in alleg. a. & in alleg. 97. & per Do. de Ro. in deciſ. nouis, deciſ. 205. facit glo. magiſtra in clem. non poteſt. ſupra de procur. In ea. glo. in fi. idem Paul. & Lau. proſequitur autem intereſſe ſuum agendo petitorio vel poſſeſſorio. ¶ In glo. in verbo, ad ſedem. in fi. Idem Paul. Zen. & Io. de Lig. quod procedit, ſi talis ſit inferior, qui non poſſit adiri per viam querelę: aliàs ſecus eſſet, & ita procedat quod dicit hic Guil. contrarium eius quod tenet glo. tenens: ad hoc quod not. in c. j. de foro compet. in ſexto. ſed tunc hoc non eſſet ex natura cauſę vel appellationis, ſed ex eo, quia ibi ordinariè poteſt de tali cauſa agitari. ¶ In glo. in verbo, ſpoliantis. ibi, renunciato priori iudicio. & tunc glo. illa clarè procederet, nec text. iſte contradiceret, ad hoc quod not. ff. de vi & vi arm. l. cum fundum. §. fin. ¶ In ca. glo. in fi. idem Paul. vnde ſecundum hanc glo. & Paul. ante hanc clem. non licuiſſet tranſire de poſſeſſorio ad petitoriũ in cauſa appellationis, ſed bene in cauſa principali licuiſſet, vt vult ibi gl. ſed per hanc clem. inductum eſt
14 in odium ſpoliantis, ꝙ † etiam poſſit tranſire de poſſeſſorio eo ſuſpenſo ad petitorium in cauſa appellationis. Sed certè hoc non eſt inductum per hanc clem. vt liceat trãſire de poſſeſſorio ad petitorium, ſed econtrario: nec ineſſet tunc odiũ ſpoliantis, immo fauor, vt videtur velle hic Zen. qui videtur
15 tenere, ꝙ † non poſſit tranſiri ad petitorium ſuſpenſo poſſeſſorio, quod putat do. An. procedere non ſolum in cauſa appellationis, ſed etiam in principali cauſa pendente, vt ſuſpẽſo poſſeſſorio non poſſit petitorium intentari, per not. in c. fi. de ord. cogni. & ſupra eo. paſtoralis. & in authen. at qui ſemel. C. quomodo & quando iud. qui vult, ꝙ a iudicio cępto non licet recedere ſuſpendẽdo, & quia ratio, propter quam conceditur ſuſpendi petitorium per poſſeſſorium, quæ eſt propter odium ſpoliantis, licet non ſit generalis, & etiam illa ratio, quæ colligitur ex lege, ordinarij. C. de rei vendi. & l. is qui deſtinauit. ff. eod. tit. non habet locum, quando tranſit de poſſeſſorio ad petitorium, ſecundum do. Ant. qui ex his dicit non procedere quod dicit hæc glo. in ſecunda ſolutione, & glo. d. c. paſtoralis. vt refert hic Imol. qui recolligendo in hac materia ex dictis gl. cõcludit, ꝙ interdũ nõ ſit cumulatio iudiciorũ, ſed vno finito per renũciationem alterum intentatur, & ſic eſt accumulatio extinctiua primi iudicij. & tunc hoc clarè fieri poteſt, ſi aliud non repugnat, vt dicit gl. interdum vero ſit cumulatio iudiciorum: & hoc dupliciter, quia quandoque ſit cumulatio inculcatiua, de qua tangit aliqualiter glo. hic in princ. ſed plenius in d. c. paſtoralis. quæ di-
16 citur inculcatiua, eo † quia pendente vno iudicio, alterum accumulatur, non ad finem alterum ſuſpendendi, ſed vt ſuper

vtraque

vtrunque procedatur, & hoc permittitur ſiue primo ſit mẽ
tatum poſſeſſorium,& poſtea petitorium,ſiue cõtra · & ita
poteſt intelligi illa glo.4. quod verum eſt in poſſeſſorio adi-
piſcendæ & recuperandæ, ita ꝙ non reſultet cõrietas ſimul-
tanea in tentatione, alias ſi re ultaret vt in poſſeſſorio reti-
nendæ, & tunc non admittetur cumulatio poſſeſſorij, vt
gl. ibi vult. quod verum eſt, niſi reſpectu diuſæ poſſeſſionis
intentaretur, puta poſſeſſoriũ ratione ciuilis, & poſſeſſoriũ
ratione naturalis, vt not. in l. clam poſſidere. §. fin. ff. de acqu.
poſſ. & in l. naturaliter. §. nihil commune. ff. eod. tit. ¶ Item ni
ſi in corporalibus, in quibus etiam poſſidenti competit peti
torium, vt not. in c. examinata. de iudic. & ſupra dixi, de qui
bus plenius not. per Bart. in d. §. nihil commune. Quandoq;
17 vero fit cumulatio ſuſpenſiua primi iudicij, & tunc † fiat trã
ſitus de poſſeſſorio ad petitorium, & hæc non eſt licita, vt ſu
pra dixi etiam in cauſa principali. Si vero fiat de petitorio
ad poſſeſſorium, & hæc regulariter eſt licita in cauſa princi-
pali, vt not. in d. c. paſtoralis. Sed in cauſa appellationis an-
te hanc clem. non erat licita talis cumulatio ſed bene eſt ho-
die licita per hanc clem. in caſu hic expreſſo, vt videtur ſenti
18 re hic glo. & etiam Imol. An † autem ſententia lata in poſſeſ
ſorio dicatur diffinitiua, vel interlocutoria, not. in c. fi. de iu-
19 dic. Sed an ſententia lata in poſſeſſorio † pariat exceptionẽ
rei iudicatæ in petitorio, vel econtra. & ponit hic aliqua-
liter Paul. & Io. de Lign. Sed non plenè, vt poſuit Bar. in d. §.
nihil commune. vbi plenius & per Cy. & Bal. in l. incerti. C.
de interdic. & per Dyn. in reg. qui ad agendum. in ſexto. con
cluſionem. in fi. ¶ In gl. in verbo, con. idem Pau. ſed certè pe-
20 titorium† inchoatum ab aduerſario non ſuſpẽditur, ſi eſt in
cauſa concluſum, immo etiam dici poteſt ſecundum D. An.
ꝙ hæc clem. loquatur ſolum quando talis accumulatio fit in
cauſa appellationis, quo caſu difficilius admittitur, vnde nõ
admittitur poſt concluſum in cauſa, ex quo hæc cle. hoc nõ
dicit, nec eſt trahenda, eo maximè quia hæc clem. exorbitat
de iure communi, cum c. paſtoralis. loquatur ſolum, quando
fit in cauſa principali: tutius tamen eſt tenere glo. quæ ſine
21 dubio æquior eſt. Ex qua † patet, ꝙ regulariter non fit accu-
mulatio poſt concluſionem in cauſa, ſimiliter nec poſt actũ,
qui fieri ſolet in actu concluſionis in cauſa, vel poſt cõcluſio
nem, cum illa habeatur pro concluſione in cauſa, ſicut in ſi-
mili not. in c. præterea. de dilatio. & in c. j. de elect. in ſexto.
ſecundum Imol. hic in glo. in verbo, ſuſpendere. ¶ In glo. in
verbo, ſuſpendere. in fi. Idem Zen. cum non condemnetur in
expenſis ex eo, quia propõnit poſſeſſorium ſuſpenſo petito
22 rio. & hoc niſi ipſi petitorio † renunciet, cum tunc in expen-
ſis condemnetur, vt l. eum quem temerè. ff. de iudic. vt vide
tur velle Bar. in l. naturaliter. §. nihil cõmune. ff. de acq. poſſ.
vt ibi plenè per ipſum. ¶ In glo. in verbo, &, in fi. & ſic verifi-
catur ſenſus huius clem. etiam in altero iſtorum caſuum. Ex
23 quo no. ꝙ † quando copulatiua ponitur inter duo, in quorũ
altero verificatur ſenſus diſponentis, vel loquentis tunc ex-
ponit &, pro vel, de quo plenè per D. An. in cle. in pleriſq;
ſupra de elect. & per Bar. in l. ſi is qui ducenta. §. verum. ff. de
reb. dub. & per Cyn. & Bald. in l. pen. C. de verb. ſign. vel hic
ideo ponitur pro vel, quia impoſſibile eſt, ꝙ petitorium ab
vtraque parte intentetur ſuper eadem, quod verum eſt regu
lariter in rebus corporalibus, ſecus in incorporalibus, iuxta
not. in c. examinata. de iudic. verbo aduerſario, in fi. ſic etiam
in glo. j. reſponderi poſſet ad hanc clem. ſed hoc eſt diuinare
ſecundum D. An. qui tamen ſuper hac materia concludit, ꝙ
24 interdum† petitorium & poſſeſſorium ſimul accumulantur
a diuerſis, & ſuper diuerſis rebus, & tunc procedetur ſuper
vtroque, velut ſuper duabus petitionibus, vt in c. cum dile-
ctus. de or. cog. quod verum eſt niſi aliter per viam excep-
tionis opponatur, vt ibi, & in c. fin. ſupra eod. titu. vnde illo
caſu ad ſuſpendẽdum petitorium exceptio ſpoliationis exi
25 gitur: & hoc eſt clarum ſecundum omnes. Interdum † peti-
torium & poſſeſſorium intentantur ſuper eadem re a diuer
ſis: quod eſt poſſibile in iuribus incorporalibus, & conſequẽ
ter in beneficialibus, vt dictum eſt ſupra in not. vel etiam qñ
reſpectu diuerſarum poſſeſſionum fieret intentatio prædi-
ctorum, vt dictum fuit ſupra in gl. in verbo, ſpoliantis. & tũc
in hoc fuerunt duæ opin. de quibus hic in glo. & per Paul.
Sed alijs opin. reiectis ſuper hoc dom. An. in d. cap. fin. & in
26 d. cap. ex conqueſtione. tenet, quòd ſola † accumulatio poſ-
ſeſſorij non ſuſpendit petitorium, niſi ſaltem opponatur
de pendentia poſſeſſorij, niſi ex forma petitionis in poſſeſ-
ſorio ſit incluſa exceptio. vt ſi dicatur, peto primo, & ante
omnia ſuper poſſeſſorio procedi: cum aliàs petitum non
habeat in ſe finem repellendi, ſed conſequendi, vt dicto
cap. cum dilectus. & ita procedit op. Ho. non tamen erit ne-
27 ceſſe · quod hic opponatur exceptio ſpoliationis, quia ſola† pen
dentia poſſeſſorij habet hoc priuilegium, vt ſecum non
comparietur petitorium, & per conſequens nõ erit neceſſe,
ꝙ ipſa ſpoliatio probetur, ſed ſufficiet, ꝙ opponatur excep-
tio litis pendẽtiæ in poſſeſſorio, & ipſa pẽdentia probetur,
ꝙ faciliter fieri poterit ſecundum dom. An. qui ex toto non
adhæret opin. Bal. nec Mat. nec ex toto opin. Hoſti. Et vltra
28 prædicta ſi quæratur, an iſta ſuſpenſio † fieri poſſit poſt litẽ
conteſt. ſuper quo variant glo. & Doct. vt no. in d. c. ex con-
queſtione. Concludit ibi, ꝙ hæc exceptio litis pendentiæ in
poſſeſſorio delatorio vel petitorio huius in ſe effectum di-
latoriæ obijci poterit ante litem conteſt. & non poſt, vt vide
tur tenere hic Pau. & Pet. de Anch. quando in vim dilatoriæ
opponitur iſta exceptio: quod verum eſt, vt videtur velle
hic dom. An. niſi in cauſa matrimoniali & beneficiali, in qui-
bus etiam poſt litem conteſt. obijci poterit ante concluſum
in cauſa, vt hic, & in d. c. ex conqueſtione. immo etiam vt ip
ſe dom. An. tenet indiſtinctè, ꝙ quandocunque ante conclu
ſum in cauſa etiam in alijs cauſis poſt litem conteſ. obijci po
terit, cum ex eo ꝙ poſt litem conteſt. accumuletur poſſeſſo-
rium, oriatur ius opponendi de pendentia poſſeſſorij, ideo
poſt litem conteſta. poteſt opponi, vt in c. inſinuante. ſupra
de offic. del. & not. in l. j. C. de conſort. eiuſdem lit. quod ve-
rum quando accumulatur poſt lit. conteſt. aliàs ſi ante, tunc
procederet quod ſupra dictum eſt, vt poſt lit. conteſt. in vim
dilatoriæ opponi non poſſit, niſi in cauſa beneficiali, vel ma
trimoniali, vt videtur velle Imo. hic: bene tamẽ opponi poſ-
29 ſit † de exceptione ſpoliationis in vim peremptoriæ ad ex-
cluſionem petitorij, vt quia dicatur aduerſarium cecidiſſe
a dominio per l. ſi quis in tantam. C. vnde vi. & circa prædi-
cta vide plenius not. in d. cap. ex conqueſtione. & per Dom.
de Rota in deciſio. 205. & per Barto. in l. naturaliter. §. nihil
commune. ff. de acquir. poſſeſſ. in materia poſſeſſorij.

In glo. fin. ibi, vbi hoc requirit, cum tunc dicatur in ſolo
poſſeſſorio, procedere, etiam ſi iuſtificet poſſeſſorium, vt pa
tet in ſimili ex not. in d. cap. ex parte. & in d. ca. ad decimas.
& ſic non obſtat littera. vel poteſt dici, quòd in d. cap. conſti
tutis. erat notorium de defectu tituli, & quòd poſſidens ca-
rebat titulo legitimo: hic autem erat dubium, an habe-
ret titulum vel non, vt dicit hic Imol. Sed licet in poſſeſſo-
rio iuſtificari poſſit poſſeſſio ex tit. vt videtur velle hic glo.
30 non tamen decidit hæc glo. an ſit † dare quaſi poſſeſſionem
in beneficialibus ſine tit. an ſemper quaſi poſſeſſio in bene-
ficialibus abſque titu. ſufficiat in poſſeſſorio, de quibus per
Ioan. And. in additio. ſpec. in rubric. de teſtitu. ſpolia. & per
Guil. in tit. de teſte. §. nunc dicendum. verſi. ſed pone. & per
do. Anto. in cap. in literis. de reſt. ſpolia. & per Pe. de Anch.
in rub. 1. in 6. & hic per Imol. qui concludit primo, quòd in
in beneficialibus eſt dare quaſi poſſeſſionem ſine titu. vt eſt
illa, quæ hr̃ ex ſola patientia ſuperioris, arg. l. quotiens. la a.
ff. de ſeruitutib. cum ſi. immo plus concludit, quòd eſt dare
quaſi poſſeſſionem in beneficialibus, quæ ſit ſufficiens ad
partem poſſeſſorij abſque tit. per d. cap. in litteris. & c. item
cum quis. de reſtitu. ſpoliat. & per hanc clem. requiritur ta-
men, ꝙ ſit coloratè iuſtificata, ad hoc vt pareat poſſeſſoriũ
ſecundum Imol. qui concludit, vt dicatur coloratè iuſtifica-
ta, requiritur quòd probetur patientia eorum, ad quos ſpe-
ctat, quando eſt talis quaſi poſſeſſio, quam ius nõ iuſtificat,
videlicet inducat præſumptionem contra poſſidentem, vt
in quaſi poſſeſſionem iuris eligendi, vt in cap. cum circa. ſu-
pra eod. titu. Si non ſit quaſi poſſeſſio, quam ius commune
iuſtificat, niſi adſit titulus, vt poſſeſſio canonicatus, vel be-
neficij ſeu iuris decimarum, vt in capit. cauſam. de præſcri-
ptio. & in d. cap. ad decimas, & in dicta rub. prima. & tunc
31 ſi dubitetur an † habeat titulum vel non, ſunt opiniones
qualiter debeat fieri talis iuſtificatio: ſuper quo Innocen. va
riauit, nam ipſe Innocent. in dicto cap. in litteris. in glo. ma-
gna tenet, quòd requiratur, quòd probetur, ꝙ ſit inductus
in poſſeſſionem voluntate ſuperioris, & ſic quòd probetur
inſtallatio & ſimilia. & hoc ſentit dicta gloſſ. in vna parte.
in alia verò parte ſentit, quòd ſufficiat quòd probet, quòd
aliqua geſſerit vt canonicus ſcientibus & patientibus his,
ad quos pertinet, arg. d. l. quotiens. & hoc quod dicit Inno-
cen. in dicto capitu. in litteris. tenet Pau. & Bern. & commu-
niter ſcribentes hic, videlicet, ꝙ requiratur quòd ſit inductus

in poſſeſſionem authoritate ſuperioris, & quòd eius patien-
tiam habeat, & ita tenet ſtylus curiæ, vt dicunt Do. de Ro.
in deciſ. nouis. deciſ. 260. & deci. 399. & deciſ. 415. in quibus
deciſionibus dicunt etiam prædicti, quòd licet confeſſio par
32 tis non † iuſtificet titulum, cum dare non poſſit titulum,
vt not. in c. fin. de eo, qui mitt. in poſſ. cauſa rerum ſeruan. in
ſexto. & in c. ſi. de confeſſ. eo. lib. tamen ipſa confeſſio iuſtifi-
cat poſſeſſionem quo ad cauſandum poſſeſſorium recupe-
randæ, & ipſam poſſeſſionem colorandum, eſto ꝙ Matth. a-
liter fuerit locutus in cap. bonæ. el ſecundo. ſupra de poſtul.
prælat. & in cap. ex parte. de reſtit. ſpoliat. dicens id ſibi plus
placere, quam id quod ipſe dixit in d. c. in literis. Sed immo
verior videtur opinio Innoc. quam ponit in d. c. in literis. in
glo. 2. magna. in verſic. ſi tamen vellet ſuo nomine. & d. c. ex
parte. in fi. magnæ gl. vbi in effectu idem dicit, licet ſm ver-
ba, ꝗ ibi ipſe dicit, ſentiat ſe dicere diuerſū ab eo qđ dicit in
d. c. in lřis. Sed verum non eſt, & idem ſentit in d. c. bonæ. in
j. glo. magna circa princip. ſecūdę columnæ. nam licet ad res
beneficij non poſſit agi poſſeſſorio recuperādæ nomine pro
prio per prælatum, quia illas nomine ſuo non poſſidet, ſed
nomine eccleſiæ, vt no. in cap. 2. de donat. tamen ſi vult ſuo
nomine petere reſtitutionem poſſeſſionis epiſcopatus, abba
tiæ, vel canonicalis iuris, tunc bene poteſt nomine proprio,
cùm ipſe fuerit ſpoliatus nō eccleſia. ſed requiritur, quòd ad
hoc vt poſſit obtinere reſtitutionem quaſi poſſeſſionis dicti
iuris, quod authoritate ſuperioris, ad quem ſpectat ex offi-
cio, habuerit poſſeſſionem generalem dignitatis vel iuris
canonicalis, ſcilicet per inſtallationem, vel alium mo-
dum conſuetudinarium, vel etiam per ſcientiam, quia ſcien
te & patiente ſuperiore vel alio, ad quem ſpectat dare poſ-
ſeſſionem, fuerit in quaſi poſſeſſione adminiſtrandi illis ſcië-
tibus & patientibus: ad quod d. l. quotiens. & quod not. de
elect. querelam. & in d. c. in literis. & eod. tit. ex parte. Ex qui
bus patet, ꝙ non requiritur copulatiuè inductio in poſſeſſio
nem, & patientia, immo videtur ſufficere alterum prædicto-
rum: ad hoc tex. in d. c. in literis. vbi reſtitutionem concedit
33 † etiam prædoni, qui non fuit authoritate ſuperioris indu-
ctus, vt not. in cap. nihil. de elect. & in l. iuſtè. ff. de acquiren.
poſſ. & ita tenebat Ioan. de Fan. in hac clem. vt refert Imo.
qui dicit hoc procedere non ſolum ſi poſſeſſio ſit antiqua,
vt tenuit D. An. in d. c. in literis. ſed etiā ſi fuerit recens, licet
aliud ſit in matrimonio carnali, vt in ca. ex tranſmiſſa. ſupra
de reſtitutio. ſpoliat. quod mirum non eſt, cum non ſemper
34 † æquiparetur ſpirituali, vt notat in cap. tuæ. de ſpon. ſecun
dum Imol. qui dicit huic opinioni fortiter obſtare d. cap. ad
decimas. vbi non ſufficit patientia ad partem poſſeſſio-
nis, quando ius iuſtificat poſſeſſionem: propter quod di-
cit tutius eſſe tenere opinio. quam tenet ſtilus curiæ, & do-
minim de Rota in dictis deciſionibus. Sed forte ad illud cap.
poſſet reſponderi, ꝙ ibi non conſtabat de patientia ſuperio
ris, & ſi conſtaret, ꝙ erat poſſeſſio recens, & ſic poſſet tene-
ri quod tenet do. An. in d. cap. in litteris. vt non ſufficiat pa-
tientia, quando eſt iuncta. poſſeſſioni recenti: ſecus ſi anti-
qua, vt plenè per ipſum in d. cap. in litteris. Prædicta vera,
quando non erat notorium de defectu titu. nam licet excep-
tio proprietatis admittatur in poſſeſſorio recuperandę &
non repellatur, ſi non reputetur, vt in c. de teſti. ſpolia. tamē
ſi reputetur repellitur, etiam ſi offeratur incontinenti pro-
batio, niſi in cauſa matrimoniali, vt in ca. litteras. de re. ſpol.
vel niſi ſit notoria, nam ſi notorium eſſet ex defectu tit. &
tunc quaſi poſſeſſio non pariat poſſeſſorium, niſi iuſtifice-
tur ex titu. ita quòd tunc oportet & de titu. probari, & ita
procedat quod not. Innoc. in d. cap. conſtitutus. vbi hoc vi-
detur velle Imol. etiam, vbicunque opponitur exceptio no-
35 toria † defectus proprietatis, admittitur & repellitur agens
poſſeſſorio, etiam recuperandę, niſi iuſtificet poſſeſſionem,
puta titulum oſtendendo, & probando, vt patet ex not. in
d. cap. conſtitutus. quod procedit, ſiue ipſa exceptio ſit no-
toria expoſitiue, vt quia ius ſic diſponat, vt in d. cap. ad de-
cimas. cùm tunc etiam contra factum requiratur aliqua
probatio ad probandum notorium, admittetur, vt no. in d.
cap. ad decimas. ſiue ſit notoriū facti tranſeuntis, vt in c. ſi-
gnificaſti. de diuort. cùm tunc etiam admittitur probatio
ſummaria, vel extraiudicialis, ſi ipſa exigitur ad proba-
tionem notorij, vt dicit Innocen. in d. cap. ſignificaſti. quod
alibi non ponit, vt dicit do. Ant. Siue etiam ipſa exceptio
ſit notoria probatione, vt quãdo ex ꝓbatione ſit notoriū, vt in
c. cum olim. de verbo. ſig. tunc talis exceptio in poſſeſſo-
rio recuperandæ admittatur, vt voluit Innoc. in d. c. conſtitu-
tus. & in d. c. in literis. & in c. ſuper hoc. de renunc. hæc vera,
quando ipſa exceptio notoria non ſolum tollit ius agentis,
ſed etiam fundat ius opponentis, alias vero ſi ſolum detra-
heret iuri agentis, non autem fundaret ius opponentis, &
tunc non admittuntur, vt voluit gl. in d. c. ad decimas. quam
glo. Ioann. And. in addit. Specul. ſuper tit. de reſtitut. in in-
teg. reprobat dicens eam eſſe contra caſum dicti cap. conſti
tutus. ſed d. c. conſtitutus. & dictum Ioan. And. ibi procedit
in materia beneficiali, cum in alia materia procedat gloſ. in
d. c. ad decimas. ſecundum D. An. in d. c. in literis. vbi ponit
de ratione differentiæ, de qua hic per Imol. Si vero oppona
tur exceptio notoria præſumptionis, vt eſt in actu conſan-
guinitatis, qui non eſt probabilis niſi præſumptiuè, & tunc
non admittetur, vt in cap. porro. de diuor. cui etiam alijs mo
dis reſponderi poteſt, vt plenè per dom. Anto. in d. cap. in li-
36 teris. & hic per Imol. qui etiam hic dicit, quòd † agenti poſ-
ſeſſorio recuperandæ poteſt opponi reſeruatio Papę, & ip-
ſa habet obſtare, cum tollat non ſolum proprietatem, ſed e-
tiam eminentem iuſtificationem. & hoc tenuerunt Do. de
Rota in deciſ. 12. & in deciſ. 88. vbi etiam tenuerunt, quòd
ſi intentetur via attentati, tūc non eſt neceſſe iuſtificare poſ-
ſeſſorem, per not. in cap. dilecti. de maiorit. & obedien. nec
eſt admittenda exceptio proprietatis, vbi ſit notoria, cum ta
lis ſit admittenda. & hoc quando reuocatio fieret ad petitio
nem partis, aliàs ſi ex officio fieret, tunc poterit reuocari nō
ad finem reſtituendi illi, qui ius non habet, ſed illi qui de iu-
re debet habere, per not. in d. cap. cum M. ſupra de conſtitu.
de quibus hic plenè per Imo. & vide circa hoc not. per Lap.
in allegat. 24.

REPETITIO
IN CLEMEN. SI ANTE. DE DOLO ET CONTVMAC.

Præclariſsimi I. V. C. D. Benedicti Capræ.

SVMMARIVM.

1 *Index, a cuius ſententia interlocutoria eſt appellatum, poteſt ad vlteriora procedere etiam ad diffinitiuam ſententiam, tali appellante vlterius non citato, niſi canonicè fuerit ſibi inhibitum.*
2 *Recedens a iudice appellando, quaſi proteſtatus de non comparendo non eſt vlterius citandus.*
3 *Appellans ab interlocutoria poteſt nihilominus appellare a diffinitiua.*
4 *Contumacia omnis præcludit aditum iudicij ipſi contumaci, non tamen præcludit aditum appellandi a diffinitiua.*
5 *Recedens appellando non propterea dicitur verus contumax, niſi appellatio fuerit manifeſtè friuola.*
6 *Appellans de ſtylo palatij Apoſtolici citatur, licet non ſit neceſſe.*
7 *Appellanti ab interlocutoria an & quando currat tempus ad appellandum a diffinitiua.*
8 *Abſens an & quando præſumatur ſcire tenorem ſententiæ contra eum latæ.*
9 *Appellationem eſſe friuolam non ſolum poteſt cognoſcere iudex ad quē, ſed etiam iudex a quo per euidentiam facti.*
10 *Contumax verus & euidens appellare non poteſt: & quid de ficto contumace: & quis cenſeatur verus contumax, & quis fictus.*
11 *Relationi nuncij an ſit ſtandum dicentis citatum nolle comparere, ita vt citatus dicatur manifeſtus contumax. num. 18.*
12 *Contumax apparenter & exiſtenter quis dicatur, & quando apparenter & non exiſtenter: & quando exiſtenter, ſed non apparenter. nume. ſeq.*
13 *Contumax verus apparenter & exiſtenter, ſed non manifeſtus quis dicatur.*
14 *Contumax verus cenſetur omnis ille, qui cognouit ſe legitimè citatum, & venire potuit, a quocunque cognouerit.*
Contrarium tenuit Cyn. & Bald. num. 15.
16 *Citatus propter timorem iudicis non comparens, an cenſeatur verus contumax.*
17 *Oblitio non præſumitur, niſi ex lapſu longi temporis.*
19 *Confitens in iudicio ſe nolle comparere, dicitur manifeſtus contumax.*
Et quid ſi dixit nuncio extra iudicium ſe nolle venire. num. 20.
21 *Contumax fictus apparenter & exiſtenter quis dicatur, & quis fictus apparenter, ſed verus exiſtenter.*
22 *Contumax ita demum cenſetur, ſi accuſata fuit contumacia.*
23 *Contumax verus non auditur, ſi venit iudice ſedente pro tribunali.*

24 *Appel.*

14 *Appellationis remedium eſt remedium iuris communis, quod facit ceſſare remedium ſubſidiarium, & extraordinarium.*
15 *Reſtitutionis in integrum remedium non excluditur per remedium appellationis. num. 33*
26 *Contumax apparenter, ſed non exiſtenter poteſt appellare.*
Et quid de ſi... contumace apparenter & exiſtenter.ibid.
27 *Contumax manifeſtus apparenter & exiſtenter ſi appellat non auditur a iudice a quo, nec a iudice ad quem.*
Contumax autem manifeſtus apparenter, ſed non exiſtenter, licet repellatur a iudice a quo, admittitur tamen per iudicem ad quem. ibid.
28 *Contumax manifeſtus non eſt iterato citandus.*
29 *Contumacia vera opera operatur, vt promitti debeat ſatisfactio expenſarum.*
30 *Contumax manifeſtus appaeenter ſed non exiſtenter appellans non auditur a iudice a quo, ſed bene a iudice ad quem, coram quo debet probare impedimentum.*
31 *Contumax exiſtenter & apparenter, ſed non manifeſtus non auditur appellans a iudice a quo, nec a iudice ad quem: ſecus ſi remanſit iudice ſedente pro tribunali, quia auditur, etiam per viam reſtit.in integ.*
32 *Contumax apparenter & non exiſtenter auditur appellans coram iudice ad quem, ſed de impedimento probare debet.*
34 *Contumax exiſtenter, ſed non apparenter appellans auditur coram iudice a quo: & an coram iudice ad quem.*
35 *Contumax fictus exiſtenter & apparenter auditur appellans coram iudice a quo, & coram iudice ad quem.*
36 *Reuocatio per viam attentati an & quando habeat locum.*
37 *Appellatio prima licet per renunciationem, & ſic facto partis ſit deſerta, poterit nihilominus appellari, ſi pars compareat, ſecus ſi non compareat.*
38 *Contumax verus non dicitur ex eo quòd malè ſit appellatum.*
39 *Iudex a quo non debet reijcere appellationem a diffinitiua, quando appellatio prima non eſt manifeſtè friuola.*
40 *Appellatio ab interlocutoria licet fuerit interpoſita ad vnum iudicem, tamen appellatio a diffinitiua poterit ad alium iudicem interponi, ſi fuerit renunciatum appellationi, aliàs ſecus.*
41 *Iudicium ſuper præiudicialibus valet, ſi non opponatur.*
42 *Citatus a iure cenſetur verus contumax, ſi non compareat, nec poteſt appellare. Cyn. contra, vt ibid.*

NON diuiditur per gl. nec ſummatur, ſed hoc dicit ſecundum Paul. appellans legitime ante diffinitiuam ſententiam, cui delatum non eſt ante, infra debitum tempus poterit appellare, niſi prima ſit manifeſtè friuola. Et primo ponit dictum, a quo excipit ibi, niſi quod
1 iudex, in tex. ibi, diffinitiuam &c. no. a cuius ſententia † interlocutoria eſt appellatum, poteſt ad vlteriora procedere etiam ad diffinitiuam ſententiam tali appellante vlterius nõ citato: quod verum eſt, niſi canonicè fuerit ſibi inhibitum, ne procedat, iuxta nota. in cap. Romana. & cap. non ſolum. de appell. in ſexto. vel niſi detulerit, vt in cap. cum appellationibus. eod. tit. & libro. vel niſi apoſtolos petitos denegauerit, vt in cap. ab eo. & cap. vt ſuper, de appel. eod. lib. Et ſic
2 not. hic quòd † recedens a iudice appellãdo, quaſi proteſtatus de non comparendo, non eſt vlterius citandus de neceſſitate, contumacia tamen ei declarabitur ex euentu appellationis. argum. ſecundum Imol. qui ex hoc notat, quòd proteſtatus de non plus comparendo coram iudice non eſt vlterius citandus: de quo infra in glo. magna. Immo & vlterius not. quòd contra talem contumacem poteſt procedi ad actus etiam grauis præiudicij, vt infra. In tex. ibi, poterit idẽ
3 appellans. no. quòd appellans † ab interlocutoria poteſt nihilominus appellare a diffinitiua, non tamen poteſt appellare ab alijs interlocutorijs & ab alio proceſſu, nam cum talis ſic appellans ſit cõtumax, vt in cap. 2. ſupra eod. tit. in ſexto. non debet audiri in illa cauſa, niſi appellationi renunciet, ad hoc quod legitur & notatur in cap. dilectus. ſupra de appell. ſecundum Pet. in notabilibus, qui ex hoc infert, quòd licet
4 omnis contumacia † præcludat aditum iudicij ipſi contumaci, vt l. ſancimus. C. de iudic. & l. ſed & ſi per prætorem. §. ſed ſi cum decreto. ff. ex quibus cau. maio. non tamen præcludit aditum appellandi a diffinitiua: quod eſt ideo, quia per eam magnum præiudicium infertur & per appellationem ab ea, omnia grauamina reuocantur, vt in cap. fin. de appell. in ſexto. ſecundum Pet. de Ancher. qui dicit hoc nouum eſſe, & inauditum. Sed hoc dictum Pet. de Ancher. vt appellare nõ poſſit ab alijs interlocutorijs, ex quo ſemel appellauit, non videtur verum, per not. in d. cap. dilectus. per glo. & Doctores, & in cap. cum cauſa. de re iudica. & in cap. ſi a iudice. de appellat. in ſexto. nec eſt verum, quòd ipſe recurrat appellando ad audientiam iudicis, immo eam aufugiet, & ab ea ſe ſubtrahet, vt not. in cap. dilectus. & cap. bonę. el
5 ſecundo. de appel. & vlteriùs etiã no. † quod recedens appellando non propterea excuſetur. ¶ Verus contumax, etiam ſi poſt eam fuerit citatus, cum appellare poſſit, vt hic patet quod verum eſt, niſi fuerit appellatio manifeſte friuola & fruſtratoria, quia tunc excuſetur verus contumax, nec appellare poteſt, vt patet in tex. bene tamen poſſet dicere de nullitate, ſi ex aliquo eſſet nulla, cum tale remedium non tollat taciturnitas appellantis: nec dicetur appellare vt dicit Bart. in l. ſi expreſſim. ff. de appell. ſecundum Pe. de Anc. de quo infra de appel. clem. ſi appellationẽ. in verbo, non citato. in fi. idem Pau. in glo. Gen. Lau. & Matth. dicit tamen
6 hic Stepha. ſe vidiſſe † in palatio apoſtolico ſeruari, quòd appellans citatur, licet non ſit neceſſe. vt gloſſ. in verbo, abſentem. in fi. ſed non eſt verum, quia licet fuerit citatus, tamen non dicitur verus contumax, etiam poſito quòd citatio peruenerit ad eius notitiam, quia habebat legitimam cauſam non appellandi, quia putat per appellationem ſuſpenſam eſſe iuriſdictionem iudicis a quo, de appel. cap. ſi a iudice. in 6. & comparendo & procedendo ſuo iuri renunciaret, de off. deleg. gratum. & de teſti. cum veniſſet, ſecundum Paul. hic, in glo. in verbo, debitum. in fin. idem Paul. Et not. hanc glo. quæ videtur innuere, quod licet appellans
7 ab interlocutoria † videatur proteſtari de non comparendo, & ſic cenſeatur verus contumax, vt in cap. eum qui. eod. tit. in 6. tamen tempus ad appellandum a diffinitiua eidem nõ currit, niſi a die ſciẽtię, quod non videtur verum, cum a die ſcientiæ currat, quando quis eſt ficte contumax, vt citatus ad domum, vt dicit gloſſ. & ibi Barto. in l. 1. §. ſi aduerſus. ff. quando appellare non eſt nec. Sed primo talis ſic appellans non cenſetur verus contumax, cùm appellare poſſit, & hoc quando appellatio eſſet manifeſte friuola, vt ſupra dixi. quod verum eſt, quando non litigaret per procuratorem, aliàs non audiretur appellans, vt dicto §. ſi aduerſus, ſecundum Steph. poſt decem dies a die ſcientiæ, tamen infra decem dies bene audiatur, vt not. Inno. & Ioan. An. in cap. 1. ſuprà vt li. non cõte. & Bart. in d. §. ſi aduerſus. dicit tamen notabi.
8 Bar. in l. Labeo. quomodo & quãdo iud. quod ſemper † præſumitur ſcire, quando tenor ſententiæ fuit miſſus ad domũ abſentis, & ipſe erat in loco propinquo & non in remotis, vt ibi plene per ipſum. In glo. in verbo, appellare. ibi, nec ſententiam ratificat. Idem Pau. & Zen. bene tamen valet ipſa ſecũda appellatio, quod procedit, quãdo appellatur a diuerſis articulis vel ſentẽtijs, cùm tunc quilibet valeat, vt dixi in tex. aliàs verò ſi appelletur ab eodem actu, vel ſententia pluriès, & tunc ſi incontinenti non ſunt plures ſed vna: ſi vero ex interuallo, & tũc ſi prima valuit, non valet ſecunda, & a prima incipiunt currere fatalia. Si vero fuit nulla, & tunc non valet prima ſed ſecunda, & ab ea ſimiliter incipiunt currere fatalia: ad hoc l. ſi accuſato. ff. de adulte. ſecundum Pet. de Anch. Et etiã hæc vide not. in c. bonæ. de appel. & per Bar. in l. cum procuratorem. §. dominus. ff. de no. ope. nun. & ibi per Ang. & quod nota. Bal. in vſib. feu. in tit. quo tempore miles. in §. ſancimus. & quod not. in cap. ex parte. ſupra de reſcriptis. in fi. nam vt ibi not. in d. §. in ea gloſſ. falſus. ſententia non erat omnino nulla, ſed valebat in præiuditium procuratoris, licet non præiudicet domino, vt ibi not. & in l. licet. C. de procura. & ff. de appel. l. ſi expreſſim. ſecundum Imol. hic: quod videtur velle & hic Pau. In glo. fin. hęc glo. diuidit in ſex partes: in prima ponit quatuor extrema de appella. manifeſtè friuola, in ſecunda parte ibi. ſed aduerte. ponit, quot ſunt ſpẽs contumatiæ, declarando quis dicatur verus contumax, quis euidens, & quis fictus. in 3. ibi. Itẽ ſciendum. tractat, an & quando contumax manifeſtus verus & & fictus repellatur ab appellando, ponendo oppoſitiones. In quarta parte ibi, & ex his pro concludenda veritate in puncto reducit punctum ad practicam. In ea. ibi, ad tex. redeundo. ad text. reuertitur, ad terminos. text. illum declarando & reducẽdo ad actum practicæ, In ea. ibi, ex prædictis, cõcludit ad nouum dubiũ, vſque in fi. ſi non appell. vel ſi fuit appellatum, & non in ſcriptis, & hoc conſtat, de appellatio. c. ordi. libr. 6. ſecundum Pau. Et not. ex hac gloſſ. quòd
9 † quando appellatur ab interlocutoria, ſi iudex a quo non deferat appellationi, quam ex friuolis cauſis interpoſuit, tũc a tali reiectione oportet appellare: alias appellans a diffinitiua poſtea lata non audietur tamquam manifeſtus contumax: quod eſt nota. Ex quo videtur, quòd non ſolùm iudex ad quem poſſit cognoſcere, an appellatio ſit friuola, vt not.

not. in l. chirographi. in fin. ff. de adminiſtra. tut. ſed etiam
Iudex a quo intelligitur, ſ. per euidentiam facti, vt vide-
tur velle Innocen. in cap. paſtoral. in gloſſ. quæ incipit, mi-
rum videtur. de offi. deleg. in ead. glo. ibi, quorum appel. l. 1.
quia illa iura intelligi debent in vero contumace & manife-
ſto, ſecus in vero contumace ſi non eſt manifeſtus contu-
max: ſed hęc ſolutio videtur deſtruere iura in prin. allegata,
& præcipue l. ex conſenſu. §. fina. ff. de appella. & l. poſt edi-
ctum. ff. de iudic. ideo glo. in verbo Guil. in ſpec. tranſit ad
aliam ſolutionem ponendo oppoſitionem ipſius Guil. §. ſe-
cus. lib. 6. & ibi videtur in ea glo. ibi tex. cum glo. quod no.
de quo infra latius in §. fi. & ſic in ea. gloſſ. ibi fulti. concor-
dant omnes in hoc, quòd quis dicatur euidens & veriſſi-
10 mus contumax, & † etiam in hoc quòd appellare non poſ-
ſit, vt euidens ſeu cauſa illi vnus contumax, ſaltem ſi non ve
nerit iudice ſedente pro tribunali, cum eo veniente ſunt opi
niones, de quibus in d. l. diuus. & ibi plenè. ſed in vero &
ficto contumace quis ſit, & quando appellare poſſit, ſunt
opiniones, de quibus infra in glo. de quo ſubmittam. in ea.
glo. ibi, & l. ex conſenſu. §. fi. ff. de appella. vbi eſt tex. melior
quàm ſit in iure, ſecundum Imol. hic. Et not. bene hanc glo.
cum qua concordat Pau. ex qua habetur hucuſque, quis cen
ſeatur euidens ſeu veriſſimus contumax, quis verus, & quis
fictus: ſed vltra glo. pro pleniori declaratione huius ma-
teriæ dicendum eſt, quòd euidens ſeu veriſſimus contumax di-
citur ille, qui perſonaliter citatus dixit nolo venire, vt dicit glo.
hic, & in l. fi. ff. de reſti. in integrũ. & ibi Barto. de quo plene
per Ioan. And. in addi. ſpe. in titu. de contumatia. §. 1. circa
prin. vbi dixit, quòd ſi talis venit, licet dixit ſe nolle venire,
& tunc cùm non ſit contumax, ceſſat qualitas contumatiæ:
vel quando non venit, & iuſtè fuit impeditus, vt quia fuit
captus dum veniebat, vel graui infirmitate detentus, vel
aliud ſimile interuenit. & hoc probat, & tunc quia illa proba-
tio tollit etiam qualitatem contumatiæ, arg. l. 2. ff. de vſu-
fru. lega. & l. eius qui. ff. ſi cert. peta. immo & tunc quando
impeditus non venit, cenſetur contumax veriſſimus ſeu eui
dens apparenter, ſi appareat eum iuditialiter ſic reſpondiſ-
ſe, ſed non exiſtenter vt patet ex not. per ipſum Bartol. in d.
l. fin. vbi dicit hoc verum eſſe, quando ipſe non venit, & nec
probatur aliqua iuſta cauſa impedimenti, nam tunc ſi de illa
reſponſione, qua dixit non libenter venire, conſtat ex ver-
bis prolatis in iudicio tempore citationis, & tunc hæc eſt ve
ra contumatia, & eſt contumax euidens, & veriſſimus exi-
ſtenter & apparenter: & ita intelligi debet tex. & glo. in cap.
venerabilibus. §. ſecus. de ſenten. excom. in 6. quam glo. ſic
declarat Ioan. An. ibi in notat. Si vero illam reſponſionem
facit extra iuditium, & tunc ſi de illa conſtat per confeſſio-
nem in iuditio factam, & idem: Si autem conſtat per teſtes
eum ſic reſpondiſſe nuntio, & idem, cùm eadẽ ſit ratio. ad
hoc quod not. in cap. veſtra. de coha. cler. quandoque verò
eſt contumax veriſſimus ille, qui dicit ſe nolle venire exiſtẽ-
ter ſed non apparenter, & ſic non euidens, vt eſt ille, qui ex-
11 tra iuditium dixit nuntio ſe nolle venire, & † non venit ſi de
illa reſponſione nuntio facta conſtat per relationem ipſius
nuntij & tunc contumatia non cenſetur manifeſta, ſiue te-
neatur illa opinio, quòd relationi nuntij non credatur, de qua
in cap. quoniam contra. de proba. & in cap. comparatio, de
appella. Siue etiam teneatur illa opinio. quòd credatur re-
lationi nuntij referentis ſe citaſſe, nam cum nuncius referen
do dictam reſponſionem referat vltra officium ſuum, quod
iurauit, non debet credi. ad hoc quod non in Spe. de cita. §.
ſequitur. verſ. ſed nunquid. de quibus per Ioan. And. plene.
in additionib. Ex quibus patet verificari illud quod tetigit
gloſſ. ſupra circa principium. an dicens nuntio extra iudi-
tium ſe nolle venire, cenſeatur manifeſtus contumax. & ita
procedat glo. in d. §. ſecus. ſecundum Ioan. And. in addi. in
dicto loco. licet Legiſtæ in l. fi. ff. de integ. re. aliud teneant:
quæ omnia ſunt notanda: nam ex his habetur, quòd citatus
principaliter, qui dixit ſe nolle venire, quandoque non eſt
12 contumax, vt quia comparuit. Quomodo eſt † veriſſimus
contumax apparenter & exiſtenter, vt quando non compa-
ruit ceſſante impedimento. Quandoque eſt veriſſimum
contumax apparenter, ſed non exiſtenter, vt quando fuit
impeditus iuſto impedimento. Quandoque eſt veriſſimus
contumax exiſtenter ſed non appparenter, vt quando de
eius reſponſione non conſtat iuditialiter, & hęc de primo
membro, ſcilicet de euidenti ſeu veriſſimo contumace.

Circa ſecundum verò membrũ. ſ. de vero contumace, di-
13 cendum eſt, quòd quidam † eſt contumax verus apparenter
& exiſtenter, ſed non manifeſtus, vt ille qui citatur perſona-
liter & nihil dicit, vel dicit ſe venturum, & non venit, nullo
iuſto impedimento detentus, vt videtur velle hic glo. Paul.
& Imol. & Bar. in d. l. fin. ff. de reſti. in integ. quidam vero eſt
verus contumax exiſtenter ſed non apparenter, vt ille qui
non fuit citatus perſonaliter, ſed citatio ad eum peruenit,
& hoc conſtat iudicialiter, vt videtur velle hæc glo. & Bart.
14 in d. l. fin. immo etiam cenſetur verus contumax † omnis il-
le, qui cognouit ſe legitimè citatum, & venire potuit a quo-
cunque cognouit. l. item veniunt. §. qui & a quo. ff. de peti.
hæredita. vnde citatus ad domum cenſetur verus contu-
max, ſi citatio ad eum peruenerit congruo loco & tempore,
vt dixit Bar. in d. l. ex conſenſu. §. fi. per illum tex. ſed Cy. in
15 d. l. properandum. §. ſin autẽ. C. de iudi. tenuerunt † contra,
videlicet quòd talis non cenſeatur verus contumax: quod te-
nuit etiam Bal. in l. ea quæ. C. quomodo & quando iud. vbi
dixit quòd verus contumax eſt ille, quem actus citandi ap-
prehendit, vel latitat, ita quod non poteſt apprehendi, aliàs
vero ſi actus citãdi eum non apprehendit, ſed citatio ad eius
notitiam deueniat, tunc non eſt verus contumax, niſi fortè
citatus ſit per edictum publice propoſitum, vt ibi plenè per
ipſum. ſed immo verius videtur, quòd cenſeatur verus con
tumax exiſtenter, ſicut citatus per edictũ, cum eadem ſit ra-
tio, vt probat tex. in d. l. ex conſenſu. §. fin. & glo. hic: immo
& licet non manifeſtus, tamen apparenter cenſetur verus
contumax, ſi iudicialiter conſtet ad eius notitiam citaõnẽ
peruenisse, vt pàter ex dictis ſupra de euidenti & veriſſimo
contumace: non tamen cenſetur verus contumax perſona-
liter citatus & inuentus in primis citationibus, ex quo non
erat peruentũ in aliqua ex illis ad peremptoriã, ſecũdũ Bar.
in d. l. fin. quod verum eſt, vt videtur velle hic do. Ant. quo
ad effectum principalis proceſſus, ſed quo ad effectum con-
demnationis expenſarum & ad repellendum appellationẽ
ſatis dicitur verus contumax citatus perſonaliter in prima
citatione, per not. de procura. querelam. & ita limitatur
quod dicit Spec. in loco præallega. & Pau. hic, dicentes ve-
rum contumacem illum, quem apprehendit citatio, maxi-
me trina. quidam vero eſt verus contumax apparenter ſed
non exiſtenter, vt citatus perſonaliter qui non venit iuſto
impedimento detentus, vt videtur velle Barto. in dicta l. fi.
& Imol. hic, qui referendo Barto. dicit quòd ſi citatus per-
16 ſonaliter venerit, † inuentus verò venerit, quia timuit com-
parere ex eo, quia iudex ſolitus erat facere renuntiare com-
parentes iuri ſuo, vel quia erat ruſticus, qui timebat ire ſine
aduocato, tunc dicitur verus contumax apparenter ſed non
exiſtenter, propter legitimum impedimentum: Secus ſi di-
cat ſe non comparuiſſe, quia tradidit obliuioni, tamen obli-
17 uio † non præſumatur niſi ex lapſu longi temporis, ff. de ac-
quiren. poſſeſ. l. peregre. vel ſi dicat ſe non credidiſſe iudicẽ
ita proceſſurum eo vlterius nõ citato, cum credere hoc de-
buerit, ſecundum Bart. in d. l. fin. & do. Anto. hic qui etiam
dicit, dici poſſe, quòd citatus inuentus dicatur manifeſtus
18 contumax, quia videtur eſſe de poteſtate † officij nuncij, quòd
nuncius inuenerit, ex quo videtur ſtandum eſſe eius rela-
tioni: Sed certè non ſequitur quòd ſit manifeſtus cõtumax,
tamen poſſibile ſit, quòd habuerit animum veniendi, & ſi nõ
appareat euidenter quòd venire contempſerit, vt dicit hic Imol.
ſecundum quem non obſtat d. cap. venerabilibus. §. ſecus.
19 & quod ibi not. quia ibi loquitur quando in iuditio quis † confi-
tetur ſe nolle venire, vel ſe contumacem cum tunc ſit mani
feſta contumatia, ſed ſecus ſi confiteretur ſe citatum ſolum.
Ex quibus concluditur, quòd ad hoc, vt concludatur vera con-
tumatia, non exigitur quòd in iuditio appareat, quòd reſpondit ſe
nolle venire, ſed bene exigitur illud, vt concludatur mani-
feſta contumatia, & hęc fuit mens glo. hic & in d. §. ſecus. li-
cet Bart. aliter intellexerit in d. l. fin. hanc glo. & glo. d. §. ſe-
cus. reprobans & male, vt patet ex prędictis: de quo hic ple-
20 nè per Imol. ſed immo glo. in d. §. ſecus. dicit quòd † cenſetur ve-
ra contumatia, ſi dixit extra iuditium nuntio ſe nolle com-
parere. Sed certe eſt vera contumatia, non manifeſta: quia li
cet credatur illi nuntio quòd eum inuenerit & citauerit per
ſonaliter, non tamen creditur quòd citatus dixerit talia ver-
ba, vt patet ex prædictis ſupra & hic de manifeſto & vero
contumace, & ſic de ſecundo membro. videlicet de ficto.

Circa tertium vero membrum contumaciæ dicẽdum eſt,
21 quòd quidam † eſt fictus contumax apparenter & exiſten-
ter, vt citatus ad domum, ad quem non peruenit citatio, ſi

citatio

citatio fuit facta ab homine ſimuliter, & citatus a iure, vt
vult glo.hæc & Bal.in l.fin.ff.de reſtit.in integ.ſed glo. infra
in fin.videtur velle, quòd immo talis cenſetur verus contu-
max, de quo ibi plene dicetur. quidam eſt fictus apparenter
ſed verus exiſtenter, vt citatus ad domum, ad quem perue-
nit citatio: de quo dic, vt plene ſupra dictum fuit. Et adde,
vt dicit hic Pet.de Anch.quod ſi nuncius, cui iudex commi-
ſit vt citaret perſonaliter vel ad domum, referat ſe feciſſe
quæ habuit in mandatis, tunc præſumitur quòd ad domum
citauerit potius qoàm perſonaliter & ſic non cenſetur ve-
rus contumax, cum potius debeat præſumi in dubio culpa
in qua eſt citatus ad domum non comparens, quàm dolus
in qua præſumitur eſſe citatus perſonaliter, vt l. hoc enim.
ff.de ſuſpec.tute.& hoc etiam tenuit Bal.in d.l.properandũ.
§.& ſi item. C.de iudi. vbi etiam vltra dixit, quòd ita demũ
22 † citatus cenſetur contumax, ſi accuſata fuit contumatia, per
illum text.ad hoc quod not. Innocen. in cap. conſuluit. de
offi.dele.& hęc de ipſa contumatia & eius ſpetiebus, de eius
effectibus autem dicã infra. in glo. fi. & ſic intelligitur §.ſin
autem. in ea gloſſ. hæc opinio. innuit verum contumacem
23 † non audiri, ſi venit iudice ſedente pro tribunali: quod eſt
contra dictam l.diuus. ideo datur alia ſolutio. non propter
abſentiã rãtum. Nota in ea.ibi bene hã gl. ex qua infertur,
quòd ſi datur reſtitutio ei, qui fuit impeditus, fortius & da-
ri debet poteſtas appellãdi eo caſu, quo poſſet appellari: ſed
certe immo videtur oppoſitum, quòd hæc remedia viden-
24 tur incompaſſibilia, cum † remedium appell. ſit remedium
iuris communis, quod facit ceſſare remedium ſubſidiarum,
& extraordinarium, vt eſt reſtitu. in integr. vt l. in cauſæ.
25 la ſecunda.ff.de minori.ſed certè remedium † reſtit.in inte-
grum aduerſus ſententiam non excluditur per remedium
appel.cum plenũ ſit, l.fi.C.ſi aduerſus.rem iud.& ibi no.ibi,
& de illa cognoſcetur. ¶ In ea.glo.ſic appel.poterit, licet fue
26 rit contumax † verus apparenter, cum exiſtenter non fuerit
verus contumax, ex quo fuit impeditus, vt ſupra patet, mul
to fortius hoc appella. poterit fictus contumax apparenter
& exiſtenter, vt videtur ſentire.glo. in communem opinio.
videtur inclinare.ſ. quòd verus contumax non appellaret
ſed fictus, vt eſt communis opinio.ſecundum quod declara-
tum eſt ſupra. ſed circa hanc materiam, an contumax poſſit
appella.& quid operetur ipſa contumatia, pro pleniori de-
claratione conclude, vt videtur eſſe de mẽte glo. hic & Bar.
in d.l.fin.ff.de reſtit.in integ. Dominorum de Ro. dec.207.
aliàs 407.& in dec.364. quæ incipit, item cum omnia iura.
vbi habeĩ de citato per edicta: & de vero contumace, an ap-
27 pellare poſſit, ꝙ quidam eſt † manifeſtus contumax vere &
apparenter & exiſtenter, & hic ſi appellat non auditur a iu-
dice a quo, nec a iudice ad quem, vt videtur velle glo. hic
immo etiam ſi talis veniat iudice ſedente pro tribunali non
gaudebit beneficio velocis redditus, vt videlicet audiatur,
per l.diuus.ff.de reſtit.in integ.vt videtur tenere Ioan.And.
in addi.in titu. de contumatia. §.1. circa principium. quod
verum eſt ſecundum do.Aoto.quando eſt verus contumax
apparenter, & exiſtenter, cùm tunc indiſtinctè a quocunque
iudice repellatur: ſed vbi eſt manifeſtus contumax apparen
ter ſed non exiſtenter, tunc licet repellatur a iudice a quo,
tamen admittur per iudicẽ ad quem vt hic plene per eum,
vt refert hic Imol. qui tamen tenet, quòd æquior ſit opinio
Bar.qui tenuit, ꝙ manifeſtus contumax ſolum audietur be-
neficio reſtitut.in integrum.ad appellandum tantum: quod
videtur tenere glo.in d.l.diuus.& eſt ipſa veritas, quam ſe-
quũtur communiter legiſtæ, & quam tenet hic Lau. Et hæc
opinio, velut benignior eſt admittenda, arg.l. benignius. &
l.ambigua.ff.de lega.primo.de quibus hic per Imol.Ex qui-
bus habeĩ vnus effectus manifeſtæ cõtumatiæ.Eſt & alius ſe
28 cundus effectus, ꝙ † manifeſtus contumax non eſt iteraro ci
tandus, ſecundum Lau.per not.in d.l.Fulcinius.§.fi.ff.exqui.
ca.in poſſ.eat. quod tenuit Io.de deo.24.quæſt.3.de illicita.
in magna glo.& Innocen.in cap.petitionem. de accu.& Ho.
in ſumma, de dolo & contumac.§.2.verſ.breniter.& Accur.
in l.fin.ff.de reſti.in integ.& 2.Bar.in l.ex conſenſu.ff.de ap.
licet do.Ant.hic dicat eum dicere cõtrariũ: quod etiam te-
nuit Bal.in l.ea quæ.C.quomodo & quando iud. ſed Io. de
de deo in lib.2.ſuarum Cauillatio tenuit contrariũ quod te
nuit Iac.de Are.& Pe.de bellapertica, ſub dubio fortè, vt re
fert Io.An.in d.cap.venerabilibus.§.ſecus.vbi idem videtur
tenere, vt refert hic do.Anto.qui tamen dixit ſuper hoc ad-
uertendum ad formam citandi. nam ſi citatus eſt ad totam
cauſam, qđ alias poſſibile eſt, vt not. de dol.& cont.dilecta.
& in Specu.de citat.§.t.verſ.item licet in die. in addi.& tũc
ſi dicit illa verba, nolo venire, non erit iteraro citandus, niſi
oſtendat ſe pœnituiſſe, cum præſumatur in eadem intentio-
ne durare, vt in cap.eum qui.e.tit.in 6.ſi vero citatus fuit ad
vnum articulum, & tũc ſiue dixerit ſe nolle venire ad illum,
ſiue ſemper reſpondiderit ſe nolle venire, erit iterato citan-
dus ad alium, cùm reſponſio dubia ad illum actum refera-
tur. ſi vero reſpondiderit ſe nunquam venturum ad illam
cauſam, & tunc non eſt vlterius citandus, nam & ſi ſine cita-
tione dixiſſet id, non eſſet citandus, vt not. Barto.in d.l.fin.
& in d.l.ex conſenſu.§.fin.vbi dixit idem eſſe, ſi ad vnam ci
tationem etiam peremptoriam dixit ſe nunquam venturũ,
& refert hic Imol. quod verum eſt, vt dixit Bartol. in d.l.ex
conſenſu.& Bald. in d.l.fin. quando hoc dixiſſet in iuditio,
ſecus ſi extra iudicium, vt ibi plene per eum.

Tertius effectus ipſius cõtumatię, quòd licèt quilibet con
tumax & quantumcunque condemnetur in expẽſis, vt not.
29 in capitu. querelam.de procura. tamen ipſa vera † & mani-
feſta cõtumana operatur, vt promitti debeat ſatisfactio ex-
penſarum, vt d.c.venerabilibus.§.ſecus. & hæc de manifeſta
30 contumatia. Eſt & ſecundò quidam † manifeſtus contumax
apparenter & non exiſtenter, quia impeditus venire, & iſte
talis appellans non auditur a iudice a quo, ſed bene a iudice
ad quem: vnde coram iudice ad quem probare debebit im-
pedimentum, ff.de appe.l.ſciendum.& C.eo.tit.l.à procon-
ſulibus.immo etiam ſi velit probare impedimentum coram
iudice a quo, auditur appellans, cùm ſit eadem ratio, & ipſe
iudex forte impedimentum reuocauit, de re iudi.cap.cum
Bertoldus.& ſic circuitus euitabitur, argu.cle.audito.de re-
ſcrip. ſed Pe. de Anch.vt refert Imol. qui tenet, dictum hoc
verum non eſſe, ꝙ hęc cognitio pertineat ad iudicem a quo,
cum etiam ſententia non præiudicet, ſed ſpectat ad iudicem
ad quem, vt d.l. ſciendum. ad hoc quod not. de elec. cum
nob.& vide not.in cap.ſi a iudice.de appe.in 6.& hoc quan-
do veniret per viam appellationis.cum per viam reſtitutio-
nis bene poſſit, vt hic plene per Imo. per viã autem appella-
tionis non audietur a iudice a quo, ſed per iudicem ad quẽ,
etiam ſi veniat iudice ſedente pro tribunali arg.cap. roma-
na.§.fi.de for.compet.in 6. & ita poteſt intelligi quod not.
in Spec.in tit.de contumatia.§.1.circa principium.vbi dicit
notorie contumacem venientem iudice ſedente pro tribu-
nali audiri appellando: & ita procedat quod not.2.quæſt.6.
ſunt quorum.ſecundum do.Ant. quod etiam videtur tene-
re hic Pe.de Anch.ſed immo vt videtur tenere Bart. in d.l.
diuus.& Imol.hic ipſo iure admittitur ad appellandum co-
ram iudice a quo, & etiã per viam reſtitutionis in integ. ad
totam cauſam, vt hic plene per Imol. An autem talis manife
ſtus contumax ſemel citatus ſit iterum citandus? dicendum
31 eſt vt ſupra dictum fuit. Eſt & tertiò quidam † verus contu-
max exiſtenter & apparenter, ſed non manifeſtus & talis nõ
auditur appellãs a iudice a quo, nec a iudice ad quem, & hoc
niſi veniat iudice ſedente pro tribunali, cum tunc ipſo iure
audiatur ad appellandum, & etiam per viam reſtitutionis in
integrum ad totã cauſam, vt videtur velle Bar. in d.l.diuus.
32 refert hic Imol. Eſt & quartò quidã verus contumax † ap-
parenter ſed non exiſtenter, & ille auditur appellans coram
iudice ad quẽ, ſi de impedimẽto probet, ſed non auditur co-
ram iudex a quo niſi veniat iudice ſedente pro tribunali, vt
d.l.diuus.vt videtur velle glo.hic & Bart.in d.l.fi.ſecundum
quod refert Petr. de Anch. qui tamen dicit, ꝙ talis tunc ad
proſequendum appellationem non admittitur abſque be-
neficio reſtitutionis in integrum, per d.c. cum Bertoldus. &
& cap.ex litteris.de reſtit. in integr. quæ reſtitutio interim
ſuſpendet excommunicationem, vt hic plenè per ipſum.ſed
33 certe beneficium † reſtitutionis in integrum non excludit
beneficium appellandi, immo competit eadem ratione, qua
reſtitutio, vt ſupra dictum eſt per gloſſ. Eſt quintò qui-
34 dam verus contumax exiſtenter ſed non apparenter, vt
citatus ad domum ad quem peruenit citatio, ſi de hoc iudi-
cialiter non conſtet, & tũc talis appellando auditur coram
iudice a quo; cum ſibi non liqueat verum contumacem: ſed
non audietur coram iudice ad quem, ſi hoc probetur, ſ. ꝙ
ſciuerit ſe citatum, & contempſerit venire, & ita poteſt intel
ligi d.l.properandum.§.ſin autem. C.de iudi. & hoc videtur
35 ſentire glo.hic, & Bar.in d.l.fin. Eſt & ſexto † quidam fictus
contumax exiſtenter, & apparenter, vt citatus ad domum,
ad quem non peruenit citatio, & iſte auditur appellans co-
ram

ram

ram iudice a quo, & coram iudice ad quem: & hæc eſt
quaſi concluſio Bartol. in dicta l.fina. in qua clarius loqui-
tur quam hæc gloſſ. licet non multum diſcrepet ab ea.
In ea.glo.ibi, vel reuocentur attentata.no. ex effectu huius
36 q † reuocatio per viam attentati ſolum habet locum, quan
do quis proſequitur appellationem, cuius virtute vult atten
tata reuocari, ſecus ſi incidenter illa pſequitur: quod eſt no.
ſm do. An. In ea.glo.ibi, directe.ſup.glo.2. & ibi p D. Ant.
37 vbi declarando hanc glo. tenet, q ſi prima † appellatio ſit de-
ſerta per renuntiationem, & ſic facto partis, poterit appella-
ri: ſi vero fuit deſerta ex negatiua, & tunc ſi comparuit poſt
deſertionem, & ſimiliter poteſt appellare, ſecus ſi nunquam
comparuiſſet, vt hic: quod etiam videtur tenere hic Pet.de
Anch. qui ex hoc inferre videtur, q ſi in caſu huius poteſt
deſertam appellationem interlocutoria lata eſſet ſenten-
tia contra abſentem, quod tunc nõ poſſet appellare: de quo
hic plene per eum, qui etiam ponit, an firmetur ſententia la-
ta infra tempora proſequendi appellationem ab interlocu-
toria, ſi poſtea talis appellatio deſeratur, de quo plene in ca.
licet. de ſen.excom.in 6. In ea.glo. ibi iuſta pronuntiari. &
38 ſic non ſequitur, apparet † male appellatum, ergo appellans
eſt verus contumax, nam requiritur q appareat male appel-
latum, vt quia fruſtatoriè, aliàs ſi propter probabile dubiũ,
39 quia tunc ſecus eſſet: vnde iudex a quo non debet † reijcere
appellationem a diffinitiua, quando appellatio prima non
non eſt manifeſtè friuola, cum eadem non conſtet illum
verum contumacem, tamen poteſt diſcutere coram iudice
ad quem, an fuerit bene appellatum, vel non: & ſic an fuerit
contumax verus, ſecundum Imol. qui tamen dicit, q eo ca-
ſu, quando appellatur ex falſa cauſa cum probabili poten-
tia appellandi non denegatur ab actu ſecuto poſt primam
appellationem, niſi fuerit manifeſtè friuola, cum non ſit ve-
rus contumax propter dubium, an cauſa ſit vera vel non,
quod non videtur: nam cùm appellatio ab interlocutoria
debeat iuſtificari ex eiſdem actis, ſi tamen eſt falſa nõ poteſt
eſſe niſi notoria, vt hic plene p ipſum Imo. In ca. ibi, quàm
primus.not.bene hanc glo.ſecundum.do. An. ex qua habẽs
40 q † licet appellatio ab interlocutoria fuerit interpoſita ad
vnũ iudicẽ, tñ appellatio à diffinitiua poterit ad aliũ iudicẽ
interponi: quod verum eſt, ſi renuntiatum fuerit primæ ap-
pellationi: aliàs vero ſi velit proſequi primam, & appella-
re a differentia ad alium iudicem, tunc forte propter conne
xitatem cauſæ non poſſet, arg.notatorum in cap.diſpendia.
de reſcriptis.in 6.& quia eſt præiuditialis ad aliam, quod vi-
detur procedere, niſi quando nõ obijceretur exceptio præ-
dicta, vel prima nũ proſequeretur ſed ſecundam, & ita pro-
cedat glo. ſecundum Imol. non tamen poterit quis eodem
inſtanti in eodem libello proſequi appellationẽ ab interlo-
cutoria, ſeu a grauamine & a diffinitiua, immo de prima, vt
de præiuditiali primo cognoſcetur, de ordin.cognit.tuam.
nam ſtante nullitate primæ ex cauſa fruſtatoria repelleretũ a
proſecutione ſecundæ, quia eſt verus contumax, & ſic pri-
ma eſt præiuditialis ad ſecundam, ſecundum Paul. vt refert
do.An.hic qui dicit hoc procedere, quando pendet nullitas
primæ appellationis ex cauſa manifeſtè friuola, & de illa op
ponitur contra proceſſum ſecundæ: aliàs vero ſi penderet
nullitas primę appellationis ex cauſa nõ manifeſte fruſtato-
ria, vel dato quod penderet ex cauſa manifeſte fruſtatoria,
ſed non opponeretur contra proceſſum ſecundæ de præiu-
ditio primę, tunc valeret proceſſus, quia iuditium ſuper prę-
41 iuditialibus † valet, niſi opponatur, vt no. in l.2. communi
diuidun.& ff.de except.l.fundum.& l.fundi. vt refert Imol.
qui etiam dicit quòd cognitio, an appellatio ſit admitten-
da, ſpectat ad iudicem a quo, ſed cognitio an ſit legitima ad
iudicem ad quem, de appe.c.vt debitum, ſecundum Stepha.
non tamen præiudicabit iudici ad quem quin cognoſcat,
ſi iudex a quo non recipiat, l.ſciendum.ff. de appel. Et not.
In ea.glo.ex qua ſingulariter habetur, ſecundum Pe.de An.
42 vt refert Imol. quòd citatus a iure † eſt verus contumax, &
non poteſt appellare: quod alibi non habetur, ſed Cy. in l.
properandum.§.ſine autem.C.de iudi. videtur tenere con-
tra cùm cenſeatur fictus contumax, vt volu.glo.ſupra, quod
etiam tenuit Bald.in l.fin.ff.de reſtitu. in integr. circa quod
poſſet dici, quòd ſi cauſa, quæ citationem iuris inducit, ſit
perſonaliter notificata, quòd tunc ſit verus contumax,
aliàs vero fictus, vt dicit gloſſ. in cle. cauſam. ſupra de elec.
in verbo, temporis. de quo ibi plene. & per Bald. in l. ca
quæ.C. quomodo & quando iu. & vide notata in deci.47.
& in deciſio. 384. aliàs 393. quæ incipit, item fuit dubi-
tatum.

REPETITIO
IN CLEMEN. ROMANI. DE IVREIVRAN.

Celeberrimi I.V.C.D. Benedicti Capræ.

SVMMARIVM.

1 *Imperator Chriſtianus fidelis eſſe debet, nec debet Imperium dari niſi fideli.*
Infideli nullum iuriſdictionis officium eſt dandum.
2 *In Imperatore quæ & quot requirantur.*
3 *Imperator nunquid neceſſario ſit confirmandus.*
4 *Imperator ante coronationem non dicitur Imperator, licet adminiſtrare poſſit: & ante coronationem recipiat ordinem.*
5 *Imperator qualiter cenſeatur ſubditus Papæ.*
6 *Imperij translatio ſpectat ad Papam, quia procedit ab eccleſia, & ea mediante a Deo.*
7 *Imperatorem olim ante aduentum Chriſti eligebat Populus.*
8 *Ius & poteſtas quid differant.*
9 *Iuramenti diutina præſtatio quid operetur.*
10 *Conſuetudinis diſpoſitio concurrit cum iure communi.*
11 *Concordia, verbum plus importat, quam verbum, pax.*
12 *Delinquens clam an grauius peccet, quam palam delinquens, aut econtra.*
13 *Notarius qualiter debeat rogari: & à quibus rogari debeat.*
14 *Notarij plures ex eodem facto ſimul rogari poſſunt.*
15 *Mentiri nunquam licet etiam pro iuribus ſuis ſeruandis.*
Contra iuramentum proprium nulli licet venire, iuſtum ſit vel iniuſtum: fallit, vt ibid.
16 *Periurus de iure canonico eſt infamis, ſiue iurauerit de præſenti ſiue de præterito vel futuro. & quid de iure ciuili.*
17 *Iura ſi alicui denegantur, non debet is denegationi acquieſcere, aliàs ſibi præiudicaret, & perderet quaſi poſſeſſionẽ dicti iuris, & aduerſarium quaſi poſſeſſorem conſtitueret.*
18 *Prælati negligentia præiudicat eccleſiæ.*
19 *Litteris patentib. principis creditur in eius præiudicium de his, quæ committit ambaſiatoribus vel procuratoribus.*
20 *Procurator vt poſſit promittere fidelitatem, & iuramentum præſtare, debet habere plenum & ſpetiale mandatum; & quod dicatur plenum mandatum.nu. 21.*
22 *Procurator ad præſtandum iuramentum qualiter conſtituatur.*
23 *Procurator iurans falſum in animam domini, obligat ipſum dominum ad periurium, ſi mandans ſciebat illud falſum, & peccat ipſe iurans.*
24 *Procurator vt ei credatur, debet præſentare mandatum.*
25 *Decretum ſicut requiritur in electione prælati eccleſiaſtici, ita etiam in electione Imperatoris.*
26 *Laici licèt prohibeantur ſe immiſcere in electione prælati ſpiritualis, ſecus in electione Imperatoris.*
27 *Prælati appellantur principes, & quare.*
28 *Dignitatem ſecularem antequam quis adipiſcatur, debet eius perſona examinari, & quæ examinatio ſit facienda.*
29 *In dignitate promoti & impinguati vt plurimum dedignantur ſocios pauperes cognoſcere.*
30 *Notus in totum an & quando examinari debet, cùm promouetur ad dignitatem.*
31 *Executores apoſtolici antequàm conferant dignitatem, ante omnia debent pronuntiare ſuper dignitate & habilitate perſonæ.*
32 *Imperator quo ordine promoueatur.*
33 *Papa poteſt Imperatorem conſecrare & coronare per aliũ, & ei inſignia conferre.*
Imperator autem non poteſt per alium accipere inſignia, & huiuſmodi.
34 *Abſolutio ab excommunicatione poteſt peti per procuratorem, ſed non poteſt quis abſolui per procu.*
35 *Iuramentum poteſt recipi & præſtari per alium.*
36 *Iuramentum præſtitum per procuratorem non excuſatur, quin debeat iterari in perſona proprij domini.*
37 *Imperator coronandus eſt coràm altari beati Petri, & quare: Alibi autem poteſt coronari.*
38 *Verborum vis & veritas eſt potius ponderanda, quam ipſorum cortex.*
39 *Legis mens ſi non apparet, recurrendum eſt ad verba.*
40 *Papa cognoſcit de dubio orto inter ipſum & imperatorem.*

41 *Succe-*

41 *Succeſſor in Imperio tenetur præſtare iuramentum fidelitatis.*
42 *Iuramentum prædeceſſoris non obligat ſucceſſorem ad pœnam periurij, etiam ſi ſit dictum.*
Iuramentum enim ex parte iurantis eſt perſonale quò ad pœnam periurij.
43 *Mandatum prædeceſſoris an obliget ſucceſſorem.*
44 *Imperator quando iurat, ſacra tangere debet.*
45 *Iuramentum firmat promiſſionem.*
46 *Schiſmatici peiores ſunt quam hæretici, quos interficiens non eſt excommunicatus.*
47 *Imperator tenetur ex vinculo iuramenti perſequi hæreticos, & ſchiſmaticos: quod ſi non facit, periurus eſt, & poteſt deponi.*
48 *Contra eccleſiam dicitur venire, & confœderationem facit cum inimicis eccleſiæ.*
49 *Prouinciæ non veniunt terrarum appellatione.*
50 *Donatum vel conceſſum ſemel licèt non poſſit amplius donari, vt ius verum tribuatur, poterit tamen interim donari ad cautelam.*
51 *Imperator in terris eccleſiæ non poteſt aliquam iuriſdictionem exercere per ſe nec per alium, ſcilicet contentioſam.*
52 *Princeps ex vinculo iuramenti tenetur ad conſeruandam libertatem eccleſiaſticam.*
53 *Imperator tenetur defendere terras donatas eccleſiæ per Imperatorem: & dicitur generalis eccleſiæ defenſor.*
54 *Donator an teneatur de euictione, remiſſiuè.*
55 *Corrumpens ea, quæ ſunt in archiuo publico eccleſiæ punitur.*
56 *Reges non cognoſcentes ſuperiorem qui.*
57 *Regnum Franciæ an de iure ſubſit imperio.*
58 *Liber pontificalis, cuius verba ſunt in canonib. inſerta, & arbor conſanguinitatis authentica.*
59 *Imperator vbi poſſit coronari.*
60 *Imperator an habeat poteſtatem adminiſtrandi antequàm approbetur à Papa.*
61 *Imperator electus, ſed nondum confirmatus adminiſtrare poteſt vt rex, non vt imperator.*
Corona tribuit nomen Imperatori.
62 *Imperatoris electio ſi non tenet, nec tenet eius coronatio.*
63 *Conſtantini donatio valida, & quare: & reuocare in dubium de eius validitate, eſt reuocare in dubium id, quod eſt de iure determinandum. num. 64.*
65 *Papa in cauſa eccleſiæ eſt iudex, & poteſt in dubio declarare an res ſpectet ad eccleſiam.*
66 *Imperatori licet ex cauſa donare in præiudicium ſucceſſorum, quando donatio non eſt immenſa.*
67 *Priuilegia eccleſiæ conceſſa reuocari poſſunt per Imperatorem, & eius ſucceſſores.*

CLo. prima ſummat & diuidit: vel diuide ſic, primo de affectione, quam principes Romani ad Romanam eccleſiam hactenus habuerunt. in genere traditur, ſecundo ad ſpeciale factũ Henrici proximi Imperatoris: & quaſdam litteras tranſmiſſas ſpecialiter deſcenditur. tertio reſponſio per eum facta ipſis litteris Papę inſerit. quarto ne in poſterũ reſponſio Romanæ eccleſię noceat, & veritas ipſius factu hac cõſtitutiu ne tãgitur. quinto ꝑ ipſius dicta & per facta ſuorum prædeceſſorum fidelitatem præſtitiſſe coniungit. ſexto ad dilucidandam curioſam falſitatem ipſius hæc conſtitutio additur. Septimo multiplex aliud iuramentum per ipſum romanæ eccleſiæ præſtitum memoriæ traditur. 2. ibi dudum. 3. ibi, dictis. 4. ibi, nos itaque. 5. ibi, teſtiũ. 6. ibi, verùm. ſeptima ibi, porro. ¶ In tex. ibi, fidei ꝓ-
1 feſſores. nota. quòd Imperator † fidelis chriſtianus eſſe debet Imperium enim non debet dari niſi fideli, de elec. venerabilem. §. 1. immo nec aliud iuriſdictionis officium dandum eſt infideli. 54. diſt. nulla: & in Authen. iuſiurandum quod præſtatur ab his. colla. 4. & quod not. de iudæ. ca. cùm ſit. & in proœmio Inſtitut. in princip. In tex. ibi, approbatus
2 &c. not. hic quatuor. quæ † requiruntur in Imperatore ſeu vt aliquis ſit Imperator. primo enim eius perſonæ approbatio per Papam facta requiritur. ſecundo vnctio. tertio conſecratio. quarto coronatio Imperij: non tamen requiritur ꝙ
3 † eius electio cõfirmetur, ſecundum Paul. licet Ioan. videatur ſentire contrarium, 94. diſtin. legimus. vbi dixit ex ſola elec. Imperatorem fieri, antequam confirmetur, quaſi confirmatione non egeat; ſed hoc eſt falſum, quòd ex ſola electione imperium habeat, vt patet ex tex. ibi, regem poſt Imperatorem promouendum. & in verſi. dudum. dum dici-
4 tur, futurus Imperator ante coronationem † non dicitur Imperator, vt ibi patet, licet bene adminiſtrare poſſit, vt patebit infra in gloſſ. in verbo, reges. an autem per coronatio-
nem Imperator recipiat ordinem, not. 63. diſtin. valentinia-
5 nus. ¶ In tex. ibi, ſua ſubmittere capita. not. ꝙ Imperator † vt
a Papa dignitatem ſuſcipiens cenſetur eidem ſubditus, ad
hoc quod not. in cap. venerabilem. de elec. & de mai. & ob.
in cap. ſolitæ. ¶ Immo & vltra no. iuncto text. ſuperiori, ꝙ
ſicut ex actibus ſubiectiu comprobatur, ſimiliter & ſuperio-
ritas & exercitium actuum, ex quibus ſupereminentia de-
monſtratur, vt not. in ſimili in l. ntia. ff. de ſolutio. & per do.
Ant. in cap. dilectus. & cap. quod clericis. de for. competen.
facit quod plenius not. in cap. dilectus. de cap. mo.
6 In tex. ibi, tranſtulit in romanos. not. † ꝙ tranſlatio Impe
rij & iuris eligendi Imperatorem de vno genere ad aliud ge
nus perſonarum ſpectat ad Papam, & transferri poteſt, vt
no. in d. cap. venerabilem. quod mirum non eſt hodie, cum
Imperium hodie ab eccleſia procedat, & ea mediãte a Deo,
vt patet in extrauaganti Bonifatij, vnam ſanctam. & hoc
7 poſt aduentum Chriſti, cum † ante populus ſibi Imperato-
rem eligeret, 93. diſtin legimus.
In tex. ibi, ius & poteſtas. no. differentiam, inter iſta duo,
8 † nam ius denotat poteſtatem iuris vel habitum, poteſtas ve
ro denotat poteſtatem facti actualiter, vel actum, ſecun-
dum Imol. hic.
9 In tex. ibi, prout tam mor. nota, ꝙ diutina † præſtatio iu-
ramenti inducit probationem & præſumptionem iuramen
ti obligationis ad præſtandum iuramentum in futurum, ad
hoc quod not. in l. cum de in rem verſo. ff. de vſuris. Et vl-
10 tra † no. quòd cum iure communi concurrere poterit diſpo
ſitio conſuetudinis: quod facit ad no. de conſtit. cap. 1. lib. 6.
In verſi. dudum. ibi, ſolidanda concordia. not. de verbo
11 † concordia, quòd importat, plus quàm verbum pax: pax
enim quietat rancorem, concordia vero animos vincit, ſe-
cundum Imol. hic.
In tex. ibi, ſecrete, no. ꝙ quędam, vt pacis tractatio, fienda
12 ſunt potius clam quam palam: an † autẽ grauius peccet de-
linquens clam quam palam, not. in cap. de homine. ſup. de
celebratio. miſſa.
13 In tex. ibi, multis tabellionibus. no. modum † rogandi no
tarium, vt rogo, vt de tali facto conficias publicum inſtru-
mentum: & rogari debet ab eo, cuius principaliter intereſt.
14 Et vltra not. ꝙ ex eodem facto † plures tabelliones rogari
ſimul poteſt, ſic & vnum inſtrumentum in pluribus inſtru-
mentum redigi poſſũt, ſicut in ſimili dicimus in teſtamento,
l. vnum. ff. de teſta. & in l. ſi quis ex argentarijs. in princ. ff. de
eden. ꝙ quando pluries ſunt rogari de eodem inſtrumento,
tunc vnus poteſt ſcribere, & alius ſe ſuſcribere, & iſta ſuſcri-
ptio corroborat ſcripturam illam, etiam ſi ſit ſuſpecta. Im-
mo & plus nota, ꝙ de reſponſione & voluntatis declaratio-
ne confici poteſt publicum inſtrumentum etiam alia parte
abſente: circa quod vide nota. per Bar. in l. non ſolum. §. fi.
ff. de no. oper. nun. & in l. fin. C. de negot. geſt.

In tex. ibi, inter cætera publice. not. ꝙ ille, cui inſtrumenta pręſentantur debet ſtatim publice contradicere, aliàs videtur approbare, ſi in eis aliquid continetur, quod tendat in eius præiuditium, vt in cle. 1. ſup. de procura. & vide nota. ſup. de elec. cle. cauſam. quod verum intellige, etiam, ſi ibi verba emiſſa ſint propter aliud non propter ſe principaliter, ſecundum Pet. de Anche. ſed certe ex hoc text. hoc non probatur, immo ſentit iſte tex. ꝙ ſufficiat ſecreta contradictio etiam ex interuallo, vt patet ſup. ex tex. ſed circa hoc vide nota. plenius in d. cle. prima. & in cap. cum in iure, de offic. delega.

In tex. ibi, reſpondit ſe non fore. nota de negatiua poſſe confici inſtrumentum & per illud probari poſſe, de quo in capitu. bonę. ſupra. de elec. & in l. actor. C. de probatio. ſecundum Ioan. de Imol. hic. ſed immo hoc hic non probatur, cum prima ratio de qua rogatur notarius, ſit quid affirmatiuum, licet fiat de facto negatiuo, negando ſe iuraſſe, & de iuramento obligatum eſſe. Et vltra prædicta dicas, quòd Imperator ſit reſpondendo in duobus deierauit: primo, quia venit contra licita ſua iuramenta negando fidelitatem & obedientiam. Secundo quia falſe & ſcienter negauit Papæ iuraſſe fidelitatem, quam tamen iurauerat, & ſic eam negando & ſe præſtitiſſe iuramentum infideliter faciebat, & per conſequens in duobus deierauit, & ſic eſt periurus, vt dicit hic Guil. vt refert Imol. qui etiam dicit, quòd iſte talis Imperator ſic reſpondendo periurus eſt abſque aliqua excuſatione, cùm iurauerit de retenti

&

&memor eſſe debeat proprij iuramenti, nec liceat iuranti
15 negare ſe iuraſſe, tamen non liceat mentiri † etiam pro iu-
ribus ſuis ſeruandis, vt not. in cap.ſuper eo. de vſur. & vi-
geſimaſecundæ. quæſtio.ſecunda. ne quis. nec etiam liceat
cuiquàm venire contra proprium iuramentum iuſtum, vel
iniuſtum ſine licentia vel authoritate, ſed opus eſt ipſius
licentia,de elec.cap.venerabilem.quod licet regulariter ve-
rum ſit, tamen fallit in pluribus caſibus de quibus hic per
Imol.

Primo quando in obſeruantia iuramenti vergit in diſpen
dium animæ,ſup.eod.titu.cap.ſi vero. & cap.cum quidam.

Fallit ſecundo, quando vergit in diſpendium vitæ tem-
poralis, vel tot bonorum ſuorum, quòd viuere non poſſit,
22.quæſt.4.cap.fin.verſi.quibus quis.

Fallit tertio, quando vergit in deteriorem exitum, 22.
quæſt.4. ſi aliquid.

Fallit quarto, quando iuramentum eſt de re tertij, vt de
re eccleſiæ per prælatum præſtitum, vt not. ſup. eod.cap.
ſecundo.& cap.dilecti.de maio.& ob.

Fallit quinto,quando eſt contra ius publicum vel autho
ritatem & vtilitatem, de foro compet.cap.ſi diligenti.

Fallit ſexto, ſi eſt contra aliud primum iuramentum &
licitum, ſup.eod.tit.cap. ſi intellecto.

Fallit ſeptimo, ſi conditio adiecta hoc ſubſtineat, ſupra
eod.tit.quemadmodum.& de ſponſa.ſicut.

Fallit octauo,cùm ſubeſt vrgentiſſima neceſſitas,& licen
tia ſuperioris haberi non poteſt,vt in cap.conſilium. de ob-
ſeruatio.ieiu.de quibus hic plenius per ipſum Imol. qui di-
16 cit quòd periurus eſt † infamis de iure canoni. ſiue iurave-
rit de præſenti ſiue de præterito vel futuro, 6.queſtio.1. in-
fames. Ad hoc glo.not.in cap.peruenit. ſupra de fideiuſſor.
licèt de iure ciuili ſecundum Legiſtas iurans de præſenti vel
de præterito infamis non ſit, licet crimine ſtellionatus pu-
niatur,ff.de crimi.ſtellio.l.2.& fi.ſed iurans de futuro,ſi ve-
nit contra pactionem iuratam infamis eſt, C. de tranſac. l.
ſi quis maior. Si vero veniat ſimpliciter contra iuramen-
tum,non contra pactum, & tunc non eſt infamis, ſed ſolum
Deum habet victorem, vt l.2. C. de reb.cre.de quibus ple-
nius in d.l.2. & in l.Lutius. ff.de his qui notan. infami.& in
cap.teſtimonium. de teſtib.

In verſic. nos itaque.ibi, poſſet in magnum periculum.
17 not.quòd ille,cui iura debita † denegantur,non debet dene-
gationi agnoſcere, aliàs ſibi præiudicaret, nam perdet qua-
ſi poſſeſſionem dicti iuris & aduerſarium quaſi poſſeſſo-
rem conſtitueret,vt not.in c.querelam. ſupra de elec.& per
doct.in cap.bonæ.el ſecundo.de poſtula.prælatorum.& per
Innocen.in cap.venerabilis. ſupra de cenſi. & per Bartol.in
l.prima.ff. vti poſſidet. & hic plenius per Petr.de Anchera.
18 Et † vltra not. ſilentium & negligentiam prelati præiudica-
re eccleſiæ: de quo in cap.cura, de iure patro.

In text. ibi, per ſuas patentes litteras. not. quòd litteris
19 † patentibus alicuius principis in eius præiuditium fides
adhibetur in his, quæ committit ambaſiatoribus vel pro-
curatoribus ſecundum Imol. quod licet verum ſit, vt patet
ex nota. ſupra. de procurat. clemen. prima. & de probat.
clemen. vnica. tamen non probatur, cùm nihil dicatur,
an credatur.

In text. ibi, plenum & ſpetiale mandatum. not. quòd vt
20 † procurator poſſit promittere ſubiectiones & fidelitatem
& iuramentum præſtare, exigitur plenum & ſpetiale man-
datum. Immo & vltra nota quòd dicitur plenum manda-
21 tum, quando extendit † ſe ad exigentia ſpetiale manda-
tum,ſecundum Imol. circa quæ vide. nota. in l. ſi procura-
tor.C. de procurat.

22 In text.ibi pro eo, † & ipſius anima. nota practicam con-
ſtituendi procuratorem ad præſtandum iuramentum, quia
debet dari ei mandatum ad iurandum pro eo & in eius ani-
mam: cantum eſt ergo quòd procuratorium ſic fiet: ſuffi-
cit tamen in iuramento calumniæ quòd habeat mandatum
de iurando de calumnia, licet alia non addijciantur, vt in
capitu.primo. & fin.de iura. calum. in verſicu. ſecundo. eſt
caſus in clemen. non poteſt. ſupra.de procurato. Si tamen
23 procurator in animam † domini iurando, iuret falſum, obli-
gat dominum ad periurium ſi mandans ſciebat illud fal-
ſum, & non iurans, arg. cap. fin. de elec. ipſe tamen iurans
peccat, ſi ſcit falſum quod iurat, ſecundum Lau. vt hic ple-
nius per Imol.

24 In text. ibi, mandato. not. quòd procurator † vt eidem
credatur debet mandatum præſentare: quod facit ad nota.
in l. ſi quis inficiatus. ff. depoſi. & in clementi. cauſam. de
elec. vbi dixi in glo. in verbo. ſpetialiter.

25 In text. ibi,& decreto electionis.not. quòd ſicut † in ele-
ctione prælati eccleſiaſtici requiritur decretum, ita etiam
in electione Imperatoris, vt in capitu. in cauſis. ſupra.
de electio.

In text. ibi, ex parte principum eccleſiaſticorum &c.
26 not. quòd licèt † in electione prælati ſpiritualis reprobe-
tur miſtura laicorum & clericorum, vt in cap. ſacroſancta.
& cap. meſſana. ſupra. de electio. non tamen reprobatur in
electione Imperatoris: circa quod vide nota.per Ioan. And.
in capitu.venerabilem, ſupra de electio. & in cap. Ioannes,
27 ſupra.de teſtamen. Et vltra not. quòd prælati † etiam prin-
cipes appellantur: & hoc propter temporalia eccleſiarum
ipſarum, ſic & econuerſo Imperatores, .decima diſtin. de
capellis. & qui dicantur principes, vide in clemen. vnica.
infra de baptiſmo.in glo.in verbo,regu.

In text. ibi, examinata quoque ipſius &c. nota. quòd
28 † antequam quis promoueatur ad dignitatem ſecularem
debet eius perſona examinari & fienda eſt examinatio in
eius perſona de requiſitis ad dignitatem illam, & principa-
liter ſuper tribus, videlicet ſuper moribus, conditione,
& ſtatu, ſed Imol.

In text. ibi, cuius etiam nos & fratres noſtri. not. ex hoc
text. argu.ſecundum Lau.contra promotos, qui poſtquam
29 ſunt † in dignitate impinguati ſocios pauperes cognoſcere
nolunt, & loqui eis dedignantur,dicentes eiſdem, non no-
uimus,ſecundum Landul.

30 In tex.ibi, propter quod facilius.not.† quòd licèt non ſit
neceſſe, quòd in totum notus examinetur,vt ſentit tex.hic
& gloſſ.tamen quando eſt aliqualiter notus bene examina-
ri debet, licet cum faciliori examinatione tranſeat: ad hoc
quod not.in cap.innotuit. ſupra. de electio. quod facit pro
ſcholari perito intrante examen, cuius ſcientia nota eſt, vt
non ſit neceſſe quòd examinetur,ad hoc quod not.24. diſt.
qui epiſcopus. in glo.2.

In text.ibi, ipſum nominauimus &c. not. vtilem practi-
cam habentis promouere vt ante omnia declaret perſonam
31 habilē per ſententiā: qđ facit † pro executoribus apoſtolicis,
vt ante omnia pronuntiēt ſuper dignitate & habilitate per-
ſonæ & poſtea conferant. Et vltra not. ex hoc text. iuncto
præcedenti & ſequenti,ſecundum Lau.ordinem promoueri
32 di † Imperatorem, quia primò eligitur in regem: ſecundo
eius electio cum decreto præſentatur Papæ: tertio exami-
nata electione & perſona approbata, aſſumit iuramentum:
quarto promouēdum in Imperatorem pronuntiatur. quin
to vngitur & conſecratur.

In text.ibi,quę incipit tibi domino. not. pro generali al-
legatione, vt ſufficiat allegare caput legis, vel capitis. de
quo in cap. veſtra,de cohabita.cleri. & muli.& in clem.con-
ſtitutionem.circa princ.ſup.de elec.

In text. ibi, quos ad impendendum. not. Papam poſſe
33 conſecrare † & incoronare Imperatorem per alium, & ei in-
ſignia conferre, licet Imperator per alium hoc non poſſit
accipere, cum inhæreat ſuæ perſonæ. Et ratio eſt, quia
requiritur manus impoſitio: quod facit ad id quod dicitur
34 de abſolutione † excommunicationis, an poſſit peti per
procuratorem: quia poteſt peti,ſed non abſolui.

In tex.ibi, & noſtro nomine recipientibus. not. quòd ſi-
35 cut iuramentum † poteſt pręſtari per alium,ita & recipi, ſe-
cundum Lau.

In text. ibi, iuramentum præſtitit corporale. not. quòd
36 iuramentum † præſtitum per procuratorem non excuſat,
quin debeat iterari in perſona proprij domini, ſecundum
Imol. Sed immo & ſi fuiſſet præſtitum tale iuramentum in
propria perſona, eſſet reiterandum, cùm præſtitum fuerit
per ipſum vt regem, tempore approbationis, & iſtud præ-
ſtatur per ipſum vt Imperatorem, ſecundum Pet. de Anch.

In text.ibi,cuius tenor. no. de forma iuramenti Impera-
toris: de forma vero iuramenti epiſcoporum dic vt in cap.
Ego N. de iureiuran. De forma vero iuramenti abbatum
dic in cap.ne dei. de ſimo. De forma vero iuramenti bene-
ficiatorum dic,vt in c.nullus. ſup.eo.tit.de forma vero alio-
rum nō beneficiatorum & non ſuſpectorū, dic vt in c. lege-
bat.ſupra.de maio. & ob. de forma iuramenti ſuſpectorum,

dic

dic vt in cap. cum in eccleſijs. ſupra eod.titulo. De forma
vaſallorum dic, vt 22.quæſtio.vltima, cum de forma.
In tex.ibi,& beato Petro no.ex hoc tex.quòd Imperator
37 † debet coronari coram altari beati Petri : ex quo ibi iurare
debet,immo & alibi recipere poteſt coronam,cum locus nō
ſit de ſubſtantia ſed modus,ſupra de reſtitutio.ſpoliat. Piſa-
nis. ſecundum Lan. qui hoc inducit in argumentum, quòd
archiepiſcopus debeat epiſcopos in ſua cathedrali eccle-
ſia conſecrare:ſed certe poteſt vbi ipſe eligitur, 63. diſtincti.
cap.fin.ante finem,ſecundum Lau.vt refert Imo.
In tex.ibi,non fuit excitandum. no. quòd ſeruandum eſt
velut ius id quod non eſt per priora tempora in dubium re-
uocatum,ſed ſimpliciter reuocatum:ad hoc l.minimè. ff.de
legibus.
In tex.ibi,non veritatem. nota quòd potius ponderanda
38 eſt † veritas ſeu vis verborum, quàm eorum cortex : ad hoc
quod not.in cap.intelligentia.ſupra de verb. ſignificatio. &
de cleric. non reſid. relatum. ſimiliter & potius mens legis,
39 quàm verba:ſi tamen† de mẽte non appareat,recurrendum
eſt ad verba,l.prima.§.ſi is qui nauem.ff. de exercit.
In tex.ibi,nos præmiſſos.nota, quòd de dubio orto inter
40 Papam † & Imperatorem ipſe Papa cognoſcit : ad hoc cap.
apoſtolicæ.de re iudic. in ſexto. quod mirum non eſt, quia
notorium erat Papæ deberi ſibi iura denegata: ad hoc quod
not.per Innocent.in cap.venerabilis. de cenſi.
In tex.ibi, & per ſucceſſores in futurum præſtanda. nota,
41 quòd † ſucceſſor in imperio iuramentum fidelitatis præſta-
re tenetur: quod procedit etiam ſi præſtitum ſit per præ-
42 deceſſorem pro ſe & ſucceſſoribus ſuis,† cum iuramentum
prædeceſſoris non obliget ſucceſſorem ad pœnam periurij,
etiam ſi ſit dictum: cum iuramentum ex parte iurantis ſit
perſonale quo ad pœnam periurij, vt not. per Innocen. ſu-
pra eodem titu.cap. veritatis. vnde iuramentum vaſalli nō
extenditur ad ſucceſſores, etiam ſi ſit dictum, immo nec iu-
ramentum defuncti extenditur ad hæredes,vt pœnam per-
iurij incurrat, ſi non ſeruet, ſi hoc onus ſit annexum hære-
ditati, ſecundum Zenzel. & Lau. ſi tamen præſtitum eſſet
43 iuramentum per † prædeceſſorem, & reale, tunc in tantum
obligat, quòd ſucceſſor arctatur ad id præſtandum, quaſi
hoc ſit ius reale poſſeſſum & præſcriptum, ſecundum Zen-
zel. vt refert Imo. qui dicit, quòd ſi iuramentum fidelitatis
præſtitum fuit Papæ & ſucceſſoribus,tunc in ſucceſſionibus
Papæ non erit reiterandum, quamdiu viuit iurans, vt d cto
cap.veritatis.licet aliud ſit ſi non eſſet additum verbum, ſuc
ceſſoribus,cum tunc ſit iterandum in perſona ſucceſſorum,
duodecima quæſtio.ſecunda, ſæpe. & not.in dicto cap.veri-
tatis.& in dicto cap.venerabilis. & in titulo de prohibita feu
di alienatione,per Fridericum in §. præterea. de quibus ple-
nius hic per Imo.
In verſicu.porrò.ibi,iuramento firmauit, not. Imperato-
44 rem iurando † debere tãgere ſacra.& vlterius nota iuramen-
45 tum firmare promiſſionem:quod verum eſt,quando eſt vali
da, vt hic, aliàs ſi ſit nulla, tunc an firmetur, hic aliqualiter
per Lau.& Imo.ſed plenius per Bartol. in l. ſi quis pro eo.ff.
de fideiuſſoribus. & vide quod dictum eſt in cap. licet mu-
lieres.de iureiuran.in ſexto. vbi dixi.
In tex.ibi, omnem hæreſim & ſchiſma.no.differentiam
46 inter hæreſim & ſchiſma : ſchiſmatici enim † peiores ſunt q̃
hæretici.prima quæſtio.prima.nonne. Et contra illos crux
prædicari poteſt,vigeſimaquarta quæſti.octaua. hortatum.
& tales interficiens non eſt excommunicatus,ſed indulgen-
tiam meretur. vigeſimatertia quæſtio.prima, excommunica
47 torum.& vltra nota, quòd Imperator † debet dare ex vin-
culo iuramenti fauorem contra hæreticos & ſchiſmaticos :
quod ſi non facit, periurus eſt, & deponi poteſt, ſecundum
Imolam.
48 In tex.ibi, & nunquam. nota, quod ille † dicitur venire
contra eccleſiam, qui confœderationem facit cum inimicis
eccleſiæ.quod eſt notandum contra Florentinos, qui fece-
runt ligam cum Rege Francorum,ſecundum Imo.hic: & vi-
dete notata in cap. præſidentes. de hæretic.in ſexto.vbi no-
tatur, an permittatur confœderatio cum infidelibus.
In tex.ibi,terrarum & prouinciarum. nota quod appella-
49 tione terrarum non † veniunt prouinciæ : quod vide not.in
cap.ſtatutum.de electio.in ſexto. & in cap.ſi ciuitas. de ſen-
tent.excommunic.eod.lib.
50 In tex.ibi, casóq; nihilominus. no. quod licet † donatum
ſemel, vel conceſſum, amplius donari non poſſit, vt ius ite-
rum tribuatur, tamẽ poterit iterum donari ad cautelam : &
ſic limitatur quod notatur in cap. inter dilectos. de fide in-
ſtrumentorum.
In tex.ibi,aut tenutas.not.hic de verbo, tenutas.pro vul-
gari noſtro,quod ſignificat fortilitium,vel poſſeſſionem for
tis, ſecundum Imo.
51 In tex.ibi,aut iuramentum.nota quod Imperator † in ter-
ris eccleſiæ non poteſt aliquam iuriſdictionem exercere per
ſe nec per alium, ſcilicet contentioſam,cum voluntariam be
ne poſſet, vt not.in cap. venerabilem.ſupra qui filij ſint legi-
timi.ad hoc quod not.in l. ſecunda.ff.de officio proconſ. Ex
quo ſequitur, quod comites ipſius legitimare poſſunt, & ta-
belliones authoritate imperiali creare, qui inſtrumenta con
ficere poſſunt in terris eccleſiæ : de quo per Bartol. & Bald.
in l.cunctos populos.C.de ſumma Trinit.in octaua queſtio.
& in capitulo, Romana. §. fina. de foro competen. libro
ſexto.& in Specul.de inſtrumen.edi.§.reſtat.
In tex.ibi,quàm eccleſias.nota quod ex vinculo iuramen
52 ti princeps tenetur † ad conſeruandam libertatem eccleſia-
ſticam etiam particularium eccleſiaſticarum.
In tex.ibi,ac defendere.no. quod Imperator debet defen
53 dere † terras donatas eccleſiæ per Imperatorem, non ex eo,
quod de euictione teneatur, ſed quia eſt generalis eccleſiæ
54 defenſor. An autem † donator teneatur de euictione, not.
in l.prima. C.de euictio.& an ille, qui promittit defendere
contra omnem perſonam, teneatur defendere contra ſe &
ſuos,hic per Zenzel.& per Doctor.in cap. petitio. ſupra eo.
tit.& per Cyn.in l.inquiſitio. C.de ſolutio.
In tex.ibi,quas in archiuijs publicis. no.quod illud quod
55 † reperitur in archiuio publico eccleſiæ, præſumitur eſ-
ſe authenticum,ſecundum Imol.ad hoc quod not.in cap.ad
audientiam.ſupra de præſcriptio.& ff.de iuriſdictio.omn.iu
dic.in l. ſecunda.in glo.ante oculos.& de probatio. cap. pri-
mo. & ſi quis corrumpit, punitur per l.ſi quis id. ff.de iuriſ-
dictio.omn.iudic.
In glo.in verbo, apicem.in fi. cum quo ad ſpiritualia Pa-
pa habeat apicem dignitatis in omnibus, & ſic Imperator
excedit omnes alios in temporalibus: quod procedit in his,
quæ ſunt de imperio: ſecus in alijs, vt in clement.paſtoralis.
56 §.denique.infra de re iudica. Vnde † Rex Franciæ,& quidam
alij Angliæ, & Hiſpaniæ nedum de facto, ſed etiam de iure
non recognoſcunt ſuperiorem, vt not. in cap.per venerabi-
lem. qui filij ſint legitimi. Carolus enim magnus, in cuius
perſona fuit tranſlatum imperium in Germanos, minimè
videtur ſuum patrimonium proprium, quod erat regnum
Franciæ,ſubieciſſe. & hanc opinionem tenet glo. Inſtitu.de
patr.poteſt.in §.ius.in verſicu. Romanorum. quæ loquitur
in Francigenis & Sclauis:quod etiam in Venetis,Boemis,&
Vngaris locum habet, ſecundum aliquos.ſed Ioan. decima
diſtinctio.in cano. quoniam. & ſexageſimatertia diſtinctio.
57 Adriani. videtur velle † Regem Franciæ de iure ſubeſſe im-
perio,ſecundum Lau.& Vincent.in dicto cap.per venerabi-
lem.& ibi Hoſtienſ.& etiam in cap. & ſi neceſſe.ſupra de do
natio.inter virum & vxorem.ſentit,quod omnes reges ſub-
ſunt imperio,ſecundum Zenzel. pro quo text. in l. depreca-
tio.ff.ad legem Rhodiam de iac. de quo in l. cunctos popu-
los.C.de ſumma Trinit.per Cyn. & Bartol.& per glo. & Ia-
cob.de Beluiſ.in rubr.de pace iuramen.firm. & nona quæſt.
tertia,in cano. cuncta per mundum.
In ead.glo.ibi, requiſiſtis.in fi. & ab eo, cuius principali-
ter intereſt,cum ab eo debeat rogari, vt not. in cap.primo.
de fide inſtrument. per Innocent. & vide, quod not.in Au-
then.de tabellionib.in §.nos autem.
In glo.in verbo, diadema, in fi. cum hac glo. concordat
Paul.qui etiam tractat, quare & quomodo multis de cauſis
detur corona.
In glo.in verbo,decreto.in fine. & de eius forma habetur
in Specu.de electio.§.primo.verſic.vt celebrata. & verſicu-
lo ſequenti.
In glo.pontificali,in verbo, pontificalis. in fine. no. hanc
58 glo.quæ videtur tenere, quod non † ſolum liber Pontifica-
lis, cuius verba ſunt in canonibus inſerta, ſed etiam arbor
conſanguinitatis ſit authenticus, ex quo in Decretis poni-
tur. circa quod vide nota. ſupra in prooemio Sexti. per Io-
ann. And.& per Hoſtienſ.in cap.ſolet.de ſent. excommunic.
in ſexto.
In glo.in verbo,futurus,in fine.Idem Lau. vel poteſt dici
ſaluando dictum Ioann. quod ſola electio facit Imperato-

rem, ideſt facit habilem & potentem ad conſequendam con
firmationem, vnctionem, & diadema, ſicut eſt in prælato e-
lecto, ſexageſimatertia diſtinctio. quanto. vel dic, vt not. in-
fra in glo. in verbo, Reges.

In glo. in verbo, ſignanter. in fine. vide quod not. ibi in
tertia glo. & de priuileg. in capit. accepimus. in prima glo.
& decimaſexta quæſtione quarta. volumus. in gl. ecce.
In glo. in verbo, exiſtere. ibi, circa. nec ſunt eius vaſalli, ſecun
dum Paulum.

In glo. in verbo, veſtigijs. ibi, ſi Mauritij. & ſicut hæc co-
59 rona ſeu diadema † Imperij dari & ſumi debet in Roma,
ad hoc quod not. in Authent. vt eccleſia Romana gaudeat
præſcriptio. centum annorum, collatio. ſecunda. per glo. &
glo. in l. prima. ff. de offic. præfec. auguſtal. Sed licet ſumi de-
beat ibi, tamen & alibi, cum locus non ſit de ſubſtantia, ſe-
cundum Lau. Et vide de hac corona per glo. in l. omnes. C.
de ferijs. & Cynum in l. bene a Zenone. C. de quadrien. præ-
ſcriptione.

In glo. in verbo, Reges. in fi. & per hoc aperte datur intel
ligi, quòd ex ſola electione ſiue concordi, ſiue diſcordi ele-
ctus conſequatur poteſtatem adminiſtrandi, licet poſtea
poſſit reprobari: quod mirum non eſt, quia ſicut quando-
que contingit in caſu cap. nihil. ſupra de electiô. & ita poteſt
intelligi & ſaluari opinio Ioannis in dicto canone legimus.
quem ſequuntur Lau. & Hug. vt refert ibi Archidiacon. &
hoc videtur ſentire glo. hæc, cum qua concordat Paul. hic
dicens etiam vnctionem nihil addere, niſi nomen, & hoc
etiam tenuit Iacob. de Are. in ſua diſputatione, vt refert Cy
nus in dicta l. bene a Zenone. vbi videtur idem tenere. Sed
60 Lau. † hic tenet, quòd nullam poteſtatem habeat, ante-
quam approbetur per Papam, cum aliàs poſſet eligi fatuus
vel hæreticus: ad quod dic. cap. venerabilis. pro quo facit,
quia debet approbari quis antequam militet, vt cap. de di-
uerſ. offic. in l. in his. & C. de agentibus in rebus. l. tertia. libro
duodecimo. facit text. in verſicu. nos itaque. in verbo, dolen
tes. & in verbo, futuros. ſecundum Zenzel. qui remittit ad
not. in dicto cap. ſuper quibuſdam. vbi Hoſtienſ. videtur te-
nere, quòd plenitudinem poteſtatis non dicitur habere, niſi
eam conſequatur a Papa, cui Deus commiſit, vt ibi per
Hoſtienſ. cum quo tenet Ioannes de Fantuc. vt refert hic
dominus Anton. & pro hoc facit, quia hodie Imperator re-
cognoſcit in ſuperiorem Papam: vnde ſpectare habet ſal-
tem perſonæ approbationem ſecundum dominum Anton.
qui dicit, quod licet iura regni Boemiæ poſſit adminiſtrare
vt Rex, tamen non poterit vt Imperator, vt refert Ioannes
de Imo. qui dicit ſuo videri tenendum eſſe, quod tenuit Ia-
cobus de Are. & glo. hic, & Cynus in dicta l. bene a Zenone.
vbi etiam dominus Angel. hoc tenet. Nec obſtat, quòd fa-
tuus, vel hæreticus poſſit eligi: quia hoc non eſt præſumen
dum. Præterea eadem ratione Papa non poſſet, ſecundum
Imol. de quo in dicto cap. auaritiæ. de electio. in ſexto. Et
aduerte, quia circa hoc poſſet dici, quòd ſemper electus ad-
miniſtrare poſſit, ſed qualiter poſſit adminiſtrare, differunt:
61 nam † ſi ſit ſolum electus, & non coronatus, tunc admini-
ſtrare poterit vt Rex, non vt Imperator. Si vero ſit coro-
natus a Papa: & tunc vt Imperator adminiſtrare poſſet,
& ſic requiratur non ſolum approbatio, ſed etiam vnctio &
coronatio ad hoc, vt poſſit adminiſtrare vt Imperator, cum
ipſa corona tribuat nomen: pro quo facit textus iſte, ibi,
Reges, ac Imperatores. ad hoc glo. in l. vna. ff. de offic. præ-
62 fec. auguſtalis. Si tamen ipſa electio non teneret, † non te-
neret etiam coronatio, vt dixit Bal. in l. prima. §. ſed & quia.
C. de latina liber. tollend. quid autem ſit in alijs electis cle-
ricis vel ſecularibus, an ſtatim electo quæratur ius, adeo
quòd eligentes variare non poſſint, hic per Petrum de An-
chera. & plenius in dicto cap. auaritiæ. vbi vide de his: &
per Bartol. in l. ſi tibi abſenti. ff. de dolo.

In glo. in verbo, Conſtantinum. in fine. & ſic hæc glo. vi-
63 detur † tenere, quòd hæc donatio valuerit: quod tenet hic
Paul. dicens hanc donationem valere, eo quia facta fuit ab
eo, qui poteſt & a capaci ex cauſa, nec per eam minuitur im
perium, licet minuatur exercitium iuriſdictionis in perſo-
na Imperatoris, cum imperium ſit penes eccleſiam, licet e-
ius gladius exerceri habeat manu regia ad nutum eccleſiæ,
vt in extrauagan. Bonifacij, quæ incipit, Vnam ſanctam.
dicens etiam de his non eſſe diſputandum propter legiti-
mam præſcriptionem, iuramenta, confeſſiones, recognitio
nes, & promiſſiones, de quibus hic. & hanc opinionẽ videli-
cet, quòd valuerit, tenuit hoc Gulielm. de Cuneo, Bartol.
& Bald. in procemio ffo rum. Ad hoc glo. in l. prima. §.
cum vrbem. ff. de officio præfec. vrbis. vbi etiam hoc vide-
tur tenere, & hæc pars eſt tenenda ſecundum Paulum, qui
64 dicit, quòd reuocare † in dubium de validitate huius do-
nationis eſt reuocare in dubium id quod eſt de iure deter-
minatum: concludens in hoc ſtandum determinationi Pa-
pæ, quæ eſt ſeruanda in dubijs, ſupra qui filij ſint legitimi.
in cap. per venerabilem. §. rationibus. qui ex his infert, quod
65 Papa † in cauſa eccleſiæ eſt iudex, & poteſt ius declarare vel
rem de quo vel qua vertitur dubium, an ſpectet ad eccle-
ſiam, proprio motu ſtatuendo, & illi ſtatuto eſt ſtandum.
per quod videtur, quòd ſi de re priuata reuocetur in dubi-
um, an ſit eccleſiaſtica, Papa proprio motu poſſit illã decla-
rare eccleſiaſticam, & ſtandum ſit determinationi ſuæ. Sed
dominus An. hoc non credit, quia ſic iſto modo poſſet to-
tum mundum occupare: & ſi dicatur quare hic ſtatuit Pa-
pa in prædictis, dicendum eſt, quòd hoc non erat clarum,
vnde potius ſtatuit ad ſeruandum memoriam, quàm ad de
terminandum id, quod erat verum, vt hic plenius per eum,
qui per prædicta dicit ſe de facto dixiſſe, quòd ſi Papa de-
clarat proprio motu, non vocata parte, domum deputatam
ad pauperes ſubſtentandum, eſſe hoſpitale publicum, quod
hæc declaratio non facit rem publicam in præiudicium pri-
uati, etiam ſi ſint bona patrimonialia clericorum, licet in
eccleſijs habeat liberam adminiſtrationem, vt ſtatuere poſ-
ſit, quicquid velit, vt not. in capitu. licet. de præbend. in ſe-
xto. & in element. prima. ſupra vt lite penden. quod eſt be-
ne notandum ſecundum ipſum, vt refert hic Ioannes de I-
mo. qui dicit, quòd tenendo communem opinionem cano-
niſtarum, quæ eſt, quòd eccleſia habeat habitum iuriſdictio
nis, & exercitium ſolum teneat Imperator in illa, & tunc
ſine aliqua diſputatione concludendum eſt, quod cum Pa-
pa poſſit id ad libitum reuocare, fortius ergo donatione
intercedente poterit retinere. Si vero teneatur alia opinio,
videlicet, vt imperium non dependeat ab eccleſia, tunc a-
lia pars erit vera, vt videlicet non valeat donatio, quia ne-
gari non poteſt, quod Imperator ex cauſa perſonali donan
do non potuiſſet iura imperij diminuere in præiudicium
ſucceſſorum: poſſet etiam dici, quod tunc etiam tenuiſſet,
66 nam † licitum eſt Imperatori ex cauſa donare in præiudi-
cium ſucceſſorum, quando donatio non eſt immenſa, ſu-
pra eodem titu. in capitu. intelleximus. & ibi not. & in l. pri-
ma. C. ſi aduerſus donatio. & in Authent. de non alien.
§. ſi minus. præterea cum hoc ſit dubium & determinatum
ſit per Papam, eius determinationi eſt ſtandum, vt ſu-
pra, & vt not. ſupra titulo proximo, in clement. fina. Sed
poſito, quod hæc donatio valuerit ex tunc, & vltra, dicen-
dum eſt, quod reuocari non poteſt, vt videtur tenere Ioan-
nes in dicto canone, ego Ludouicus. & Pau. & glo. hic, quod
verum eſt, quia fuit facta per viam contractus, aliàs ſi per
viam legis, vel priuilegij facta fuiſſet, & tunc reuocari poſ-
67 ſet, vt not. in dicto procemio ffo rum, priuilegia † eccleſiæ
conceſſa reuocari poſſunt per Imperatorem, & eius
ſucceſſorem, vt not. in cap. nouerit. ſupra de ſen-
tent. excommunic. licet non tenuerit infra
in cap. nouit. ſupra de iudic. cuius di-
ctum procedit, quando tranſi-
uiſſet in viam contractus.
Circa quod vide ibi
not. & per Bar-
to. in l. om
nes
populi. ff.
de iuſtitia & iu
re. & in l. quod ſemel.
C. de decre. ab
ord. fac. &
in c.
primo. ſu-
pra de proba-
tionib.

REPETITIO IN CLEM. DIOECESANVS. DE VITA ET HONEST. CLERICORVM.

Præclariſſimi I.V.C. D. Benedicti Capra.

SVMMARIVM.

1 *Prælati contrafacientes conſtitutioni præceptiuæ mortaliter peccant.*
2 *Officij nomine quid veniat.*
3 *Diœceſanus qualiter monere debeat ſubditos ſuos.*
4 *Officium exercere etiam ille dicitur, qui actualiter non exercet, dummodo non deſtiterit in totum deponendo animum exercendi.*
5 *Conſtitutio puniens non deſiſtentem ab actu non punit reaſſumentem, niſi exprimatur.*
6 *Clericus propter exercitium officij vel artis prohibitæ priuatur priuilegio clericali poſt monitionem.*
7 *Coniugati incedentes in habitu & tonſura gaudent priuilegio clericali, etiam ſi exerceant officia prohibita: & quando perdat hoc priuilegium.*
8 *Negotiatio differt a commercio & officio: & an appellatione negotiationis veniat exercitium tabernæ, remiſſiue.*
9 *Clerico non ſunt interdicta officia & negotia ſecularia.*
10 *Quæſita ex negotiatione illicita ſunt pauperibus eroganda.*
11 *Canones conditi circa priuilegia & correctionem clericorum, mandantur executioni per ſolos epiſcopos: fallit, vt ibid.*
12 *Diœceſani appellatione non comprehenditur ordinarius inferior. Ordinarij loci appellatione non venit inferior epiſcopo.*
13 *In tabernis perſonæ viles conſueuerunt accedere, ubi multa vitia verbis & factis committuntur, ex quarum perſonarum conſortio boni mores corrumpuntur.*
14 *Conſtitutio noua pœnalis ſuper certo delicto, non extenditur ad alia delicta penitus diuerſa, quantumcunque in eis ſit maior ratio.*
15 *Mandans fieri maleficium, ipſe uidetur facere ex mente legis.*
16 *Delictum commiſſum publicè magis punitur, quàm commiſſum occultè: & quod dicatur publicè fieri.*
17 *Monitio qualiter dicatur nominatim facta.*
18 *Monitio trina ubi requiritur a iure, non ſufficit unica cum peremptoria.*
19 *Dilatio finitur, dilationis cauſa finita.*
20 *Mora poteſt purgari ante lapſum termini, non poſt.*
21 *Terminus a iure conceſſus non poteſt immutari per iudicem: ſecus in termino hominis.*
22 *Clericus an & quando perdat priuilegium clericale propter vile exercitium, uel non incedendo in habitu.*
23 *Clericorum bona an gaudeant eodem priuilegio quo bona eccleſiarum: & quid de eorum familia.*
24 *Clerici in quibus ſint priuilegiati.*
25 *Eccleſiis non ſubis mnera extraordinaria.*
26 *Clerici etſi teneantur ad munera, non poſſunt tamen compelli per laicos, ſed per ſuos prælatos, ſub quorum foro ſunt: & quid in feudalibus.*
27 *Pœna licet adijciatur conſtitutioni affirmatiuè, eſt tñ neceſſaria monitio.*

1 IN TEX. ibi, diſtrictè præcipimus. no. quòd conſtitutio † hæc eſt ſtrictũ præcepti: de quo in cap. non eſt. ſupra de dec. Ex quo infertur quòd prælati cõtrafacientes mortaliter peccant, ſecundum Zabar.

2 In tex. ibi, officium. not. ſub nomine officij venire id † quod exercetur a perſona prohibita, etiam vbi nulla eſt attributa iuriſdictio: de quo plene hic per Petr. de Ancher. & vide not. ſupra de offic. deleg. in rubr. & in l. legatis. §. primo. & §. ex officio. de legat. tertio.

3 In tex. ibi, moneatur, vt ſic &c. no. de forma † huius monitionis, quæ fieri debet per ipſum diœceſanum, vt hic patet: nec ſufficiet alterius monitio, vt patet ex not. infra de dec. clemen. prima. ſecundum Pau. & Imo. & per quemcunque fiat talis monitio, ſufficiet, dummodo fiat de mandato diœceſ. vt in regu. qui per alium. in ſexto. de quo plenè in dicta clement. prima. & ibi plenè per Zabar. Debet etiam fieri talis monitio nominatim clerico exercenti tale officiũ, vt ab eo deſiſtat, nec ſufficiat ſi ſimpliciter moneatur, vt deſiſtat, ſecundum Pau. qui etiam dicit, quòd non erit locus pœnæ huius cõſtitutionis, ſi monitio fiat clerico tabernario, vt deſiſtat, & non exerceat officium carnificum: nam vt ſit locus huic pœnæ, requiritur, quòd clericus monitus exerceat officium illud, a quo fuit monitus deſiſtere, ſecundum Paul. qui etiam dicit, quod dicitur officium exercere etiam ille,
4 qui † actualiter non exercet, dummodo non deſtiterit in totum deponendo animum exercendi, vt not. ſupra de priuileg. per iſtis. quod tenet hic Lau. ad hoc l. ſi pro parte. §. verſum. ff. de in rem verſo. & quod not. ſupra de fideiuſſ. quod quibuſdam. ſecundum Zabarel. qui ex hoc infert, quòd ſi nõ exercens officia, de quibus hic in tex. moneatur, non erit locus huic pœnæ, licet talis poſtea exerceat, vt hic per eum.

In tex. ibi, quòd illa nullo vnquam tempore reaſſumant.
5 no. ex hoc tex. argumentum, quòd conſtitutio † puniens non deſiſtentem ab actu, non punit reaſſumentem, niſi exprimatur, vt hic, quod facit, vt ſtatutum priuans aliquem collegio ex delicto, non impediat eum, ſi poſtea iterato ibidẽ promoueatur eodẽ iure, ſm Imo. quod eſt not. Et ita no. Bar. in l. ſi adulter. ff. de adult. & in l. ſi fideiuſſor. ff. de leg. 2.

In tex. ibi, coniugati omnino, non coniugati vero &c.
6 no. ex hoc tex. quòd clericus propter † exercitium officij, vel artis prohibitæ, priuatur priuilegio clericali poſt monitionem, ſecundum formam huius conſtitutionis. Ex quo no. quòd clericus propter tale exercitium ante monitionẽ non perdit priuilegium nec in rebus, nec in perſona, etiam ſi ſit in minoribus, & coniugatus: quod verum eſt, ſi deferat habitum & tonſuram, vt not. in cap. vno. de cleric. coniug.
7 in ſexto. Ex quo no. quòd † coniugati incedentes in habitu & tonſura gaudent priuilegio clericali, etiam ſi exerceant officia prohibita, ſecundum Imo. qui circa hoc recolligendo ex dictis Pau. & Zenzel. Concludit, quòd quandoque clericus immiſcet ſe iſtis officijs prohibitis ſine habitu, quãdoque cum habitu: ſi autem immiſceat ſine habitu, & tunc ſi eſt in minoribus & coniugatus, perdit priuilegium abſque alia monitione, cum perdat ex ſola non delatione habitus, eſto quòd non ſit monitus, vt not. in dicto cap. vnico. Si vero non ſit coniugatus, & tunc gaudet priuilegio, donec moneatur: eo autem monito, debet puniri, vt iura canonica demonſtrant. & hoc quando monetur, vt deſiſtat ab actibus, & officijs. Si vero moneatur vt reaſſumat habitum, & tunc priuatur priuilegijs, nec reaſſumet etiam dimiſſo officio, vt in cap. contingit. 2. de ſentent. excommunicatio. Si autem immiſceat ſe cum habitu, & tunc priuilegium non perdit ante monitionem, ſed poſt monitionem ſi ſit coniugatus perdit etiam priuilegium: non coniugatus vero tantum in rebus, vt patet hic in tex. & hæc quando exercent talia officia prohibita, ſupra in tex. Si vero exerceant alias artes, & tunc non perdunt priuilegium, ſi non deſiſtant etiam poſt trinam monitionem, vt patet infra in tex. ſequenti in verſic. aduerſus. iuncto cum præcedenti, cum fiat diſtinctio, licet glo. aliud velit, vt ſupra eod. clerici. ſecundum Zabarel. hic, de quibus plene in cap. fin. eod. tit. & per eundem in repetitione cap. perpendimus. de ſent. excomm.

8 In tex. ibi, negotiationibus, &c. no. quòd † aliud eſt negotiatio, aliud commercium, & aliud officium: circa quod vide not. per Bartol. in l. legatis. ff. de legat. tertio. & in prooemio fforum. An autem appellatione negotiationis veniat exercitium tabernæ, not. ſupra de pignorib. cap. primo. Et vltra
9 not. quòd † clericis non ſunt interdicta officia & negotia ſecularia, de quo plene ſupra ne cler. vel mona. cap. primo. & per totum. vbi de his officijs, & negotiationibus prohibitis:
10 & addo, quòd † quæſita ex tali negotiatione illicita ſunt pauperibus eroganda. decimaquarta quæſtio. quinta. quod habetis. ſecundum Math. vt refert hic Pet. de Ancher. qui tamen non ſunt in ſtatu damnationis ſi non reſtituant, vt in cano. non ſanc. decimaquarta quæſtio. quinta, ſecundum Zabarel. hic, vt ipſe refert.

In tex. ibi, vel arma. no. quòd clerici non debent arma portare, & hoc niſi pro tuitione perſonæ, infra de homicid. clement. vna.

In glo. prima in fi. Idem Paul. Zenzel. & Lau. qui etiam
11 hic notant, quòd canones conditi † circa priuilegia & correctionem clericorum, mandandi ſunt executioni per ſolos epiſcopos, vt hic, & ſupra de ſentent. excommunic. nuper. & cap. vt famæ. & eod. titu. ſi clericos. in ſexto. quod licet regulariter procedat, tamen fallit primo in prælatis religioſis, qui etiam idem poſſunt, cum etiam contra canonem, ſi quis ſuadente. 17. quæſt. 4. diſpenſare poſſint, vt in cap. cum illorum. de ſentent. excommunic.

Secundo fallit caſibus exceptis, not. ſupra de elect. in c. cũ in eccleſia. 2. vel habẽtibus ſimilem rationem cum exceptis, ſupra de conſtitutio. tranſlato. ſecundum Zabarel. & no. bene iſtam gloſſ. ex qua habes, quòd appellatione diœceſani
12 † non comprehenditur ordinarius inferior: & quòd appellatione ordinarij loci, venit inferior epiſcopo. ad quod glo. in clement. prima. de ſequeſtratio. poſſ. & fruc. & in clemen. prima, vt lite penden. & in cap. ordinarij. de offic. ordina.

in ſexto.& in cap.quamquam.de vſuris. in 6.
In glo.ſecunda,in fi. Idem Paul. & Zen. & vide quod not.
in cap. primo. de priuileg. in ſexto. & in cap. ſecundo. de
conſtitut.eod.lib.
In gl.macellariorum.ibi,de his promiſum. ad hoc de con-
ſecratio.diſtinct.2.cap.primo.& diſtin.quarta. nequaquam.
Et hoc quo ad macellarios, ſed quo ad cabernarios procedit
tantum ratio de vtilitate,ſecundum Lau. qui dicit hoc ideo
23 eſſe in tabernario, quia in tabernis † multa vilia verbis & fa-
ctis committuntur,& ad eas perſonę viles conſueuerunt ac-
cedere.argumen.l.fin.C.de inceſt.nupt.Ex quarum perſona
rum conſortio boni mores corrumpuntur.28. quæſtio.j.ſæ-
pe.vt refert hic Zabarel.& not.ex hac glo. iuncta pręceden-
ti, quid veniat appellatione carnificis & macellarij.
In ead.glo.in fi. Idem Paul. Bern. & Ioan. de Ligna. ſed
Zenzel. & Matth. hic tenent contrarium, vt videlicet ha-
beat locum hæc quæſtio propter identitatem rationis in a-
lijs,in quibus eſt maior ratio, vt in publicis lenonibus, & in
cuſtodibus balneorum.Sed immo verior eſt opinio glo.quã
videtur tenere hic Ioann.de Ligna. vt refert hic Petr.de An
cher.qui etiam eandem videtur tenere,quam etiam videtur
tenere hic Zabare.& Imo. propter ſpecificam expoſitionem
factam in his duobus caſibus, & quia in his duobus prohi-
bentur,quia frequentius in eis peccabatur, & quia hæc con-
tit.lib.6. non nocet mutatio impetranti,ſ.eod.tit.quia cun-
ctis.§.ex parte. Si vero non erat affectum, vt in caſu c.dile-
ctus.2.de præb.vel qñ erat clauſula acceptandi,& adhuc ac-
ceptatum non fuerat,vel qñ in reſcripto ſunt appoſitæ clau-
ſulæ,adhuc non extantes,vt in j.rñ.huius cle. & tunc tp̃s col
lationis & vacationis inſpicitur, vt ſi dicto tp̃e ſit curatum
effectum poſt datam, debetur impetranti curatum: ſecus
ſi curatum ſit effectum non curatũ: ad hoc quod not. in cle.
ſi de beneficio.ſ.tit.prox.& vide no. plenius in d.cle.literas.
& qñ talis mutatio teneat,vt quia facta per ep̃m, vel eius au
thoritate,& ſeruata ſolemnitate canonica: aliàs vero ſi non
tenuiſſet,vt quia de facto fuiſſet facta, & tunc perinde hr̃ ac
ſi facta non fuiſſet,vt in reg.non præſtat.de reg.iur. lib.6. &
hoc voluit Io.Cal.in ſua diſput. quæ incipit, Impetrauit cle
ricus.& vide circa hoc not.in d.cle.literas. & cle. in pleriſq;.
ſ.de elect.& in cle.vt ij qui.de æta. & qual. Et vltra conclu-
49 dit ẽt Pet.de Anc. ꝙ ſi impetratio † ſit facta de beneficio cũ
clauſula,ꝙ eius fructus,redditus, & prouentus.30.librarum
ſummam non excedant, tunc prouideri poterit in eccleſia,
in qua eſt certus numerus canonicorum & pręben darum,&
certi redditus in cõi,ex quibus ſingulis horis pręſtãtur quo-
tidianæ diſtributiones, quas nullus percipit niſi præbenda-
tus, ſi redditus vniuſcuiuſq; præbendæ per ſe conſideratus
non tranſcendat quantitatem in literis comprehenſam,licet
ſi fiat commixtio quotidianarum diſtributionum cum præ
bendis,excedat ſummam prædictam,cum quotidianę diſtri
butiones non computentur in redditibus beneficij certę ſũ-
mæ: quod ẽt tenuit Old.in q.109.& vr̃ tenere Io.An.in Spe.
50 in hoc tit.vbi ẽt tenet,ꝙ † nec mortuaria computantur,cum
ſint incerta & fortunæ ſubmiſſa: quod procedit non ſolum
in mortuarijs quando mortui deferuntur, ſed ẽt in anniuer
ſarijs, vt ipſa non computentur ſi ſint volũtaria, ff.de annu.
leg.l.Scio.§.j. imò ẽt ſi ſint talia,quę ab initio poſſunt exigi,
vt in teſtamento relicta, vel inter viuos ordinata, cum non
ſint in bonis ſingulorum,ſed eccleſiæ,& ſint incerta, cũ plus
vel minus detur pro numero præſentium: & hoc voluit Io.
An.in dictis addit.Sed certe immo vr̃ ſm Pet. de Anch.ꝙ ſi
illa incerta rediguntur & redigi poſſint ad certam ſummam,
vt in eccleſia ſunt, quæ non habet certos redditus, quia ta-
lia incerta ſunt computanda in ęxtimatione beneficij, cum
poſſint vendi ſicut iactus retis, l.ſi iactum. ff.de ac.emp.Sed
licet ſit verum in redditibus beneficij, licet incertis, tñ aliud
vr̃ dicendum in quotidianis diſtributionibus & anniuerſa-
rijs, cũ tales diſtributiones quotidianæ, & redditus debẽtur
ratione laboris,& pro eo non ratione beneficij: vñ non mi-
rũ,ſi nõ ꝯputanẽ in redditibus beneficij: vide in deciſ.133.
Vltimo concludit hic Pet. de Anch. ſi aliquis impetrauit
51 beneficium † in certo loco vſq; ad certam ſummam de ſum-
ma turonenſium paruorum, quod tunc hr̃ cõſideratin loci,
vbi eſt beneficinm,de quo mandatur prouideri,ff.ſi cert.pe.
l.vinum. & hoc ſi turonenſes parui ſint in illo loco, & ſi non
ſint, hr̃ conſideratio in vicina regione, ad quam haberi de-
bebit conſideratio,vt in c.cum olim.de conſuet. & attẽdi de
bet veritas extrinſeca.i.cõis, & vſualis curſus regionis.ff.de
52 reg.iur.l.ſemper in ſtipulationibus.& ſi in illo † loco vel vici
niori non eſt curſus vel vſus turonẽſium paruorũ, tunc non
per hoc gratia vitiatur, ſed fiet ęxtimatio ad illam pecuniã,
quæ ibi currit, & illius fiet poſtea comparatio ad turonẽſes
habito reſpectu vtriuſq; monetæ ad bonitatem intrinſecã.
arg.c.olim.de cenſ.& de iureiu.quãto.& eorum,quæ ibi no.
Inn.& Hoſt.ſm Pet.de Anch. qui dicit ita tenuiſſe Oldr. in
q.256.& Io.An. in d.addit. & hoc ẽt firmauit ꝯ auunculum
ſuum Ber. qui dicit tenuiſſe, ꝙ ſi aliquis impetrat beneficiũ
primum vacaturum vſq; ad quantitatem decimæ cum clau-
ſula, ẽt ſi minoris valoris exiſtat, quod executor prouidere
non põt de beneficio vacante poſt gratiam non ante deci-
mas,cum illud beneficium, quod non dat decimas, non põt
dici minoris valoris q̃ decima,vt hic plenius per Pet.de An.
pro quo facit c.quamuis. & c.cui de non.de præb.lib.6. Per
quæ iura Io.de Lig. credit hanc qõnem veram eſſe, vt refert
Imo.qui dicit hoc notabile eſſe ad multa: ad quod vide not.
in c.ſuſceptum.lib.6.& ibi per Lap.Sed certe ꝯ hanc opin. fa
cit, quia ſi non reperitur quantitas decimę,recurri debet ad
veram ęxtimationem,arg.l.ſi teſtamento.ff.de cõdi.& dem.
& l.ſi plura.ff.de eden.vt patet ex prædictis. & vide nota.in
d.c.cui de non.

REPETITIO

IN CLE. MONASTERIORVM DE REB. ECCL. NON ALIEN.

Excellentiſsimi I.V.C.D.Benedicti Capra.

SVMMARIVM.

1 Eccleſia regularium canonicorum ęquiparatur monaſterio.
2 Bonorum mobilium & immobilium appellatione an veniant iura & actiones, & an debeant publicari ſtante ſtatuto quòd bona mobilia & immobilia publicari debeant.
3 Redditus annui computantur inter res immobiles.
4 Religioſus pręſidens cuicunque adminiſtrationi, vel ad tempus vel ad nutum non poteſt concedere iura, & redditus, ac poſſeſſiones alicui: & ſi concedat, quam pœnam incurrat. Fallit tamen, vt ibidem per diſcurſum, & maxime vbi ſubſit neceſſitas, vel vtilitas monaſterij. nu.6.
5 In alienatione rerum eccleſiæ an ſufficiat ſeruare ſolemnitates a conſuetudine introductas.
7 Pręlatus an poſſit agere ſine conſenſu ſui conuentus.
8 Capitulum & conuentus quid differant: & an vnum pro alio ponatur.
9 Conuentus ſupplet negligentiam ſui prælati ſicut capitulum ſui epiſcopi.
10 Religioſus alienans contra formam huius clem. quam pœnam incurrat.
11 Attentans delinquere & non perficiens nunquam pœnam incurrit.
12 Conceſſio facta per prælatum contra formam huius clem. non valet, nec aliquid ius tribuit recipienti: & an præſcribatur.
13 Locare, & fructus & redditus vendere, ſunt diuerſa.
In locatione ſicut fit diminutio penſionis propter ſterilitatem, an ita in venditione fructuum. ibid. remiſſ.
14 Fructus & redditus differunt.
15 Religioſus adminiſtrationi præſidens poteſt locare ad modicum tempus, & vendere fructus & redditus.
16 Locationi æquiparatur venditio fructuum, ſed non venditio vſufructus.
Vſufructuarius dicitur poſſidere.
17 Malę fidei eſſe cenſetur, qui contra iura mercatur, maxime ſi eſt perſona, cui non licet iura ignorare.
18 Conſuetudo contra ius inducit dubium probabile ad cauſandam bonam fidem: intellige, vt ibidem.
19 Pręlatus an poſſit cõcedere poſſeſſiones & iura eccleſiæ ad modicũ tp̃us. Et nunquid poſſit concedere decimas ſpectantes ad menſam ſuam. numero 20. & 22.
21 Eccleſiæ neceſſitas, & vtilitas ęquiparantur quo ad alienationem bonorũ eius: & quando cenſeatur neceſſitas eccleſiæ, & quando vtilitas.
22 Verbis enunciatiuis prolatis inter contrahentes ſtandum eſt, quando emanant ſuper eo, in quo partes libere renunciare poſſunt.
23 Syndico vel aduocato eccleſiæ poteſt aſſignari penſio pro ſuo ſalario de fructibus eccleſiæ.

Et nunquid

Et numquid dicta penſio poſſit reuocari per prælatum ſucceſſorem. n.24.
25 *In alienatione rerum eccleſiæ quæ ſolemnitas ſit ſeruāda: & quis habeat præſtare conſenſum. num.26.*
28 *In alienatione rerum eccleſiæ attendenda eſt conſuetudo loci, niſi ſit onoroſa.*
29 *Conſenſus alicuius quando requiritur in aliquo actu, non ſufficit quòd fiat ratificatio ex poſt facto.*
30 *Pœna in dubio cenſetur eſſe perpetua, quando imponitur pro delicto, & non apponitur tempus.*
31 *Inferior quilibet a Papa, poteſt abſoluere a pœna ſuſpenſionis vel excommunicationis a Papa interpoſita propter contumaciam, niſi ſit abſolutio reſeruata.*
Et quid ſi imponatur per ſententiam hominis. 32.
33 *Suſpenſus ſimpliciter, a quibus cenſeatur ſuſpenſus.*
34 *Conductor ad modicum tempus non cenſetur acquirere aliquod ius directi vel vtilis dominij, nec habet naturalem vel ciuilem poſſeſſionem, ſed ſolam detentionem. nu.38.*
35 *Locatio ad modicum tempus æquiparatur venditioni fructuum.*
36 *Vſusfructus cenſetur pars dominij.*
37 *Contractuum plures ſpecies, quarum aliqua enumerantur.*
38 *Tempus modicum vel non modicum quod ſit, relinquitur arbitrio iudicis, in materia locationum rerum eccleſiæ.*

GLO. prima ſummat & diuidit. In tex.ibi, &
aliarum adminiſtrationum regularium. no.
1 eccleſiam † regularium canonicorum æqui
parari monaſterio, ſecundum Imol.
In tex.ibi, iura. puta colligendi pedagium,
paſſagium, penſiones, & ſimilia, de quibus in
Spec. de reſtitu. ſpol. §. nunc dicamus. Et no. ex hoc tex. qui
ponit iura, redditus, & poſſeſſiones, vt diuerſa: quòd appella
2 tione bonorum † mobilium & immobilium non veniunt iu
ra & actiones, ſed eſt tertium genus de per ſe, vnde non de-
bent publicari, ſi per ſtatutum bona mobilia & immobilia
publicari debent, ſecundum Pau. ad quod l. vxorem. §. con-
cubinæ. ff. de leg. 3. & l. Caius. ff. de lega. j. de quo per Pet. de
Anch. in c. 2. eod. tit. lib. 6. & per Bart. in l. poteſt pupillus. ff.
de auth. tut. & l. mouentium. ff. de ver. ſig. & vltra no. ex hoc
3 tex. annuos † redditus computari in rebus immobilibus: de
quo in c. vno. de relig. dom. lib. 6. & in clemen. exiui. infra de
verborum ſignificatio.
In tex. ibi, quouis modo concedatur. ꝙ religioſus præſi-
4 dens cuicunq; adminiſtrationi † non poteſt concedere ad
nutum vel ad tempus, iura, redditus, & poſſeſſiones eius nec
cuiuſcũque, adeo ꝙ ſi cõcedat, non valet, & incurrit pœnam
de qua infra in tex. quod verum eſt regulariter: tamen fallit
in caſibus.
Primo, quando interuenit neceſſitas vel vtilitas ipſius
adminiſtrationis, & conſenſus conuentus ſi habeat vel ſi nõ
habeat, conſenſus proprij prelati, vt patet infra ex tex.
Secundo fallit, quando cõcederet ad modicum tempus,
vt patet infra in fi. quod qualiter procedat, ibi patebit.
Tertio fallit, quando concederet monachis ſuis: nam eis
concedere poteſt tertiam partem bonorum ſuæ menſæ ad
tempus etiam non modicum, & imponere certam penſionẽ
ſuper illis bonis, quam inde & non aliunde ſoluant, vt not.
Innoc. in c. monachi. §. j. de ſta. reg. immo etiam vt aliunde
ſoluant, vt not. Hoſt. in d. §. j. in tales enim non eſt proprie
alienatio, ſicut nec de fratre in ſororem. C. de fideicom. l. vo
luntatis. ſecundum Lau. Zen. Pet. de Anch. & Io. de Imo.
Quarto fallit, quando concederet, beneficia conferendo:
beneficia enim ſolus prælatus conferre poteſt, ſi hoc habet
conſuetudo: immo & alias conferendo ſine conſenſu taliũ,
locum non habet pœna huius clem. ſecundum Paul. qui di-
cit eam nõ habere locum in beneficijs, & eorũ collationib.
Quinto fallit, quando eſſet conſuetudo, ꝙ ſolus prelatus
poſſet concedere ad tempus vel ad nutum: talis. n. conſuetu
do, ſi ſit rationabilis & præſcripta, non tollitur per hanc cle.
vt in c. j. de conſti. ſecundũ Pau. qui ex hoc dicit, ꝙ prælatus
bene concedere poſſet partiario vel pro conſueta penſione
ad tempus conſuetum, cum vltra tempus conſuetum con-
cedere non poſſit abſque pœna huius clem. vt patet ex tex.
5 ibi, quouis modo &c. ſecundum Paul. qui referendo † quod
tenuit Goff. & Innoc. ſupra eod. tit. c. nulli. dicit, ꝙ in aliena
tionibus ſufficit ſeruare ſolemnitatem a conſuetudine indu
ctam: quod verum eſt, licet talis conſuetudo non ſit oneroſa
eccleſiæ, vt quia formam aggrauat, puta ꝙ fiat tractatus pe-
nes metropolitanum vel epiſcopum, vel alia ſimilis, cũ tunc
valeat, arg. c. ꝙ ſuper. de conſangu. & affin. alias vero ſi eſſet
oneroſa eccleſiæ, vt illa, quæ vitiat ſolemnitates, vel æqui-
pollens, vt quod ſolus prelatus poſſit alienare, & illa non va
leret, vt in c. j. de conſue. & not. de re iudic. cum cauſam. ſecũ
dum Pau. cuius dictum forte procedit, niſi talis conſuetudo
eſſet rationabilis & legitime præſcripta, vt ſupra patet ex
tex. quæ quando ſit rationabilis patebit infra in clem. proxi
ma, vbi glo. tangit. & circa hoc vide not. plenius in d. c. j. ſu-
pra eod. tit. & in d. c. cum cauſam. & per Bal. in auth. hoc ius
porrectum. C. de ſacroſanct. eccl.
In tex. ibi, niſi neceſſitas. no. ex hoc tex. a contrario ſen-
6 ſu, ꝙ præſidens regulari adminiſtrationi † concedere poteſt
ad nutum vel ad tempus iura, redditus, vel poſſeſſiones ip-
ſius adminiſtrationis, ſi ſubſit neceſſitas, vel vtilitas monaſte
rij, & interueniat conuentus ſui conſenſus, ſi habent, vel pre
lati ſui, ſi conuentum non habeant. Ex quo not. ꝙ conſenſus
conuentus vel prælati, ſi conuentum non habeat, eſt neceſſa
rius ad euitandum pœnam huius conſtitutionis: quod pro-
cedit ſm Paul. etiam ſi ſubſit ſumma neceſſitas, vt conſen-
ſum, licentiam petitam vel petitum obtinere non poſſit, vt
diſputando tenuit Pau. vt ipſe hic refert. quod tenuit Io. 12.
q. 2. placuit: arg. l. diuus. ff. de per. hær. & ff. de adminiſtr. tut.
l. tutor qui repertorium. quæ iura bene hic faciunt, melius
facit l. 2. §. deniq; iũcto §. fi. ff. ſol. mat. & l. ſi lõgius. ff. de iud.
In tex. ibi, cõuentus ſui, no. ꝙ ſicut nõ licet ꝑlato agere ſine
7 † conſenſu ſui conuentus, vt not. in c. j. de procur. ſic nec con
trahere: vtrobique. n. verſatur quædam alienatio ſm Lan. &
Pet. de Anch. ſed immo poteſt agere ſine conſenſu conuen-
tus, vt not. in c. edoceri. de reſer. & in c. præſentium. de teſti.
lib. 6. & etiam contrahere niſi contractus ſapiat alienationẽ
ſecundum Imol. hic, de quo in dictis iuribus. & in c. quanto.
8 de his quæ fi. a præla. quæ † autem ſit differentia inter con-
uentum & capitulum, hic per Pau. qui dicit, ꝙ conuentus eſt
proprie regularium eccleſiarum, capitulum ſeculariũ, de pre
ben. niſi ilicet quandoq; vnum pro alio ponatur, de conſuet.
c. cum dilectus. Et vltra no. ꝙ conuentus proprius eſt proxi-
mior ꝙ ſit ſuperior prelatus in authoritate ſeu in conſen-
ſu præſtando, ſimiliter etiam & in ſupplenda negligentia, vt
9 not. in c. 2. de conceſſ. præb. quod facit, vt † conuentus ſup-
pleat negligentiam ſui prælati, ſicut capitulum negligẽtiam
epiſcopi, de quo in c. cum in cunctis. de elec. & in clem. quia
vna res. ſupra de ſuppl. negl. prælat. & ibi per Lau. & Pet. de
Anch. in clement. ſi de beneficio. de præbend. & ibi dixi.
10 Item verſ. ſi quis autem. not. pœnam religioſi † alienantis
contra formam huius tex. in quam incurrit non ſolum ſi vt
prælatus adminiſtrationi præſit, ſed etiam ſi preſit vt viſita-
tor in certa eccleſia deputatus ſede vacante, non tamen in-
currit eam, ſi vt procurator alterius monaſterij contraface-
ret, arg. c. ſi compromiſſarius. de elec. lib. 6. ſecundum Paul.
Sed ille tex. facit in contrarium, ſi ponderetur, ſecundũ Imo.
nec etiam incurrit ſi attentet concedere & non perficit, nec
11 conceſſit, cum attentans † delinquere, & non perficiens nun
quam pœnam incurrit, quę ipſo iure imponitur, vt eſt hic ſe-
cundum ipſum Pet. de Anch. per no. in reg. in pœnis. de re-
gul. iur. in ſexm. & de elect. perpetuæ. eod. lib.
12 In tex. ibi, nec ex conceſſione ipſius. no. ꝙ conceſſio † fa-
cta per prælatum contra formam huius clem. non valet, nec
aliquod ius tribuit recipienti quo ad ipſam rem, immo etiã
nec præbet cauſam præſcribendi: quod eſt verum, ſi ſit facta
ad tps, cum tũc non concedatur vt perpetuo apud eum ſit,
ſecundum Paul. & Imol. Si vero conceſſio facta fuit perpe-
tua, & tũc ſi recipiens recipit ſcienter a ſolo prelato id quod
dẽt recipere ab eo, & capitulo, & tunc non præſcribit, cũ ſit
in culpa. & ita procedat glo. in c. 2. de his, quæ fi. a præl. Si ve
ro recipit a prelato credens ſe habere cõſenſum capituli, qđ
præſumitur, quia debet interuenire, vt not. eo. ti. c. ea noſciĩ.
& de conſue. c. cum dilectus. & tunc præſtat cauſam præſcri-
bendi, ſm Pau. hic, & Io. An. vt refert Imo. ad quod not. per
Io. in d. c. cum dilectus. & quod not. per glo. in c. apoſtolicę.
de donatio. ubi eſt bona glo.
In uerſ. uerum. ibi, ad locationes, uel etiã &c. no. ꝙ locare
13 & † fructus & redditus uendere, ſunt diuerſa, ut patet ex al-
ternatiua, uel, inter ea poſita: circa quod uide no. per Bar. in
l. cotem ferro. §. qui maximos. ff. de publicanis. & io gõne ꝑ
eum diſputata, ꝗ incipit, publicanus. ubi tractat, an ſic vt in
locatione fit diminutio pẽſionis propter ſterilitatem, ita &
in uenditione fructuum, ut ibi plenius per eum.
In tex. ibi, redditũum aut fructuum, no. ꝙ fructus & red-
14 ditus † differunt, ut patet hic, cum ponantur ut diuerſa, de
quo in cap. generali. de electio. libro ſexto.

In tex.

In tex.ibi, declaramus nullatenus extendi.no.ꝙ non ſolũ
15 †locatio,ſed etiam venditio fructuum & redditũum ad mo
dicum tp̃s per religioſum adminiſtrationi præſidẽtem facta
permiſſa eſt. Ex quo no. venditionem fructuum ad modicũ
tp̃s locationi æquiparari, licet ſint diuerſa: nam vt dicit hic
Laud. locare fructus & vendere illos, & ad firmã cõcedere,
ſymonia ſunt,& locationis naturam ſapiunt, vt not.in c.ve-
ſtra.de loca.quod ideo eſt, vt dicit hic Zen.quia talis vendi-
tio non præſtat ius in proprietate, ſicut nec locatio.l.nõ ſo-
lent.ff.loca. aliud tamen eſt fructus vendere, & aliud vſum-
fructum,qui ét ad tp̃s conſtitui põt.C.de vſufr.l.corruptio-
26 nem.in princ.& l.ambiguitate.Venditio.n.fructuum † æqui
paratur locationi, ſed non vẽditio vſusfructus: vſufructua-
rius.n.poſſidet.ff.de acquir.poſſ.l.naturaliter.& põt colonũ
expellere, quod non põt facere ſimplex emptor fructuum,
quia non poſſidet naturaliter nec ciuiliter, ſicut nec condu-
ctor,nec põt vſufructuarius per ementẽ rem illã expelli, ſm
Lau.qui ex hoc concludit,ꝙ talẽ ɔ̃ctum,in quo conſtituitur
vſusfructus, facere poſſunt rectores eccleſiarũ, cũ ſit aliena-
tio.l.4.ff.de vſufruc.ſm Lau.vt refert Franc.de Zab.& Imo.

In glo.3.in fi. quod patet ex alio ſm Lau.qui dicit,ꝙ quo
ad alia eſt iuris antiqui declaratoria, nec ordinarius per ſuã
conſtitutionem tollere poteſt ſm Lau.& Zẽz.vt refert Frãc.
de Zaba.Et hoc ét ꝙ hęc conſtitutio ſit promulgatoria noui
iuris quo ad pœnam, licet quo ad alia ſit antiqui iuris decla
ratoria,vt tenet Io.de Lig. ex hoc dicẽs, ꝙ ceſſiones ante pu
blicationem huius voluminis factæ non ſunt validę,licet ali
qui contrarium notent per decr.cognoſcentes. de conſtitu.
quæ non facit,vt patet ex prædictis ſecundum Imol.& vide
not.in prohœmio clement. in verbo, de cætero.

In gl.in verbo,religioſus.in fi.cum hac gl.concordat Pau.
vt patet ex iuribus in gl.alleg.ſi alienatio,conceſſio,vel loca
tio fiat in caſu prohibito,talia erunt nulla, & locum habebit
pœna in dictis iuribus ſtatuta,cũ hęc conſtitutio ſaltem quo
ad pœnam ſit promulgatoria noui iuris,licet non quo ad a-
lia,vt ſupra in pręcedenti gl.Quare aũt magis in regularibus
q̃ in ſecularibus locũ habeat illa clem. hic per Lau.qui dicit,
ideo quia magis abutebatur.ff.de legib.l.nam ad ea. & quia
regulares non habent ita plenam adminiſtrationem.

In glo.cuius ius.in fi.quod ét tenet hic Pau. per hanc lite
rã,quæ loco non perſonæ prouidet,quod procedit ſm Lau.
qñ pręſidet eccleſiæ.in qua fuit ipſemet per ep̃m inſtitutus,
cũ talis potius ſecularis q̃ regularis cenſeatur, ſecus ergo,ſi
præſideret eccleſiæ, in qua facit deſeruire per vicariũ, & ita
procedat tex.iſte ibi,prioratui, vel eccleſiæ, vt de tali eccle-
ſia intelligatur ſm Lau. vt refert Imo. licet hoc nõ placeat
Fran. de Zab.per principiũ huius clem. quæ ſolũ eccleſijs re-
gularibus vel monaſterijs intendit prouidere: vnde tex.iſte
dum dicit,eccleſiæ:de regulari intelligitur, ſi tñ ſecularis ec
cleſia regulari per diſpenſationem præeſſet,locus eſſet huic
clem.quæ tali loco non perſonæ intẽdit prouidere ſm Pau.
qui tñ dicit,ꝙ ſi religioſus, qui nulli præeſt adminiſtrationi,
tunc ɔ̃tractat,pœna locum non habet, eius tñ conceſſio non
valet: quod ét tenet hic Lau. vt refert Imol.

In glo.in verbo,pecunia.in fi.& hic per Pau.qui vr̃ tene-
re,ꝙ dans pecuniam repetere poſſit:quod tenuit Io. & Lau.
12.q.2.Vulteranæ.& Ber.ɔ̃.eo.tit.ad audiẽtiam. quorũ opi-
nio procederet,quãdo emptor fuiſſet bonę fidei,cũ tunc re-
petere poſſet ab eccleſia,ſi in eius vtilitatem ſit verſa,arg.l.j.
C.de præſcr.xxx.ann.vt vr̃ velle hic Io.de Lig. ſm quod re-
fert Imo.Si vero emptor fuiſſet malæfidei,& tunc non repe
tit,& ita procedit opi.Io. & Hug. 12.q.2. hoc ius porrectũ.
& Hoſ.in d.c.ad audientiã. quod verũ eſt, ét ſi talis pecunia
ſit verſa in vtilitatẽ eccleſiæ, cum tunc cedat lucro eccleſiæ,
vt vr̃ velle gl.C.de ſacroſ.eccl.l.iubemus nullam. §.ſane.qđ
verum eſt de iuris rigore, cũ de æquitate reſtitui debeat, vt
ibi not.ſm Fran.de Zab.imò vt dicit hic Imo.poſt Io.de Li.
potius erit danda fiſco vel pauperibus eroganda per iura ſ-
allegata:& hoc voluit glo. in l.vniuerſitatis. C. ne rei do.vel
17 temp. In dubio.n.cenſetur malæfidei, ex quo ɔ̃ iura † merca
tur,maxime ſi ſit perſona cui non licet iura ignorare. 16. q.
3.in §.pe.vt hic plenius per Lau.& Io.de Lig.& Pe. de Anc.
& Imo.qui ét hic dicunt, ꝙ bonæfidei emptores dñt fuiſſe il
li,qui ante hanc clem.emerũt, quia licet aliàs cautum eſſet,
de iure tñ non ſeruabatur, & erat ius inuſitatum,ſed tale ius
dubium non afficit, vt puta offuſcatiue propter vmbratam
conſuetudinem,de poſtul.præl.c.vno.lib.6.ét ſi ſit naturale,
de ſpon.du.per tuas.vt ibi no.quod dictũ bene eſt notandũ,
18 nam ex eo † hr̃, ꝙ conſuetudo ɔ̃ ius inducit dubium proba-
bile ad cauſandam bonã fidem, ad hoc quod not.de cõſuet.
cum venerabilis.quod verum,niſi notorie omnino eſſet re-
probata,de conſuetu.cap.fin.ſecundum Imol.

In glo.in verbo, quouis modo. ſ.locationes & vẽditiones
fructuum vel redditũum ad modicũ tempus,vt ibi patet:vñ
19 cum † tunc dictos duos modos excipiat ab hac gñalitate, vr̃
hæc gl.ſentire, ꝙ alio modo concedere non poſſit ad tp̃s ét
modicum regulari adminiſtrationi poſſeſſiones vel iura ec-
cleſiæ:quod vr̃ tenere hic Laud.qui ét dicit,vt refert Imo.ꝙ
concedere non poſſit ét ad modicũ tp̃s fructus tali conceſ-
ſione,per quam conſtituatur vſusfructus, cum ſit alienatio.
l.4.ff.de vſufr.quod verum eſt, vt patet per text.hic in fi. &
vt ſentit gl.hic, licet Pau. hic aliter ſentiat ſm Fran. de Zab.
Bene tñ poterit talis religioſus concedere poſſeſſiones, vel
alios redditus temporales ad menſam ſuam ſpectantes cleri
cis vel laicis benemeritis ad certum tempus ſm formam c.
poſſeſſiones.16.q.1.& 12.q.2.quicunque. ſecundum Land.
Cuius dictum procedit, quando concederet ſeruata forma
huius clem. cũ alias locus ſit pœnæ ipſius, vt patet ex tex.
ibi,pecunia recepta.& ét ibi,quouis modo. quod eſt tutius
20 ſm Zab.ſed poſito ꝙ† poſsit concedere poſſeſsiones vel red
ditus temporales benemeritis, vt ſupra dictum eſt: tñ deci-
mas ſpectantes ad menſam ſuam concedere non poſſet be-
nemeritis,cum ſint ſpirituales, & ſic pro ſeruitio temporali
conferri nõ poſſet.ɔ̃.de pac.cum pridem. de tranſ. ſuper eo.
ſecundũ ipſum Lau.qui tñ dicit,ꝙ bene indigenti ad ſubſten
tationem poſſunt aſsignari,non interim ſicut clericis benefi
cia aſsignantur,cũ talium non ſint capaces,ſed de ipſorũ fru
ctibus poteſt aſsignatio fieri clericis vel laicis indigentibus
ad certum tempus,per no.per Inn.in c.cauſam.de præſcrip.
non perpetuo,cum perpetua aſsignatio ipſorum fructuum
fieri non poſsit,ne ipſorum proprietas inutilis efficiatur.16.
q.6.c.1.quod procedit in decimis per eccleſiam poſſeſsis:
ſecus forte in alijs, quas alias forte non poſſet ep̃s tollere de
manibus laicorum,nec expediret eccleſiæ eas in feudũ reco
gnoſci propter cauſas,quibus ad eccleſiam reuertãtur,de lo
cato,potuit,ſecundum Lau.ad hoc quod not.de his quæ fi.a
præl.cum apoſtolica.de quibus hic plenius per Lau.qui etiã
dicit,ꝙ põt conſtitui penſio in pecunia alicui clerico,cũ hoc
ꝙ illam teneatur dimittere, cum adeptus fuerit competens
beneficium,cum hic non detur nec promittatur aliquod ſpi
rituale, vt hic plenius per eum. Ex cuius dictis hic colligit
Imo.ꝙ nedum temporalia,ſed ipſa perceptio decimæ conce
di poteſt ipſi laico, vt 10.quæſtio.1.cap.pen.& no.in d.cap.
cum cauſam.de præſcri. & vltra colligit, ꝙ habens redditus
decimæ vel aliorum bonorum eccleſiaſticorum pro tempo
rali ſeruitio vel laborum non perdit illud per adeptionem
beneficij eccleſiaſtici: quod verum eſt, niſi forte eſſet facta
ad ſubſtentationem ſolam,vel eſſet tale, ꝙ non poſſet tene-
ri cum beneficio, licet aliter dixerit Hoſtienſ. in cap. cum
eſſent.de ſym.vt hic plenius per ipſum.

In glo.in verbo,aliter.in fi.no. ex hac glo. quo ad aliena-
21 tionem rei eccleſiæ æquiparari † vtilitatem eccleſiæ neceſſi
tati, vt ſicut poteſt alienare propter neceſsitatem eccleſiæ,
ita & propter eius vtilitatem,cum alterum ſufficiat,vt dicit
gl.cenſetur autẽ adeſſe neceſsitas,quando molendinum vel
domus ipſius eccleſiæ, vel monaſterij erant debitis grauata,
vtilitas autem cenſetur adeſſe, quando monaſterium emere
vellet caſtrum vtile & vicinum,vt no.12.q.2.ſine exceptio-
ne,ſecundum Lau.qui ita exemplificat, dicens ꝙ exigitur ꝙ
adſit neceſsitas vel vtilitas monaſterij, & ſic loci non perſo-
nę: propter quod dicit, ꝙ illa quę expenduntur in pulchris
equis vel aquilis, vel in fulgidis veſtibus non dñr in neceſsi-
tatem vel vtilitatem impendi,ſecundum eum,bene tñ dr̃ fie
ri alienatio ad vtilitatẽ eccleſię, qñ fit cauſa pietatis ꝓ redi-
mendis captiuis,& alendis pauperibus,cum omnis caſus no
tati.12.q.2.in ſumma, reducantur ad hos duos caſus.ſ. ne-
ceſsitatis & vtilitatis,vt dicit hic Steph. ſecundum quod re-
fert hic Imo.qui ét dicit, ꝙ requiritur ꝙ vtilitas loci ſit eui-
dens & perpetua.12.q.2.hoc ius.vnde requiritur,ꝙ non ſo-
lum pecunia ſit verſa in vtilitatem eccleſię, ſed quod ét du-
ret verſa ſecundum Lau. ſed certe non eſt neceſſe ꝙ duret
verſa,dummodo ab initio fuerit verſa, vt not.in c.ꝙ quibuſ
dã.de fideiuſſ.ſm Frã.immo ét vt dicit hic Lau.& Zen.vt re-
fert Pet.de Anch.de hac neceſsitate & vtilitate debet euidẽ
ter apparere aliter q̃ per publicam ſcripturam hoc continẽ-
tem,& ét de conuerſione,uidelicet ꝙ pecunia redacta ex uẽ

ditione rei eccleſię ſit conuerſa in neceſſitatem & utilitatē
eccleſiæ, debet apparere euidenter, aliter q̃ per confeſſionē
prælati, cui non ſtatur, licet inſtr̃m aſſerat de tali neceſſitate,
& vtilitate de conuerſione, arg. l. iubemus. la 2. C. de ſacroſ.
eccl. & l. 3. §. ſed & ſi ſic. ff. de in rem verſo. & in Auth. de ali.
& emphyt. §. ſi de eo. collat. 9. ſ'm Pet. de Anch. & hoc ibi te
nuit Iac. de Bel. & arg. 12. q. 2. hoc ius. & vr̃ ſentire Hoſti. in
d. c. q quibuſdam. de fideiuſſ. nam licet verbis enuntiatiuis
22 † prolatis inter ꝯhentes ſit ſtandum. l. optimam. C. de ꝯh. &
committ. ſtip. tñ illud verum, qñ emanant ſuper eo, in quo
partes libere renuntiare pñt, & pręiudicare, aliàs non ſtatur,
niſi de ipſis aliter fiat fides ſ'm Pet. de Anc. qui ex hoc dicit
poſt Lau. q ſi pręlatus, qui benemerito põt concedere de bo
nis eccleſiæ ad vitam. 16. q. 1. poſſeſſiones. concedat alicui tã
quam benemerito pro beneficio iam impenſo aliquam poſ
ſeſſionem, niſi conſtet de meritis aliter q̃ per ipſius confeſ
ſionem, non valet conceſſio: ad hoc quod not. Bar. in l. ſi for
tè. ff. de caſtren. pecu. & Bal. in l. ſi donatione. C. de collat. im
mo plus dicit, quòd ſi prælatus confiteatur pecuniam rece-
piſſe, quòd per talem confeſſionē non probatur numeratio,
ſi de ipſa aliter non conſtaret, ad hoc quod not. Cy. in l. vna.
C. de confeſſ. & Bar. in l. a diuo Pio. §. ſed ſi emptor. ff. de re
iud. & l. ſi procurator. ff. de iure fiſ. & vide ibi not. & in l. he-
tie a Zenone. C. de quadr. preſc. & in auth. hoc ius porrectũ.
C. de ſacroſ. eccl. & hoc in ꝯctibus bonæ fidei. In ꝯctu vero
mutui, depoſito, vel alio ꝯctu, an probari debeat pecuniam
verſam in vtilitatē eccleſiæ, not. in d. c. quod quibuſdam. &
per Innoc. in c. 1. de depoſ. vt refert hic Io. de Imo.

In gl. in verbo, vtilitas. vbi patet, quòd vtilitas reſultat ec
cleſiæ ex conſtitutione ſindici: vñ ipſi ſyndico ſalarium con
23 ſtitui † põt, vt ibi patet: ſilr̃ & aduocato certa penſio ꝓ ſuo
ſalario aſſignari põt ſoluendo de fructibus eccleſiæ, cum ex
hoc reſultet vtilitas eccleſię, vt hic patet. Si tñ aduocato aſſi
gnata ſit penſio in fructibus decimarum, vel in alijs bonis ec
cleſiaſticis ſoluendo ad vitam pro patrocinio iam præſtito,
tunc per ꝯctum coniugij illam non perdit, cum non fuerit
aſſignata in titulum beneficij. ſ̃. eo. ti. c. poſſeſſiones. immo
24 plus dicit, quòd † ſucceſſor in pręlatura ipſam pẽſionē ſic ꝯ-
ſtitutam reuocare non põt, qñ fuit conſtituta benemerito
pro beneficio iam impenſo, ita quòd de hoc conſtet, vt in c.
fi. de precar. & 12. q. 2. quicunque. Secus ſi fuit conſtituta ꝓ
ſeruitio impẽdẽdo, vt in cle. fi. de procur. & ita dicit hic Zẽz.
vt refert hic Zab. ad hoc quod not. Oldra. in q. 233. & vide
quod dictum fuit ſupra in glo. in verſic. quouis modo.

In glo. in verbo, non habebat. in fi. idem Pau. qui ẽt dicit,
25 quòd illa ſolẽnitas † eſt ſeruanda. ſi alienetur poſſeſſio eccle
ſię, & ẽt ſi alienetur ius colligendi fructus: quod ideo eſt, q̃a
tunc vſusfructus vr̃ cõſtitui, qui eſt pars rei, vt l. 4. ff. de vſu-
fru. imò ẽt ſi fiat vẽditio per modum perpetuę locationis. ſ̃.
eo. ti. nulli. Secus vero ſi vẽdunt fructus percipiẽdi, ad quos
tradẽdos obliget ſe prælatus, quia tunc ſufficit forma huius
conſtitutionis in prælato religioſo: in non religioſo alienã-
te vero fructus ſibi & alij neceſſarius eſt aliorum conſenſus,
de fil. presb. propoſuit. Si vero alienet ſuos fructus tñ, tunc
nullus cõſenſus erit neceſſarius ſ'm Pau. & hoc in alienatio-
nibus perpetuis: in alienationibus vero non perpetuis rerũ
eccleſiarum tñ eſt ſeruanda forma, de qua in d. c. ſine exce-
ptione. 12. q. 2. & in d. c. dudum. quæ forma ſi ſeruetur valet
alienatio. Si vero eccleſia lædatur non valet, vt patet in di-
ctis iuribus: ſed in alienationib. non tẽporalibus non eſt ne-
ceſſaria illa forma & ſolẽnitas ſ'm Zen. & Lau. imò plus dixit
Hoſt. in ſumma de his quæ fi. a pl̃a. in fi. & Feder. in cõſ. 101.
quod ẽt in conceſſione ad vitam non requiritur illa ſolen-
nitas, imò vr̃ ſufficere quod cõſtet pecuniam verſam eſſe in
vtilitatē eccleſiæ non perpetuo, ſed ad tp̃s, & tunc ſi alienet
prælatus ſecularis, & valet alienatio ẽt ſi alienet ſine expreſ-
ſo conſenſu capituli, maxime vbi non lęditur eccleſia, vt no.
in c. 2. de his quæ fi. a præl. & per Inn. in c. vno. ad fi. vt eccle-
ſiaſt. benefi. & per Arc. & Io. An. in d. c. dudũ. & hoc niſi fiat
in fraudē eccleſiæ. 12. q. 2. ep̃s. ſ'm Mat. vt refert Zab. de qui-
bus plenius in d. c. dudũ. vbi dixi. Si vero alienet prælatus re
gularis, & ad tp̃s non põt concedere, niſi ſecundũ formã hu-
ius clem. traditam: quod procedit ẽt ſi conceſſio fiat ad tp̃s
ex cauſa pietatis ſecundũ formã canonis. poſſeſſiones. 16. q.
1. & hoc in conceſſionibus tp̃alium rerum, in conceſſionib.
vero rerum ſp̃ũalium dic vt not. in c. ca noſcitur. de his quæ
fi. a præl. & vide circa prædicta plenius not. in d. c. dudum.

In gl. in verbo, proprij. in fi. idem Pau. dicẽs hoc ꝓcedere
26 in proprio † prælato, ſiue ſit eiuſdẽ dięc. ſiue alterius, cuius
licẽtia ſeu cõſenſus requiritur, licet aliud ſit cũ petitur au-
thoritas ep̃i illius, in cuius dięc. ſita eſt eccleſia ſeu locus ille
cuius res alienatur, vt no. Inn. & Hoſt. in c. paſtoralis. de pri-
uil. ſecundũ Pau. quod tenet hic Lau. per no. 16. q. 4. in vẽdi
tionib. dicẽs ex hoc, quòd ſi prioratus nõ ſubeſt pleno iure
abbati, ſed tñ in tp̃alibus, & ep̃o in ſp̃ũalib⁹, & monaſteriũ
ſit in vna dięc. & prioratus in alia, tunc ipſe abbas non p̃ſta-
bit cõſenſum, ſed ep̃s ille in cui⁹ dięc. eſt prioratus, cuius res
alienatur, vt d. c. in vẽditionibus. ſed imò dici poſſet quòd
ſufficiet cõſenſus ſeu licentia illius ep̃i, in cuius dięc. ſita eſt
res, quæ alienatur. & hoc tenuit Io. in d. c. in vẽditionibus. &
12. q. 2. hoc ius. &. l. ſi prædium. C. de prędi. min. qđ põt eſſe
verum ſ'm Fran. de Zab. quia vterq; ep̃s quo ad illam rẽ eſt
iudex ſuus, vt in c. ſanè. de fo. cõpe. tutius tñ eſt, quòd vtriuſ
que ep̃i cõſenſus ſeu licẽtia requiratur, vt d. c. ſane. In aliena
tione vero rerũ monaſterij bene requiritur decretum illius
iudicis vbi ſita eſt res, vt d. l. ſi pręd ium. & in hoc differt ab
alienatione rei eccleſię ſ'm Pau. Sed certè, imò ſ'm aliquos,
27 & maximè ſ'm Fran. de Zab. in alienatione † rerum minoris
nõ ſolum iudex, vbi ſita eſt res, ſed ẽt iudex domicilij mino-
ris põt decretum interponere, per l. magis puto. §. illud. ff. de
reb. eo. & ibi not. & ibi hoc tenet Ray. tñ l. ſi prędium. hoc
prohibet, licet tutius ſit, quòd iudex vbi ſita eſt res interpo-
nat, & ſic non eſt dr̃a inter alienationes rei minoris & eccle
ſię, ſ'm Zab. dicit tñ hic Pau. quòd ep̃s dięceſanus vbi ſitũ eſt
beneficium, ſupplet negligẽtiam cõferẽtis, imò ille ſolus cui
ſubeſt beneficium, cũ ad eum fiat deuolutio, de quo plenius
in cle. vna. ſ̃. de ſuppl. negl. pręla. Sed aduerte vltra pręd icta,
quia licet in alienatione hmõi prohibita ſufficiat quòd in-
teruenia t licẽtia ſeu conſenſus pręlati immediati ſuperioris
quo ad euitandum pœnã huius cle. tñ quo ad validandũ ꝯ-
ctum nõ ſufficit, ſed ẽt cõſenſus ep̃i eſt requirẽdus, qñ locus
non eſt exẽptus, vt hic vr̃ velle Pau. & ẽt Steph. ſecundũ Im.
ad hoc 12. q. 2. abbatibus. & 17. q. 4. in venditionibus. quod
28 verum eſt, ſi cõſuetudo non † repugnat, attẽdi. n. dẽt cõſue-
tudo loci: quod verum eſſet, ſi non erit oneroſa, vt dicit hic
Io. de Lig. & ſ̃. dixi. An aũt cõſenſus iſte conuẽtus vel pręlati
immediati dẽat interuenire in ipſo actu, vel ſufficiat poſtea,
hic per Steph. qui vr̃ tenere q ſufficiat, quòd ex poſtfacto in
teruenia t, per no. in c. 1. eo. ti. lib. 6. quod verum eſt ſecundũ
Steph. vbi p̃latus alienet bona ad mẽſam cõuẽtus ſpecẽãria,
quia tunc ꝯſenſus ꝯuẽtus requiritur in ipſo actu ꝑ not. in c.
cũ oẽs. de ꝯſtitu. Sed imò vr̃, quòd indiſtinctẽ iſte ꝯſenſus a
principio dẽat interuenire in ipſo actu, nec ſufficiat ratifica
tio, cũ ipſe ꝯſenſus requirat̃ ad ſolẽnizãdũ ꝯctũ, vt patet ĩ.
ex tex. ubi annullat ꝯctũ alr̃ factũ: ad hoc not. in l. ſi q̃s mihi
bona. §. iuſſum. ff. de acq. hær. & in l. obligari. §. tutor. ff. de au
29 tho. tut. & qđ ꝯſuluit † Iac. de Belu. in ſiñ, ſi ſtatutum dicat,
quòd nõ ualeat ꝯctus filijfamilias niſi ꝯhat cũ ꝯſenſu & lr̃a
p̃tis, vel ex p̃ſſa lr̃a p̃tis, uñ nõ ſufficiat tunc ratificatio p̃ris
ex poſt facto, ut refert hic Pe. de Anc. & circa hoc uide ple-
nius not. in d. c. 1. ubi ſ̃. ¶ In gl. in uerbo. penã. ibi, de ꝯſtu. ex
30 lr̃is. no. ex gl. quòd † pęna in dubio cẽſet̃ eſſe perpetua: qđ ue
rũ eſt, ut dicit hic Zẽz. qñ imponit̃ pro delicto, & tp̃s nõ adij-
cit̃: qđ procedit ſecũdũ Pau. ſiue imponat̃ ſimpl̃r ꝓ delicto,
ut 51. diſt. c. 1. ſiue pro delicto, uel ꝯtumatia cauſato. 11. q. 1.
rurſus. & de cri. & qual. cũ bonæ. & de hæret. c. cũ ꝯtumatia.
lib. 6. ſecus ſi imponat̃ ꝓ ꝯtumatia tñ, cũ tunc intelligatur
tp̃anea ad limites ꝯtumacię, ut in d. c. ex lr̃is. ſecũdũ Paul. ut
refert Imo. & Frã. de Zab. q ẽt dicit, quòd licet pęna ꝑ abſo-
lutionẽ tolli poſſit, nõ tñ ꝑ hoc tollit̃ qn ſit ꝑpetua ſ'm eũ.

In ea. gl. in fi. & hic ꝑ Pau. & Io. de Lign. q ꝯcludũt, quòd
31 inferior a papa, & ſic quilibet † ordinarius ſeu ſuffraganeus
poterit abſoluere, ſiue papa interponat pœnã ſuſpenſionis,
excõis, uel interdicti ꝑꝑ ꝯtumaciã, canones ꝯdẽdo, ꝑ c. nu-
per. de ſent. exc. ꝑ quã decr. idẽ tenuerunt Hug. Inn. Goffr.
Compoſt. & Hoſt. in c. quiſquis. de elec. & Io. 17. q. 7. ſi quis
deinceps. licet Barth. Brix. aliter ibi dicat & Zẽz. & Mat. hic
per cle. cũ ex eo. ĩ. de ſent. exc. ſiue ipſe papa approbet & cõ
firmet ꝯſtitutionẽ inferioris. per quã talis pęna ſuſpẽſionis,
excõis & interdicti imponatur, de inſti. c. ex frequẽtibus. &
ibi per Io. de Lig. ubi recitat opi. Fed. de Sen. ſiue ẽt talis pę-
na excõicationis, ſuſpẽſionis, uel interdicti imponatur ꝑ ꝯ-
ſtitutionẽ prouincialẽ, cũ tunc quilibet ſuffraganeus poſſit
abſoluere, ut in c. graue. de pręb. & hęc uera, niſi ſit abſolu-
tio reſeruata, ut not. in d. c. nuper. Si uero pœna ſuſpẽſionis,
32 excõicationis, uel interdicti imponatur per ſniam † hoĩs, &

tunc

tunc ligās debet abſoluere, nō inferior, vt in c.cum ab eccle-
ſiarum, de off.ord.& de ma.& obe. cum inferior. & hoc niſi
in articulo mortis, vt in c.paſtoralis, de off.ord. vel cum ha-
beri nequit ille, qui ſententiauit, vt in Spec.tit.2.§.nunc oſtē
dendum.verſi.25.& prædicta vera in ſuſpenſione, quæ non
habet vim ſuſpenſionis, ſecus in caſu huius cle.quę cenſetur
perpetua, ſi non relaxatur, licet de ſui natura nō haberet vim
priuationis, ſi verò ſit ſuſpenſio perpetua, quæ habet vim
priuationis, de qua in c.2.de tranſact.& tunc non haberet lo
cum abſolutio, ſed neceſſaria eſſet diſpenſatio, & ſequens
collatio, & nūc oportet videre, an eſſet tale crimen, in quo
poſſet eps diſpenſare & conferre, & tunc poſſit: ſi vero non
poſſet, & tunc ſecus, ad hoc quod no.80.diſt.eos.ſm Pau.&
Io.de Lig.de qbus hic plenius per eos, vt refert Zab.& Imo.
In glo.in verbo, officio.in fi.glo.ibi, non ſoluit. ſed dic vt
33 communiter dicunt ſcribentes, ꝙ intelligi debet † de officio
diuino, vt ab eo intelligatur ſuſpenſus, nō ab adminiſtratio
ne, nam qñ intelligitur ſuſpenſus ab adminiſtratione, expri-
mitur, vt in c.2.de ſolut. An autem ab officio intelligatur ſu
ſpenſus ibi in facto, hic per Zen.qui dicit, ꝙ non, ex quo eſt
ſuſpenſio iuris, licet ſecus ſit in ſuſpenſione hominis, vt not.
in c.cum ęterni, de re iudic.lib.6.de quibus plenius infra de
pœn.clem.cupientes.in glo.magna.
In glo.in verbo, locationes.ibi, ſi fiat ad modicum tēpus,
34 vt hic.nam eo caſu quo ad modicum tempus cōductor † nō
acquirit aliquod ius directi, vel vtilis dominij, nec habet na
turalem, vel ciuilem poſſeſſionem, ſed ſolum detentionem,
ff.de vſufru.l.non ſolum.§.quod vulgo.& hoc niſi habeat à
mácipio, cum tunc perinde ſit, ac ſi haberet a priuato ad ma
gnum tps.ff.loc.l.nō ſolū.& de vſufr.l.1.& de loc.c.potuit.
In ea.glo.ibi, & di.ibi contra.& etiam Bar. nam ille con-
ductor ad modicum tempus habet vtile dñium, & etiā poſſi
det, vt no.in d.c. potuit. & ff. ſi ager vectig.l.j.ſm Lau.hic,
quod verum eſt, niſi in locatione ad magnum tempus eſſet
expreſſum, cū tunc nō ſit alienatio, vt vr̄ velle Bal.in d.§.in-
ſtituto.Item hęc vera, niſi eſſet appoſita clauſula, ꝙ tot ſunt
locationes quot ſunt anni, vt vr̄ velle Bal.in d.§.inſtituto.&
in tit. de prohib.feu.alien. hic Incipiunt conſuetud. feu. c.j.
quæ tamen practica ſapit fraudem, & vide no.per Lap.in al-
35 leg.12. Et no.ex hac † glo.ęquiparari locationem ad modicū
tempus venditioni fructuum: vnde dicit hic Guil. ꝙ locare
fructus & vendere illos, & ad firmā concedere, ſunt ſinoni-
ma, & ſapiunt naturam locationis, vt not. in cap.veſtra, de
locat.aliud tamen eſt ad tempus vēdere fructus aliud vſum-
fructum, qui poſſit ad tempus conſtitui.C.de vſufruc.l.cor-
ruptione, in princ.& l.ambiguitatem. nam venditio fructuū
ęquiparatur locationi, vt hic, ſed venditio vſusfructus non
eſt ſimilis locationi, nam facta venditione vſusfructus, co-
lonum poteſt expellere vſufructuarius, quod non poſſet fa-
cere emptor fructuum, quia non poſſidet naturaliter, nec ci
uiliter, ſicut nec conductor, nec colonus, ſed vſufructuarius
ſic ff.de acq.poſſ.l.naturalis. §. 1. Ideo datur ei interdictum
vnde vi.ff.de ui & ui ar.l.3.§.hoc interdictum. nec poteſt
dici per emētem rem illam, ſm Imo.qui dicit, ꝙ rectores ec-
cleſiaſtici, in quibus conſtituitur vſusfructus, facere non poſ
36 ſunt, qa eſt alienatio partis rei, cū † vſusfructus eſt pars dñij,
l.4.ff.de vſufru. Aduerte ſm Imo.ꝙ eſt reperire contractus
37 plurium † ſpecierum, quidam eſt cōtractus emphyteuticus,
& hic eſt perpetuus: quidam locationis ſimpliciter, & hic eſt
duplex, quia quidam ad non modicum tempus, vt vectigal
ad xv.annos, vel vltra: quidam ad tempus modicum, & hic
vocatur ſimplex locatio.Inſt.loca.§.adeo.& ſ.de loca.c.ve-
38 ſtra.& ff.ſi ager vectig.per totum.& hic † cōductor ad tēpus
modicum nullum habet ius in re, nec vtilis, nec directi dñij,
nec naturalis, nec ciuilis poſſeſſionis, ſed ſolum detētionem
habet.ff.loc.l.non ſolum.& ff.de vſufr.l.j.illi autem, qui hñt
ad tempus nō modicum, vel perpetuum, poſſident, & vtili-
ter habent dñium, de loca.potuit.ſm Guil.vt refert Imo.
In glo.vlt.in fi.no.hanc glo.ꝙ licet recitet opi.tamen ipſa
39 vr̄ inclinare ibi. Sed ęquum † vr̄, ꝙ tempus dicatur modicū,
vel non modicum arbitrio iudicis relinquitur: quod etiam
tenet hic Pau.niſi conſuetudo loci, vel conſtitutio ſinodalis
aliud declaret.ad qđ 80.diſt.c.3.& hæc opi.placere vr̄ Zen.
Lau.Matt.Steph.Pet.de Anch.& etiam Arch.c.2.eo.ti.li.6.
Sed alia opi.quod modicum ſit decennium communiter te
netur, & probatur per iura in glo.alleg.per glo.& per l.j.§.ꝙ
autem.ff.de ſuperficie.vbi Bart.dicit hoc cōmuniter teneri,
& hoc etiam tenuit Arch.12.q.2.c. alienat. & Franc.de Za-

ba.nam ſm ipſum, qñ in iure dr̄ de tpe non adiecta quanti-
tate, ſit arbitrarium.l.1.ff.de iu.delib.& de off.dele. c.de cau
ſis.tñ qñ in iure dr̄ de longo, vel non modico, intelligitur de
decennio, alleg.ſ.per dicta iura.ita dicit ipſe ſæpe cōſuluiſſe
dicens etiam ſe inueniſſe in quibuſdā ſcripturis Io.An.poſt
publicationem huius glo.ſibi ita reſpondiſſe, vt hic plenius
per ipſum Zaba.qui etiam hic dicit, ꝙ ſi perlatus licet ad no-
uē annos, & finito nono anno locet ad nouem alios annos
inchoandos a fine primæ locationis, tunc ex quo fit in frau-
dem huius cle.nō valet.ad quod c.quanto, de priuil. & vide
no.ſ.in glo.prox.& ff.de leg.2.l.codicillis, §.inſtituto.& per
Lap.in alleg.12.quæ eſt in tit.de loc.& vide ibi: ſi autem vē-
dat aliquis fructus alicuius caſtri pro quatuor annis pro cer
ta quantitate pecuniæ, bladi, vel alterius ſpeciei, tunc cōclu-
dit hic Lau. quòd hoc caſu ſi emptor erat obligatus multis
creditoribus, quòd ſatisfaciendum eſt primis creditoribus,
nec venditor præfertur, cum fructus efficiantur emptoris,
& ipſe emptor certam partem in fructibus non retinuit, ar-
gum.c.tua, de deci.

Secundò concludit, quòd ſi venditor ex dicto contractu
perdidit vltra dimidiam partem, quòd recuperat tunc reme
dio l.2.C.de reſcin.ven. Ad quod gloſ.in l.ſi in venditione.
§.j.ff.de bon.auth.iudi.poſſ. & hoc niſi venditor ſciens rem
maioris valoris ſcienter dederit pro minori, vt quotidie in
inſtrũis conſueuit apponi, tunc ſibi imputari debet, arg.reg.
ſcienti, de reg.iur.lib.6. & ęſtimari debet quātum ipſe veri-
ſimiliter percipere potuiſſet, ceſſante læſione.

Tertiò cōcludit, quòd emptor vltra tempus quatuor an-
norum non habet ius retentionis ex eo, quòd venditor nō
attendit, quòd ſibi promiſit in faciendo fructus recolligere,
nec auditur, maximè ſi non ſoluerit quod promiſit, arg.l.1.
§.quod ait.ff.de ſuperficieb.ſed bene agit de euictione con-
tra venditorem, vt in cap.fin. de emp.& vendi. vt refert hic
Franc.de Zaba.& Ioan.de Imo.

REPETITIO
IN CLEMENT. SI VNA.
DE REB. ECCL. NON ALIEN.

Clariſſimi I. C. D. Aegydij Bellameræ.

SVMMARIVM.

1 *Plures eccleſię pro vna permutari poſſunt.*
2 *Eccleſia comprehendit omne beneficium eccleſiaſticum ſaltem inferius abbatia.*
3 *Ea noſtra facimus, quibus auctoritatem impertimur.*
4 *Epiſcopo licet donare ſine conſenſu capituli, remiſſiuè.*
5 *Eccleſię poſſunt pertinere ad monaſteria multis modis.*
6 *Differentia eſt inter vnionem, & donationem.*
Et quare.
7 *Eccleſia donata ſemper ſubijcitur loco, cui donatur.*
8 *Vnio fit per modum principalitatis.*
Item æqualitatis.
9 *Epiſcopus cum capitulo poteſt religioſo loco donare eccleſiam ſecularem, vel de ſeculari facere regularem etiā inuitis clericis ibidem manentib.*
10 *Defenſor ab homine, non à lege conſtituitur, remiſſiuè.*
11 *Aliqua ſunt licita ad tempus, quę non in perpetuum, remiſſiuè.*
12 *Epiſcopus poteſt vnire, conſentiente capitulo.*
Item donare.
13 *Neceſſe non eſt rectorem vocari, & ibi ratio.*
14 *Vnionem fieri de beneficio vacante.*
15 *Alienatio non dicitur fieri, ſi vna eccleſia in aliam transfertur, remiſſiuè.*
16 *Epiſcopus non poteſt vnire menſa ſua, vel capitulo.*
17 *Vbi tractatur de commodo pecuniario, quis non poteſt auctorizare in facto ſuo.*
18 *Differentia eſt inter commodum pecuniarium, & non pecuniarium, remiſſiuè.*
19 *Termini relatiui non poſſunt eſſe, vel fundari in eodem ſuppoſito.*
20 *Donator, & donatarius non poſſunt eſſe unum, & idem.*
21 *Legatum hęredi a ſemetipſo dari non poteſt, remiſſiuè.*
22 *Non poteſt quis eſſe ſibi obligatus, remiſſiuè.*
23 *Nemo vicem plurium compaſſibilium ſimul gerere poteſt, remiſſiuè.*
Prætor non poteſt ſe dare iudicem, neque tutorem, remiſſiuè.
24 *Vnio, de qua hic tractatur, debet fieri cum aliquali cognitione cauſæ, remiſſiuè.*
25 *Nemo poteſt eſſe iudex in cauſa ſua.*
26 *Conſul, qui vult, & debet manumittere cum cauſa, corā ſe allegare nō pt.*
27 *Quis ſicut non pt pſtare auctoritatem ad cōmodū ſuum, ita nec cōſenſum.*
28 *Actus auferens commodum non poteſt fundari in eo, cuius eſt conſenſus de neceſſitate requirendus.*

29 *Filiusfa. non poteſt donare cauſa mortis patri, eius filio, vel eius ſeruo.*
30 *Conſenſus patris neceſſarius eſt in donatione cauſa mortis, quam facit filiusfam. remiſſiuè.*
31 *Epiſcopus vtrum poſſit vnire beneficia deuoluta.*
32 *Ius conferendi Epiſcopo competens non debet ſine facto ſuo ab ipſo auferri.*
33 *Epiſcopus licèt perdiderit ius conferendi quantum ad titulum; non tamen ius vniendi quantum ad proprietatem.*
34 *Epiſcopus poteſt facere deuolutè commendam.*
35 *Epiſcopus an poſſit vnire beneficium reſeruatum.*
36 *Epiſcopus ſicut non poteſt conferre, ita nec vnire.*
37 *Beneficium primum poteſt exprimi in præiudicium expectantis dummodo in fraudem eiuſdem non fiat.*
38 *Papa reſeruando ſimpliciter non videtur impedire diſpoſitiones, quæ fiunt ob euidentes neceſſitates, & vtilitates eccleſiarum. remiſſiuè.*
39 *Inhibitio teſtatoris circa alienationem vim habet decreti, propter hoc alienatio ex cauſa neceſſaria nullatenus impeditur.*
40 *Reſeruatio non impedit vnionem, immo poteſt fieri vnio; ſed non ſortitur effectum pro illa vice. & ratio ibidem.*
41 *Beneficium an poſſit vniri non obſtantibus expectantibus.*
42 *Papa ſi poſt vnionem, & ante vacationem reſeruat beneficium nulla facta mentione de vnione, reſeruatio operabitur ſuum effectum. & differtur effectus vnionis pro illa vice. & quare ibidem, & nunquid ſit verum.*
43 *Reſeruata non poteſt ſortiri effectum, niſi in caſu vacationis.*
44 *Beneficium vnitum non poteſt vacare, & quare.*
45 *Nemo videtur velle tollere illud, quod ignorat. remiſſiuè.*
46 *Archiepiſcopus an poſſit conferre ſede epiſcopali vac. cum conſenſu capituli ſui ſine licentia Papæ.*
47 *Legatus an poſſit vnire eccleſias collegiatas.*
48 *Legato aufertur poteſtas ordinandi, conferendi, vel diſponendi.*
49 *Ordinatio ſumitur pro vnione.*
50 *Legatus non poteſt priuare alium ſuo iure in perpetuum faciendo præiudicium remiſſiuè.*
51 *Epiſcopus ſi non poteſt vnire ſine electorum conſenſu fortius nec legatus remiſſiuè.*
52 *Vocatio, & conſenſus patroni an neceſſariò requirantur.*
53 *Patronus patitur quandam quaſi capitis diminutionem per vnionem.*
54 *Patroni intereſt, ne eccleſia arroget in deteriorem exitum & quare.*
55 *Patronus quando perdat ius præſentandi, & ſpem alimentorum.*
56 *Conſenſus capituli requiritur ſi vnitur eccleſia collegiata. & quare.*
57 *Epiſcopus vnit beneficium viuente Papa, poſtea reſeruat, poſtea moritur ille, an vnio poſſit ſortiri effectum non obſt. reſeruatione, vel an Papa poſſit in vim reſeruationis prouidere.*
58 *Epiſcopus an poſſit cum capitulo ſtatuere in præiudicium expectantium quòd præbenda accepta, vel non acceptata; ſed ſub gratia expectantis cadens, & acceptanda habeat ſecum ordinem annexum.*
59 *Vnio facta de beneficio deuoluto, vel reſeruato valet pro tempore poſt ſequente.*
60 *Nemo poteſt vnire eo tempore, quo non poteſt conferre; ſed intelligitur in præiudicium deuolutionis, vel reſeruationis, ſeu pro illa vice.*
61 *Papa poteſt præiudicare expectanti.*
62 *Epiſcopus cognoſcit de cauſa eccleſia.*
63 *Tutor præſtat auctoritatem pupillo adeundi hæreditatem debitoris ſui.*
64 *Pupillus obligatur tutori auctoritate ipſius, & quomodo ſit intelligendum.*
65 *Multa licent per conſequentiam, quæ non principaliter. remiſſiuè.*
66 *Præſes filiusfa. apud ſeipſum emancipari poteſt, & in adoptionem dari.*
67 *Præſes poteſt apud ſe filium emancipare, adoptare.*
Item manumittere ſeruum.
68 *Quis ſubit vicem plurium in voluntaria iuriſdictione ſecus in contentioſa.*
69 *Nemo poteſt auctorizare in facto ſuo in his, quæ ſunt voluntariæ iuriſdictionis, vt ſunt contractus. &c.*
70 *Nemo auctorizat in facto ſuo, vbi agitur de commodo, vel alio actu, in quo poteſt cadere, & inſurgere ſuſpitio.*
71 *Nemo dare poteſt ſe tutorem, & quare.*
72 *Epiſcopus dato defenſore ſede vacante alienat, & auctoritatem præſtat.*
73 *Auctorizans quis dici poteſt, quando vicem plurium gerit, ex pluralitate iurium, quæ ſunt in eadem perſona, quæ habent, ac ſi eſſent in diuerſis. Variæ diſtinctiones ibidem habentur circa ſupradictum notabile.*
74 *Impoſſibile eſt, quòd vna perſona ſint plures. remiſſiuè.*
75 *Vnio ſi concedatur, quænam abſurda ſequantur, & eius reſponſiones.*
76 *Vnio ad hoc vt habeat locum, debet fieri cum cauſa.*
77 *Vnio vnius eccleſiæ alteri quòd non fiat ſede vac. quænam oppoſitiones oriantur, & ſolutiones ad ipſas.*
78 *Durabilius eſt quod fit cum ſolennitate, quàm quòd fit ſolenniter, & ſimpliciter.*
79 *Vnio fit propter vtilitatem eccleſia.*
80 *Defenſor in vnione datur eccleſiæ, vt melius vtilitas eccleſiæ procuratur.*
81 *Legitimare plus eſt quàm adoptare.*
82 *Principalis actus eſt ipſa legitimatio.*
84 *Legitimare, quod alij, & non ſibi ſuccedat, eſt facere ex parte legitimum, & ex parte illegitimum.*
85 *Perſona filij eſt eadem cum perſona patris, & quomodo intelligi debeat.*
86 *Tabellio an poſſit conficere inſtrumentum per ſe de facto ſuo.*
87 *Creditur notario conficienti inſtrumentum alterius tabellionis de aſſumptione ipſius per iudicem, ſed fieri debet fides per inſtrumentum alterius tabellionis.*
88 *Tabellio eſt teſtis.*
89 *Nemo poteſt eſſe teſtis in inſtrumento ſuo.*
90 *Donatio an valeat vltra quinque aureos ſine confirmatione.*
91 *Notarius an poſſit ſcribere manu ſua teſtamentum ſuum teſtibus adhibitis, & publicare.*
92 *Mulieres, & minores, cum prohibeantur vendere ſine conſenſu agnati vel cognati magis proximi ſtatutis, & ordinamentis ciuitatum, an poſſint vendere agnato, vel cognato. & dicitur quod non.*
93 *Pater non poteſt conſentire, vt filius donet ſibi cauſa mortis.*
94 *Abbates, ad quos ſpectant eccleſiæ pleno iure, an poſſint eas vnire. & tenetur quòd non, & ibi ponitur ratio.*
95 *Epiſcopale eſt poſſe vnire eccleſias pleno iure.*
96 *Abbates an poſſint præſcribere poteſtatem vniendi.*
97 *Non poteſt præſcribi poteſtas vniendi contra epiſcopum, cum hoc tantum ad illum pertineat.*
98 *Quælibet eccleſia debet habere proprium rectorem.*
99 *Vnio permittitur tantùm ratione paupertatis, & iuſta cauſa diſpenſationis tamen.*
100 *Diſpenſatio permittitur epiſcopis.*
101 *Epiſcopus eſt præordinator in cunctis.*
102 *Vnaquæque parochia regenda eſt ſub ordinatione epiſcopi.*
103 *Prioratus per ordinarios vniuntur, non autem per Abbates.*
104 *Inſtitutio auctorizabilis non poteſt ad inferiorem epiſcopo ex quacumque conſuetudine pertinere.*
105 *Monachi quantocunque tempore eccleſias tenuerunt, non cenſentur vniſ, niſi aliàs conſtet, quòd ritè vnitæ fuerunt.*
106 *Abbates poſſunt amouere priores, quia illa poteſtas diſponendi pro libitu voluntatis eſt ipſis abbatibus de iure conceſſa.*
107 *Abbates non poſſunt duo, vel plures prioratus vni committere.*
108 *Quilibet prioratus debet habere proprium priorem.*
109 *Inferiores poſſunt præſcribere poteſtatem vniendi contra epiſcopum, & hoc quomodo ſit intelligendum.*
110 *Poteſtas vniendi de iure communi inferioribus non competit.*
111 *Poteſtas permutandi beneficia, quæ licèt de iure ad ſolum epiſcopum pertineat, tamen eſt præſcriptibilis per inferiores contra epiſcopum.*
112 *Epiſcopus an poſſit præſcribere, vel an poſſit epiſcopo de præſcripta conſuetudine competere, quòd abſque conſenſu ſui capituli poſſit eccleſiam alteri donare.*
Item vel vnire.
113 *Semel Deo dicatum non debet redire ad humanos vſus.*
114 *Vnio propriè non dicitur alienatio. & ratio.*
115 *Solennitates in alienatione requiſitæ non ſunt neceſſariæ in vnione, niſi in quantum reperitur expreſſum in iure.*
116 *Epiſcopus pòt præſcribere, vt ſine capitulo poſſit iuriſdictionẽ exercere.*
117 *Epiſcopus ſine conſenſu capituli pòt beneficia conferre rõne pſcriptionis.*
Item electus confirmare.
118 *Epiſcopus non poteſt alienare ſine capitulo ratione præſcriptionis.*
Item in perpetuum dare.
Item donare.
119 *Capitulum non poteſt præſcribere poteſtatem vniendi ſine conſenſu epiſcopi à maiori ad min.*
120 *Abbas non vr, quòd poſſit plus præſcribere ptãtem vniendi, quàm capitulum.*
121 *Capitulum præſcribit poteſtatem vniendi cum conſenſu epiſcopi, ſecus ſine conſenſu.*
122 *Epiſcopus ſolus ſine conſenſu capituli poteſt eccleſias diuidere.*
Item vnire.
123 *Poteſtas vniendi eſt iuriſdictionalis, & per conſequens eſt præſcriptibilis remiſſiuè.*
124 *Difficilius eſt, quòd ſubditi præſcribant contra ſuperiorem, quàm quòd ſuperior præſcribat contra ſubditos.*
125 *Inferior contra epiſcopum præſcribit.*
126 *Maius, & fortius reputarunt antiqui præſcribere conſilium, quàm conſenſum*
127 *Epiſcopus præſcribit poteſtatem vniendi, abſque conſilio capituli ſui.*
128 *Subditi poſſunt præſcribere vnionem.*
129 *Conſuetudo vniendi eſt eccleſiæ oneroſa, & pernicioſa, maximè quia prælati eſſent proni ad hoc. remiſſiuè.*
130 *Præſcriptio non currit ſine bona fide. remiſſiuè.*
131 *Epiſcopus non debet ignorare iura.*
132 *Faciendo contra iura committitur mala fides.*
133 *Epiſcopus cum in cæteris actibus teneatur de iure requirere conſilium capituli, an teneatur illud ſequi.*
134 *Laycus an poſſit dare decimam, quam tenet in antiquum feudum epiſcopo.*
135 *Prælatus, cui ſubeſt eccleſia in vnione facienda, vocandus eſt.*
136 *Patronus itidem vocandus eſt, quia eius conſenſus eſt neceſſarius.*
137 *Rector cur non vocetur in vnione facienda, hic habetur.*
138 *Alienatio rerum eccleſiarum prohibetur fieri inuito rectore.*
139 *Suppreſſio eſt grauior, quàm diminutio.*
140 *Præiudicium non fit rectori in vnione, in alienatione verò ſibi præiudicatur, & ideo in alienatione, & non in vnione eius conſenſus requiritur.*
141 *Epiſcopus non poteſt alienare ſub conditione, vt valeat poſt mortem rectoris ſine eius conſenſu. remiſſiuè.*
141 *Initium inſpicitur in contractibus. remiſſiuè.*

43 Cultus diuinus, nec nõ numerus ſeruorum diminuitur per ſubtractionem, ſeu diminutionem redditum vnius beneficij, & ſic defraudatur inten tio fundatoris. & ibidem ponitur ratio.

144 Vnum beneficium quando vnitur alteri, debet ſicut prius in vnito deſeruiri.

145 Ius quæſitum facilius retinetur.

146 Præiudicium in vnione non fit perſonæ tenenti, remiſſiuè.

147 Præiudicium euidens fit beneficiato, & beneficio in ſubtractionem partis beneficij, nec poſſum dare iſti, quin auferam alij.

148 Diuinus cultus, ſeu diuinum officium per vnionem multum diminuitur, & beneficium minus bene regitur, ſeu adminiſtratur.

149 Grauior eſt ſuppreſſio, quàm diminutio reſpectu beneficij, vel dignitatis, ſed reſpectu ipſius intitulati grauior eſt diminutio, quàm ſuppreſſio.

150 Diminutio fit in præiudicium intitulati.

151 Miſſio in poſſeſſionem per contumaciam fieri non poteſt, niſi vocato recto re, vel data defenſore. & ibidem ratio aſſignatur.

152 Suppreſſio ſemper cenſetur fieri, vt operetur effectũ poſt ceſſum, vel deceſſum intitulati, remiſſiue.

153 Defenſor non datur in ſuppreſſione, vel vnione.

154 Defenſor datur in diuiſione, vel alienatione.

155 Vnio eccleſiæ quomodo fieri poteſt rectore non vocato.

156 Rector in reuocatione vnionis reuocandus eſt.

157 Epiſcopus in inferioribus eccleſ. ſeu benefic. eſt viſitator, & defenſor. Vnde eis vacantibus agit, & defendit nomine earum.

158 Epiſcopatu vacante, nec capitulum, nec admittitur alius ad agendum, niſi daretur viſitator, remiſſiuè.

159 Papa ſolemnius procedit quoad reuocationẽ vnionis, ne ſcilicet notari poſſet de ſubita mutatione.

160 Vnio poteſt dari ſede vacante, quia vnio fit ex cauſa, remiſſiuè.

161 Defenſor quando dandus ſit.

162 Defenſor cur ſit neceſſarius in ſubtractione, vel alienatione alicuius rei, vel partis eccleſiæ, & non totius.

163 Epiſcopus poteſt ex iuſta cauſa conſentiente capitulo vnire vnam eccleſiã alteri eccleſiæ, & loco religioſo donare etiam inuitis rectoribus eccleſiarum, & etiam vacantibus ipſis eccleſiis.

164 Differentia ponitur a glo. inter alienationem rerum eccleſiæ, in qua defenſor requiritur, & vnionem, ſeu donationem eccleſiæ, quæ ſine defenſore perficitur, ponunturque rationes eodem loco.

165 Præiudicium eccleſiæ non paratur per vnionem, immo quandoque eius defectus ſuppletur.

166 Conditio non valet appoſita in perpetuum ne quis diſcedat à liberis, ſed ad tempus impoſita valet.

167 Epiſcopus, & capitulum an poſſint in præiudicium expectantium ſtatuere, quòd præbenda ſimplices ordinem annexum habeant.

168 Qui poteſt totum, poteſt partem.

169 Qui poteſt maius, poteſt minus.

170 Defenſor nõ datur, vbi tractatur de beneficio, vel dignitate vacante vniẽda, vel ſupprimenda, quia ſufficit conſenſus omnium illorum, de quorũ conſenſu fuit inſtituta, nam illorum ſolum intereſt.

171 Defenſor datur quando agitur de diminutione.

172 Dignitas imminuta ſemper remanebit facta diminutione.

173 Vbi lemnus prohibetur, grauius indulgetur.

174 Vacans præbenda diminuitur ſine defenſoris datione.

175 Conſenſus capituli, & auctoritas epiſcopi ſufficiunt in diminutione præbendæ.

176 Defenſor deberet dari in præbenda collegiata, vel vocari collegium, vel fortè vtrunque.

177 Epiſcopi pro ſe non poſſunt cenſum imponere.

178 Quod eſt ſingulorum, non eſt capituli.

179 Pars neceſſariò eſt vocanda in quocunque actu, qui poteſt eſſe præiudicabilis.

180 Poſſeſſor non debet amoueri de ſua poſſeſſione eo non vocato.

181 Non audiuntur in iudicijs illi, quorum non intereſt.

182 Subreptio non poteſt allegari contra commiſſionem, quia eſt de mera, & ſimplici iuſtitia.

183 Sententię diffinitiuæ de iure non poſſunt ferri niſi partibus præſentibus, vel per contumaciam abſentibus.

184 Sententia ex edicto, & cum multis alijs ſolemnitatibus ferri debent, etſi aliter ferantur, non tenent.

185 Sententiæ cum feruntur minori ſolennitate, facilius reuocantur.

186 Sententia non debet ferri ſub conditione, & tamen lata tenet, remiſſiuè.

187 Sententia ſcienti ſolum nocet à tempore ſcientiæ, appellari debet, alioquin ex tunc præiudicat.

188 Qui debet appellare, & non appellat, poſtea non auditur.

189 Ille, cuius non intereſt, non eſt audiendus.

190 Lata culpa in iudicijs dolo non ęquiparatur pro eo, quòd ibi requiritur verus dolus, & per conſequens vera ſcientia.

191 Excommunicatio non debet ferri, niſi pro peccato mortali.

192 Excommunicatio lata à canone dolum neceſſario præſupponit & ibi ratio.

193 Scientia, atque dolus de facili præſumitur propter coniunctionem perſonarum.

194 Ignorantia non excuſat à pœna, nec à culpa in his, quæ publicè fiunt.

195 Quis non præſumitur ignorare rem ſuam, vel qualiter res ſuo agatur, remiſſiuè.

196 Citatio facta in loco beneficij curati tenet, quia beneficiatus ibi tenetur facere reſidentiam perſonalem.

197 Probationes luce clariores requiruntur in criminalibus, remiſſiuè.

198 Fictio, vel retrotractus non habet locum de extremo ad extremum, ſi ſtatus rei medio tempore ſit mutatus, remiſſiuè.

199 Papa in dubio, non eſt veriſimile, quòd velit tollere per quæcunque verba quantuncunque generalia ius alteri iam quæſitum etiam ad rem, niſi de illo ſibi facta fuerit mentio.

200 Prioratus animarum curã habentes non niſi habenti completum annum vigeſimum conferri non poſſunt, remiſſiuè.

201 Ea, quæ magis ſolemniter, & deliberatè fiunt, difficilius reuocantur.

202 Poſitio per iuramentum adiurata, ſeu confeſſio inde reſurgens non poteſt reuocari.

203 Diſpenſatio vitioſa in parte, cenſetur vitioſa in toto, remiſſiuè.

204 Camerario quando, & in quibus ſit credendum.

205 Officia non debent permiſceri, remiſſiuè.

206 Camerario non debet credi in his, quæ ſunt iure diuerſa, æquitati, & iuſtitiæ contraria.

207 Papa, non eſt veriſimile, quòd velit auctoritatem impertiri in his rebus, quæ ſunt iure diuerſa, æquitati, & iuſtitiæ contraria.

208 Papa, non eſt veriſimile, quòd velit infringere voluntatem teſtatoris.

209 Nemo tenetur inuitus carere propria habitatione, & eam vendere, vel locare, remiſſiuè.

210 Quilibet in re propria debet eſſe moderator, & arbiter, remiſſiuè.

211 Camerarius præponitur aſſignatoribus, & cenſetur magiſter eorundem.

212 Aſſignatio ſi fuiſſet facta per Papam, non eſſet literis ſuis maximè ſine alia miſſione credendum.

213 Papa, non eſt veriſimile, quod in dubio voluntati teſtatorum derogare velit, remiſſiuè.

214 Facilius impediuntur contrahenda, quàm dirimantur iam contracta, remiſſiuè.

215 Donatio non valet inter patrem, & filium in poteſtate retentum, item nec inter virum, & vxorem, & ſic nec inter epiſcopum, & capitulum, quia epiſcopus cenſetur pater, & maritus, & capitulum, filius & vxor.

216 Donatio inter virum, & vxorem præiudicat venientibus ab inteſtato.

217 Egeſtas capituli reſpiciens cauſam, non tollit canones reſpiciẽtes formam, ſeu ſolennitatem.

218 De natura rationis iuris eſt ampliare ius in re.

219 Ratio vbicunque habet locum, ibi lex ſimiliter, & conſtitutio, remiſſiuè.

220 Illud, quod eſt ex ratione legis, dicitur eſſe ex mente.

221 Id, quod eſt ex mente legis, dicitur ex lege, remiſſiuè.

222 Temerarium non eſt in varietate opinionum adhærere vni opinioni, remiſſiuè.

223 Facta non debent retractari communi opinione.

224 Interpretatio doctoris eſt probabilis, & non neceſſaria.

225 Conſuetudo vbi damnatur non ſolum præterita damnantur, ſed etiam de nouo inducenda.

226 Dos prius eſt conſtituenda, quam creetur beneficium, ſeu conſtituatur, remiſſiuè.

227 Tutor non poteſt principaliter auctoritatem pręſtare in re ſua, remiſſiuè.

228 Epiſcopus, & capitulum an poſſint vnire eccleſiam dignitati, quę habet eis redditus miniſtrare.

229 Epiſcopus, & capitulum poſſunt ſupprimere dignitatem, et fructus eccleſię alijs applicare, ſibi tamen, vel eorum alteri applicare non poſſunt.

230 Dominium indirectè acquiritur capitulo in vnione, vel ſuppreſſione prębendę.

231 Tractatus an requiratur in vnione, ſicut in alienatione.

232 Vnio cenſetur alienatio, remiſſiuè.

233 Facilior eſt tranſitus in habentibus ſymbolum, remiſſiuè.

234 Tractatus in vnione an ſit expediens, & honeſtus?

235 Tractatus in vnione an ſit de ſubſtantia, ſeu de forma ſolenni, & neceſſaria: dicitur quòd non vbi ratio ponitur.

236 Vnio quando non cenſeatur eſſe alienatio.

237 Vnio facta ex certis cauſis illis non exiſtentibus veris an ſit ipſo iure nulla, ſeu potius veniat reſcindenda, ſeu annullanda.

238 Alienatio minoris propter falſitatem cauſę nulla eſt ipſo iure, remiſſiuè.

239 Deffectus cauſę reddit alienationem nullam, remiſſiuè.

240 Obreptio, vel ſubreptio vitiat impetrationem gratiæ ipſo iure.

241 Obreptio, vel ſubreptio vitiat impetrationem venię gratis, & ibi ratio ponitur.

242 Impetratio gratię, ſeu venię ętatis non prodeſt, niſi probanti cauſas eſſe veras.

243 Diſpenſatio non valet ex falſa cauſa, remiſſiuè.

244 Falſitas cauſę non reddit vnionem nullam, ſed annullandam. & ibi ratio.

245 Falſitas cauſę non impedit tranſlationem dominij ex quocunque contractu fiendam ſaltem ipſo iure.

246 Falſitas cauſę, vel deffectus iuſtitię dum tamen ſeruata ſit forma, non reddit alienationem rei eccleſię ipſo iure nullam.

247 Falſitas cauſę non reddit diſtinctionem ipſo iure annullam, remiſſiuè.

248 Subreptio nõ reddit reſcriptum ipſo iure nullum, ſed ſolum ope exceptionis, remiſſiuè.

149 Falſitas cauſę in alienatione, & diſpoſitione, quę fit cum decreto, impedit decretum ipſo iure, remiſſiuè.

250 Decretum ſuperioris non requiritur in vnione, ſicut nec in alienatione rei eccleſiaſticę, remiſſiuè.

251 *Decretum, & quamis interlocutoria non obſtante falſitate cauſæ valet ipſo iure remiſſiuè.*

252 *Sententia lata ex falſa cauſa eſt ipſo iure nulla, remiſſiuè.*

253 *Veritas cauſæ eſt eſſentia actus, &c.*

254 *Defectus, ſeu falſitas cauſæ afficit alienationem rei eccleſiaſticæ ipſo iure.*

255 *Papa cõmiſit executori, cum peteretur fieri vnionem ex certis cauſis, quod de cauſis diligenter inquireret, et ſi reperiret eas veras ad vnionem procederet, prout de iure fuiſſet procedendum. Executor vero poſtea referens ſe cognouiſſe de cauſis, & eas reperiſſe eſſe veras, proceſſit ad vnionem, poſtea ille, cuius intereſt vnionem impugnans, dicit cauſas falſas ex hoc petens vnionem declarari nullam; vel ſaltem per ſententiam reuocari, an tali executori ſuper veritate cauſarum ſit credendum.*

256 *Omnia, quæ ſunt de directò neceſſaria ad fundandum ius, & intentionem agendi, vel defendendi maximè affirmatiuè prolata, ſunt probanda. Idem in negatiuis.*

257 *Poſſeſſor excipiens ſuam exceptionem, oportet, quòd probet plenè ita quod præſumptio, vel ſemiplena probatio rei excipiatur aliàs plenam actorum probationem aliquo modo non enumeraret, remiſſiuè.*

258 *Reus in ſua exceptione eſt actor, remiſſiuè.*

259 *Impetratio eſt ſubreptitia, ſi epiſcopus, cuius menſæ per Papam tunc viuentem, vel eius prædeceſſores, fuerunt factæ plures vniones, impetret à Papa aliam vnionem non facta mentione de alijs.*

260 *Verba in dubio ad veritatem rei, non ad eius ſtatum, vſum, vel poſſeſſionem, ſeu communem opinionem, vel famam referenda ſunt, remiſſiuè.*

261 *Verbum ſit. eſt verbum ſubſtantiuum, quod refert ſe ad veritatem, & ſubſtantiam rei, remiſſiuè.*

262 *Officium tanquam dignum trahit ad ſe in dubio canonicatum, & præbendam, remiſſiuè.*

263 *Reus actore ſuam intentionem non plenè probante, abſoluitur, remiſſiuè.*

264 *Nemo probat hoc eſſe, quod ab hoc veriſimile contingit abeſſe, remiſſiuè.*

265 *Illud, quod eſt pars, ſeu pertinentia alterius beneficij per ſe beneficium dici non poteſt.*

266 *Dubia probatio non releuat probantem, remiſſiuè.*

267 *Communis opinio ſeu fama quando conſtituit aliquem poſſeſſorem alicuius qualitatis, vel libertatis, vel ſeruitutis, vel ſimilium, tunc transfert onus probandi in aduerſarium ex Bart. ibidem relato.*

268 *Concurrentibus duobus pro parte, vna videlicet fama, & poſſeſſio, transfertur onus probandi in aduerſarium.*

269 *Negatiua habens pro ſe præſumptionem veriſimilem, transfert onus probandi in alium, remiſſiuè.*

270 *Reus negans diuiſionem habet præſumptionem pro ſe ex poſſeſſione, continuatione, & fama.*

271 *Vbi inter aliquas partes de certa qualitate dubitatur, ſi vna pars ſit in poſſeſſione illius qualitatis, alteri parti onus probãdi incumbit, remiſſiuè.*

272 *Pronunciatio ſe extendit ad cõſequens conſequentia neceſſariũ, remiſſiuè.*

273 *Epiſcopus an de conſenſu capituli de vna bona, & pingui eccleſia vacante ad collationem poterit duo beneficia facere ſic quod nepoti ſuo, quem vult à labore curæ qualiter excuſare, det omnes fructus, & pro ueatus imponenda ſibi nomen prioris, vel quodcunque aliud, Vicario verò aſſignando congruam portionem, &c.*

274 *Vna eccleſia debet eſſe vnius rectoris, non plurium, remiſſiuè.*

275 *Omnia circa immutationẽ antiqui ſtatus eccleſiarum ſunt prohibita, quæ non ſunt expreſſè conceſſa, remiſſiuè.*

276 *Duobus exiſtentibus, quorum vnus percipit omnes prouentus, & omnia onera ſubſtinet, & vocatur prior excepta cura animarum, quam exercet Vicarius, & pro illa recipit certam portionem de prouentibus, & per alium præſentatur epiſcopo, & per epiſcopum inſtituitur, quæritur quis iſtorum dicatur habere curam.*

277 *Exercitium curæ, quam exercet Vicarius nomine alieno, non facit ipſum curatum, remiſſiuè.*

278 *Aliqua poſſumus alijs delegare, quæ auctoritate noſtra faciant, quæ non poſſumus nobis retinere.*

279 *Cura, quæ pertineret iure proprietatis abſque exercitio in habitu, & in actu beneficium curatum non faceret, remiſſiuè.*

280 *Epiſcopus an poſſit aliquid vnire temporaliter menſæ ſuæ.*

281 *Legatus de latere an poſſit dignitati epiſcopali vnire vnam parochialem eccleſiam illius diœceſis.*

282 *Legatus de latere non ſolum inhibetur conferre eccleſias collegiatas, imò etiam prohibetur de ipſis ordinare, vel diſponere quoquo modo.*

283 *Verbum ordinare accipitur pro omni actu circa rem exercendo.*

284 *Verbum ordinis debet trahi ad vnionem, remiſſiuè.*

285 *Epiſcopus poteſt alienare cum conſenſu ſui capituli, remiſſiuè.*

286 *Iuriſdictio epiſcopi eſt fauorabilior in ſua diœceſi, quàm legati, licèt legatus ſit ordinarius, remiſſiuè.*

287 *Legatus non poteſt alteram collationem, nec de loco religioſo facere collegiatum.*

288 *Legatus non poteſt inuitis canonicis dare licentiam plebanis permutandi inuicem plebes collegiatas, & ibi ratio.*

289 *Qui non poteſt conferre, nec poteſt dare poteſtatẽ, ſeu licentiam plebanis permutandi inuicem plebes collegiatas.*

290 *Solius eſt principis aliquem priuare iure ſuo, vel alteri præiudicare, remiſſiuè.*

291 *Legatus non poteſt ſimplices capellanias aliæ beneficij vnire, ſi per vnionem auferretur ius conferendi ordinario loci: & ibi ratio.*

292 *Legato non conceditur aliena in perpetuum præiudicium turbare, licèt poſſit iſta beneficia non collegiata vacantia conferre, & in hos ad tempus præiudicare, remiſſiuè.*

293 *Papa vniendo non vult alteri præiudicare.*

294 *Papa non vult alicui ius ſuum auferre, remiſſiuè.*

295 *Diſpoſitio perpetua fortior, & maior eſt, quam temporalis.*

296 *Caſtro cõceſſo in locatione ad quindecim annos cum aliquibus poſſeſſionibus eccleſiæ pertinens, cum poteſtate percipiendi, & exigendi omnes fructus ad penſionem annuam c. librarum, ſeu florenorum abſque ſuperioris auctoritate, vel abſque euidenti eccleſiæ pertinens vtilitate, an locatio ſit perſonalis, quæritur.*

297 *Locatio ad non modicum tempus conſtituit ius in re, remiſſiuè.*

298 *Tempus non modicum ſecundum vnam opinionem communiorem dicitur ad 10. annos, remiſſiuè.*

299 *Iudex debet arbitrari ſecundum iura, remiſſiuè.*

300 *Eccleſia non poteſt obligari per prælatum, niſi ex vtilitate euidenti remiſſiuè.*

301 *Locationes poſſunt fieri ad voluntatem contrahentium ad quantumcunque tempus, dummodo non vltra 30. annos fiant.*

302 *Legatus à latere an poſſit facere de ſeculari eccleſia regularem, ſeu religioſam, maximè non vocatis, vel non conſentientibus, ſed fortè contra dicentibus clericis illius eccleſiæ.*

303 *Epiſcopus diœceſanus an ſine auctoritate Papæ poſſit eccleſiam ſecularẽ ſibi ſubiectam facere regularem, vel econtra.*

304 *Epiſcopus quando poſſit dare quinquageſimam redditum ſuorum, vel fortè centeſimum.*

305 *Epiſcopus non põt accuſari de eo, quòd ædificauit templum Dei, remiſſiuè.*

306 *Monachi præeminent in contemplatione, clerici verò in prærogatiua.*

307 *Epiſcopus an poſſit vnire, ſeu concedere eccleſiam in ſingulares canonicos diuidendam.*

308 *Epiſcopus, & capitulum poſſunt ex cauſa dignitatem de eccleſia tollere fructus inter canonicos diuidenda, remiſſiuè.*

309 *Epiſcopus poteſt de menſa propria loco religioſo donare, etiam ſine conſenſu capituli, remiſſiuè.*

310 *Epiſcopus magis obligatur capitulo, quàm alio loco religioſo.*

311 *Differentia debet eſſe inter dantem, & accipientem.*

312 *Nemo auctorizat in negotio proprio, remiſſiuè.*

313 *Vnio principaliter procedit ab epiſcopo.*

314 *Exactio dotis facta à patre cedit in commodum filiæ, quod apparet, quia pater tenetur dotem ſic exactam filiæ conſeruare, &c.*

315 *Omne, quod confertur in tempus mortis alterius, quàm eius, cui debet commodum applicare, videtur conditionem habere.*

216 *Conditio, quæ tanta non eſt, actum conditionalem reddit, remiſſiuè.*

317 *Exiſtentia conditionis reſpectu diuerſorum diuerſos operatur effectus, remiſſiuè.*

318 *Diſpoſitio Papæ tollens gratias de non reſidendo perſonis factas, non tollit eas, quæ factæ fuiſſent eccleſiis.*

319 *Falſitas cauſæ an vitiet vnionem ipſo iure, remiſſiuè.*

320 *Vnio ſi à Papa impetrata fuiſſet cum aſſertione falſæ cauſæ, clarum eſſet, quòd talis falſa aſſertio induceret ſubreptionem.*

321 *Vnio non eſt facienda niſi ex iuſta cauſa.*

SI vna. Breuis eſt, & diuiditur in duas, & partes patent.

Expone literam. Si vna. Idem ſi plures. ar.
1 de ſta. regula. ne in agro. §. ad hæc ſic. † &
plures ꝑ vna permutari poſſunt, de excep.
cũ venerabilis. Paul. eccleſia. ſ. tota, vt in gl.
2 † & comprehendit omne beneficium Eccleſiaſticum ſaltem
inferius abbatia, de verb. ſigni. tua, quia vbiq; eſt eadem ratio
præbendæ, idem ſi præbenda vniatur dignitati etiam in
eadem eccleſia, cum tunc nihil vniatur epiſcopi, vel capituli.
facit Cle. ſi iuſta. de præbend. & cap. 1. de conſuet. lib. 6.
& de præbend. cum 1. eod. lib. Paul. per epiſcopum, vel eius
3 auct. de don. cõſultationibus, † ea enim noſtra facimus quib.
auth. impartimur. C. de vet. iur. enucl. l. j. cõſentiẽte expreſſè
ex quo eſt perpetua. Vnde nõ ſufficit cõſenſus tantus per
id, quod not. de his, quæ fi. à prælat. c. continebatur, & facit
quod ſcripſi. ſ. Cle. 3. circa tertium notabile. In donatione
verò xl. vel centeſimæ partis. non eſt neceſſarius conſen-
4 ſus capituli, † quia licet epiſcopo donare ſine conſenſu capi
tuli iuxta formã. c. apoſtolicę. de dona. & quod ibi nn. Hoſt.
Vniatur, & idem in ditione Symon, & tunc capellæ ſubiectæ
eccleſiæ vnitæ tranſeunt in poteſtatem ſecundæ ſecundum
Vinc. all. Inſtit. de adopt. §. illud. Pau. & nec curo an
per modum acceſſionis, vel qualitatis cum ſit vtroque caſu
5 eadẽ ratio in religioſo † quod multis modis poſſunt eccleſiæ ad
monaſteria pertinere. not. de præbend. de monach. Symo.
nec curo vtrum locus ſit religioſus ratione profeſſionis alicuius
ordinis approbati, vel alias eccleſiaſticus atq; ſecularis,
cùm tex. ad religionẽ ordinis approbati referri videat,
6 eo quod plurimũ in huiuſmodi locis religioſis fit talis vnio † In-
7 ter vnionem tamen, & donationẽ eſt differentia; quia † eccleſia

cleſia donata ſemper ſubijcitur loco, cui donatur. de relig.
8 do.cap.2.Sed ſecus in vnione, † quæ fit per modum princi-
palitatis,vel ęqualitatis: quod dic, vt in cap. 1. ne ſe.vac. &
per Pau.in Cle.cũ rõne.de elect.& ex iſto textu põt argui ſe
9 cundum ſermonem,ꝙ † epiſcopus cum capitulo põt religio
ſo loco donare eccleſiam ſecularē, vel de ſeculari facere re-
gularem ēt inuitis clericis ibidem manentibus. Et ſic hic vř
approbari opinio Io.quam ponit.12.q.2. ſi epiſcopus.in gl.
quæro.& reprobari opinio Ber.& Goff.& Vinc. quã ponũt
eo.tit.poſſeſſiones,& no.etiam hoc per Inno. ſ̃.vt eccleſia-
ſtica beneficia.c.vt noſtrum.ſecundum Mathęum. Sed iſta
Clem.non probat expreſsè,& patet ex rõne quæ hic not.in
glo.non extitit:Donetur.quid tranſeat in eccleſiam dona-
tariam hr̃ de donat.paſtoralis, & ibi de priuileg. paſtoralis.
10 not.per Inn.† Defenſor.ab homine non à lege conſtitutus,
de quo loquitur.ne ſed.vac.c.vlt.Pau. Impugnari.i.non re-
mouet, cũ ex alio capite poſſit impugnari videlicet ſi facta
ſit ſine cauſa,vel ſi facta ſit non vocato patrono,vt infra di-
cetur.Epiſcopus.idē eſt hodie de prælat.regul.ſ̃.de ſup.ne.
præl.quia regulares.Geſſ. Menſæ ſuæ dic in perpetuum,qa
ad tempus poteſt.Non obſ.ꝙ no.vt ec. benefi.vt noſtrum,
11 & de reſcript.ſi ꝑp lib.6. † Et ſic aliqua ſunt licita ad tēpus,
quæ non in perpetuum.ff.cõi diuid.l.in hoc iudicio.§.ſi cõ-
ueniat.& fa.quod no.infra in gl. videbatur irritum etiam ſi
adeſt conſenſus rectorũ, vel defenſoris.hic approbatur opi-
nio Inno.quam ponebat.ſ̃.vt ecc.benefi.vt noſtrum.in glo.
cum capitulo vltra medium in verb.idem licet.de exceſ.prę
lat. ſicut vnire decernimus.non ergo eſt iuris antiqui decla-
ratio;quia non dicit declaramus,ſicut fit alibi.ſ̃.c.prox.& ſ̃.
de elect.ſtatutum,& multis alijs.An præterita comprehen-
dat dicetur ſuper pe.glo. quamuis.i.quamcunque conſuetu
dinem , quia rationi contraria.
12 Nota primo † vnionem, & donationem fieri per epiſco-
pum conſentiente capitulo; ratio patet de his quæ fi.à prel.
cap.1.cap.tua,& cap.paſtoralis.de donat.paſtoralis,nam ſic
eſt in diuiſione.de pręb.vacãte,& c.dilecto,& ibi not.Hoſt.
13 Secundò nota † non eſſe neceſſe rectorē vocari;quoniam
ſine ipſius pręiudicio,vt hic nota.in glo.non extitit.quia ad
vitam eccleſia ſibi non aufertur,de donat. cõſultationibus.
Vnde quia ipſius non intereſt non auditur ad impugnatio-
nem,de elect.cum inter.2.q.6.non ſolent.
14 Tertiò nota † vnionem fieri de vacante. immo tunc me-
lius fieri poteſt. 16.q.1.& temporum. vt no.Inn.& Hoſt.ne
ſe.vac.cap.1.ſicut fructuum retentio. vt eccl. benefi. vt no-
ſtrum.in fi.ſic & præbendæ diuiſio,vt de præbend.vacante.
in fi.Iure eligendum cognitio,& ſimilia,de conſuetudi.cum
venerabilis.de elect. c. Cumana de in integ. reſtit.cap.1.de
verb.ſig.Abbate. Item cum ſit eccleſia in plura membra di-
15 ſperſa.7.q.1.Nouatianus,† non dicitur fieri alienatio,ſi vna
eccleſia in aliam transfertur. faciunt. ll. allegatæ in glo. de-
buiſſet.Vnde defenſorem dari non eſt neceſſe , & clarius &
melius dicetur ſuper glo. videbatur , quia eadem ratio eſſet
in alienatione rei eccleſiæ.Vnde iſta ratio non procedit. ex
his patet ratio primæ partis huius Cle.
16 Quartò nota, † ꝙ epiſcopus menſæ ſuæ, vel capituli non
poteſt vnire. ratio huius notabilis quantum ad menſam epi
17 ſcopi eſt multiplex; nam † vbi tractatur de commodo pecu
niario,quis non poteſt auctorizare in facto ſuo,concordan-
tiæ ſunt in glo.vt dicebat.Et notanter dixi, vbi tractatur de
18 commodo pecuniario,vt inferius declarabitur.Nã † eſt diſ-
ferentia inter commodum pecuniarium,& non pecuniariũ.
19 ff.de leg.1.l.planè.§. fi. Item † in eodem ſuppoſito non poſ-
ſunt eſſe,ſeu fundari termini relatiui,de bapt.cap.debitum,
20 de inſtu. c.fi.de iur.patr.per noſtras.vt † ꝙ idem eſſet dona-
21 tor,& donatarius. & ideo † legatum heredi à ſemetipſo da
22 ri non poteſt.ff.de leg.2.l.legatum.§.ſi hæredi. † neque po-
23 teſt quis eſſe ſibi obligatus.ff.de leg. 1.l. cũ filio, & ſic † quis
vicem plurium compaſſibilium ſimul gerere non poteſt.ff.
de pac.l.ſi plures,& fa.ff. de off.pręt.l.fi.vbi prætor non põt
ſe dare iudicem,neque tutorem.ff.de tuto.& cura.dat.l.prę
24 tor. Itē † iſta vnio debet fieri cum aliquali cognitione cau-
25 ſæ.10.q.2.c.1.& cap.hoc ius. Sed † quis non poteſt eſſe iu-
26 dex in cauſa ſua.facit adhoc.ff.de conſuet.l.vna.vbi † con-
ſul,qui vult,& debet manumittere eum cauſa coram ſe alle-
gare non poteſt, ſed corãm alijs debet: quantum ad mẽſam
27 capituli patet ratio ; nam ſicut † quis non poteſt præſtare
auctoritatem ad commodum ſuum ; ita nec conſenſum.
28 Ita ꝙ † actus auferens commodum non põt fundari in eo,
29 cuius eſt conſenſus de neceſſitate requirendus . Vnde † fi-
liusfam.nõ põt donare cauſa mortis patri,eius filio,vel eius
30 ſeruo,vt no.ff.de aucto.tu.l.1. quia † in donatione cã mor-
tis,quam facit filiusfa.patris eſt neceſſarius conſenſus. ff.de
donat.l.filius,& l.cum his. Item ſi iſta vnio menſæ epiſcopi,
& capituli poſſet fieri , vniones fiendæ cum fraude , & ſine
cauſa reciprocè facile ad inuicem conſentirent,& ideo dam
natur conſuetudo , quoniam hoc naturaliter tendit ad lu-
crum. C.arbi.tutel. l. ſi defunctus. ff. de muner. & hono. l.
cura.§.deficientium.ſi in prędictis eſſet poteſtas facilis eſſet
declarari a ratione in animæ detrimẽtum, & præiudicium,
& ſic patet declaratio ſecũdę partis Cle. & iſtud eſt bonum
notabile ſcientificum,& vtile.
His textualibus , & aliquibus notabilibus expeditis.
Opponitur primò cõtra primum notabile de cap.tuarũ.
de priuil.Vbi dicit à prædeceſſore collata , & non fit mẽtio
de cap. Solutio ibi nõ excluditur capituli conſenſus, & hoc
vult glo.notabilis.
31 Quæritur † nũquid epiſcopus poſſit vnire beneficia de-
uoluta.ad iſtam quæſtionem faciunt ꝙ ſie illa, quæ dicã in-
fra de beneficio reſeruato. & ꝙ non quæ dicam de cõſenſu
patroni,& capituli habẽdo.Et ideo dico ꝙ vnio poteſt fieri,
non tñ pro illa vice habebit effectum,qñ ille,pro quo eſt fa
32 cta deuolutio,poſſit cõferre, quia † ius conferendi ſibi com
petens nõ debet ſine facto ſuo ab ipſo auferri. ff. de reg.iur.
l.id ꝙ noſtrum.Et facit illud, ꝙ hic no. in gl.de rectore;nam
33 licet † eṗs perdiderit ius conferendi quantum ad titulũ, nõ
34 tñ ius vniendi quantũ ad proprietatē. Item † commendam
põt facere deuoluere,vt no.Guil.de elect.nemo.lib.6.ſimili
ter & vnionē ſi per ipſam melius conſulitur ſtatui eccleſiæ.
35 Secundò eodē modo põt dubitari † nunquid epiſcopus
vnire poſſit beneficium reſeruatum . Videtur ꝙ nõ de elec.
ſi eo tempore.lib.6.& fac.ꝙ no.Io.And.de præbē.ſi tibi ab-
36 ſenti.in gl.ſuper verbo perſonam, ꝙ ſicut † non poteſt con-
ferre,ita nec vnire.In contrarium fa. ꝙ no.in Cle. literas in
37 glo.non dicit.vbi patet ꝙ † beneficiũ primum poteſt expri-
mi in pręiudicium expectãtis,dũmodo in fraudem eius non
fiat , & tamen expectanti impoſita erat reſeruatio , & decre
tum,fortius hoc poteſt in præiudicium reſeruationis Papæ
38 nullius fauore ſpecialiter factę.Item † Papa reſeruando ſim
pliciter non videť impedire diſpoſitiones,quæ fiunt ob eui-
dentes neceſſitates,& vtilitates eccleſiarum,in Cle.prox.ſ̃.
conſtat aũt vniones ſic fieri, ſeu fieri debere de præben. ex-
poſuiſti.pro hoc facit in ſimili.ff.de leg.2.l.peto.§.prędium;
39 vbi ſi teſtator inhibet alienationē , eius † inhibitio vim ha-
bet decreti, ꝑp hoc alienatio ex cauſa neceſſaria nullatenus
40 impeditur.Dicit Sym.ꝙ† reſeruatio non impedit vnionem,
immo fieri poteſt vnio , ſed non ſortietur effectum pro illa
vice; quia Papa poteſt prouidere ; ſed ſortietur effectũ poſt
mortem eius, cui papa in vim reſeruationis cõſulerit. Et ſic
41 etiam dicendũ videtur in quæſtione, qua quæritur an † be-
neficiũ poſſit vniri non obſtãtibus expectationibus, ꝙ vult
Pau.in Cle.literas.de reſcript.quia vnio valet, ſed non ſor-
tietur effectum pro illa vice, quoniam expectationi erit lo-
cus:Et ſic reſpondetur ad gl.quæ eſt in c.ſi tibi abſenti,quia
vnio valet, ſed non in præiudicium abſentis ; quando con-
ſentire poſſit,ſicut fit vnio , ſi fiat præiudiciũ habenti ius in
re de donat.conſultationib.ſecundum Symonem.
42 Tertiò quęritur,qđ econtra,videlicet † ſi poſt vnionē,&
ante vacationem Papa reſeruet beneficium nulla facta mẽ-
tione de vnione.Dicunt quidã,ꝙ reſeruatio ſuũ operabitur
effectũ,& differtur effectus vnionis ꝓ illa vice; quia fuit fa-
cta reſeruatio eo tpe,quo regulatur beneficium, vt intitula
tum.Sed puto ꝙ ſi reſeruatio fuit facta in fauorē impetran-
tis ſubreptitia,tũ quia facta eſt de beneficio nõ vacante,nec
enã vacaturo , & ſic deficit ſubiecta materia reſeruationis ;
43 † quæ non põt ſortiri effectũ; niſi in caſum vacationis. † be-
44 neficium aũt vnitum vacare non põt , tum quia facta eſt de
beneficio non libero iux.lec.& no.de præben.ſi tibi abſenti.
Si verò reſeruatio facta eſſet motu proprio,dubiũ aliquali-
ter maius eſſet . Sed nihilominus idem dicerē ſi Papa vnio-
45 nem ignoraſſet; quia † nemo videť velle tollere quod igno-
rat.ff.de inoff.teſt.l.mater.§.cęterum, & ff.de iuriſd.om.iu.
l.ſi per errorē.& de pact.l. tres fratres. Sed ſi ſciuiſſet vnio-
nem, crederem bene ꝙ voluiſſet ſuſpendere effectum vnio-
nis quandiu durare effectus reſeruationis ar. ff. de excuſ.
tut.l.Vlpianus,& de te iudi.l.quidam conſulebant. in fi.
46 Quartò quæritur nunquid † archieṗs poſſit ſede eṗali va

cante ipſam conferre cũ cõſenſu capituli ſui ſine licentia Pa
pę: vr̃ q̃ ſic, de maio. & obe. cũ inferior. & hoc dicit ibi Goſ.
Tu dic contra de tranſlat. præl. c. 1. & fac. quod not. Ber. in
proęm. cap. cum inferior. & de exceſſ. præla. ſicut.
47 Quintò quęritur nunquid poſſit † legatus eccleſias colle
giatas vnire. vr̃, q̃ non per c. deliberatione de off. leg. lib. 6.
48 vbi † aufertur ptãs ordinandi, conferendi, vel diſponẽdi, &
ſic cum diuerſa ponuntur, nõ de actu conferendi ſolum in-
telligitur; ſed de vnione vel alia mutatione verificatur. Et fa
49 cit de exceſſib. p̃lat. ſicut vnire, vbi † ordinatio ſumitur pro
50 vnione: ſic rõ huius, quia † legatus priuare aliũ ſuo iure non
põt in perpetuum faciendo præiudiciũ, de off. leg. dilectus,
& probat̃ hoc de cõfir. vti. c. ii. & per iſtam rõnem vr̃ etiã q̃
beneficia ſimplicia non poſſet vnire, licet conferre poſſit. de
off. leg. c. j. lib. 6. Pro alia parte vr̃ q̃ ſic, qm̃ iſta ſiũt ex cauſa,
& quia in iſta vnione hr̃ cõſenſus illorum, ad quos pertinet
ius eligendi, vt dicam j. in 2. notab. & ſic eſt rñſum ad ratio-
nem, quæ fiebat de præiudicio. Non obſt. c. deliberatione.
quia vt ibi patet ad collationem refertur, & alia ad maiorẽ
expreſſionẽ ponunt̃, vel in diſpoſitione liberaliter, ſeu vnio
51 ne ſine electorum conſenſu hoc non poteſt † epiſcopus,
fortius & legatus. de elect. ſi abbatem. lib. 6.
Secundo opponitur contra ſecundum notabile de eo q̃
not. Inn. de religio. domi. cum venerabilis. & de eo q̃ not. in
clem. abbates. de reſcr. in gl. agere. Sol. ibi loquitur in miſſio
ne in poſſeſſionem ob contumaciam, quæ ſine præiudicio
rectoris fieri non poſſet: & ideo neceſſe eſt vocari rectorem;
nec ſufficeret tunc vocare principalem prȩlatum cui ſubeſt.
52 Primo quæritur, an † vocatio, & conſenſus patroni neceſ
ſario requirantur. dic q̃ ſic, ſm Paul. hic. & Hoſt. in ſumma,
de his quæ fi. a præl. §. 1. verſ. ſed dicet aliquis. facit. 16. q. 7.
filijs. & c. monaſterium. & c. ſeq. de offic. arch. & de his, quæ
53 fi. a præl. tua. & c. paſtoralis. † cum enim per talem vnionem
eccleſia patiatur quandam quaſi capitis diminutionem. 2.
54 q. 7. quia. † ergo eius intereſt, ne vergat in deteriorem exitũ.
55 Per hoc † ẽt ſi eſt eccleſia non collegiata, perdit patronus ius
præſentandi, & ſpem alimentorum, quã facilius habuiſſet,
quàm nunc, qñ tranſiuit ad incognitos, & idem de iure poſ-
ſeſſionis. licet. n. prȩlatus eccleſię, cui facta eſt vnio, teneatur
ad alimenta, & poſſeſſionẽ nomine eccleſię vnite, non tñ ſic
facilè exhibebit. Item in collegiata perdit honorem peten-
di conſenſum in electione facta. de iure patr. nobis. & bene
facit. ff. de adopt. l. nam ita diuus. & quod not. ibi. & ff. de
aqua pluu. arc. l. in concedendo. & de donat. paſtoralis. vbi
tex. eſt de hoc, & ſi conſentit ius ſuum perdit, vt ibi patet. &
56 eodem modo dicendum eſt, q̃ † ſi vnitur eccleſia collegiata
requiritur conſenſus capituli, quia in tali vnione læditur ius
capituli, quod habet in eligendo prælatum, quod ius non
poteſt ab inuito auferri. ff. de regul. iur. l. id quod noſtrum
eſt. 16. q. 7. vlnma monaſterium. & cap. rationis.
Quæritur autem circa hoc de quæſtione tacta circa præ-
cedens notabile verſ. Tertio quæritur quid econtra. pone. n.
57 q̃ epiſcopus † vnit beneficium viuẽte Papa, poſtea reſeruat,
poſtea moritur ille, an vnio poſſit ſortiri effectum non obſt.
reſeruatione, vel an Papa poſſit in vim reſeruationis proui-
dere pro vnione. facit; quia in dubio Papa reſeruando non
videtur præiudicare vnioni; maximè ſi neſciens eam reſer-
uaret. vnde reputari debet ſubreptitia, niſi de vnione facta
fuerit mentio. ff. ne quid in lo. pub. l. 1. §. merito & §. ſi quis à
Principe. Sed in contrarium videtur, quia non videtur ne-
ceſſe facere mentione de vnione, ſicut non eſt neceſſe face-
re mẽtionem in impetratione beneficij reſeruati de poſſeſ-
ſione non colorata. Sed illud non ob. quia ibi nullus põt eſſe
color poſſeſſionis arg. eius, quod no. Innoc. de appel. vt no-
ſtrum. Nec obſt. Cle. vna. infra de exceſſ. prælat. vbi benefi-
cium vnitum non vacat, quia verum, quando vnio eſt ſorti-
ta effectum. Sed hic Papa reſeruat, antequam vnio ſortiatur
effectum, quia viuente rectore adhuc erat intitulatio, & mo
dus diſponendi vt de beneficio, & ille modus diſponendi vi
detur per reſeruationem prorogatus, vt Papa poſſit pro illa
vice diſponere, & beneficium dicere, vacare per mortem il-
lius rectoris in cuius vita fuerit vnio facta ſecũdũ Symonẽ.
Sed dic melius, vt ſcripſi in proę. verſ. 3. quæro quid ecõtra.
Secundo quęritur occaſione precedẽtis quæſtionis nun-
58 quid † epiſcopus cum capitulo poſſit ſtatuere in præiudiciũ
expectãtium. q̃ prębenda acceptata, vel non acceptata, ſed
ſub gratia expectantis cadens, & acceptanda habeat ſacrum
ordinem annexum. Symon in Cle. literas. de reſcrip. vide-
tur tenere q̃ non. Nec obſt. not. Inno. & Hoſt. de elect. ſigni-
ficaſti. quia loquitur de adeptis titulũ ab ordinario poſt ſta-
tutum. Nos autem loquimur de expectãte, cuius gratia prę-
ceſſit ſtatutum, valet tamen ſtatutum pro futuro tempore,
& cõtra futuros expectantes, & ordinarios ſecundum eum.
59 ex quo infertur, quòd † vnio facta de beneficio deuoluto,
vel reſeruato, valet pro tempore poſt ſequente, & ſic proce-
60 dit glo. in cap. ſi tibi abſenti. quæ videtur velle, q̃ † quis non
poſſit vnire eo tempore, quo non poteſt conferre, ſed intel-
ligitur in præiudicium deuolutionis, vel reſeruationis, ſeu
pro illa vice. Nec obſt. glo. clem. literas, quæ habet. q̃ benefi
cium expectatum poteſt ſupprimi, & excludi expectans,
dummodo non fiat in fraudem expectantis, quia loquitur
in ſuppreſſione facta per Papam, ſecus per ordinarium; quia
61 Papa † poteſt præiudicare expectanti: & tunc ſufficit, quòd
non fiat fraus conſilio, licet re ipſa interueniat. arg. ff. ſi quid
in fraud. pat. l. 1. §. 1. in fi. ſecundum Sym. Nec obſt. quod di-
ctum eſt ſupra de beneficio reuoluto, vel reſeruato; quia il-
lud refertur ad certum beneficiũ, in quo diſpoſitio fortius
viget, & in quo non ita de facili præiudicatur.
62 Tertio opponitur contra quartum notabile, quia † epiſco
pus cognoſcit de cauſa eccleſiæ, vt not. per Inn. de verb. ſig.
abbate. & per alios. 24. q. 3. ſi is. & de iudic. c. cum veniſſent.
quæ cognitio ſine authoritate non procedit. Sol. ſecundum
Paul. hic loquitur de contractu, licet poteſtas cenſeatur ſim
pliciter a iuriſdictione contentioſa vel voluntaria, quæ eſt
in rem debita diffinitio, & executio. Iſtud autem habe-
tur propter ſuſpitionem affectionis augmentatæ illud non,
quia tunc de iure cognoſcit, & pronunciat, & ſi grauat non
deeſt remedium appellandi, & forte hac conſideratione di-
cit decernimus, non declaramus, vt præterita non comprȩ-
hendat ſecundum eum. Sed de hoc dic, vt dixi in gl. pen.
Quarto opponitur de l. 1. & l. quod dicimus. ff. de autho.
63 tut. vbi † præſtat authoritatem pupillo adeundi hæreditatẽ
64 debitoris tutoris, & ſic † pupillus obligatur tutori authorita
te ipſius. Sol. ibi non authorizat tutor in facto ſuo principa
liter, ſed per conſequentiam, ſeu incidentiam: nam principa
le in iſta authoritate eſt, vt pupillus fiat hæres, licet per con-
65 ſequens debitis tutoris ſubeat, multa † autem licent per con
ſequentiam, quæ non principaliter, de præb. ſuper eo. lib. 6.
& q̃ not. in clem. per lras. 3̃. de præbend. & not. qui fil. ſint le-
git. per venerabilem. in glo. ſuper eo. Sym.
66 Quinto opponitur ff. de adopt. l. ſi conſul. vbi † præſes fi-
liusfam. apud ſe ipſum emancipari poteſt, & in adoptionem
dari. & idem habetur ff. de offic. præt. l. 2. & ff. de offic. præſi.
67 l. præſes. vbi præſes † poteſt apud ſe filium emancipare, ado-
ptare, & manumittere ſeruum. Sol. glo. in l. ſi conſul. dicit, q̃
68 in voluntaria iuriſdictione † quis ſubit vicem plurium; ſecus
in contentioſa. ff. ad Trebell. l. ille a quo. §. tempeſtiuum. ſed
non ſoluitur contrarium, quia in prędictis iuribus auctori-
69 zat in facto ſuo, quod † non poteſt etiam in his. quæ ſunt vo-
luntariæ iuriſdictionis, vt ſunt contractus, vt hic, & ff. de au-
70 thor. tut. l. pupillus, cum ſim. Quare dico, q̃ vbi † agitur de
commodo, vel alio actu, in quo poteſt cadere, & inſurgere
ſuſpitio, tunc non authorizat in facto ſuo, vt hic, & in iuri-
bus allegatis in notabilibus. Ad hoc bene facit ff. de offic. prȩ
71 to. l. fin. ratio. n. quare † quis non poteſt dare ſe tutorem eſt,
quia ſuſpectus eſſet, qui ſic ſe ingereret. ff. de proeu. l. quæ
oĩa. licet ſit alia ratio, quia eſſet dans, & datus, vt not. de iure
patro. per veſtras. in glo. quia differentia. Sed in adoptione,
emancipatione, manumiſſione apud ſe fienda nulla adeſt ſu
ſpitio. Vel aliter, aut ex actu, quẽ q̃s facit apud ſe nõ eſſent,
ſeu nõ inſurgerent termini correlatiui in eodẽ ſuppoſito, &
tunc p̃ſtant authoritatẽ, q̃ emancipatus ipſe non eſt ex hoc
filius emancipans, & emancipatus, ſed ſolum eſt emancipa-
tus, & alius eſt. ſ. pater emancipans. & idẽ in manumiſſione,
& adoptione. Aut quis vult authorizare in factu ſuo facien
do actum in ſe, vt in c. debitum. de baptiſ. cum ſimil. tunc ſe-
cus. & ita hic, quia idem eſſet donans, & donatarius. Et iſto
mõ põt rñderi ad c. venerabilẽ. verſ. inſuper. qui fil. ſint leg.
& ibi not. in gl. not. Iſta ſol. eſt bene bona in ſe ad ll. s̃. allega-
tas, ſed non eſt bona ad hanc clem. vbi prohibetur fieri vnio
menſæ capituli, vbi capitulum non donat, licet cõſentiat. ne
ſede vac. c. vno. lib. 6. Item tutor non põt ſibi obligare pupil
lum cum authoritate, & ceſſat illa ſolutio Sym.
Opponitur ſexto de eo, q̃ not. Innoc. cod. tit. dudum. vbi
72 dicit, quòd † dato defenſore ſede vacante epiſcopus alie-
nat, & authoritatẽ p̃ſtat. Sol. illud eſt ex multiplici reſpectu,
quia

quia alienationem facit nomine eccleſiæ, cuius res alienam
tur auctoritate prædicta epiſcopi:ergo ẽm eum nnn non mi
reris.ſed idem eſt alienator,& authoritatem præſtans. Sym.

Septimo opponitur de not.ſ̃.de elect. cum inter canoni-
cos.in glo.ſed nomine.& quod not.ĩ.tit.prox. in clem.vna.
in glo. per illos ver.ſi non. Sol. ibi non dicitur quis auctori-
73 zare in facto ſuo; ſed ſi † authorizate dicitur plurium vicem
gerens,ex pluralitate virium,quæ ſunt in eadẽ perſona,quæ
habent,ac ſi eſſent in diuerſ.de conceſſ. præb. poſtulaſtis.ff.
de tut. & cur. da. ab his. l. tutores. & ſi. ſecundum Sym. in
clem.plures.ĩ. de iurepat. ſuper gl.t.ver.vel ſi ſolus.Eodem
modo reſpondetur ad cap.collatione.de app. lib.6. ff.quan-
do app.ſit.l.1.§.ſolent.vbi ab eodem ad eundem appellatur.
& ſic termini correlatiui ſunt in eodẽ ſubiecto, idem ex plu
ralitate virium in eadem perſona; & ſic nõ eodem reſpectu.
Nec obſt.de conſuet.cap.1.lib.6. quia licet ibi perſona offi-
cialis, & epiſcopi ſint diuerſæ perſonæ, verè tamen fungun
tur vna ex identitate conſiſtorij. Vnde appellatio inhibetur
de vno ad alium,& ſic diuerſæ perſonę verè nõ videtur plu
res. Ideo pro declaratione iſtius materiæ ſunt duo articuli,
vnus eſt, aut quis poteſt authorizare in facto ſuo, & tũc aut
per conſequentiam, & poteſt: aut directo, & principaliter,
aut in actu vbi adeſt ſuſpitio, & non poteſt, aut ſuſpitio nõ
adeſt,& poteſt. Secundus articulus eſt, an quis poſſit vices
plurium gerere, aut habito reſpectu ad perſonam, & tunc
74 non.Nam † impoſſibile eſt,ꝙ vna perſona ſit plures.ff.de pa
ctis.l.ſi plures. Aut ad officium,ſeu actum, in cõtentioſa, &
tunc non. Aut in voluntaria,& tunc ſic. vel melius,aut ratio
ne plurium virium,quæ ſunt in eadem perſona,& ſic diuer-
ſo reſpectu eſſent incompaſſibilia, aut non ratione plurium
virium, & tunc aut termini incompaſſibiles, puta correlati-
ui eſſent in eodem ſuppoſito, & tunc non. Aut non eſſent
incompaſſibiles in eodem ſuppoſito,& tunc ſic. Cõtra prę-
dicta obſt. C. de ſeru.fug.l.1. vbi ſeruus fugiendo facit furtũ
ſui.Sol.ille eſt caſus ſpecialis,vnde appellatur furtum irregu
lare, quia idem eſt furans, & furata res,cùm in furto regula-
riter ſit diuerſitas: hæc autem diſtinctio prædicta in dictis
duobus articulis clarè colligitur. Sym.

75 Octauo opponitur,quia ſi † vna eccleſia poſſet vniri alte-
ri iam vnus reciperet ſtipendia plurimorum contra iura de
cler.non reſid.quia nonnulli,de reſcrip. ad aures. minuere-
turq́; cultus diuinus,qui debet potius adaugeri.86.diſt.non
ſatis. deformareturq́; eccleſia, cuius pulchritudo in diuerſis
membris in eccleſ.conſeruatur.89.diſt.c.1.Careretq́; eccle-
ſia rectore proprio contra iura.21.q.2.cap.pen.16.q.4.qui-
76 cunque, & cap. ſequentibus. Solutio,fateor,ꝙ non † debet
fieri vnio ſine cauſa, nec etiam quãdo quælibet eccleſia per
ſe ſufficit,vt in contrarijs.Sed alias bene, & tunc non eſt de-
formatio,ſed reformatio: nec tunc obtinet quis duas eccle-
ſias,ſed vnam ſolam.21.q.1.clericus. ſ̃.de elec.dudum.2.

77 Nono opponitur,quia videtur,ꝙ † ſede vacante non poſ
ſit vna eccleſia vniri alteri, vt ſupra ne ſede vac.in rubro, &
in nigro, & per totũ, & ſpecialiter in cap.1. Vna ſolutio eſt,
quòd contrarium loquitur in eccleſ.epiſcopalibus,hic in in-
ferioribus:ratio,quia in epiſcopalibus maius periculum.ar-
gum.ff.ad carbo.l.1.§.ſed & ſi quis.de elec. vbi maius. lib.6.
& de elect. ne pro defectu. de conceſſ. præb. cap.1.de elec.
quamquam.lib.6.61.diſt.miramur.in princ. Aliam ſolut.po-
nit gl.vel aliter hic loquitur, cum ſit vnio ſolenniter, & cum
78 cauſæ cognitione.Durabilius † enim eſt,quod fit cum ſolen
nitate,quàm quod fit ſolenniter ſimpliciter.ff.depoſ.l.ſi. C.
de poſtul.l.1.cum ibi not.C.de ſumma Trin.l.3.Præterea in
cap.1.ſupra ne ſede vac.erat facta vnio per prædeceſſorem
Innoc.& ideo Inno. eam non debuit infirmare, ſed ſeruare.
ſupra de ſolut.cap.1.de cleric.peregr. c.1. Item & fuit facta
pro vtilitate eccleſiarum, ibi ne plus vni perſonæ, quàm
eccleſiæ debeamus.ſupra de offi.deleg.cap.fin. Præterea ibi
vnionis reuocatio petebatur,& ideo non poterat fieri parte
altera non vocata,de cauſa poſſ.cap.1.C.ſi per vim,vel alio
modo.l.fin.ſupra de maiorit.& obed. cap.1. Præterea ibi in
vnione vocatæ fuerunt ambæ partes: & ideo erant in diſſo-
lutione vocatæ, ſupra de regu.iur. omnis. Præterea non di-
cit iſte text.quòd ſede vac. non poſſit vnio fieri, immo cer-
tè ſi poſſet fieri commodè, melius eſſet expectare rectorem
vel dare eccleſiæ defenſorem;tamen ſi hoc non fiat non po-
teſt impugnari ex hoc,nec cap.1.alle.dicit eius oppoſitum,
ſed dicit,quòd petitionem non poterat exaudire ex cauſis
ibidem expreſſis. ſi autẽ vidiſſet Papa cauſam reuocationis
non potuiſſet prætextu vacationis & defectus defenſorum,
vt dicit iſta litera impugnari ſecundum Raymundum de
Sargis in repetitione,quam facit de iſta clem.Nec obſt.ſi di
cas neceſſarium defenſorem,argum. C. ſi propter pub.pen-
ſit.l.vni.C.de admi.tu.l.lex.& in prin.ſup.eo.dudũ.& ſupra
de reg.iur.licet.lib.6.Solutiones aliquæ dantur in glo.ſed di
79 cit præfatus Raym. quod quia † vnio fit propter vtilitatem
eccleſiæ,non eſt neceſſarius defenſor;quia ille vtilitatem hu
iuſmodi impedire non poſſet.argum.ſupra de offic. delega.
cum cõtingat.Sed certè iſta ratio non viget, quia immo de-
80 fenſor † datur, vt melius vtilitas procuretur, vt ſcripſi ſupra
eod.cap.dudum. ſed dico poſtea.

Expeditis oppoſitionibus, & quæſtionibus dependenti-
bus ex eiſdem,nunc ad quæſtiones alias,& gloſarum proſe-
cutiones accedamus.

81 Quæritur ergo primo an quis † poſſit legitimare filium,
vt ſibi ſuccedat. Paul. & Stephan. hic quòd non, allegan-
tes Goffred. hoc tenere, qui filij ſint legi. per venerabilem.
& idem notat ibi in gl.quia. arg.8.q.1.in ſcripturis. Idem te
net B.Hiſpan.12.q.1.nulli.licet poſſit,vt alij ſuccedant. pro
bo hic,ſi quis non poteſt legitimare ſeipſum, vt patet ex prę
dictis, ergo nec filium, cum perſona filij ſit eadẽ cum patre.
C.de impub.& alijs ſubſti.l.j.35.q.3.§.hac authoritate.In cõ
tratium ꝙ poſſit, poteſt enim aliquis apud ſeipſum adopta-
82 re,vt prædictum eſt †quod plus eſt q̃ legitimare,quia in vno
fit de nouo,ſed in alio ſolum qualitas,quod facilius, vt dixi
de reſcript.in clem.literas. Item ex quo adoptatus eſt, ado-
ptanti ſuccedit in quarta.de inoffi.teſta.l.Papinianus.§.ſi qs
83 quaſi impubes. Item principalis † actus eſt ipſa legitimatio,
licet ex conſequentia veniat,quòd ſibi ſuccedere poſſit,er-
go hic poteſt. Item ſi poteſt nominare filium, nec addit na-
turalem in publico inſtrumento in ſubſcriptione teſtium,ip
ſe eſt legitimus.in Auth.vt lic.mat. & auiæ.§.ad hoc.coll.8.
& not.qui fi.ſint legit.per venerabilem. in glo.ex eo. Item
84 † legitimare,quòd alij,& non ſibi ſuccedat, eſt facere ex par
te legitimum, & ex parte illegitimum, contra l. duobus. de
lib.cau. & fa.de cland. deſpon. cum inhibitio. & quod not.
ibi.non obſt. quia probat, quòd quis non poteſt ſeipſum
85 legitimare. non obſt. ratio, quòd perſona † filij eſt ea-
dem cum perſona patris, quoniam verum eſt fictè, non ve-
rè.Item illud procedit quando filius eſt in poteſtate,vt not.
ff.de vulg.& pup.ſubſtit.l. Lucius. pro hoc facit, quia licet
quis non poſſit ſe ipſum prę ſentare,tamen filium poteſt,vt
not.de iure patron. conſuluit. Item facit non tanquam pa-
ter,ſed vt comes,vel alius habens poteſtatem ad hoc.qui fi-
lij ſint legiti.per venerabilem. & quod not.ibi in glo.not.&
idem Innoc.& Hoſt.ibi.Item hoc de voluntaria iuriſdictio-
ne,vt not.in dicto cap.per venerabilem.in gl.ex eo.ergo po
teſt pater talem actum exercere in filium,vt ff.de offic.præ-
ſid.l.præſes.& quod not.ff.de adopt.l.ſi conſul.

86 Secundo quæritur, an † tabellio poſſit conficere inſtru-
mentũ per ſe de facto ſuo. ꝙ ſic videtur, per l.ſi conſul.ff.de
adop.cum ſimilib.Item contrahit,vt perſona priuata,& con
trahit & conficit, vt publica. Vnde vicem plurium gerere
poteſt, & habet auctor. arg. de tanquam. ff.de adopt.ſi pa-
ter.§.qui duos.& not. de elect. cum inter canonicos.in glo.
ſed nomine. In contrarium facit hæc clem. & notabile cum
iuribus allegatis. & pro hoc bene facit quod not. Hoſti. de
probat.quoniam.in glo.quem intelligas, quòd creditur no-
87 tario † conficienti inſtrumentum alterius tabellionis de aſ-
ſumptione ipſius per iudicem, ſed fieri debet fides per in-
88 ſtrumentum alterius tabellionis. Item tabellio † eſt teſtis.ff.
89 de teſtam.l.dominus. & quis † non poteſt eſſe teſtis inſtru-
mento ſuo.4.q.3.omnibus. & ad ipſum pro fide recurritur.
C.de fal.ſi quis decurio.& ſic poteſt eſſe ſuſpitio. Vnde cõ-
munis eſt opinio,quam tene,quòd ſi facit per ſe inſtrumen-
tum,non valet, ſed contra ſe tunc ſic.ff.depo. l.publia.& de
contratab.l.non putauit.§.ſi quis ſuo.& quod not.Innoc.de
fide inſtrumen.cap. 1.in glo. 1. verſic. item not.quòd ſi pri-
uata. Sym.

90 Tertio quæritur, utrum † donario ultra quinque aureos
ſine inſinuatione ualeat. C. de donatio. l. ſancimus. ali-
quis baro, uel iudex uult. Ex ex prædictis poteſt quæri, an
91 notarius † teſtibus adhibitis poſſit ſcribere teſtamentum
ſuum manu ſua,& publicare.glo.ff.de teſtamen.l.ſeruus.di-
cit, quòd ſcribere poteſt teſtamentum; ſed poſtea publica-
tur.C.de teſtamen.l. ſecunda. ſi eſt priuata perſona, proce-
dit glo.quòd poteſt ſcribere . . . .

&ſi

& ſi notarius alia non indiget publicatione : nam de facto
ſuo proprio agitur , & nemini damnum affert , vltra illam
ſummã an donatio nõ poſſit coram ſe inſinuari. dic ꝙ non,
quia hic agit̃ de commodo pecuniario : igitur non poteſt in
facto ſuo auctorizare. Item in iſta inſinuatione requiritur co
gnitio, an donans fraudulenter decipiatur . Et ſicut errore
poſſet decipi non inſinuandum. C. ad Velleian. l. antiquæ. &
l. ſi mulier. non obſt. l. ſi conſul . quia ibi non agitur de com-
modo pecuniario . Sym.

92 Quarto quæritur, † ſtatutis, & ordinamentis ciuitatum ſę
pe cauetur , ꝙ mulieres, & minores non poſſunt vendere ſi-
ne conſenſu agnati , vel cognati magis proximi , an poſſint
agnato, vel cognato vendere. dic ꝙ non, vt hic, & facit quod
93 dixi ꝙ pater † non poteſt conſentire, vt filius donet ſibi cau-
ſa mortis, & quod not. hic in glo. vt dicebat Sym.

Quinto quæritur intrando ſuppletiones gloſarum. & pri
mo ſubintrando quintam glo. quæ incipit de exceſſ. prælat.
omiſſis quatuor primis glo. in quib. concordat Paul. quæ
94 ſola literalia proſequuntur , vtrum † abbates , ad quos ſpe-
ctant eccleſiæ pleno iure , poſſit eas vnire . glo. tenet quòd
95 non, quia † illud eſt epiſcopale. & idem Paul. Steph. Geſſe,
& Laudu.

96 Sexto quæritur , vtrum † abbates huiuſmodi hanc pote-
ſtatem vniendi præſcribere poſſint . glo. & Paul. remittunt
ad not. ſua in cle. ne in agro. §. ad hóc. de ſta. regu. Laudunus
vero hic tenet ꝙ ſic. ar. 5. de præſcrip. de quarta, & cap. audi-
tis. & ſupra de priuileg. accedentibus. & ſupra de præbend.
cum ſingula. lib. 6. ſed in contrarium facit. 93. diſt. illud. 100.
97 diſt. contra morem. Steph. vero tenet † hoc non poſſe prę-
ſcribi contra epiſcopum, cum hoc ad epiſcopum tãtum per-
98 tineat. 16. q. 1. cap. ſicut. Nam † quælibet eccleſia debet ha-
bere proprium rectorem, de præben. cum non ignores. niſi
99 propter † paupertatem, vel aliam iuſtam cauſam vniatur. de
100 æta. & quali. cam. ſed hoc diſpenſatiuè. † Diſpenſatio autem
epiſcopis permittitur, de exceſſ. præla. cap. ſicut. epiſcopus
101 enim † eſt præordinator in cunctis. 26. diſt. perlectis. & vna-
102 quæque † parochia regenda eſt ſub ordinatione epiſcopi. 9.
q. 3. cap. 2. 10. q. 1. regenda . In inferioribus autem hoc non
inuenitur eſſe conceſſum , & ſic cenſetur eis eſſe prohibitũ,
de temp. ordinan. dilectus . ergo hoc vſurpare non debent.
1. q. 1. §. ſicut. 25. q. 2. non exemplo. de priuileg. ſane. immo ſi
hoc vſurpauerint, puniendi ſunt. 1. q. 1. decem. & pro huc fa-
cit prædicta clemen. ne in agro. §. ad hæc. vbi dicit, ꝙ priora-
103 tus † per ordinarios vniantur, non autem per abbates. Præ-
terea quia ſimile habemus in inſtitutione authorizabili, quę
104 † non poteſt ad inferiorem epiſcopo ex quacunque conſue
tudine pertinere. de offic. archid. cum ſolis. & pro hoc facit
ꝙ not. Hoſt. in ſumma de ſuppl. negl. prælat. §. quot modis.
105 circa medium. vbi dicit, ꝙ † quantocunque tempore mona-
chi eccleſias tenuerint non cenſentur vnitæ , niſi aliàs con-
ſtet , quòd ritè vnitæ fuerint . Nec obſt. quòd in ſimplici-
106 bus prioratibus poſſunt † abbates amouere priores, quia illa
poteſtas diſponendi pro libito voluntatis eſt abbatibus de
107 iure conceſſa. Non poſſunt tamen † duos, vel plures priora-
108 tus vni committere , immo † quilibet prioratus debet pro-
prium habere priorem, vt clem. quia regularis. de ſuppl. ne-
glig. prælat. Symon tamen tenet contrarium, quia inferiores
109 † poſſunt hoc præſcribere, ex quo non eſt ordinis, ſed iuriſ-
dictionis. Iura autem allegata per Stepha. bene probant, ꝙ
110 de iure † communi poteſtas vniendi inferioribus non com-
petit , ſed non probant , quòd tale ius præſcriptibile non ſit
111 contra epiſcopum . Simile † habes de poteſtate permutandi
beneficia , quæ licet de iure ad ſolum epiſcopum pertinet;
tamen eſt præſcriptibilis per inferiores contra epiſcopum,
quia epiſcopalis iuriſdictionis exiſtit. Super quo remittit ad
notata in cle. vna. infra de rer. permut. & ibi, & in præd. §. ad
hæc. dicam; quia ceteri hic nõ tangunt. & adde omnino quæ
ſcripſi infra in quæſtione ſequenti ver. & per hoc reſtringit
quidam dominus vſque ad ver. præfatus vero Raymundus.

Septimo quæritur ſubinterando glo. non eſt iſte caſus.
112 vtrum † epiſcopus poſſit præſcribere , ſeu vtrum poſſit epi-
ſcopo de præſcripta conſuetudine competere, quòd abſque
cõſenſu ſui capituli poſſit vnam eccleſiam alteri donare, vel
vnire. Hoſt. de his, quæ fi. a præl. cap. ea noſcitur. tenet quòd
ſic. & idem tenet Laudu. & plus dicit idem eccleſię de diui-
ſione, & vnione. ratio eſt. quia talia ſunt præſcriptibilia. ar-
gum. de conſuet. non eſt. de præſcript. de quarta. & cap. au-
ditis. Sed in alijs caſibus loquitur, licet fateatur Hoſt. hoc ca

ſu conſilium præſcribi non poſſe, & etiam dicit, ſecus de vo
luntaria conceſſione, quæ ſine cauſa fieret eccleſiæ habenti
congruam ſuſtentationem. 1. quæſt. 1. paſtoralis. 12. quæ-
ſtio. 2. aurum. & cap. bonæ. vel quæ fieret layco , quia ſemel
113 Deo † dedicatum non debet redire ad humanos vſus. ſupra
de rer. permut. cap. 2. & quia layci clericis oppido ſunt infe-
ſti. eod. tit. cap. fin. facit prædict. cap. cum apoſtolica . dicit
Laudu. quòd licet vnio ad alienationem non videatur ali-
114 qualiter pertinere , tamen † propriè non dicitur alienatio;
quia omnia iura infra vnitam eccleſiam remanent : & ideo
115 ſolennitates † in alienatione requiſitæ, vt tractatur &c. non
ſunt neceſſariæ in vnione, niſi in quantum reperitur expreſ
ſum in iure , nec etiam puta vtilitas , vel neceſſitas , quæ
in alienatione requiritur, in vnione eſt neceſſaria, nec pœna
videlicet depoſitionis, qua punitur malè alienans in male v-
niente locus habet . & per hoc reſtringitur intellectus cap.
tua. de his, quæ fi. a præla. & ideo non mirum ſi valet quo ad
hoc conſuetudo de præſcriptione conſenſus , & hæc dicta
ſunt notabilia ſecundum Mar. & faciunt ad ea, quæ tangam
infra eod. cap. 3. 23. & 24. quæſtionibus . Glo. tamen tenet
hic, ꝙ talis conſenſus præſcribi non poteſt, nec etiam quòd
in caſu licito alienet prælatus ſine conſenſu capituli. & idem
tenet Symon argum. ſupra de re iud. cum cauſa. & idem no.
Innoc. de donat. paſtoralis. in glo. fin. & iſta eſt communis
opinio ſecundum Mar. licèt opinio Laudu. ſit multum pro-
116 babilis ſecundum eum, licet enim † epiſcopus poſſit prǽſcri
bere, vt ſine capitulo poſſit iuriſdictionem exercere . ſupra
117 de conſuetud. non eſt. lib. 6. & etiam † ꝙ ſine conſenſu capi-
tuli poſsit beneficia conferre, aut electos confirmare, vt pro
118 batur cap. ea noſcitur. tamen ꝙ † ſine capitulo poſsit aliena-
re, vel in perpetuum dare, vel donare per eum præſcribi nõ
poteſt , vt hic, de conceſſ. ad tempus dixi ſupra cap. proxi.
Non obſt. cap. cum apoſtolica. ſupra de his quæ fi. a prælat.
quia ibi de reuocatione alienatorum ab eccleſia, hic de alie-
natione ab eius domino ſecundum eum. Et certè eadem ra-
119 tione eſſet dicendum , ꝙ † multo minus poſſet capitulum
præſcribere poteſtatem vniendi ſine conſenſu epiſcopi , &
per hoc reſtringit quidem , & dicunt illud , quod dixi poſt
glo. in quæſtione ſupra proxima, videlicet, vel ad eccleſias,
quæ ad abbates pertinent pleno iure, vel cum conſenſu epi-
120 ſcopi , quia non videtur , ꝙ abbas † poſsit plus præſcribere,
quam capitulum, vel ad prioratus ſimplices. ſed primum vi
detur ſentire glo. ſupra prox. vide Innoc. in cap. ſicut vnire.
& Hoſt. in cap. quia nonnulli. de cleric. non reſiden. & Ar-
chid. in cap. cum ſingula. de præbend. poteſt ergo ſecundum
121 eum † capitulum præſcribere poteſtatem vniendi cum con-
ſenſu epiſcopi, ſed non poteſt præſcribere poteſtatem vnien
di ſine conſenſu epiſcopi. Præfatus vero Raymundus de
Fargis tenet opinionem primam, quam ſequuntur Laud. &
122 Geſſe, videlicet, ꝙ epiſcopus poteſt prǽſcribere , ꝙ † eṗs ſo-
lus ſine conſenſu capituli poteſt eccleſias diuidere, & vnire,
123 & eã probat primo, quia iſta † poteſtas eſt iuriſdictionalis, &
per conſequens præſcriptibilis . de exceſſ. prælat. cap. acce-
124 dentibus. & ſupra de præſcrip. auditis. Item quia † difficilius
eſt, ꝙ ſubditi præſcribant contra ſuperiorem, quàm ꝙ ſupe-
rior præſcribat contra ſubditos . argumen. ſupra de præ-
125 ſcrip. cum non liceat . & tamen † inferior contra epiſco-
pum præſcribit , ꝙ ſolus vnire valeat , vt patet ex his , quæ
ſcripſi in quæſtione ſupra proxi. præcedenti . Item hoc vi-
detur ſecundum eum expreſſum in proxi. cap. ea noſcitur.
126 Item quia † maius , & fortius reputarunt antiqui præſcri-
bere conſilium, quàm conſenſum; quia vt dicit Hoſti. & re-
citat hic glo. non poſſet hic præſcribi , quominus peteretur
127 conſilium, ſed bene de conſenſu, & tamen conſtat, ꝙ † epi-
ſcopus præſcribit, nec requirit conſilium, vt præd. cap. non
eſt. ergo facilius præſcribere, ne requirat conſenſum, & ſub-
128 diti † poſſunt præſcribere vnionem. not. Ioann. An. in §. ad
hæc. & hoc verius credit ipſe Raymundus. Sed in contrariũ
129 videretur, ꝙ opinio glo. ſit verior , quia talis † conſuetudo
eſſet eccleſiæ oneroſa, & pernicioſa; maximè quia prælati eſ-
ſent proni ad hoc, arg. ſupra de conſuet. c. 1. facit, quia quod
a pluribus quæritur. 20. diſt. de quibus, de offi. del. prudẽtiã.
130 Præterea, quia † ſine bona fide non currit prǽſcriptio. ſupra
131 de reg. poſſeſſor. lib. 6. Modo epiſcopus † iura ignorare non
132 debet. 38. diſt. nulli. & faciendo † contra iura cõmittit malam
fidem. C. de agric. & cenſi. l. quemadmodum. ſupra de regu.
iur. c. qui contra iura mercatur. lib. 6. Sed ad primum po-
teſt faciliter reſponderi per ea, quæ ſcripſi in c. 1. de conſue.

& ad

Et ad ſecundum pôt faciliter reſpôderi per ea, quę not.in c.
cura.de irrepa. Vnde licet opinio.gl.ſit tutior, maximè qa,
vt credo in iudicijs communiter teneretur; tamen opinio
Hoſt.Laud. & Raymundi videtur de iure verior, & ad ſuſti
nendum in ſcolis verior & facilior; quia textum non habet
contra ſe,& rationibus validioribus adiuuatur.

133 Octauò quęritur † cum epiſcopus in cęteris actibus tene
tur de iure requirere conſilium capituli, nunquid teneatur
illud ſequi.Sym.remittit ad no.ſua,in cap. ſine exceptione.
Ego autem credo, q non,pro quo ſufficiant notata per me,
134 de arbi.in c. cum olim. Quærit etiam Raymundus,an † lay-
cus poſſit dare decimam, quam tenet in antiquum feudum
epiſcopo.& dicit,q ſic, licèt Hoſt.& glo.contra,quia locum
habet ratio capituli cum apoſtolica;quia per hoc vtilitati ec
cleſiæ conſulitur, & quia officium ſuum non debet eſſe dã-
noſum eccleſiæ; & qa authorizaret in facto eccleſię,nô ſuo,
quia decimam quærit eccleſiæ.12.q.4.per totum.& q.5.c.j.
de pecul.cleri.c.a.Sed potius credo, q hic requiratur aucto
ritas ſuperioris epiſcopi. Et idem quando epiſcopus de bo-
nis menſæ ſuæ dat capitulo per hanc Clem. De donatione
quinquageſimæ, & centeſimę circa quam Raymun.cauſa di
ſputationis vtranque partem tenuit,dicam in fin.

135 Nono quæritur ibi, ex eo, q rector ipſius &c. Quid † de
prælato,cui ſubeſt eccleſia? dicit gl.q aliud eſt de illo, quia
ille vocandus eſt.& idem Pau.Mart.& Geſſe. Nec obſt.hæc
de. quæ conſenſum capituli requirit,q a per hoc conſenſum
136 talis prelati non excludit. Et † idem dicendum eſt de patro
no cuius conſenſus eſt neceſſarius. Et etiam de conſenſu ca
pituli eccleſiæ collegiatæ ſi illa alteri vniatur ſecundum Sy-
mo.de quibus infra ſubijciam.

Decimo quæritur ibi,ex eo, q rector ipſius ad hoc voca-
tus non extitit.& hic ſubintro glo.quæ incipit, non extitit,
quæ eſt ratio huius dicti.dicit gl.q ratio ſumitur.s.de dona.
137 conſultationibus. videlicet,quia † ſi talis vnio,vel donatio
ſine preiudicio rectoris,ut quia ſtatim ei auferretur, eccleſia
autem diminueretur, non poſſet fieri, ſine aſſenſu ipſius, vt
pręc.cap.conſultationibus,& ſcripſi poſt Inno.vt eccleſiaſti.
ca beneficia.c.vt noſtrum, & ſic notarunt Laud.Vinc.Goff.
& Ber.s.cap.poſſeſſiones. & hic Pau.Laudu. & Geſſe.licèt
Hoſt.in c.ſicut vnire. notet, q epiſcopus eccleſias vnire nô
poterat ſine collaudatione, & aſſenſu amoarum eccleſiarũ.
138 & fa.s.eo.dudum.lib.6. vbi † prohibetur alienatio rerũ ec-
cleſiæ inuito rectore,quod eſt minus,& ſic videbatur prohi
ben tota alienatio eccleſiæ,quę eſt plus ar.s.de ſen.excom.
139 pro illorum.de reg.iur.cui licet.lib.6.Et q † grauior ſit ſup-
preſſio,quam diminutio facit Mart.ff.ad l. Aquil.l.huic ſcri
pturæ.in princ.Sed dic q iſte eſt caſus ſpecialis contra regu-
lam.& faciunt hic notata in gl.videbatur.Et ponitur hic ra-
140 tio in glo. quia † in vnione rectori non ſit præiudicium, in
alienatione verò ſibi preiudicatur,& ideo in alienatione,&
141 non in vnione eius côſenſus requiritur. Sed tamen † epiſco
pus non poteſt alienare ſub conditione, vt valeat poſt mor
tem rectoris ſine eius conſenſu ſecundum Pau. cum tracte-
142 tur hic de pręiudicio eccleſiæ,& ſucceſſore. Et quia † in cô-
tractibus inſpicitur initium.not.in Cle. Et facit ad declara-
tionem,qđ no.infra in gl.videbatur, vbi ad hoc intendo re-
143 dire.Ray.non reddit aliam rationem; quia † per ſubtractio-
nem,ſeu diminutionem redditυum vnius beneficij diminui
tur cultus diuinus,& numerus ſeruorũ,& ſic per hoc defrau
datur intentio fundatoris,quia ſeruitores non haberent ita
bene vnde viuerent; & ſic non ita bene officiarent. 1.q.3.ſi
144 quis abijcerit.16.q.1.conſideratio. At quâdo † vnitur vnũ
beneficium alteri debet ſicut prius in vnito beneficio deſer
uiri, vt prę. cle. ne in agro. §. ad hoc. ſed in vnione fructus
vnius beneficij, qui adijciuntur eccleſiæ, cui ſit vnio ſubtra-
hitur eccleſiæ,quæ vnitur,& eius ſeruitoribus. Addit aliam
rationẽ; quia in ſubtractione partis beneficij agitur de iure
145 quæſito pro dando,quod non eſt in vnione.† Ius autẽ quę-
146 ſitum facilius retinetur.15.q.1.§. vlt. quia † in vnione non
ſit præiudicium perſonæ tenenti,vt pręc.c.côſultationibus,
147 nec beneficio vnito, nec diminuto ſeruitio.Sed † in ſubtra-
ctione partis beneficij ſit præiudicium euidens beneficiato,
& beneficio, nec poſſum dare iſti, quin auferam alij. Et ſic
eſt potius abſtinendum.22.quęſt.2.primum.14.q.5.denique.
148 ſecundum eum.Sed certè experientia docet, q † per vnio-
nem diuinus cultus,ſeu diuinum officium multum diminui
tur,& q beneficium minus benè regatur, ſeu adminiſtratur.
149 Dicit aũt,q quidã dicunt,q † reſpectu beneficij,vel dignita-
tis grauior eſt ſuppreſſio, quàm diminutio, ſed reſpectu ip-
ſius intitulati grauior eſt diminutio,quam ſuppreſſio, quo-
150 niam † diminutio ſit etiam in præiudicium intitulati,vt di-
151 cto cap. dudum. Et ideo † miſſio in poſſeſſionem propter
contumaciam non poteſt fieri, niſi vocato rectore, vel dato
defenſore; quia fieret in præiudicium rectoris, vel eccleſiæ,
vt no.Inno.de relig.dom.cum venerabilis,& gl.in Clem.1.
152 de reſcript. ſecus autem de ſuppreſſione;quia † ſemper cen
ſetur fieri, vt operetur effectum poſt ceſſum, vel deceſſum
intitulati, vt c. conſultationibus, alleg. ſed iſta ratio ſolum
reſpicit hoc,vt in diminutione vocetur rector,& non in ſup
preſſione; & ſic ſolum locum habet quando beneficium eſt
plenum,ſed quando beneficium eſt vacans, nullus eſt reſpe
ctus ad rectorem,qui nô eſt, ſed ſolum ad beneficium,quod
vacat.& ideo videretur,quòd tunc potius deberet dari ſibi
defenſor in ſuppreſſione, vel vnione, quàm in diminutio-
153 ne,& tamen † in ſuppreſſione,vel vnione non datur, vt hic,
154 & de conſtit. cum acceſſiſſent, ſed bene † datur in diuiſio-
ne,vel alienatione,vt ſupra,cap.dudum.verum quia iſta ma
teria glo.videbatur, quæ infra ſequitur hic non proſequor.

Vndecimo quæritur in ver vacabat,ſuper glo. approbat,
155 quæ not. quomodo † fieri poteſt vnio eccleſiæ rectore non
156 vocato,vt hic,cum † in reuocatione vnionis vocandus ſit.s.
ne ſe.vac.c.1.gl.ponit plures ſolutiones. Prima eſt,quòd ibi
loquitur in epiſcopalibus. Et poteſt dari ratio diuerſitatis,
157 quia † in inferioribus, epiſcopus eſt viſitator & defenſor.
vnde eis vacantibus agit, & defendit nomine earũ, de ſuc-
158 ceſſ.ab inteſt.cap.ſi.Sed † epiſcopatu vacante nec capitulũ,
nec alius admittitur ad agendum, niſi detur viſitator. 7.
quæſt.1.quia frater.12.quæſt.1.vulteranę.de elect. is cui.lib.
6.& de ſupp.negl.pręlat.c.vltimo.e.lib.Et hoc tenet Innoc.
dicens,q ille titulus non habet locum in alijs eccleſijs. alle-
gat vt eccle. bene. cap. vt noſtrum, potius facit in contra-
rium,vt patet in præ.cap.dudum.ſecundum Hoſt. Alia ra-
159 tio ponitur in glo.quod in præ.c.1.ne ſede vac.quo ad † re-
uocationem vnionis procedit Papa ſolemnius, ne ſcilicet
notari poſſet de ſubita mutatione contra Cle. eum illuſio.
de renunciat.& de perſonali affectione.Et iſtam tenẽt Pau.
Geſſe,& Sym. tanquam tutiorem. Tertia ſolutio datur,vi-
160 delicet q † vnio poteſt dari ſede vacante, quia vnio ſit ex
cauſa,de pręben.cap.expoſuiſti.modo cauſa ſubſiſtente nô
curatur de eccleſiæ vacatione, quia tunc per vnionem nul-
lum ei præiudicium generatur, ſed in diſſolutione agitur
161 de reuocatione iuris vniti ex cauſa, & ideo † dandus eſt de-
fenſor,qui eam defendat,ſed licèt ex cauſa ſit facta vnio,ta-
men illa deficiente,vel côtraria ſubſiſtente vnio huiuſmodi
diſſolui poſſet.de conſang.& affi. non debet.de reg.iur.cap.
omnis.Et adde omnino, quæ ſcripſi ſupra eod.in nona op-
poſitione.

Duodecimo queritur in verbo defenſor.ſuper glo.vide-
162 batur.quomodo poſſunt hæc ſtare de iure, videlicet, † q ſi,
res vnius eccleſiæ vacantis detur alteri eccleſiæ, aut alie-
netur,neceſſarius eſt defenſor. ſupra eo. dudum. Et tamen
ſi tota eccleſia alteri eccleſiæ vniatur, defenſor non eſt ne-
ceſſarius, vt hic dicitur. Matthæ. dicit, q licèt in c.dudum.
cauſa propter quam decimæ fuerint conceſſæ, fuiſſet iuſta,
non erat tamen vera. Et ſi fuiſſet probata valuiſſet illa con-
ceſſio facta etiã vacante illa eccleſia,licèt defenſore non da-
to arg.ſup.de his,quæ ſi.à prælat.cap. tua, & cap.paſtoralis.
Dicit etiam quod hoc not. Archid.in cap.dudum.in glo.po
terat.& Io.And.in glo.iuxta,& ſic non eſt contra, quia licèt
163 † ex iuſta cauſa poſſit epiſcopus conſentiente cap.vnam ec
cleſiam alteri eccleſiæ vnire, & loco religioſo donare etiam
inuitis rectoribus eccleſiarum, & etiam vacantibus ipſis ec-
cleſ. tamen ſine cauſa non poteſt inuitis rectoribus, vel va-
cantibus eccleſ.vt dicit cap.dudum. Dicit tamen Sym.q ſo-
lutio iſta ſibi non placet, quia licèt fuiſſet iuſta cauſa,& ve-
ra,non tñ eſt alienatio perpetua, niſi eccleſia haberet defen
ſorem legitimè conſtitutum,ut pręc.c.dudum.ſubdit tamen
talem conceſſionem non ualere, niſi cauſa propter quam
fuit facta,uera exiſtat,quia ibi dicit præſertim, & hoc tenet
ibi Inno.& all.C.ſi ob pu.penſi.l.vlt.& fa.C.de admin. tut.
l.lex quæ,& hoc etiam tenent in c.dudum. Archid.& Ioan.
Andr.Non ob.c.tua,& c.paſtoralis,ubi nihil dicit de defen-
ſore,quia quod ibi minus dicitur per alia iura ſuppletur.

164 Aduerte etiam,q hęc glo. aperte facit † differentiam in-
ter alienationem rerum,in qua defenſor requiritur,& unio
nem, ſeu donationem eccleſiæ, quæ ſine defenſore perfici-
tur.Et

tur.& idem hic Paul. & eſt ratio, quia, vt dixi ſupra in 10.q.
165 per † vnionem non paratur præiudicium eccleſiæ, imò quan
doque eius defectus ſuppletur. 10.q.3.vnio. 16.q.1.& tem-
poris.& ideo non datur defenſor. Si autem donatur, vt ce-
dat in vſum religioſorum, tũc miniſtrorum augetur, vel ſup
pletur defectus, vel eis præſentantibus, vel inſtituentibus
per alios. Sed pars redditũum cedit in eorum vſus, & hoc o-
peratur fauor religionis. Et idem eſt, ſi detur collegio, digni
tati, vel præbendæ, vt dicebat Hoſt. in præd.c. conſultatio-
nibus, quia ſemper pars redditũum datur ad ſuſtentationẽ
habendi dignitatem in commendam. & hoc operatur fauor
maioris eccleſię, de præbend. expoſuiſti. & ideo licet ſit ma-
ius, eſt tamen minus inimicum iuri. Illud autem dictum,
quod ponit Innocent. de elect. ſignificaſti. quòd epiſcopus
& capitulum poſſint aliquid ſtatuere ſuper beneficio non
vacante, & q̃ electus poſtea ſeruare tenetur, ponit hic Paul.
quod intelligit Hoſt. ex cauſa, & ad tempus, pro quo facit ff.
de condit. & demonſtrat. l. ſed ſi hoc. §. fin. vbi non valet cõ-
166 ditio † appoſita in perpetuum, ne quis diſcedat a liberis, ſed
ad tempus impoſita valet, & faciunt quę ſcripſi in expoſitio
ne ſuper verbo, menſæ ſuæ. & facit ſupra de ſponſ. cap. gem-
167 ma. & facit iſta glo. an in † præiudicium expectantium poſ-
ſint epiſcopus, & capitulum ſtatuere, quòd præbendæ ſim-
plices ordinem annexum habeant, de quo per Sym. in clem.
literas. ſupra de reſcript. & tetigi in cap. prox. præced. & ad
168 illud quod opponitur † qui poteſt totum, poteſt partem, &
169 quòd qui † poteſt maius, poteſt minus. reſpondetur in glo.
& facit quod not. in clem. ne Romani. de elect. mens autem
reſiſtit ſecundum Laud. ſeu ſectioni, ſeu diuiſioni beneficij,
quia illa prohibita eſt tam in maioribus, quàm in minori-
bus. ſupra de prębend. relatum. vt præd. cap. dudum. quia ſa
cit eum præiudicio, vt prædictum eſt. Datio autem tutoris
fit ſine ceſſione, & alienatione rei datæ, & ſine præiudicio
rectoris, ſi quem habet, de reſtitu. ſpoliat. cum veniſſent. de
priuil. paſtoralis. & ex prædictis patet ſolutionem Mat-
thęi non procedere ſecundum Sym.
170 Qui vero dicit poſſe ſic dici, quòd vbi † tractatur de be-
neficio, vel dignitate vacante vnienda, vel ſupprimenda,
tunc non requiritur, quod detur defenſor, quia ſufficit con
ſenſus omnium illorum, de quorum conſenſu fuit inſtituta;
nám illorum ſolum intereſt: argum. ff. de aqua plu. arcen. l.
in condendo. & C. de præſcript. l. fina. iuncta l. prout quiſ-
que. de ſoluti. & ſic loquitur cap. cum acceſſiſſent. ſed quan-
171 do † loquimur de diminutione. tunc defenſor eſt dandus, vt
eo intercedente recte diſcutiatur cauſa diminutionis inſtan
tis, videlicet an ſit iuſta vel non, quia facta diminutione ſem
172 per † remanebit dignitas imminuta. & hoc erit in pręiudi-
cium dignitatis ab his per ſe, & principaliter ſubſiſtentis: &
ſic per conſequens fructus rectoris, vnde datur defenſor,
qui in hoc ſubire debet partes rectoris, vel intitulati, quæ
ceſſant, cum tractatur de ſuppreſſione vel vnione, quia tunc
non plus ſubſiſtet dignitas per ſe, & principaliter, vt prius:
nec aliquis rector, vel intitulatus eiuſdem, ſicque tunc ſuf-
ficit conſenſus epiſcopi & capituli, vt hic, defenſor ergo da-
tur in locum rectoris deficientis, ideo non poteſt plus ope-
rari ipſius datio, quàm operaretur exiſtentia ipſius recto-
ris. Sed vbi rector ſupereſſet, non attenderetur eius abſen-
tia, vel non vocatio, ſeu contradictio in vnione vel ſuppreſ
ſione, quia non præiudicatur ſibi, nec etiam ſucceſſori: quia
non poteſt eſſe ſucceſſor ſtante vnione vel ſuppreſſione. Et
ſic etiam dignitate, vel eccleſia vacãte non curatur, habeat,
vel non habeat defenſorem, argum. ff. ſi quis cau. l. ſi enim.
§. qui iniuriarum. & per hoc reſpondetur ad authent. mul-
to magis. C. de ſacroſanc. eccleſ. & ad l. quanto magis. ff. de
iureiur. & ad regulam, nõ licet. de regu. iur. lib. 6. vbi plenius
173 † prohibetur, & grauius indulgetur. & facit ad id, quod not.
de conſuetud. dilectus. in quarta glo. & melius de tranſlatio
ne. cap. fin. in glo. pen. & eſt iſta via brocardica, de qua per
Iacob. de Beluiſ. ff. de vſu. l. qui ſcit. in princip. Nec obſt. cap.
174 vacante. ſupra de prębend. vbi † vacans prębenda diminui-
tur ſine defenſoris datione: nam aliud eſt in prębenda, eo
quòd tempore vacationis totum ius reſidet penes capitu-
lum: ſecus in alijs beneficijs, iuxta cap. fin. de offic. ordin. li-
175 bro ſexto. & ſic in † diminutione præbendę ſufficiunt con-
ſenſus capituli, & authoritas epiſcopi. & hoc verum in prę-
176 benda cathedrali. in † collegiata enim deberet dari defen-
ſor, vel vocari collegium, vel forte vtrunque, argum. pręd.
cap. dudum. In glo. vero ſequ. in qua concord. Paul. non eſt
aliquid addendum, niſi quòd ad cap. ſi propter. & quod ibi
not. reſpondetur, vt ſcripſi in expoſitione ſuper verbo, men
ſę ſuę. non oportet fatigari in ſuppletionibus addendis. Sup-
ple ergo eam, vt authorizare licet poſſit de cauſa, & in vita
cognoſcere ſecundum Paul. de quo tetigi circa quartum no
tabile, & ibi Guilelm. in Spec. quòd ſi epiſcopus de menſa
ſua dat capitulo, talis donatio non pręiudicat ſucceſſori,
quia authoritatem, quam poterat capitulum illi impende-
re, ſibi non poteſt impendere, & ibi quod dixi poſt Innoc.
177 ſcilicet quòd † epiſcopi pro ſe non poſſunt cenſum impo-
nere. & ibi facit idem Paul. Steph. & Geſſ. & ibi ad Papam,
vel eius Legatum ſecundum Paul. Matth. & Sym. & idem
dicas de glo. ſeq. quę incipit ſuo capitulo, quam ſuppleas ſic
ibi, vt ſcripſi, quia penes capitulum, non penes ſingulos
de capitulo. & ibi ſingulari prębendę ſimiliter, & dignitati,
vt dixi ſuper textu. & in fi. idem Pau. Geſſe, & Sym. & ſic ceſ
178 ſat cauſa finalis prohibendę vnionis, quia † quod eſt ſingu-
lorum, non eſt capituli. ff. de rer. diuiſ. l. in tantum. §. vniuer-
ſitates. Item quia ſi de omnibus voluiſſet hoc vtique expreſ
ſiſſet, de decim. ad audientiam.
Tertiodecimo quęritur occaſione pręmiſſorum. Pone,
cardinali, qui tulit ſententiam pro actore ſuper beneficio
in petitorio, vel poſſeſſorio, a qua extitit appellatum, com-
mittitur per Papam, vt per commiſſionem ſpecialem conce
dat ſequeſtrum ſub ſigillo ſuo, vigore cuius commiſſionis
parte alia non citata ad dicendum contra commiſſionem,
necnon ẽt ad videndum decerni literas ſequeſtri: dictus car
dinalis decernit pręḋicta mandando ordinario, quòd fa-
ciat ſequeſtrationem antedictam non vocata parte, cui
poſſeſſio incumbebat, decreuit & fecit beneficium huiuſ-
modi ſequeſtrari. quęritur vtrum cardinalis, & ordinarius
bene proceſſerint, ſuppoſito, quòd poſſeſſor non pręendat
ſe triennio pacifice poſſediſſe, & quòd conſtet notorie per
regeſtum ſententiam pręḋictam contra eum eſſe latam. Vi-
detur, quòd pręḋicti ambo male proceſſerint, quia in quo-
179 cunque † actu, qui poteſt eſſe pręiudicabilis, pars neceſſario
eſt vocanda. ff. de re iudic. l. de vnoquoque. C. ſi per uim uel
alio modo. l. fin. ſupra de cau. poſſ. cap. 1. & de maiorit. & o-
bed. cap. inter quatuor. ſed iſte actus eſt præiudicabilis & pe
riculoſus, vt patet in clement. ad compeſcendas. de ſequeſt.
180 facit, quia † poſſeſſor non debet de ſua poſſeſſione amoueri
eo non vocato, vt ſupra de præben. cap. licet enim. lib. 6. Mo
do hic auſertur poſſeſſio in effectu, quia auferuntur fructus.
arg. 1.q.3. ſi quis obijceret. Male ergo fecit cardinalis conce
dendo ſequeſtrum contra poſſeſſorem eo non vocato, quia
potuiſſet excipere contra commiſſionem de ſubreptione, &
contra ordinarium de ſuſpitione. Item male fecit ordina-
rius, quia ſequeſtrum expediuit non vocato poſſeſſore: cum
enim committens non vocaſſet commiſſarium vocare de-
bebat, vt ſcripſi poſt Mar. in præd. clem. ad compeſcendas. in
23. quæſt. Nam quando committens executionem partes
nõ vocauit, nec de executione cognouit, commiſſarius hoc
facere debet, vt not. per Bartol. ff. de re iud. l. a diuo Pio cir-
ca princ. in 3. quęſt. & eadem l. §. in venditione. in prima quę
ſtione.
In cõtrarium arguitur, quia ille, cui non adiudicatur per
actum qui geritur, ſeu qui non poteſt prætendere aliquod
intereſſe probabile, quare actus geri non debeat ad talem
actum, neceſſario vocari non debet, vt hic, probatur in cap.
conſultationibus. de do. alleg. & patet ex his, quæ notantur
in glo. non extitit, & in glo. videbatur. & ex his, quæ ſcripſi
ſupra in 10. & 12. quæſtionib. & eſt ratio huius, quia talis ſi
pręſens eſſet, actum impedire non poſſet, quia non poſſet
allegare cauſam rationabilem, quare actus non deberet ex-
181 pediri, cum † non audiantur in iudicijs illi, quorum non in-
tereſt. 2.q.6. non ſolent. de elect. cum inter. cum ſi. & per con
ſequens expectaretur eius vocatio, vel euentus, vt ff. ad Vel
leia. l. aliquando. Modo ſic videtur fuiſſe in propoſito: nam
182 contra † commiſſionem non poteſt allegari ſubreptio, quia
eſt de mera, & ſimplici iuſtitia, argum. ſupra de reſcript. ſu-
per literis. Nec contra perſonam ordinarij, quia ipſe eſt etiã
deputatus ante, vt pręd. cle. ad compeſcendas. immo ſolum
per hoc videtur ſolicitari eius officium. ſupra de offic. ordi.
cap. licet. Nec etiam contra ſequeſtrum poteſt opponere de
ſententia non lata, cum de illa conſtet ex actis, nec etiam al-
legat ſe pacificè triennio poſſediſſe, vt dr̃ conſtare ex actis.
Secundo probatur, quia licet ſuper eo, de quo nõ eſt par-
te vocata cognitũ, neq; diffinitum ꝯ partem non vocatam,
& non

& non auditam procedi non debeat, vt in iuribus ſuperius
allegatis.tamen vbi parte vocata,& audita de negocio,co-
gnitum eſt, atque diffinitum ad executionem ſententiæ larg
neceſſario vocari non debet.hinc eſt,ꝙ licet quis per aſſecu
tionem ſecundi incompatibilis ipſo iure primo incompati-
bili ſit priuatus,vt ſ.de præben.de multa.in fin. tamen ſi de
hoc non eſt cognitum, neque diffinitum cõtra poſſeſſorem
primi incompatibilis licet conferri poſſit alteri primum in-
compatibile,quia per talẽ prouiſionẽ illi non præiudicatur,
ſibi, tamẽ nõ debet auferri poſſeſſio, niſi primo vocetur,de
præben.licet.2.lib.6. Sed ſi poſſeſſore vocato de hoc fuiſſet
contra eum cognitum, atq; diffinitum tunc poſſet ei abſq;
alia vocatione auferri poſſeſſio, vt no. Archid. de offi.ord.
c.ordinarij,ſuper verbo cõferantur, & ſcripſi ſatis de hoc in
princ.c.licet.in quæſt.1 a.modo inter partes de cauſa plenè
cognitum fuit vſq; ad ſententiam latam contra poſſeſſorem
licet ab ea fuit appellatum,illius autẽ ſententiæ licet per ap-
pellationem ſuſpenſæ executio eſt ſequeſtrũ, vt præ. Cle.ad
compeſcendas, & ordinarius ſequeſtrando officium ſuum
in hoc exequitur. Et ideo in hoc vocatio non eſt neceſſaria,
facit,quod ſcripſit Inn.ſ.de reſti.ſpol.c.accepta.in gl. ſi. vbi
no.ꝙ ſi quis renunciet beneficio ſuo in manibus epiſcopi, li
cet epiſcopo ſine aliqua cauſæ cognitione ei poſſeſſionẽ au-
ferre,quia in hoc ſuum officium exequitur.

Quid dicendum.certè dico primò ꝙ melius,& honeſtius
fuiſſet,ꝙ Cardinalis vocaſſet poſſeſſorem ad dicendum cõ-
tra commiſſionem,& ad videndum decerni ſequeſtrum per
primam rationem primæ partis,vel ſi feriæ fuiſſent indictæ,
& procurator reuocatus,& principalis abſens ſaltem in val
uis debebat affigi citatio,vel ſequeſtrum. Et quia hoc non
fuit factum ſaltem debuit ordinarius ad videndũ ſequeſtra-
ri poſſeſſorem vocare, vel ſaltẽ hoc ei intimare alias ſeque
ſtrum huiuſmodi ſibi præiudicare non debuit.ar.ff.de re iu-
di.l.ſæpe.§.j.& eo.tit.c.quãuis.a contrario,per quæ iura ap-
paret,ꝙ ſententia,quæ ſcienti præiudicaret, ignoranti non
noceret. Ex quo infertur,ꝙ ſi talis nõ ſeruet ſequeſtrũ huiuſ
modi pœnam non incurrit.ſ.de conſtitut.cognoſcentes.

Secundo dico ꝙ defectu prædictæ non vocationis non
obſtante.prędicta geſta per cardinalẽ,& ordinarium ipſo in
re valuerint,& à tempore ſciẽtiæ poſſeſſori præiudicari de-
buerunt,ſi infra decem dies à tempore ſcientiæ non appel-
lauerit,adeo ꝙ ſi poſtea contra ſequeſtrum faciat, incurrit
pœnam præ. Cle. ad compeſcendas. primò enim ꝙ ipſo iure
183 valuerint,patet, quia licet † in ſententijs diffinitiuis hoc ſit
à iure ſtatutũ,ꝙ non niſi partibus præſentibus, vel per con-
tumaciam abſentibus ferri poſſint,vt C.quõ, & quando iu-
184 dex.l.ea quę, & ff. de ſent.ſine app. reſ.l.1.Itẽ †cum ex edi-
cto ſicut & cum multis alijs ſolennitatibus ferri debent,& ſi
aliter ferantur non tenent.C.de iudic.l. properandum. §.1.
2.& 3.C.de ſent.l.prolatã. Tamẽ in interlocutorijs nõ repe
ritur eſſe ſaltẽ regulariter ita ſtatutum a iure, imò plus vi-
detur,ſi contra abſentem nõ vocatum fuerit interlocutum,
licet ſic fieri non debuerit, tamen factum tenet,& de hoc vi
detur tex. ſecundum vnum intellectum de procurat. cap.
auditis. vbi hoc videtur notare Innocen. & clarius Hoſt.
185 quia † cum minori ſolennitate feruntur, facilius reuocãtur.
186 ff.de re iud.l.quod iuſſit.ſimile de ſententia † quæ nõ debet
ferri ſub cõditione,& tamen lata tenet.ff.quę ſent.ſine app.
reſ.l.2.§. biduũ.Et quia ſic fieri non debet,appellari poteſt,
vt c.auditis,& l.quod iuſſit. allega.;& pro hoc alle. Hoſt. &
Henric.ff.de arbi.l.qualiter.§.dicere.in fi.Itẽ ꝙ ſi non appel-
187 lauerit ſibi præiudicet, quia quando † ſententia lata ſcienti
ſolum nocet à tempore ſciẽtiæ, appellari debet alioquin ex
tunc ſibi pręiudicat. Pręiudicium autem eſt iſtud,quia per-
dit perceptionem fructuum,& contra faciens pœnam incur-
rit,vt prę.Cle. ad compeſcendas. Ex quibus infero,quòd ſi
non appellauit infra.10.dies à tempore ſcientiæ, & nihilo-
minus poſtea velit impugnare ſequeſtrũ, audiri non debet,
188 quia qui † debet appellare,& non appellat poſtea non audi
tur.C.quando iudex.l.ab eo.à contrario &c. cum ſupra all.
iſte enim eſt actus oĩno extraiudicialis,quia in iudicio inci-
dit,& ei connexus eſt.ar.ſ.de iudi.c.1.& ideo tranſit in rem
iudicatam.ſ.de re iudi. cum inter vos. & ſaltem non poteſt
impugnare ex eo capite,quia vocatus non fuit.

Tertio dico ꝙ etiã ſi appellaſſet de facto audiri nõ debe-
ret,niſi appareret,ꝙ ſua intereſſet propter aliquã cauſam ra
tionabilem per eum alleg.propter quam ſequeſtrũ fieri non
debuiſſet,vt patet per primam rationem partis ſecundæ.Et
maximè quia iſtud ſequeſtrum videtur quædam executio
officij ipſius ſequeſtrantis,vt patet ex his, quæ ſcripſi in ſe-
cunda ratione ſecundę partis. Ex quibus concludo quãtum
non appareat, ꝙ ipſe appellauerit à tempore notitiæ infra
10.dies,nec appareat, ꝙ ſua interſit, ꝙ alleget aliquam cau-
ſam rationabilem propter quã ſequeſtrum fieri non debue-
189 rit ſuper impugnatione ſequeſtri,audiri non debet,quia † il
le,cuius non intereſt,non eſt audiendus, & ſic reſtat, quòd
eius ſequeſtrum valet,& tenet.

Decimoquarto quæritur occaſione queſtionis præcedẽ-
tis, vtrum poſſeſſor prædictus tanquam violator ſequeſtri
prædicti pœnas incurrerit de quibus in præ.Cle.ad compe
ſcendas.§. ſi quis autem.per ea,quæ ſequuntur primo, quia
poſt ſequeſtrum laudauit vnam poſſeſſionẽ beneficij, & lau
dimium recepit .Secundo quia dictus poſſeſſor poſt ſeque-
ſtrum fratrem ſuum vna cum alijs pluribus ad exigendum
debita ſua generaliter conſtituit, qui frater poſtea cuidam
monitorio,reſpondens,& de appellando proteſtans,ꝙ dictũ
prioratum regebat,& occupabat nomine fratris ſui. Tertio
quia producitur inſtrumentum, per quod apparet, ꝙ teſtes
licet non producti ſolenniter depoſuerunt in partibus, ꝙ di
ctus frater poſt ſequeſtrum recepit per violentiam blada be
neficij. Quarto qa poſt ſequeſtrũ nomine dicti fratris exer-
cuit officiũ baiuliæ dicti beneficij faciendo pignorari q e i-
dam ſubditum ad duos florenos. Quinto quia poſt ſeque-
ſtrum dictus baiulus reſpondit ſe rexiſſe officium baiuliæ
quinque annis nomine dicti poſſeſſoris.

Reſpondeo ꝙ non niſi alia interuenerint, dico enim pri-
mò,ꝙ poſtquam poſſeſſor,qui vocari debuerat,vocatus nõ
fuit, præſumo ipſum ignoraſſe ſequeſtrum tempore lauda-
tionis,& receptionis laudemij, & tpe cõſtitutionis fuit pro
curator,niſi probetur cõtra eum,ꝙ tunc ſeruaſſet ſequeſtrũ
appoſitum.ff.de probat.l.verius.ſ.de reg.iur.c.præſumitur.
lib.6.Pœnæ enim primo dictæ ſunt graues, & intelliguntur
ipſo iure propter debitum præſumptionis temerariæ,& per
conſequens in præſumente veram ſcientiam bonum inferẽ
tem neceſſario præſupponit,quia maximè in delictis ſcien-
tiam, & non violentiam volumus obligari. C. de tabular.l.
generali.lib.10.ff.ad l.Corn.de Sica.l.diuus, & eo.tit.C.l.j.
190 & C.de iniur.l.& ſi non conuitij, nam † in iudicijs lata cul-
pa dolo non ęquiparatur pro eo, ꝙ ibi requiritur verus do-
lus,& per cõſequens vera ſcientia.ff.ad l.Corn. de Sica. l.in
191 lege Cornelia.facit, quia † excõmunicatio ibi lata non de-
bet ferri niſi ꝓ peccato mortali. 11.q.3. nemo epiſcoporũ.
192 Et per cõſequens † lata à canone dolum neceſſario præſup
ponit,quia canon poteſt eſſe iniuſtus.4.diſt.erit autem lex.

Secundo dico ꝙ factum, vel ſcientia prædictæ fratris, ſeu
aliorum procuratorum dicti poſſeſſoris eidẽ poſſeſſori no-
cere non debẽt,nec cauſant in eo incurſum dictarum pœna-
rum,niſi alias conſtaret,ꝙ poſſeſſor iſta ſciens non cõtradi-
xiſſet,arg. ſ. vt lit.non conte. cap.1. De facto enim certum
eſt, quòd procuratorium generale ad talia ſe extendit. ff.
de his,qui in fraud.cred.l.ſi pater.ne delictum procuratorũ
noceet domino.ff. quod quiſque iur. §. ſi procurator.& ff. ſi
quis ius di.non obtemp.l.vna.§.ſi procurator, & per conſe-
quens nec ſcientia procuratoris generalis in hac parte no-
ceet domino, maximè cum hic requiratur vera ſcientia, &
verus dolus, vt prędictum eſt, & faciunt, quę ſcripſi ſupra,
vt lite non conteſt.c.1.
193 Reſpondeo, quia † propter coniunctionem perſonarum
de facili præſumitur ſcientia,atque dolus.C.de ſacroſan. ec
cle.l.quibuſcunque.ff.de contrahẽ.empt.l.non licèt,& l.qui
194 officij. Item quia † in his,quæ publicè fiunt,ignorantia non
excuſat à pęna,nec culpa. ſ. de poſtula. prælat. c.1. ſi igitur
iſte frater præſumit poſſeſſor fuiuiſſe, & maximè in re pro-
195 pria ipſius poſſeſſoris, quia † quis non pręſumitur ignorare
rem ſuam,vel qualiter res ſua agatur. C. de reſcind. vend.l.
quiſquis. Item ſi frater rexit, & adminiſtrauit beneficium
publicè tanquam procurator fratris quomodo poteſt poſ-
ſeſſor ignorantiam prætendere. ff. ad mace. l. 3. Præterea
196 fa.quod no.Inno.de priuil. ex ore, videlicet, ꝙ † citatio fa-
cta in loco beneficij curati tenet,quia beneficiatus ibi tene-
tur facere reſidẽtiam perſonalem. Si ergo beneficium iſtud
eſt curatũ prout mihi dicit,ꝙ eſt.ipſe poſſeſſor debuit ibi re
ſidere,& per conſequens ſcire quid ibi fiebat.

Sed rñdeo, & dico ꝙ prędicta argumenta ſolum ex præ-
ſumptionibus procedunt, & per ↄſis in alia materia forſan
uigerent. Tñ in hac materia uigere non vr̃, quia hic agitur
de cri-

197 de crimine ad ꝑditionē beneficij, & ideo hic † requiruntur
probationes luce clariores. C. de prob. l. fi. arg. eorũ, quę no.
ꝑ Inn. de elec. ſuper eo, & de acto. ſuper his, licèt. n. ſit in cul
pa non reſidendo, & neſciendo tñ ex hoc directè nõ inferi͂,
ꝙ ipſe ſciuerit, argum. eorũ, quæ no. de conceſ. præben. q̃a
diuerſitatē. culpa ēt lata hic dolo non ęquiparaᷓ: fateor tñ, ꝙ
præſumptiones ſunt magnæ, & ꝙ ſi adiuuarentur alijs admi
niculis, & præſertim depoſitionibus teſtium facilè tranſirēt
in probationem tñ, & ſi clarè probaretur, ꝙ ſciuiſſet fratrē
adminiſtrare noīe ſuo, tñ etiã niſi appareret, ꝙ ipſe ſciuiſſet
ſequeſtrũ prius fuiſſe appoſitum nõ faceret ad propoſitum
cum vera ſcientia ſequeſtri ſit neceſſaria, vt prædictum eſt.

Decimoquinto quærit̄, ecce actor obtinuit per dñm Be-
nedictum Papam modernum decimumtertiũ mandari dño
Auxitano coram quo ſuper hoc pendet cauſa, & per quem
poſt præſentatas relationes ſuper iſtis diebus nunc ſum cõ-
ſultus, ꝙ ꝓuideat actori de prioratu, de quo agitur, ſi ſibi cõ
ſtiterit, ꝙ poſſeſſor prædictum ſequeſtrum non modicè
violauerit, ad quam quantitatem referatur illud verbũ non
modicè, nunquid referatur ad duos aureos, ad quos ſolum
oſtendit dictum laudimium, iux. l. ſi oleũ. §. fi. cum l. ſe. ff. de
dolo, & certè hoc reputo arbitrarium, & arbitrarer ne dum
de duobus aureis, immo forſan de 10. vel de 20. per ea, quæ
notantur. s̃. c. prox. ſuper verbo ad tempus, & quæ ibi ſcripſi
in 11. q. maximè quia iſta materia eſt pęnalis, & imponit ip-
ſo iure pęnam multum grauem, videlicet amiſſionem bene-
ficij. & ideo quãtum tangit pęnæ huiuſmodi reſtrictionem,
vel vitationē, benigna, & larga interpretatio fienda eſt. ff. de
pę. l. ſi pręſes. & l. interpretatione, & s̃. de reg. iur. c. in pęnis,
& c. odia. ex quibus infertur, ꝙ ſi laudum non aſcendit, niſi
ad duos aureos non eſt de eo quæſtio faciẽda, maximè, quia
ſecundũ aliquos laudemiũ non põt pertinere ad ſequeſtrũ,
nec receptio bladorum violẽta vr̄ ponderanda, quia violeo
tiã non mandauit, & quia bladi quantitas nõ apparet, & ſic
non apparet ꝙ illa quantitas coniuncta cũ laudimio ad non
modicum huiuſmodi aſcendere poſſit. Verba autem fratris
prolata extra iudicium non operãtur vim confeſſionis iudi
cialis in præiudicium poſſeſſoris maximè cum ad hoc vltra
referret, vt ad hoc mandatum haberet iuxta ea, quæ ſcripſi
poſt Imo. in c. 1. vt li. non conteſt. & præſertim, quia dicit ſe
per quinq; annos rexiſſe, & occupaſſe nomine fratris, & nõ
dixit de quinq; annis. Et q̃a verbũ occupaſſe non includi-
tur ſub generalitate mandati, vt patet ex iam dictis.

Decimoſexto quæritur primo dictum factũ proſequen-
do. pone prout in facto eſt, ꝙ poſſeſſor monachus alterius
monaſterij, & minor 20. annis bis tacitis prioratum, de quo
agitur, impetrauit, & poſtea actor monachus eiuſdem mo-
naſterij obtinuit mãdari ſibi prouideri alias canonicè de eo-
dem prioratu ſub eadem forma, ſi non eſt alteri ius quæſitũ
in re. quamquam poſt dictum mãdatum pro actore factum
reus, & poſſeſſor ſe aſſerens eſſe minorē alterius monaſterij
monachum obtinuit reformationē a Papa ſub priori data,
valeret gratia perinde ac ſi fuiſſet tũc ętatis legitimę, & mo-
nachus dicti monaſterij cum tranſlatione eccleſię. Nunc eſt
dubium an iſta reformatio facta ſub priori data noceat poſ-
ſeſſori, & mandato ſibi conceſſo de prouidendo eccleſię de
illo mentione nõ facta? & breuiter dico ꝙ non, primò quia
non pt̃ reformare ſub priori data niſi in modũ retrotractus.
198 modo † de extremo ad extremũ fictio, vel retrotractus non
habet locum, ſi ſtatus rei medio tempore ſit mutatus, vt ff.
de noua. l. quotiẽs, & no. per Bar. in materia fictionis retro-
tractiuę, in l. ſi is, qui pro emptore. ff. de vſucap. per eũ repe-
199 tita. facit, quia † in dubio nõ eſt veriſimile, ꝙ Papa per quę-
cumq; generalia velit tollere ius alteri iam quæſitum ēt ad
rem, niſi de illo ſibi facta fuerit mentio, & hoc dicit expreſ-
ſe, immo tacens illud ſubreptitium dici debet. C. de eman-
cipa. lib. l. nec auus. ff. ne quid in lo. pub. l. 2. §. 1. iuncto & §.
ſi quis a principe. ff. de natal. reſtit. l. fi. s̃. de offic. delega. ſu-
per eo. de reſcript. c. quãuis. lib. 6. & quod no. per Compoſt.
eo. tit. cauſam q̃. & per Arch. & no. de ꝓben. c. ſi poſtquam,
& maximè, quia iſtud mandatum de prouidendo cenſetur
vim prouiſionis habere, cum conditio ſit de præſenti, & ve-
ra, ar. eorũ, q̃ no. per Io. And. in Cle. cum ei, quem. in princ.
de conceſ. præben. & de iſto non dubito, ſuppono enim ꝙ
prioratus vnius monaſterij monachis alterius monaſterij
200 conferri non debeat, & ꝙ † prioratus curã animarum hñtes
non niſi habenti completũ annum viceſimum conferri non
poſſunt, vt pręc. Cle. ne magiſtro, & pręſertim in §. cęterum.

Decimoſeptimo quęritur, pone prout in facto eſt, ꝙ pręc-
dictus poſſeſſor confeſſus fuerit coram Papa impetrando
prædictam reformationem ēt in iudicio eam producendo,
& eius materiam in articulis deducendo, & articulos huiuſ-
modi per iuramentum dando adiurando eos per ſacramen
tum eſſe veros ſe tunc fuiſſe minoris ętatis, videlicet 20. an
norum. Et poſtea pro dicto mãdato actoris obtento medio
tempore ipſe poſſeſſor videns ſe ſuccumbere per ea, quæ di
cta ſunt in dubio proximè præcedente, prædictas confeſſio
nes ſic multiplicatas, & iunctas tãquam per errorem factas
reuocauit, & articulos, quos medio iuramento abiurauerat
pro non datis haberi voluit, quãquam gratiæ tempore pri-
mo ſibi factæ fuiſſet ętatis legitimę, de nouo articulãdo aſſe
ruit, ꝙ Card. Ambianeñ. qui fuit primo iudex nõ obſtan-
te cõcluſione iam facta eos admitteret nõ obſtantibus qui-
buſcunq; ſi alias admiſſibiles eſſent mandatũ per importuni
tatem obtinuit. Nunc vertitur in dubiũ, an dictus poſſeſſor
prædictas confeſſiones ſic potuerit reuocare.

Ad qd̃ video, ꝙ non. Et primo quia non eſt veriſimile,
ꝙ errauerit, quia tam ſolenniter confeſſus fuit, & totiens
confeſſionem repetijt, ar. C. ad Velle. in auct. ſiue à me. nam
201 † ea, quæ magis ſolenniter, & deliberatè fiũt, difficilius reuo
cantur, vt patet ex l. diui. §. licet. de iure codicill. & l. ſi quis
in principio. ff. de leg. 3. & dixi in capitu. 1. de conſt. lib. 6.
& per conſequens non ſufficit reuocatio ſimplex, niſi de er-
rore, & veritate contraria doceatur, vt ſupra de confeſ. cap.
ex parte. & ibi caſus. modo hic non datur in facto, quòd de
errore, & veritate contraria docuerit.

202 Secundo probatur, quia † poſitio per iuramentum adiu-
rata, ſeu confeſſio inde reſurgens reuocari non poteſt, quia
petendo ad hoc ſe admitti, turpitudinem, ſeu periuriũ alle-
garet, & quanto magis in hoc perſiſteret tanto magis ſuum
periurium detegeret cõtra iura. ff. de adopt. l. poſt mortem
C. de ſeruo pig. dato man. l. ſi creditorib. C. de reuoca. don
l. cum profitearis. s̃. de dona. inter dilectos. Et ſaltem quic-
quid ſit in temporalibus, in quibus lex ciuilis poſſeſſionem
cum pctõ admittit, ſaltē eſſe ſecus deberet in ſpiritualibus,
& beneficialibus. & fa. lec. & no. s̃. de iureiur. cum in poſitio
nibus. lib. 6. prout no. expreſsè per Hoſt. in c. cum Ioannes.
de fi. inſtr. in gl. quæ incipit, Vltimò dicebatur. in fi. illius gl.
in verb. poſtremo, cuius dictum intelligunt moderniores in
iuramẽto de veritate, & ſpãliter Mar. in c. ex parte alleg. Et
quicquid ſit, illud dictum tam auctorizabile licet operet̃, ꝙ
neceſſe eſt, ꝙ pateat de errore ne dum in veritate facti, ſed
ēt in errore mẽtis: ſuꝑ quo vide, quæ ſcripſi in præ. c. ex par
te. in 6. quæſtion. principali. & præſertim in §. porrò. modo
non apparet mihi, quod doceat, nec de hoc, nec de illo. Et ſi
dicat̃ ꝙ confeſſio eſt ſuper furto, quod potuit faciliter igno
rare, fateor, ſed dico ꝙ potuit ſcire faciliter veritatem, & ꝙ
nõ debuit iurare ita eſſe, niſi eſſet cum eis bene informatus,
alias temerarie iuraſſet, in quo ſuam turpitudinē, & inueri-
ſimilitudinē allegaret, & ideo audiri non deberet ꝑ ꝓdicta.

Decimooctauo q̃rit̄ cõtinuãdo eandē materiã vtrũ attē
to ꝙ poſſeſſor, qui ſuper duobus defectibus, vȝ ętatis, & al
terius monaſterij in eiſdē literis diſpẽſationē à Papa ſimul
obtineat reuocando quo ad defectũ ętatis cõfeſſionē, tanq̃
erroneam, vr̄ fuiſſe confeſſus diſpenſationem quo ad illum
defectũ minime valuiſſe & ſe quo ad hæc dicta diſpẽſatio-
ne nolle vti, an ꝑ hoc videatur ſibi pręiudicaſſe in diſpenſa
203 tione quo ad alium defectũ tranſlationis &c. vt ſic † diſpen
ſatio vitioſa in parte cenſeatur vitioſa in toto. arg. Cle. ſi di
gnitatem, de ꝓben. ſ͞m vnũ intellectũ, de quo ibi no. in gl. ſi
intelligas, & vide quę ibi ſcripſi in ſuppletionibus dictæ gl.
& præſertim in ſuppletione, q̃ incipit, & hoc tenet Geſſe, &
magis plene. vide in his, quæ ibi dixi in 3. qõ. vbi tenui illum
intellectum non eſſe verum, & per conſequens illa Cle. ſ͞m
verum intellectum probat cõtrarium. Iſtæ enim gratiæ ſunt
ſeparabiles, & per conſequens vna poteſt valere ſuppoſito
ꝙ alia non valeat, de reſcrip. ſi eo tempore. lib. 6. & de præ-
ben. c. nõ põt. §. cum vero. eo. lib. & ideo puto ꝙ per dictam
reuocationem circa vnam diſpenſationem in altera diſpen
ſatione nullum præiudicium afferatur, maxime, quia pars
aduerſa illi reuocationi non acquieuit, ſed magis ſententiã
contrariam pro ſe reportauit, & accedant quæ le. & no. per
Innoc. in cap. mulieribus. de iureiur. & cum his ſum expedi-
tus de prædicta cauſa.

Decimonono quæritur ex ſimili occaſione de alio
facto coram me pendente inter partes: Cardinalis

eoim

299 in d. §. quod ait. & in Clem. 1. ſ. prox. in fi. † Arbitrari autem
debet iudex ſecũdũ iura. ſforum: nõ poſſunt ergo locari res
eccl. ſaltem ad annos 15. per pręd icta maxime, quia conſue
tudo, in qua ſe fundat gl. dictæ Clem. hic non apparet. ratio
300 ſecundi eſt, quia † eccleſia nõ poteſt obligari per prælatum
niſi ex vtilitate euidenti. C. de ſacroſan. eccleſ. auct. hoc ius.
& l. fi. ff. de exercit. cuius probatio incumbit alleganti, vt in
iuribus allegatis notat Inn. ne prælati vi ceſ. ſu. c. querelam,
probat. c. 2. de præcar. De ſucceſſore non eſt dubium, quia
cum non contraxit, nec quaſi, nec deliquerit, nec quaſi, non
poteſt niſi per medium eccleſiæ obligari. plus dixerunt do-
mini, ꝙ licèt ſucceſſor permiſerit colonum ſtare per aliquot
annos in locatione, ſibi non præiudicat etiam penſionem
ſoluendo, niſi ſciret locationem, nec tunc niſi ſciret eã non
tenere, & quemadmodum facta fuerit per not. Inn. de ma-
teria prorogationis in c. prudentiam. de off. deleg. Nec tunc
niſi pro tempore illo vt l. item quæritur. §. qui impleto. & l.
qui ad certum. ff. loca. cum not. Bart. in dicto. §. qui imple-
to. Plus dixerunt quidam domini, ꝙ nec tunc, niſi vterque
in recõductione alias tacitè vel expreſſè conceſſiſſet pro eo,
quia alias noua obligatio non contrahitur, vt ff. de pact. l. 5.
Nec prima validabilis eſt reſpectu perſonæ, quia in ea non
fuit initiata, nec reſpectu eccleſiæ, tum quia in ea tunquam
valuit ipſo iure, vt de elec. auditis, & per not. Inn. in dicto c.
prudentiam. de offic. deleg. & Ioan. Andr. in reg. rati, & in
regula ratum, in mercuriali in quæſtionib. tum quia cauſa
confirmationis, videlicet vtilitas & ſolẽnitas nõ ſuperuenit
iuxta not. Dyni in regula non firmatur. Nec obſt. §. qui im-
pleto, quia ibi interuenit, videlicet ꝙ oblatio ſemel fuit inti
mata inter illos, & in perſonas vtriuſque, cuius obligationis
uis id operatur. vt ff. re. amot. l. a. & 3. de quæſtionibus. l.
vnus. §. ſi ſeruus. l. fin. de leg. 2. l. cum filius. §. hęres meus.
Sed primum non eſt hic, vt deductum eſt infra proximè,
nec ſecundum, tum pro eo quod dictum eſt ſupra, quia
potuit differre litem ex multis cauſis. ſimile not. Innocen.
de priuil. accedentibus. Ad §. locationes in Auct. de ali.
& emph. collat. 9. vbi videtur dici locationes fieri poſſe ad
301 voluntatem contrahentium ad quantuncunque † tempus
dummodo non vltra. 30. annos, ſoluitur, quòd illa auct.
non obtinet de iure canonico, quia non reperitur approba-
tum iuxta not. Innoc. in cap. dudum. de reb. eccl. non alien.
lib. 6. vel quia ibi loquitur de eccleſ. Conſtantinopolitanæ
ciuitatis, vel ꝙ loquitur de obligatione perſonali, quę valet,
vt prædixi, quod ſonat verbum contrahentibus placuerit,
ibi poſitum, & tunc ibi exponitur ab ipſis venerabilibus
dominis. i. pręlatorũ. ipſarũ, vel intelligitur per modum rei-
terationis, vel expone ibi in quantocunque. ſ. infra vitam
prælati contrahentis. Sed iſta ſolutio eadem eſt cum tertia,
aliàs enim aſcendens ad 30. annos eſſet perpetua, vt Inſt. de
perpet. & tẽpo. actio. in prin. iuncta l. ſicut, & l. omnes. C. de
præſcript. 30. ann. quod non procederet ſecundum omnes.

302 Trigeſimoprimo quæritur, vtrum † legatus a latere poſ-
ſit facere de ſeculari eccleſia regularem, ſeu religioſam, ma-
ximè non vocatis, vel non conſentientibus, ſed fortè con-
tradicentibus clericis illius eccleſiæ. Videtur, ꝙ ſic, quia hoc
videtur notaſſe Ioan. 12. quæſt. 2. c. ſi epiſcopus. licet Lau.
& Cantu. ibi contra. facit pro Ioan. iſta Clem. prima facie,
ſed non multum vrget, quia hic loquimur de rectore vno,
qui præeſt in totum, & per cuius obitum vacat eccleſia, &
cũ non ſubeſt aliquod capitulum, ſeu collegium: ſecus enim
foret, ſi eſſet collegiata, quia tunc eſſet requirendus conſen
ſus illius collegij, vel ſaltem eius conſilium, vt dicto cap. ſi
epiſcopus. nã ſicut vnio non pręiudicat rectori, cum ſolum
ſortiri debeat effectum eo cedente, vel decedente, vt hic, &
præ. c. conſultationibus. Item neceſſe eſſet, ꝙ talis mutatio,
ſeu erectio non ſortiretur effectum, niſi cedentibus, vel de-
cedentibus omnibus de collegio, & ſic quòd expectaretur
deceſſus vltimi, in quo tale ius collegij remanſiſſet, vt ff. ꝙ
cuiuſq; vniu. nom. l. ſicut. §. fi. In contrarium tamen multum
facere videtur. ſ. de eccleſ. ędific. c. ad audientiam. 2. ſed non
facit contra in effectu, quia licet dicat hoc modo poſſe fie-
ri ſine conſenſu diœceſani, non negat de legato, cum maior
ſit diœceſano, de elect. ſi abbatem. lib. 6.

303 Nunquid ergo † epiſcopus dięceſanus ſine auctoritate
Papæ poſſit eccleſiam ſecularem ſibi ſubiectã facere regula-
rem, vel contra. Henricus in prę. c. ad audientiã. in prima di-
ſtinctione diſtinguit ſic, quia aut quęritur de primo videli-
cet vtrũ poſſit de ſeculari eccleſia facere regularem & ſine
auctoritate Papę, & dico, ꝙ ſic, vt probat̃ in d. c. ad audiẽtiã,
& hoc ibi tenent Bern. & Goffre. in prima gl. & probatur &
12. q. 2. ſi epiſcopus vnam. vbi hoc tenet Ioan. in prima glo.
ſubdit tamen, ꝙ ſine conſenſu epiſcopi hoc fieri non poſſit,
304 vt 16. q. 5. c. 1. & de exceſſ. prælat. ſicut vnire. Et eo caſu † po
teſt dare epiſcopus quinquageſimam reddituum ſuorum ſe
cundum Goffre. vel fortè centeſimam ſecũdum lecta, & no-
305 tata de donat. apoſtolicæ. 12. quæſt. 2. bonę rei, quia † non
poteſt accuſari de eo, quòd ædificauit templum Dei. 12.

q. 2. au-

q.2.aurum.poſt medium ſecundum Hoſtien.A ut quæritur
contra vtrum de eccleſia regulari poſſit facere ſecularem,&
dic quòd non,vt infra ne cle.vel mon.relatum.ſ.de reli.do-
mi.inter quatuor. 19.q.3.item quæritur & c.ſeq. quæ ſemel
in ſe fuit auctoritas Papæ,vt in c.all. relatum, & ſ. de cenſi.
cum venerabil. fallit in caſu, vbi regulares haberi non poſ-
ſunt,quia tunc in eorum defectum poſſunt poni ibi ſecula-
res,vt in c.all.inter quatuor.in fi.vt not.Io.in c.all.ſi epiſco-
pus vnam,licèt Alan. & Ber.dicāt in c.alle.relatum.indiſtin
ctè, q epiſcopus indiſtinctè de eccleſia regulari poteſt face-
re regularem, & malè. vnde opinio Io. approbatur in c.all.
qui ſemel.19. q.3.& in §. præcedenti, quæritur.ſecundum
Archid.in c.allegato,ſi epiſcopus vnam, & idem tenent ibi
Io.de Falcon.& Hugu.& etiam Ber.& Hoſt.in c.alleg.inter
quatuor.Nec obſt.ſi dicatur,q monaſterium videtur potius
debere conuerti in eccleſiam ſecularem, quàm econuerſo,
vt cętus clericorum geminet.16.queſt.1.legi.ſed dic ſecun-
dum Laurum vtrunque pręeminere alijs reſpectibus, nam
306 † monachi præeminent in contemplatione, clerici verò in
prærogatiua.

307 Trigeſimoſecũdo quæritur, vtrum † epiſcopus poſſit vni
re,ſeu concedere eccleſiam in ſingulares canonicos diuidē-
dam. Videtur q ſic,arg.ſ.de præben. expoſuiſti.de conceſſ.
præben.cum noſtris.vt eccleſiaſtica beneficia.c.vt noſtrum.
308 ibi n.9.p Inn.& Hoſt. facit quia † eps, & capitulũ poſſunt ex
cauſa dignitatē de eccleſia collere fructus inter canonicos
309 diuidendo.j.de conſtit.cum acceſſiſſent.facit, quia † poteſt
epiſcopus de mēſa propria loco religioſo donare, de dona.
c.conſultationib.& c.paſtoralis.etiam ſine cõſenſu capituli.
no.Hoſt.de his,quę fi.a pręlat.ea noſcitur. Et multo fortius
310 capitulo ſuo † cui magis obligat, de teſta. requiſiſti.§.vlt.&
quia non videtur hoc propriè ad alienationē tendere. C.de
fideicommiſſis.l.voluntas.ff.de leg.3.l. pater. §. quindecim,
videlicet neceſſitate, vel vtilitate probata ad inſtar tutoris
de reb.pupilli in perſonam ſuam accipientis.ff.de adminiſt.
tu.l.tutor rerũ.& l.quoties.§.non tamen,& l.exiſtimo.arg.
311 ff.de contrah.empt.l.fiſtulas.§.fi.Non ob.q † differentia de-
312 bet eſſe inter dantem, & accipiētem.& q † in negotio pro-
prio nemo auctorizat.de quo no.16.q.4.c.1.quia iſta oĩa lo
quuntur in actu,qui procedit ab aliquo perficiēte,ſeu prin-
313 paliter faciente, non ſic de conſenſu capituli, quia † vnio
procedit principaliter ab epiſcopo,vt d.c. ſicut vnire,& p-
batur.ff.de reg.iur.l.aliud.de leg.2.l.cum pater.§.libertis,&
de procurat.l.filiusfa.§.1.& probatur.ſ.ne ſed.vac.c. vnico.
lib.6.Vnde talis conſtituens non tam facit, quam faciētem
non impedit,vt ff.de ma. vind.l.ſi pater.§.vlt.Et talem con-
ſenſum quis poteſt adhibere in ſuum proprium cõmodum,
ſicut filia patri dotem repetenti conſentit,vt ff.ſol.matr.l.a.
§.voluntate.& tamen exactio cedit in cõmodum filię,quod
apparet,quia pater tenetur dotem ſic exactam filiæ conſer-
uare, nec poteſt etiam niſi ex noua cauſa diminuere, vt in
Auct.de ęqua. dot.§.quia lex, coll.8. Et p hoc facit de elec.
c.cum in iure. ff. quod quiſque iur. l. planè, & per locum a
contrarijs.ff.de excuſat.tut.l.amiciſſimos.§. . . . Et in hac
ſententia fuit Hoſt.de his q fi.a pręla.ſine conſenſu.capi.no
uit.bene tamen innuit Spec.in eo.tit.contrarium dicens, q
talem vnionem poteſt ſucceſſor reuocare.Sed non obſt. q a
non dicit eam nullam, ſed reuocabilem, vel eſt nulla, ſi ille,
in cuius fauorem fuit mueta ſolennitas, vel idē epiſcopus,
vel capitulum hoc allegant, aliàs non vt ff.de iniuſt.rupto,
& irri.teſt.l.filio,& de bo.poſ. ſecũdum tab.l.qui ex liberis.
§. vlt. ſecundum intellectum Azonis ſecundum Oldra. in
quadam quæſt.ſua. Sed ipſe fatetur hoc eſſe dubium per
iſtam Cle. Et ego dico illud non eſſe verum etiam ſi eccle-
ſia,quam vniret, non eſſet de menſa ſua per iſtam Cle. cum
his,quæ ſcripſi.Quòd enim non acquiratur capitulo, ſed in
canonicos diuidatur,non pondero,quia imò tunc proprie-
tas acquiritur capitulo licèt vtilitas in ſingulos diuidatur,
& ſic eſt locus quantũ ad hoc iſti Cle. & aliter patens fraus
fieret huic Cle.Et ad illud,q dicitur,q iſtud non videtur in
alienationem tendere ſupra reſponſum eſt.

Trigeſimoquarto quæritur de alia quæſtione mota per
Oldradum. Pone quòd Clemens quintus ad ſupplicatio
nē Gulielmi epiſcopi conceſſit quatuor eccleſias parochia
les ad eiuſdem epiſcopi collationem ſpectantes, quas idem
epiſcopus duceret eligēdas,quarum omnium iuxta taxatio
nē decimę fructus 150. librarũ annis ſingulis valorem nõ
excedũt menſę dicti epiſcopi auctoritate apoſtolica in per-
petuum cedentibus, vel decedentibus earum eccleſiarũ re-
ctoribus conceſſit annexuit,& vniuit decernens ex tunc ir-
ritum,& inane,&c.Et conceſſit domino epiſcopo de ſpecia
li gratia,vt dictas eccleſias cedentibus,vel decedentibus, vt
præmittitur earũ rectoribus,poſſit idē epiſcopus dicta apo-
ſtolica auctoritate ad manus ſuas recipere, tenere, & poſſi-
dere pacificè,& fructus earum percipere, & habere, prouiſ-
ſo quòd eccleſię debita ſeruiture non fraudarentur,nec ani
marum cura in eis negligeretur. Item virtute dicti reſcri-
pti apoſtolici idem epiſcopus volens vti gratia ſua, & pote
ſtate prædicta auctoritate apoſtolica elegit, & acceptauit
quatuor eccleſias infraſcriptas ad eius collationē liberè pti-
nentes,quarum valor ſummam dictarum centumquinqua-
ginta librarum annui redditus iuxta taxationē decimę non
excedit,videlicet eccleſias de Benatho Sācti Vandilij,San-
cti Ypoliti de gratia. . . . . & eaſdem eccleſias quampri-
mum,& earum quãlibet vacare contingeret ipſe iuxta dicti
reſcripti continentiam,cum earum iuribus, & prouentibus
ex nunc prout ex tunc,& ex tunc prout ex nunc menſę ſuę
epiſcopali auctoritate prædicta vniuit,& applicauit abſque
alia electione,& acceptatione,& prędictā vnionem,& appli
cationem executioni mandari voluit idem epiſcopus incõ-
tinenti cum ſimul, vel diuiſim eaſdem eccleſias vacare con-
tingeret. Nolens tamen,q ante dictam vacationem rectori-
bus ipſarum eccleſiarum,qui ſuperſtites erant in dictis eccle
ſijs priuſquam cederent, vel decederent, aliquod pror-
ſus præter præmiſſa præiudicium generaretur. Et eaſdem
vniones idem epiſcopus poſtea renouauit in præſentia ca-
nonicorum tunc pręſentium in ciuitate minaren. & in pręſ-
ſentia earum publicauit eaſdem. Poſt hęc mortuo Clemen
te Papa. V. xxij. gratias fecit ſub certis formis eccleſię ſpe-
ciales de beneficijs eccleſiaſticis ad collationē dicti epiſco-
pi,vel pręſentationē,ſeu quamuis aliam diſpoſitionē perti-
nentibus, ſi quod in ciuitate,vel diœceſi minaten. tunc va-
cabat, etſi nullũ eccleſię beneficiũ vacabat pro dictis eccle-
ſijs ſimilia beneficia donationi apoſtolicę reſeruauit cũ clau
ſula anteferri,decernentes.inhibentes &c.& cũ non obſtan-
te,& clauſulis oportunis. Poſtea vacauit dicta eccleſia, quā
Vicarius epiſcopi quantum in ſe fuit vigore dictæ vnionis
appræhendit,& menſæ epiſcopi incorporauit.Sed impetrā-
tes illā dicũt ſibi deberi maximè,quia epiſcopus tēpore im-
petrationum ſuarum illius poſſeſſionem non fuerat aſſecu-
tus,nec rector mortuus, nec vnio ſortita effectũ præſertim
attento, q habent clauſulam anteferri contra impetrantes
dicti Clementis,epiſcopo in contrarium dicente eccleſiam
ſic fuiſſe,q poſtea vacare non potuit,nec conferri tanquam
iam facta,& de menſa,& proprietate menſę ipſius epiſcopi,
licèt pro conſeruando iure actorum,& rector tunc uiuentis
perceptio fructuum dilata fuerit in tempus.Pro clericis im
petrantibus facit, quia † omne quod confertur in tempus 315
mortis alterius,quam eius, cui debet commodum applica-
re videtur conditionem habere. ff. de cond.& demonſt.l.a
teſtatore.& ibi no. Modo hic ante conditionis exiſtentiam
nõ uidebatur,quod haberet ius in re, & ſic tũc epiſcopus ſo
lum uidebatur expectans, fortius ergo propter clauſulā an-
teferri ſuperuenientem in conditione pendente cùm uiuat,ut
ff.qui pot.in pig.hab.l.licèt.ar.de præben.quõdam.lib.6. &
de conc.pręb.c.auctoritate.& de reſcrip.ſi gratioſe.eo.
lib.& ff.qui pot.in pig. hab.l.qui uulnerum.§.1.& l.potior.

In contrarium pro epiſcopo tenet Oldradus, pro cuius
declaratione dicit attendendum, quòd gratia epiſcopi non
fuit perſonalis,ſed realis nõ menſam reſpiciēs,ſed perſoná.
arg.ff.de neg.geſt.l.qui aliena.§.uno.de inſtit.l.procurato-
re.§.ſi plures.licèt de perſona fiat mentio,ut apparet impe-
tranti,ff.de pact.l.iuris gentiũ.§.pactorum.Et ſic eſt perpe-
tua,morte impetrantis minime finienda. ff. de cenſi. l. 3. &
l.forma.§.quanquam.C.de excuſ.mun.l.ſordidorum.& ibi
not. Et ſic apparet, quòd illa uerba,cedentibus, decedenti-
bus rectoribus, propriè conditionem non faciunt, ſed ma-
gis faciunt ad cauſam, quam dicit exituram, certum eſt,
quia illi neceſſario morituri ſunt, nec tamen eſt uериſimile
menſam epiſcopalem deficere. ff. de fundo do. l. 1. de re-
ſcript. ſi gratioſe. lib. 6. niſi per malam fortunam non ſpe-
ctandam.ff.qui, & à quib.l.Iulianus. Propter quod oportet
dicere, vel quod ſit dies, uel q ſit conditio habens ſe ad eſſe
tantum.quę naturam conditionis non habet. ff.de nouat.l.
ſi pupillus. §. 1.& de conditio. & demonſtr. nam etſi cum
moriar. Et ſic argumenta de conditione loquentia magis

faciunt pro quàm cõtra. facit quia conditio, quæ tanta non
eſt, actum conditionalem reddit. ff. de le. 1. l. 3. de condit. &
demonſt. conditiones, quæ extrinſecus. Modo iſta, quòd ce
cedentibus, vel decedentibus &c. tacitè fuerat, vt hic, & pręc.
c. conſultationibus. Præterea faciunt illa verba literæ, ad ma
nus ſuas recipere, tenere, & poſſidere pacificè, & fructus ea-
rum percipere, & habere, quę non videtur noui iuris col-
latiua, ſed iam collati executiua. arg. ff. de dote præleg. l.
quod vxori. §. vlt. & ſunt omnia meri facti. ff. de acquiren.
poſſ. l. 3. §. vltimo. & l. ſi quis autem, & de leg. 2. l. Titia. §. 1.
& C. de pigno. l. 3. & præſupponit tantum ius efficacis vnio
nis. Ex talibus enim pactis arguit lex. C. de pact. inter empt.
& vendit. l. 3. & not. ff. de donat. l. 1. ver. item cum. & ſic
non vnionis efficaciam ſuſpenderunt, ſed tantum realem
fructuum perceptionem diſtulerunt arg. C. quãdo dies le.
cedit. l. ex his verbis. & eod. tit. ff. l. ſi vnio. §. 1. & ff. ad Tre-
bell. l. Seruius ſaturninus. benefacit ff. de donat. inter vir. &
vxo. l. cum hic ſtatus. §. ſine auctoritate. Præterea poſito,
quòd conditio induceret pendentiam vnionis ſaltem exi-
ſtente conditione per mortem rectoris quo ad conſolida-
tionem vnionis videtur per prius operari effectum ratione
pręrogatiuæ temporum. arg. ff. de excuſ. tut. l. ſi is, qui tres.
& de contrarab. l. 1. §. ſed & ſi pater. & C. de ſecund. nupt. l.
hac edictali. §. omnibus. & de reſcript. duobus. lib. 6. quia
gratia epiſcopi fuit eccleſiæ fauorabilis, & altera ambi-
tioſa. & ſic conditio gratiæ fauorabilis videtur per prius
extitiſſe. ff. de leg. 2. l. poſt mortem. 4. reſponſo. fa. etiam,
317 quia † exiſtentia conditionis reſpectu diuerſorum diuerſos
operatur effectus. ff. de ſolut. l. in numerationib. ff. ad l. fal.
l. ſi pupillus. reſpectu enim vnionis operatur tranſlationem
proprietatis in menſam. ff. de acquir. poſſ. l. qui abſenti. §. 1.
& de ſolut. l. ſub conditione. reſpectu verò impetrantis ope
ratur, quod incipit beneficium eſſe illi debitum ante proui
ſionem factam de illo, de conceſ. præben. cap. vlt. lib. 6. in
concurſu vero ſui, & debiti ſuum præfertur, vt ff. depoſiti.
l. 1. in princ. in primo, & ſecundo reſponſo, & l. ex facto. §.
planè, & not. faciunt lecta & not. in pręc. c. duobus. & de pre-
ben. ſi à ſede libro 6. Per quæ alia die per vnum Cardina-
lem conſultus reſpondit, quòd ſi prouiſio expectatiuæ, &
mandatum prouidendi, niſi alteri &c. concurrat, præfertur
prouiſio, etiam ſi alter ad poſſeſſionem præcurrerit. Præ-
terea, quia quid iuris virtute clauſulæ anteferri, ſed illa
non præiudicat epiſcopo, quia illa non extendit vim ſuam,
niſi ad ſibi ſimiles, arg. ff. de vino, triti. & oleo leg. l. fi. §. fi. &
non ad maiorem de reſcript. c. ſedes, de procur. qui ad agen
dum. lib. 6. & Cle. non poteſt. eo. tit. ſed gratia facta menſæ
eſt omnino diſſimilis, & maior gratia facta impetranti. Eſt
enim illa perpetua hæc temporalis, illa fauorabilis, hæc
odioſa illas eccleſias per modum proprietatis applicans;
hæc per modum beneficij, inter quæ omnia conſtat eſſe
magnam differentiam, de eo, qui mitt. in poſſ. cum qui. lib.
318 6. & facit optimè de reſcript. cap. fin. lib. 6. vbi † diſpoſitio
Papæ tollens gratias de non reſidendo perſonis factas non
tollit eas, quæ factæ fuiſſent eccleſijs, per quæ ſemel re-
ſpondi in conſilijs Rotæ, quòd gratiæ expectatiuarum Cle
mentis ſeptimi habentes ſimilem clauſulam anteferri non
præiudicant gratiæ Clementis quinti conceſſæ Archiepi-
ſcopo Burdegalenſi, ſuper facultate conferendi in primor-
dijs ſuæ aſſumptionis in qualibet cathedrali, vel collegiata
eccleſia ſuæ prouinciæ auctoritate apoſtolica vnum cano-
nicatum, & vnam præbendam. Sed maior pars auditorum
tenuit contrarium, de quo fui ſatis miratus. Præterea ad
propoſitum reuertendo pro intentione epiſcopi, quòd non
eſt neceſſe eccleſiam vnirã tempore vnionis vacare, vt hic,
& præ. cap. conſultationibus. & cap. ſicut vnire. vlti. & 16.
quæſt. 1. & tempore. & not. ne ſed. vac. cap. vno: quia fit de
proprietate, non vt de beneficio. de do. & contu. cum qui.
lib. 6. Et ideo realis, non perſonalis dicitur, de inſtit. cum
veniſſent, & rei non perſonę ius quæritur, argumen. ff.
de re. eod. l. ſi pecuniam. §. ſi quis, & iniuria, ſi fieret, men-
ſæ fieri diceretur. ff. de vi publi. l. fin. de nego. geſt. l. qui
aliena. §. fi. Et ideo vnitur non vacans, licèt non vacans non
conferatur in beneficium, de conceſ. præbendæ, cap. 1. & 2.
Et ideo ſtatim tenuit vnio eccleſiæ non vacantis, quo ad
translationem proprietatis in menſam, ſtatim quòd electio
per epiſcopum facta fuerit: quamquam poſſeſſio nondum
apprehenſa fuerit, nec dies fructuum percipiendorum ve-
nerit, nec rectori præiudicium afferatur, arg. C. de allu. l. fi.
& præ. cap. conſultationibus. quæ decret. nimia ſubtilita-
te ſufficere debet ad deciſionem pręſentis quæſtionis ſe-
cundum Oldradum. Nec mirum, quia quandoque actus
tenet, & emolumenti aſſecutio differtur in longius, arg. ff.
de do. inter vir. & vxo. l. cum hic ſtatus. §. ſane. de verbor.
oblig. l. interdum. de condit. & demonſt. l. j. §. fi. ad Trebel. l.
Seyus ſaturninus. C. quando dies leg. ced. l. ex his. Et ſic ver
ba cedentibus, vel decedentibus, ſolum demonſtrant illud
tempus, ſic ff. de condit. & demonſtr. l. in conditionib. & l.
heres meus. in princ. Præterea faciunt etiam dicta verba, ad
manus ſuas recipere, tenere, & poſſidere, & fructus percipe
re, quia declarant non vnionis exiſtentiam, ſed fructuum
perceptionem ſolum differri in tempus. Et facit etiam ver-
bum viuimus ibi poſitum, quod eſt præſentis temporis. fa.
etiam forma gratiæ, impetrantes beneficium vacans, vel va
caturum ſpectans ad collationem epiſcopi vnitum, nec va-
care poteſt, nec poteſt ad collationem, vel diſpoſitionem
epiſcopi pertinere cum iam per vnionẽ ſit diſpoſitum per
Papam, ſeu de mandato ipſius. facit etiam, quia non eſt ve-
riſimile, quòd Ioannes voluerit tollere diſpoſitionem fa-
ctam per Clementem in fauorem epiſcopi, ſeu ei per ſuas
clauſulas derogare, de reſcript. ſi propter. lib. 6. & maximè
quia clauſula anteferri refertur ad expectantes beneficia, vt
beneficia, & ad beneficia conferenda perſonis ſingularibus,
vt beneficia, non autem ad eccleſias in proprietatem alias
eccleſias tenentes, vel expectantes ſecundum eum. & hoc
credo veriſſimum.

Addere poſtes, quibus modis fit vnio, de quo ſcripſi ſu-
pra, ne ſe. vac. cap. 1. in prima quæſtione. Item quis poteſt
vnire, & ex qua cauſa poteſt vnio fieri, & quæ eccleſię, ſeu
quæ beneficia vniri poſſunt. de quibus tetigi in præ. c. 1. in
9. q. Et adde etiam quæ ſcripſi poſt Paris. de reſcript. cap. ſi
gratioſe. lib. 6. & ſupra, de his, quæ fi. a præla. cap. nouit in 3.
& 4. quęſtionibus. & quę ſcripſit Collec. ſupra eo. ad noſtrã,
prope finẽ, verſ. ſed quid ſi laycus, vbi dicit, ꝙ ſi laycus da-
ret decimas non infeudatas ante lateranen. concilium ca-
pitulo conſentiente epiſcopo abſque ſuperiorum epiſcopi
auctoritate non poteſt obſtante iſta Clem. quia non poteſt
auctorizare in facto ſui capituli, vt hic dicit hoc notari poſt
Pau. licèt videatur contra, de his, quæ fi. a prælat. cum apo-
ſtolica. ſed illud intelligitur ſecũdum iſtud. ſuperior autem
epiſcopi dicitur forte Papa, vel legatus cum iſte non ſit
vnus de caſibus, in quibus archiepiſcopus habet poteſta-
tem in ſubditos ſuffraganeorum, qui notantur de offic. ord.
paſtoralis. Sed ſi laycus vellet dare. dic vt dicit notari per
Pau. & Ioan. And.

Item omnino adde, quæ ſcripſi in Clem. pe. de præbend.
in 21. quæſt. & maximè in ver. quid dicendum. vſque in fin.
illius quæſtionis, & etiam in 8. quæſtio. & duabus quęſtio-
nibus præcedentibus, & maximè in 20. quæſtione.

Sed aduerte, quia adhuc remanet in hac materia vna quę
319 ſtio non plenè expedita, videlicet, nunquid † ipſo iure falſi-
tas cauſæ vitiet vnionem, de qua tetigi ſupra in 24. quæſt.
320 Et † ſi a Papa eſſet impetrata vnio cum aſſertione falſæ cau
ſæ eſſet in dubitatum, quia talis falſa aſſertio ſubreptionem
induceret, & quia intelligeretur conceſſio; ſi preces veritate
nitantur, ſupra, de reſcript. ex parte. Sed ſi eſſet facta per or-
dinarium, maius tunc dubium ſaltem negari non poſſet,
quin eſſet ipſo iure irrita, vel ſaltem per ſententiam irritan-
321 da, quia † non eſt, niſi ex iuſta cauſa vnio facienda, vt patet
ex his, quæ ſcripſi ſupra, ne ſe. vac. cap. 1. in 20. quæſt. verſi.
Sed ex qua cauſa. Securius tamen videtur dicendum, quod
cum non habeamus textum, eam clare ipſo iure irritantem,
ꝙ ſit per ſententiam irritanda per ea, quæ ſcripſi ſupra eodi
in 24. quæſtio. Et licèt plura nunc occurrant de præſenti.
ſufficiat hæc dixiſſe. Prædicta videbis in præ. cap. ſicut vni-
re, & in alijs remiſſionibus ante dictis. ex quibus poſ-
ſes vnum bonum, & nouum tractatum compo-
nere in materia vnionum, ſicut fecit Fed.
de permutatio. Cald. de eccleſiaſtico
interdicto. Et Lignanus de cen-
ſura. aut unam, uel plures
repetitiones ſi ſis
doctor re-
gens.

REPETITIO IN CLEM. RELIGIOSI, DE DECIMIS.

I. V. C. Domini Aegidij Bellameræ.

SVMMARIVM.

Quid ſit nouale, remiſſiuè.
1 Vtendo qui iure ſuo, non dicitur iniuriari.
2 Decima animalium debetur, remiſſiuè.
3 Priuilegij verba ſunt inſpicienda, remiſſiuè.
4 Remotio vnius obligationis, non inducit liberationem alteri.
5 Colonus partiarius, de ſua parte tenetur ſoluere decimas, & ibi ratio.
6 Colonus ſuos non facit fructus partis ſuæ, remiſſiuè.
7 8 Coloni cenſuales, de illo tenentur ſoluere decimas religioſis; cum cenſus ſuccedat loco fructuum.
9 Colonus penſionarius, non tenetur de illa penſione decimas prædiales ſoluere.
10 Eccleſia parochialis, intelligitur fundari ſine præiudicio baptiſmali, cui prius debentur decimæ prædiales.
11 Eccleſiæ parochiali, pro parochia certum territorium eſt aſſignatum ab eo, qui poteſt.
Prohibitio fit per contradictionem realem.
12 Permiſſio fit per verbalem contradictionem, poſt requiſitionem.
13 Quando in iure dicitur, quòd fiat monitio, citatio, vel requiſitio canonica,
14 vel competens; tunc debet eſſe trina, vel vna peremptoria.
15 Religioſi ſi tenentur ſoluere decimas, nec ſoluunt, non eas ſibi appropriando, non eſt locus pœnæ hic poſitæ, ſed ipſi alijs opportunis remedijs compellentur ſoluere.
16 Differentia eſt inter doloſum alienum vſurpare, & ſibi appropriare nolentem, negligentem in ſoluendo, quod debet, remiſſiuè.
17 Auferre, & iniuſtè detinere, & auferre & non dare quoad periculum animæ non multum differunt, remiſſiuè.
18 Non dare interdum peius eſt, vt egenti ad mortem; quàm alteri auferre, ſemper tamen differunt, nec omnimoda ſimilitudo, remiſſiuè.
19 Auferre interdum peius eſt, quàm non dare, ſemper tamen differunt.
20 Religioſi dicuntur appropriare ſibi, quando ius prætendunt ſe habere, &c.
21 Dignum eſt, vt malè meriti egeſtate laborent, remiſſiuè.
22 Ad impoſſibile de præcepto nemo obligatur, remiſſiuè.
23 Omnes religioſi non tenentur ad diuina officia, vt ſunt profeſſi non clerici, remiſſiuè.
24 Procurationes, & caſtellinnatus ſunt officia, & prærogatiuæ.
25 Eleemoſinarij, cellarij, ſacriſta, oſtiarij, camerarij, vel ſimiles, vtroque modo dicuntur exercere officia, remiſſiuè.
26 Nulla pœna eſt maior in eccleſia excommunicatione, remiſſiuè.
27 Certa forma eſt ſtatuta in ſententia excommunicationis, remiſſiuè.
28 In ſententia ſuſpenſionis, nec interdicti, non eſt neceſſaria forma ſolennis; ſed ſufficit, quòd dicat, abſoluo, vel relaxo interdictum, remiſſiuè. vide contraria inferius.
29 In excommunicatione debet ſeruari forma, quæ habetur. 11. quæſtione 3. nemo.
30 Par eſt poteſtas ligandi, & ſoluendi, remiſſiuè.
31 Forma data ab homine, exacta diligentia debet obſeruari quæcunque ſit, aliter non valet, quod ſit contra eum, remiſſiuè.
32 Quandoque tempus, vel factum adijcitur abſolutioni fiendæ, quandoque durationi ſententiæ. Primo caſu ſemper abſolutio eſt neceſſaria, Secundo tamen caſu non eſt neceſſaria, ſed ſufficit declaratio, remiſſiuè.
33 Executio debet fieri per eum, qui habet iuriſdictionem, quam ipſe non habet lapſo termino, remiſſiuè.
34 Deſinens eſſe iudex exequi non poteſt, remiſſiuè.
35 Terminus quandoque ſtatuitur actori, & tunc quandoque reſpicit petitionis ſubſtantiam, & quandoque inſtantiam iudicialem. Primo caſu finita eſt petitio finito tempore, remiſſiuè. Secundo caſu finito tempore finitur inſtantia; actio tamen manet ſalua, remiſſiuè.
36 Decima noualium, & aliorum prædiorum, æquiparantur, remiſſiuè.
37 Religioſi prætextu religionis, non debent ſibi decimas appropriare alijs debitas.
38 Religioſi magis prohibentur ambire aliena, quàm ſeculares, remiſſiuè.
39 Decimæ pertinent ad religioſos.
40 Doloſi ſolent fraudes occultare per colores, remiſſiuè.
41 Priuilegium conceſſum religioſis, vt non ſoluant decimam, de nutrimentis ſuorum animalium, quę nutriunt, non extenditur ad animalia ſuorum familiarium, vel paſtorum, remiſſiuè.
42 Priuilegia conceſſa clericis extenduntur ad eorum familiam; & quare.
33 Priuilegia indulta contra ſtatuta a iure humano minus fortia ſunt priuilegijs indultis contra ſtatuta a iure diuino.
44 Priuilegium magis odioſum, magis eſt reſtringendum.
45 Equi, boues, & cætera animalia continentur appellatione gregis, remiſſiuè.
46 Grex ſecundum proprium ſignificatum, ſolum eſt animalium paruorum, ſicuti pecudum, porcorum, caprarum, & ſimilium, remiſſiuè.
47 Armentum eſt boum, remiſſiuè.
48 Grex ſecundum largam ſignificationẽ continet animalia parua, & maiora, & omnia animalia, quæ gregari poſſunt.
49 Commixtum alteri non gaudet priuilegio conceſſo ei, cui fit commixtio, remiſſiuè.
50 Singula animalia ſingulorum dominorum, licèt ſimul miſceantur, vt faciant vnum corpus; tamen quilibet remanet dominus ſui animalis, remiſſiuè.
52 Committentes fraudem ſub colore priuilegij grauius debent puniri, remiſſiuè.
52 Priuilegium conceſſum ſuper non ſolutione decimarum prædiorum, nec nutrimentis animalium intelligitur, quando duo cõcurrunt: vnum, quòd prædia, & animalia ſint priuilegiatorum, aliud eſt, quòd prædia colant, & animalia nutriant manibus, vel ſumptibus proprijs. Et ideo ſiue tradant prædia ipſa per alios excolenda, vel ipſa animalia per alios nutrienda ad partem, nõ gaudeat priuilegio, nec etiam colonus, qui colit, & quare.
53 Differentia eſt inter colonum, qui colit nummis, & eum, qui eſt partiarius, quia quo ad ſolutionem decimarũ non eſt differentia, vt hic. ſed quo ad conditionem furtiuam intentandam contra furantem fructus eſt differentia, & quare.
54 Colonus partiarius non eſt dominus, niſi poſtquam partem ſuam percepit.
55 Colonus, qui nummis colit, eſt, qui dat certam pecuniam, & omnes fructus ſunt ſui.
56 Colonus, qui certum quid percipere debet pro labore ſuo, non dicitur verè colonus, ſed mercenarius.
57 Qui mercede conuenta colit, impropriè dicitur colonus.
58 Priuilegiatus quando facit coli per colonum, qui colit nummis, colit ſumptibus proprijs.
59 Pars coloni partiarij, cum reperiatur ſemel decimata, amplius non decimabitur.
60 Colonus, qui colit nummis, quos ex pacto percipere debet, tenetur ad decimam de illis: quia illi nunquam fuerunt decimati, ſed de fructibus præſtetur decima, antequam deducantur expenſæ factæ cauſa fructuum quærendorum.
61 Fructus regulariter dicuntur eſſe illi, qui ſuperſunt deductis talibus expenſis, remiſſiuè.
62 Melior eſt conditio coloni partiarij, quàm eius, qui colit nummis in ſolutione decimarum.
63 Colonus vbi eſſet, qui dat certum quid, & facit omnes fructus ſuos, tunc ipſe tenetur ad decimam illorum fructuum.
64 Religioſi an teneantur ad decimam dicti precij conuenti, vel alterius certæ quantitatis conuentę ſibi ſoluta per talem colonum.
65 Dominus quare non teneatur ad decimam de quantitate, quam recepit à colono, quia videtur de ea conueniſſe, vt nihil ſoluat ipſe pro ea, ſed quod colonus ſoluat.
66 Colonus quare teneatur ad decimam ſuæ mercedis, quia illã habet ex ſuo labore.
67 Partiarius de ſua parte tenetur ad decimam, quia illam habet vt fructum, & miſericordia Dei ſe ſuppeuit, mercenarius autem habet mercedem ſuam vt ſtipendium: hæc autem quando vera ſint, vide inferius.
68 Dominus ſi eſſet priuilegiatus ad nullas decimas ſuarum poſſeſſionum, nec ſuorum animalium: tunc attendendus eſt tenor priuilegij.
69 Priuilegium ſi eſt reale eximens ipſa prædia, vel animalia à præſtatione decimæ, & tunc etiam coloni partiarij, vel qui dant certam ſummam, non tenentur.
70 Priuilegium aut eſt perſonale, tunc ipſi coloni tenentur de parte ipſarum non dominus priuilegiatus, remiſſiuè.
71 Prohibere verbo, vel non ſinere facto, vt fiant, quę per alium fieri debent, remiſſiuè.
72 Sola prohibitio verbalis non ſufficit, quia pro facto non habetur.
73 Sola prohibitio verbalis tunc ſufficit, vbi quis conatur tertium impedire, ne faciat, quod facere debet, remiſſiuè.
74 Vbi quis tenetur aliquid facere, non ſufficit illud facere verbo.
75 Vbi opus eſt facto, verba non ſufficiunt, remiſſiuè.
76 Vbi quis ſe immiſcet rei ad ſe non pertinenti, ęquiparantur hæc duo, ſcilicet facere de facto, vel verbo. At vbi quis tenetur aliquid facere, & ſic debet ſe immiſcere rei ad ſe pertinenti, tunc non ęquiparantur, quia non ſufficit verbo facere, vbi facto fieri poterat.
77 Interpellatio hominis quando in delictis neceſſario requiratur ſuper ſatiſfactione fienda ad hoc, vt in mora conſtituatur, & pœna contra eum committatur, remiſſiuè.
78 Delinquens ſemper eſt in mora, & fuit ſtatim in tempore delicti perpetrati.
79 Interpellatio conſtituit debitorem in mora, ſi facta ſit per eum, cuius intereſt, remiſſiuè.
80 Interpellatio ſola hominis quando, ſiue quo caſu non conſtituat debitorem in mora, remiſſiuè.
81 Dies interpellat pro homine, remiſſiuè.
82 Maior dilatio datur vſurpanti alienum, quàm impedienti, ne ſoluatur debitum alienum, remiſſiuè.

83 *Vſurpans magis delinquit, quàm impediens, remiſſiuè.*
84 *Accidentalia ſunt parui præiudicij, remiſſiuè.*
85 *Vſurpans tenetur ad reſtitutionem; impediens verò ad diuiſionem prohibitionis realis, vel verbalis adducta, et maiori ratione eget vſurpans, quàm impediens.*
86 *Emenda ſumitur hic pro ſatisfactione damnorum illatorum.*
87 *Pœna ſuſpenſionis durat ad tempus, ita ꝙ adueniente illo tempore ceſſat ipſo iure, remiſſiuè.*
88 *Forma certa requiritur in abſolutione ab excommunicatione, remiſſiuè. Sed non in abſolutione à ſuſpenſione.*
89 *Excommunicatio eſt grauior pœna ſuſpenſione.*
90 *Abſolutio hominis, neceſſaria eſt ſemper, niſi ſententiæ excommunicationis eſſet tempus adiectum quoad eius durationem.*
91 *Pœna ſuſpenſionis à beneficio, vel officio eccleſiaſtico propter carentiam beneficij, vel officij, vbi non cadit, quo eſt in delinquente, debet loco illius pœna excommunicationis imponi.*
92 *Pœna excommunicationis, poteſt dici ſubſidiaria, remiſſiuè.*
93 *In ſententia excommunicationis, quæ profertur ab homine, ante omnia neceſſe eſt, ꝙ præcedat trina, vel terna monitio, vel vna pro omnibus, remiſſiuè.*
94 *Requiſitio, de qua hic, ſola ſufficit, & vnica vice facta, remiſſiuè.*
95 *Non eſt neceſſe iſta requiſitione, de qua hic, quod conficiatur publicum inſtrumentum, vel aliud authenticum documentum, remiſſiuè.*
96 *Donati, vel conuerſi, qui ſe, & ſua obtulerunt, non gaudent priuilegio monaſterij, alias non. Tales enim ſunt plenè oblati, remiſſiuè.*
97 *Oblati, qui retinuerunt ſibi vſumfructum ad vitam bonorum ſuorum, qui manſerunt in ſeculo ſolo habitu mutato, vocantur confratres; & gaudent priuilegio monaſteriorum.*
98 *Quis donat ſeipſum alteri, remiſſiuè.*
99 *Nullus eſt dominus ſuorum membrorum, quia hic non donat perſonam ſuam, ſed velle ſuum, & liberum arbitrium.*
100 *Quis non poteſt donare perſonam ſuam, vt ſit ſeruus hominis; ſed vt ſit ſeruus Dei ſtrictiori vinculo religionis & hoc fauore religionis.*
101 *Summa eſt ratio, quæ pro religione facit, remiſſiuè.*
102 *Quis poteſt ſibi inferre mortem, & ibi ratio.*
103 *Religioſus mortuus eſt, remiſſiuè.*
104 *Ambitio frequens quorundam religioſorum, ac deſiderium, ſeu concupiſcentia habendi decimas fuit ratio impulſiua; & in ſolutione illorum fraudes committentium.*
105 *Fraudes in religioſis, plus reprobantur, quàm in cæteris, remiſſiuè.*
106 *Quæ de nouo emergunt, de nouo indigent auxilio, remiſſiuè.*
107 *Illud c. an habeat locum in laycis, vel ſecularibus clericis in his delinquentibus, & infertur ꝙ non, cum rationibus.*
108 *An habeat locum in religioſo tranſlata ad eccleſiam ſecularem, remiſſiuè.*
109 *Mens ſicut attenditur in ampliatione, ita & in reſtitutione.*
110 *Dictum non videtur, quod non fuit mente agitatum, remiſſiuè.*
111 *Religioſus talem eccleſiam ſecularem obtinens pro ſeculari iudicari debet.*
112 *Remota cauſa, remouetur effectus, remiſſiuè.*
113 *Interuenientibus omnibus cauſalitatibus, debet ſequi effectus, remiſſiuè.*
114 *Verbum quicunque, an includat hic Ciſtercienſes, & hoſpitalarios.*
115 *Verbum quicunque, an includat fœminas hic.*
116 *Maſculinum in pœnalibus concipit fœmininum, remiſſiuè.*
117 *Conſtitutio huius c. inducta eſt in fauorem eccleſiarum.*
118 *Decimæ debentur eccleſiis parochialibus à iure communi.*
119 *Decimæ debentur religioſis ex priuilegio ſpeciali, remiſſiuè.*
120 *Verbum decimis, reſtringitur ad decimas debitas de iure communi, remiſſiuè.*
121 *Religioſi non poſſunt iure ſuo proprium poſſidere, remiſſiuè.*
122 *Decimæ poſſunt pertinere parochialib. eccleſiis in alienis parochijs ex aliquo iure ſpeciali, remiſſiuè.*
123 *Verbum eccleſiis, probabile eſt reſtringere ad cathedrales, vel collegiatas, ſeu parochiales; ſic quòd non includat monaſterium, vel prioratus regulares.*
124 *Significatio, ſeu interpretatio verborum in communi materia regulariter refertur ad vulgi appellationem, remiſſiuè.*
125 *Monaſteria, & prioratus regulat, ſecundum vulgi communem appellationem nullibi communiter eccleſiæ, ſecundum vulgum appellantur; ſed ſolum vulgariter appellant. r monaſteria, ſiue prioratus, remiſſiuè.*
126 *Intelligentia debet ſumi ex cauſa dicendi, remiſſiuè.*
127 *Pœna huius conſtitutionis, an locum habeat in leproſis, remiſſiuè.*
128 *Non ſoluere, non eſt appropriare, ſeu vſurpare, nec eſt propriè non permittere, ſeu prohibere, remiſſiuè.*
129 *Laici non ſoluentes, non ſunt excommunicati, ſed excommunicandi, remiſſiuè.*
130 *Verbum retinere, intelligitur de appropriatione vſurpatorum, ſeu retentorum.*
131 *Sicut vſurpans, vel appropriaus, ita & non ſoluens dicitur ſpoliare, remiſſiuè.*
132 *Vſurpare, vel inuadere, & retinere alienum iniuſtè, paria ſunt.*
133 *Auferre alienum, & non dare, paria ſunt.*
134 *Vſurpans alienum, nullo tempore præſcribit propter malam fidem, remiſſiuè.*
135 *Non ſoluens debitum præſcribit, licèt ſit malæ fidei.*
136 *Non ſoluens, quòd videatur vſurpare, & pro vſurpatore decimarum debitarum, intelligatur ex ea parte, quia non ſoluit illas, quas debet; ex hoc enim videtur ius libertatis ſibi uſurpare.*
137 *Religioſi ſi non ſoluunt uolentes ſibi uſurpare libertatem aduerſus debitum, & tunc ligantur hac conſtitutione.*
138 *Religioſi ſi non ſoluunt; quia dicunt ſe non poſſe, vel pactum de non ſoluendo ſibi factum eſſe, vel ſe iam ſoluiſſe, & tunc ſecus.*
139 *Nemo habet ſeruitutem in re propria, remiſſiuè.*
140 *Verbum retinere, hic poſitum, quomodo ſit accipiendum.*
141 *Non ſoluens pro uſurpante habetur.*
142 *Aliud eſt rem alienam ſibi appropriare, vel vſurpare de facto impedire, aut uerbo prohibere, aliud eſt ſimpliciter in non ſolutione perſiſtere.*
143 *Non ſoluere propriè, non eſt aliquid facere, vel dicere; ſed appropriare, vſurpare, impedire, vel prohibere, dicitur propriè facere.*
144 *Negatiua de ſui natura nihil ponit, & ideo ſecundum naturam non eſt probabilis, remiſſiuè.*
145 *Verba regulariter in dubio debent intelligi propriè, remiſſiuè.*
146 *Verba dubia in pœnali materia magis debent propriè, & ſtrictè recipi; quâ per hoc fiat interpretatio ſtrictior, & benignior, remiſſiuè.*
147 *In pœnalibus, & odioſis debemus reſtringere verba.*
148 *Maius eſt peccatum, quod in faciẽdo committitur, quam illud, quod committitur in omittendo, remiſſiuè.*
149 *Non ſoluens, non eſt verum, ꝙ plus delinquat, quàm ſolui prohibens, aut non ſinens, remiſſiuè.*
150 *Monachi cum poſſideant eccleſiam ad eos pertinet percipere fructus, remiſſiuè.*
151 *Religioſi cum eccleſiam poſſideant, decimas nomine eccleſiæ percipiunt, & ſic ipſa eccleſia uidetur percipere, remiſſiuè.*
152 *Quis cum iure ſuo utatur, pœnam non meretur.*
153 *Malè petit nomine eccleſiæ impetrans à religioſis decimas, quas ipſi nomine eccleſiæ poſſident.*
154 *Religioſus, an ligetur iſtis pœnis hic poſitis, ſi ſibi appropriat, vel vſurpat decimas non iure ſuo tanquam ad ſe pertinentes; ſed ſciẽs eas eccleſiis debitas, & ad ſe non ſpectare, & ſolum animo furãdi.*
155 *Religioſi non poſſunt iure ſuo aliquid ſibi appropriare, vel uſurpare.*
156 *Religioſi prohibẽtes, vel non ſcientes, &c. ligantur indiſtinctè; ergo, & appropriantes, & uſurpantes indiſtinctè ligantur hac conſtitutione.*
157 *Requiſitio infra duos menſes, an neceſſaria ſit, ꝙ à tempore requiſitionis currant iſti duo menſes, remiſſiuè.*
158 *Non ſoluentes decimas, non ligantur hac conſtitutione.*
159 *Iſti de quibus hic, nunquid dicantur ſuſpenſi, an officijs etiam diuinis, cum ſint ſuſpenſi temporalibus.*
160 *Extenſio non eſt facienda hic, cum conſtitutio ſit pœnalis.*
161 *Verbum officijs, ſimpliciter prolatum, intelligitur ſecundum qualitatem ſequentium remiſſiuè.*
162 *Decima realis ſoluitur ei, in cuius parochia res eſt ſita.*
163 *Decima perſonalis ſoluitur, ubi audiuntur diuina officia, remiſſiuè.*
164 *Decima de animalibus, feris, & piſcibus non incluſis debita reputatur perſonalis.*
165 *Prohibentes, vel impedientes decimas ſolui, tenentur eccleſiæ damnificatæ etiam inhibitione, & impedimento ſublatis, &c.*
166 *Religioſi ſic vſurpantes, &c. qui non habent, vnde reſtituant ligentur his pœnis.*
167 *Malè meriti egeſtate laborare debent, remiſſiuè.*
168 *Religioſi ſi non ſunt ſoluendo ſecundum quendam non ligantur his pœnis propter vſurpationem; ſed propter non ſatisfactionem; & ſic ceſſat uinculum propter impoſſibilitatem.*
169 *Oblati, ſeu donati, qui dicantur ſunt enim illi, qui nulla ueſte mutata; dederunt ſe, & ſua alicui de religionibus approbatis.*
170 *Conuerſi dicuntur etiam laici illi, qui nondum ſe mutauerunt diſponere fortè alijs literatis religioſis ueſtem portantes.*
171 *Oblatio donatorum, ſeu oblatorum ſine alio ingreſſu non rumperet teſtamentum patris, remiſſiuè.*
172 *Concupiſcentia religioſorum magis eſt damnabilis de rebus alienis; quàm ſecularium.*
173 *Dedicans, & offerens ſe, & ſua bona monaſterio, aut dedicans ſe ſimpliciter, cenſetur plenè oblatus, licèt habitum nõ mutauerit; quia dedicando perſonam, uidetur dedicare bona, ſi tamen dedicat bona per expreſſum, cenſentur principaliter dedicata; ſed ſi de bonis non exprimit, bona conſecutiuè ueniunt, remiſſiuè.*
174 *Conuerſi cenſentur offerre ſe, & ſua, & ultra hoc habitum mutant.*
175 *Religioſi fraudem adhibentes circa decimas nutrimenti animalium immixtorum cum ſuis, debent perdere priuilegium decimarum non ſoluendarum, etiam quoad propria.*
176 *Quis quandoque dat ſe, & ſua ſimul cum effectu alicui religioni, & tunc habet locum.*
177 *Quis interdum dat tantum ſua, & tunc illa in monaſterium non tranſeunt.*

ſeunt. Et ideo tunc in illis priuilegium monaſterij locum habet.

178 Quis interdum ſe tantum offert, & tunc talis religioſus efficitur, & habitum portare poteſt. remiſſiuè.

179 Profeſſi ſi non ſunt, licet portent habitum, victumque cum alijs ſumant, & religionem obſeruent; tamen ex Mar. ſecundum communem opinionem tranſeunt omnia bona, remiſſiuè.

180 Nemo diſpenſat ſuper voto, niſi Papa.

181 Abſolutio hic impoſita ante ſatisfactionem, an ſit ipſo iure nulla.

182 Omnes verè religioſi mares, & fœmina, qui ſunt in mundo, militant ſub tribus regulis S. Benedicti, S. Auguſtini, & S. Franciſci.

183 Vicarius perpetuus exiſtens in eccleſia monaſterio vnita exercens coram per ſe, an fundet intentionem ſuam de iure communi circa petitionem decimarum, & ſimilium.

184 Decimæ inſtitutæ fuerunt à principio ad opus miniſtrorum eccleſiæ.

185 Monachi quandoque capiunt omnes fructus, & dant vicario certam portionem quod regulare eſt; & tunc credo, quòd monachi, & non vicarius, in decimis, & oblationibus fundant intentionem ſuam de iure communi; niſi in illis vicario portio eſſet aſſignata, & quare.

186 Iſta Cle. ſolum ligat religioſos fraudem committentes, vel impedimenta apponentes ſuper non ſolutione decimarum alijs debitarum.

187 Nouale dicitur illa terra, quæ fuit inculta perpetuò, vt nemus, ſylua non ſcidua, vel aliàs ſemper inculta.

188 Decima an ſoluatur ex terra nouali.

189 Non quod fit, ſed quod fieri debet, eſt attendendum in talibus, de quibus hic.

190 Noualia pro quota parte poſſint impetrari contro eccleſias, quibus debentur, remiſſiuè.

191 Noualia qualiter probentur, remiſſiuè.

192 Hæc Cle. de quibus eccleſiis intelligat, vtrū etiam de ruralibus, remiſſiuè.

193 Abbates, priores, vel ſimiles habentes eccleſias curatas per ſe, vel ſuæ adminiſtrationi annexas, licèt exercitium curæ faciant, per ſuos perpetuos vicarios exercent, remiſſiuè.

194 Vicarij debent ſua portione congrua contentari.

195 Religioſi, quorum ſunt eccleſiæ, quò ſuam intentionem fundant de iure communi ſuper decimis, oblationibus, & ſimilibus.

196 Decimæ debentur regulariter eccleſiis, & earum rectoribus, ex quo infra earum parochias, vel limites inſurgunt, & hoc per quoſcunq; terra excolantur, ſiue per laycos, ſiue per clericos, per religioſus exemptos, vel non exemptos.

197 Cauſa legitima eſt, quòd iſti religioſi de ſuis noualibus, quæ proprijs manibus, & ſumptibus excolunt, & de nutrimentis ſuorum animalium, & de hortis, & fundo eccleſiis non ſoluant decimas.

198 Cauſa legitima eſt conſuetudo, ſeu præſcriptio. ſ. quòd religioſi non teneantur ſoluere decimas.

199 Cauſa legitima eſt donatio epiſcopi, vel inferioris iuris ſolemnitate aliàs obſeruata, remiſſiuè. ſ. quòd religioſi non teneantur ſoluere decimas.

200 Pœna iſta, vt locum habeant, an dolus ſit neceſſarius.

201 Verbum præſumpſerint, temeritatem denotat.

202 Decimæ de iure communi ad eccleſias pertinent, & primo debent certificari.

203 Non licet in detrimentum alterius in incertum vagari, remiſſiuè.

204 Qui opponit crimen præſumitur ſcire circunſtantias illius criminis.

205 Allegans fraudem, illam probare tenetur, ſaltem per indicia perſpicua, remiſſiuè.

206 Religioſi iſti habent contra ſe ius commune, remiſſiuè.

207 Decimæ qualiter ſoluantur de animalibus.

208 Decimæ ſicut debentur de paſcuis, ſunt reales, quia vitam, & nutrimentum animalia a terra recipiunt; & ſic dari debent illi eccleſiæ, cuius ſunt paſcua, remiſſiuè.

209 Decima herbæ eſt ſoluenda, ſi de ea fieret fœnum, & ſic erit realis, ſeu prædialis.

210 Decima debent dari de agnis, lana, & lacte domeſticorum animalium parochiali eccleſiæ tanquam de prædialibus, remiſſiuè.

211 Paſtor ita decimam tanquàm perſonalem de mercede, quam in cuſtodiendis animalibus lucratur, ſoluet illi eccleſiæ, vbi audit ſacramenta, ſicut miles de ſua militia.

212 Ouibus exiſtentibus in tribus parochijs, diuerſis tamen temporibus, qualiter iſtæ tres parochiæ ſibi diuident decimas; quia in alia parochia concipiunt, in alia pariunt, & in alia nutriunt, quæ iſtarum erit potior in agnis, ſeu fructibus decimandis.

213 Sed quid de illo, qui iurauit, quòd de x. primis animalibus, quæ ſibi naſcerentur, dare decimam, contigit quòd x. prima ex his ancillis parturierunt decem partus, an de illis teneatur dare decimam.

214 Eccleſia parochialis eſt bona fide in poſſeſſione pacifica decimarum, quas religioſi uſurpant; quamquam proprietas ad eccleſiā ipſam non pertineat, an locus ſit iſti clem.

215 Poſſeſſor bonæ fidei habetur pro domino; maximè quoad faciendum fructus ſuos, remiſſiuè.

216 Excommunicatio peccatum mortale an exigat, remiſſiuè.

217 Decima cui eccleſiæ debeantur, baptiſmali, an parochiali, &c.

218 In tota ciuitate, villa, vel caſtro non eſt, niſi una eccleſia, in qua baptiſmus miniſtretur, &c. remiſſiuè.

219 Ordinatio teſtatoris, uel conſuetudo loci ſeruari debet, ſi de illa apparet, ſi autem de illa non apparet, conſiderandum eſt, utrum in fundatione eccleſiæ non baptiſmalis illi eccleſiæ ſit data parochia, & tunc illi debentur decimæ, alias autem baptiſmali. & ſic eſt communis opinio.

220 Decimæ debentur eccleſijs matricibus.

221 Eccleſia matrix illa dicitur eſſe, quæ baptizando regenerat, remiſſiuè.

222 Decimæ prædiales debentur parochiali prædiorum.

223 Decimæ perſonales diuiduntur inter baptiſmalem, & illam, in qua audiunt diuina.

224 Baptiſmus eſt ſacramentum principale, & fundamentum omnium ſacramentorum.

225 Cauſa decimarum, & oblationum eccleſiæ præſtandarum, eſt diuinorum celebratio, & ſacramentorum exhibitio.

226 Dignum eſt, quòd operarius, qui ſeminat ſpiritualia, metat & temporalia, & non priuetur mercede ſua.

227 Baptiſmalis eccleſia ſi concurreret cum parochiali in decimis, ſtaretur tunc cum baptiſmali. Et idem ſi æquanimiter vtraque participaret cū illis per rationes hic poſitas.

228 Conceſſo vno cenſentur conceſſa omnia, quæ neceſſario ſequuntur ex illo, remiſſiuè.

229 Receptio decimarum neceſſe de iure ſequitur adminiſtrationem diuinorum officiorum, & eccleſiaſticorum ſacramentorum in modo einſdem conſequentiæ, remiſſiuè.

230 Onus ſi diuina officia celebrandi, & eccleſiaſtica ſacramenta miniſtrandi hominibus infra certos limites conſtitutis eccleſiæ infra eoſdem limites de nouo fundatæ ſit impoſitum, ad illud onus honor annexus, videlicèt perceptio decimarum ſequi debet, remiſſiuè.

231 Eccleſia baptiſmalis habet ſubſtinere partem de onere, videlicet quoad officium baptizandi æquum eſt, quòd per ſuperiorem, videlicet diœceſanum aſſignetur ſibi portio de honore, puta in perceptione decimarum.

232 Eadem ratio eſt de parte ad partem, quæ de toto ad totum, remiſſiuè.

233 Quæ emenda ſit, vel ſatiſfactio religioſi delinquentis contra hanc Clem.

234 Trina monitio an ſit hic neceſſaria, ſicut in excommunicatione.

235 Priuilegium leproſorum de non ſoluendis decimis de nutrimentis animalium, an intelligatur ſolùm de animalibus, quæ ipſi nutriunt.

236 Religioſi ſi emunt animalia, & illa alijs nutrienda tradunt, dummodo aliàs ſine fraude, non eſt locus huic Clem.

237 Vbi eſt eadem ratio vtrobique, idem ius eſſe debet vtrobique, remiſſiuè.

238 Verbum in fraudem, refertur ad id, quod communiter fit, remiſſiuè.

239 Papa conceſſit priuilegium cuidam religioni, vel mediti ſuper decimis non ſoluendis de terris, quas per ſe, vel alios excoli facerent, an extendatur priuilegium ad colonos, per quos terras illas excoli faciunt quoad partem penes colonos ipſos remanentem.

240 Priuilegium perſonale non tranſgreditur perſonas, quibus conceditur, remiſſiuè.

241 Priuilegiati religioſi ſuper decimis de terris ſuis, quas manibus, vel ſumptibus proprijs colunt, vel alijs excolendas tradunt, an tunc coloni partionarij, ſeu penſionarij harum terrarum, quæ dantur per religioſus huiuſmodi ab eis excolendæ teneantur ad tales decimas excolendas.

242 Verbum officijs, hic poſitum, de quibus officijs intelligatur.

243 Excommunicatio eſt maior pœna, quæ ſit in eccleſia Dei.

244 Verbum officium, in materia pœnali recipitur in maiori ſignificato.

245 Officium ſpirituale, atque temporale, ineſt regulariter beneficio, & adminiſtrationi.

246 Excommunicatio importat ſuſpenſionem ab officio.

247 Vtrum ſuſpenſio, de qua hic habetur, indigeat abſolutione.

248 Abſolutio ab excommunicatione habet formam.

149 Abſolutio a ſuſpenſione formam habet, remiſſiuè.

250 Excommunicatio ſicut tenet non ſeruata forma, ita & abſolutio eadem ratione.

ſuſpenſione ad determinatum tempus non eſt neceſſaria
abſolutio, nec declaratio. In ſuſpenſione vero ad inde-
terminatum tempus etiam non eſt neceſſaria abſolutio, ſed
ſufficit declaratio ſecundum glo. cum dicit. not. Innoc. in c.
cum bonę de ęta. & qua. ſed ipſe Inno. & Hoſt. videntur nō
eſſe contrarij in cap. ſicut. de cohabita. cle. & mulie. & vtro-
bique de hoc ſcripſi. Nec obſt. q excommunicatio requirit
abſolutionē, quia ibi eſt ſpeciale, & ibi requiritur certa for-
ma. Sed aduerte, quia nō eſt verum, q in ſuſpenſione ad in-
certum tempus declaratio abſolut. ſit neceſſaria, nā cum nō
duraret talis ſuſpenſio, niſi vſq; ad tempus incertum, illo la-
pſo durare poteſt, licèt ad tollendum altercationes & dubi-
tationes declaratio ſit vtilis, & placet Mar. quis tamē abſol-
ueret. vide Pau. in cle. 1. de re. eccle. non alie. & in cle. 1. de
248 hæret. Nec valet ratio, q † abſolutio ab excōicatione habet
249 formam, tum quia etiam † abſolutio à ſuſpenſione formam
250 habet, vt c. cum venerabilis. ſ. de cenſi. Tum quia ſicut † ex-
cōicatio tenet non ſeruata forma. 11. q. 3. c. j. & de ſen. excō.
c. ſacro. ita & abſolutio eadem ratione, & patet de ſent. ex-
251 cōmuni c. venerabilibus. §. vbi autem. lib. 6. Tum quia † ex-
communicatio etiam fertur ſub conditione ipſam conſti-
tuente, & ad mente, ſupra de ap. præterea.

Sed diſtingue, quia aut adijcitur tempus abſolutioni fien
dę, vel impendendę ſuper ſuſpenſione, vel dr̄, q ſuſpenſus
maneat donec fuerit abſolutus, & tunc neceſſaria eſt abſo-
lutio, vt ſ. de ſepul. c. 1. Aut adijcitur durationi ipſius ſuſpē
ſionis, & tunc ſecus, & idē in interdicto. ſed licèt abſolutio-
ni ab excommunicatione impendendę quandoque adijcia-
tur tempus, durationi tamen ipſius excommunicationis nō
debet adijci. Ideo iura decreti quę videntur ſonare contra-
rium, expone de ſuſpenſione ſecundum Mar.

Sed pone, q in abſolutione excōicationis dicitur ſic, abſol
uo te, ſi ſolueris tunc, vel ſi tunc ſolueris tunc abſolutus ſis,
nunquid tenet abſolutio Mar. dicit q non, vide quare non
teneat, cū illo modo poſſit ferri excōicatio, reputat tn̄ teme
rariā talem abſolutionem, cum impendi non debeat, niſi cō
tento. 24. q. 2. c. ſanè. de fo. comp. c. 2. de reg. iur. c. peccati ve
nia. ſuper quo vide Inno. de reſcript. ab excōicato. Nec eſt
verum, q talis ſupenſus ſit interim intra, & extra eccleſiam,
qia neutra interim. i. ante conditionis euentū operatur effe
252 ctum. & ſic † excōicatus ſub conditione ante euentum con-
ditionis eſt extra eccleſiā, & non intra, arg. cle. vnicę. de con
ceſ. præben. in prin. & per hæc patet multa terminari. Vnde
253 † ſi adijcitur tempus inſtantiæ illo finito inſtantia termine-
tur. C. de iudi. l. properādum. Secus ſi adijciatur iudicio. C.
254 vt j. cert. tp̄s crimi. qō termi. l. 1. Et per hoc † ſi adijciatur tē
pus iuriſdictioni, ſeu dationi poteſtatis, ſn̄iam infra tempus
latam, non poteſt talis poſt tempus exequi, iux. le. & no. de
off. deleg. de cauſ. Aliud exemplum poteſt poni per §. ſecus.
255 in prę. cle. vnica. Hoc autem certū eſt, q quando † terminus
adijcitur ſubſtantię iure quęrendi, vel fiendi, petendi, exci-
piendi. tunc poſt terminum nil poteſt fieri. de elect. c. quam
ſit. lib. 6. de in integ. reſtit. cap. coram. de except. paſtoralis.
256 præ. §. ſecus. † peremptа tamen inſtantia per lapſum tempo
ris ius principale non perijt, vt patet. ſ. de iudi. c. examinata.

& hoc

& hoc in iudicialibus. Et idem in extraiudicialibus ſi proui-
detur per lapſum termini de deuolutione ad aliam, quia
tunc non eſt locus purgationi moræ, de conceſſ. præben.
cap.2.& de negli.præla.cap. fin.lib.6. Secus autem tali pro-
uiſione ceſſante,& re integra exiſtente.de præ.ſi tibi abſen-
ti.eod.titu.ſecundum Mar.Sed de hoc ſcripſi latius in expo
ſitione poſt Pau.
257 Vigeſimoſeptimo quæritur, vtrum † offerens eccleſiæ ſe
culari,vel regulari ſe,& ſua,poſſit matrimonium contrahe-
re.Ioan.in præ.cap.vt lex.27.quæſt.1. tenet quòd ſic. Mat-
thę.15.dicit, quòd opinio Ioan. eſt vera,ſi ad alia non pro-
ceſſit, vtpote profitēdo tacitè,vel expreſsè.ſu.3.de conuer.
coniug.ex parte, & de voto. cap. vno. lib. 6.vbi dicitur, ꝙ
258 † duobus modis ſolennizatur vo. impediens matrimonium
cōtrahi, & dirimens iam contractū,ſcilicet per ſuſceptionē
ordinis ſacri, & per profeſſionem tacitam, vel expreſſam,
259 ſed hic nullum fuit,igitur.Item, quia † nullus prius obliga-
tur monaſterio, quàm de eius obligatione appareat. At hic
ſe non obligauit ad caſtitatem,tenebitur tamē alibi ad obe-
dientiam,& reuerentiam.Nec obſt.cap.inſinuante.ſup. qui
Cle. vel vo. quia ibi interuenit profeſſio. poteſt etiam talis
habere proprium, & illud ſibi in obligatione reſeruare.
ſ.de priuil.cap.cum & plantare & c.tuatum. Ex quo appa-
260 ret,quòd plus eſt † monachatio,quàm oblatio.& hoc etiam
tenent Aluarus, & Lignan. dicit etiam Matthęus, quòd ſi
quis profitetur aliquem ordinē monialium non valet pro-
feſſio,nec fit monachus,per cap.diffinimus.
261 Vigeſimooctauo quęritur, † quo tempore decimę ſint pe
tendæ,vel ſoluēdæ.& eſt ſciendum ſecundum Io.An.in ad-
262 ditionibus,in Specu. eod.titu.quòd † omnis obligatio de re
nondum orta, vel nata,quantumcunque ſit pura,diem, vel
cōditionē habet,ſi naſcetur, & cum nata fuerit, hoc patet.
ff.de verb.oblig.l.inter ſtipulantem.§. ſacram.ver.pro quo,
& illud. & l. interdum. & iſte eſt vnus fructus pecorum. ſ.
agni,vel hęduli, alius cōſiſtit in lacte, ex quo etiā fit caſeus,
tertius in lana,patet Inſtit.de re.diuiſ. §. in pecudum, & de
his datur,in ver.in pecudum fructus,& not.eo.titu. perue-
263 nit.Communiter tenetur cum Ray.& Goffre. quòd † in fi-
ne anni ſoluendę ſunt,quia particularis ſolutio, & credito-
ri,& debitori videtur incommoda. ff.ſa. erciſ. l.planè. & di
cit enim iſte,ecce annus elapſus eſt,& nihil poſuiſtis in the
ſauros meos, quòd verbum ad perſonales etiam pertinet.
16.quæſt.1.reuertimini.& vide,quod ibi not.in glo. non ta
men.Et ſi diceres, quòd quolibet menſe inſtātia dabitur de
ſeptimana, & die vt ibi no. tamen vt dicit Hoſt.ſi infra an-
num velit ſoluere,refutari non poterit, quia iure nō eſt ex-
preſſum.hoc no.Hoſt.in ſumma.eo.tit.§.& qualiter. verſic.
ſunt autem. ſubdit ad propoſitum de decimis animalium,
quoad fętus, quòd ſecūdum l.Leui.vlt.videtur debere de-
cimum in ordine naſcendi qualecunque optimum vel mi-
nimum. Quod intellige ſi ab alijs cognoſcatur, ceſſabit ille
rigor ſu.de ſepul.ſacris,& quod ibi no. & ff.de vſufr. l. vſu-
fructuarium vinarij. §. ſi vinarijs, & ff. de condict. indeb.
l.ſi pœnæ cauſa, & §. fi. & de re. credi. nam & ſi fur. §. 1.
Et videtur quòd ſi ſtatim dari poſſit, ne cogatur agricola
eſſe procurator ſacerdotis. facit. C.de erog. mili.anno.l.nul
li militum.lib.12.ff.ad Trebel.l.poſtulante.§. vlt. & de leg.
3.l.fideicommiſſ.§.ſi rem.Dicendum tamen eſt,quòd præſta
ri debet mediate, & iura de mediocritate ſequenda quære
de fil.presbyt.literas.in vlt.gloſſ.de cenſi.quanto.in gl.3.ſu-
per regula,in obſcuris.lib.6.Allegat Hoſt.nō dandum Deo,
quod dedignatur homo.49. diſt. c. vlt. dabitur ergo agnus,
vel hędus lactatus, & egruus ōad vſum, prout no. per eum
ſupra eod.cum homines.benè facit.ff.de ſolut.ſi ſeruus. 10.
in fi.& ſu.ff.de verb.oblig.l.ſtipulatio iſta.§.ſi intra certum,
& quod ibi not.in prima glo. ſecundum literam primitiam
agnorum.Sed communiter litera habet agrorum.Cui con-
264 uenit, quod ſequitur ibi in glo.certum eſt † primitias com-
265 petere ex fructibus agrorum,vt ſupra.eod.tit.cap.1.† De la
na videtur, quòd ſtatim & ſolui, & exigi poſſit, cum nulla
ſit cauſa differendi, & ſolet fieri in anno de lacte, videtur
idem,ſi tamen de illo fiant caſei ſacerdote conſentiente po-
teſt differri,& de hoc not.in princip.cap.reuerentiam.iu fi.
pe.quæſt.7.Satis putat ipſe conſuetudinem in his attenden
dam,vt ſupra eo.tit.cum ſint homines, & cap. apoſt. & cap.
in aliquibus,& quod ibi dixi poſt Io. An.ſuper vlti.gl.in prę
dialibus vide quod not.in verb.vlt.in Spec.vbi ſupra.
266 Vigeſimonono quæritur in ſpecie,quando † decimæ ani
malium ſolui debent,& ſcias ſecundum Laudu.Oldr. quod
267 circa propoſitam quæſtionem eſt attendendū, quòd † quæ-
dam obligationes ſunt puræ quantum ad verba, ſed diem
habent, & dilationem capiunt quantum ad vnum effectum
præſtationis,& huius ſunt omnes pręſtationes faciendæ ex
rebus nondum natis: habet enim tempus præſtationis cum
naſcentur, vt ff. de ver.oblig.l.inter ſtipulatem.§.ſacram.&
268 l.interdum.† decima, quæ præſtanda eſt ex agnis, & hędul.
tempus habet,cum naſceretur.ff. ſi quad. paup. l.ſi debitor.
269 §.1.de vi.& oleo leg.l.cū certus. & licet † minuta præſtatio
non minima habeat incommoda reſpectu creditoris, vt ff.
fa.erc. l. planè. & de vſur. l. tutor. §. Lucius. Tamen in hoc
caſu ſicut minutatim naſcūtur animalia, ſic minutatim de-
270 cima debet præſtari. Nec † poteſt dicere ſacerdos, differa-
tur vſque ad Sanctum Ioannem, ſed poteſt ruſticus ſtatim
271 de decem natis vnum dare in quolibet menſe: † iniquum
enim eſſet agricolam procuratorem fieri ſacerdotis, & pa-
ſcere agnos,& per quatuor,vel quinq; menſes.ar.ff.ad Tre-
bel.l.poſtulante.§.vlt.de leg.3.§.fidei.§.ſi rem.de erogat.mi
li.anno. l. nulli mili. lib. 12. Et hoc videtur ſenſiſſe Hoſt.in
ſumma.de deci.§.qualiter. vbi ſunt perſonales reddēdę &c.
& hoc ipſum decimant ad ipſum quod natum eſt, quod eſt
decimum aliàs natum. Si aliud ab alijs cognoſcatur ſine bo
num, ſiue malum ſit, vt legitur Leuit.c.vltimo. Si verò non
cognoſcatur ab alijs, tunc ceſſat ille rigor.arg.ff. de vſufruc.
l.vſufructuarium.§.ſi vinarijs.& de condict.indebi. l. ſi pę-
næ.§.ſicut.l.nam etſi fur.§. fi. & præſtabitur mediocre,neq;
deterius,neque optimum,ſicut in alijs ſpeciebus debitis,vt
ff.de lega.1.l.legato generaliter. & de ędil.edic. l. ſi quis ar-
gentum.& §.1.& coram.de leg.l.uir.§.Sed & ſi quis,& not.
272 ff.man.l.ſi fideiuſſor.ſi enim ita præſtaretur priuato,† indi-
gnum eſſet id dari Deo, quod dedignatur homo, vt 49.di-
ſtin.c.vlt.in fi.ſed quia ex his ſequi videtur quædam abſur-
ditas,ſcilicet quod ꝑſtari poterat agnus, vel hædulus vnius
273 diei,qui nullum commodum affert recipienti,ſaltem † vide
tur de iure,ꝙ hædulus,vel agnus eſſe debeat penes matrem
certo tempore,ne ſolutio ex nimia præmatura ꝑſtatione pe
riret,& ꝑ hoc optimè.ff.de ſolut.l.ſi ſeruus.in fi. & eo. tit.l.
ſi ſoluturus.ff.de verb.oblig.l. ſtipulatio.iſta. §. ſi inter cer-
tam.& ibi de hoc in glo.ſi vera habeatur. debet enim dicere
glo. ſicut accidit in primitijs agnorum, vel hędorum, ſicut
communiter habetur,& malè,arg. ff.de ali.& cib. lega.l.ſo-
let.§.1.& equitas poſita.ff. de pa.po.l.nec filium, in fi.leges
autem.ff.de leg.2.ſi ita relictum.§.Pegaſus. & de vſur. in fi-
deicommiſſi.§.cū Polidius, & de teſta.l.3. §.Stichus annua.
& de ann.lega. l. eum qui.al.incipit, Iabolenus. & eccleſia-
rum materiam omitto, quia eam ad propoſitum facere
non credo.

REPETITIO
IN CLEMENT. SÆPE. DE VERBORVM SIGNIF.

Eccellentiſs I.V.C.D.Lanfranci de Oriano.

SVMMARIVM.

1 *Clauſula ſimpliciter & de plano, quid importet: & quid operetur, numero. 4.& 6.*

2 *Princeps ſolus poteſt cauſam delegare cum clauſula, ſimpliciter & de plano.*

Et quid in legato de latere exiſtente in prouincia.nu.3.

5 *Iuramentum eſt introductum de iure gentium antequam foret ius poſitiuum.*

7 *Cauſa quod cōmittatur ſimpliciter, vel plenariè, non eſt ius, quia idem important.d. verba.*

8 *Summariè vbi proceditur, debet offerri libellus plenè ordinatus, ſicut in cauſa ordinaria.*

Et requiritur litis conteſta.num.9.

Non poteſt tamen procedi in dieb feriatis ob honorem hominum. 10.

11 *Exceptio requirens altiorem indaginem non poteſt examinari in cauſa ſummaria.*

Et quando dicatur exceptio requirere altiorem indaginem, nu. 12.

13 *Dilationes in cauſa ſummaria abbreuiantur ſine alia cauſæ cognitione.*

14 *Citatio peremptoria requiritur vbi proceditur in cauſa ſummaria.*

At ſi in ea non tractetur de præiudicio alterius, ſufficit probatio per iuramentum. 15.

Et quid ſi tractetur de alterius præiudicio. nu. 16.& 17.

18 *Iudicium poſſeſſorium dicitur ſummarium quò ad reum, non quò ad actorem.*
19 *Praeiudicium, quod paratur in cauſa ſummaria ſi non poſſit reparari in alio iudicio, requiritur plena probatio.*
20 *Miſſio in poſſeſſionem vbi fit ex primo decreto, ſufficit ſummaria cognitio debiti per iuramentum creditoris.*
In miſſione autem ex 2. decreto requiritur ſummaria cognitio, & etiam plena probatio, nu. 21.
22 *Cauſa omnis executiua eſt ſummaria, ſi non habet inſtantiam.*
23 *Cognitio ſummaria vbicunque procedit ex occulta fide, inſtrumentum debet eſſe ſine vllo vitio.*
24 *Princeps vbi mandat procedi ſummariè, ſi proceditur ordine iuris ſeruato, valet proceſſus.*
25 *Cauſa quælibet regulariter eſt ordinaria, & requirit plenam cauſæ cognitionem.*
26 *Planum quid dicatur. nu. 27. & quid ſignificet verbum, de plano. nu. 28.*
29 *Cauſa vbi cognoſcitur de plano, neceſſarius eſt libellus.*
Et cognoſci poteſt iudice non ſedente pro tribunali. 30.
Et cenſetur ſublatus ſtrepitus partium & aduocatorum. 31.
Et poteſt perueniri ad examinationem teſtium, & etiam ad ſententiā diffinitiuam lite non conteſtata, nu. 32.
Et quando & in quib. caſib. cauſa cognoſcatur de plano. 33. & 34.
35 *Delictum cenſetur leue, quando ad eſſentiam eius non requiritur dolus. 36.*
37 *Libellus poteſt offerri die feriato in honorem Dei in cauſis arduis.*
Limita, vt nu. 38.
39 *Actus vbicunque expeditur ex voluntate partium, eſt voluntariæ iuriſdictionis.*
40 *Verba, ſine ſtrepitu, quid importent: & quid verba, ſine figura iudicij. 41. & 45.*
42 *Diſiunctiua ſemper reſoluitur in copulam, vbicunque eſt eadem ratio in vno extremo quæ in alio. 43.*
44 *Punctus, quomodo habeat vim copulæ.*
46 *Libellus regulariter eſt neceſſarius in cauſis.*
Et an poſſit remitti eſt conuentione partium. 47.
48 *Petitio qualiſqualis, quæ non continet ſolennitatem a iure requiſitam, eſt de iure naturali ſeu gentium.*
Et in quo differat à libello. 49.
50 *Citatio requiritur, vbi proceditur appoſita clauſula, ſine figura iudicij: & cuius ſit importantia d. clauſula. nu. 51.*
52 *Petitio procedit, vbi concluſio eſt inepta pp clauſulā, ſine figura iudicij.*
53 *libellus non eſt neceſſarius in cauſa appellationis ab interlocutoria.*
54 *Procedi quando poſſit ad ſententiam diffinitiuam lite non conteſt. num. 55. & 56.*
57 *Renunciari an poſſit ferijs ob neceſſitates hominum. 59.*
58 *Exceptio declinatoria iudicij quando poſſit apponi poſt lit. conteſt.*
60 *Defenſio an poſſit tolli per clauſulam, ſine figura iudicij.*
61 *Sententia lata non publicatis teſtib. valet etiam in cauſis ordinarijs.*
Et licèt in cauſis ordinarijs ſententia debeat eſſe conformis libello, vbi tamen proceditur ſine figura iudicij hoc non eſt neceſſe. 62.
63 *Sententia quando debeat eſſe conformis libello, & quō hoc intelligatur.*
64 *Reconuentio fieri debet ante lit. conteſt.*
65 *Reconuentio fieri non poteſt, vbi opponitur contra iudicem exceptio excommunicationis.*
66 *Reconuentionis materia, quomodo ſit capienda.*
67 *Reconuentio non habet locum in cauſa appell.*
68 *Inſtrumenta poſſunt produci etiam poſt terminum datum ad producenda inſtrumenta. nu. 70. limita, vt nu. 71. 72. 73. 74. & 75.*
69 *Opinio Doctoris diſtinguentis ſemper eſt tenenda, quando eſt vera.*
76 *Iudex ex officio in cauſis ordinarijs poteſt in quacūque parte iudicij partem interrogare. 77. 77. 79. 80. & 81.*

SAEPE contingit. † Iſta cle. in ſe continet euidentem vtilitatem, vt hic atteſtatur editor canonis dicens ſæpe cōtingere de facto cauſas committi cum hac clauſula, ſimpliciter, & de plano &c. Et ideo poteſt dici ſecūdum quòd dixit iuriſconſultus in l. 1. ff. de in integ. reſti. quòd iſta cle. propter euidentem vtilitatem non indiget commendatione. Et cum cōtineat materiam quotidianam, merito quis dixerit materiam eſſe plenius attingendam, vt vtar verbis Pauli iuriſcōſulti in l. legaui. in princip. ff. de libe. lega. Et clem. iſta eſt diuidenda, vt dicit glo. in quatuor partes, vt in ea habetis. ¶ Præmitto primo ordinē quem ſum ſeruaturus in lectione huius clemen. quia ſequar ordinem per me adhibitum in repetitione, quoniam cōtra falſam. cui repetitioni eſt addenda materia huius clemen. cum contineat materiam iudicialem. ſuper quolibet ergo verbo text. ponam materiam neceſſariam illi verbo congruentem. ¶ Secundo præmitto quod do. Henri. Imperator fecit vnam extrauagantem, quę incipit, ad reprimendum. In qua ponitur iſta clauſula, quæ eſt hic: ſed in vno dūtaxat differunt: quia vbi hic dicitur ſimpliciter, ibi dicitur ſummariè. item alius Imperator compilauit aliam extrauagantem quæ incipit, quoniā nuper. vbi eſt inſerta dicta clauſula. ¶ Tertio præmitto † quod ſolus princeps cauſam dele-
2
a gare poteſt cum inſertione præſentis clauſulæ. a gloſ. eſt ſingu. in c. fi. de hæret. lib. 6. Non tamen redditur ratio: ſed ad ordinem, quoniā ordo iudiciarius eſt introductus per principem intelligendo de Papa & Imperatore, quod patet: quia hi ſunt qui iura condiderunt, ex quibus ordo iudiciarius introductus eſt. Nimirum itaq; ſi eius inferior talem ordinē ſubuertere nequeat: quia par in parem nō habet Imperium: multominus inferior. c. innotuit. ſupra de elec. & in l. ille a quo. §. tempeſtiuum. ff. ad Trebel. Qui ordo profectò tolleretur ſi poſſet apponi dicta clauſula, vt patet in hac clemen. Tenete menti, quia nemo tangit. Ex hoc ſequitur correlarium, † quòd legatus etiam de latere exiſtens in prouincia
3
ſua non poterit cauſam delegare cum inſertione dictę clau-
b ſulæ b: nec alius locum tenens cuiuslibet principis. ego limito iſtam glo. vno caſu, licet non reperiam tactum: niſi princeps libertatem dederit ſuo locum tenenti denegandi cū inſertione dictę clauſulæ. Nā tunc poſſet, quia ceſſat rō prohibitiua, de qua ſup. ¶ Quarto pręmitto q reperiantur aliqua verba diminuētia iuris ordinem vltra iſtā clauſulam, de qua in clemen. ſicut ſunt iſta verba, cognoſcas ſm rei veritatem. vel in-

ADDITIONES.

a ¶ Glo. eſt ſingu. in capitu. fin. Adde illam gloſſ. quæ eſt glo. May. ante finem. ad hoc quod hic per iſtum dicitur pro ſingu. alleg. Angel. Are. in §. appellatur. verſ. 24. Inſti. de except. cui adde Specu. in titu. de leg. §. ſupereſt. verſ. ſed nunquid. Bald. & Ioan. de Imo. in l. ex duobus. §. fin. ff. de vulg. & pupil. & Cępo. conſi. 7. incip. viſa commiſſione. & his addes quod poſui in proxi. ſequen. apoſt. & in apoſtil. in verſi. ſimpliciter. Celſus.

b ¶ Clauſulæ. adde Franc. Are. in l. nemo poteſt. de leg. 1. & Pau. de Caſtro in conſi. xciiij. & do. Alexand. de Imola in conſi. cvij. 4. parte. & Fely. in capit. 1. in ver. legatus. C. de reſcriptis. & quis poſſit committere cauſas cognoſcendas ſummariè, & de plano, vide do. Alexand. de Imo. in conſil. 106. in 2. parte. & de virtute huius clauſulæ, ſummariè, de plano & ſola facti veritate inſpecta procedas, vide do. Alexand. de Imo. in conſi. 5. in 3. parte. & in conſi. lxxxviij. in 3. parte. Sed quid ſi petatur cauſa committi ſummariè, & reſcribens nihil dicat de hoc: ſed ſimpliciter dicat, fiat, vt petitur: an videatur reſcribere quod ſummariè & de plano cognoſcatur. vide do. Alexan. in conſi. xciiij. in 2. parte. Et adde do. Barto. Sozi. in conſ. xcvj. incip. viſo proceſſu. 3. parte. vbi ponit quid importet hæc clauſula, quod procedatur & decidatur ſummariè ſimpliciter ac de plano ſine ſtrepitu & figura iudicij, & ſola facti veritate inſpecta, quibuſcunque ſolennitatibus aut ordinibus iudiciarijs prætermiſſis: vbi quæ per hanc clauſulam omittimus, & quæ no. Specu. in tit. de iuriſd. om. iudi. §. fin. verſi. hoc quoque. & in tit. de libel. concept. §. 15. verſi. & qualiter. & verſi. 1. Ro. deci. xxxv. incip. quando committitur &c. in no. & deci. ccclxxxviij. incipien. in cauſa. ibidem aliquid per Ro. ſingu. ccclxxxviij. incipien. quid importanr. & per Feli. remiſſiue in cap. olim. de accuſa. & quod not. infra proxi. in apoſtil. verſi. ſimpliciter. nume. 2. & dum ſup. eod. præmiſſum eſt, quòd legatus a latere cum hac clauſula delegare non poſſit, ſed ſolus Papa & princeps. no. Card. in clemen. 2. quæſt. xxxviij. & ſeq. de iudi. & hic. quæſt. 11. in princip. in §. quæ omnia. & Specu. titu. de aduoc. §. conſequenter. ver. ſtupeant. inſuper notaui in addi. ad iſtum, ſupra in cap. quoniam contra. nu. 43. in apoſtil. in ver. ſummariè. & poſt Panor. in capit. officij. & quod not. poſt alios in apoſ. in verſi. ſimpliciter. nume. 5. de elect. Adde vltra hic allega. Barto. in l. nemo. in princip. & quod ibi poſui in apoſ. ad eum, in eod. verſ. ff. de lega. 1. & in l. leuia. ver. quæro, quomodo debet intelligi de plano. ff. de ac. dixi poſt Bald. in l. quod fauore. num. 1. in apoſ. in verſic. procedatur. C. de legi. & per quem poſſit apponi. Adde ſupradicta col. in capitu. quod. nume. 2. vbi poſui in addi. ad eum. in verſic. de plano. de officio delega. poſt Panor. in capit. venerabilis. in verſic. citra Papam. de iudi. & in trac. clauſula. in clauſula reſcript. verſic. ſummariè, cum verſicu. ſeq. & not. Hippo. de Marſi. ſingu. 102. incipien. clauſula ſummariè. C. Celſus.

a vel inſpecta mera veritate facti ᵃ important iſta verba tantũ
quantum illa clauſula. de qua hic ſecũdum dom.Io.de Imo.
in c.dilect.de iudi. vbi habetur mentio in text.de huiuſmo-
di verbis. Reperitur in alia clauſula ſapiẽs diminutionẽ or-
dinis iuris veluti eſt iſta. Cognoſcas cauſam nulla iuris ſo-
b lemnitate ſeruata ᵇ, per quam clauſulam ſublata eſt omnis
obſeruantia introducta a iure poſitiuo,& remanemus in me
ris terminis iuriſgentium, ſecundum Bartol. in l.filiusfami-
lias.ff.de donatio. Vnde ſeruari debebit in tali cauſa quod-
cunque ſuadet æquitas naturalis, quæ prouenit proprie ex
iuregentium. ¶ Ex hac doctrina infero infraſcriptas conclu-
4 ſiones.Prima concluſio.† vbi proceditur appoſita dicta clau
ſula,erit neceſſaria plena probatio. Item non poterunt pro-
duci teſtes niſi parte citata. Item neceſſaria erit qualis qua-
lis petitio. Item ſecundum Bartol. poterunt produci teſtes,
& examinari ſine iuramento:licet Bald.in hoc contrarius ſit
Bar.vt not.ipſe in l.milites. C. de reſta. mil. & iſtud dic.Bal.
5 plus placet, † quia iuſiũ eſt introductum de iuregẽtiũ anteq̃
foret ius poſitiuũ. iuxta illud quod habetur in hoc pſalmo,
Iuſiurandum quod iurauit ad Abraham &c. Item ſecũdum
Bartolum poterunt recipi teſtes in diebus feriatis in hono-
c rem Dei ᶜ. Si Barto. intellexit de mera examinatione, dicit
verum, quia hoc permittitur in qualibet cauſa ordinaria, vt
not.glo.in clement.iudices.de officio delega. Si autem intel
lexit de iuramento teſtis, non dicit verum, maxime ſi dicta
clauſula ponitur per principem ſecularem, quoniam omnis
actus iudiciarius eſt prohibitus i die feriato in honorẽ Dei,
vt in cap.fin. ſupra de feri. quod cap. princeps ſecularis non
poteſt tollere,quia inferior &c.quod ſi eſſet appoſita per Pa
pam hæc clauſula,eſſet magis dubium.Ego tamen idem cre-
do per ea, quæ ſupra dixi de iuramento teſtis, non eſt opus
6 replicare. ¶ Secunda concluſio. † vigore dictæ clauſulæ non
d erit neceſſarius libellus ᵈ in cauſa, neque litis conteſtatio,
cum iſta ſint a iure poſitiuo introducta, vt in cap.j. ſupra de
libel.obla.& in ca.vero.de litis conteſtatio.Item non erit ne
ceſſarium peremptorium.ff.de iudic. Item non erit neceſſa-
ria concluſio in cauſa,nec tot dilationes dabuntur. argumẽ.
huius clement. Item non poterunt produci teſtes, qui alias
e ſunt prohibiti teſtificari ᵉ quando prohibitio fundatur ſu-
per æquitate naturali, veluti ſi eſt inimicus capitalis. ſecus
eſt ſi prohibitio fundata ſit ſuper mero iure poſitiuo, veluti
ſi teſtis eſt infamis, vel bannitus, ſecundum Bart. ita notan-
tem in l.ſi filiusfamilias.prææalleg.

ADDITIONES.

a Facti.Adde Ant.de But.in c.2.in prin.de iu.cal. & Alex.
in conſ.65.4.par.q plus importat q clauſula ſummariè,ſim-
pliciter,& de plano ſine ſtrepitu. & facit terminos poſſe ab-
breuiari.Rot.in deciſ.99.Docto. oẽs in not. & in deciſ.488.
not.qñ cauſa.in antiquis.Et æquipollet clauſulæ,ſm meram
voluntatem tuam,& clauſulæ ſummariè & de plano, vt no.
Io.de Imo.in c.dilecti. de iudic.imò plus q̃ prædic.clauſula,
vt per Ant.de Bu.in c.a.in prin. de iur.cal.Alex.cõſ.65.vol.
4.Rom.conſ.ao.inci.Viſo puncto.circa fi.eundem conſ.159.
incip.In caſu propoſito.& ſing. ſuo 788. incip. quid impor-
tant verba reſcrip.Aret. conſ.74.incip. Super præſentis. per
Fel.remiſ.in c.j.verſic. & ſi dicatur.de conſtit.non tñ facit q
agatur ex nudo pacto:vt no.plene Bal.in l.nemo.in fi.C.de
ſent.qa intellr de veritate legib.roborata, vt ibi peũ. Celſ.
b Seruata. Adde quod non tamen operatur talis clauſula,
quòd poſſit procedere ſine citatione. Barto.in l.prima.ff.de
teſtamen.milit.& l.filius.ff. de donatio. & in extrauagan.ad
reprimendum. verſic.videtur. Ludouic.ponit in rubr.de ar-
bit. Et quid operetur talis clauſula, vide per Bartol. in alle-
ga.l.filius. verſic.quarto quid ſi eſt dictum. ff. de donatio. &
in l.prima,de fer. Specul.in titulo, de iuriſdict. omn.iudic.§.
fin.verſic.quoque.& in titu.de libel.concep. §.15. verſic. &
generaliter.& verſicu.primo.Bartol.in extrauagan. ad repri
mendum.& Felyn.in cap. canonum ſtatuta. verſic. ſecundo
nota.de conſti.& in cap.qualiter & quando.el ſecundo.§.ad
corrigendos. verſic. tertio nota. de accuſat. & in cap. dilecti
filij.in princip. de iudic. Aduerte tu iudex, quia licet talis
clauſulæ virtute poſſis terminare, prout tibi placuent, vel
volueris, nulla ſeruata diſpoſitione iuris vel inſtrumenti, vt
per ſupra allega. tamen non potes tollere ius vni parti ex iu
regentium vel ciuili. aut ex forma ſtatuti quæſitum, vt ſin-
gul.nor.Bartol.in ſæpe alleg.extrauagan. ad reprimendum.
in verſicu.videbitur expedire. quem refert pro ſingul.& ſe-
quitur Mathe.ſing.14.incip. nota quod vbi iudex. Celſus.

c In honorem Dei. Adde licet iſte videatur ſentire con-
trarium,quód communis opinio eſt cum Bart.ita not.idem
Bartol.in l.filius. verſic.quarto quid ſi eſt actum. ff.de dona-
tio.idem in l.j.ff.de ferijs.& in l.j. de teſtamen. milit. Bald.in
l.ſolam.in fi. ff. de teſtib. & in l.milites. ver. ſecundo potua-
mus in iudicijs. C.de teſtib. Celſus.
d Non erit neceſſarius libellus.tu vide de hoc Panormi.in
cap.niſi ſpecialis.num.4. & quod ibi poſui in addit. ad eum
in apoſt.in ver. ordinem iuris. de offic. lega. & quod not.in
tract.clauſularum.in clauſula, reſcrip. ver. ſine ſolemnitate
iuris.cum verſic.ſequen.vbi de hoc tangitur. Celſus.
e Teſtificari.Vide Raph.& Lud.in d.l.milites. C.de teſt.mil.

Simpliciter. Aggrediar expoſitionem text. no-
ſtræ clementinę prius præmiſſis,quę
dixi in præcedenti lectione.pro clariori doctrina capio ver-
a bum, ſimpliciter ᵃ. Circa cuius verbi expoſitionem glo.no-
ſtra dicit, ſimpliciter, ideſt ſine plica, & ſine inuolutione. &
idem dicit Barto.in extrauagan.ad reprimendum,in verbo,
ſummariè. Reperio quod doct. legiſtæ in l.j. in §. ſi quis ita.
ff.de vulg.& pupil.Exponunt, ſimpliciter,ideſt pure, & ſine
conditione vtraque expoſitio eſt bona. & dixit Bartol. vbi
7 ſupra, circa fin. † quod non eſt vis, vtrum cauſa committa-
tur ſimpliciter, an ſummariè: quia tantum importat vnum
quantum aliud. Quid autem relaxaretur de obſeruantia iu-
ris communis,quando mandatur procedi ſummarie ſeu ſim
pliciter, non adijciẽdo alia verba de plano ſine ſtrepitu &c.
Colligo totam veritatem per infraſcriptas concluſiones.
8 ¶ Prima concluſio.† vbi proceditur ſummariè,debet offerri
libellus plene ordinatus, ſicut in cauſa ordinaria, vt in l.2.
in princip.ff.ad exhibend.licet diuerſum ſit ſtatuto dicente,
quod in cauſis miſerabilium perſonarum poſſit procedi per
ſimplicem querelam:hæc verba important, vt poſſit proce-
di ſine libello, ſecundum Bald. qui ita eleganter loquitur in
9 l.j.C.vt in poſſeſſ.lega. ¶ Secunda concluſio.† cauſa eſt ſum-
maria, requiritur litis conteſtatio, vt in l.tigni. §. ſed ſi non
poſſederit.& §.idem ſcribit.& in l.ſed Iulianus.ff.ad exhibẽ.
10 ¶ Tertia concluſio, † in cauſa ſummaria non poteſt procedi
in ferijs ob neceſſitatem hominum, niſi quatenus permitti-
tur in cauſa ordinaria, vt in l.2.ff.de ferijs. ¶ Quarta conclu-
11 ſio. † Exceptio requirens altiorem indaginem non poteſt e-
xaminari in cauſa ſummaria, ſed debet reſeruari in alio iudi
12 cio. † Et dicitur exceptio requirere altiorem indaginem,
quoties non poteſt expediri infra tantum tempus,infra quã
tum expediretur cauſa principalis, ſi non eſſet appoſita di-
cta exceptio, vt notatur in l. ſi is a quo. in princip. ff. vt in
13 poſſeſſio.lega. ¶ Quinta concluſio.† In cauſa ſummaria ab-
breuiantur dilationes ſine alia cauſæ cognitione, vt in l.a.in
14 fi.ff.de re iudi. ¶ Sexta concluſio. † neceſſaria eſt citatio pe-
remptoria, vbi proceditur ſummariè, licet oppoſitũ ſeruẽt,
vbi ſimul ſint annexa iſta verba, ſummariè, & de plano &c.
15 vt in clementina noſtra. ¶ Septima concluſio. † ſi cauſa ſum-
maria non tractetur de præiudicio alterius,ſufficit probatio
per iuramentum,vt not.in l.theſaurus.ff.ad exhibendum.
¶ Octaua

ADDITIO.

a Simpliciter. Quomodo autem intelligatur ſimpliciter.
vide domin.Alexan.de Imo.& Franciſ. Aret.in l.j. §.ſi quis
ſimpliciter.ff.de verbo.obligatio.& Franciſc.Aret.in l.eum
qui.§.j.in verſicu.in glo.eod.titu. vbi dicit,quod ſi ſtatutum
dicat, quod talis iure debeat reſpondere poſitionibus, vel
capitulis, quod idem eſt ac ſi diceret, quod deberet reſpon-
dere ſimpliciter. & vide Felyn. in cap. de cauſis. §.præterea.
de officio & poteſt.iudic.deleg.& adde Oldra.in conſil.115.
vbi quid operetur hęc clauſula,ſimpliciter & de plano,& ſi-
ne ſtrepitu,& figura iudicij. Specul.in titu. de aduoc.§.con-
ſequenter.verſic.ſtudeant inſuper. & in titu.de inquiſitio.§.
nunc tractemus. verſicu.quid ergo ſi in litera apoſtolica. &
Cardin.hic quæſt.14.Alexand.conſil.6.volumine tertio. &
Roman.conſil.ao.incipien.Viſo puncto.& Hippol.de Mar-
ſil. ſingul. ſuo 102. incipien. Clauſula ſummariè &c. & dic,
quod talis clauſula non tollit ordinem iudicij ſubſtãtialem,
ſed dilationes ſic, vt voluit ſingul. Bartol. in ſæpe alleg.ex-
trauaganti ad reprimendum,in verſicu.ſummariè. & ibi po-
ſui in apoſtil.ad ipſum.idem not. Alexand.in l.in ſumma.de
condi.indeb.dominum meum dom.Philip.Dec.conſi.51.&
conſil.72.vbi dicit, quod confirmat actum nullum. & con-
ſil.137.& hic adde quod notaui in apoſtil.ad iſtum, ſupra
eodem.num.1.in apoſtil.in verſic.clauſulæ. Celſus.

16 Octaua concluſio, † vbi tractatur de præiudicio alterius,
& tale præiudicium poſſet reparari in alio iudicio, & cauſa
ſit fauorabilis, ſufficit ſemiplena probatio, vt in l.in l. Aqui-
17 lia ſi deletum. ff.ad legem Aquil.¶ Nona concluſio, † vbi in
cauſa ſummaria tractatur de præiudicio alterius reparabili
in alio iudicio, ſi cauſa non eſt fauorabilis, requiritur plena
probatio, vt conſtat in omnibus poſſeſſorijs, quæ dicuntur
eſſe ſummaria, vt in l.momentaneę. C.vnde vi.& glo. ſingul.
in l.j.C. quorum bonorum. quod eſt intelligendum ſecun-
18 dum Bart.† iudicium poſſeſſorium eſſe ſummarium quo ad
reum, non autem quo ad actorem: quia ex parte actoris re-
quiritur plena probatio: ex parte autem rei ideo dicitur ſum
marium, quia non poteſt opponi exceptio requirens altio-
rem indaginem, ſicut contingit in omni cauſa ſummaria, vt
ſupra dixi. Sed debet reſeruari in petitorio, vt plene per An
gel. in l.j. C. ſi per vim vel alio modo. & plene per Dyn. in
cap.dolo facie.de re.iuris. libro ſexto. ¶ Decima concluſio,
19 ſi † præiudicium quod paratur in cauſa ſummaria non poſ-
ſet reparari in alio iudicio, requiritur plena probatio, vt in l.
20 donatio.C.de donatio. ¶ Vndecima concluſio.† vbi fit miſ-
ſio in poſſeſſionem ex primo decreto, ſufficit ſummaria co-
gnitio debiti per iuramentum creditoris, ſecundum Spec.in
tit.de primo & ſecundo decreto.§.poſtremo. circa fin. text.
eſt in Authent.de exhib.& intro.re. §.& ſi iurent. ¶ Duo-
21 decima concluſio. † in miſſione in poſſeſſionem ex ſecun-
do decreto requiritur ſummaria cognitio, & etiam plena
probatio, vt in l. fin. C. de bon. author. iudic. poſſ. & gloſ.
in l.Fulcinius.§.j.ff.ex quib.cauſ.in poſſ.eatur.¶ Decimater-
22 tia concluſio, † omnis cauſa executionis eſt ſummaria, cum
non habeat inſtantiam, vt dicit Bart.in l.litibus. C.de agric.
& cenſi.lib.11.& Bald.in l.vnica.ff. ſi quis ius dicen.non ob-
temp. cum aliàs omnis cauſa ordinaria de iure ciuili habeat
inſtantiam, vt in l.properandum.in princi.C.de iudic. Cum
etiam in cauſa executionis non poſſit opponi exceptio nul-
litatis requirens altiorem indaginem ad impediendam exe-
cutionem, ſicut eſt in qualibet cauſa ſummaria, vt iam dixi.
Secus eſt vbi exceptio nullitatis poteſt incontinenti proba-
ri, quia tunc impedit executionem, vt in l.4. §. condemna-
tum.& ibi plene per legiſtas.ff.de re iudic. Tamen dixit Bar-
tol. vbi ſupra vnum notabile verbum, quòd quando contra
executionem opponitur exceptio nullitatis, quæ requirit al
tiorem indaginem: & ſic nõ poteſt retardare executionem,
quòd victor antequam habeat executionem, debet dare fi-
deiuſſo. de reſtituen. victo id quod habuit pro executione,
caſu quo probetur dicta exceptio nullitatis. pro quo alleg.
caſum in l.fi.C.de ordi.cogn.& tex.in l.fi. C. ad legẽ Corn.
de falſ.quod tene menti. ¶ Decimaquarta concluſio, † vbi-
23 cunq; cognitio ſummaria procedit ex oculata fide, ideſt ex
inſpectione oculorum, quod contingit quando ſtatutum di
cit, quòd viſo inſtrumento ſententia mandetur executioni,
vel per ſimilia verba tale inſtrumentum debet eſſe ſine vllo
a vitio a carens lineatura, vel ſubſcriptione, vel cancellatio-
ne, &c.dictum eſt ſingula. dom.Bald.in l.j.ff. vt in poſſeſ.leg.
24 ¶ Decimaquinta concluſio, † vbi princeps mandat procedi
ſummarie, ſi tamen procedatur ſeruato iuris ordine, valebit
b proceſſus b, ſecundum dom. Bald.in l.quod fauore. C.de le
gib. Pro quo facit glo.in clement.noſtra. quæ glo.tamen lo-
quitur quando commiſſum eſt in poteſtate iudicis: quòd
procedat ſummarie, ſed quæſtio Baldi loquitur quando in-
teruenit mandatum principis, & diligenter ſunt cuſtodien-
di fines mandati, vt in capitu.cum dilecta. de reſcript. puto
Bal. bene dicere, ſi pars impetrans reſcriptum exceptionem
non opponat, aliàs non credo, quod bene dicat, per dictam
rationem, quoniam illa regula cuſtodiendi ſunt fines man-
dati, debent intelligi vbi non cuſtodiendo efficitur deterior
conditio mandantis, vel conditio eius, in cuius fauorem e-
manat mandatum, aliàs nihil nocet non ſeruare fines man-
dati. ita ſingul.not.Doct.in l.ſi quis mihi bona. §.ſed ſi man-
dauerit. ff.de acquir.hæred. quod perpetuo not. propter in-
25 tellectum regulæ.¶ Decimaſexta & vltima concluſio, † om-
nis cauſa regulariter eſt ordinaria, & requirit plenam cauſæ
cognitionem, vt in l.iudices. C.de iudic. & eſt glo.magiſt.&
notabilis in l.3.§.ibidem. ff.ad exhibendum. illa ergo cauſa
erit ſummaria quando lex hoc exprimit, quod procedatur
ſummariè breuiter &c. vel quia princeps mandat per reſcri-
ptum ſuum: & per hæc verba ego complector quæcunque
dixit Bart.vbi ſupra. De cuius mente ſunt omnia fere ſupra
dicta, licet procedam magis ordinarie & clare.

a ¶ Vitio. vide ad hoc Pau.de Caſt.in conſil.84.incip.ad id, de
quo quæritur. in fi. vbi loquitur de confeſſione.
b ¶ Valebit proceſſus. adde in pro opi. Bal. Ant. Corſ. in ſimi.
in ſuis ſing.in ver.ſtatutum. el 2. quod eſt ſing.in num.318.
& incip.ſi in aliquo actu ſtatutum &c. Celſus.

De plano.

¶ Pro declaratione huius termini de pla-
no: primo vidẽdum eſt quid dicatur pla-
num: ſecũdo quid importet iſte terminus de plano, vbi cau-
ſa cognoſci debet de plano: tertio in quibus caſibus poſſit
procedi de plano. Circa primum dico ſecundum Bart. quod
26 planum † dicitur, prout eſt oppoſitum alto. ¶ Item dicimus
aliquem vti ſtilo alto, & vti ſtilo plano. Item planum dici-
tur, prout eſt oppoſitum velocitati: nam aliquem ire velo-
27 citer, & ire planum, ſunt oppoſita. † Circa ſecundum repe-
rio primum diuerſos text. in quibus dicitur debere cogno-
ſci de plano, vt in cap.ſicut. & in cap.olim. de accuſat. & in
cap.nouit.de iudic. & in cap.fin. de hæret. libro ſexto. & in
clement.diſpendioſam. de iudic. & in iſta clement. & in l.ne
quicquam. & de plano. ff. de officio proconſul. & in l.2. ff.
quis ordo in bono.poſſeſſ.ſerue.& in l.leuia.ff.de accuſat.&
in l.vnius.§.fin.ff.de quæſtio. & in l.miles.§. ſexaginta.ff.ad
28 legem Iul.de adulter. ¶ † Quid importet iſtud verbum, de
a plano. Innocent.& Hoſtienſ.in cap. olim. a infra de accuſat.
& Ioann.Andr.in cap.fin.infra de hære.libro ſexto. & Spec.
in tit.de inquiſit. in §.nunc tractemus.ver.quid ergo. tenent
per hoc non eſſe ſublatum ordinem iuris. Nam debebit of-
ferri libellus & lis conteſtari, & adhiberi plena cauſæ cogni
tiõ, ſed duntaxat ſtrepitus partium & aduocatorum erit ſu-
blatus. Poterit enim iudex ſententiam ferre non auditis ad-
uocatis: nec dat dilationem ad habendum aduocatos. &
iſtud eſt vtile, quia litigator calumnioſus cauſa protelandi
litem, ſæpe petit a iudice, quòd vult facere allegare a ſuo ad
uocato. Et licet cauſa ſit clara iudici, adeo qđ nõ egeat aduo
catis: tamen & ſi denegat velle audire aduocatum, facit ſe ſu
ſpectum. Vbi autem cauſa cognoſcitur de plano, iſtud non
erit. Glo. vero in l.nequicquam. §. de plano. præalleg. dicit,
quòd propter verbum de plano poterit cauſa expediri iudi
ce eunte per palatium, & ſine cauſæ cognitione. glo. ve-
ro in l.leuia.& in l.vnius.§.fin.præallega.dicit, quòd vbi co-
gnoſcitur de plano non erit neceſſarius libellus, & poterit
cauſa expediri iudice non ſedente pro tribunali: & iſtud vi-
detur ſequi Bartol.glo. vero, quæ eſt in §. dies, & in §. ſexa-
ginta. concludit hoc duntaxat importare verbum de pla-
no, quòd poterit cauſa expediri iudice non ſedente pro tri-
bunali, & nihil dicit de plano. Et ſic magnas contrarietates
videtis. Primo inter gloſſas iuris ciuilis. Secundo inter cano-
niſtas & legiſtas. Vos autem pro veritate habenda facite in-
fraſcriptas concluſiones.

a ¶ In cap.olim. Et ibidem vide ad hoc Felyn. & Franciſ. A-
ret.& dom. Iaſ.Mayn.in l.cohæredi. §.cohæres. de vulga. &
pupilla. vbi quod de plano idem eſt quod ſimpliciter: & quã
do dicatur aliquid cognoſci de plano, vide dom. Alexand.
de Imo.in conſil. 104. in ſecunda parte. eundem conſi.6. vo-
lum.3. & dic quod facit excludi exceptiones altiorem inda-
ginem requirentes, vt per Bartol.in l.ſi vt certo. §.cuſtodiã.
ff.commo. Cardin.in clement.2.quæſtio.38. de iudic.repel-
litq; libellum, vt per Barto.in l.nequicquam. §.de plano.ver
ſic.quæro quid ſi in reſcripto.ff.de offic.procon.& lega.eun
dem in extrauagan.ad reprimendum. verſic.ſequen. de pla-
no.& ibi poſui in addit. ad ipſum. Specu.in tit.de lib. conce.
§.nunc videndum. verſic. de plano. maxime ſi cauſa non ſit
grauis, vt not. Bartol.in alleg. §. de plano. Item operatur di-
lationum breuiationes, vt per Cardin.hic quæſt.30.& quæ-
ſtio.25.cum ſequen.& ſeq. non tamen operatur ſubſtantia-
lium omiſſionem, vt ibi per eos. Et poteſt tandem virtute
illius clauſulæ die feriato, & in loco non conſueto procedi.
& quod dixi die feriato: intelligo verum de die feriato in v-
tilitatem hominum: quia in Dei honorem ſecus, vt no.ple-
ne Specul.in tit.de libel.concep.§.nunc videndum.verſi.42.
in leuibus. nec poteſt etiam, vt aliæ præcedentes per inferio
rem a principe delegari, vt not.glo.in cap.fin. in verſi.ſicut.
de hęre.lib.6. quibus adde quæ dixi ſupra iſto tit.in additio.
ad ipſum.in prima apoſ. & in apo. in ver. ſimpliciter. ſupra
proxi.& vide glo.in l.leuia. in ver. de plano. & quod ibi po-
ſui in addit.ad ipſum in eodem ver. ff.de accuſ. vbi etiam po
ſui poſt Dyn.in ver.de plano.& poſt Bartol.num.2. verſicu.
quæro quomodo debet intelligi de plano, in apoſtil.in eod.
verſic. Celſus.

¶ Prima

29 ¶Prima concluſio ſit iſta † vbi cauſa cognoſcitur de pla-
no,neceſſarius eſt libellus,& in hoc verior eſt opinio cano-
niſtarum. Pro quo adduco caſum expreſſum in l. miles.§.
ſexaginta.præallega.vbi dicit iuriſconſultus quod libellus
de plano die feriato offerri poteſt. Ergo bene ſequitur ꝙ
propter verbum de plano non ſit ſublatus libellus, cum di-
catur offeratur &c.& miror de Barto. quod non viderit il-
30 lum tex. ¶Secũda concluſio,† mandatur procedi de plano,
cauſa expediri poteſt iudice non ſedente pro tribunali. ca-
ſus eſt apertus qui non poteſt cauillari in l.vnius.§.fin.ff. de
quæſtio.vbi ad literam ſunt hæc verba formalia: cuſtodiæ
ſiue iudice ſedente pro tribunali,ſiue non,de plano audiri
poſſunt.Nam illud verbum, de plano,ibi nil aliud poteſt ſi-
gnificare ſecundum rationem ſermonis,niſi iudice non ſe-
dente pro tribunali:& ita procedunt glo.ſ. allega. quæ hoc
31 tenent. ¶ Tertia concluſio.† quando cauſa cognoſcitur de
plano,ſublatus eſt ſtrepitus partium & aduocatorum: quia
non erit neceſſe dare dilationem ad habendum aduocatũ.
nec erit neceſſe in cauſa audire aduocatos: quia ſæpius fa-
ciunt magnos ſtrepitus cum ſermonibus ſuis allegãdo &c.
Et hoc modo procedit opinio Ioannis And.ſupra gl.ſua. in
32 fi.de hære.lib.6.¶Quarta concluſio:† ſi mandatur in cauſa
procedendum de plano,poterit perueniri ad examinatio-
nem teſtium: & etiam ad ſententiam diffinitiuam lit.non
conteſta.contra regulas iuris. Quoniam regulariter teſtes
debent examinare lite non conteſt.& multomagis ſenten-
tia ferri lite conte.vt in toto tit.vt lite nõ conteſt.&c. Iſtud
eſt dictum ſing.Inno.in c.olim. de accuſa. quod eſt notan-
dum.Circa tertium ſubijcio infraſcriptas concluſiones.

33 ¶Prima concluſio.† in omnibus cauſis in quibus lex vel
canon vel ſtatutum diſpoſuit procedendum eſſe de plano:
vt contingit in iuribus tam iuris canonici quam ciuilis per
me ſupra allega.tunc cognoſcetur de plano. Alias oportet
quod ordinarie procedatur ſecundum ordinem iuris: vt in
l.iudices. C.de iudi.niſi quatenus cõtrarium ſit introductũ,
34 ꝙ dicam in ſequenti concluſione .¶ † Secunda concluſio in
cauſis leuibus ſiue ciuilibus ſiue criminalibus poteſt proce-
a di de plano:vt in l.leuia.ff.de accuſa. & leuis cauſa [a] dicitur
ratione modicę rei vel ratione perſonę:vt quia perſona do-
meſtica puta filius furatur patri,ſecundum Bartolum in d.l.
35 leuia.† Dicitur eſſe tamen leue delictum quando ad eſſentiã
delicti non requiritur dolus:ſecundum Saly. in l.non pecu-
dem.domino pecudis ignorante:ita ipſe tenetur ad damnũ
36 licet non fuerit in dolo:vt in titu.ff.ad l.aqui. † Et idem di-
cendum eſt in ſtatuto quod viget quaſi vbique de eũtibus
de nocte ſine lumine poſt ſonum tertię campanę: dato ꝙ qs
non vadit ad furandum vel ad aliud maleficium committẽ-
dum & ſic non eſt in dolo: tamen debet puniri vigore ſta-
tuti,& cum ſit leue delictum.dixit Barto. in d.l. leuia. ꝙ cũ
ipſe eſſet iudex maleficiorũ puniebat tales repertos de no-
cte cogendo ſoluere,etiam nulla facta condemnatione. q.a
eſt crimen leue, & poteſt de plano procedi. Neſcio ſi bene
faciebat, quia requiritur libellus vbi proceditur de plano
conſequenter requiritur ſententia, cum libellus exigatur
propter ſententiam,vt nota.in aut.offeratur. C.de lit.con-
37 teſta.& in c.j.ſupra de libel.oblatio. ¶ Tertia concluſio † ẽt
in cauſis arduis in quibus proceditur ſecundum ordinem
b iuris,poteſt libellus offerri die feriato [b] in honorem Dei.ca
ſus eſt in d.§.ſexaginta.ꝙ eſt intelligendum ſecundum Ho-
ſti.in c.præterea.ſupra de dila. de oblatione quæ fit iudici
etiã in cauſa mera ſua: ſecus de oblatione libelli quæ debet
fieri parti,vt not.in d.c.j.de libel.obla.& in l.j.ff. de eden.&
in l.edita.C.eo.& ſequitur Bal.in l.ex quacunque cauſa.ff.ſi
quis in ius vocat. non ierit.cuius ratio eſt in promptu.quo-
niam omnis actus iudicialis qui non exigit contentionem
partium poteſt in die,feriato in honorem Dei explicari, vt
dicimus in examinatione teſtis,ſecundum gloſ. in cle. iudi-
ces.ſ.de offic.deleg. Iſtud de directo contingit in oblatione
libelli quæ fit iudici, quia nulla requiritur præſentia partis
neque citatio,& conſequenter nulla poteſt verti contentio
inter partes pro tali libello. Dicit tamen Bal. in d.l.ex qua-
cunque, & iſtud de libel.quòd poſſit offerri in die feria.
de iure communi.Secus ſi eſſet feriatus de iure ſpeciali: tũc
non poſſet offerri.Et pono exemplum quando ſtatutum ſi-
cut eſt vbique diſponit,quod non reddatur ius in certis fe-
ſtis,quæ non ſunt de precepto eccleſia Roma. vt feſtum ſan
38 ctę Catherinę &c.¶†Ex his habetis duas ſingulares limita-
tiones ad iſtam regulam ꝙ libellus poteſt offerri die feriato
in honorem Dei.Prima eſt Hoſtien.quia debet intelligi de
oblatione quæ fit,iudici nõ aũt parti.Secũda eſt Bal. vt itel-
ligatur de die feriato de iure cõi:ſecus de iure ſpeciali. Ego
tñ puto poſſe ſuſtineri ꝯrium ꝯ Bal.licet eius authoritas ſit
magna habet contradicentem. Et primo arguo ſic,facilius
tollitur iꝰ ſpeciale quam ius commune,vt in l.eius militi.§.
militia miſſus. ff. de teſtam. milita. Si ergo libellus pc teſt
offerri die feriato de iure communi,& ſic tollitur iſta feria,
& habetur pro non feria,& ſic tollitur quo ad libellũ:quãto
magis debet poſſe tolli feria inducta iure ſpeciali? Iſtud pro
cedit per locum a maiori arguendo.Secundo mouet me ra-
rio fortiſſima deducendo hoc dictum Baldum ad abſurdũ.
Nam nemo dubitauerit ꝙ maior reuerẽtia ſit adhibẽda in-
troductę ferię per ſummum pontificem & per ſanctam Ro-
manam eccleſiam pro feſto,quam feſto per ſtatutum,& per
laicos & ſeculares condito. Sed feſto introducto per ſum-
mum pontificem,& ſic de iure communi non adhibetur re-
uerentia,quin offeratur libellus ipſo feſto,& valet.ergo idẽ
multo fortius dicendum eſt hoc fieri poſſe quod offeratur
libellus in die feriato ex iure ſpeciali ſeu ſtatuti.cogitabitis
quia mihi videntur hę bonę rationes contra rationes Bald.
¶ Ex his etiam infert Bar.in extrauaganti ad reprimẽdum.
c in verbo de plano,ꝙ nuntius [c], poteſt facere relationem ſuę
citationis in camera iudicis non ſedẽtis pro tribunali,intel-
ligite in die feriato in honorem Dei, vt credo voluiſſe Bal.
in capitulo fina.ſupra de ferijs. Verum diceret Barr.niſi cõ-
ſuetudo ſe haberet ſicut eſt vbique.quod relatio citationis
fieret notario,non autem iudici,& quod dicit Barto.dicen-
dum de iudice, idem eſt dicendum de notario.¶ Quarta cõ
39 cluſio.† vbicunque actus expeditur ex voluntate partium
videtur voluntarię iuriſdictionis,ſicut eſt emancipatio filij:
manumiſſio ſerui:adoptio filij: legitimatio filij ſpurij : põt
expediri iudice non ſedente pro tribunali,cum de plano ex
pediatur,& idem eſt in datione tutoris : quando tutor da-
tur pupillo,vt in l.I.qui habet.§. quolibet. ſupra de tute. &
per hoc apparet de imperitia multorum iudicum, qui quã-
do volunt interponere decretum ſuum ſuper legitimatio-
ne ſpurij vel adoptione ſiue emacipatione alicuius filij vel
in datione tutoris, vadunt ad domum emancipati, vel ad
domum mulieris,quæ datur in tutricem, & dicunt notario
ſcribe,quod ego eligo hunc locum pro meo idoneo tribu-
nali ad hunc actum:putantes aliter non valere actum.quod
d eſt falſum,cum iſta poſſint expediri etiam ſi eſſet in platea: [d]
Vel in prato deambulando, vt ex prædictis patet, & ſic eſt
expeditum iſtud verbum de plano.

a ¶Leuis cauſa. Vide do. meũ Iaſ.may. in ſua repet. l.admo-
nendi.ver.quis autẽ dicatur. cum multis concord.per eum
ibidem ſignatis.& Fel.in ca.in cauſis.j.de teſt.& in c.2.ſ. de
offi.de leg.Pari.de Put.in trac.ſindic.in ver.ſñia.& Bar.lo l.
admonẽdi.ſupra.alle.ver.aduerte hic & iſtis adde quod no-
taui in apoſtil.ad iſtum poſt eum.ſ.in §.petitiones.n.9. ver.
arbitrium iudicis.Celſus.

b Die feriato.Tu dic ergo ꝙ tam in cauſa ciuili quam crimi-
nali habet locum hoc dictum.ita not.Bal.in l.j. C. de fer.&
in rub.C.de in ius vo.Bar.in l.omnis.ff.de fer. Bal.in addit.
ad Spe.in tit.de cita.ver.die feriata.quod etiam tenet idem
Spec.in tit.de fer.§.2.verſ.1.& in tit.de libel. cõce.§.12.Qđ
amplio procedere etiam in cauſa ap.ſecundum Hoſt.But.&
Imo.in c.præterea.de dila.Bal.in add.ad Spe. in tit.de app.
§.2.ver.ſi.eundem plenius.in l.j.C.qui admitti.Bar. in l.om
nis.& ibi Doct.moder.& omnino per Alex. in l.j. ff. de fer.
& in l.ne quiſquam.§.de plano.ff.de officio procon.& lega.
ita notaui poſt Bal. in addi.ad ipſum in l.j.nu.2. verſi. quę-
ro lic.in apoſtil.in eod.verſi.C.de fer.Celſus.

c ¶Quod nuntius,Tu dic de hoc,vt per iſtum. ſupra in §.cita
tiones.in fi. verſ.relationem. autem & verſi.prete.& quod
ibi poſui in addi.ad ipſum in ver.die feriata.Celſus.

d ¶Etiam ſi eſſet in platea.Ita no.Inno.in c.per venerabilem.
qui fi.ſint leg.& in c.quod tranſlationẽ. de offi.de lega.Im-
mo etiam die feriato poteſt dari inter.vt not.Bart.in l.mã-
dante.§.dari.ff.de tuto.& cura.da. ab his. pro quo eſt text.
& ibi Bal.in l.2.ff.de fer.eũdẽ in l.actus.in 1.q.& ibi Doct.
C.eo.Spe.eo.tit.§.ſequitur.ver.pone.& Mode.in l. qui ha-
ber.§.penul.de tu.& ibi poſui in apoſtil.ad Barto. poſt eum
in allega.l.nec mendante.§.dari.in apoſt. in ver. die feriata.
ff.de tuto.& curato.dat.ab his.Celſus.

40 Sine ſtrepitu. †Iſtud verbum non fuit neceſſa-
rium,cum idẽ importet quod ver-
bum

bum de plano, ſecundum Bartolum in d.l. extrauaganti in
verb.& ſine ſtrepitu.ꝙ ego perſuadeo ex hoc quoniam lo-
a quens plane, dicitur loqui ſine ſtrepitu [a] & loquens alte, di-
citur facere ſtrepitum. dixit tamen ipſe quod operabitur
iſtud verbum ꝙ litigator poterit loqui iudici in aure etiam
ſedendo pro tribunali, vbi alias iudex non deberet partem
audire, niſi palam loquentem, & reperio quod do. Ioan. de
Imo. vt credo in c. accedens. ſupra vt lite. non conteſt. dixit
iſtam eſſe iuſtam cauſam recuſandi iudicem delegatum ſu-
ſpectum. quod eſt notandum.

ADDITIO.

a ¶ Sine ſtrepitu. Vide Io. An. in c. indemnitatibus. de elect. in
6. Inno. & Bal. in l. ne quicquã. in §. de plano, de offi. procõſ.
& legati. & Oldra. in conſilio. 115. incip. in iudicio eſt con-
ſiderare.

41 Et figura iudicij. † Glo. noſtra hic ponit q̃d
ſit figura: & bene dicit. po-
ſtea ponit tres alias formas iſtius clauſulę, vel quod pona-
tur copula vnica ante illud verbum, & figura iudicij, vel q̃d
nulla ponatur copula inter iſta verba in clauſula contenta,
vel quod ponatur diſiunctiua inter vnumquodque iſtorum
verborum, & in omnibus bene dicit. Volo quod notetis
iſtam gloſſ. ſingulariter in duobus. primo in eo ꝙ diſiuncti-
ua ponitur pro copula: quoniam eadem eſt ratio. ¶ Ex quo
42 colligite, ꝙ diſiunctiua ſemper reſoluitur in copulam, vbi-
cunque eſt eadem ratio in vno extremo, quæ in alio: ex hoc
ego dico, ꝙ iſta fuit ratio, licet legiſtę non dicant, quare di-
ſiunctiua poſita inter perſonas honoratas reſoluitur in co-
pulam, vt in l. cum quidam. C. de verbo. ſigni. Nam ideo cũ
teſtator dixerit. lego Titio vel Seio. 'io. reſoluit dictio, vel,
a in copulam, [a] &, quia eſt eadem ratio dandi Titio quæ eſt in
Seio. & ideo reſoluitur in copulam: tenete menti perpetuo
iſtam gloſſ. Secundo eſt ſingu. iſta glo. in eo quod dicit q̃d
vbi nulla copula eſt appoſita inter iſta verba in clauſula po-
ſita, quod idem eſt ſi eſſet appoſita copula. & allegat bonam
legem. ſ. legem. triplici. ff. de verb. ſign. Ex hoc reſultat quę-
dam ſingularitas, quod reſoluta habet vim copulæ. † & ſic
43 iſta a pari dijudicantur, ſi in reſcripto dicatur, Delegamus
cauſam Titio, Seio, Sẽpronio, vel ſi dicatur, delegamus cau
ſam Titio & Scio & Sempronio, ſed aduerte quod quando
nulla ponitur copula inter perſonas, debet apponi punctus
inter vnamquamque perſonam, & hoc eſt quod quotidie
44 dicitur † punctus habet vim copulæ, vt not. in d. l. triplici.
¶ Econtra interdum copula reſoluitur in diſiunctiuam, &
hoc contingit vbicunque copula, & ponitur inter compati-
bilia. tex. eſt ſingu. in l. ſi Titio. ff. de vſufru. lega. & per hoc
ſuſtinetur mandatum procuratoris, in quo dicitur commu-
niter quod talis conſtituit Titium ſuum nuntium & procu-
ratorem: impoſſibile eſt quod reſpectu eiuſdem actus ſimul
& ſemel quis ſit nuntius & procurator: quia nuntius conci
pit verba in perſonam domini: puta dicendo Titius dicit,
ꝙ debes ſibi dare decem, vt in l. licet. ff. de conſt. pecu. & pro
curator concipit verba in perſonam propriam, vt in l. quę-
cunque gerimus. ff. de actio. & obliga. vt patet in hoc exem-
plo. Ego Titius procurator & procuratorio nomine Seij
peto a Sẽpronio decem &c. Reſoluetur ly, &, poſitum in-
ter ly, nuntium, & ly, procuratorẽ, in diſiunctiuam, vel: &
erit ſenſus: talis conſtituit Titium ſuum nuntium vel ſuum
procuratorem. tenete menti: quia multi deciperentur.
45 † Et concludite vnam concluſionem generalem circa iſtud
b verbum ſine figura iudicij. [b] quod per verbum iſtud tollitur
omnis obſeruantia iuris poſitiui in iudicijs requiſita: & re-
manet obſeruantia iuris gentium, & naturalis quod ius na-
turale tolli vel auferri non poteſt veluti eſt defenſio, vt in
clementina paſtoralis. ſupra de re iudica. hoc voluit Barto.
in d. extrauagan. in verbo, & figura iudicij. ex hoc infertur
quod cum citatio ſapiat ſpeciem defenſionis, non tollitur p
c dictam clauſulam. hoc probatur in clemen. paſtoralis. vbi
dicitur ſententiam eſſe nullam, quia fuit omiſſa citatio [c] ad
audiendum ſententiam, & tamen ille qui tulit ſententiam
Imperator Henri. non tenebatur ſeruare ius poſitiuum, ſed
ſolum naturale & ius gentium. Et Papa dicit ſententiã eſſe
nullã p p defectũ citationis, volens innuere ꝙ citatio eſt de
iure naturali: quod apparet ex citatione, quam fecit dñs
noſter de Adam, cum dicit. Adam vbi es &c. Iſta fuit cita-
tio. Item per iſtam clauſulam non tollitur legitimatio per-
ſonarum, vt probatur in 10. extrauaganti. Si enim quis tan-
quã procurator alterius petit, etiam ſi procedatur vt dictę
clauſulę, debet antequam audiatur probare prius de manda
to ſuo, quoniam foret iniquum, ſi non haberet mandatum,
ſententiam debere domino nocere forte ignoranti &c. quę
autem ſpecialiter reſeruata intelligantur propter dictam
clauſulam: textus noſter late proſequitur incipiendo a li-
bello, quæ omnia ſeriatim, & diſtincte proſequar declaran-
do. & quoniam prę mittitur in ordine litterę de libello, qui
non eſt neceſſario offerendus: ideo ſcribite verbum, neceſ-
ſario, in littera text.

ADDITIONES.

a In copulam. Adde pro hoc tex. quæ Frã. de Cre. ſing. 55.
incip. lego Digeſtum vel Infortiatum, dixit ſingula. ad hoc
quod hic dicitur. l. ſi ita. ff. de aur. & argen. lega. vbi exponi-
tur ſeu, pro &, in l. cum quis decedens. §. fin. & ibi Dy. & q̃d
ibi poſui in Apoſtil. ad ipſum. ff. de lega3. Celſus.
b Sine figura iudicij. Quid autem operetur, vide Oldra. in
conſi. 115. & do. Bart. Sozi. in conſi. 96. inci. Viſo proceſſu.
in 1. parte. & quid importet in compromiſſo. Vide do. Pet.
Philip. Cor. in conſi. 54. inci. videtur in lit. I. in a. parte Car.
in cle. 2. de iudic. Bar. in extrauagan. ad reprimendum. verſ.
ſine figura. & Spe. in ti. de inquiſi. §. nunc tractemus. ver. q̃d
igitur. Et dic, ꝙ virtute huius clauſulę poteſt iudex ab arti-
culis incipere, quibus probatis ſententiam ferre, & cauſam
terminare. iſtud eſt origi. dictum Io. Mona. in c. ſi. de hæret.
lib. 6. quod dictum refert & ſequitur Ro. conſi. 419. incip. in
caſu propoſito. & Hyppo. de Marſi. ſingu. 102. inci. clauſulę
ſummariæ &c. Aduerte tamen tu iudex qui virtute vnius
illarum clauſularum via regia & omiſſo iuris ordine ꝓce
dere uis, id prius parti notificare debes. alias doloſe proceſ-
ſiſſe videbere: vt plene per Fely. in c. 1. verſi. 3. nota. de con-
ſti. & de hoc in tract. clauſularum. in clau. reſcrip. verſi. ſine
figura iudicij. Celſus.
c Omiſſa citatio, vult iſte inferre quod ſententia princi-
pis, parte nõ citata, eſt nulla, & iſta eſt communis opi. Licet
Bal. ſit ſibi cõtrarius in l. ne cauſas. ver. fuit antiquitus que-
ſtio. C. de appel. tenuerit contrarium, & male. Sed verã opi.
ſecutus eſt in l. ſi. C. de lega. & in l. j. ver. ſed hic quęritur. C.
quomodo & quando iu. plene per Fely. in c. quæ in eccleſia
rum. verſi. limita ſexto. de conſtit. notaui pleniſſime in apo-
ſtil. ad Pan. in c. venerabilem. nu. 5. in verſi. citationis, vbi ple
ne per eum & alios. de elect. Hippo. de Marſi. ſingu. 64. inci.
citatio eſt maximi effectus. in fine. Caſus autem in quibus
non requiritur citatio ad validitatem ſententiæ: poſui in
apoſtil. ad iſtum. in ca. quoniam contra. §. citationes. nume.
12. in ver. requiratur citatio. & in §. interlocutoria. nu. 45. in
verſi. ſententiam ſupra. Celſus.

46 Libellus. Glo. ſumit argumentum a contrario ſen-
ſu † quod in cauſis regulariter libellus eſt
neceſſarius, vt tertia quæſtione tertia, offeratur, & in cap. j.
de libelli obla. & in aut. offeratur. C. de litis conteſtatione.
47 poſtmodum quæris † nunquid ex conuentione partiũ poſ-
a ſet libellus remitti? [a] & recitant multas quæſtiones. de qua
quæſtione etiã per glo. in c. de cauſis. de offic. delega. & per
Docto. in c. j. de libel. obla. & per legiſtas in d. aut. offeratur.
& omiſſis opinionibus, hæc eſt communis concluſio, quam
ſentit hic glo. & voluit Iaco. But. & etiam Bal. in d. aut. offe
ratur, quod libellus ſolennis a iure requiſitus poteſt ex con-
b uentione partium remitti [b] ſed qualis. qualis petitio nequaq̃
omitti poteſt, quæ petitio contineat intentionem petentis.
¶ Circa cuius libelli ſeu petitionis materiam quod attinet
48 ad propoſitum infero has concluſiones. † Petitio qualis qua
lis id eſt quæ non continet ſolemnitatem a iure requiſitam:
ſed nudam intentionem dumtaxat petentis, eſt de iure na-
turali ſeu gentium: nimirum ſi omitti non poſſet, per ea quę
dixi in verbo, & figura iudicij. Item in ſecundo ideo eſt ne-
ceſſaria qualis qualis petitio, quia ſententia debet formari
iuxta petitionis formam: vt in hac clemen. Sed ſi non eſſet
facta petitio iudex neſciret ſententiam formare iuxta peti-
49 tionis formã. igitur &c. ¶ Secunda concluſio. † qualis qua-
lis petitio differt a libello, quia libellus ſemper offertur in
ſcriptis, vt in iuribus præallega. Petitio aũt poteſt oretenus
fieri,

ADDITIONES.

a Libellus remitti. Adde de hoc iſtum in verſic. quæritur
vlterius, & quod ibi poſui in additio. ad ipſum in verſ. per
partes renunciari vbi diffuſe de hoc habes. Celſus.
b Remitti. Vide domi. Alex. de Imo. in l. ius publicum. de
pact. & ſupra in præceden. apoſtil.

fieri ſecundum omnes doct. Adeo ꝙ etiam ſi fuerit redacta
in ſcriptis per authorem & tradita notario, vt redigatur in
actis,tñ dicetur petitio, non autem libellus ſm Ang.in l.j.ff.
de eden.Eſt & alia differentia quoniam actor debet dare co
piam libelli proprijs expenſis, vt not. glo.hic,& in clem.2.ſ.
de appellatio.In petitione autem actor non tenetur dare co
piam parti, ſed ſi reus velit copiam illam habere requirat a
notario ſuis expenſis.quod eſt notandum ſecundum D.Flo
50 ren.in hac clemen.¶ Tertia concluſio.†vbi proceditur appo
ſita iſta clauſula, ſine figura iudicij : tamen exigitur citatio,
51 vt in clem.¶ Quarta concluſio. †hęc clauſula,ſine figura,eſt
tantæ importantiæ: ꝙ licet alias petitio debeat cõtinere nar
rationem,& concluſionẽ,hoc caſu non eſt neceſſaria conclu
ſio:ſed ſufficit narratio ex qua deprehendatur intentio pe-
a tentis[a], vt in c.afferte.ſ.de præſump.& not.glo.in l.2.C.de
ſent.ex periculo reci. vbi habetur ꝙ mulier ſimpliciter nar-
rauit regi Salomoni abſq; aliqua concluſione hoc modo. fi-
lius meus viuit & filius iſtius mortuus eſt,& Salomon tulit
b ſententiam,vt habetur lib. Regum. c.3.& in d.c.afferte[b]. &
ſiquis dixerit,quid facit ad propoſitum illud.c.afferte. cum
ibi nulla fiat mẽtio de clauſula,ſine figura iudicij &c.reſpon
deo quod bene facit,quoniam princeps non eſt ligatus.l.po
ſitiua,vt in l.digna vox.C.de legi. tamen ligatur ad ſeruan-
dum ius naturale,& ius gentium,vt not.in d.l.digna vox.&
probatur in clemen. paſtoralis. ſupra de re iudica.Sic eſt de
directo in caſu noſtro, quoniam iudex inferior cui cauſa eſt
delegata cum dicta clauſula,ſine figura iudicij,&c.eſt reda-
ctus ad inſtar principis, vt non teneatur ſeruare niſi ius na-
turale & ius gentium : vt dixi ſupra in verbo & figura iudi-
cij. igitur bene concluditur quod dicit in c.afferte.adaptari
propoſito noſtro . quod eſt menti tenendum pro intellectu
52 d.c.afferte.quia decre.ex hoc redditur declarata.¶ † Ex hac
cõcluſione ſequitur corolarium, quod procedit petitio vbi
cõcluſio eſt inepta propter iſtam clauſulam: licet alias pro-
ceſſus corruat, vt in cap.examinata,ſupra.de iud.& in l.j.ff.
ſi menſur fal. mo. di. ¶ Sequitur aliud corolarium ꝙ in hu-
iuſmodi cauſis procedit talis libellus:peto Titiũ cogi ad ſol
uendum: licet nulla ſit facta mẽtio de condemnatione: licet
in cauſis ordinarijs libellus corruet, niſi prius fuiſſet petitũ
deberi condemnari, cum executio non poſſit fieri ante con
demnationem,vt in l.1.C.de executio.rei iudica.Hanc con
cluſionem aſſumo ex dictis Bar.ex d.extrauag. ſuper verbo
53 & figura.¶Quinta concluſio.† in cauſa appellationis ab in-
terlocutoria non eſt neceſſarius libellus : & licet ſecus ſit in
appellatione a diffinitiua ſm Matth.& D.Anto.in clemen.
vnica.de cau.poſ.& propric.quod dicit Spec.in tit.de libel.
concep. in §. nunc dicendum in curia Romana ita de facto
ſeruari. tamen ſm pręfatos doct. vbi ſupra, in cauſa benefi-
ciali ſiue loquamur in cauſa principali , ſiue in cauſa appel-
lationis:non eſt neceſſarius libellus:tenete mẽti.Aduerten-
dum in eo ꝙ Bar. dicit procedere petitionem vbi eſt inepta
concluſio.contrarium expreſſe tenet gl.noſtra hic in verbo
pronuntiatio.quam ſequitur Bal. Pro concordia vero po-
teſt dici,ꝙ procedat opin. Bar.qñ conſtat de intentione pe-
tentis.ſi autem de eius intentione non conſtet.i.ꝙ nõ poteſt
apprehendi quid petat actor tunc verum dicit gl. ꝙ abſolui
debet reus ab obſeruatione iudicij. ¶ † Capio gl.in verbo, li
45 tis conteſt. Sic ergo hic habetis vnum caſum in quo poteſt
55 procedi ad diffinitiuam ſniam lite nõ conteſta. Videlicet qñ
proceditur ſummarie & ſine figura iudicij . ¶ † Ex quo ſe-
quitur ꝙ cum in cauſa matrimoniali, in cauſa vſurarum : &
in cauſa decimarum:& in alijs cauſis de quibus in clem. di-
ſpendioſam.ſ.de iudic.ibi procedatur ſummarie , de plano,
& ſine figura iudicij : poterit procedi ad diffinitiuã lite non
conteſt.nec ordine iuris ſeruato: videlicet quando eſt que-
ſtio iuris ſm Inno. ita ſingula. dicit in c.cum inter, ſupra de
conſue.quod ſic declaro.Pone ꝙ vertatur quæſtio ſuper ver
bis reſcripti,vel ſuper verbis ſtatuti:quia vnus dicit, iſta ver
ba debent intelligi hoc modo: & alius dicit quod debẽt in-
telligi alio modo : vel pone quòd eſt quæſtio: qa vnus dicit
quòd reſcriptũ non tenet de iure:alius dicit quòd immo te-
net & valet. Iſta eſt.n.quæſtio iuris:certe nõ debebit lis con
teſtari:nec ordo iuris ſeruari in iſta quęſtione per prædicta.
¶ Eſt tertius caſus videlicet qñ imploratur officium iudicis
nobile : ſicut eſt reſtitutio in integrũ aduerſus eius contra-
ctum vel ſententiam propter eius lęſionem poterit procedi
ad diffinitiuam lite non conte.ſm Inn.in c.dudum eccleſia.
de elec.de quo dicto Ang. facit magnum feſtum in l.fi. in §.
illud.C.de temp.appel.plus ſubijciens ibidem Inno.quòd ſi
abſens qui noluit comparere ad litem conteſta.receptis te-
ſtibus compareat volens litem conteſtari non eſt audiẽdus.
Plus dixit & mirabiliter domi. Bald. in l.conſentaneum.C.
quomodo & quando iu. ꝙ hoc caſu iſte qui fuit contumax:
ſi volet litigare in alio caſu coram eodem iudice etiam con-
tra diuerſam perſonam:iudex poterit denegare ſibi audien
tiam.allega.tex.ſingula.l.ſed ſi per pretorem.§.ſed dum de
decreto.ff.ex qui.cau.& ibi probatur & eſt bonus tex.tene-
te menti,quia iſta oĩa ſunt ſingularia.¶ Eſt & quartus caſus
videlicet in cauſa appellationis : vbi ad diffinitiuam poteſt
procedi altera parte abſente,etiam lite non conteſt.vt in l.fi.
§.illud.C.de temp.ap. quod dictum notabiliter limitat Inn.
in c.ex literis.ſ.de in integ.reſtitu.Quando appellans eſt ab-
c ſens[c] ſecus ſi appellatus q. fuit victor in cauſa principalis :&
ita declarat illum. §.melius ꝙ̃ legiſtę : nec eſt quid imputan-
dum appellatori qui introduxit appellationem coram iudi
ce ad quem , quare nõ proſequatur appellationem:hoc dici
non poteſt de appellato.¶ Ex his habetis quòd in oĩbus iſtis
quatuor caſibus poterunt recipi teſtes lite non conte.quod
eſt notandum pro ampliatione cap. quoniam frequenter.
ſupra vt li.non conteſta.vbi non ponuntur iſti caſus. Sequi-
tur gl.in verbo ob neceſſitates . ¶ Sumitur ex tex. noſtro ex
56 contrario ſenſu arg.†in cauſis ordinarijs, vbi nõ proceditur
ſine figura iudicij:poteſt procedi in ferijs ob neceſſitatẽ ho-
minum, intelligite de conſenſu partium & iudice cõſentien
te,vt no.in l.j.ff.de ferijs.& in c.fin.ſ.de ferijs. Non ſic in fe-
rijs repentinis & ferijs in honorem Dei, quibus renuntiari
d non poteſt[d] .¶ Sed mirum vr̃ quòd ferijs ob neceſſitates ho
minum poſſit renuntiari : quoniam iuri prohibitiuo renun-
tiari non poteſt.gl.eſt ſingularis in rub.C.non fi.&c.conſtat
autem iſtud eſſe ius prohibitiuum,vt non reddatur ius in fe
rijs ob neceſſitates hominum : ideo renuntiatio non tenet.
¶ Reſp. ideo renuntiari poteſt : quia illa verba edicti de iſtis
ferijs dicũt, nemo inuitus compellatur litigare , vt habetur
in l.j.ff.de fer.ergo a cõtrario ſenſu poterit litigare iſtis die-
57 bus ex voluntate partium.†Sed inſurgit dubitatio,ſi duo vo
lũt litigare in iſtis ferijs aliquibus diebus ſciẽtes eſſe ferias:
poſtea altera pars vult ceſſare a litigio durantibus ferijs .
Prima

ADDITIONES.

a ¶ Intentio petentis.Ita no.hic Car.q.20.in princ.& Bal.
poſt glo.in l.j.ff.de eden. Sed dic hoc dictum non procede-
re parte opponente, vt per Pet.de Anch.& Imol.hic, Bar.in
extrauag.ad reprimendum.in ver.figura iudicij, & Alexan.
conſi.181.quod eſt ſm maiorẽ ſuppurationẽ conſ.303.vol.
2. & melius per eundem conſ. 31. vol.4.Celſus.

b ¶ Afferte.Vide Fel.ibi in fine.

c ¶ Eſt abſens.Tu adde de hoc Spec.in titu.de compari.in
termi. ver.attendas etiam,& in titu. de ſent. §.iuxta.ver.eſt
etiam nulla.& §.qñ.ver.porrò.& ibi quinq; abſentiarum ge
nera,quæ latius proſequere. & Barto. in l.fi. & ibi bo.glo.in
ver.appel.ff.de reſtitu.in integ.Celſus.

d ¶ Non poteſt.An poſſit per partes renũtiari ferijs. vide
d.Alex.de Imo.in conſi.36.in 2.par.& an & qñ ferijs ob ne-
ceſſitatem hominum inductis.vide Fely.in cap. ſi diligenti.
ver.quartum corolarium. de fo. comp. & adde eum in cap.
ſignificauerunt.in ver.tene menti.ad fi.ver.e.tit.& ibi adde
pa.nu.16.& quòd no.in apoſtil.ad ipſum in ver. ſanctorum.
quòd renuntiatur ferijs hoĩum licet quis ante iudicium poſ
ſit.tamen poſt ſententiam non:de quo per Card.hic q.29.&
per Alex.in l.1.ff.de fer.Bal.in addi.ad Spec.eo.titu. §.fi.&
quare eſt quòd ferijs repẽtinis renuntiari non põt , no.Bal.
in l.1.C.eod.& Alex.vbi ſ.& in l.1.§.2.ff.de noui ope.nunc.
vbi dr̃,quòd ęquiparantur ferijs Dei . Aduerte tñ inquantũ
hic dr̃ ferijs repentinis non poſſe renuntiari : quòd hoc di-
ctum fallit in ferijs repentinis propter ſuperſtitionem indi-
ctis,vt plene not.Bald.in l.ſi vt proponis.la 1.C.quomodo
& quando iudex.& in ſępe allega.l.1.c.de ferijs. nec omitto
vnum ſing.dictum Spec.in titu.de fer. §.fina.ver. ſed quid ſi
pars. ſ.quòd quando per iudicem aſſignatur dies feriata in
hominum vtilitatem ſcientibus & tacẽtibus partibus: quòd
dictæ partes illis renuntiaſſe pręſumuntur. Idem not.Alex.
in l.1.in prin.ff.de ſer. arg. l.ſi fideiuſſor.§.quædam manda.
& de hoc dixi poſt Bart. in addi.ad eum in l.1.nu. 3.in apo-
ſtil.in verſic. renuntiari. C.de fer.& Saly.in l.omnis.num.2.
ubi etiam ſignaui in apoſtil. ad ipſum.in uerſi. ob neceſſita-
tem hominum.eo.titu. Celſus.

Prima autem pars oppoſitioni non poſſe: quia litigando vř
renuntiaſſe illis ferijs: quid iuris eſt. iſta quæſtio ſępe eſt de
facto & ego vidi Spec.in §.fi.circa fi.de ferijs. qui inclinauit
in hanc ſniam, reū videri non renūtiaſſe:q eſt fugitiuus: qa
reorū eſt fugere, vt not.in c.cū olim.de do.& contum.quaſi
ſecus ſentiat eſſe in actore. Matthęus āt ī cle.j.ŝ.de iu.tenet
inductā eſſe renuntiationē. Ang.vero in l.1.ff. de ferijs.no-
tabiř diſtinguit inter expreſſam renunriationē & tacitā, vt
ꝑ expreſſam renūtiationem amplius nō poſſit opponi exce-
ptio feriarum:quaſi in totū videař renuntiaſſe.In tacita ve-
ro q̄ inducitur ex litigio non inducatur renuntiatio feriarū
a quo ad tempus futurum a, & quo ad acta fienda:ſed acta fa-
cta valebunt: quia eorum reſpectu vř inducta tacita renun-
tiatio : & ſic exceptio feriarum impediet proceſſum fieri in
futurum: ſed per talem exceptionem non annullabunř acta
iam facta:& in hac ſnia fuit D.Ioan.de Imo. in c.fi. ſupra de
ferijs. licet nullam faciat mētionem de Ang. & iſtud tenea-
tis ac etiam noteris.¶ Ex hoc ſequitur vna mirabilis cōclu-
58 ſio ſm Ang.in d. l.1. † ꝙ exceptio declinatoria iudicij quan
do concernit actum ſucceſſiuum, poteſt opponi poſt li.con
teſta.quod eſt ſingulare, limitans omnia iura dicentia, quod
exceptio declinatoria debet opponi ante lit.conteſt. quia il
la regula debet intelligi quando exceptio concernit actum
momentaneum,qui explicatur a momēto:ſecus in actu ſuc
ceſſiuo: vt eſt litigare in ferijs ob neceſſitates:quia iſtę ferię
non finiuntur momento:ſed pluribus diebus ſucceſſiuē du-
rant.vnde iſta exceptio oppoſita poſt lit.conteſt.hoc modo
prohibetur, Non procedatis domine iudex qoia ſunt ferię.
Impediet proceſſum fieri : ſed proceſſus iam factus in ferijs
tenebit.Ego hic dictū Ang.comprobo valida ratione:quo-
niam exceptio quę oritur poſt lit.conte.poteſt opponi poſt
b lit.conteſt.b vt in l.2.de confor.eiuſ.lit.& facit. c.paſtoralis.
cum ibi no.ŝ.de exceptio.Sed iſta exceptio,ſunt ferię,quo-
tidie oritur: quia quotidie inducitur grauamen ex talibus fe
rijs : nam reſpectu dici hodie in eo poſſim dicere,non volo
comparere hodie,quia eſt dies feriatus,iſtud poſſum dicere
cras,& ſic in ſequentibus diebus:quia ſemper grauor de die
in diem : ideo ſemper de nouo naſcitur iſta exceptio.quod
59 tene menti.¶ † Et aduerte in eo ꝙ gl.dicit ꝙ ferijs nō poteſt
renuntiari.Quam glo.omnes Cano.& legiſtę & ſequuntur,
quod Io.And.dixit vnum ſingulare verbum in §.fi.de ferijs.
in addi.ad Spe. ꝙ ferijs repentinis poteſt renuntiari per pa-
ctum,licet non per ſimplicem renuntiationem:nec reperio
contradicentem. Ex hoc poteſt inferri vna mirabilis limita
tio ad illam regulam, ꝙ iuri prohibitiuo renuntiari non po
c teſt c quia illud non cuſtodit per ſimplicē renuntiationem :
ſecus ſi per pactum expreſſum : nam non eſt dubium, ꝙ ius
eſt prohibitorium,ꝙ in ferijs repētinis non reddat ius: & tñ
Io.And.dicit valere renuntiationē per pactum expreſſum:
ergo bene ſumitur dicta limitatio a nemine tacta. Nam in
alia materia fit eadē differentia inter renuntiationem & pa-
ctum.Nam dř, quòd iuri de futuro renuntiari nō poteſt, vt
in l.qui ſuperſtitis.ff.de acq.hær.& in l.ita ſcriptum. §.ſi ſub
conditione.ff.de leg.2.tñ volunt oēs,quòd per pactum poſ-
ſit renuntiari iuri de futuro,vt habetur expreſſum in l.1.C.
de pac.circa,vnum quod ŝ.dixi,vbi proceditur per officium
iudicis poſſit procedi ad ſniam diffinitiuam lite non conteſ.
ſm Innoc. obſtat tex.in c.fi.ſupra de offic. iudi.vbi dř quòd
lit.conteſta.expoſcit &c.Saluando Innoc. rñdeo, quòd vbi
reus eſt pręſens,omnino debet lis conteſtari:& ita debet in-
telligi iſte tex. vbi autem reus eſt abſens,& non vult compa
rere:& ſic non poteſt lis conteſtari, vt ſcribit Inn. in c.olim.
de accuſ.& glo.in auth.qui ſemel.C.quomodo & qñ iudex.
tunc vendicat ſibi locum doctrina Inno. & hanc diſtinctio-
nem perſuadeo per ea quę habētur in l.fi.§.illud. C.de tēp.
60 appella.vbi ſimilis diſtinctio fit in cauſa appel.¶ † Sequitur
glo.ſuper ver.defenſionis.Addite ad iſtam gl.ꝙ cum defen-
d ſio non poſſit tolli d per iſtam clauſulam,& ſine figura iudi-
cij. Ex hoc vř dicendum, ꝙ ſi feratur ſententia teſtibus non
publicatis, non valet ſnia : quoniam videtur tolli defenſio
aduerſę parti, quia pars non poterit opponere contra dicta
teſtium.& hanc ſniam tenet Bart.in extrauaganti, ad repri-
mendam.licet ipſe contrarium tenere videatur,in l. prolatā.
C.de ſent.& interlocutori. omnium iudi. & idem ibi tenet
glo.Bal.& Iaco.But. ¶ Vos autem concordando opiniones
dicite ſm Ang.in d.l.prolatam. cuius verba ſunt noua & di-
61 gna. † Quod ſententia valet etiam in cauſis ordinarijs lata
teſtibus non publicatis. Quoniam iſtud non eſt contra ius
conſtitutionis,ſed eſt contra ius litigatoris ſibi auferēdo de-
fenſionem. Nam ex hoc redditur ſnia iniqua & ideo pote-
rit appellari:& appellatio iuſtificabitur ex hoc ſolo, quia in
inſtantia principali nō fuerint teſtes publicati ſm Ang.non
poteſt tñ dici ſniam iſtam eſſe nullam quaſi latam ſine cauſę
cognitione,qñ teſtes ſemper dicuntur iudici publicati etiā
añ aperturam ſm Innoc. in c.cum clamor.ſupra de teſtibus.
& glo.in l.cum de indebito.in prin.ff.de proba. Vbi tamē te
ſtes iuſſent examinari per iudicē alterius iuriſdictionis: qa
ibi teſtes commorabantur & iudex non protuliſſet ſenten-
tiam antequam fuiſſent ſibi tranſmiſſa dicta teſtiū: tunc be-
ne ſnia foret nulla quaſi lata ſine cauſæ cognitione,per cap.
cum Bertholdus, ſupra de re iud.& ita debet intelligi gl. ſm
Ang.in d.l.prolatam. ¶ Capio tex. ibi,iuxta pronūtiationis
formam.Bart.in extrauagan.ſuper & figura iudicij,ſingula-
62 riter not.iſtum tex.Dicens, † ꝙ licet in cauſis ordinarijs ſen
tentia debeat eſſe conformis libello, & in nullo debeat eſſe
difformis,vt in c.licet Heli.de Simo. Tamen vbi proceditur
e ſine figura iudicij e non eſt neceſſe, quod ſnia ſit conformis
f libello f,ſed ſufficit quòd pronūtiet iuxta petitionē.i.ſufficit
qđ in aliquo cōueniat,licet in oībus nō cōueniat.Vnde ſi pe
titus fuerit equus,q forte eſt mortuus,& ꝯñter ſuccedit ęſti
matio:ſi iſta cā eſſet ordinaria nō poſſet ferri ſnia in ęſtima-
tionē, cum nō fuerit petita.tñ ſi procedař ſine figura iudicij
poterit fieri condēnatio in ęſtimatione,qa nō pt negari iſtā
ſniam eſſe latā iuxta formā petitionis.i.prope, licet nō ſm
63 ipſam petitionē tenere. Addite † qđ illa rła,ſnia dēt eſſe cō-
formis libello, intelligi dēt in mō decidendi.i.quòd ꝑ ſniam
dēt determinari id qđ eſt petitū in libello,condēnando, vel
abſoluēdo,nō aūt debēt illa verba intelligi ꝓut iacēt ſeu ſo-
nāt,videlicet,quòd ſnia dēat eſſe cōformis libello iudice iu-
dicāte vt petit in libello, qa ſm hoc oīs ſnia eēt condēnato-
ria,qđ eſt falſum,cū actor in libello ſꝑ petat reū condēnari.
¶ Sequiř gl.in ver.exordio.Pro intellſu iſtius gl. circa mate-
riam

ADDITIONES.

a ¶ Quo ad tp̄s futurū. Not. Bar.in l.ſępe alle.l.1.& ibi ple-
niſſime ꝑ Ale.ff.de fer. Et verū poſſit renūtiari ferijs,de qb.
ŝ. ꝑ ꝓcuratorē,vide eūdē Ale.poſt Pau.de Ca.in d.l. vbi te-
net.quòd ſic,arg.l.ſi fideiuſſor.§.q̄dā.ff.mand.ēt tacite,dum
modo tñ hēat liberā adminiſtrationē,ita no. Bar.in l.q Ro-
mæ.§. Callimachus.ff.de verb.ob.Et pro q.de qua ŝ.ꝓxi.ibi
ver.ſed inſurgit dubitatio,quęriř.tu dic,quòd ēt actor pt al-
legate ferias in cā cępta per eū ēt tꝑe feriato,ita not.Ang.&
Alex.poſt Bal.ꝫ Raph.in ſępe alleg.l.1.ff.de fer.ꝫ quē ēt te-
nent Ioan.de Imo.& Anto.de Butr.in cap.1.eodem titu.
b ¶ Poſt lit.cōte. Adde tex.io l.elegātet.§.ſi qs poſt.de ꝯdi.
inde.& in c.inſinuāte.de off.dele.cū ſi.aduērte tñ,qa hoc nō
ꝓcedit,ſi talis declinatoria ſuperueniat poſt cōcluſum in cā,
iſtud eſt ſing.di.Io.And.in c.cū dilectus.de ord.cog.ꝑ c.au-
ditis.de procu.qđ pro ſingu.refert & ſequiř Rom.ſing.354.
incip.tu ſcis,quod exc. & dat ibi bo.rōnem,vltra quā pt aliā
dare.Quia ibi opus eſt cauſę cognitione,& tūc obſt.ꝯclo in
cā d.c.auditis, & hoc tenet alleg. d.c.cum dilectus. Celſus.
c ¶ Non poteſt. Vide de hoc omnino per Fely. in c.ſi dili-
genti.in princi.de foro compe. Celſus.
d ¶ Non poſſit tolli.l.3.§.ſi ad diē.ff.de re mili.& C.de tēp.
app.l.pen.c.cū inter.de exc.Bar.plene in l.filius.ff.de don.&
in l.1.ff.de teſta.mil.& q̄ dixi,ŝ.eo.in apoſt.in verſ. figura iu-
dicij, nu.8.qđ eſt verū ſi defenſio negotiō principale reſpi-
ciat,ſecus ſi apices iuris,ita not.Bal.in l.2.§. Offilius.ff.de re
qui.reis,& Alex.in l.cuſtodias.ff.de publi.iudi.Celſus.
e ¶ Sine figura iudicij.Rō eſt euidentiſſima,cū n.delegatus
vice delegātis fungař,vt in l.ſolet.& ibi Alex.& Doct.de in.
om.iu. cū li.ſi ꝓferat ſniam nō cōformē libello valebit tanq̄
cēt ꝓlata a delegāte,qui ita ꝓferre pt,vt no.Bald.in ꝓęmio
feudo.in t.diuiſione,& Io.And.in c.cū olim.in nouel.de re
iud.valet tō ſnia principis,ſine ſolēnitate lata,vt no.Pan.de
Caſt.in l.ſi qs imperatorē. C.q teſt.ta.poſ.& Sic.in c.in cau
ſis,& ibi poſui in apoſt.ad ipſum,in prin.de re iu. Et ſine or-
dine iuris, ita no.plene Bal.in c.1.in ver.obſeruetur,in tit.ſi
inter domi.& vaſal.lis oriatur, in feu.Innoc.& And.in alleg.
c.in cauſis.de re iudi. Celſus.
f ¶ Libello. Tu adde vltra ea,q̄ poſui in apoſtil. ad iſtū,ŝ.in
§.interlocutoria,& appe.nu.17.ver. vlterius ſcič dū,qđ not.
Pe.Phil. Cor.ꝯſi.329.incip.ꝯſiſo.ꝑ totū.vol.1.vbi ponit de
materia,qua hic: quē ēt vide in conſi.56.incip.licet,in litera
o.vol.2.& conſi.315.incip.videtur, per totum.vol.2.

riam reconuentionũ pono aliquas ꝯcłones. ¶Prima ꝯcło.
64 †recõuentio dẽt fieri ante lit.conte. vel incontinẽti poſt lit.
a côteſt. a ad hoc vt introducatᷣ priuilegiũ cauſę recõuẽtionis,
qđ priuilegiũ in hoc cõſiſtit, vt ſimul tenẽs proceſſus agitetᷣ
conuentionis, & reconuẽtionis, vt in c.j.de mu.peti. Et qđ
vtraq; cã eadẽ ſñia terminetᷣ. Quãtum aũt ad cõpetentiã iu-
dicis introducendã p̃t fieri recõuentio in quacũq; parte iu-
dicij, ut in c.diſpẽdia.§.reus.de reſcri.li.6.tex.eſt ſing.in hac
materia hoc caſu nõ ſiᷣ agitabitᷣ cã cõuẽtionis & recõuẽtio-
nis, ſed prius terminata cã cõuentionis poſtea ꝓcedit in cã
recõuẽtionis, & tenebitᷣ actor cõparere, licet alias ſibi iudex
b nõ foret ᵉcõpetẽs. ¶Scđa ꝯcło. †vbi opponitᷣ ꝯ iudicẽ exce-
65 ptio excõicationis, opponẽs nõ p̃t vti reconuẽtione. gl. ẽ in
c.j.in verbo reſcriptũ.de reſcri.lib.6. quã gl. valde cõmẽdat
66 Ang.in d.auth.ꝯñter. ¶Tertia ꝯcło, † tota materia recõuen
tionis dẽt intelligi, qñ actor agit ex volũtate, nõ aũt neceſſi-
tate coactus. Nã tũc reconuẽtio nequit locũ hr̃e, veluti ſi qs
paſſus iniuriã, vel furtũ, vel rapinã, nã p p hoc neceſſitatᷣ age
re: certẽ cõuẽtus nõ poterit iſtũ actorẽ recõuenire ſ̃m Ang.
in d.aut.& ꝯñr. Et ẽ caſus in l.2.in §.ſed ſi agãr. & in l.ſi lon-
gius, in §.j.ff.de iud.qđ ẽ valde notãdũ, qa p hoc limitatᷣ to
ta materia reconuentionis. ¶Ex hac ꝯcłone infertᷣ vnũ no-
67 tabile corolariũ, † q in cã appłonis non hẽt locũ reconuen-
c tio c, & iã vidi de facto, qñ appellãs neceſſitate coactus ap-
pellare, & ire ad iudicẽ ad quẽ ꝓ iniuria ſibi illata p p iniquã
ſñiam latã p iudicẽ a quo, caſus eſt in l.1.& 2.ff.cũ q app.in
puincia ſe defendi debere. Et hanc ꝯcłonẽ notat egregie d.
Ang.in d.aut.ꝯñter, & eſt mẽti tenẽda. ¶Nũc venio ad gl.in
ver.nõ obſtantib. iſtã gl. quotidie allegãt legiſtę, & ad cã re-
68 currunt, q dato termino ad producendũ inſtr̃a p̃ñt ꝓduci ẽt
d poſt lapſum terminũ, d niſi ius aduerſarij ſit factũ deterius,
quã gl.tenet Bar.in l.mancipatorũ.ff.de optio.leg. Necnon
Ia.de Are. & Cy.& Ang.in l.ſi ea.C.de q.accu.poſ.& ipſe-
met Ang.in l.j.§.edẽda.ff.de eden.eãdem ſñiam ſecutus eſt
Bal.in l.j.ff.ſi ex noxa.cauſa agatᷣ, & illã tenẽt oẽs canoniſtę.
Sal.aũt in d.l.ſi ea, ſubtilius hũc articulũ interpretatus, & po
ſuit vnã ſuã diſtõnem valde notabilẽ, q̃ eſt memorię cõmẽ-
dãda, qa veritatẽ ꝯtinet, & eſt ẽt in iudicãdo tenẽda, qñ nõ
reprobat ſñiam cõem, ſed diſtinguit declarãdo, quo caſu de-
beat intelligi ſñia cõis, vt vidi qđ d.Io.de Imo.in plurib.lo-
69 cis dicit, † q ſp tenẽda eſt opinio doctoris diſtinguentis, qñ
ſua diſtinctio eſt vera. Cuius Sal. verba reduco ad infraſcri-
70 ptas claras ꝯcłones. ¶Prima ꝯcło. †Si nullus terminus eſt da
tus ad ꝓducendũ inſtr̃a, ſeu iura, p̃ñt inſtr̃a produci vſq; ad
71 ꝯcłonẽ in cã, c.cũ dilectus.de fi.inſtru. ¶Scđa ꝯcło. † Vbi da
tus eſt terminus p iudicẽ ad ꝓducendũ inſtr̃a poſt terminũ
nõ p̃ñt produci de rigore iuris. Rõ ꝯcłonis eſt, qa oĩs dilatio
probatoria eſt pẽ̃ptoria, vt dicit Ang.in l.fi.ff.de dila.& ẽt
72 tenet Spe.in tit.de dila.& cęteri Doc. ¶Tertia ꝯcło. † Vbi il
le cui eſt datus terminus ad ꝓducendũ inſtr̃a, potuit induce
re inſtr̃a in termino, & nõ ꝓducit, ñ auditᷣ poſt terminũ, nec
de rigore iuris, nec de ęquitate, ſiue ius aduerſarij ſit factum
deterius, ſiue nõ. Rõ ꝯcłonis eſt, qñ negligẽti ꝓducere iura
de iure nõ ſubuenitᷣ, ſed dũtaxat diligẽti, vt in l.admonendi.
ff.de iureiu.vbi vr̃ caſus iſtius ꝯcłonis, & in l.fi.ff.ex qb.cau.
73 ma. ¶Quarta ꝯcło, † poſt termini lapſum p̃ñt ꝓduci inſtr̃a
de ęquitate ſi ius aduerſarij nõ eſt factũ deterius: dũmodo
ꝓducẽs nõ fuerit ĩ negligẽtia durãte termino, puta, qa igno
rabat ſe hr̃e inſtr̃um, vel ſi ſciebat nõ potuit ꝓducere aliqua
iuſta cã impeditus, & in hoc ſtabitᷣ iur̃o producẽtis ſi fuerit
ignorãs, &c.iuxta decretalẽ, paſtoralis. ſ̃.de excep. Rõ ꝯcło-
nis eſt, qñ vbi in diſpõne eſt dies, & nõ pęna, admittitᷣ pur-
gatio morę, ſi ius aduerſarij non eſt factũ deterius, dũmodo
poſt modicũ tp̃s qđ reſidet in arbitrio iudicis, & probanᷣ.l.ſi
ita qs promiſerit.§. Scia.ff.de ver.obli. ¶Quinta concluſio.
74 † poſt terminũ lapſum non p̃ñt ꝓduci inſtr̃a ſi ius aduerſarij
eſt factũ deterius, ẽt ſi producẽs fuerit diligẽs durãte termi-
no, & in hoc caſu eſt intelligẽda gl.nr̃a, & opi.doc. Rõ ꝯcło-
nis ſumitᷣ ex his q̃ dixi in rõne proximẽ p̃cedentis ꝯcłonis a
ꝯtrio. Intelligo tñ iſtã gl. q ius aduerſarij dẽt eſſe effectũ de-
terius poſt lapſum terminũ producendi, puta qa teſtes ſunt
mortui poſt lapſum termini per quos poterat reprobari in-
ſtr̃um. Si aũt fuiſſent mortui pẽdente termino, tũ nõ puto
procedere gl. qa nõ eſt lęſus poſt lapſum termini, ſed in ipſo
75 termino. ¶Sexta & vlt.ꝯcło. †In caſibus in qbus producunᷣ
inſtr̃a poſt lapſum termini dẽt citari pars aduerſa ad viden-
dũ fieri productionẽ. Alias nulla eſt iſta ꝓductio: qñ vbi tra
ctatᷣ de p̃iudicio alterius, is citari dẽt, vt in c.vnico.de ſcrut.

Ex his haberis expeditũ iſtũ articulũ pleniſſime & vtiliter.
¶Venio nũc ad gl.in ver.interrogabit.iſta gl.reputatᷣ ſing.&
ſp alleg. Sed ꝓ pleniori doctrina tollite has breues ꝯcłones.
76 Prima ꝯcło. † In cauſis ordinarijs iudex ex proprio officio e
c p̃t ĩ quacũq; parte iudicij partẽ interrogare, ſed nõ ad inſtan
tiã partis, ita dẽt intelligi tex.in c.inter dilectos.ſ̃.de fi.inſtr.
& 30.q.6.in c.inter Adã, & tex.in l.vbicũq;.ff.de interro.act.
77 Scđa ꝯcło. † Vbi ꝓcedi tᷣ ſine figura iudicij in quacũq; parte
iudicij p̃t iudex ẽt ad inſtantiã partis litigatorẽ interrogare,
78 vt in hac glo.no. ¶Tertia ꝯcło. † Illud qđ dr̃ iudicẽ poſſe in-
terrogare in quacũq; parte iudicij dẽt intelligi ſup actitatis
idẽ ſup ꝓductis in cã: nõ p̃t ãt interrogare ſup nouiter acti-
tãdis.i.ſup aliquib. q̃ non ſunt deducta in iudicio ſ̃m Spe.in
titu.de poſit.§.4.ver.rũr, & Innoc.in c.inter dilectos.in addi.
ſuis. hoc tenet hic d.Flo.Mat.& Laud. ¶Quarta & vlt.ꝯcło
79 eſt notãda, † vbicũq; iudex p̃t interrogare partẽ p̃t interro-
gatione deferre iur̃m interrogato, ſ̃m doct. Bal. qui ita cõſul
uit, vt patet in ꝯſilio ſuo, qđ incipit, Statuto Peruſij cauetᷣ,
ſubijciens rõnem, qñ cũ lex dederit p̃tãtem iudici faciendi
interrogationes, veriſiłe eſt, & credibile, q lex voluerit ẽt da
re p̃tãtem circa qualitates interrogationũ, vt poſſit adijcere
iur̃m, vel ꝑmittere, & idẽ de alijs qualitatib. qđ eſt notandũ,
qa nõ tangitᷣ in lectu. qa eſt res p̃iudicialis, & poterit facere
magnũ honorẽ in cauſis, &c. Vltimo addite circa illũ articu-
lũ, vtrũ poſt lapſum terminũ poſſint ꝓduci inſtr̃a, q oĩa q̃ di
cta ſunt in inſtr̃is habeãt locũ in teſtib. vt poſſit poſt terminũ
elapſum ꝓduci eo mõ quo dictũ eſt in inſtr̃is, ſ̃m Cy. in l.ſi
ea.ſ.alleg. q ẽt voluit D.Io.de Imo.in c.licet cãm.ſ̃.eo.licet
do.de Ro.in ſuũ ꝯcło.aſr ſentire videanᷣ. Sed primũ eſt ve-
rius p p idẽtitatẽ rõnis, eadẽ eſt rõ ĩ teſtib. q̃ ĩ inſtr̃is. igitᷣ, &c.
80 Circa articulũ vtrũ iudex poſſit interrogare partẽ, &c. Ad-
dite, † q D.Ant.de Butr. conſuluit iudicẽ poſſe interrogare
in quacunq; parte iudicij partẽ ad fundandũ intentionẽ alte
rius

ADDITIONES.

a ¶Poſt lit.conteſt. Nunqd ãt ex interuallo poſt lit.cõteſt.
fieri poſſit, & an eius cauſę naturã mutet. vide Fel.in d.c.j.&
an poſſit fieri ſup actione poſt repertũ orta. vide p eũ, in c.
prudẽtiã, remiſſiuẽ.in fi.eo.li.& ad eũ, in c.in p̃ſentia, ibi, ſed
ẽt.de ꝓbat. q ſi fiat recõuentio p illũ cui petit ſilentiũ impo
ni, & petat illud ſup quo actor petat ſilentiũ reſultat mirabi
liter effect⁹, qa prima petitione ſoluit in vim exceptionis, &
ꝓceditᷣ ſolũ ſup ſcđa petitione, & in qb.caſibus, & cauſis lo
cus nõ ſit recõuentioni. vide d.Bar.Soc.in ꝯſi.167.inci.non
inutilis.ver.circa ſeptimũ, in a.pat.& Spe.in tit.de recõuen.
§.3.p totũ. Et inquantũ dr̃, q ſtatim, & añ lit.cõteſ. dẽt fieri,
hoc ẽ verũ ſi fiat corã eodẽ iudice, qa ſi corã alio fieri p̃t ex
interuallo. no.gl.in c.fi.in ver.ꝓprietatẽ.de iud.Bal.& doc.
in pręal.aut.ꝯñr.ver.q̃ro qñ fieri debet recõuentio. Celſus.
b ¶Nõ foret cõpetens. De quo vide Bart. Soc.facientẽ illã
rĩam, & ampliantẽ, & reſtringentẽ eandẽ in ſuo tract.fallen.
reg.332.in verſ.reconuentio. De quo p Bar. Soc.ꝯſilio ſuo.
28.inci.pro deciſ.verſ.6.principr̃ moueor, ad fi. cũ ver.ſeq.
& ꝯſ.41.inci.anteq̃.verſ.ſ̃m caſum, cũ ver.ſeq.vol.j Celſus.
c ¶Recõuentio. Adde Pa.in c.j.in ver.3.q̃ro, & q ibi poſui
in apoſt. ad ipſum de mutuis pet. Sal.in alle.aut.& ꝯñr.q.3.
Bal.in l.p hãc, ver.ex.gl.q̃rit, hic Cy. C.de tẽp.ap.oĩno pet
Bald.in d.aut.& ꝯñr.ver.q̃ro, nunqd in cã appłonis, de quo
vide Bal.in aut.& ꝯñr, nu.12.ver.q̃ro, nunqd in cã appella-
tionis, & ibi poſui in addi.ad ipſum, in apoſtil.in eo.ver.C.
de ſentent.& interlocu.omnium iudi. Celſus.
d ¶Terminũ. Pro qua materia, vide latiſſime Firmanũ in
ſuo aureo repertorio, in verſ.inſtrumen. productio.verſi.1.
e ¶Officio. Adde qđ iſtę interrogationes, q̃ hodie ex offic.
iudi.(vt hic) fiunt, olim fiebant iure actionis, ita no. Bar. poſt
gl.in l.1.ff.de interrog.act. Et pro.3.ꝯcłone.ſ.q in quacunq;
parte iudicij poſſint per iudicẽ fieri, no.ibi Bar. qđ ẽt eſt ve-
rũ in delegato, vt ibidẽ. Et fiunt uiua uoce, & ſine ſcriptura,
ut p Bal.in l.ſi curatoris.C.de iure delib.Oldr. conſi.104.in
fi. Debes tñ tu iudex illas refrenare. ſ.niſi pertineãt ad decla
rationem intẽtionis, ita no. Ang.in l.ſi in tẽ.de rei vend. nec
omitto, q interrogatus non dr̃ rñdere, ſi non rñdet ad inter-
rogata, vel ſi rñdet modificatiuẽ. l.de ętate §.qđ autẽ, & ibi
Bar.ff.de interroga.act.aut ſi obſcurẽ, aut de delicto, de quo
conſtat, ſi rñdet per uerbũ credit rñdet, ut per eũdem Bar.in
pręalle.l.de ętate, qđ nihil. de quo uide Panor.in c.cũ cãm.
num.9. & quod ibi poſui in addi.ad ipſum in apoſtil.in uer.
officio judicis, de iuramen. calum. Celſus.

rius partis,& hoc per gl.ſing.in l.vbicunq;.p̄ çall. vt patet in d.gl.dū dicit,vel ſicut fit Bononię, quę̄rit̄ a debitore q̄d debeat. De qua ꝙ ſtione facit mentionē D. Io.de Im.in c.j.ſ̄.de iu.ſequens hāc doctrinā quæ eſt notāda. Circa id q̄d dixi de iuꝛo intelligēdū eſt ſ̄m Bal.in cauſis ſummarijs, ſeu extraordinarijs, q̄d idē eſt, in cauſis aūt ordinarijs ſunt faciēdę poſitiones,& pars dēt cōpelli rñdere ꝑ iuꝛm, vt in c. ſi poſt ꝑ ſitū.ſ̄.de cōfeſ.li.6. Et q̄a dictū Bal.eſt ſingulare, q̄d nō reperit in aliquib.lecturis, ſed dūtaxat in quodā ſuo cōſilio, tūm q̄a materia eſt vtilis, cū q̄a cōſiliū eſt paruū, idcirco illud ſu-
81 bijcio ſcribendū.¶ †Statutū Peruſij cauet, ꝙ ſi actor voluerit ſtare facto actoris de cā vertēte,& iudex cogat, ꝙ dēat iurare, &c. Titius depoſuit c.penes Seiū, q̄ c. petita in iudicio Seius negat, dicēs ſe nihil dēre, Titius petit Seiū ſub iuꝛo illū dēre interrogari, an receperit ab illo illud depoſitū. Seius negat ſe velle rñdere cū iuꝛo, ſed ſolū vult rñdere an dēat,
a vel nō, q̄rit̄ q̄d iuris? Rñdeo, vbicūq; ęq̄tas mouet iudicē,ᵃ iudex interrogare pt̄; ita ēt eſt ī eius arbitrio interrogatoriorū forma.ff.de iureiu.l.iuſiurādū & ad pecunias.§.ſi de qualitate. Pone, ꝙ apud me depoſuiſti.x.in ſecreto; & illa tibi reſtitui: ſi iudex hēt hāc conſciām, nō dēt interrogare an recepit. Si vero iudex hēt aliā conſciām; tūc pt̄ interrogare an dēat,& ēt cū iuꝛo. Et hoc ꝓcedit: vbi ꝓcedit̄ ſummariè, uel extra ordinē: vbi verò iudiciū eſſet ordinarium, tunc legitimè rñderi dēt poſitionibus, licet in iudicio extraordinario, ſeu ſummario interrogatoria ſint arbitrio iudi. vt ſ̄.ē d.Bal.

ADDITIO.

a ¶Iudicē.vulgata l.vbicunq;.ff.de interrog.act. & de materia p̄ntis q.vide Docto.maximè Sicu.in c. cū Io.eremita. & ꝙ ibi poſui in apoſt.ad ipſum, & ibi ēt Fel.verſ.& a.luerte.de fi.inſtru.Car.ibid.& hic in §.q̄a.in 14.no.Spe.in ti.de poſi.§.4.verſ.rīr, & hic iūge Doct.quos in apoſti.in verſ.ex proprio officio,ſ̄.prox.nu.19.alle.& Panor.in c.cū cām,nu.13.& q̄d ibi poſui in addi. ad ipſum,in verſ.vbicūq;.de iur.cal.& de hoc vide Ro.ꝯſ.ſuo.6.& cōſ.20.& cōſ.176.Celſus.

REPETITIO

IN CLEMENT. SÆPE. DE VERBORVM SIGNIF.

Celeberr. I.V.C. D.Georgij Nattæ Aſten.

SVMMARIVM.

1 *Iura ſuper raro contingentibus non ſolent conſtitui.*
2 *Dictio ſæpe, in quibus verificetur.*
3 *Dictio, multi, quot comprehendat & quid de dictione frequenter, an verificetur in bino actu.nu.4.*
5 *Dictio, plures, geminata, in quibus verificetur.*
6 *Mens etiam coniecturata præfertur propriæ ſignificationi.*
7 *Verbum, ſemel, quid importet.*
8 *Actus agentium ampliatur per dictiones ampliatiuas, & copulas, & reſtringitur per dictiones electiuas.*
9 *Dictio, iterum, quomodo exponatur.*
10 *Verba impropriantur, vt conueniant ſubiectę materiæ.*
11 *Loquutio pluralis in materia odioſa reſtringitur ad duo, ſecus in materia fauorabili.*
12 *Ciuitatis nomine nunquid veniant ſuburbia, & continentia ædificia.*
13 *Debiti appellatione nunquid veniat debitum naturale tantum.*
14 *Verba, q̄ nō cōueniunt naturæ cōtractus, ſp impropriari, vt illi cōueniāt.*
15 *In contractu ſi apponuntur verba diuerſę naturę, quid ſit attendendum.*
16 *Purgandi poteſtas nunquid terminetur vnica prorogatione.*
17 *Diſpenſatio facta ſuper pluribus hominibus ad quę, & quot reſtringatur.*
18 *Verbum, ſępius, prolatum à lege, quem numerum comprehendat: & quid ſi ſit prolatum ab homine,20.*
19 *Verba libellantis in dubio ſunt ſecundum illius intentionem interpretanda, & ſecundum ꝙ ex probationibus liquidabitur.*
21 *Argumentū à diſpōne legis ad diſpōnē hoīs valet affirmatiuè, & ecōtra.*
22 *Verba tex. ambigua ſunt interpretanda contra producentem.*
23 *Dictio, pluribus, certa iuris interpretatione includit numerum binarium.*
24 *Cauſa quid ſit.*
25 *Statutum ſi diſponat, ꝙ propter abſentiam aduocati debeat ſuperſederi in cauſa, an ſit ſuperſedendum.*
26 *Lis quando dicatur, vel ante, vel poſt lit. conteſt.*
27 *Intellectus ad auct. qui ſemel, C. quomo. & quan. iudex.*
28 *Vitium litigioſi inducitur ſola citatione.*
29 *Litis pendentia quomodo inducatur.*
30 *Certus amplius certiorari non debet.*
31 *Contumacia maior reputatur in actore quam in reo.*
32 *Res nunquid dicatur litigioſa, ſi ſuper eius poſſeſſione litigetur.*
33 *Res aliud eſt, aliud poſſeſſio rei: nec dicitur propriè res euinci, vbi nuda poſſeſſio euincitur.*
34 *Quæſtio quid, & quomodo fiat.*
35 *Controuerſia quid ſit, & quando fieri dicatur, vel moueri.*
36 *Iudicium quid ſit, & quando dicatur incipere.*
37 *Querela quando dicatur moueri, & quando querimonia.*
38 *Loquendi vſus maximè attendi debet.*
39 *Vexatio quid ſit.*
40 *Teſtator ſi prohibeat, hęredem non moleſtare vxorem, pœna non habet locum, exiſtente iuſta cauſa.*
41 *Promittēs nō vexare, nūq̄d ꝑ ſolā īpetrationē reſcripti dicat̄ cōtrauenire.*
42 *Promittens non mouere controuerſiam poſſidenti rem ſuam, an ex tali promiſſione ſit tranſlatum dominium in poſſidentem.*
43 *Venditor promittens emptori illum defendere de iure, & de facto, non tenetur ſi per violentiam expellatur.*
44 *Promittens defendere, & manutenere, non tenetur defendere ab iniuria iuſtè illata. Et quid in promittente ſeruare aliquem indemnem.*
45 *Cōmittimus, verbū pro conferre q̄nq; ponitur, & q̄nq; pro confirmare.*
46 *Mādare & ꝑcipere in quo differāt, & an neceſſitatē hęc verba importēt.*
47 *Pręceptū vnde dicatur, & ſi eſt iuſtum ſemper & ad ſemper obligat.*
48 *Verba imperatiua ratione ſubiectæ materiæ neceſſitatem non important.*
49 *Simpliciter, verbum quomodo exponatur.*
50 *Simplicitas quid ſit, & quotuplex, & quæ laudanda.nu.ſeq.*
51 *Prælatus regularis propter ſimplicitatem deponitur.*
52 *Planum quid ſit, & quid dicatur altum.*
53 *Verbum, ſine ſtrepitu, quid importet.*
54 *Iudex nunquid vt ſuſpectus recuſari, ſi pars ad eius aures ſibillat, vel ſecum loquitur ſecretè.*
55 *Figura iudicij quid ſit.*
56 *Iudicium, non ſeruato ordine iudiciario, eſt nullum.*
57 *Dictio, huiuſmodi, eſt reſtrictiua reſpectu præcedentium.*
58 *Significatio verborū potiſſimū attēdi dēt. Et ad quid verba fuerint inuēta Mens eſt verbis potentior, & ideo verba impropriantur, vt menti deſeruiant, limita vt nu.ſeq.*
59 *Interpretatio non eſt facienda, vbi verba non patiuntur, quia debet eſſe probabilis & conſueta.*
60 *Exorciſta quis dicatur, & quod ſit eius officium.*
61 *Copula, &, ratione ſuperfluitatis euitandæ reſoluitur in expoſitiuam, & ſic impropriatur, cum eius propria natura ſit copulare.*
62 *Papa tanquam homo omnia noua dubia præuidere non poteſt, & ideo ſibi ignoſcitur, ſi ea non decidit.*
63 *Poſſe illud dicimus, quod de iure poſſumus.*
Nec dr̄ poſſe quis illud, quod poteſt per remedium reſt. in integ.num.64.
65 *Conſtitutio quantumcunq; generalis diſponens, nunquam præſumitur cogitaſſe de eo, quod cauſari poteſt per implorationem officij ſecularis.*
66 *Teſtator ſi mandat ædificari eccleſiam, quæ non poteſt ædificari ſine voluntate Papæ, hoc erit iuſta cau a commutādi legatū in aliū piū vſum.*
67 *Ep̄s ſuſpenſus ſi eſt negligens in petenda abſolutione. ꝑ negligentiā non dr̄ amplius impeditus conferre beneficiū, ſed potius nolle, vel negligere.*
68 *Iudicis boni intereſt lites abbreuiare, non tamen adeò abbreuiare, ꝙ incurrat inordinatam celeritatem.*
Nunquid autem cęteras dilationes legales poſſit abbreuiare, moderare, vel prorogare.nu.69.
70 *Moderare, verbum quid importet.*
71 *Inſtantia triennij in ciuilibus, vel biennij in criminalibus, nunquid poſſit conſenſu partium prorogari.nu.72.*
72 *Reſp. ex litibus ſubditorum turbatur, & eius intereſt lites non eſſe immortales, ſed citò finiri.*
73 *Iuramentum non firmat actū geſtū contra publicā utilitatē principaliter.*
75 *Inſtantia ꝙ poſſit prorogari, an poſſit dari modus.*
76 *Tempus non currit ei, qui ſemper litigat.*
77 *Inſtantia nunquid poſſit conſenſu partium abbreuiari.*
78 *Tp̄s anni, vel biēnij ex cā cōceſſum inſtātia cauſę appellationis nunq̄d poſſit cōſenſu partiū prorogari, nu.ſeq. & nūquid poſſit abbreuiari.n.92.*
79 *Cum lege mitius agitur quam cum homine.*
80 *Compromiſſum in arbitrum ſi fiat, pendente cauſa appellationis, an illo pendente currant fatalia ad proſequendum appellationem.*
81 *Decendium quo caſu concedatur.*
82 *Determinatio arbitratoris dr̄ q̄dā trāſactio, corā quo iudiciū eſſe nō pōt.*
83 *Tractatus de trāſigēdo nō inducit obligationē ad trāſactionē perficiendā.*
84 *Compromiſſum in arbitratorē, an habeat vim tranſactionis, laudo ſecuto.*
85 *Compromiſſum quo caſu habeat vim pacti de non petendo.*
86 *Expreſſio eorum, quæ tacitè inſunt, nihil operatur.*
87 *Statutum recipit reſtrictionem, & interpretationem à iure communi.*
88 *Partes nunquid poſſint proſequi appellationē coram iudice ad quem, non ob. ꝙ decurſa ſint fatalia.*
89 *Reſcriptum ab excōicato impetratum, licèt ſit nullum ipſo iure, tñ ſi delegatus per tale reſcriptum impetratū pronunciat ſe cōpetentem, nec à tali interlocutoria appelletur, valebit proceſſus in cauſa principali.*
90 *Terminus hominis ad proſequendam appel. ſoluitur per comparitionē factam coram iudice ad quem, vel per receptionem itineris.*
91 *Factum non dicitur, donec ſupereſt aliquid ad agendum.*
93 *Appellatus nunquid poſſit appellante inuito minuere tempus proſequendę appellationis.*
Litigantium in iudicijs par eſt conditio.
94 *Iudicis vox publica maioris auctoritatis, quam vox priuata appellantis.*

Proceſſum

95 Proceſſum iudicis ad quē, an ordinare nō debet eſſe in poteſtate appellantis.
96 Decendium conceſſum ad appellandum nunquid poſſit conſenſu partium prorogari & an diminui.nu.98.
97 Vſucapio ſui pp lonk publi[illegible] introducta, ne dñia rerū diù ſtēt i incerto.
99 Tranſactione [illegible] ptr rcedi [illegible], nec tranſiuit in rem iudicatam. Nec per compromiſſum, ex prætextu [illegible] rebus [illegible] noniter repertarum.
100 Iudex nec i[illegible] nec in crami[illegible] reuocare ſ[illegible] d ſe latā, & ſi ſibi cō ſtet de iniuſtitia p[illegible] as pbor e. Nec valet ſua cōtra ſulam: et quare.
101 Sententia contra notorium lata eſt nulla.
102 Statutum ſi diſponat, q contra inſtrm non admittantur probationes per teſtes, ſi parte nō contradicente deponant teſtes, an valeat probatio.
103 Præſcriptioni ex rigore iuris introductæ, æquitate bona fide pōt renunciari
104 Tutor ex iniqua cauſa poteſt remittere debitum pupilli.
105 Legib. introducentibus ſolemnitatem in actib. ſolum non pōt renunciari
106 Confeſſionis vis quanta ſit.
107 Iura dicentia præſumptionem iuris & de iure ortā ex re indicata non admittere probationem in contrarium, quo caſu procedant.
108 Fieri multa prohibentur, quæ tamen facta tenent.
109 Iudex ex quo cognoſcit de iuſtitia, de ea debet iudicare.
110 Sententia licet ſit iniqua, eſt valida, quia lata contra ius litigatoris, dummodo contineat expreſſum errorem. 122.
111 Tempus datum accuſatori ad petēdam abolitionem accuſationis, nunquid poſſit pacto partium prorogari.
112 Tempus ſtatutū a iudice in pęnalib. an conſenſu partium poſſit prorogari.
113 Tempora præſcriptionum nunquid poſſint pacto partium prorogari.
114 Iudex vel ſuperior nunquid poſſit auctoritate ſui offi[illegible] vel ſuperioritatis moderare dilationem legalem.
115 Factum peatoris iuri ſcripto non poteſt derogare.
116 Dilationes datæ a lege cum expreſſo vel tacito miniſterio iudicis, & dilationes datæ ſine expreſſo vel tacito iud. miniſterio, in quo differant.
Et quando dicantur conceſſæ cum expreſſo iudicis miniſterio, & quando cum tacito.nu.ſeq.
Et quando ſine miniſterio.nu.118.
119 Exceptio ſi opponatur coram iudice ſeculari, cognoſcenda coram eccleſiaſtico, an poſſit iudex ſecularis ſtatuere terminum, infra quem debeat di[illegible] ctam exceptionem probaſſe coram iudice eccleſiaſtico.
120 Princeps etiam ſine cauſa omnem dilationem abbreuiare poteſt.
121 Papa dicatur eſſe ſupra legem.
123 Dilationes qualiter diſtinguantur.
124 Terminus, qui præfigitur iudici, non poteſt eius officio prorogari.
125 Iudex nunqd poſſit prorogare terminū iuris triēnij in ciuilib. & biēnij in criminalib. conceſſū prime inſtātię: et nunqd poſſit illū diminuere.n.127.
126 Arbitrium habens circa factum, non cenſetur habere circa prorogationem termini appoſiti facto.
128 Iudex an poſſit tempus datum ad proſequendum cauſam appellationis prorogare, & nunquid diminuere.nu.130.
129 Appellationis cauſa regulariter videtur ſapere eandem naturam cum ca[illegible] principali.
131 Dilatione pendente quieſcit officium iudicis.
132 Iudex nunquid poſſit moderare tempus decem dierū datū ad appellādū.
133 Statutum poteſt derogare diſpoſitioni iuris communis. limita, vt ibidem.
134 Iudex nunquid poſſit diminuere parti tempus ſibi a lege conceſſum ad agendum vel accuſandum.
135 Honor quanti exiſtimandus.
136 Agere in quib. caſib. quis compellatur.
137 Diffamare quid ſit.
138 Hæres tenetur vindicare necem defuncti.
139 Defendere ſe quo caſu quis cogatur.
140 Terminus ſi eſt præfixus alicui, nunquid ſi veniat poſt terminū, audiatur.
141 Terminus ad agendum nunquid poſſit alicui aſſignari cauſa non cognita.
142 Grauamina illata extra iudicium non tranſeunt in rem iudicatam.
143 Actio negatoria in quibus competat.
144 L.diffamari, C.de ingen. & manu. quo caſu habeat locum.
145 Lis ſuper exceptione non eſt conteſtanda: ſecus ſuper exceptione, quæ opponitur in modum contradictionis actionis.
146 Excōicatus poteſt cōpelli agere remedio.l.diffamari.C.de ingen.et manu.
147 Remedio d.l.diffamari. vbi agitur, quis erit iudex competens.
Et quid ſi ille, cui competit dictum remedium, habeat plures iudices, inter quos ſit locus præoccupationi.nu.148.
149 Iudex nunquid poſſit terminum moderare a ſe ſtatutum.
150 Terminus ſtatutus per delegantem delegato ad cauſam expediendam an poſſit prorogari.
151 Iudex maxime in arbitrarijs debet præ oculis æquitatem habere.
152 Contumax quis dici non poteſt, donec momentum dilationis ſupereſt.
153 Iudex nunquid poſſit moderare terminū præfixum a iure ei, contra quem eſt facta miſſio ex primo decreto ad recuperandā poſſ. & an prorogare.
154 Terminus ſi eſt ſtatutus de conſenſu partium, nunquid poſſit iudex dare dilationes legales.
155 Officium relatoris quale.
156 Probationum materia non eſt anguſtanda.
157 Iuris ſolemnia ex cauſa plerunque relaxantur.
158 Arbiter & delegatus æquiparantur.
159 Tempus inſtantiæ a ſtatuto præfixum ſubrogatur in locum inſtantia iuris.
160 Cauſa ſi non finiatur infra terminum pp cauillationes & ſubterfugia aduerſari, nunquid agens aduerſus iſtum lapſum reſtituatur.
161 Actio de dolo vbi competit, ceſſat reſtitutio.
162 Minor aduerſus lapſum inſtantię eſt reſtituendus.
163 Remedium ordinarium vbi adeſt, ceſſat extraordinarium.
164 Inſtantia de iure canonico an ſit perpetua. [illegible]
165 Ius canonicum quantum fieri poteſt debet reduci ad conſonantiam cum iure ciuili.
166 Inſtantia ſi perit facto partis vel tertij, nunquid detur reſtitutio.
167 Reſtitutio minori ſ fauorabilior eſt quam legitime impedito.
168 Impedito quo caſu detur reſtitutio.
169 Tempus q currat impedito ipſo iure, vel non, quomodo cognoſcatur.
170 Iudex nunquid poſſit mutare dilationem probatoriam.
171 Remiſſio ad probandum extra locum iudicij nunquid detur, vbi agitur de graui præiudicio: & quid ſi de modico præiudicio.
172 Res omnis per quoſcunque cauſas naſcitur, per eaſdem diſſoluitur.
173 Poſſeſſio quo caſu poſſit alicui auferri cauſa non cognita.
174 Dilationis cauſa ceſſante, ceſſat dilatio.
175 Terminus expectatorius ad comparendum præfixus nunquid poſſit per iudicem moderari.nu.ſeqq.
176 Contumax etiam ſupplicans non debet audiri.
177 Appellare prohibitus an ſit prohibitus ſupplicare.
178 Statutū prohibens appellari, an intelligatur prohibere recurſum per modum querelæ ad iudicem pro iuſtitia facienda.
179 Iudex nunquid poſſit inducias deliberatorias moderare.
180 Induciæ deliberatoriæ an ſint concedendæ in cauſa criminali: & in quib. caſib. denegentur.
181 In criminalib. vbi de maiori periculo agitur, cautius eſt agendum, & proceditur ad inſtar ciuilium.nu.ſeq.
182 Induciæ deliberatoriæ non ſolum dantur ad factum diſcutiendum, ſed etiā ad diſcutiendam perſonam accuſatoris.
183 Terminus 10. dierū, quod ex conſuetudine aſſignatur conſitenti, nunquid poſſit per iudicem ſuo arbitrio arctari aut prorogari.
184 Dilatio legis eſt peremptoria.
Terminus ſex hebdomadarum appellanti a partibus præfixus, an currat ad impetrandum & comparendum [illegible].
185 Tempus conceſſum vaſſallo ad petēdum inueſtituram, nunquid poſſit per dominum abbreuiari.
Et quid de tempore probationis dato ingreſſo religionem ad experiendā aſperitatem regulæ.nu.186.
187 Terminus ſtatutus per iudicem in cauſis criminalibus, vbi agitur de pęna imponenda, nunquid poſſit moderari.
188 Excommunicationis pœna licet requirat trinam citationem, valet tamen lata, præcedente vna citatione pro omnibus.
189 Iudex nunqid poſſit moderare terminum præfixum parti ad actum extraiudicialem expediendum.
190 Superior nunquid poſſit moderare tempus præfixum inferiori ad prouidendum de beneficio vacante.
191 Iuee ſua quilibet eſt moderator & arbiter, etiam in abutendo.
192 Tempus adeundi hæreditatem nunquid poſſit per iudicem cauſa cognita moderari.
193 Diſpenſans, quod quis poſſit ſimul tenere duo beneficia incompatibilia vſque ad biennium, an poſſit hoc tempus abbreuiare.
194 Actio ſi cui detur, multo magis datur exceptio.
195 Terminus 20. dierū ſtatutus a lege in ſubhaſtatione rei eccleſiaſticae nunquid poſſit per ſuperiorem augeri vel minui ex cauſa.
196 Terminus pœnitentiae ſpiritualis præfixus a ſuperiore nunquid poſſit ex cauſa per inferiorem mutari.
197 Iudex nunquid poſſit prorogare terminum compromiſſi, vel mandare prorogari.
198 Expectandum non eſt id, cuius euentus nil operatur.
199 Dilatio legalis vt moderetur, quae ſit iuſta cauſa.nu.ſeq.
200 Cauſa breuis quae dicatur.
201 Iudex ſi arctat dilationem legalem ſine cauſa, quid agendum.
202 Iudex dilationem moderans an teneatur exprimere cauſam moderationis.
203 In dilatione danda ſicut requiritur cauſa cognitio, ſic etiam in dilatione alteranda.
204 Probandi onus cui incumbat, q moderatio dilationum fieri non potuerit.
205 In dilationis moderatione nunquid requiratur partis citatio.nu.ſeq.
Augmentum eſt eius naturae, cuius eſt id quod augetur.
207 Cauſae cognitio vbi requiritur, ibi partis citatio eſt neceſſaria.
208 Dilationis conceſſio quid ſit.
209 Dilatio compromiſſi, cuius prorogatio conceſſa eſt arbitro a compromittentibus, nunquid requirat partis citationem.
210 Dolus de futuro remitti non poteſt.
211 Iudex quot vicibus poſſit moderare arctando vel prorogando terminum. Et quid in arbitro.
212 Indefinita æquipollet vniuerſali.
213 Voluntas contrahentium in dubio cenſetur conformis naturae actus, qui geritur.
214 Compromiſſi natura quae ſit.
215 Vendens rem pro 10. florenis, & in ciuitate expendantur floreni diuerſi valoris, de quo valore ſit intelligendum.
216 Arbiter inuitis ambabus partibus non poteſt terminum prorogare.
217 Cauſae, quae celeritatem deſiderant, requirunt terminum duorum vel trium menſium, non vltra.
218 Verba, quatenus viſum fuerit, quid importent.
219 Dictio, pluries & pluries, quid importet.
220 Præcepto arbitri, quo contingit expeditionem cauſae in[illegible] dilatari,

impunè non paretur.

231 *Voluntas libera licèt nullis finibus claudatur, in compromiſſis tamen voluntas pro diſcretione & arbitrio ponitur.*

232 *Arbitri poteſtatem prorogandi non habent, niſi partes conceſſerint.*

233 *Iudex ſi lapſo primo termino, vel arbiter ex conceſſis ſibi poteſtate vtantur verbis prorogatiuis, an talis termini prorogatio valeat ſaltem tanquam noua ſtatutio termini.*

Et quid ſi finito compromiſſo partes prorogant illud tempus ſimpliciter.

234 *Prorogatio quid ſit. & quid differat a renouatione.nu.235.*

236 *Verba iudicis ſunt improprianda, vt valeat ſententia & non pereat. Et ad eius mentem ſunt trahenda.nu.237.*

238 *Prorogare qui poteſt, poteſt & ſuccedere: intellige vt ibid.*

239 *Arbiter non poteſt iudicare niſi ſemel, & ideo poſtquam iudicauit, nõ poteſt compromiſſum prorogare.*

230 *Nec non extraiudiciale ſolemnitatem iudiciariam non exigit.*

231 *Simpliciter, verbum quid importet.*

232 *Copula requirit concurſum copulatorum, quę ſi ſit in vltimo poſita, cenſetur in precedentibus repetita.num.233.& copulat æque principaliter num.seq.*

Item copulat diuerſo: fallit vt ibidem.

235 *Punctus an ſuccedat loco copulæ.*

236 *Disiunctiua quo caſu capiatur pro coniunctiua.*

237 *Cauſa ſi mandatur cognoſci ſemiplenè, ſiue ſummariè, nunquid ſufficiat ſemiplena probatio, vel ſummaria cognitio.*

238 *Legatus de latere, nunquid poſſit cauſam aliàs de iure cognoſcendam ordinariè, committere ſummariè ſimpliciter & ſine figura iudicij.*

239 *Ius alteri quæſitum nemo poteſt tollere niſi princeps.*

240 *Legatus etiam de latere æquiparatur proconſuli.*

241 *Delegatus in cauſa ſibi commiſſa maior eſt quocunque ordinario etiam legato in prouincia, tenetur tamen ordinem iudicij ſeruare.*

242 *Inferior non poteſt committere cauſam, appellatione remota.*

243 *Geſta coram iudice non ſuo ratificari non poſſunt per iudicem ſuum, etiã ſi ſuo nomine ſint geſta.*

244 *Decuriones & priores, an habeant eandem iuriſdictionem, quam habet populus.*

245 *Epiſcopus nunquid poſſit conſtituere, quòd in certis caſibus procedatur ſummariè.*

246 *Statutum contra ius non poteſt dici æquum nec bonum: ſecus ex cauſa neceſſaria & emergenti.*

247 *Iuriſdictionem & adminiſtrationem habentes iure proprio in eorum territorijs æquiparantur regi & Imperatori.*

248 *Rex in ſuo regno habet ſupremam poteſtatem & iuriſdictionem, etiam ſi regnum ab alio recognoſcat in feudum.*

249 *Conſuetudo tribuit iuriſdictionem.*

250 *Clauſula, appellatione remota, oppoſita per inferiorem in reſcripto, quid operetur.*

251 *Inferior ſi committat cauſam ſummariè & ſine figura, in caſu quo nõ poteſt, an conceſſio vitietur in totum.*

252 *Papa in terris Imperij non poteſt tollere ordinem iudiciarium: & quare.*

253 *Nomen quandoque appellatur verbum ſtrictè.*

254 *Conſtitutionis natura quæ ſit.*

255 *Libellus nunquid ſit neceſſarius in cauſis plenarijs.*

Et cur propriè dicatur offerri.

256 *Reipublicæ intereſt, ne quis re ſua male vtatur.*

257 *Offerre, verbum quomodo intelligatur.*

258 *Iuri ſuo quilibet poteſt renunciare.*

259 *Beneficium non confertur inuito.*

260 *Appellans comparendo & offerens cautionem, tunc demũ dicitur appellationi renunciare, quando cautio fuit acceptata, alias non.*

261 *Libellus in cauſis leuibus non eſt neceſſarius.*

Cauſa quæ dicatur leuis aut breuis. ibid. & ſeq. nu.

263 *Iudex non debet ad locum iudicij citare facere teſtes, quando in eorũ aduentu plus expenderetur, quàm ſit æſtimatio cauſæ.*

264 *In cauſis leuibus nunquid ſtetur aſſertioni iudicis.*

265 *Malitijs hominum eſt obuiandum.*

266 *Proxeneta quo caſu credatur.*

267 *Iudici & arbitratori nunquid credatur de actibus coram ſe geſtis.*

268 *Verba teſtatoris in dubio ſunt interpretanda, vt non inducant aliquid exorbitans a iure communi.*

269 *Iudex nunquid poſſit in caſibus, in quib. non eſt neceſſarius libellus, inuitis partibus procedere ſecundum formam huius cle. ſæpe. omittendo litis conteſtationem.*

270 *Literę ſedis apoſtolicæ nunquid vim libelli obtineant, vbi proceditur earum vigore.*

271 *Libellus quid ſit.*

272 *In libello debet eſſe compendioſa narratio, non verboſa.*

273 *Sententia, quam iudex tulit verbo, & poſtea in actis fecit tranſcribi, non valet.*

274 *Libellus & petitio in quo differant.*

275 *Libellus nunquid poſſit recipi aut offerri in cauſis ſummarijs.*

276 *Exigere, verbi natura, & quot modis ſumatur.*

277 *Figura cuiuſcunque rei eſt ipſius apparens forma vel facies, in qua rei ſubſtantia figuratur.*

278 *Iudicium quid ſit, & eius ſubſtantia in quo conſiſtat.*

279 *Libellus nunquid remittatur per verbum, de plano, ſolum.*

280 *Ioannes Faziolus, alias Faſeolus Piſanus, legum doctor excellentiſſimus.*

281 *Petitio in cauſis ſummarijs eſt in actis ſcribenda.*

Induciæ deliberatorię in iudicijs plenarijs ſi petantur, ſunt de ſubſtantia: Nunquid autem in iudicijs ſummarijs ſint dandæ.nu.282.

283 *Iudicium ſuſcipere præcipua feſtinatione nemo arctatur.*

284 *Princeps an poſſit tollere facultatem recuſandi iudicem.*

285 *Litis conteſtatio nunquid fiat in caſibus, vbi eſt neceſſarium quod fiat, ſi in libello ſit ſola narratio & non concluſio per reſponſionem.*

Et an fieri poſſit per poſitionem & reſponſionem affirmatiuam. numeru 286.

287 *Lis vbi conteſtatur, fertur diffinitiua, quæ imponit finem controuerſiæ.*

288 *In confeſſione nullæ ſunt partes iudicis, niſi in condemnando.*

289 *Lis nunquid dicatur conteſtari, ſi reus reſpondeat confitendo.*

290 *Iudicium familiæ erciſcundæ datur inter volentes.*

291 *Iudex, cui cauſa committitur cognoſcenda de plano tantum, nunquid poſſit illam expedire die feriato ob neceſſitatem hominum.*

Et quid ſit dicere, de plano.

292 *Iudex in ſummarijs non tenetur ſedere pro tribunali.*

293 *Feriæ ob neceſſitatem hominum introductæ, quæ dicantur: Et an partes poſſint ferijs renunciare.*

294 *Iudex nunquid poſſit in ſummarijs procedere tempore feriato in honorẽ Dei vel Sanctorum.*

295 *Iudex nunquid poſſit ſummariè & ſine figura cognoſcere in ferijs repentinis.*

Et quæ ſint iſtæ feriæ, & quibus alijs æquiparentur.nu.ſeq.

196 *Feriarum triplex ſpecies eſt.*

297 *Ferijs inductis in honorem Dei vel repentinis partes an poſſint renunciare: & quid in introductis ob honorem hominum.*

Iuri de futuro renunciari non poteſt. ibid.

298 *Iudex tempore feriarum ob honorem hominum nunquid poſſit procedere in cauſa ſummaria etiam inuitis partibus.*

299 *Iuris appellatione nunquid comprehendatur ius municipale, vel conſuetudinis.*

300 *Feriæ ob neceſſitates hominum a quibus introductæ.*

301 *Iudex an poſſit tempore feriato non procedere in cauſibus ſummarijs, & ſic ſit in eius poteſtate.*

302 *Poteſtas conceſſa per verba, liberam poteſtatem & arbitrium ſignificantia, non excludunt ſolemnitates iuris ſequentium.*

303 *Iudex in iudicijs plenarijs an teneatur numerum dilationum amputare.*

304 *Facere poſſe dicimus, quod honeſte poſſumus.*

305 *Silentium iuſtitiæ cultor.*

306 *Iudex, cui eſt commiſſa cauſa cognoſcenda ſine figura iudicij, an poſſit reijcere exceptionem recuſationis iudicis, ſurreptionis, vel nullitatis reſcripti, vel dilatoriam ſolutionis, & his ſimiles.*

307 *Appellationem eſſe fruſtratoriam, vel cauſam appellationis non fore legitimam nec admittendam, quis habeat iudicare.*

308 *Iudex, cui cauſa eſt commiſſa ſummarie, & ſine figura, & an poſſit reijcere exceptionem diſcuſſionis oppoſitam per fideiuſſorem conuentum.*

309 *Camp or, qui fideiubet, exceptionem diſcuſſionis poteſt opponere.*

310 *Exceptio diſcuſſionis an ſit de apicibus iuris, & inuenta ad rigorem iuris conſeruandum.*

311 *Obligatio omnis ſublata cenſetur ſolutione eius, quod debetur.*

312 *Defenſio quid ſit, & quæ dicatur.*

313 *Proceſſus inquiſitionis ſuper crimine contra poteſtatem non præcedente tela iudicij ſuper infamia, eſt nullus.*

314 *Ius canonicum non admittit apices iuris.*

315 *Teſtium multitudo nunquid in iudicijs ſummarijs ſit refrenanda: & quid in ſummarijs.*

316 *In aduocato quæ requirantur & quot. & quo caſu teneatur ad reſtitutionem.nu.ſeq.*

318 *Aduocatus quæ pœna ſit plectendus, qui viſis inſtrumentis vnius partis, poſtea efficitur aduocatus aduerſarij.*

SAEPE contingit. Primo anno mei doctoratus præfectus ordinarie de ſero iuris canonici in alma vniuerſitate Papiæ, hanc cle. publice legi: & tunc reipſa cognoui verum eſſe, quod hic atteſtatur Petr. de Anch. dicens, quòd iſta clemen. in ſui materia adeo pinguis eſt, quòd ſi quis vellet plene illam proſequi, oporteret multa, maxime totum ſecundum librum Decre. reuoluere: nunc autem ſecutus ſententiam Ciceronis in oratione Plautiana dicentis, nihil eſſe magis proprium hominis quàm non modo beneficio, ſed etiam ſignificatione beneficij alligari: cogitans aliquid huic celebri Piſano gimnaſio, cui plurimum debeo, offerre, ſtatui pleniore quodam & altiore ſtilo hanc clem. & eius materiam proſequi in his, quæ auctor conſtitutionis & eius gloſator Ioan. And. principaliter intendunt. Itaque Chriſti, beatæ Mariæ virginis, necnon diuorum Hieronymi & Secundi, patronorum meorum nominibus inuocatis, illam aggredior.

Glo.

Glo. prima Diuidit & ponit ſummarium, ſed
breuius ſecundum Ioan.de Imo.h.
d.Determinat concilium,quid importent verba, ſummarie
ſimpliciter & de plano, ſine ſtrepitu & figura iudicij, appo-
ſita in litteris delegatorijs, declarans, quæ poſſit iudex face-
re virtute illorum verbotum, & quæ non poſſit.h.d.

In tex.ibi, ſæpè contingit. Ob iſtam frequen-
tem contingentiam emanauit conſtitutio iſta non irratio-
1 nabiliter, cum ſuper † raro contingentibus non ſolent iura
conſtitui, l.nam ad ea.ff.de legib.cum duabus ſequentibus.
ea enim, quæ raro accidunt, non temere agendis negocijs
computantur, l.ea quæ raro.ff.de regu.iur.vbi de hoc per
glo.& in capit.litteras.de deſpon.impu.in cap.canonicis.19.
2 diſtinct.& cum hic text.dicat, ſæpè.eſt ſciendum, quòd † di-
ctio, ſæpe.verificatur bino actu, §.quia vero multi.in Au-
then.de teſti.collat.7. iuncta glo.1.quam commendat Bar-
to.in §.audiẽt. in Authen.de defen.ciuita.colum.2.eandem
ſententiam tenuit Domi.poſt Archidia.& Ioan.And.in ca-
pitu.quia ſæpe.de electio.lib.6.per text.in cap.ita nos.25.q.
2.& idem voluit Innocen.io capit.1.vt lite non conteſta.in
verbo, ſæpè exponere, ſæpe, ideſt, multis vicibus, prout
etiam expoſuit Dy.in l.ſi in diem.§.primo.ff.de conditio.&
demonſtrat.vbi quemadmodum geſtum bis dicimus mul-
tis vicibus factum, §.fina. Inſtitu.de iure perſonatum.not.
glo.l.prima.§.hoc autem reſcript.ff.ad Sil.& in capitu.la-
tores.de cleri.excommuni.& in capitu.ad noſtram.de reb.
eccle.non alienan.in glo.prima, ita & bis factum dicetur ſæ-
pè factum, non tamen ſecundum Abba.in dicto capitu.ad
noſtram.bis actum dicetur pluries actum, quoniam duo non
dicuntur plura, per text.in capitu.chriſtiano.34.diſtinct.ego
non credo hoc dictum Abba.verum: Primo per text.in ca-
pitu.primo.quem ibi ponderat Bald.de notis feu.per text.
in regula, pluralis.lib.ſexto.in l.vbi numerus.ff.de teſtib.ca-
noniata 4.q.3.& per text.expreſſum in capitu.ſecundo.de
teſtamen.in ſexto, facit quod not. Barto.in l.prætor ait.in
princip.ff.vi bono.rapt. Nec obſt.dictũ capitu.chriſtiano.
quia non ponit verbum pluries, ſed dicit plurimos, de cu-
ius ſignificatione infra dicetur. Fatendum tamen eſt, quòd
3 licèt † verbum multi, verificetur in duobus, quandoque ta-
men vlteriorem numerum comprehendit, vt per glo.in l.
prima.ff.de legat.1.probantem tale verbum includere qua-
tuor, paret etiam in l.hac conſultiſſima.in fine.C.qui teſta-
men.facere poſſ.vbi tale verbum includit octo vel nouem.
Aduertendum etiam, quòd licet verbum ſæpè, verificetur
in duobus, tamen Innocen.in capitu.cum oporteat.in prin-
cip.verſicu.quot autem vices.de accuſa.dic hoc relinquen-
dum arbitrio iudicis, dum voluit quod iudex, antequàm
formet inquiſitionem, debet ſępè requiri.quando autem di-
catur ſæpè requiſitus, dicit ſtandum arbitrio iudicis, & hoc
dictum Innocen.ſequitur Archidia.in ſumma, ſecunda.q.
8.per text.in §.2.in Authen.de teſtibus.& dicit ita tenerę
Roffre.in libellis, in rubrica, quando & quotiens.
4 ¶ Dictio † vero, frequenter, de qua in l.prima.C.quæ ſit
longa conſuetudo, verificatur etiam in bino actu, ſecun-
dum glo.not.in verbo, frequentia.in capitu.monaſteria.de
vita & honeſta.clerico.& in §.audient.in Authen. de de-
fen.ciui.collatio.tertia, facit l.iura conſtitui.cum duabus le-
gibus ſequentibus.ff.de legi.
¶ Dictio autem ſæpius, quamuis ſit apta comprehendere
vlteriorem numerum, vt probatur l.cum quæſtio. C.de le-
ga.in l.ſeruos. C.ad l.Iul.de vi pub.in l.de vnoquoque.§.
primo, iuncta l.contumacia.§.primo.ff.de re iudica.in l.ve-
luti.§.hæc vox. ff.de edendo.tamen etiam verificari poteſt
in bino actu, probatur in l.maritus.in §. conqueſtus.ff.de
adulte.in l.fina.iuncta glo. C.ſi ſæpius in integrum teſtitu-
tio.in l.fina.§.& hoc quidem.vbi no.Bal.C.de iure delibe.
¶ Dictio vero ſæpiſſime.ad minus importat trinum nu-
merum, vt inquit glo.elegans in §.ſiquis erga.2.q.7.not.Do-
mi.in cap.ab eo.de appel.in 6.
¶ Quod ego confirmo ex ſimili, quia licèt dictio pluries,
verificetur in duobus, vt ſ. dixi .dictio tñ plurimi, ſignificat
trinũ numerũ, c.chriſtiano.34.diſt.ibi, chriſtiano ne dũ pluri
mas, ſed nec duas, licitum habere eſt concubinas. quod
etiam tenet glo.in §.& quod ſæpè.in Authen.de trien.& ſe-
miſ.quam ſequuntur ibi Barto.& Ange.& idem ſequuntur
Archidia.Ioan. And.& Domi.in capitu.ſecundo.de fil.pre-
sby.lib.ſexto.& allegant tex.in dicto capitu.chriſtiano.& in
capitu.quomodo.31.q.1.ibi, melius eſt alterum & tertium
virum habere, quàm plurimos &c.facit quod habetur in ca-
pitu.quamuis.de præben.lib.ſexto.
5 ¶ Supraſcripta tamen intellige † vera, quando dicta ver-
ba proferuntur ſimpliciter & de per ſe, ſecus ſi eſſent gemi-
nata, quo caſu vlteriorem numerum comprehenduot, ne
altera ex iſtis dictionibus ſuperflua remaneat, contra capit.
ſi Papa.de priuileg.in ſexto.& l.ſi quando.ff.de lega.primo.
l.ita ſtipulatus.ff.de vſu.& hoc confirmetur ex his, quæ vo-
luit Barto.in l.ſi gemina arbor.ff.ar.ſur.cęſ.decidens, quòd
licet dictio plures, verificetur in duobus, vt ſupra dixi, ſi ta-
men in libello dicat, quis ſe fuiſſe percuſſum a Titio pluri-
bus & pluribus percuſſionibus, libellus verificacur io qua-
tuor percuſſionibus, de quo per Bald.in l.fideicommiſſa.§.
ſiquis decem.ff.de lega.tertio. Secundo confirmo ex deter-
minatione pulchra Roma.in conſi.490.incipien.In propo-
ſita conſultatione.vbi dicit, quod teſtes deponentes Titium
poſſediſſe pluribus & pluribus annis, verificantur in qua-
tuor annis, vt ibi per eum.
¶ Secundo limita prædicta non habere locum, quandò
de mente proferentis apparet ex præcedentibus & ſequen-
tibus, quod voluerit vlteriorem numerum comprehendo-
re, & ita Domi.in capitu.quàm plures, de offic.delega.lib.
6 ſexto.facit tario, quia † mens etam coniecturata præfertur
propriæ ſignificationi, l.ſiquis filium.ibi, ouſquàm inter-
pretatio verborum tantum valet, vt mens &c. C.de libei
præteritis.l.quoniam indignum.ibi, reflexis verbis.C.de te-
ſta.facit capitu.intelligentia.de verborum ſignificat.& ple-
nius dixi in repetitione capitu.quamuis.in antepenul.& pe-
nul.colum.de pact.lib.ſexto.& eſt optimus text.in capitu.
Marchio.1.q.prima.
7 ¶ Tertio † limita & intellige prædicta procedere, quandò
dicta verba de per ſe proferuntur, ſecus ſi vna cum alijs
etiam minorem numerum ſignificantibus, puta dicatur, ſe-
mel & pluries, quo caſu numerus augetur vſque ad trinum,
aliàs verbum ſemel nihil operaretur, contra ſupradicta.
8 ¶ Præterea actus † agentium ampliantur per dictiones
ampliatiuas & copulas, l.qui fundum.§.qui agrum.ff.de con
trahen.emptio.l.ea tamen adiectio.ff.de lega.3.& econtra
reſtringitur per dictiones reſtrictiuas, l.ſi cum fundum.ff.de
verbo.ſignifica.verba ſunt elegantia Bal.in rubri.C.de con-
trahen.emptio.in verſi.9.quæritur.
9 Quarto † limita, niſi materia ſubiecta requirat numerum
vlteriorem, probatur in l.veluti.§.hæc vox.ff.de eden.ita in-
ducendo, dictio iterum, nomero binario eſt contenta, gl.eſt
ordinaria in c.ſua nobis.de app.bo.tex.quem ibi ponderat
Bal.in c.olim.de reſcrip.facit l.fideicom.§.ſiquis decem.ff.de
leg.3.ibi, rurſus &c.tamen in d.§.hæc vox.dicit, ꝙ editio in-
ſtrumenti poteſt iterum peti, & illa dictio iterũ, exponitur,
id eſt, quotiens opus fuerit, quooiam materia edinonis im-
portat, quod tutiens edatut, quotiens opus ſit, & ita tenet
10 Abb.in d.c.ſua nobis.& benè, quoniam † verba improprian-
tur vt conueniãt ſubiectę materię, quod multis iuribus pro-
batur. Primo per tex.in c.rogo.11.q.3.vbi verbum rogo, ex-
ponitur pro precipio, ad idem text.quẽ ibi ponderat Domi.
in c.1.§.porro.de ſta.mo.lib.6.vbi etiam probatur, ꝙ verbum
rogo, prolatum in materia præceptiua capitur pro pręcipio.
Secũdo per tex.iuncta gl.in proęmio Decreta.ibi, omnia
quęcunq; vultis faciant vobis homines &c.& gl.ibi exponit
vultis, i.velle debetis, & hæc iura alle. Abb.in d.c.ſua nobis.
Tertio facit tex.in l.ſi voo.in prin.ff.loca.vbi verbum do-
no, prolatum a domino propter ſterilitatem, capitur pro
remitto.
¶ Quarto facit verbum beneficium, in materia fauorabili
comprehendit dignitatem, ſecus in materia reſtringibili, c.
ſi.de præben. iuncto c.penul.de verbo.ſignific.no.io regula,
beneficium, & in regula, in generali.lib.6.
11 ¶ Quinto † pluralis locutio in materia odioſa reſtringitur
ad duo, c.non poteſt.c.is cui.de præben.in 6.ſecus in materia
fauorabili, c.ſi propter.& c.ſi gratioſe.de reſcript.lib.6.d.c.
dicto capitu.penul.facit quod not.glo.fina.in cap.ſi Papa.de
priuileg.lib.6.
12 † Sexto facit capitu.ſi ciuitas.de ſenten.excommu.in 6.
vbi ne vileſcat cenſura eccleſiaſtica, interdictum ciuitatis

includit ſuburbia & continentia ædificia, quæ alias ſub ver-
bo ciuitatis non comprehenduntur, vt ibi glo. & hæc iura
allegat Ioan. Mona. in d. c. ſi ciuitas.

13 ¶ † Septimo facit l. quibus diebus. §. dominus. ff. de
conditioni. & demonſtratio. vbi reſpectu perſonæ ſerui,
ad quem verbum debitum refertur, intelligitur de na-
turali debito, licet alias appellatione debiti non veniat de-
bitum naturale tantum, niſi abuſiue, l. fideiuſſor obligari. ff.
de fideiuſſ. l. ſi is cui. §. Flauius. ff. de ſolu. & quod ibi no. Bar.
l. ſi ſtipulatus. ff. de vſu. facit c. cum de beneficio. de præben.
in 6. & in c. ſi pater. de teſta. eo. lib. vbi verba relata ad perſo-
nas, intelliguntur ſecundum qualitatem perſonarum.

¶ Octauo facit l. vbi ita donatur. ff. de do. cauſa mor. vbi
ſiquis donat cauſa mortis hac l. vt non liceat reuocare, intel-
ligitur inter viuos donare, & hæc iura addidit Petr. de An-
cha. in dicto cap. ſi ciuitas.

¶ Nono facit l. Męuia. ff. de manu. teſta. vbi eſt text. ſingu.
ſecundum Nico. de Neapo. quòd ſi dico, manumitto te ſub
hac conditione, vt des Titio decem, intelligitur manumiſ-
ſio ſub modo facta, & non ſub conditione.

¶ Decimo facit l. ſi habitatio. §. ſed ſi relictus. ff. de vſu &
habi. vbi ſi relinquitur vſufructus domus cauſa habitandi,
ſola habitatio relicta videtur, & ſic generalitas vſufructus ex
cauſa ſpecificata reſtringitur.

¶ Vndecimo facit l. ſi inſulã. ff. de pſcript. verb. vbi ſi ver-
bum dono, apponitur in conuentione habente effectum
contractus innominati, do vt facias, intelligitur contractus
innominatus, & facit l. ſi rem. §. ſi cum vnum bouem. ff. de
præſcrip. verb. vbi ſi concedo tibi vſum bouis mei, vt tu mi-
hi tuum concedas, & vtar verbo commodo, non propterea
oritur actio commodati, ſed præſcriptis verbis propter effe-
ctum contractus innominati, quem habet.

14 † Decimotertio facit determinatio Nico. de Mata. relata
per Bal. in rubr. C. de iure emphy. in fi. vbi dicit ſingulariter,
quod quando inter contrahentes ponitur nomen vnius
contractus, & effectus alterius, iudicatur contractus ſecun-
dum effectum, & nomen non correſpondens effectui habe-
tur pro non appoſito, alleg. dictã l. ſi vno. & l. ſed ſi poſſeſſo-
ri. §. item ſi iurauero. ff. de iureiur. verba enim, quæ non con-
ueniunt naturę contractus, ſemper impropriantur vt illi con
ueniant, l. ſi tibi pecuniam. ff. ſi cer. peta. vbi glo. & glo. in di-
cta l. ſi vno. & in dicto §. ſi cum vnum.

¶ Decimoquarto facit l. ſi Lucius. ff. de do. vbi ſi dixero,
commodo tibi habitationem domus, quàmdiu voluero ha-
bitare, cenſetur precarium, & ita illum text. ponderat Bald.
in l. ſecunda. C. commodati.

¶ Decimoquinto hoc probat cap. inter alia, de ſenten. ex-
commu. vbi verbum tenetur, quod ſui natura importat ne-
ceſſitatem, propter ſubiectam materiam, mutat naturam.

¶ Sextodecimo prædictis accedat quod voluit Ioan. de
Ligna. hic, quem refert & ſequitur Ioan. de Imo. in colum.
47. dicens, quòd ſi iudex in cauſa ſummaria dicat adhibuiſſe
plenam cauſæ cognitionem, illud verbum plenam, intelligi-
tur ſecundum quòd natura cauſarum ſummariarum requi-
rit, allega. cap. ad noſtram, il 3. de iureiuran. & dictã l. ſi vno.
Plura alia iura poſſe ad hoc propoſitum allegari non infi-
ciur, ſed illa curioſo relinquo, cum ſatis ſit prædicta ad idem
propoſitum non infructuoſe tetigiſſe, aliquid etiam dicetur
infra apoſtillando text. ſuper verbo, mandamus. Quibus ap-
15 plicari poteſt dubitatio, quid ſi in vno † contractu appo-
nantur duo verba, quorum quodlibet de per ſe ſignificat
contractum diuerſæ naturæ? Conclude quòd verbum ſi-
gnificans & importans contractum potentiorem & magis
plenum, attrahit ad ſe verbum importans contractum mi-
noris efficaciæ, caſus eſt multum notandus in l. ſi non ſolum.
§. fi. ff. de vſucap. vbi ſiquis eandem rem conducat & preca-
rio rogat, quia iſti contractus ſunt diuerſæ naturæ, ex quo
per vnum quis poſſidet, & per alium non iudicatur contra-
ctus conductionis magis plenus & ita ad hoc propoſitum
illum text. ponderat Barto. in l. ſi ante. ff. de acquiren. poſſeſ.
quem ſequitur Roma. in conſi. 59. incipien. Circa propoſi-
tam conſultationem. in 3. colum. verſicu. 3. probatur. ſed tu
hoc verbum Barto. limita & intellige procedere, vbi talia
verba ſimul iuncta ſunt adeo diuerſæ naturæ, quòd vnum
non ineſt alteri, vt in exemplo & caſu d. l. non ſolum. §. fina.
ſecus vbi vnum verbum ineſſet alteri. moueor ex his, quæ
pulchre tradidit Barto. in extrauag. ad reprimen. in ver. vi-
debitur. dicens, quòd ſi fiat commiſſio prout arbitratus fue-
rit & voluerit iudex, licet iſta verba ſint diuerſæ naturæ;
quia alterum arbitrium boni viri, alterum poteſtatem ſigni-
ficat, tamen quia vnum ineſt alteri, quoniam in arbitrio in-
eſt voluntas, nec eſt arbitrium ſine voluntate, dicta verba
exponuntur, id eſt voluntariè arbitratus fuerit, & ſic ver-
bum voluerit, reſoluitur in adiectiuum, de quo plenius di-
cam infra in §. ſequen. in verſic. quod ſi in commiſſione po-
nantur ſimul verba ſapientia arbitrium boni viri & liberam
voluntatem, quod eſt perpetuo notandum.

Et ex prædictis infero plura: Primum, quòd dictum te-
ſtium deponentium aliquem percuſſum pluribus percuſ-
ſionibus, intelligi debet de duabus, & ſi dixerint plurimis,
de tribus intelligetur, ſecundum Ange. notabiliter in §.
quòd ſæpe. in Authen. de trien. & ſemiſ. colum. 3. ſed ſi di-
xerit, vna & pluribus, vel ſemel & pluries, vel pluribus &
pluribus, qualiter debeat intelligi, patet ex prædictis.

16 Secundum infero, quòd licet † poteſtas prorogandi ter-
minetur vnica prorogatione ſecundum determinationem
Spec. & multorum aliorum, vt plene dicam infra in materia
prorogationis in articulo quarto principali, in 4. q. poteſtas
tamen prorogandi pluries non terminabitur vnica vice, ſed
bina. Item conceſſa ſemel & pluries terminatur trina, ſecun-
dum Bald. in cap. fi. de conſuetu. in colum. fi. verſi. dubitatur
inſuper. & in cap. olim ex litteris. de reſcrip. licet ipſe Bald. in
quodam conſi. incipien. Nobiles viri, Henricus de aduoca-
tis. & latius in conſi. 302. incipien. Dilatio prorogatoria, re-
ferens Philippum de Re. & Bartho. de Saly. conſuluiſſe, ſen-
tiat, quòd terminetur prima prorogatione, ſed forte male,
per ſupradicta, quam illud verbum ſemel, nil operaretur.
Ego latius dicam infra in materia prorogationis in 4. artic.
principali, in 4. q. ¶ Quid autem ſi concedatur licentia pro-
rogandi pluries & pluries, vel pluribus & pluribus vicibus,
qualiter terminetur, patet ex prædictis.

Et quid ſi detur facultas prorogandi ad ſui voluntatem,
ponit Bal. in c. præſentata. de teſti. & in d. c. ſua nobis.

¶ Item quid ſi dicatur, quòd poſſit prorogari ſemel, bis,
quater & pluries. Ponit Bal. in rub. apud quem quæſtio feu-
di terminetur. Rom. in rub. ff. de arbitris.

Item vſque ad quantum tempus poſsit prorogari, ponit
Bal. in d. conſi. & in cap. fi. de conſue. & in c. Quintanallis. de
iureiur. & in l. prima. C. vt in poſ. leg. Ego de ſupradictis la-
tius dicam infra in materia prorogationis, in quarto articu-
lo principali, q. quarta.

17 ¶ Tertium infero, quòd licet † diſpenſatio facta ſuper
pluribus hominibus reſtringatur ad duo, vt inquit Bald. in
capitulo, cum in cunctis. circa princip. de electio. tamen ſi
fiat ſuper vno & pluribus, extenditur ad tria, & ſi fiat ſu-
per pluribus & pluribus, porrigitur ad quatuor, per ſu-
pradicta.

¶ Quartum infero, quòd licet Bald. in dicta l. veluti. §.
hæc vox, dicat, quòd ſi accuſator in libello dicat ſe ſæpius
percuſſum, includi tantum binam percuſsionem. motus ra-
18 tione, quòd licèt † verbum ſæpius, prolatum a lege vlterio-
rem numerum comprehendat, dicto §. hæc vox. tamen pro-
latum ab homine reſtringitur ad numerum binarum, dicta
l. fideicom. §. ſiquis decem. tamẽ nec in dicto, nec in ratione
19 arbitror Bal. bene locutum. Primo, quia in dubio † verba li-
bellantis ſunt ſecundum illius intentionem interpretanda,
& ſecundum quod ex probationibus liquidabitur, l. ſiquis
mentione ambigua. ff. de iudic. l. inter ſtipulantem. §. primo.
ff. de verborum obligatio. not. gloſ. & Docto. in l. Pompo-
nius ſcribit ſi frumentum. §. fina. ff. de rei vendic. & gloſ. in
verbo, pertinentijs, in capitu. cum ad ſedem. de reſtitu. ſpo-
liato. vnde cum dictio ſæpius, ſui natura ſit apta compre-
hendere vltra geminum actum, ſequitur quòd ſi accuſator
probauerit de trina vel vlteriore percuſsione, debeat ob-
20 tinere. Præterea licet † Bald. in dicto §. hæc vox. & in dicto
c. olim. dicat eſſe differentiam, an dictio ſæpius proferatur a
lege, vel ab homine, ipſe tamen Bald. in l. & ſi poſt tres, co-
lum. 11. poſt Andre. de Piſis. ff. ſiquis cautionibus. repro-
21 bat dictam differentiam, quia a diſpoſitione legis † valet ar-
gumentum affirmatiue ad diſpoſitionem hominis & econ-
tra, l. non impoſſibile. ff. de pact. l. prima. in fine. C. de fideiuſ.
§. diſponat. in Authen. de nupt. glo. in rubrica, C. de decre.

decur.lib.decimo.& in l.domini prædiorum. C.de agrico.&
cenſi.lib.vndecimo.& in capitulo, cum dilectus.in verbo,
conſtitutus.de conſue. No.dominus Anto.in capitu.fina.de
conſue.& glo.in capitu.primo.de conſue.lib.ſexto. Bald.in
l.ſi ex cautione.in vltima quæſtione C.de non nume.pecu.
in l.prima.C.quæ ſit lon.conſue.in l.Titio centum.§.ſed in-
de.ff.de condit.& demonſtra.in l.cunctos populos.in deci-
maquinta colum.C.de ſumma Trinit.& in l.prima.C.com-
mu.vel epi. Et ideo cum non poſſit aſſignari bona ratio dif-
fereotiæ, quando dictio ſæpius, profertur a lege, & quan-
do ab homine, ſequitur rationem Bald.non eſſe bonam,
quem reprehendit dominus Alexan.in repetitione l.ſæpe.
in colum.ſecunda.ff.de re iudica.qui reſpondet ad text.in
dicto §.ſiquis decem.per quem mouetur Bald.quòd ideo
ibi non importat niſi binum actum, quia alias hæres ſui cul-
pa nimium grauaretur contra præſumptam voluntatem de-
functi, argumen.l.Titia.§.qui in vita.ff.de lega.ſecundo, &
ita illum text.declarat Barto.ibi, & in l.eum qui certarum.
ff.de verborum obligatio.& Ange.dicto §.hæc vox.& in l.
ſi finita.in princip.ff.de damn.infect.dicit tamen vbi ſupra
dominus Alexan.quòd licet in terminis, quos ponit Bald.
male loquatur, poteſt tamen eius deciſio ſaluari non in li-
bello, vt ipſe dicit, ſed in teſtibus deponentibus aliquem eſ-
22 ſe percuſſum ſæpius, quia verba † text.ambigua ſunt inter-
pretanda cootra producentem, inquit glo.in capitu.in præ-
ſentia, de probat.& in regula, contra eum, lib.ſexto.not.per
Barto.& Docto.in dicta l.inter ſtipulantem.§.ſ.

¶Sed quid ſi teſtis dicat Titium poſſediſſe decem annis
& plus? Clarum eſt illud & plus, nihil operari, not.Barto.in
l.Celſus.in fine.ff.de vſucap.in l.cum furti.ff.de in li.iuran.
in l.ab hoſtibus.§.ſed quod ſimpliciter.ff.ex quibus cauſis
maio.& in dicta l.& ſi poſt tres, Bald.in l.ſiquis in ſuo.C.de
inoffic.teſtamen.plene dominus Anto.referens dicta anti-
quorum in capit.licet, de dilationibus.vbi idem tenet Abb.
poſt Ioan.Calder.& Bald.in l.cum filius.§.pater.ff.de legat.
ſecundo, facit quod idem Bald.not.in l.ſecunda.penult.co-
lum.C.de reſcin.ven.& Ioan.de Imo.in capitu.penul.in vlt.
car.de emptio. & vendit. Si tñ dixerit teſtis Titiũ poſſediſſe
decẽ annis, & pluribus, probat de duodecim annis, verbũ eſt
notandum Bald.in dicta l.& ſi poſt tres.colum.duodecima.
Sentit Ange.in dicto §.& quod ſæpe.in Authen.de trien.&
23 ſemiſ.& facit ratio, quia dictio † pluribus, certa quadam iuris
interpretatione includit binarium numerum, vt ſupra di-
ctum eſt, quam interpretationem non habet dictio plus,
quod eſt perpetuo notandum. Et adde quod ſupta dixi,
verba & plus, nihil operari, procedere quando teſtis debet
deponere aliquid certum & determinatum, ſecus vbi non
eſſet probandum aliquid determinatum, puta dicitur læ-
ſionem eſſe vltra dimidiam iuſti precij, nam tunc talis pro-
batio valet, nec dicitur obſcura, ſed ſufficiens, text.eſt,
quem ibi ponderat clariſſimus dominus Franc.de Areti.in
capitu.cum cauſam.el ſecundo, de teſti.inferens, quòd ſi te-
ſtes dicant, contrahentes matrimonium habuiſſe annos
quatuordecim & duodecim in fœmina & plus, probant
matrimonium contractum, licet determinatum de tempo-
re non deponant, facit glo.not.& quod ibi Bart.in l.ob car-
men.§.ſi teſtes.ff.de teſti.

24 In tex.ibi, cauſas. † Quando dicatur cauſa,
text.in capitulo, forus.de
verborum ſignificatio.dicit, quòd cauſa eſt, dum libellus
proponitur per actorem, ſed glo.in l.prima.ff.de teſti.& in l.
cauſas.C.de tran.ponit tres opi.& tertiam approbat, vt illa
dicatur cauſa, quæ eſt poſita in controuerſia, & allegat Mar-
cum Tullium Ciceronem, quam opinio.ſequuntur Iacob.
Butr. Bald.Salyc.& Pau.de Caſt.in dicta l.cauſas.dicentes,
quòd tam lis quàm cauſa proprie incipiunt a conteſtatione
litis, ad quod glo.in l.fina.§. illud. C.de appel.volens ante
litem conteſta.non dici cauſam inchoatam.

¶Contrarium tenent Cy.Barto.Ange. Rapha.Fulgo. in
dicta l.cauſas.& Roma.in conſi.422.incipien. Pro habenda
veritate, quia cauſa dicitur tam ante litem. conteſta. quàm
poſt, vt colligitur in authen. at qui ſemel. C. quomodo &
quando iudex.& in capitu.ſuper quæſtionum.§.nos autem.
de offi.delega.& hanc ſequitur Ange.in conſi.188.quod in-
cipit, domina Pelegrina.& in l.ſecunda.§.ſi autem.ibi, ſi au-
tem cauſa adhuc penden.vel poſt litem côteſt.inueniat &c.

C.de iuram.calum.vbi ante litem conteſtatam cauſa dici-
tur pendere.pro qua ſententia facit tex.hic, probans, quòd
etiam in ipſa commiſſione & ſic ante litem conteſtatam vo-
catur cauſa. ex quo apparet male dixiſſe Iaco.Butr.Bald.&
25 Saly.in d.l.cauſas, volentes quòd ſtante † ſtatuto diſponen-
te, quòd propter abſentiam aduocati debeat ſuperſederi in
cauſa, non erit ſuperſedeñ.per ſupradicta. Quando autem
26 dicatur lis, † glo.in dicta l.cauſas.vult quòd lis dicatur & an-
te & poſt litem conteſta.quam ſequitur ibi Rayne.de Forl.
Iaco. Butr.Bald.& Salyc.ibi adducens tex.in auth.at qui ſe-
mel.ſupra allega.in verbo vſque ad finem litis.vbi appellat
litem, & tamen nondum erat facta conteſta.litis. Contra-
rium, ſcilicet, quòd ſolum poſt litem conteſta.ſit lis, tenent
Petr.de Bell.Cy.Bart.Rapha.Fulgo.& Pau.de Caſt.ibi.Pri-
mo per tex.in auth.at qui ſemel.ibi, & ſi lis non ſit cepta.Se-
cundo per text.in capitu.forus.circa medium, vbi dicitur,
quòd lis incipit a contentione & ſic a conteſtatione litis,
quæ ſit per contentionem partium, l.prima.C.de litis côte-
ſta. Tertio text.eſt apertus in l.apertiſſimi. C.de iudi. ibi,
antequàm lis inchoetur.& in l.prima.C.de plus peti.& in l.
edita.C.de edendo.ibi, futuræ litis, & pro hac parte expreſ-
ſe no.in capitu.ex parte.de verborum ſignificatio.& Ange.
expreſſe in l.prima. C.de præſcrip.lon.tempo.voluit glo.in
verſicu.exordium, in capitu.ſuper quæſtionum, in princip.
27 ff.de offi.delega.¶ † Nec obſt.text.in dicta authen.at qui ſe-
mel.ibi, vſque ad finem litis, quia debet intelligi litis, ſcili-
cet, futuræ, maxime ne ille text.ſibi côtradicat, dum dicit, &
ſi lis non ſit cepta. ¶ Hanc tamen communem ſententiam
intellige veram. quando verbum lis, refertur ad actus iudi-
ciales, ſeu profertur in materia iudiciali, ſecus extraiudicia-
li, cui etiam conuenire poteſt verbum lis, vt probatur in
capitu.ſæpe.in fine.ibi, litibus aut iudicibus.de appella.vbi
hoc tenet Abb.& idem Abb.in dicto capit.ex parte, dicens
eſſe conſiderandam materiam ſubiectam, ſuper qua profer-
tur verbum lis.

¶Secundo communem ſententiam intellige procedere
28 regulariter: Nam fallit † quo ad inducendum vitium litigio-
ſi, quod inducitur ſola citatione, vt inquit glo.in verſi.exor-
dium.in dicto capitu.ſuper quæſtionum, in princip.de quo
per Barto. in l.prima.ff.de litig. per dominum Anto.in cap.
fina.vt lite penden.Ioan.de Imo.& Abba.in capitu.eccleſia,
il primo, vt lite penden.per glo.vt lite penden.capit.primo.
lib.ſexto.Innocen.in capitu.cum M.ferra.de conſti. Bald.in
l.prima.C.communi diui.Pet.de Anche.poſt Pau. de Elea.
in clemen.ſecunda, vt lite penden. Roma.in conſi.270.inci-
pien.Pro deciſione.

¶Secundo fallit quo ad perpetuandam iuriſdictionem,
capit.gratum.de offi.delega.& glo.in dicto capit.exordium.
& in capitu.quoniam contra.in verſicu.citationes.de pro-
ba.facit glo.in verſicu.ad hæc.in dicta clemen.2.

29 ¶ † Tertio fallit, quantum ad inducendum litis penden-
tiam, quæ inducitur ſola citatione: requiritur tamen, quòd
citatio peruenerit ad notitiam citati, dicta clemen.ſecunda,
quod intellige verum reſpectu rei citati. & ſic quantum ad
inducendam litis pendentiam reſpectu ipſius rei citati, ſe-
cus reſpectu perſonæ cuius intuitu fuit decreta citatio, quo
caſu ſatis eſt, quòd fuerit decreta citatio, licet ad notitiam
30 citati nondum peruenerit. Ratio eſt, quia † ex quo ipſe cer-
tus eſt de commiſſione citationis per ipſum impetratæ, am-
plius certiorari non debet, regula, cum qui certus.lib.ſexto.
31 capitu.ab excommunicato.de reſcript. Præterea † maior eſt
contumacia actoris quàm rei, capitu.cauſam quæ. de dolo
& contuma.capitu.primo.eo.titu.lib.ſexto.bene facit quod
not.glo.in verſicu.citatio.in dicta clemen.ſecunda. Iſta eſt
ſingularis determinatio Rotæ Romanæ in deciſio.75.quæ
incipit, Item quod dicitur in clemen.ſecunda, & ſequitur
Roma.in conſi.130.quod incipit, Circa primum.quod eſt
memori pectore tractandum.

¶Quarto fallit, vbicunque tractatur de liberatione, cu-
ius fauore lis etiam incipit ante litem conteſta. Ita pul-
chrè Salyce.in l.poſtquam liti.C.de pact.vbi videtur ſequi
opinionem Bariol. licet in dicta l.cauſas. ſequatur contra
32 rium. Iuxta † prædicta applicari poteſt pulchra dubi-
tatio, an lis dicatur ſuper re, quando ſolum agitur de
poſſeſſione ipſius rei, & ſic an ille, qui promittit li-
tem non mouere ſuper re ſub poena, contraueniat agendo

ſuper poſſeſſione ipſius rei. In quo paſſu variant Docto.& in primis glo.prima in capitu.primo.de confir.vti.vel inuti. cui coocordat alia glo.in capitu.quia res.vndecima quæſtione prima, ſentit quòd non, & ſic res non dicitur litigioſa, ſi ſuper poſſeſſione ipſius rei litigaretur.

¶Secundo facit text.cum glo.in l.ratio.in princip.ff.de actio.empt.vbi habetur, quòd ſi rei poſſeſſio fuerit euicta, non agitur ad duplam, ſed ſolum ad intereſſe, quia non res
33 ſed poſſeſſio rei dicitur euicta, & aliud † eſt res, aliud poſſeſſio rei, l.ſi duo.in fine.ff.vti poſſi.

¶ Tertio ad idem facit, quia non dicitur res proprie euinci, vbi nuda poſſeſſio euincitur, l.ſi cum venditor.in princip.ff.de euictio.not.Bald.in l.prima.in fine. C.de pericu.& commo.rei ven.vbi poſt Barto.in dicta l.ratio.in princip.dicit, quòd ſi promitto reſtituere ſumptus litis, in dubio intelligitur de lite reſpectu proprietatis, & non reſpectu poſſeſſionis tantum.

¶In contrarium facit text.in l.ſtipulatio iſta.§.ſiquis forte.ff.de verborum obligatio.per quem decidit ibi Ange.& ſequitur Ioan.de Imo.quòd cum iſta ſint paria, promittere habere licere, & promittere controuerſiam non mouere ſuper fundo vel domo, intelligitur promiſiſſe ſuper vſu, vſufructu, ſeruitute & alio iure ipſius rei, vt dicit Ange.in dicto §.ſiquis forte.vbi dicitur eſſe caſum rotundum, & ſic eadem ratione videatur promiſiſſe ſuper poſſeſſione non mouere controuerſiam, & ad hoc propoſitum dictũ §.ſiquis forte.allegat Barto.in l.venditores.in fine.ff.de verborum obligatio.dominus Alexand.in dicto §.ſiquis forte. nititur concordare dupliciter.

¶Primo, quòd ſi promitto ſumptus, qui fient in cauſa euictionis rei venditæ, procedat glo.in dicta l.ratio.ſecus ſi promittatur ſumptus, qui fieret occaſione litis mouendæ, nam tunc procedant deducta in oppoſitum.

¶Vel ſecundo, qui promittit habere litem, videtur promittere ius aliquo modo non minuere, dicto §.ſiquis forte. ad quod Petr.ibi allegat l.eum qui ædes.ff.de vſucap.dicens, quòd ſiquis vendidit rem & promiſit habere litem, poterit agi ex empto etiam ſi aliquod ius euincatur infra proprietatem, agi etiam poterit ex ſtipulatione, dicto §.ſiquis forte.ſecus ſi ageretur ad duplam promiſſam ratione euictionis, quo caſu non poſſit peti dupla, licet poſſeſſio foret euicta vel aliud ius infra proprietatem.allegat l.in naue.& l.penul.ff.de euictio.& ita poteſt dici, quòd loquatur glo.in dicta l.ratio.Dicit tamen dominus Alexan.fore cogitandum, quia non reperit contrarium bene ſolutum. Mihi videtur dicendum, quòd in promittente habere litem res ſit clara per ſupradicta, ſed in promittente non mouere quæſtionem ſeu controuerſiam diſtinguerem, quòd ſi promiſit non mouere ſuper re, mouendo ſuper poſſeſſione non contraueniat, ſi autem ſimpliciter promiſit non mouere quæſtionem, tunc difficultas ſtat an præſumatur promiſiſſe reſpectu rei tantum, an etiam reſpectu poſſeſſionis, de quo plene per Barto.in dicta l.venditores.in fine.vbi dicit conſiderandam eſſe naturam contractus præcedentis, vt ibi per eum & alios Docto.& ad prædicta adde quæ not. Ab.poſt dominum Anton.in dicto capitulo primo, de confirmat. vtil.vel inuti.

34 ¶ Quæſtio † autem quando dicatur, glo.in l.prima. C.de præſcrip.long.temporis.& in l.tertia. C.fini.regund.tenet, quòd quæſtio fiat per litis conteſtationem, ſed glo.in l.qui fidem.ff.de tranſactio. intelligit, quòd quocunque modo moueat controuerſiam etiam ante litem conteſtatam, dicatur quæſtio. Barto.qui dictas glo.allegat in l.amplius non peti.ff.rem rat.habe. diſtinguit, quòd ſi verbum quæſtio, profertur a lege, intelligitur etiam ante litem conteſtatam, d.l.qui fidẽ. & l.Lucius.§.tres hæredes.ff.ad trebel. Secus ſi proferatur ab homine. Et ſecundum hanc diſtinctionem poterit intelligi text.in l.licet. in verbo, quæſtionis. C.de procur.qui ſecundum Moder.ibi videtur probare quæſtionem dici etiam ante litem conteſtatam.vel ſecundum dominum Pet.quem refert Benedictus Capra Doctor Peruſinus clariſsimus in procemio Decretalium. poteſt aliter dici, quòd ſi verbum quæſtio, refertur ad cauſæ deciſionem, intelligitur poſt litem conteſtatam, dicta l.tertia.fini.regun. probatur, quia ante litem conteſtatam non poteſt accipi, cum ante litis conteſtationem non poſsit pronunciari, capitu.quoniam frequenter.& toto titu.vt lite non conteſtata facit capit.fina.de iudi.Si vero non referatur ad cauſæ deciſionem, tunc ante litem conteſtatam dicitur quæſtio, & ſic procedat glo.in d.l.qui fidem.

¶Quid autem ſit iurgium & quando, dic vt habetur in text.& glo.in capitulo, forus.verſicu.negocium.de verbo-
35 rum ſignificatio.¶ Controuerſia † vero intelligitur eſſe & ante & poſt litem conteſtatam, ſiue quid veniat agendum vel excipiendum, ff.de petitio.hæredi.l.ſed ſi legatum.§.ſi ante.l.non ſolum.§.ſi Statius.ff.de procurato. Specu.in titu. de emptio.& venditio.in §.penult.vbi dicit, quod etiam controuerſia dicitur, ſi fiat extra iudicium, ad quòd facit l. cum poſtea. C.de pact.& adde glo.expreſſam de hoc in verbo mouerit.in l. Lucius.§.tres hæredes.ff.ad trebel.dicens, quod quis dicitur mouere controuerſiam non ſolum in iudicio, ſed etiam extra, & etiam reſiſtendo, quam glo.ſequitur Bald.in capitu.audita.in princip.de reſtitu.ſpolia.Sequitur etiam Cyn.in l.ſecunda.in fine. C.de dona.quæ ſub modo.vbi ſentit idem eſſe de promittente non moleſtare, quod de promittente controuerſiam non mouere, & allegat dictũ §.tres hæredes.bene facit quod voluit dominus Anto.de Butr.in quodam ſuo conſilio, dicens, quod qui iurat non mouere controuerſiam, & ſic ſuper facto, excludit omne remedium, & ita dicit pluries conſuluiſſe Barto. vt no.in l.ſciendum.ff.de verborum obligatio.& in authen. ſacramenta.C.ſi aduer.ven.

36 ¶ Iudicium autem † regulariter dicitur tempore, quo lis conteſtatur, de quo per glo.l.prima.ff.de iudi.& in capitu. forus.de verborum ſignificatio.& in regula, in iudicijs.lib. ſexto.& quod iudicium demum dicatur lite conteſtata, tex. eſt in l.is qui ſe obtulit.ff.de rei vendica.qui text.cum glo. videtur probare, quòd lis dicatur agi lite conteſtata, de quo eſt glo.in l.hominem certum.in verbo, agitur.ff.manda.& in l.ſi poſtea.in verbo, egi.quam ibi ponderat Bald.ff. de pecul. Supraſcripta omnia ſunt diligenter notanda. quia ex ipſis inferri poteſt ad deciſionem multarum quæſtionum. ¶ Et primo infero ad q.quando quis promiſit cauſam non mouere, qualiter promiſsio ſit intelligenda, paret ex prædictis. ¶ An autem appellatione cauſæ comprehendatur cauſa criminalis, vide text.& Domi.in capitu.1.de offi. vica.lib.ſexto.plenius in cap.diſpendia.in princ.de reſcrip. in 6.& in cap.authoritate.de priui.eo.tit.

¶ Secundo infero ad quæſtionem, quando quis promiſit non mouere litem.

¶Tertio infero ad quæſtionem Salycet.in l.ſiquis maior. C.de tranſactio.vbi dicebat, quòd ſiquis promiſit quæſtionem non facere, verificatur promiſsio etiam extraiudicialiter: ſi vero promiſit quæſtionem non mouere, requiritur litis conteſtatio. nam certe ex prædictis reprehenditur diſtinctio Salycet. quæ potius verbalis quàm realis dicenda eſt, & adde, quòd pulchre dixit Archidia.in capitu.placuit.el primo.vndecima quæſtione prima, volens, quòd ſiquis promiſit pœnam alicui, ſi quæſtionẽ illi faceret, quòd qualitercunque petat vel moleſtet, pœna committitur, quod bene nota.

¶Quarto infero ad ſtatutum diſponens de qualibet controuerſia fieri compromiſſum, qualiter ſit intelligendum, conſtat ex prædictis.

¶Quinto infero ad q.de illo, qui promiſit non mouere controuerſiam, nam intelligitur etiam extra iudicium, immo ex tali pacto oritur exceptio litis finitæ, ſecundum Barto.in l.amplius non peti.ff.rem ra.habe.ponentem quid de eo, qui promiſit non petere, vt ibi per eum.

¶ Item quid de eo, qui promiſit non contrauenire, & concludit, quòd tunc committitur quocunque modo contraueniatur, & idem dicit de eo, qui promiſit habere licere, l.ſtipulatio iſta.§.1.ff.de verb.obliga.

37 ¶ Sed quid † de promittente non mouere querelam? concludo, quòd querela non dicitur niſi lite conteſtata, ſecundum Archidia.in capitu.ſi epiſcopus forte.vndecima quæſtione tertia. tex.eſt multum elegans in §.poteſt.verſicu.his autem.ibi, libellum porrigat, & de hoc querimoniam adducat.decimoſexta quæſtione tertia. qui etiam probat, quòd querimonia dicitur fieri per actum, qui fit poſt oblatum libellum.

¶Quid autẽ ſi quis promittat aliũ in ius non vocare. Barto.vbi.

to.vbi ſupra dicit; quòd pœna committitur per ſolam cita-
tionem, l.quamuis.ff.de in ius vocan. Archidia.tamen in
capitu.qui bona. colum.antepenult.decimaſeptima.quæſt.
prima, ſenſit, quòd immo per litis conteſta.quia vocari di-
citur cum effectu tunc, dicta l.quamuis.tu autem vide Bar-
to.in dicta l.amplius non peti, & adde quæ not. Barto.in
authen.habita.in penult.& vltima colum. C.ne filius pro
patre.& in l.prima.in penult.colum. C.de his quæ pę.nom.
dominus Anto. reaſſumens dicta Barto. in capitu. ſi dili-
genti.de foro competen.colum.decimaoctaua, & ſequen.
Bald.in l.prima. C.de teſtamen.per Cyn.in l.tertia. C.de
dona. quę ſub modo.per Ang.in l.Lucius.§.tres hæredes.ff.
ad Trebellia.not.in capitu.conſtitutus, de reſcript.in capit.
ad noſtram, il ſecundo.de iureiuran. ¶ Quid autem de eo,
qui promiſit non conuenire aliquem. Abba.in capitu.ſe-
cundo.de accuſa.tenet, quòd de iure hoc verbum etiam ve-
rificetur extra iudicium, & ſic in actu extraiudiciali, ſecus
38 dicit eſſe ſecundum † vſum loquendi, qui attendi debet,
capitu.ex litteris, de ſponſa.l. Labeo.ff.de ſuppel.lega.no-
tat glo.in capitu.nonnulli, de reſcript.nam ſecundum vſum
loquendi intelligitur iudicialiter. ¶ Sed an quis dicatur
petere ante litis conteſtationem, vel ſolum poſt, vide Bar-
to.in dicta l.amplius.& omnino Archidia.in dicto capitu.
placuit. Barto.in dicta l.quamuis.& not.quòd ſiquis pœ-
nam promittit, ſi amplius petet, non committitur pœna
niſi lite conteſtata, & ante poteſt pœnitere, ſecundum Ar-
chidia.in dicto capitu.placuit.de verbo, petere, vide glo.in
l.vinum.ff.ſi cert.petat.Barto.in l.ſi decem, circa princip.de
verborum obligatio. in l.ſi libertus. ff.de iurepatro.in l.Ti-
tia hæredis, per illum text.de conditio.& demonſtra. Bald.
pulchre in l.prima. C.de litis conteſta.& in dicta authen.
habita. & in l.ſecunda.§.illud. C.de tempo.appell.vbi etiam
habetur de verbo, poſtulauerit, plene per Salyc.in dicta l.ſi-
quis maior. C.de tranſactio. Bald. in l. ſecunda. C. quo-
modo & quando iudex.& in l.fina.colum.fina. C.de bo.au-
cto.iudi.poſſi. Ille vero, qui promiſit alium non impedire,
intelligitur iudicialiter, ſecundum Calde.in capitu.in no-
ſtra.de reſcript.argumen.capitu.cum eccleſia, de cauſa poſ.
39 & proprie. ¶ † Sed quid de promittente alium non vexare?
Dic quòd intelligitur iudicialiter, per text.in clemen.1.de
reſcript.qui exponit hoc verbum, vexare, iudicialiter. Et
ideo ſi talem in iudicio conueniat, dicitur vexare, & cadit
in pœnam, quod verum, ſi ſine iuſta & rationabili cauſa
vexet. Secus ſi rationabilis cauſa adſit. moueor primo
per glo.not.in §.item mixta. Inſtitu.de actio.& per ea quæ
40 dixit Bald.in l.prima. C.de his quæ pę.no.volens, quòd † ſi
teſtator prohibeat ſub pœna hæredem non moleſtare vxo-
rem, pœna non habet locum exiſtente iuſta cauſa, & bene
facit quod not. Bald.in l.prima. C.de vſufru.dicens peten-
tem cautionem ab vſufructuario non dici poſſe vexare vſu-
fructuarium.accedat etiam quod voluit Ioan.de Imo.in l.ſi
pater teſtamento.ff.de hære.inſtituen.vbi dicit, quòd hæres
petendo Trebellianicam, non dicitur fideicommiſſarium
vexare, facit etiam bo.glo.in capitu.pro illorum, de præ-
ben.quæ dicit, clauſulam, amoto quolibet detentore, non
verificari in eo, qui iuſte detinet, capitu.audita.vbi not.de
reſtitut.ſpoliato.& ad id quod ſupra dixi de marito prohi-
bente vxorem vexari, vide quod not. Pau.de Caſt.in conſi.
228.quod incipit, Dubitatur primo, in quinta colum. &
in conſi.189.incipiente, Antequàm veniam ad dicta.vbi
plene tractat, ſi teſtator priuat filium hæreditate, ſi vexa-
uerit vxorem, cui tunc applicetur hæreditas, de quo etiam
per Barto. Bald.& Ange.in l.prima.de hæredib. inſtituen.
Barto.in l.vxorem.§. hæres. de legat.3. Bald.in l.prima.in
duodecima colum. C.de his quæ pę.nomi.& in authen.cui
relictum.de indic.vidui.tol.Pet.de Anche.& Ioan.de Imo.
in capitu.ſi hæredes, de teſtamen.poſt Iaco.de Bel.in Au-
then.de nup.§.quæ vero.Aliàs incipit hæres, collat.quarta.
dominus Alexand.in conſi.140.in primo volum.incipien.
Opportune conſideratis his, colum.fina.An autem ſola im-
41 petratione † reſcripti promittens non vexare, dicatur contra
uenire.glo.in dicta clemen.prima, in verbo, vexare, quam
ibi commendat Cardinalis in fine.tenuit quod non, & dicit
illam glo.ſe allegaſſe in q.facti, quòd ex ſola ſupplicatione
quis non dicitur incurrere pœnam contentam in tranſa-
ctione. Tu pondera, quòd aliud eſt contrauenire, aliud ve-
xare, & ideo forte illa glo.non debuit allegari ad propoſi-
tum Cardinalis, quia illi ob.text.apertus in l.ſiquis maior.
C.de tranſact.ibi, interpellando iudicem vel ſupplicando
principi, & ſic probatur, quòd promittens ſub pœna non
contrauenire, ex ſola ſupplicatione incidit in pœnam, ſe-
cundum communem doctr. in dicta l. ſiquis maior. licet
Pau.de Caſt.ibi aliter dicat, vt ibi per eum & Modernos,
& domi. Alexan. in conſi.trigeſimoquinto, incipien. Viſo
themate ſuprascripto.colum.tertia. ¶ No.tamen, quòd vbi
per ſolam conuentionem quis incidit in pœnam, non eſt
neceſſe quòd contrauentio fuerit ſortita effectum, text.eſt
vbi Abba.in capitu.Raynaldus, de teſtamen. ¶ Quid autem
de ſtatuto puniente trahentem aliquem? dic tale ſtatutum
non habere locum in ſponte comparente, glo.eſt ſingula-
ris, quam ibi ponderat Bart.in l.prima. C.de agrico.& cen-
ſi.lib.vndecimo.inferens ad ſtatutum, quòd nullus trahat
perusinum ad curiam eccleſiaſticam ſub pœna, non includat
ſponte intrantē, ſola tamen citatione ante libelli oblatio-
nem & litis conteſtationem quis dicitur trahi, text.notan-
dus, quem ibi ponderat Abba.in ſecundo notabili in capitu.
ſecundo.de libel.obla.ad idem text.in capitu.paſtoralis.&
ibi Abba.colum.ſecunda.de cauſa poſſeſſio. & proprie.ſed
glo.prima.in capitu.inoleta. vndecima.quæſt.prima. tenet
quòd quis dicatur trahi per litis conteſtationem & non an-
te, & idem tenet glo.in verbo perdant, in capitu.ſi diligen-
ti, de foro competen. Pro concordia dicas, quòd ante litis
conteſtationem quis trahitur, ſed vſque ad litis conteſt.lo-
cus eſt pœnitentiæ vt pœna euitetur, & vide Abb.in dicto
42 capitulo, ſi diligenti, colum.octaua. ¶ † Et adde prædictis,
quod ſi dominus poſſidenti rem ſuam promittat nō moue-
re controuerſiam, ex hac promiſſione non transfertur do-
minium rei in poſſidentem, ſecundum Ange.per glo.ibi in
l. ſtipulatio iſta.§. quæſitum.ff. de verborum obligatio. &
per text.in l.ſi pro fundo. C.de tranſact. Item adde, quòd
43 † venditor promittens emptori illum defendere de iure &
de facto, non tenetur, ſi per violentiam expellatur, ſecun-
dum communem opinionem, de qua in dicta l.ſtipulatio
iſta, in principio.& per Bald.in l.fina. C.de actio.empt.

¶ Fallit in principe promittente defendere ſubditum
ſuum, vel recipiente illum ſub ſua protectione, quoniam
tenetur defendere etiam a violentia, & ita pluribus rationi-
bus concludit Petr.de Anche.in conſi.octuageſimoſexto,
quod incipit, In Chriſti nomine, omiſſo primo puncto,
quem ſequitur Ioan.de Ana.in capitu.penul.colum.fina.de
accuſatio.quod eſt perpetuo notandum. Qui tamen pro-
44 mittit defendere † & manutenere, non tenetur defendere
ab iniuria iuſta illata, ſecundum Barto.in l.quidam cum fi-
lium, per text.ibi.ff.de verborum obligatio.ex quo infert
Ange.ibi, quod ſi plures domini ſimul colligati promittant
ſe inuicem defendere & guerrare, quòd ſi vnus incipit ſine
cauſa guerram, alter non tenetur defendere, de quo ibi per
eum, & pulchre per Pau.de Caſt.in conſi.nonageſimoquar-
to, quòd incipit, Viſo ſuprascripto puncto, vbi in materia
plurium colligatorum ponit decem in vſu frequentes q.
de quibus per eum ibi pulchre.

Attende tamen, quòd licet promittens defendere & ma-
nutenere non teneatur de iniuria iuſte illata, promittens ta-
men aliquem ſeruare idemnem, tenetur, etiam ſi illi quæſtio
de iure moueatur, ſecundum Abba.notanter in conſi.qua-
drageſimoquarto, incipien. Quidam dominus Anto. Cleri-
cus etiam, qui tenetur eccleſiā defendere, tenetur etiam de
facto defendere, de quo per Petr.de Anche.in conſi.157.
colum.vndecima. incipien. Ex narratis in facto.

Quid autem de promittente dare auxilium conſilium &
fauorem, an reſtringatur promiſſio ad iuſtum auxilium? vi-
de Ioan.Andr.& Docto.in capitu.intimauit.de teſti.& Do-
cto.in capitu.petitio.de iureiuran.text.& Bald.in capitu.fi-
na.hīc finit lex, dein.incipiūt conſue.re. Bald.in l.prima.ff.
de rerum diui.quæſt.22.& in capitu.primo.§.præterea. de
prohi.feud.alienati.per Frider.in l.prima.§.ne autem. C.de
cadu.tollen.Barto.in l.prima.ff.de ſena.moder. Areti.in di-
cto cap.intimauit.

45 In tex.ibi, committimus. Hoc † ver-
bum quandoque ponitur pro conferre, clem.1.de ſupplen.negli.præ-
la.& ibi Io.de Imo.in principio, quem vide.quandoq; etiam

capitur pro confirmare, c. 2. de reb. eccle. non alien. in 6. vbi
bo. tex. ponderatus per Domi.

46 **In tex. ibi, mandamus.** Inter † mandare
& præcipere eſt
differentia, quia ille, cui mandatur, poteſt ſubdelegare,
quòd non poteſt is cui præcipitur, gloſſ. eſt ſolemnis, di-
cens ita tenere curiales domini Papæ in l. ſæpè. ff. de offic.
præſid. quam ſequitur ibi Bartolus & Baldus, dicens il-
lam non eſſe alibi, ſequitur etiam Paul. dominus Anto.
& Ioann. de Imol. in clementi. procuratorem, de pro-
curat. & facit quod not. gloſſ. & Ioann. de Imol. ibi in
Clemen. prima, de iudi. ipſe tamen Ioan. de Imo. hic colum.
6. videtur dictam glo. impugnare per ea, quæ not. in l. 1. ff.
quod iuſſu. ſed certe non bene, quoniam ibi notata non
multum faciunt. Aliam etiam differentiam inter dicta ver-
ba tradidit glo. in capitu. dudum. 18. q. 2. quæ dicit, quòd
mandatum finitur morte, præceptum non. §. & hoc vero
iubemus. in Authen. vt nulli iudi. colla. 9. quod etiam firmat
glo. in capitu. quod præcipitis. 14. q. 1. dicens tamen, quòd
quandoque vnum verbum capitur pro alio. ¶ Tertiam
etiam differentiam ponit Ioan. de Imo. in dicta clem. pro-
curatorem, dicens quòd mandatum proprie cadit circa ea,
quæ incumbebant facienda ex officio, præceptum vero cir-
ca ea, quæ incumbunt eius officio, per not. in l. & quia. ff.
iuriſdi. omni. iudi. in l. fundi. ff. de acquiren. poſſeſſ. ¶ Quar-
ta etiam differentia trahi poteſt, quia verbum iubere &
præcipere idem importat, & vtrunque neceſſitatem im-
portat, l. prima, iuncta glo. ff. quod iuſſu. l. prima, & l. ſi man-
dato. ff. quod cum eo, mandatum vero non ſemper neceſſi-
tatem importat, not. in l. prima. C. quomodo & quando iu-
dex & in regula, ratihabitio, lib. ſexto. ¶ Omnia tamen iſta
verba, ſcilicet, iuſſus, præceptum & mandatum, ſemper de-
bent præcedere actum & præuenire, nec ſufficit ſi inconti-
nenti ſequantur, vt not. in l. ſiquis mihi bona. §. iuſſum, de
47 acquiren. hæredi. & † dicitur præceptum a præ & capio, ſe-
cundum Papiam, quia iuſſu principis capitur. vel dicitur a
præcipio, quaſi præ alijs capio. facit capitu. integritas. 32.
q. 1. & 23. q. 5. ſi dicatur. & ſi eſt iuſtum præceptum, obligat
ſemper & ad ſemper, ſicut dicimus de præceptis diuinæ le-
gis, & vide in capitu. præceptum. de conſecra. diſtinctio. 1.
facit 28. q. prima. ſicut enim. & hoc operatur ratio ſubiectæ
materiæ, ſimile dicitur econtra, vt patet de verbo rogo.
11. q. 3. & ſupradixi circa principium huius clemen. Simile
etiam videmus de verbis imperatiuis, & de verbo debet,
48 quæ verba † quandoque ratione ſubiectæ materiæ neceſſi-
tatem non important, inquit glo. not. in capitulo, ſi vir. de
adulte. & traditur in l. tertia, C. de pigno. in capitu. primo.
de deſpon. impube. not. in capitu. intelleximus. de iudi. facit
glo. in capitu. attendentes. de ſtatu monacho. & in capitu. 2.
25. q. 1. not. Archidia. in capitu. quantum. quinquageſima
diſtinctio. Ioan. Andr. in capitu. propoſuit, de appella. & in
capitulo, non ſolum, de appella. eod. titu. lib. ſexto. ¶ Adde
etiam, quòd inter verbum concedo & verbum præcipio
eſt differentia tradita per glo. in capitu. cum aliquibus. de
præſcrip. lib. 6.

49 **In tex. ibi, ſimpliciter,** † Hoc verbum
quandoque ex-
ponitur, ideſt ſine difficultate, & ſic faciliter. Nam via pla-
na facilior eſt alta, iuxta illud Poetę, Facilis deſcenſus Auer
ni, ſed reuocare gradum &c. l. manifeſtiſſimi. verſicu. tales.
C. de fur. §. ſed quia. Inſtitu. de fideicommiſ. liber. ¶ Alibi
exponitur ſine duplicitate, l. prima. §. primo. ff. de vulgar. &
pupilla. & ibi Barto. Alibi ſine obſcuritate, capitu. primo. de
ſumma Trinita. 23. diſtinctio. qui epiſcopi. ¶ Alibi ſine dif-
ferentia, Inſtitu. de legi. agna. ſucceſſio. §. ſed quia. ¶ Alibi
ſine dolo & machinatione, iuxta illud Euange. Eſtote ſim-
plices vt columbæ. ¶ Alibi ſine aſtutia. ¶ Alibi ſine rigoro-
ſa ſubtilitate, capitu. dilecti. ſupra, de iudi. ¶ Alibi ſine in-
dagine & inquiſitione, ſecundum Barto. in l. fina. ff. de te-
ſtamen. tutel. ¶ Qualiter autem capiatur in hac clemen. di-
cam. infra in glo. in verbo, ſimpliciter. & de hac dictione
ſimpliciter, vide Bart. Ioan. de Imo. & Rom. in l. prima. §. ſi-
quis ſimpliciter. ff. de verbo. obligatio. Barto. in. l. prima. ff.
de vulga. & pupilla. & in extrauagant. ad reprimen. in verbo
ſummarie, in fine. Ange. in repetitione l. eam quam. C. de
fideicom. Bald. pulchre in l. prima. in princi. C. de ædil. acti.
in repetit. noua, diſtinguentem, quòd aliquando hoc ad-
uerbium ſimpliciter, refertur ad hominis diſpoſitionem, &
tunc dicitur ſimpliciter, quod habet vnum caput & non
plura, niſi illa pluralitas tacite inſit, l. prima. §. primo. iuncta
l. iam hoc iure. ff. de vulga. & pupilla. Interdum refertur ad
hominis teſtificationem, & tunc ſimpliciter dicitur, ideſt,
credibiliter, l. tertia. verſicu. ideoque. ff. de teſtib. Interdum
refertur ad hominis electionem, & tunc ſimpliciter expo-
nitur, ideſt, ſine alia adiectione, capitu. primo. de poſtula.
prælato. lib. 6. Interdum refertur ad interrogationem & re-
ſponſionem, & tunc exponitur, ideſt nullo addito, niſi id
quod ſit de natura interrogationis vel in ea comprehen-
ſum. Exemplum, interrogor an vendidi, reſpondeo ven-
didi pro decem. Iſta reſponſio mea appellatur ſimplex,
nec illa adiectio pro decem facit me non reſpondiſſe ſim-
pliciter, quia reſpondi ſecundum naturam interrogatio-
nis, immo ſi hoc non poſſem declarare, poſitio eſſet ca-
ptioſa & non cogerer reſpondere, argumen. l. ſi duo patro-
ni. §. idem Iulianus. & §. item ſi iurauero. ff. de iureiuran. Iſta
eſt elegans doctrina Bald. in dicta l. prima, quam ſibi aſcribit
Roma. in dicto §. ſiquis ſimpliciter, colum. ſecunda. Et con-
ferunt prædicta ad ſtatutum diſponens, poſitionibus vel
inquiſitionibus eſſe ſimpliciter reſpondendum, de quo per
Barto. & Docto. plene in dicto §. ſiquis ſimpliciter. & per
50 Bal. in dicta l. prima. Ange. in l. fina. C. de fur. Verum † quia
ſimplicium non mediocris eſt copia in humano genere,
ſcias quòd ſimplicitas quædam eſt columbina, quæ caret
dolo, & hæc laudanda, 7. quæſt. prima. & merito. decima-
ſexta. quæſt. prima. ſi cupis. capitu. veritatis, de iureiuran.
capitu. ex ſtudijs, de præſumptio. quia eſt innata, & hæc
aliquando excuſat & ſi non a toto ſaltem a tanto, capitu. de
Petro. 67. diſtinctio. capitu. ex tuarum, de fornic. de conſe-
cra. diſtinctio. ſecunda. capitu. ſcriptura. 80. diſtinctio. capitu.
tanta. Impedit tamen promouendum, capitu. Petrus. 39.
diſtinctio. & iam promoto prælato ſeculari facit dari co-
51 adiutorem, ſeptima. quæſt. prima. quia frater. regularis † au-
tem prælatus propter ſimplicitatem deponitur, capitu. ſi-
quis Abba. 18. quæſt. ſecunda. Alia eſt ſimplicitas, quæ dici-
tur ſingularitas quædam, quam habentes dicuntur contem-
platiui, ex qua dicitur quòd ſibi ſoli prodeſt, & ex merito
ſibi ædificat, & de iſta dici ſolet, dum ſimplicitati tantum
ſtudet, diſciplina negligitur, 11. q. prima. capitu. fratris. & ita
Stephanus prouincialis, hic & Ioan. Imo. colum. tertia.
¶ Tu adde glo. in dicto capitu. ſi cupis, dicendum quòd du-
plex eſt ſimplicitas, quædam contraria diſcretioni, & hæc
mala, quædam contraria doloſitati, & hæc bona, & de iſta
glo. meminit Roma. in d. §. ſiquis ſimpliciter.

52 **In tex. ibi, de plano.** Planum † eſt oppoſi-
tum alto, & altum
dicitur ratione loci vel ſtili. Item planum eſt oppoſi-
tum eius, quod fit velociter, ſecundum Barto. in extraua-
gan. ad reprimen. in verbo, de plano. & Petr. de Anche. hic
ſic intelligentem hoc verbum de plano, hic poſitum. Car-
dina. autem hic colum. 5. poſt Guil. de Monte Laud. expo-
nit verbum de plano, ideſt, repulſa omni ſubtilitate perni-
tioſa in refrenando multitudinem teſtium & reprobatio-
num, & in omnibus alijs planius procedendo, non tamen
omittendo ordinem iudicarium, de quo in capitu. olim, de
accuſatio. & an poſſit procedere die feriata vel in domo
ſua, vel non, ſedendo pro tribunali. glo. infra in verbo fe-
riarum, tenet quòd ſic, de quo ibi dicam, & latius in fine hu-
ius clemen. reaſſumendo dicta Barto. in dicta extrauagan.
glo. & docto. hic.

53 **In textu ibi, ſine ſtrepitu.** † De hoc
verbo ha-
betur in capitu. olim, de accuſa. in capitu. ea quæ, de ſtatu
mona. in capitu. indemnitatibus. §. ſi vero. de electio. libro
ſexto. in clement. diſpendioſam, de iudic. in capitu. fina. de
hæreti. in extrauagan. ad repri. & Innocen. in capitu. olim,
refert quoſdam dicere, quòd verbum ſine ſtrepitu, exclu-
dit omnem ſubtilitatem iudicij, quæ magis ſpectat ad or-
dinem quàm ad intentionem veritatis. Hos reprobat In-
nocent. dicens, quòd immo in omnibus debebit obſer-
uari ordo iudiciarius, quare Bartol. in dicta extraua-
gan. in verbo ſine ſtrepitu. dicit, quòd ſine ſtrepitu
idem eſt dicere, quod ſine rumore, deſcendit enim

a ſtrepo

a ſtrepo ſtrepis, quod eſt rumorem facere, ſecundùm Vgon.& ideo ſicut per verbum de plano, tollitur altitudo loci & ſtili, vt ſupra dixi, ſic per verbum ſine ſtrepitu, tollitur altitudo vocum & clamatio: hinc eſt, quòd quandoque agitur ſine ſtrepitu aduocatorum & procuratorum, capitulo finali, in princip.ſupra de hære.& ad iſta vide quæ dicit nota. gloſ. in verbo, acceptionem.

¶Ex quo infero primo ſecundùm Barto.verbum, quod in caſibus, quibus cognoſcitur ſine ſtrepitu, ſi pars dicat iudici, quod vellet illum loqui ſecreto, & in occulto, debet iudex ſe præbere: aliàs diceretur illum grauare, licet in alijs cauſis ordinarijs iudex non cogatur audire niſi palam & ante tribunal, l.iubemus.in fine. C.de ſacroſanc. eccleſ.

¶Secundo infero ſecundum Barto.quòd licèt aliàs propter abſentiam aduocati detur dilatio, l.ab hoſtibus.in fi.ex quibus cauſis maio.nor.glo.in capitulo, primo. vt lite non conteſta.hoc tamen caſu non erit danda dilatio, cum ab ea cauſa ſit remotus ſtrepitus aduocatorum: ita Barto. vbi ſupra quem ſequuntur hic Pet.de Anch.& Ioan.de Imo.colum.1.

¶Ex quibus maximè dictis in prima illatione infero tibi fortè inauditam limitationem ad dictum Specu.titu.de poſitione.§.ſeptimo. verſicu.quid ſi volens. vbi dicit, quòd ſi
54 pars † ſibilat ad aures iudicis, vel ſecum loquitur ſecretę, legitime poteſt per aduerſarium tanquam ſuſpectus recuſari, niſi quod aure audit pulchrè proferat: quod enim in aure audiris prædicare, ſuper rubri.inquit extra in capitulo, cum ex iuramento.ſupra de hære.& capitu.nolite. 11.quæſtio.tertia.quod dictum ſequitur dominus Anton.& Abb. poſt ipſum in capitu.accedens.el ſecundo.in quinta colum. vt lite non conteſta.& Roman.in ſingulari 16. ſub rubri. de iudi.pro quibus addo rationem, quia ex ſecreta locutione inſurgit præſumptio, quòd tacitè dicat aliquid, quod palam dicere erubeſcit, vt inquit Bald.poſt glo.ibi in l.Lutius. §.1.ff.de lega.1.nam certè vbi cauſa eſſet ſine ſtrepitu tractanda, per talem admiſſionem ad aures & locutionem ſecretam non videtur iudex poſſe recuſari, ex quo natura cauſæ requirit, quod iudex ſic ſe parti exhibeat, vt ſupra dixit Barto.quod perpetuo tene menti, quia noua eſt conſideratio mea: & adde glo.in capitu.debeo, ſupra de teſtib. dicentem, quòd ille, cui ſecreta cauſæ pars reuelauit, non poteſt per illum tamquam ſuſpectus recuſari, quoniam tenetur ſecundùm allegata & probata iudicare, & non ſequi conſcientiam, iuxta plenè notata in capitulo, paſtoralis. de offic.delega.

55 **In tex.& figura.** Aduerte, quia † quandoque conſideramus factum iam factum, quandoque prout eſt in fieri. ¶ Primo caſu figura dicitur apparens forma, ſeu ſpecies cuiuſcunque rei, ſub qua figuratur, l.non figura. ff.de actio. & obligatio. & ita glo.hic in verbo, exhibet. & hoc verum in figura rei corporalis, l.fina.C.de edi.diui Adria.tollen. capitu.inter dilectos.de fide inſtrumen.capitu.licet, de crimine fal. melior text.de iure in l.quotiens aliquis.ff.de verborum ſignifica.

¶Figura autem rerum incorporalium dicitur ipſarum natura, vnde dicitur figura actionis, ideſt ipſius natura, C.de rei vxo.actio.l.prima.§.ſin autem.ibi, vnde figura &c.

¶Secundo caſu conſiderando factum prout eſt in fieri, ſeu actu faciendi, dic quòd iſtius figura eſt ipſe ordo faciendi: hinc eſt, quòd dicunt Grammatici, cuius figuræ, ſimplicis, quia ſimpliciter profertur. ecce quòd ideo, quòd actus proferendi eſt ſimplex, dicitur figuræ ſimplicis in propoſito: ergo licet verbum, iudicium, capiatur multis modis, de quibus per Ioan. Mona. in regula in iudi.lib.6.& gloſ.in §. præterea.Inſtitu.quibus modis teſtamen.infirmen. per Docto.in rubrica ſupra de iudi.tamen hic capitur pro actu examinationis & diſcuſſionis cauſæ: vnde licet figura iudicij ſit, quòd partes iudicij ſint factæ ſecundùm debitum ordinem & debitam propoſitionem, ex quo figura iudicij capit
56 eſſe & ſubſtantiam: quod probatur, quia † ſi ordo non ſeruatur iudicium eſt nullum, l.prolatam.C.de ſent.& inter. §. diffinitiua.ſecunda quæſtione ſexta, tamen per hoc verbum ſine figura. in commiſſione appoſitum tolluntur ſubſtãtialia iudiciorum prout verbum ipſum importat, vt hic glo.in verbo, ſine figura. & ſi dicas, ergo ſublatis ſubſtantialibus nullo modo erit iudicium, quia res ſine ſubſtantia ſtare non poteſt, l.obligationum ſubſtantia.ff.de actio. & obligatio. capitu.detrahe.prima quæſtione prima. reſpondeo, quod cum in hoc iudicio ſine figura non tollantur ſubſtantialia inducta a iure naturali, vt dicetur infra in glo.ſine figura, ſed ſolum inducta a iure ciuili: in veritate erit iudicium, licet extraordinarium, cum ab ipſo ſubſtantialia iuris ciuilis ſint ſublata. Ex quibus infert, quòd iudex in hoc caſu non aſtringitur ad aliquas formas iuris ciuilis, & ſolum tenetur ſeruare inducta a iure gentium, ſeu naturali ratione: & ſic erit intelligenda glo.hic in verbo, exigit, dicens quòd iudex non aſtringitur ad aliquas regulas formas, vel figuras iudiciorum, niſi quatenus in hac Clement.exprimatur, quia hic expreſſa magis reſpiciunt figuram negocij vel cauſæ, quàm iudicij: licet hæc Clement. aliqua addat. & ita reſidet Barto. in dicto verbo, ſine figura, & Ioan.de Imo.hic colum.prima.& Petr.de Anchera.in tertia. chat.verſiculo, quinto principaliter. Et conferunt prædicta ad quæſtionem, quòd remiſſa ſolemnitate iuris, non dicitur remiſſa ſolemnitas iuris gentium, vt ſupra dixi ex mente Barto.& eſt gloſ.& Cyn.poſt eam not. in l.milites. C.de teſtamen. milita.not.Barto.in l.ambitioſa.ff.de decre. ab ordin. facien.& in proęmio C.& in l.filiusfamil. ff. de donatio. facit quod not. Bald.in l.fina. C.ſi contra ius. & quæ dicam infra in §.non ſic tamen. verſicu.quid autem ſi dicatur quòd poteſtas procedat ſine vlla ſolemnitate, vbi latius tangam.

57 **In text. ibi, huiuſmodi.** Hæc † dictio reſtrictiua eſt reſpectu præcedentium, gloſ.eſt nota. in capitulo fina. §. huiuſmodi. de iudic.libro ſexto. bon.text.quem ibi ponderat Hoſtien.& Abb.poſt alios, colum.ſeptima, in capitulo, veniens. de præſcript. ¶ Idem dicimus de dictione taliter, inquit gloſ. in verbo, taliter. in capitulo, eos. de tempor.ordin.libro ſexto. Idem de dictione, vt præmittitur, gloſ.not.in Clement.ne in agro.§.abbate.de ſtatu monacho.& glo.in capitu.cupientes.§.ad hæc. vbi ita colligit Domin.de electio.in ſexto. Et idem Domin.in cap.a.de reſcrip.eodem libro.

58 **Nota primo.** † Ibi, ſignificationem, quòd attendi debet ſignificatio verbi: concordat capitulũ, præterea. capitulũ, intelligentia. de verborum ſignificatio.l.non aliter.ff.de lega. tertio. Verba enim ſecundùm Paul.hic ſunt inuenta, non vt homines ſe inuicem decipiant, ſed ad proprias eorum cogitationes in alterius noticiam deducendas, capitulo, his autem. vigeſimaſecunda quæſtione ſecunda.l.Labeo. circa finem. ff.de ſuppelect.leg. merito igitur ſi ſunt dubia, vel non bene intelligibilia, declarari debent, & ſi nullo modo intelliguntur, habentur pro non ſcriptis, l. ſecunda. ff. de his quæ pro non ſcrip. habentur. Mens † tamen potentior eſt verbis, dicta l. Labeo. in fine. Et ideo verba impropriantur, vt menti deſeruiant, vt dictum eſt ſupra circa principium, & plenè tradidit Feder.in conſi.13. quod incipit, Titius percuſſit, per iura veteris & noui teſtamenti canonica & ciuilia probatur, quod mens ſit attendenda. de quo per Roman. in conſil. 179. colum.tertia. & Bald.in capitulo, ex parte. colum.penult.de appellatio.vbi pulchrè dicit, quòd acumina verborum relinquuntur pertinacibus, ſenſus ſapientibus, allegat not.in l.ſecunda. ff.de conſtitu. pecunia. Oportet tamen, quòd iſta mens appareat vel colligi poſſit ſecundùm gloſ.quæ concor.alleg. in dicto capitulo, intelligentia. & in capitulo, præterea. de verborum ſignificatio. l.ſemper in ſtipulationibus. ff.de regul.iuris. ¶ Colligi autem ſecundùm Petr.de Anchera.in repetitio.capi.canonũ ſtatuta. colum.trigeſimatertia. & ſequen. verſicu.circa tertium caſum. & verſiculo, item circa iſtam mentem. & verſicu. ſequen. poteſt ex pluribus. Primo, ſi proprius ſenſus continet iniquitatem. Secundo, quando ratio legis repugnat. Tertio, ſi repugnat vſus loquendi, vt ibi per eum: & adde, quòd etiam cauſa honeſtatis ſeruandæ receditur a propria ſignificatione, ſecundùm gloſ. & Ange. in l.tertia.§.parentes. aliàs §. prętor ait. ff.de in ius vocan. ¶ Quod tamen dictum eſt menti præferendum, procedit quando verba ſecundum propriam vel impropriam interpretationem, ſeu ſignificationem poſſunt conueniri, aliàs ſecus, gloſſa eſt notanda in l. in ambiguis. ff. de rebus dubijs, dum ſoluit contrarium dictæ l. non aliter. Ad quod facit bonus text. in l. ſi alij. ff. de vſufruc. lega. per quem Bald.in capitulo primo, de controuer. inueſt. dicit, quòd neceſſarius intellectus ſcripturæ pferẽdus eſt cuicunq; mẽti:

59 facit etiam, quia † vbi verba non patiuntur, non fit inter-
pretatio, vt not.in cap.cum tu. de teſtib. debet enim inter-
pretatio eſſe probabilis & conſueta, alias non fit, ſecundum
glo.& Bald.in l.penult.ff.de legat.1. & alibi dicit text in re
dubia melius eſt verbis edicti ſeruire, l.prima.§.ſi is qui na-
uem. ff. de exerc. not. gloſ.in dicto capitulo, præterea.
¶ Item ſecundo procedit, qñ mens eſt iam deducta in diſpo-
ſitione: ſecus vbi mens nondum tranſiuiſſet ad diſpoſitionē,
quia tunc non ſufficit velle, niſi diſponat, exemplum & text.
habes in l.quidam cum filium.ff.de hæredi.inſtit.& ita colli-
git ibi Bald.& has duas limitationes ponit D. Alexan.in l.ſi
quis filium.in fi.C.de liber.præter. Et ego de materia latius
dixi in repetitione capituli, quamuis.de pact.lib.6.col.ante-
penult.& ſequen.¶ Aduerte tamen ſecundùm Guil.& Car-
din.hic, colum.8. quòd verbum accipitur pro reuelatione,
ſeu indicatione: nam per verba vel æquipollentia, puta ſi-
gna, conſtare poteſt de intentione hominis, capitu.tuæ. de
ſponſa. Clemen.ſi ſummus, de ſenten.ex communi.verbum
etiam quandoque adijcit & auget quod figurat: patet in il-
lis verbis prolatis a ſacerdote, Hoc eſt enim corpus meū &c.
Et in illis, Ego te Baptizo, In nomine patris &c. capit.vni-
co.de ſacr.vnctio.capit.detrahe, 1.quæſtio.1. patet etiam in
incantationibus, vbi dicuntur verba diuina, 26.quæſt.vlti.
per totum. & ad hoc inuentus eſt ordo exorciſtarum: nam
60 † exorciſta græcè, latinè dicitur adiuuans, quia debet dæ-
moniacos & alios infirmos iuuare, 51.quæſtio.1.§.1.23.di-
ſtin.exorciſta.vnde in Euangelio dicitur, Super ægros ma-
nus imponent. hinc eſt, quod ſuper febricitatem ponun-
tur verba iſta, Et curatur vulneribus quinis, ſuberabe
me Chriſte ruinis, vulnera quinque Dei ſint medicina mei.
...us tamen omnipotens aliter vtitur ſignificatione verbi,
...a ipſe dixit & facta ſunt, & eius ſermo eſt penetrabilior
omni gladio: facit quod notat Inno.in cap.præterea. de ap-
pel.ſecundùm Guil.& Cardinalem hic.

Secundo nota Ibi, & qualiter, quod hic con-
tendebatur ſuper ſignificatione
horum verborum ſimpliciter &c. & ſi dicas, iſte text.eſt ſu-
perfluus contra procemium Clemen.& 6.nam ex quo con-
tentiu in nullo alio erat niſi reſpectu modi procedendi, fru-
ſtra Papa ſubdit iſta verba, & qualiter. Reſpondet Pau.ſtan-
dum contrario, & ideo exponit copulam, & pro.i. Ex quo
61 † infero, quòd ratione ſuperfluitatis euitandæ copula re-
ſoluitur in expoſitiuam & ſic impropriatur, cùm propria
natura copulæ ſit copulare, inquit glo.in cap. cupientes. §.
denique.de elect.lib.6.& glo.pen.in cap.1.de poen. eod. lib.
quas ibi ponderat Domi.facit quod not.domi. Anto. in re-
pet.cap.veſtra.de cohab.cler.col.6.

62 Tertio nota Ibi, poſſibile.† quod ignoſcitur Pō-
tifici, ſi omnia dubia noua non de-
cidit, quoniam tamquam homo illa omnia præuidere non
poteſt, ſecundùm Pau. Et ideo ſufficit ſi faciat quod poteſt,
c.Epheſis.43.diſt.47.diſt.c.ſi.

63 Quarto nota † Ibi, de iure, quòd illud dicimus
poſſe, quod de iure poſſumus.capi
pitu.faciat homo.vbi bona glo.vigeſimaſecunda quæſtione
ſecunda.l.filius.ff.de condictio.indebiti. vbi Papinia.iuriſ-
conſultus pulchre inquit: nam quæ facta lædunt, pieta-
tem, æſtimationem, verecundiam noſtram, & vt genera-
liter dixerim, quæ contra bonos mores ſunt, nec facere nos
poſſe credendum eſt. Et aliquid nos poſſe intellige, quod
poſſumus de iure communi, non autem iure ſpeciali, quia
id, quod quis poteſt iure ſpeciali, non debet eſſe in conſide
ratione, text.eſt in l.quarta.ff.de fideicommiſ.liber. & bene
in propoſito dixit gloſ.iuncto text.in l.fina.ff.de condictio.
64 indebi. quod quis † non dicitur poſſe id, quod poteſt per
remedium reſtitutionis in integrum, not. Barto.in l.prima.
in princip.ff.de vulga.& pupilla. Secundo dixit glo.in capi-
tu.gratia.ſupra de reſcrip.libro ſexto. idem eſſe de eo, quod
quis poteſt iure diſpenſationis, quod etiam tenuit gloſ.in
capitu. ventum eſt.prima quæſtione prima. Tertio facit di-
ctum Innocen.in capitu.paſtoralis.de cauſa poſſeſſio.dicen-
tis, quòd non dicitur poſſe fieri, quòd fit per remedium
extraordinarium: allegat dictā l.quartā. & Innocen. ſequi-
tur ibi Abb.in fine.& idem Abb.in capitu.ſuper eo, de ſen-
ten.excommuni.& in capitu.ex parte M.de reſtitutio.ſpo
liato.in 3.colum.& in capitu.quòd Dei timorem, de ſtatu
mona.in 3.colum.ſequitur Bald.in capit.domino guerram.
in titulo, hæc finitur lex incip. conſue. Hinc dixit Petr. de
Ancher.in capitu.primo. libro ſexto, de electio. quod non
eſt ſperandum id, quod alicui iure ſingulari poteſt obueni-
re, per dictam l.4. & l.apud Iulianum.§.fina.de lega.primo.
Hinc etiam dixit Roman.in conſi.325. quod incipit, Quo
65 ad primum, colum.fina. quòd † conſtitutio quantumcun-
que generalis generaliter diſponens: nunquam præſumitur
cogitaſſe de eo, quod cauſari poteſt per implorationem of-
ficij ſecularis, per text.in dicta l.quarta. & in l.ſecunda. §.ſi
bonorum.ff.ad Tertullia.quos text.ad hoc alleg. glo.ſuper
verbo repudiauit.in l.ſecunda.§.expectādi.ff.de bono.poſ-
ſeſſ.ſecundum tabul.& ad omnia prædicta facit ratio, quia
cum diſpenſare, ſeu reſtituere dependeat a voluntate ſupe-
rioris, videtur adeo difficile, quod cenſetur impoſſibile,
dicta l.apud Iulianum.§.fina.prædictis etiam accedat quod
notat Barto.& ſequitur Ioann.de Imo.in l.quamdiu. la t.ff.
de acquiren.hæredita. dicens, l.illam diſponentem, quòd
quandiu poteſt habere locum inſtitu.non vocatur ſubſtitu-
tus, non procedere vbi inſtitutus poſſet venire per reme-
dium reſtitu. ſiue reſtitutio concedatur a prætore viuen-
te, ſiue ipſo iure, per dictā l.quartā.quod eſt diligenter mē-
ti tenendum. Et ſi dicas contra prædicta facere text.in cap.
licet epiſcopus, de præbend.libro ſexto.probantem, quòd
immo ea quæ ſolum poſſunt competere iure ſpeciali, ſunt
in conſiderarione: nam ibi dicitur, quòd ob beneficium
incompatibile datur poteſtas retinendi primum, ita quòd
poſſeſſio primi non poſſit alij concedi niſi illo citato: & tū
conſtat, quod retinere poteſt, cùm ſecundum non poterat
niſi ex diſpenſatione, capitulo, de multa, ſupra de præben.
¶ Reſpondeo, quòd primo facultas retinendi primum po-
terat aliquo caſu iure communi competere, per text.in ca-
pitulo, ſi tibi conceſſo. de præben.libro ſexto. & ita ſoluo
dictum contrarium, quod mouet Petrus de Ancher. in di-
cto capitulo, licet epiſcopus. licet non ſoluat. Et ex præ-
dictis infert Domi.in dicto capitulo, gratia. ad quæſtio.
66 quòd ſi teſtator † mandarit ædificari eccleſiam, quæ non
poteſt ædificari ſine voluntate Papæ: quòd iſta erit iuſta
cauſa commutandi legatum in alium pium vſum, argum.
capituli, nos quidem. ſupra de teſtamen.& eorum quæ no.
in l.legatum ciuitati.ff.de vſufru.lega.de quo per Barto. &
Docto.in l.apud Iulianum. §. fina. Et prædicta diligenter
memoriæ commenda, quia alibi ita ordinate non inuenies.
Et adde l.in continuis. §.cum quis.ff.de verborum obliga.
not.in regula, ſemel adeo.libro ſexto, &c. ¶ Id tamen, quod
ſupra dixi, quod prouenit iure ſpeciali, non eſt in conſide-
ratione, per iura præalleg.voluit Barto.in l.fina. C.de ſen-
ten.paſſ. ¶ Item quod dixi, id quod dependet a voluntate
principis cenſeri impoſſibile obtineri, limita ſingulariter
non habere locum in his, quæ de facili princeps vel ſu-
perior ſolet concedere: nam iſta bene ſunt in conſidera-
tione: immo imputandum eſt non impetranti, text. eſt
nota.in l.ſed ſi per prætorem. verſicu.ſed nec ad eos. ibi,
quoniam aditus poterit permittere. iuncta gloſ.ibi, quæ
exponit, ideſt permiſiſſet de facili.ff.ex quibus cau. maio.
l.tertia.§.quid ergo. Ibi, ſiquidem non poſtulauerit a præ-
tore.ff.de contra.iudi.tut.in l.prima.§.permittitur. ibi, im-
poſſibile. & ibi, indubitate impetrat. ff.de aqua quotid. &
æſtiua.in l.penulti.ff.de cada. puni. ibi, & multis petenti-
bus hoc ipſum indulxit, in l.prima. §.& parui. verſicu.præ-
termittere.ff.ſi quis omiſ.cauſa teſtamen.ſicut econtra non
imputatur ei, qui non impetrat quod de facili concedi
non ſolet, l.qui cum maior. verſicu.ſed minor. ibi, alterum
non facile impetrat.ff.de bo.lib.l.ſecunda.§.tractari. verſic.
aut hoc imputatur. ff. ad Tertullia. & ita pulchrè reperio
dixiſſe Roman.in l.ſecunda.ff.de re iudicata, in charta 16.
ſed fuit originalis conſideratio Franc.Tigri.in dicta l.apud
Iulianum. §.fina.cuius non meminit Roman.vbi ſupra. Ac-
cedat prædictis, quòd ille dicitur actum non poſſe face-
re, etiam ſi diligentiam apponat: ſecus ſi ex diligentia
poſſet remoueri impedimentum: caſus eſt nota.& ibi Bal.
in l.quibus diebus, in principio.ff.de conditio. & demon-
ſtratio.bonus text.in capitu.primo. in verbo, mora.ne ſe-
67 de vacan.libro ſexto.vbi dicitur, quòd † epiſcopus, qui eſt
ſuſpenſus, ſi eſt negligens in petenda abſolutione a ſuſpen-
ſione, per negligentiam non dicitur amplius impeditus con
ferre beneficium, ſed potius nolle vel negligere: & ideo de-
uoluitur poteſtas ad capitu.quem text. ad hoc ponderauit
Aret.in capitulo, teſtimonium.in 6. colum. de teſtib. facit
quod notanter voluit Bald. in l.prima. C. de his quæ pœ-
næ

næ nomine.ſequitur Pet.de Anche.in reg.nemo poteſt.lib. 6.colum.2.vbi dicit, quod d.l.apud Iulia.§.ſi.loquitur in diſpenſatione incogitabili, vt ibi per eum.

68 Quinto nota † Ibi, amputandum.materiam dilationum eſſe amputan̄.l.2.C.de temp.ap.boni enim iudicis eſt lites abbreuiare, l.quidam æſtimauerunt.ff.ſi cert.petat.l.properandum.in princ. C.de iudi.cap.finem litibus.de dolo & contu.quod maxime procedit in ſummarijs, in quibus iudex ad hoc tenetur ex præcepto, vt hic, & ideo ſi non facit, peccat mortaliter.14.q.1.quod præcipitur.25.q.1.violatores. non tamen debent iudices adeo abbreuiare, quòd incurrant inordinatam celeritatem, cap.exhibita.ſupra de iudi.cap.fina.de elect.in 6.ſecundum Pau.& Card.hic in 1.colum.& facit quod in ſimili pulchre inquit Domini.poſt Lapum in capit.fina.de verbo.ſignifica.in 6.dicens, quòd licèt ſit ſtudendum breuitati vt ibi, & iuxta illud, gaudent breuitate moderni.l.1.iuncta glo.ff.quod metus cauſa, non tamen eſt adeo ſtudendum breuitati, quòd inducatur obſcuritas, nam Hieronymus ſuper Iſaiam belliſſime inquit ſic ſtudendum eſſe breuitati, quod nullum damnum fiat intelligentiæ. de quo, ſcilicet, an & quando ſit vtendum breuitate, diſputat in epiſtola 20. quæ incipit, Frequens mihi diſputatio eſt, Gaius Plinius ſecundus. Et tunc text. dicentem, iudicem debere & poſſe amputare dilationes, intellige ſine dubio procedere in ar-
69 bitrarijs dilationibus. † Nunquid autem poſſit cæteras dilationes legales abbreuiare moderare vel prorogare, materia eſt difficilis & multum diffuſa, de qua per glo.in authen.offeratur. C.de li.conteſta.in authen.qui ſemel. C.quomodo & quando iudex, in capitu.cum ſit romana.de appella.§.ſancimus.in Authen.de exi.& introdu.re.collat.5.per Cyn. in l.1.C.de dilationibus.per glo.in capitu.cupientes.§.quod ſi per 20.de electio.in 6.in capitu.quia.in verbo, octo dierum.de excep.in 6.per Barto.& Docto.in l.2.ff.de re iudic. per domi.Ant.in capitu.præterea, de dila.per Abba.in c.1. eo.titu.per glo.& Dy.in regula, induitum.lib.6.Bal.in l.iubemus.C.de iudi.in l.ſi ea.C.qui accuſ.non poſſ.per Ange. in l.ad peremptorium.ff.de iudic. Petr.de Anche.in cap.canonum ſtatuta.colum.154.de conſtitu.Bald.in l.1.C.de requi.re. Innocen.in capitu.ad petitionem.de accu. Roma.in conſi.497.& in conſi.76.& plenius in l.2.ff.de re iudic. Alibi etiam de hac materia traditur per Docto.vt infra in illius diſcuſſione apparebit. Et licet hanc materiam non tangant hic Docto.cum tamen conueniat multum bene huic conſtitutioni, ſitque vtilis & quotidiana, ſtatui illam hic tractare. ¶Pro cuius claritate & intelligentia procedendo per modum doctrinæ, diuido materiam ipſam in quatuor articulos principales. ¶Primus erit, quid ſit moderare, & qualiter hoc verbum capiatur ſeu intelligi debeat. ¶Secundus, an partes communi conſenſu vel alterius ipſarum tantum poſſint dilationem legalem moderare. ¶Tertius, an iudex vel ſuperior hoc poſſit authoritate ſui officij vel ſuperioritatis. ¶Quartus, qualiter fieri debeat talis moderatio.

70 Circa primum † Principalem articulum conclude hoc verbum moderare, capax eſſe comprehendere tam augmentum quàm diminutionem, capitu.fina. ſupra.de verbor.ſignificatio.ipſius tamen verbi natura eſt potius ſignificare diminutionem quàm augmentum, vt ibi notatur, & ſequitur Roma.in l. 2.colum.fina.ff.de re iudica. ¶Tu adde ad hoc text.& glo. in verbo moderandum.in capitu.ſtatutum.de præben.lib. 6.& an habens poteſtatem moderandi, poſſit in totum tollere, dicam infra. in tertio articulo principali, & de differentia inter modificare, corrigere, mutare, detrahere & diſpenſare, vide plene per Cardi.& Ioan.de Imo.in clemen. ne romani.vbi bonus text.in princip.de elect.& aliquid per Domi.in capitu.1.§.fina.de ſepult.in 6.& per glo.in capitu. ſuper quæſtionum.de offi.delega.differentiam etiam inter abrogare & derogare, ponit glo.in §.1.4.diſtinct.inter corrigere & reprobare, an ſit differentia, vide per glo.& Card. in cle.ſtatutum.de electio.

71 Circa ſecundum † Principalem articulum quæro primo, an inſtantia triennij in ciuilibus, vel biennij in criminalibus ſtatuta a iure ad perficiendam litem, l.properandum.in princip.C. de iudic.l.1.C.vt infra certa tempora. poſſit conſenſu partium prorogari: Et glo.in dicta l.properandum.in verbo triennij.& in l.ſecunda verſicu.ſed & iudex.ff.de iudic.te-
72 net quòd non, quia † dicta inſtantia reſpicit publicam vtilitatem, cuius intereſt lites non eſſe immortales ſed cito finiri, dicta l. properandum. plurimum enim turbatur reſpublica ex litibus ſubditorum, l.ſi quis ingenuam.§.in ciuilibus.ff.de capti.ergo partes non poſſunt huic fauori introducto ad publicam vtilitatem derogare, l.ius publicum. ff.de pac.l.ſecunda.§.ſed quia veremur. C.de iuramen.calum.capitu.ſi diligenti.de foro competen.& pro hac ſententia videtur text.in l.prima.circa fi. C.vt infra certa tempora.& in dicta l.properandum.in fi.princip.& in clemen. quamdiu.de appella.quod ampliat Roma.in dicta l.ſecunda.colum.10.procedere, etiam ſi talis conſenſus partium ſit
73 iuramento firmatus, quia † iuramentum non firmat actum geſtum contra publicam vtilitatem principaliter, dicto cap. ſi diligenti.not. Barto.in l. Seius & Augerius.ff.ad l.Falcid. & in l.ſi quis pro eo.ff.de fideiuſ.& in terminis hoc voluit Barto.in dicta l.ſecunda. Tu autem conſidera & pondera text.in dicto §.in ciuilibus.probantem, quòd immo fauor finiendarum litium reſpicit principaliter vtilitatem priuatam, ſecundario publicam, quo fit, vt iuramentum firmare debeat actum contrarium huic vtilitati publicæ ſecundario, per ea quæ not. Barto.in dicta l.Seius.& in dicta l.ſi quis pro eo. Secundo prædictam ſententiam amplia procedere non ſolum in inſtantia ſtatuta a lege, de qua ſupra ſed etiam in taxata a ſtatuto cauſæ principali in breuius tempus, puta quòd omnes cauſæ debeant infra ſex menſes expediri, quoniam hanc inſtantiam partes prorogare non poſſunt, ſecundum Bald.in extrauagan.de pace Conſtan.in verbo, de cauſis, & Ioann.de Imo.in capitulo, de cauſis. de offi.delega.& in l.4.in princip.ff.de dam.infect.facit ratio, quia talis inſtantia ſtatuti quamuis breuior ſucceſſit in locum inſtantiæ iuris communis, ergo debet ſapere eius naturam, argum.l.ſi eum.§.qui iniuriarum.ff.ſi quis cau.& capitu.eccleſia.el primo.vt lite penden.hanc etiam ſententiam tenet Ioan.And.in addi.Spe.titu.de appel.§.nunc breuiter.verſicu.illud.referens ſic tenuiſſe Marſili.& Ricard. Malumb.vbi tamen cum committeretur per delegantem finienda infra minus tempus quàm ſit tempus iuris vel ſtatuti, poſſet tale tempus a delegante datum prorogari vſque ad tempus naturale inſtantiæ iuris communis vel ſtatuti, per text.in dicta l.ſecunda.verſicu.ſed ſi iudex.ſecundum Ioan. Andr.in dicta addi.aſsignantem rationem differentiæ inter terminum præfixum a ſtatuto & præfixum a delegante, quia delegans moueri non potuit ad ſtatuendum talem terminum, niſi ex aliqua ſpeciali cauſa reſultante ex his, quæ partes geſſerunt, & ſic reſpiciendum partes ipſas. non ergo mirum, ſi partes poſſunt illud prorogare. ſtatutum autem ſolum conſiderauit generalem occaſionem, ſcilicet, odium litium, igitur &c.partes enim non poſſunt paciſci, quòd lex municipalis non habeat locum in ſua cauſa, l.nemo poteſt.ff.de lega.1.¶Et idem dicas, quando tempus eſſet per delegantem præfixum iuriſdictioni, verbigratia, Iudex delegat cauſam terminandam infra decem annos, partes non fuerunt litem conteſtatæ per nouem annos, in 10. anno conteſtantur, certè voluntate partium poterit prorogari vltra decennium, dummodo inſtantia non excedat terminum taxatum a iure vel ſtatuto, per d.§.ſed ſi iudex, ſecundum Docto.in dicta l.properandum. vbi Saly. fuit in noua opinione, putat enim per d.§.ſed ſi iudex.intellectum vt ſupra, quod inſtantia taxata a ſtatuto poſſit prorogari vſque ad ſuam naturalem vitam triennij, niſi a ſtatuto inhiberetur prorogatio, pro qua opinione facit, quia lites non fiunt immortales, & ſic in eis ceſſat ratio dictæ l.properandum. Item dictum ſtatutum non cenſetur editum ob hoc, ne lites fierent immortales, quia iam per l. prouiſum erat, ſed propter alias vtilitates ſubditorum, ergo prorogari poterit vſque ad triennium. Non eſt tamen recedendum a communi ſententia, quia ad argumenta Salyc.patet reſponſio, primo quia ſtatutum imitans ius commune ſtatuit terminum, ne lis efficiatur immortalis, & iudicauit effici immortalem, niſi in tempore ſtatuto finiatur, ſicut iudicauit ius commune, niſi in triennio expediatur, cum igitur ſtatutum præfixerit terminum ob publicam vtilitatem, argum.dictæ l.properandum.in princip.& odio litium, vt ſupra.meritò conſenſu partium non poteſt proro-
74 gari, per ſupradicta. Prædicta tamen † communis ſententia fallit in caſibus, in quibus perempta inſtantia perit ius actoris, vt in actione de dolo, quo caſu inſtantia conſenſu

partium

partium poteſt prorogari, ſecundum Bart.in dicta l.ſecũda, circa ñ.princip.de re iudica.pro quo facit ratio, quia ſicut ea ratione, quòd perijt ius partis, poteſt inſtantia cauſæ appellationis conſenſu partium prorogari, vt infra dicam: Sic pari ratione debet poſſe inſtantia principalis prorogari, argum.l.illud.ff.ad l. Aquil.capitu.translato.de conſtitu. Ex quibus infero, quòd in caſibus, in quibus vel diſpoſitione iuris vel ſtatuti non poteſt appellari, in eiſdem poſſet inſtantia cauſæ principalis per partes prorogari,
75 quod eſt notandum. ¶ † An autem poſſit dari modus, per quem inſtantia principalis poſſit prorogari. Quidam conſulebant, quòd partes promittant non allegare peremptionem inſtantiæ. hoc reprobat Bart.in dicta l.properandum. quoniam licet pars non alleget, poterit iudex ſupplere, cum concernat publicam vtilitatem, l.ſecunda, §.ſed quia veremur. C.de iura.calum. Ideo dicit, quòd nullus alius modus eſt, niſi quòd inſtantia renouetur per partes repetendo vnico momento omnia acta, quia dicet actor, libellum, quem tibi alias obtuli, nunc offero. Reus dicet, & ego reſpondeo, vt iam reſpondi, & ſic fiet de ſingulis actis, mouetur per glo.in l.quæ omnia.in princip.& in l.mutari.ff.de procura. idem tenet Bart. in l. Seius & Augerius. ff.ad l. Falcid.& in l.ſiquis pro eo.in ſecundo membro.ff.de fideiuſ.cui addit Rapha.Fulgo.in dicta l.properandum.quòd in d.repetitione actoris requiritur ꝯſenſus iudicis,& iſtud non eſt proprie prorogare inſtantiam, ſed nouam inchoare. Idem voluit Ioan.de Imo.in capit.de cauſis.de offi.delega. Alibi tamen do. Anto.in capitu.penul.de iudi.dicit forte hanc cautelam Barto.non eſſe tutam, cum ſint aliqua acta iudicialia, in quibus requiritur formalitas, ergo non ſufficit iſta generalis reiteratio, argum.capitu.clericus.de iureiur.do.Anto.ſequitur Abba.in dicto capitu.penul.colum.9. addens rationem, quia ſecundum practicam Barto.de facili illuderetur inſtantiæ iuris communis vel ſtatuti. Sed ſaluando Barto.ex mente Moder.in dicta l.properandum.poteſt dici, quòd in d.capitu.clericus.non interuenit nec fuit reiteratio, ſed is, qui primo iurauerat, voluit primum iuramentum ad nouum ſtatutum extendi, quod fieri non poteſt, ſed in caſu Barto.omnia ſunt reiterata per relationem vnius ad aliud, quod idem eſt, ac ſi ſpecifice eſſet reiterata, argumen.l.certum.ff.ſi cert.peta.l.vbi autem non apparet.§.ſecundo.ff.de verbo.obliga.l.a ſe toto.ff.de hæredi.inſtitu.ſed certe iſta reſponſio, licet colorata & tollat argum. dicti capitu.clericus.non tamen tollit rationem Abb.cogita.¶ Sed quid ſi cauſa principalis cõpromittať, an durante compromiſſo currat inſtantia iudicij iam intentati? Videtur quòd non, per text.in clemen.quandiu.de appel.& in
76 authen. ſi tamen. C. de tempo. appellatio. Item † quia tempus non currit ei qui ſemper litigat, l.contra maiores.de inoffi.teſtamen.l.intra vtile.in princ.ff.de mino.& ita Barto. in dicta l. properandum. in princip.contrarium tenet ibi Barto.& Alberi. in dicta authen.ſi tamen. Specu.de offi. delega.§.reſtat videre, verſicu.ſed nunquid de tempore.& ibi Ioan.And.in addi. Pau.de Caſt.& Saly.in dicta l.properandum.& reſpondet Saly.ad argumen. Bal.& iura per eum allegata, quòd loquuntur vel in cauſa appellationis, vel vbi ius & actio perijt. Sed in cauſa principali ſolum perijt inſtantia & non ius, vt ſæpè dictum eſt, igitur &c.
77 ¶Secundo † quæro, eſto quòd regulariter partes non poſſint prorogare inſtantiam principalem, vt ſupra dictum eſt, an illam poſſint abbreuiare? Conclude quòd ſic, quia ſi poſſunt abbreuiare tempus inſtantiæ cauſæ appellationis, vt ex text.ſingu.in l.fina.§.fina. C.de tempo.appel. Ibi, vel vllum fatale obſeruare.fortius poterunt diminuere tempus primæ inſtantiæ, in qua non imminet tantũ periculum partibus, cum perempta inſtantia cauſæ principalis remaneat partibus ius deducibile in cauſa appellationis, l.per hanc. C.de tempo.appella. Præterea ideo non poteſt prorogari, quia læditur publica vtilitas, vt ſupradictum eſt, per diminutionem non læditur, ſed augetur fauor publicus, igitur &c. Et ita reſidet Roma.in dicta l.ſecunda.de re iudica. colum.13.cui adde idem tenere Cyn.in authen.ei qui. C.de tempo.appella. Bald.in l. Centurio.ff.de vulga.& pupilla. Ioan.de Imo.in capitu.de cauſis.de offic.delega. ¶ Tertio
78 † quæro, an tempus anni vel biennij ex cauſa conceſſum inſtantiæ cauſæ appellationis poſſit conſenſu partium prorogari? Quæſtio eſt difficilis, quam ponit Bald.poſt Cyn.in dicta authen.ei qui.& Bald.in l.fina.§.fina.C.de tempo.appella.& in extrauagan.de pa.Conſtan.in verbo, in cauſis. Ioan.Andr.in addi.titu.de appella.§.nunc breuiter.verſicu. licet autem. dominus Anto.in capit.ex ratione.de appella. & ibi Ioan.de Imo.in 3.colum.& etiam Abba.in 4.colum. ¶ Et primo videtur quòd ſic, quia poteſt prorogari tacite, ſcilicet per compromiſſum in arbitros, quo durante non currunt fatalia, authen.ſi tamen. C.de tempo.appella.clemen.quandiu.de appel.ergo pari ratione poterunt expreſſe partes prorogare.¶ Secundo probat text.in dicta l.ſecunda, §.ſed ſi iudex.ff.de iudi.& in dicto capitu.de cauſis.vbi tempus limitatum a delegante ad finiendam cauſam appellationis poteſt prorogari, ergo fortius poterit prorogari tempus a lege taxatum, quia mitius † agitur cum lege quàm
79 cum homine, l.Celſus.ff.de arbit.¶ Tertio inſtantia cauſæ principalis non poteſt prorogari, quia remanet ius partibus deducibile in cauſa appellationis, dicta l.per hanc.ſed iſta ratio ceſſat in cauſa appella.poſt cuius lapſum remanet firma prima ſententia, nec vltra quæri poteſt, dicta l.fina.§. fina.& dicta authen.ei qui.ergo facto partium debet poſſe prorogari. Simile videmus, quòd eadem ratione per compromiſſum non poteſt prorogari inſtantia principalis, licet prorogetur inſtantia appellationis, dicta authen.ſi tamen. & dicta clemen.quamdiu.ſecundum Bald.in dicta l.fina.§. fina.& Ioan.de Imo.in dicto capit.ex ratione.& idem Specu.titu.de lega.§.reſtat.verſicu.item ſi inſtantia.& verſicu. ſequen.& Ioan.And.ibi, & do.Anto.in capitu.penul.de iudi.qui reſpondet ad quaſdam rationes Bald.tenentis contrarium in dicta l.properandum, in princip.¶ Quarto pro hac parte videtur text.ſecundum Bald.ibi in extrauagan.de pa.Conſtan.verſicu.in cauſis.ibi, niſi iuſto impedimento vel conſenſu vtriuſque partis remanſerit &c.¶ Quinto facit l. quod ſi nolit.§.ſiquis ita.ff.de ædil.edic.nam ſicut ibi terminus ſexaginta dierum a lege ſtatutus parti ementi rem ſub conditione, ſi, res ſibi placuerit, poteſt conſenſu partium prorogari: ita poterit tempus a iure conceſſum ad proſequendum appellationem, & ita per illum text.tenet Bald. in dicta authen.ei qui.quam opin.etiam tenent ibi Cyn.& Bald.in dicta l.fina.§.fina. Archidia.ſecunda, q.6.anteriorum.verſicu.ad hoc.& Moder.do.Philip.Franc.de Peruſio. in dicto capitu.ex ratione.¶ In contrarium facit primo l.nemo.C.de tempo.appella.vbi videtur text.apertus, nam ibi præmiſſis duobus caſibus, quibus prorogari non poteſt, ſubdit text.nec ſub prætextu quodam altero &c.quæ verba videntur prorogationem etiam conſenſu partium fiendam impedire. ¶ Secundo tempus fatalium eſt a lege ſtatutum ad communem & publicam vtilitatem, quæ verſatur in celeri litium expeditione, non autem in fauore partium, l. ſecunda,§.ſed quia veremur.C.de iuramen.calum.ergo pacto partium non poterit illi derogari, l.ius publicum.ff.de pac.c.ſi diligenti, de foro competen.& hanc partem tenet Ioan.Andr.in dicta additio.verſicu.licet autem.& Barto.in dicta authen.ſi tamen.do.Anto.Ioan.de Imo.& Abb.in dicto capitu.ex ratione. Bald.in d.extrauagan.de pace Conſtantiæ.verſicu.in cauſis. Roma.in l.ſecunda, de re iudica. colum.13.& Bald.diſputans articulum in addit.titu.de appel.in penul.car.verſicu.conſtitutio epiſcopi vel ſtatutum. dicens ita fuiſſe conſultum in ciuitate Senenſi.quoniam res publica ex ciuilibus contentionibus plerumque læditur, maxime ſi ſimul contendant perſonæ potentes, l.ſiquis ingenuam.§.in ciuilibus.ff.de capti. Hanc etiam partem reperio tenere Petr.de Anche.conſi.286.incipien.Ioan.And. in titu.de appella.& Rapha. Fulgo.in conſi.190.dicentem ita tenendum & ſeruandum in foro ciuili & de iure ciuili. ¶ Nec refragantur in oppoſitum deducta, quia primo ad text.in dicta authen.ſi tamen.& dicta clemen.quamdiu.reſpondetur, quòd in caſu illo non prorogatur inſtantia, ſed ſuſpenditur curſus fatalium, quia pendente tali compromiſſo nolunt partes litigare, ex qua deſiſtentia cauſatur vtilitas reipublicæ quæ læditur litigando, dicta l.properandum.vel ſecundum Bald.in dicto verſicu.conſtitutio epiſcopi.in dicta clemen.quamuis.& dicta authen.ſi tamen. eſt prorogatio.ſ.propter impedimentum compromiſſi, ſecus ergo vbi eſſet ſimplex prorogatio partium.& eodem modo dicit poſſe reſponderi ad l.petendæ. C.de tempo.in integ.reſtitu.¶ Secundo ad dictũ §.ſed ſi iudex.& dictũ cap. de cauſis.& iura ſimilia reſpondeo ex mente Ioan.Andr.in dicta additio.quod loquuntur de tempore limitato per delegatum ex alia ſpeciali cauſa procedente ex his, quæ inter

partes

partes acta ſunt. Ideo valet conſenſus partium in proro-
gando: quæſtio loquitur in tempore limitato a lege. Vel
ſecundum Roman.in dicta l.ſecunda. colum. 12. dicta iura
loquuntur de tempore præfixo ad cauſam terminandam
per delegantem fauore partium appoſito, ideo poteſt con-
ſenſu partium prorogari, quia forma reſcripti inducta per
delegantem in fauorem partium mutabilis eſt, text.eſt in
capitulo fina.§.his autem.de offic.deleg.ponderatus ibi per
Docto.& per Angel.in l.prolatam. C.de ſenten. & interlo.
& per Lanfran.in repetitio. capituli, quoniam contra. ver-
ſicu.interlocutiones. colum.10. de probatio. quæſtio vero
loquitur de tempore limitato a lege ad publicam vtilita-
tem. ¶ Tertio non obſtat text.in dicta extrauagan. de pace
Conſta. quia debet ſuppleri ibi, vel conſenſu vtriuſque
partis remanſerit, ſcilicet quominus cauſa per iudicem ap-
pellationis terminaret: forte enim tráſigerunt, & ob id cau-
ſa appellationis perijt, l.ſi contra maiorem. C.de appellat.
¶ Vltimo non obſtat text.in dicto §.ſi quis ita: quia loqui-
tur in tempore a lege limitato fauore contrahentium, ne diu
contractus ſtet in ſuſpenſo, cui partes poſſunt renunciare,
capitulo, ad apoſtolicam.de regu. l.ſi quis in conſcribendo.
C.de pact. Quæſtio loquitur in inſtantia ſtatuta a iure ad pu-
blicá vtilitatem, cui partes derogare non poſſunt, iuribus
ſæpe allegatis. ¶ Præterea, ſecundùm Bald.in additio.ſupra
allegata, verſiculo, conſtitutio epiſcopi, diſpoſitio legalis
taxatiua, de qua in dicto §.ſi quis ita. erat ſubſidiaria in ca-
ſu, in quo homo non prouideret. Secus ergo dicendum,
vbi pręciſè lex loquitur, quia non poteſt partium conſen-
ſu legis authoritati vel formæ derogari, cum dependeat a
prouidentia legis & non hominis, argumen.l.ſi arrogator.
ff.de adoptio. & l.non dubium. C.de teſtamen. ¶ Hanc ta-
men ſententiam limita & intellige procedere in inſtantia
cauſæ appel.taxata a lege, ſecus in taxata a ſtatuto & abbre-
uiata, quæ bene poterit conſenſu partium prorogari, ſe-
cundùm Bald.in dicta extrauagan.verſico.in cauſis. vbi di-
cit, quòd licet inſtantia cauſæ principalis a ſtatuto taxata
non poſſit pacto partium prorogari, vt ſupra dixi, tamen
inſtantia appellationis a ſtatuto taxata poterit prorogari:
ratio differentiæ eſt, quia ſtatutum imponens metam in-
ſtantiæ appellationis videtur hoc facere fauore partium &
primæ ſententiæ, vt firma remaneat: ergo partes huic iuri
poſſunt renunciare: ſed vbi ſtatuit metam inſtantiæ princi-
pali, non poteſt dici hoc feciſſe fauore alicuius ſententiæ
præcedentis, cum nulla præceſſerit, vel fauore partium,
ſed ſolum fauore publico, ſecundùm Bald. ibi dicentem
idem eſſe, vbi præcederet fauor ſententiæ arbitramentalis.
¶ Conſidera obſecro hanc ſubtilem rationem Bald. quia
ſtante eius veritate concludit, quòd etiam inſtantia cauſæ
appellationis a iure ſtatuta poſſit conſenſu partium proro-
gari: quoniam eadem ratione dicere poſſumus ius ſtatuiſ-
ſe talem inſtantiam fauore partium & primæ ſententiæ pre-
cedentis, vt firma remaneat. ¶ Cogita, quia multum ſtrin-
git pro opin.iſta: pro qua etiam facit ratio, cui ſupra non
eſt reſponſum datum, ſcilicet quòd poſt lapſum talis in-
ſtantiæ non remanet ſaluum ius partibus, quæ vltra non
poſſunt quærere. licèt enim ratio publicæ vtilitatis ita vi-
deatur verſari in inſtantia appellationis ſicuti in principali,
per ſupradicta, non tamen eſt idem periculum in vtraque,
quia in principali ſolum perit inſtantia & non cauſa: ſed la-
pſo tempore appellationis perit cauſa, cum firma maneat
prima ſententia, capitulo, cum ſit, de appellatio. Clemen.
ſi appellatæ eam. eodem titulo. Niſi forte dicas, quòd hoc
periculum reſpicit fauorem partis & ſic priuatum: quia ob
hoc non eſt præferendus publicæ vtilitati, quæ verſatur in
finiendis quàm celeriter litibus, cogita, quia dici poteſt,
quòd etiam ad hunc priuatum fauorem l. habuit reſpectum,
80 probatur in dicta Clemen.quandiu. ¶ † Quid autem ſi pen-
dente cauſa appellationis fiat compromiſſum in arbitrum,
an illo pendente currant fatalia ad proſequendum appella-
tionem? Conclude quòd non, per text.in dicta authent.ſi
tamen.& in dicta Clementi.quandiu.& ita Specula.de lega-
to.§.reſtat videre.verſicu.item ſi inſtantia.& Docto.in dicta
l.properandum. in principio. Quod verum intellige, quan-
do iam interpoſita appellatione fit compromiſſum: ſecus
ſi fieret pendente tempore ad appellandum: quoniam ta-
le tempus curreret non obſtante compromiſſo. hoc pro-
bat text.in dicta Clementi.quandiu. Ibi, proſecutio. & ibi,
ad proſequendum. & in dicta authenti.ſi tamen. quæ iu-
ra dicunt, durante compromiſſo non currere tempus ad
proſequendum appellationem: ergo aliud in tempore de-
cendij conceſſo ad appellandum, in quo eſt longe diuerſa
81 ratio: quia † decendium datur grauato ad ſuſpendendum
effectum grauaminis: tempus autem proſequendi datur
vtrique parti: ideo conſenſus communis partium facit il-
lud dormire. ¶ Præterea decendium datur ad transferen-
dum cauſam ad ſuperiorem appellationis remedio, & non
ad litigandum: Sed ille, qui vadit ad arbitros non appellat,
nec aliud facit, quod ſuccedat loco appellationis: tempus
autem proſequendi appellationem datur ad litigandum,
ſed euntes ad arbitros dicuntur litigare, igitur non currit
illis tempus, l.contra maiores. C.de inofficio.teſtamen. &
ita tenet Paul.de Eleaza.in dicto capitulo, quamdiu. quem
ſequitur Ioan.de Imo.ibi, colum.prima.& Cardina.in ver-
ſicu.quinto quæro. & bene facit quod not. domi. de Rota
deciſione 360. quæ incipit, Item fuit dubitatum.

¶ Secundo intellige dictam concluſionē, ſcilicet tempus
proſequendi appellationem non currere durante compro-
miſſo & eo pendente procedere, ſi partes coram arbitro
egerint, ſecus ſi facto compromiſſo nihil egerint, quia
tunc compromiſſum non ſuſpendit curſum fatalium, cùm
tunc non dicantur litigaſſe, argumen. dictæ l.contra maio-
res. Et ita conſulendo determinauit Rapha.Fulgo.in con-
ſi.120. quod eſt ſingulari nota dignum. Et idem reperio
tenuiſſe Petrum de Anchera.in conſil.286. incipien. Ioan.
Andr. dicens hoc colligi ex verbis & mente prædictorum
iurium.

¶ Tertio intellige prædictam concluſionem nõ procede- 83
re, vbi in loco eſſet ſtatutum diſponens, quòd cauſa appel-
lationis in omnibus ſit eiuſdem naturæ cum principali, tunc
ſicut principalis non ſuſpendit per compromiſſum, ſic nec
iſto caſu appellationis proſecutio ſententiæ, Petrus de An-
chera.conſilio præalleg.286.& latius ſtatim infra dicam.

¶ Quarto intellige prædicta procedere non ſolũ ſi cõpro-
miſſum fiat in arbitrum, ſed etiam in arbitratorem, ſecun-
dùm Bald. pulchrè in l.eos.§.apoſtolos. C.de appellat. ver-
ſicu.modo ergo quæro, per dictam authenti.ſi tamen.& di-
ctam Clement.quamdiu.

¶ Sed contrarium tenet Petrus de Anch.in dicto conſil.
286. duabus rationibus.

¶ Prima, quia ſicut fatalia expreſſo conſenſu partiũ non
poſſunt ſuſpendi, vt ſupra dictum eſt, ita nec debent ſu-
ſpendi, cùm partes amicabili compoſitione interueniente
ad tranſactionem perueniunt.

82 ¶ Secunda, quia † arbitratoris determinatio dicitur po-
tius quędam tranſact. authenti.ſi vero contigerit. C.de iu-
dic. ſed tempus, quo fit tractatus tranſactionis, computa-
tur in inſtantia appellationis, cùm contrarium diſpoſitum
in iure non reperiatur, ergo etiam computabitur tempus,
quod corã arbitratore conſumitur in tranſactione amicabi-
lis compoſitionis. Præterea licet coram arbitro ſit iudi-
cium, l.prima.ff.de arbitris, tamen coram arbitratore nõ eſt
nec eſſe poteſt lis, quæſtio vel iudicium, vt dicit Ioan. And.
in capitulo, quintauallis. de iureiurando. His tamen ra-
tionibus non obſtantibus, Roman.in dicta l.ſecunda, co-
lum.quadrageſimanona, ſequitur opinio. Bald. contra Pe-
trum de Anchera.mouetur, quia ratio dictę Clemen.quan-
diu. & dictæ authenti.ſi tamen. quæ cauſatur ex eo, quod
iſte compromittens facto compromiſſo impeditur facto
vtriuſque partis proſequi appellationem, ita militat in ar-
bitratore ſicut in arbitro: immo fortius, vt infra dicam,
igitur &c. ¶ Præterea dicta iura loquuntur de compromiſ-
ſo ſimpliciter, nec diſtinguunt inter arbitrum & arbitrato-
rem, igitur. Nec refragantur rationes Petr.de Anchera.
quia ſecundùm Roman. vbi ſupra ad primam poteſt dici ex
mente Bald.in dicto §.apoſtolos. quòd immo ſolus conſen-
ſus partium etiam non tranſiens in aliquod ſpeciale nomen
contractus ſuſpendit curſum temporis prædicti, dicta Cle-
menti.quandiu. vbi text. igitur.

¶ Ad ſecũdam rationem Pet. reſpondet, quòd magna eſt
differentia inter tractatum tranſactionis partium, & com-
promiſſum in arbitratorem: patet, quia cùm partes inter
ſeipſas habent tractatum tranſactionis, antequam perue-
niant

piant ad concluſionem, poteſt per alterum ipſorum recedi
83 ab ipſo tractatu, quia tractatus de tranſigendo † non indu-
cit obligationem ad tranſactionẽ perficiendam, text. per lo-
cum a ſpeciali in l. ſi ex cauſa. ff. de minn. & ſic imputatur ap-
pellanti, ſi videns tempus tranſactionis nimis dilatari non
reuertitur ad proſecutionem appellationis. Sed cum com-
promittitur in arbitratorem, illo durante non poteſt altera
pars recedere, etiam ſi pœnam compromiſſi velit ſoluere:
nam l. ſi quis rem. l. non, diſtinguemus, & l. litigatoris. ff. de
arbitr. diſponentes durante compromiſſo poſſe ab eo rece-
di ſoluta pœna, non habent locum, vbi in arbitratorem
compromittitur, vt notanter voluit Bald. in dicto §. apoſto-
los. etiam idem Bald. quem Roman. non allegat, in l. nec
quicquam. §. vbi directum. ff. de officio proconſul. & leg. ver
ſiculo, contrarium. licet Barto. ſentiat contrarium in l. qui ſi-
dem. ff. de tranſactio. ſed non bene, duabus rationibus: pri-
ma, quia compromiſſum in arbitratorem habet vim tran-
ſactionis, ſed in tranſactione non eſt locus pœnitentiæ, l.
84 quamuis. C. de tranſactio. igitur &c. ¶ Sed † ad hanc poſſet
reſponderi, quòd compromiſſum habet vim tranſactionis
laudo ſecuto, ſed non ante, & ideo ante poteſt recedi.

¶ Secunda ratio mouetur, quia tale compromiſſum poſ-
ſet habere vim pacti de non petendo: ergo ſicut pęna ſolu-
ta non poteſt quis recedere a pacto de non petendo, quia
non eſt in eius poteſtate, ſed aduerſarij, l. ſcriptum. §. ſpon-
te quæro pęnam. ff. de pact. ita nec tale compromiſſum po-
teſt relinqui etiam conſequenter, ex quo compromiſſum
in arbitrum, a quo poteſt recedi ſoluta pęna, ſuſpendit
curſum fatalium, fortiori ratione compromiſſum in arbi-
tratorem, a quo non poteſt recedi, habebit ſuſpendere.

85 ¶ † Ad hanc rationem puto poſſe reſponderi, quòd tunc
demum compromiſſum habet vim pacti de non petendo,
ſecuto laudo, ſed non prius, igitur laudo nondum ſecuto
ceſſat prædicta ratio. Tenendo tamen opinionem Bald. &
Roman. quæ videtur communior & magis placet, limita il-
lam non habere locum, vbi per ſtatutum inſtantia appella-
tionis reducitur in omnibus ad paritatem cauſæ principa-
lis, vt eſt ſtatutum Florentiæ: tunc enim pendentia com-
promiſſi in arbitrum vel arbitratorem non ſuſpenderet fa-
talia, ſicut nec ſuſpendit curſum inſtantiæ principalis, di-
cta l. properandum. vt ſupra dictum eſt: nec hoc caſu ha-
bent locum Clementi. quandiu. nec authent. ſi tamen. ſæ-
pius allegata. ita determinat ſingulariter Petr. de Anchera.
in præallegato conſil. & ſequitur Roman. in dicta l. ſecunda.
colum. ſecunda. & aliquid ſupra dixi. Sed tu pondera in
86 oppoſitum facere, quia † expreſſio eorum quæ tacite in-
ſunt, nihil operatur, capitulo, ſignificaſti. cum ſimilibus,
de electio. Sed quòd inſtantia cauſæ appellationis ſit eiuſ-
dem naturæ, quod principale, eſt de iure communi, l. pri-
ma. ff. an per alium cauſa appellationis. nota. Innocen. in ca-
pitulo, cauſam. de appellatio. Bal. rubrica, extra de appella-
tionib. & in pluribus alijs locis: ergo talis expreſſio facta
per ſtatutum non debet operari effectum ſupra dictum. fa-
cit ad hoc gloſ. ordin. in capitulo, primo. de conſtitu. libro
ſexto. & quod nota. Bald. in l. ſecunda. C. de conſtituta pe-
87 cunia. Præterea † ſtatutum recipit reſtrictionem & inter-
pretationem a iure communi, capitulo, dilectus. de con-
ſuetud. not. in l. fina. §. licentiam. C. de iure deliberan. ergo
ſtatutum generale recipiet reſtrictionem a iure communi
quantum ad ſuſpenſionem inſtantiæ per compromiſſum,
quòd licet inſtantia cauſæ principalis per illud non ſuſpen-
datur, ſecus tamen inſtantia cauſæ appellationis, in qua
maior eſt ratio ſuſpendendi, quia per lapſum fatalium non
ſolum perijt inſtantia, ſed cauſa ipſa totaliter perijt, authen
ti. ei qui. C. de tempori. appellatio. lapſa vero inſtantia prin-
cipali, ſaltim manet ius deducibile in cauſa appellationis. l.
per hanc. C. de tempori. appellatio. capitulo, cum Ioannes.
de fide inſtrument. Cogita tamen.

¶ Prædictis etiam applicari poſſet quæſtio, an pen-
dente articulo reuocat. attentatorum appellatione pen-
dente currant fatalia, de quo per Rotam Roma. deciſ.
202. incipien. Item quòd fatalia. Item an terminus præ-
fixus cauſæ criminali ſuſpendatur accuſatione falſi, ap-
pella. contra teſtes pendente. Habetur per gloſ. & Cyn. in
l. prima. C. qui accuſa. non poſſ. in l. Lucius. per Ange. maxi-
mè, ff. de his qui not. infam. & in l. fina. C. de fide inſtrumen.

¶ An autem terminus ad comparendum vel probandum
articulos ſuſpendatur per id tempus, quo diſputatur, an ar-
ticuli ſint admittendi vel non, dicam infra in §. & quia,
ſuper gloſ. in verſicu. poſt donationem.

88 ¶ † Supraſcriptis accedat quæſtio notanda, quid ſi par-
tes, non obſtante quòd decurſa ſint fatalia, & ſic appella-
tio ſit deſerta, velint proſequi appellationem coram iudice
ad quem, an poſſint? Conclude quòd non, quia appella-
tione deſerta ſententia tranſit in rem iudicatam, cuius exe-
cutio deuoluitur ad iudicem a quo, l. fina. §. illud. C. de tem
por. appellatio. nec habet amplius iudex ad quem iuriſdict.
cognoſcendi, dicta authenti. ei qui. ergo etiam non haben-
ti iuriſdictionem conſenſus partium dare non poteſt, capi-
tulo, ſignificantibus, de offic. delega. l. priuatorum. C. de
iuriſdictio. omnium iudicum. Præterea de hoc hodie clara
eſt deciſio in Clement. ſed appellatione. de appellatio. quæ
corrigit opinio. Innocent. tenentis contrarium in dicto ca-
pitulo, ex ratione. Fallit tamen hæc concluſio 1 Primò, vbi
iudex pronunciare appellatio. deſertam non fore, & ſe iudi-
cem competentem fieri, dominus Anton. in capitulo, quo-
niam contra, columna finali, de probationi. & in capitulo,
cum dilecta, de reſcriptis. Roma. in dicta l. ſecunda. col. 14.

¶ Comprobatur primo ratione: nam ex quo a tali inter-
locutoria ſuper legitimatione & competentia non eſt appel
latum, valet ſententia, etiam ſi ſit iniqua & contra ius li-
tigatoris, capitulo, cum inter. de re iudicata, & facit per-
ſonas legitimas, capitulo, cum dilecti. de electio. ſecun-
dum Innocent. in capitulo, præterea. de dilatio.

89 ¶ † Secundò bene facit dictum Lapi in capitulo primo, de
reſcriptis. libro ſexto. & dominus Anton. in capitulo, ſuper
litteris. de reſcriptis. dicentium, quòd licet reſcriptum im-
petratum ab excommunicato ſit nullum ipſo iure, dicto ca-
pitulo primo, tamen ſi delegatus p tale reſcriptum impetra-
tum pronunciat ſe competentem, nec a tali interlocutoria
appelletur, valebit proceſſus in cauſa principali, de quo
etiam per domin. Anton. & Domi. in dicto capitulo primo.

¶ Tertio facit dictum Compoſt. in dicto capitulo, ſuper
litteris. & Archidia. in capitulo, Romana. §. ſi vero. de appel-
latio. libro ſexto. Specu. titu. de citatione, dicentium, quòd
ſiquis dixit ſe non fraudulenter appellaſſe, cum in veritate
non appellaſſet, vel appellaſſet nulliter ex aliqua cauſa, ſi
tamen iudex appellationis appellatũ vocat, tenetur venire,
& niſi veniat, & iudex pronunciat contra ipſum, valebit ſen
tentia ſuper princi. quia ratione dubij iudex habet iuriſdi-
ctionem licet elidibilem.

¶ Secũdo fallit quando appellãs incepit proſequi appel-
latio. infra tempus inſtantiæ, quo caſu etiam poſt tempus
poterit proſequi: quoniam immo ex perſona appellati ap-
pellans habebit etiam ius proſequendi, quod ex perſona
propria non habet, argumen. l. petendæ. in fine. C. de tem-
por. in integ. reſtitu. & l. poſt mortem. §. finali. ff. de bonorum
poſſeſſio. contratabu. nam tale reſcriptum impetratum eſt
factum commune, capitulo primo, & ſecundo, de mut. pet.
not. Innocen. in capitulo, ex conqueſtione. de reſtitu. ſpolia.
Probatur hæc fallentia primo per text. ſecundùm vnam le-
cturam. gloſ. in verſiculo, biennium. in capitulo, ex parte,
de reſcriptis.

¶ Secundo probatur ratione: appellatus grauatur in hoc,
ſcilicet, quòd non niſi circa finem anni vel biennij in vlti-
mo menſe, ſecundùm vnam opinionem, pōt comparere, &
appel. negligentem citari facere ad finiendam cauſam appel
la. dicta authen. ei qui. ſecunda quæſtione ſexta. appellatio-
ne. not. in capitulo, oblatæ, de appellatio. vnde iuſtum eſt,
quòd releuetur in hoc, ſcilicet, quòd ſi incipit proſequi in-
fra terminum inſtantiæ poſſit poſt inſtantiam lapſam cau-
ſam finire, argumen. l. eum qui. ff. de iureiurando. Et hanc
fallentiam tenet Rota Romanæ curiæ in deciſ. 65. quæ inci-
pit, Item ſi appellatus. ſequitur domin. Anton. in capitulo,
ſæpè. de appellatio. dicens contrarium notaſſe Specu. ſed
non bene, titu. de appella. §. nunc videndum. verſiculo, item
pone præfixit. eandem opinio. tenet Ioan. de Imo. & Abb.
in dicto capitulo, ſæpè. plus dicens, quòd ad hoc vt appell.
dicatur proſequi, in termino compareat coram auditore cō
tradicturus, & fortius coram Papa: allegat Fede. in conſil.
ſexageſimo ſeptimo, incipiẽ. In lectione quæ heri lecta fuit.
& conſilio ſequen. Idem tenet Abb. in capitulo, perſonas. de
appel-

appellatio.& Roman.in dicta l.ſecunda.colum.decimaquinta, dicens fore aduertendum, quòd deciſio Rotæ loquitur, quando terminus ad proſequendum appellatio.eſt ſtatutus ab homine, puta a iudice ſiue ab ipſo appellante prout poteſt, capitulo, cum ſit Romana. capitulo, perſonas. de appellatio.in quo quæſtio non eſt dubitabilis, ſicut eſſet
90 in termino iuris: probatur, quia terminus hominis † ad proſequendum appellatio.ſoluitur per compartitionem factam coram iudice ad quem, vel per exceptionem itineris, dicto capitulo, cum ſit Romana. & eſt gloſ.& ibi nota. Bald.in l. appellatione.C.de appellatiu.quæ ratio eſt, ne videatur homo terminum præfigere iudici ad quem, quod non poteſt, capitulo, ex inſinuatione, de appellatio. tamen quicquid ſit, idem putat Roma.eſſe in vtroque caſu.

¶Et ſic ex prædictis habes, quod dicta Clementi.ſi appellationem.dicens etiam de conſenſu partium proſequentium appellatio.poſt terminum non poſſe fieri, quominus ſententia tranſiuiſſe cenſeatur in rem iudicatam, debet intelligi quando neutra pars incipit proſequi in termino. Secus ſi appellatus incipiat proſequi: quod eſt bene notandum ad dictã Clemen.quæ, vt ibi dicit domi.Anton.& refert Ioan. de Imo.difficilis eſt & male intellecta a mero Canoniſta, peius a mero Legiſta. Cardina.tamen ibi circa finem. tenet contrarium, motus, quia dicta Clement.loquitur generaliter: ideo etiam ſi appellatus aperit ante lapſum fatalium, illis tamen lapſis non debet audiri proſequens ſuper princi. nec etiam petens executionem ſententiæ: quoniam ex quo iudex ad quem non pronunciauit, nec prouenit ad aliquid, quod habeat vim ſententiæ, non ipſe ſed iudex a quo debet exequi, iuxta nota.in capitulo, paſtoralis. §. præterea. de officio delega.bene tamen poterit petere apud iudicem ad quem declarari appellatio. deſertam, & appellantẽ in expenſis condemnari, capitulo, ex parte. de reſcriptis. capitulo, Nicolao.de appellatio.quia iſtæ ſunt potius expenſæ contumaciæ quàm victoriæ.

¶Tu conſidera & pondera text.dictæ Clementi.ibi, ſi appellationem negligentia appellantis deſertam appellatio. proſequi &c.quoniam illud verbum deſertam, denotat actum conſummatum, & ſic appellatio.in totum deſertam: nam ſi aliquid ſupereſſet de fatalibus, non diceretur deſer-
91 ta, cum non † dicatur aliquid factum donec ſupereſt aliquid ad agendum, argumen.l.aliquando. ff.ad Velleia. & ſic ille text.facit pro communi opinio.

92 ¶†Quartò quæro, an tempus inſtantiæ cauſæ appellatio. poſſit abbreuiari per partes? Conclude quòd ſic: nam appellans poteſt ſibiipſi minuere tempus datum a lege ad proſequendum appellatio.text.eſt in capitulo, oblatæ. de appellatio.fortius hoc poterit conſenſus vtriuſque partis: ad quod text.ſingularis.in l.fina.§.fina.ibi, vel vllum fatale obſeruare.C.de tempo.appel.& ita reſidet Roma.in d.l.ſecunda.colum.decimaſexta.ff.de re iudica.& idem tenet Bald. in additio.alleg.verſicu.conſtitutio epiſcopi. dicens, quòd tempus tam ſumendæ quàm inchoandæ appellatio. poteſt coarctari: faciunt quæ dixi ſupra in quæſtione, an inſtantia cauſæ principa.poſſit facto partium abbreuiari.

93 ¶Sed tunc quæro, an ſolus † appellatus poſſit appellante inuito minuere tempus proſequendæ appellatio. ſicut poſſet ipſe appellans? Videtur quòd ſic, quia in iudicijs par eſt conditio litigantium, regula, in iudicijs. & regula, non debet actori. libro ſexto.l.fina.C.de fruct.& lit.expen. l.non licet actori.ff.de regulis iuris. Sed appellans prædictum terminum minuere poteſt, dicto capitulo, oblatæ. ergo & appella.Contrarium tenet Archidia.in capitulo, cordi. de appellatio.libro ſexto. Ioan. Andr.in dicto capitulo, oblatæ. & ibi Abb.colum.ſecunda.Rota deciſ.204. quæ incip. Item quòd appella.Specula.de appella.§.qualiter. verſiculo, hoc autem.pro qua opin.primo facit, quia non debet eſſe in poteſtate appellati auferre tempus a lege appellanti conceſſum, dicta authen.ei qui.reg.indultum.libro ſexto. §.illud. in Authen. de litigio. colla. nona. vigeſimaoctaua diſtinct. capitulo, de his.l.cum procuratorem.in fine.ff.de noui operis nunciatio.

Secundò, quia graue eſſet appellanti, qui in cauſa appellatio.cenſetur actor, metiri terminum ex voluntate rei, l.ſi quando.verſiculo, illi autem.C.de dilatio.

Tertiò, quia non poteſt appellatus niſi circa finẽ fataliũ, & ſecundùm alios in vltimo menſe anni vel biennij citare appellantem ad proſequendum appellatio. dicta authen.ei qui.& dicto capitu.oblatæ.vbi plenè: ergo ſequitur, quòd non eſt in poteſtate ſua terminum reſtringere.

¶Nec obſtat dicta regula, in iudicijs.& regula, non debet actori. quia procedunt, niſi ſit diuerſa ratio, vt per gloſ.in capitulo, cum ad ſedem.de reſtitutio.ſpolia. & in regula cũ ſint partium iura.libro ſexto.no.in l.de die, in princip.ff.qui ſatiſd.coga. Sed in caſu noſtro eſt diuerſa ratio, quia ideo permittitur appellanti ſibi terminum diminuere, quia præſumptio eſt, quòd appellatus conſentiat ad hoc, vt appel. citius deſeratur, & ſua ſententia tranſeat in rem iudicatam, dicto capitulo, perſonas. econtra not. diminutioni fiendæ per appellatum lex præſumit appellantem non conſentire, quia quãtò prolixius tempus habetur ad proſequẽdũ, tanto prolixius pendet executio ſententiæ contra ipſum latæ: & ita reſidet Roman.in dicta l.ſecunda.colum.decimaſeptima.

¶Quid autem ſi appellans ſibi præfixit terminum proſequendæ appellatio.& inchoauit infra tempus, aliàs quæſtio non eſſet dubia, cum appellatio diceretur deſerta, dicto capitulo, perſonas.in fine.cum ſic infra terminum inchoata, labitur tempus a ſeipſo appellante præfixum, an iudex poſſit infra terminum iuris cauſam finire? Videtur quòd ſic, nam ſatis fuit infra terminum inchoaſſe, ſicut ſufficit appellanti in termino ſibi aſſignato a iudice incepiſſe, & iter arripuiſſe, vel ſe præſentaſſe coram iudice ad quem, ne videatur legem imponere ſuperiori, contra capitulũ, ex inſinuatione.de appellatio.ergo eadem ratione ne videatur appellans legem imponere ſuperiori, idem erit dicendum, & ma-
94 ximè, quia maioris † authoritatis debet eſſe vox publica iudicis quàm vox priuata appellantis, vt inquit notanter gl. in l.teſtamento domini.ff.de hæredib.inſtitu.

¶Secundo facit, iudex lapſa inſtantia minori a ſtatuto taxata poteſt cauſam finire infra terminum inſtantiæ iuris communis, vt dicunt quidam, quos refert Ioan. Andr. in additio.de iudi. delega. §.reſtat. in additio. quæ incipit, Oldra.ſua diſputatione.

¶In contrarium videtur text.in l.fina. §.fina. C.de tempor.appella.ibi, vel vllum fatale &c. vbi patet, quòd de conſenſu partium diminuitur tempus a lege præfixum in proſecutione appellationis: & talis diminutio & conuentio remanet firma: ergo eius lapſus inducit deſertionem appell.

¶Sed tenendo contrariam partem poteſt dici, quòd ille text.loquitur, quando infra terminum hominis non eſt inchoata proſecutio, dicto capitulo, perſonas. Secus vbi eſſet inchoata, quare tunc debet poſſe finiri, per dictũ capitulũ, ex inſinuatione. Vel ſecundo, dictus §.fina.loquitur, vbi terminus eſt præfixus conſenſu vtriuſque partis: quæſtio noſtra loquitur, quando conſenſu appellantis tantum: vnde cùm duo vincula magis ligent, capitulo primo, de treu.& pa.authen.itaque.C.commu.de ſucceſſ. licèt lapſus termini præfixi conſenſu vtriuſque partis inducat deſertionem appellationis, dicto §.fina.aliud dicendum, vbi a ſolo appellante terminus præfigitur. Vel tertiò, licèt ſi partes conueniant, quòd appellatio ſit deſerta, & cenſeatur lapſum tempus, & iudex ſuper deſertione pronũciat omiſſa cognitione negocij principalis, non eſt abſurdum iudicem ita pronunciare ſequendo conuentionem partium, l.ſi peruenerit.ff.de re iudica.l.prima.§.& poſt operis.ff.de operis noui nunciatio.ſi tamen ita expreſſe partes non conueniſſent, ſed iudici terminum præfixiſſent, infra quem deberet expedire, certè tunc poterit poſt terminum expedire infra terminum iuris, per text.nota.in l.fina.vt omnes cauſæ tàm ciui.quàm crimi. vbi iudex poſt terminum aſſignatum poteſt cauſam expedire, quia lapſus illius termini licet faciat iudicem incurrere pœnam, non tamen excludit poteſtatem iudicandi poſtea: facit quod not.in l.ſcire oportet.§. rurſus.ff.de excuſa.tuto.& ita reſidet Roman. in dicta l.ſecunda.colum.vigeſima.dicens ſuper hac quæſtione cogitandum, quia dubia eſt, nec eam inuenit tactam a maioribus. Tu adde hanc partem bene facere rationem, quia non de-
95 bet † eſſe in poteſtate appellantis impedire proceſſum iudicis ad quem: moueor ex dicto Innocen.in capitulo, cordi. de appellatio.in ſexto, dicentis, quòd ſi iudex a quo deferat appellationi, poteſt iudex ad quem etiam appellante inuito proſequi in cauſa licet appella.fuerit interpoſita ſine

ſcriptis

ſcriptis vel ſine iuſta cauſa, vel ſit nulla ex alia cauſa: & in
noue.ſequitur ibi Ioan.And.& Domin.in verſicu.poſt hæc.
per text.in cap.cum appellationem.eodem titulo,& lib. Se-
quitur Rota deciſ. 385. quæ incipit, Item ſi appelletur ab
executione.& Domi.in capitulo,ſi dele.in fine, de offic. de-
leg. & in capitulo,quamuis.de electio.libro ſexto. Sicut er-
go non eſt in poteſtate appellantis in caſu prædicto impedi-
re proceſſum iudicis ad quem, ita non debet hoc poſſe ap-
pellans præfigendo ſibi terminum.

96 ¶ Quintò † quæro, an tempus decem dierum conceſſum
ad appellandum poſſit conſenſu partium prorogari. Bald.
in authenti.ei qui. C.de tempo.appella.& in auth.hodie.C.
de appellatio.Roma.in dicta l.ſecunda.colum.decimanona.
tenet quòd non. Primò, quia talis præfixio termini facta
eſt ad publicam vtilitatem, ne lites ſemper pendeant,& exe
cutio ſententiæ non fiat: ergo voluntas partium non poteſt
huic derogare, l.ius publicum. ff.de pact. ſimile dicimus
97 † de vſucap.quæ propter bo.publ.fuit introducta, ne domi-
nia rerum diu ſtent in incerto, l.prima. de vſucapio. facit
etiam, quia iura poſt talem terminum decem dierum ſta-
tuunt ſententiam tranſire in rem iudicatam, quem tranſi-
tum conſenſus partium non poteſt impedire, Clementi.ſi
appellationem.de appellationib.& gloſ.in l.ſi diuerſa. C.de
tranſac.nota.Barto.in l.acta.ff.de re iudica.& Do.in capitu.
licet cauſam.de proba.ergo. ¶ Præterea decendium ad ap-
pellandum ſtatutum eſt ad introducendum cauſam ad ſu-
periorem, ergo communis conſenſus partium in eo nihil
debet operari, iuxta nota.per Paul.in Clemen.quandiu.de
appellatio.in quæſtio.an tempus decendij ad appellandum
currat facto compromiſſo per partes, de quo tetigi ſupra.

98 ¶ † Sexto quæro, an terminus decendij poſſit conſenſu
partium diminui? Dicendum eſt quòd ſic, ſicut poteſt di-
minui tempus proſequendi appellationem, l.fina. §.fina.C.
de tempor.appellatio.& ſupra dixi, Secundo conſenſu par-
tium poteſt renunciari appellatio.dicta l.fina. §.fin. l.prima.
§.ſiquis ante.ff.quibus appella.non licet. Ergo fortius pote-
rit moderari: nam cum permittitur in totum actum non fa-
cere, fortius permittitur illud moderari, l.videamus. §.ſed
an iudex.ff.de in lit.iuran. Præterea in tali diminutione con
ſeruatur & augetur publica vtilitas, quia quanto tempus
breuius eſt, tanto clarius fiet ſententiæ executio & receſſus
a lite: & ita reſidet Roma.vbi ſupra. Ob.tamen huic deci-
ſioni quod ſupra proxime dixi, ſcilicet, quòd tempus de-
cendij datur ad introducendum appellatio.ad ſuperiorem,
& conſenſus partium nihil debet operari, cogita.

¶ Pro opin.tamen Roma.facit quod not. Abb.in capitu-
tulo, cum ſit Romana. de appellatio. vbi voluit, quòd ra-
tione publicæ vtilitatis iudex poſſit decendium ad appellan
dum abbreuiare, de quo dicetur latius infra in ſequenti ar-
ticulo principali.

¶ Sed tunc iuxta prædicta oritur dubitatio, ſi poſt la-
pſum termini ad appellandum, & ſic poſt tranſitum ſenten-
tiæ in rem iudicatam victor patiatur de iniuſtitia ſententiæ
diſputari coram iudice, an iudex poſſit de ea cognoſcere?
Videtur primo quòd non, per glo.in dicta l.ſi diuerſa. quæ
dicit, quòd partes non poſſunt renunciare tranſitui in rem
iudicatã: quam ſequitur Barto.in dicta l.acta, de re iudica.
Bald.in l.fina.C.ſenten.reſc.in.non poſſe. & in l.ſcire. C. vt
in poſſeſ.lega.& videtur tex.in d.Clemen.ſi appellationem.

99 ¶ Secundò non poteſt per † viam tranſactionis recedi a
ſententia, quæ tranſiuit in rem iudica.l.eleganter. §.ſi quis
poſt.ff.de condictio.indebi. l.poſt rem. ff.de tranſactio. l.ſi
cauſa cognita.C.de tranſact.

¶ Tertiò a ſententia, quæ tranſiuit in rem iudicatam, nõ
poteſt recedi per compromiſſum in arbitros factum ſuper
eo, ſuper quo lata fuit ſententia, capitulo, expoſita. de
arbitris.

Quartò etiam prætextu probationum nouiter reperta-
tum non retractatur ſententia, quæ tranſiuit in rem iudica-
tam, l.Imperatores.ff.de regu.iur.l.ſub ſpecie.C.eodem ti-
tulo,capitu.ſuborta.eod.titu.

100 ¶ † Quintò, iudex nec in ciuili nec in criminali poteſt re-
uocare ſententiam a ſe latam, etiam ſi ſibi conſtat de iniu-
ſtitia per nouas probationes, l.prima.§.ſiquis vltro. in fine.
ff.de quæſtio.l.acta.§. de amplianda.ff.de re iudi.

¶ Sextò facit, nam duplici ratione ſententia contra ſen-
tentiam non valet, l.prima. C.quando prouoca. capitulo,
inter monaſterium.de re iudi.

¶ Prima eſt, quia ſententia inuenta eſt ad lites finiendas,
l.prima.ergo non pertinet ad iam finitas per ſententiam,
quæ tranſiuit in rem iudicatam.

¶ Secunda eſt, quia ſententia facit notorium, capitulo,
cum olim. C.de verborum ſignificatio.l.res iudicata. ff.de
regu.iur. propter quãdam præſumptionem iuris & de iure,
quod fuerit iuſta, ex eo quòd tranſiuerit in rem iudicatam.
l.Herennius.§.Caia.ff.de euict.glo.in capitulo,in præſentia.
de re iudica.& in capitulo,quoniam contra.de probatio.Sed
101 ſententia † contra notorium lata eſt nulla, capitulo, inter
cętera, ſecundùm vnum intellectum, de re iudicata. capi-
tulo, ſolicitudinem.§.ſi vero notorium. de appellatio.Cle-
ment.paſtoralis.de re iudica.nam ex quo contra notorium,
videtur ſententia in ſeipſa continere notorium errorem, l.
prima.§.item ſi calculi.& §.contra ſacras.ff.quæ ſenten. ſine
appel.reſcin.l.ſecunda. C.quando prouoca.

¶ Septimo probatur in dicta Clemen.ſi appellationem.ꝙ
ſi poſt lapſum termini ad proſequendam appellationem par
tes proſequantur, non per hoc impeditur nec tollitur tran-
ſitus in rem iudica.ergo pari ratione idẽ dicendum in caſu
noſtro. Contrariam ſententiam tenet Innocen.in capit.cum
dilecta.de reſcrip.in capitulo, cum Bertoldus, de re iudica.
in capitulo, ex ratione. de appellatio.in capitulo, fraterni-
tatis.de fri.& male.domi. Anto.in capitulo, cum dilecta. &
in capitulo, is qui. de ſponſa.& Abb.in capitulo, quoniam
contra, colum.decimanona, de probatio.& in conſi.62. &
plenius in conſil.90. Roma.in conſi.174. & conſil.350. pro
qua ſententia primo facit, quod pulchre voluit Bald.in l.cer
102 ti cõdictio. §.quoniam.ff.ſi certum petat.dicens, quòd † di-
ſponente ſtatuto contra inſtrumentum non admitti proba-
tiones per teſtes, ſi tamen parte non contradicente depo-
nant teſtes, valet probatio: ad quod vide no.in capitulo,
ſecundo.de probationibus.

¶ Secundo permittitur, vnicuique bonam fidem agno-
ſcere etiam omiſſa iuris rigoroſitate, l.quotiens. §.ſicut. ff.
de admini.tuto.l.Quintus.& l.ſi fideiuſſor.§.quidam.ff.mã-
103 da.† Simile videmus, quòd præſcriptioni ex rigore iuris in-
troductæ agnita fide poteſt renunciari, l.ſiquis poſtquam.
104 ff.de fideiuſſ.& pari ratione † poteſt tutor remittere debi-
tum pupilli ex iniqua cauſa, inquit glo.ſingularis in l.præ-
ſes.C.de tranſact.licet alias tutor non poſſit debita remitte-
re, l.pactum curatoris. C.de pact.

¶ Tertiò hoc videtur expreſſum in l.ſeruitutem. §.ſi pe-
tierit.ff.de bon.liberto. vbi licet ei, qui habuit ſententiam
pro ſe, illi renunciare cognita ipſius iniquitate.

¶ Quartò ſi victor tacitè poteſt renunciare tranſitui in
rem iudicatam patiendo contra ſe ferri ſententiam, non
oſtendendo primam latam pro ſe, dicto capitulo, inter mo
naſterium. ergo pari ratione poterit expreſſe, argumen. l.
cum quid.ff.ſi certum peta.

¶ Nec obſt.glo.in dicta l.ſi diuerſa. quoniam ſecundùm
Roma.in dicta l.ſecunda.colum.22.poteſt dici, quòd non
bene loquitur, quia ſi per viam nouationis poteſt a re iudi-
cata recedi, l.quarta.§.ſi ex conuentione. ff.de re iudi. l.ſi
cauſam iudicati non nouaſti. C.de execu.rei iudica.pari ra-
tione poterit recedi conſenſu partium, aſſumendo iudiciũ
ſuper iuſtitia vel iniuſtitia ſententiæ, maximè cùm in iudi-
cijs fiat nouatio, l.aliam.ff.de noua.notatur in l.1.C.de iudi.

¶ Præterea contra dictam gloſ.obſtant omnia iura ſupra
allegata pro hac parte, nec lex prima. C.quando prouocare,
per quam mouetur d.glo.ſuffragatur: quia ibi pars, quæ ob-
tinuerat primam ſententiam, quæ tranſiuit in rem iudica-
tam, illam produxit coram ſecundo iudice, qui ea non ob-
ſtante tulit ſecundam, quæ ideo nulla eſt, quia lata contra
rem iudicatam, cui non fuerat renunciatum, nec de iuſtitia
diſputatum victore conſentiente.& eodem modo reſponde
tur ad §.item ſententia. 2.q.6. vbi eſt canonizata d.l.1.

¶ Nec obſtat huic ſententiæ dicta l.acta. §.fina. quia ibi nõ
poteſt renunciari tranſitui in rem iudicatam in præiudiciũ
tertij. Vel tenendo, quòd illa glo.vera ſit, quæ communiter
approbatur, poteſt dici quòd procedat, quando partes con-
ſenſerunt, quòd contra primam ſententiam, quæ tranſiuit
in rem iudicatam, cognoſcatur ſecundo per iudicem ſine iu-
diciali ordine: quia non eſt in facultate partium, ꝙ iudex

tamquam

tamquam iudex coguoſcat non ſeruato ordine, inquit not.
glo.in capitulo finali.de re iudica.libro ſexto,& in capitu.de
cauſis.de offic.delega. & glo.fina.& etiam glo.in verbo, ne-
ceſſario.infra in hac Clement.& eſt ratio, quia non poteſt
105 †renunciari legibus introducentibus neceſſitatem in actibus
hominũ,l.nemo poteſt.ff.de lega.primo.l.ſecunda.§.ſed qa
veremur.C.de iuramen.calum.ad l.poſt rem.& l.ſi cauſa co
gnita.reſpondetur, quòd procedunt,vbi victor non renun-
ciet ſententiæ pro ſe latæ, nec paſſus eſt de eius iniquitate,
vel iniuſtitia diſputari, per ſupradicta: & eodem modo re-
ſpondeo ad tertium argumentum de capitulo, expoſita.

¶Ad quartum vero argumentũ de l.Imperatores. quod
etiam fortificatur per l.diui fratres.ff.de pœn.vbi eſt expreſ-
ſum nullum præter principem poſſe reuocare rem iudicatã
ex nouis probationibus: reſpondetur verum eſſe, quod in-
ferior non poteſt ſine ſolemnitate: ſecus cum ſolemnitate
victore patiente de iniuſtitia diſputari,per ſupradicta:& eo-
dem modo reſpondeo ad quintum argumentum.

¶Ad ſextum verò dicas, ꝙ dicta iura procedunt, quan-
do licet ſecundo iudici conſtiterit de re iudica.nihilominus
victor non eſt paſſus de iniuſtitia ſuæ ſententiæ diſputari.
ſecus vbi paſſus eſt: ratio eſt, quia comperta veritate ſen-
tentiæ iniuſtæ, præſumptio, quæ erat pro ipſa ſententia,
debet cedere huic veritati, capitulo,veritate. octaua.diſtin.
l.pediculis.ff.de auro & argen. lega. Item quia præſumptio
iſta,quòd ſententia eſſet iuſta, tollitur per notorium proba
tionis in contrarium, per quod apparet de illius iniuſtitia;
nam ſicut vna fama potentior offuſcat aliam, l.ſecunda. ff.
quis or.in bo.po.ſer.l.ſi pater.C.ne de ſta. defun. Ita ſecun-
dum notorium potentius offuſcat primum minus potens
reſultans ex prima ſententia: facit l.diuus.ff.de in integ. re-
ſtitutio.capitulo,litteras.de reſtitu.ſpolia.ſed facta conclu-
ſione in cauſa ex probationibus reſultat notorium, inquit
eleganter glo.in capitulo,ſignificauerunt, de teſtib. not.In-
nocen.in capitulo, ex inſinuatione, de appellatio.in capitu.
per tuas.de teſtibus. ¶Præterea non eſt ſemper indiſtincte
verum, quòd ſententia lata contra notorium ſit nulla, vt
pulchrè ſcribit Moder.Aret.in capitulo,quoniam contra.de
probationib.colum.9.per text.in l.non ſolum.§.quæ in adul
terio.ff.de ritu nuptiarum.de quo ibi per eum.

¶Ad ſeptimum argumentum patebit ſolutio ex infra ſta-
tim dicendis. Vt igitur veritas huius articuli & difficulta-
tis liqueat, diſtinguendum erit ex mente Roma. in dicta l.
ſecunda.colum.vigeſimaquarta.ꝙ aut partes proſequuntur
cauſam rei iudicatæ coram iudice appellationis, ad quem
fuit appellatum poſt decem dies, & tunc non valet ipſius
iudicis ſententia contraria, quia appellatio nulla ad ipſum
interpoſita non deuoluit iuriſdictionem, capitulo, Roma-
na.§.ſi vero.de appellatio.libro ſexto. & ita poteſt intelligi
d.Clemen.ſi appellationem.

¶Hæc concluſio fallit primò, vbi iudex ad quem pronũ-
ciaſſet ſe iudicem competentem, & ad ipſum cauſam legiti-
me deductam, per ea quæ plenè ſupra dixi, maxime in quę-
ſtione illa, quid ſi pars poſt lapſum inſtantiæ proſequitur
cauſam appellationis.

¶Secundo fallit, vbi talis iudex haberet iuriſdictionem
prorogabilem, & ex ipſa prorogata procederet, per ſupra-
dicta: vbi vero iudex eſt talis, qui aliter poteſt adiri quàm
per viam appellationis, puta quia aliàs erat ordinarius: &
tunc conclude, ꝙ aut de iniuſtitia ſententiæ conſtat per cõ-
feſſionem partis vincentis:& hoc caſu poterit ſuper iuſtitia
pronunciare,nec mittetur res iudicata executioni, vt pul-
chrè voluit Innocent.in capitulo, quia plerique, de immu-
ni.eccleſ.quem ſequitur Roman.in conſil.367.& in l.admo-
nendi.ff.de iureiuran. Bald.in l.ſi ſeruus plurium. §.1. ff.de
lega.primo.domi.Anton.& Ioan.de Imo.in dicta Clemen.
ſi appellationem. Bald.in l.ſiquis ita hæres inſtituatur. ff.de
hæredib.inſtituen.Abbas in capitulo, quoniam contra. co-
lum.decimanona.de probationib.domi.Anton.& Abbas in
capitulo, is qui fidem.de ſpon.domi. Anton.in capitulo fi-
na.de ſucceſ.ab inteſta.D. Anton.& Abb.in capitulo, quan
to, de præſump.Abb.in diſputa. quæ incipit, Stante ſtatu-
to.colum.decimaſeptima.Pet.de Anchera.in regula.poſſeſ-
ſor, libro ſexto.colum.decimaſexta. domi. Anton. & Abb.
in capitulo, ab excommunicato. de reſcriptis.domi. Anto.
in capitulo, in præſentia. de renunciatio. Abb. in capitulo
ſecundo.de purgatiu.canoni. & in capitulo, fraternitatis.
de frig.& male.& in conſil.62. & in conſil.90. domin. Anto.
106 in capitulo, cum dilecta. de reſcriptis. Tanta † enim eſt vis
confeſſionis, quod infringit præſumptionem iuris & de iu-
re facientem pro ipſo confitente, & alibi ſingulariter Inno-
cen.in capitu.cum contingat.de offic.delega.quod dictum
memorat Bart.in l.ſecunda.§.creditum.ff.ſi cer.peta.& Bal.
in prima conſtitutione Codicis. Rom.in 391.in fine.dixit,
quòd confeſſio adeo præiudicat confitenti, quòd per illam
infringitur probatio teſtium pro illo deponentium, ita ꝙ
inter teſtes & partem confitentem nulla ſit fienda concor-
dia, & idem dicit eſſe de probatione inſtrumenti, argum.l.in
exercendis. C.de fide inſtrumen.& ratio prædictorum eſt,
quia præſumptio iuris, quam pro ſe habet ſententia, quæ
tranſiuit in rem iudicatam, admittit probationem in con-
trarium, quæ fit per confeſſionem partis, in cuius fauo-
rem eſt ipſa præſumptio, & quæ dictam ſententiam obti-
nuit, vt nota.glo.in authen.ſed iam neceſſe. C.de dona.an-
te nupt.& in §.illud, in Authen.de æqual.dot. in l.genera-
liter.in verbo, nullo modo. C.de non numerata pecunia,
quod procedit nedum in confeſſione expreſſa, ſed etiam in
tacita, vt pulchrè determinat Barto.in l.abſentem.ff.de pę-
nis. in verſicu.quarto quæro. & Barto.in conſil.100. quod
incipit, A domino Cyn.Petr.de Anchera.in capitulo ſecun
do.de confeſ.libro ſexto.text.eſt ſingu. quem ibi ponderat
Bald.in l.penultima.C.de interdic.matr.facit text.& quod
ibi nota.Baldus in l.ſiqui adulterij. C.de adulter.not. Mo-
der. Areti. io capitulo, quoniam contra, colum.decima-
quarta. & in capitulo, propoſuiſti, colum.octaua. de pro-
batio.Petrus de Anchera.in regula, ſemel malus, libro ſex-
to, quod perpetuò not.

¶Quod tamen dixi confeſſionem admitti contra ſenten-
tiam, quæ tranſiuit in rem iudicatam, intellige quo ad prę
iudicium confitentis, non autem tertij, ſecundum Bald.
per text.ibi in dicta l.ſi ſeruus plurium. §. primo. Vbi vero
de iniuſtitia conſtat per alias nouas probationes, tunc ex
quo victor patiens fuit, ꝙ diſputaretur ſuper iniuſtitia ſen-
tentiæ valebit ſententia ſecunda contraria primæ.

107 ¶ †Secundo, quia iura dicentia præſumptionem iuris &
de iure ortam ex re iudicata non admittere probationem in
contrarium, l.antiquæ.C.ad Velleia.l.fina.C.arbitr.tutel.l.
ſub ſpecie.C.de re iudicata.l.Imperatores.ff.eodem titulo,
gloſ.ordinaria in l.ſiue poſſidetis.C.de probatio. in l.nõ eſt
veriſimile.ff.quod metus cau. in capitulo, is qui fidem, de
ſponſa.procedunt, niſi pars, pro qua laborat talis præſum-
ptio, patiatur probationem fieri in contrarium, vt elegan-
ter inquit Innocen.in capitulo, fraternitatis, de frigi.& ma-
lefi.in capitulo, cum dilectus.de reſcriptis. in capitulo, ex
ratione. de appellatio.Sequitur Roman.in conſil. 174. &
Abb.in conſil.62. & in conſil.90. mouetur Innocent. quia
108 † multa fieri non debent, quæ tamen facta tenent, l.prima.
§.biduum.ff.quando appellãdũ ſit.capitulo, Romana.§.ca-
ueant, de ſententia excommunicatio. in ſexto. Item quia
licet contra agentem interdicto recuperandæ non poſſit re-
ferri quæſtio proprietatis, tamen ſi agens hoc patiatur, va-
let iudicium, capitulo primo, de reſtitutio. ſpoliato.Ita pa-
tiente victore valebit ſententia ſecunda contra primam: &
109 facit, quia ex † quo iudex cognouit de iuſtitia, de ea debet
iudicare, l.de qua re. ff.de iudic. capitulo, cum ſuper. de
cau.poſſeſſ.& ita rectè intuenti videtur concludere glo.in l.
duobus. in verbo, eadem etiam quæſtio.ff.de exceptio. rei
iudic. Et iſta videtur veritas, licet Compoſte.tenuerit con-
trarium in capitulo, cum M. de conſtitutio. per l.primam.
C.quando prouo.& Archidia. ſecunda quæſtione ſexta. tã
qui. ſed male. & ad dictam l.primam, reſponde, vt ſupra.
Confirmatur prædicta ſententia ex his, quæ not. Barto.in
dicta l.duobus.& in l.nam & poſtea.§.ſi damnetur. ff.de iu-
reiurando. Eo vero caſu, quo de iniuſtitia ſententiæ appa-
ret ex actis in prima inſtantia factis, tunc an adſit tranſitus
in rem iudicatam, vel an ſententia ſit nulla vel non, depen-
det ex notatis in capitulo, cum Bertoldus.de re iudicata,&
in dicto capitulo, quoniam contra. per Innocen.cuius di-
cta latè diſtinguit domi. Anton.in capitulo, in præſentia.
de probatio.& in capitulo, ab excommunicato. de reſcrip.
not.in l.prima. C.de erro. cal. & plenè per Roma. in l.ſi is
ad quem.ff.de acquiren.hæredita. & per Moder. Peruſi. in
capitulo,dilecto. de appellatio. Sed vbi de viribus primæ
ſententiæ,an fuerit valida vel nulla, fuit diſputatum, ſine
dubio

dubio declaratoria ſequens valet ſuper nullitate primæ ſententiæ, dicta l.prima, nam ſicut à poteſtate iudicantis dependet ſententiam nullam validam efficere & reformare, vt plene per Innocentium in capitulo primo, de confirma.vti. & in capitulo, ſuper literis.de reſcriptis, notat.in l.ſi expreſſim.de appellatio.& in l.prima, C.quando prouo.& in dicto capitulo, dilecto. ita a poteſtate eius dependet ſententiam primam, licet validam per ſecundam reddere nullam: ideo dixi validam, quia licet ſententia ſit iniqua, valida tamen eſt, quia lata contra ius litigatoris, l.iudex. ff. de re iudi. c.cum inter. eodem titu.

¶ Prædicta, quia vtilia & quotidiana ſunt, perpetuò notabis.

111 ¶ Septimo poſſet hic quæri, an † tempus datum accuſatori ad petendam abolitionem accuſationis poſſit pacto partium prorogari. Dic quòd ſic, l.fallaciter.C.de abolitio.vbi caſus in ver.poſt hoc. ibi, niſi reus conſenſerit. ſecundùm Roma.in d.l.2.col.26.

112 ¶ Octauo quæro, an † tempus ſtatutum à iudice in pœnalibus, exempli gratia ad inſtan.creditoris iudex ſecularis dedit bannum, vel eccleſiaſticus excommunicauit debitorem, niſi certo termino ſoluerit, an conſenſu creditoris, & partium, poſſit talis terminus prorogari? Articulus pulcher eſt, de quo plene no.per Bar.& Doct.in l.j.§.& poſt operis.ff.de ope.no.nun. per Bart. & Doct.in l.neque.ff.de in ius voc.in l.h.ff.de offic.procura. Caſa.Bal.in auct. item quæcunque. C.de epiſc.& cle.& in l.1.10.q. C. de his quæ pe.no.in l.acceptam.in 7.quæſtio. C.de vſur.Ange. & Paul.de Caſt.in l. cum ſtipulatus ſim mihi a Proculo. ff.de verbo.oblig.Inno. & Docto.in c.præterea.de appella.

113 ¶ Nonu † quæro, an tempora præſcriptionũ poſſint pacto partium tolli aut prorogari. Vide Barto.& Doct.in l.j.ff. de vſuca.Dyn.& Barto.in l.nemo poteſt. ff.de leg.j. Bald.in auct.quas actiones.C.de ſacroſan.eccle.Roma.in conſi.201. Petr.de Anche.in clem.quandiu. de appel.domi. Anto. in cap.cum non liceat.de præſcrip. Bald.in repet.l.cunctos populos. in 4.charta. C.de ſumma Tri.Bald.poſt gloſ.in cap.1. §.præterea. de capi.Conra. & in l.j.C.de ſenten.quæ pro eo quod intereſt.& in l.receptitia.in 3.colum.C.de conſtit.pecu.Roma.in rub.ff.de arbit. Ange. in Auct. vt eccle. Roma. collatio. 2. & in Aucten. vt de cętero non fiant commi.collat.5. vbi etiam quærit, an ſtatuto vel priuilegio poſſit fieri, quod nulla præſcriptio currat.

¶ Plures alias quæſtiones ſpectantes ad hunc ſecundum articulum, ſcilicet, an conſenſu partium poſſint dilationes moderari, facile curioſus lector inuenire poterit: ego, ne in longius nimis opus trahatur, prædictas quæſtiones tetigiſſe ſatis eſſe puto.

114 Circa tertium † principalem articulum, ſcilicet, an iudex vel ſuperior poſſit auctoritate ſui officij vel ſuperioritatis moderare dilationem legalem, variarunt & gloſſatores & Doctores. Et in primis gloſ.in authenti.offeratur.C.de lit.conteſta. & in authenti.qui ſemel.C.quomodo & quando iudex.inquit, tempus a lege conceſſum, puta decem dierum ad appellandum, & quadriennij ad petendam & finiendam reſtitutionem in integrũ; item ſtatutũ actori, quia lite inchoata deſiſtit, non poſſe per iudicem moderari, per regulã, indultum. libro ſexto, & per text.in §.illud. in Authenti. conſtitutio quæ de dignita & huic opinioni videtur adhærere gloſſ.in capitulo, cupientes.§.quod ſi per viginti. in verbo, quindecim.de electio.in ſexto.& in capitulo, pia. in verbo, octo
115 dierum. de exceptio.libro ſexto.facit, quia † factum prætoris iuri ſcripto non poteſt derogare.

¶ Secunda fuit opinio gloſ.in §.omnes.& in §.ſancimus. in Authenti.de exhibendis reis.quæ videtur tenere contrarium, dicens, quòd terminus triginta dierum ad deliberandum, de quo in dicta authen. offeratur. item terminus anni vel biennij ad proſequendam appellationem, authen. hodie.C.de appellatio.& capitulo, cum ſit Romana.eodem titulo. item terminus triginta dierum, de quibus in dicta authenti. qui ſemel. poſſunt per iudicem moderari, alleg. l.nonnunquam.ff.de iudic.& in l.conſentaneum.C.quomodo & quando iu.

¶ Huic opinioni videtur adhærere glo.in dicto capitulo, cum ſit Romana. ponens regulam, quòd dilationes a iure datas iudex poteſt moderare, per dictã l.nonnunquam. & dicto capitulo, cum ſit. capitulo, ad aures. capitulo, perſonas.de appellatio.capitulo, licet. de ſenten.excommuni. libro ſexto. Excipit tamen duos caſus, ſcilicet tempus conceſſum a lege ad interponendam appellationem: ſecundò tempus conceſſum ad petendam & finiendam reſtitutionem in integrum, de quibus in authenti.hodie.C.de appellatio. ſecunda quæſtione ſexta. anteriorum. & l.ſuperuacuam.C.de tempori.in integrum reſtitu.

¶ Addit etiam Hoſtien.in dicto capitulo, cum ſit, idem eſſe in ſemeſtri dato redhibitoriæ, l.cum ſex. ff. de ædili. ędict.

¶ Quartò idem dicit in tempore conferendi beneficia, capitulo, licet.de ſupplen.negligen.prælato. Idem ſecundùm Goffre.eſt in tempore, quod datur marito accuſandi vxorem de adulterio, l.adulter. & l.iure mariti. C.de adulter. quarta quæſtione quarta.§.aliquando. Hæc opinio non videtur bona, quia non poteſt ratio differentiæ aſſignari, quare magis in his caſibus non poſſit quam in alijs.

116 ¶ Tertia † fuit opinio glo.& Dyn.in dicta regula, indultum. diſtinguentium inter dilationes, quæ dantur a lege cũ expreſſo vel tacito miniſterio iudicis & illas quæ ſine expreſſo vel tacito iudicis miniſterio: nam primas poteſt moderare, dicta l.nonnunquam.& l.ſecunda.ff.de re iudicata. ſecundas vero non, dicta regula, indultum. & dicto §. illud. fallit vbi l.indulget dilationem ſupplendo defectum iudicis: nam tunc cum cauſa poteſt mutari, dicta l.ſecũda. & l.quarta.§.ſiquis condemnatus.ff.de re iudicata.capitulo, quo ad conſultationem.de re iudica.hanc tamen fallentiam non ponit dicta glo.

117 ¶ † Dicuntur autem dilationes cum expreſſo miniſterio iudicis concedi, quando lex ſtatuit terminum, quem mandat a iudice præfigi. Cum tacito vero miniſterio dicitur dari dilatio, quando lex ſtatuit dilationem ex ſeipſa parti, nec mandat iudicis officium debere interuenire, ſtatuit tamen illam poſt cauſam initiatam, ſeu inchoatam, puta inter media cauſæ.exẽplũ de priuileg. habes in dilatione decẽ dierum, quam lex dat in ſingulis primis citantibus per iudicem parti antequam citet peremptorie.

¶ Exemplum de ſecundis habes in dilatione 20.dierum, quam lex dat reo, an velit cedere vel contendere, de qua in dicta authen.offeratur. & idem in dilatione 8. dierum data opponẽti exemptionem excommunicationis ad illam probandum, de qua in dicto capitulo, pia. Dicitur autem dila-
118 tio dari ſine † miniſterio iudicis expreſſo vel tacito, quando lex ex ſeipſa ſine facto iudicis præfigit terminum parti ad aliquid faciendum ante cauſæ incombationem.

¶ Exemplum patet in dilatione decem dierum a lege pręfixa ad aliquid faciendum extraiudiciale.

¶ Hanc tertiam opinionem glo.& Dyn. ſequitur Iacob. de Arena in l.prima.C.de dilatio.vbi etiam per Cyn.in authenti.ei qui.C.de tempori.appella. Bald.in l.iubemus. C. de iudi.& in l.de die.vbi per Guil.ff.qui ſatiſdare cogantur. Iacob.de Belui.& Angel.in §.primo.in Authen.de exhibendis reis.& in dicta l.quarta.§.ſiquis condemnatus.Iacob.Butr.in dicta l.ad peremptorium. Paul.& Cardin. hic. colum. quarta.verſicu.ſeptimo opponitur.dicentes hoc ſecundum membrum non habere locum, vbi lex expreſſe hoc concedit.

¶ Idem tenet Ioan.de Imo.in l.ſecunda.ff.de re iudicata, dicens hoc modo poſſe reſponderi ad omnia iura, quæ Barto.allegat pro ſua opinione, de qua infra.

¶ Hanc etiam reſponſionem voluit gloſ.in dicta regula, indultum.in fine.& Ioan.de Imo.in dicto capitulo, cum ſit Romana.dicens hanc eſſe communem opinionem, quam etiam ſequitur Roman. in conſil.497. incipien. Diligenter perſcrutatis. Et tenendo hanc opinionem limita illam procedere, etiam ſi lex dicat dari a iudice dilationem 10. dierum & non minus, tunc ex cauſa moderari poteſt: probatur in dicta l.ad peremptorium.cum l.ſequenti.in verbo, nõ minus.iuncta dicta l.nonnunquam. facit text. & gloſ.in l. omnem.in Authen.de litigio. Not.Barto.in dicta authen. qui ſemel.poſt medium.Roma.& Cyn.in l.prima.C.de dilatio.Iacob.Butr.in dicta l.ad peremptorium.domi. Anto.in capitulo, præterea.de dila.bene facit dictũ §.ſi quis condemnatus.iuncta l.ſecunda.ff.de re iudica.licet Bal.ſenſerit contrarium in dicta authent.offeratur.

¶ Secundo limita prædictam opinionem & procedere, ſi

lex

lex dilationem miniſterio iudicis,& dicat maiorem non dari: quia cum cauſa minor dilatio dari poterit, iuncta l. ſiue pars.C.de dilatio.in ver.pari. & ita concludit Bart.in d.l.2. Concordat Iac.But.in d.l.peremptorium.& Cy.in d.l.1.do. Anto.in dicto cap.pręterea. ¶ Et has duas limitationes perpetuo notabis.

¶Quarta fuit opinio Bartol.in d.l.ſecunda.dicentis dilationes a iure datas etiam ſine miniſterio tacito vel expreſſo iudicis poſſe cauſa cognita per iudicem moderari: Probat hanc ſententiam. Primo,quia videmus terminum opponendarum exceptionum dilatoriarum a lege datum vſque ad litis conteſtationem, l.exceptionem. C. de probationibus. l.penul.C.de exceptio.cap.inter monaſterium.de re iudica. poſſe per iudicem cauſa cognita moderari, cap. paſtoralis. de exceptio.

¶Secundo, quia moderat terminum datum ad accuſandum,l.Titia.ff. de accu.l.ſi ea. C.eod.titu.l.diffamari. C.de inge.ma.nor.gloſſ. in l.1.C. vt nemo inui. in l. Papinianus. §.ſiquis poſt.ff.de inoffi. teſta. in c.lator. qui filij ſint legi.in cap.licet in beato,de accu.in cap.frequens.ver.debet,de reſtitu.ſpo.lib.6.& de hoc latius infra dicam.

¶Tertiò,quia moderat tempus conceſſum ad petendam & finiendam reſtitutionem in integrum,d.l.petendæ.l.intra vtile,ſecundum vnam lec.ff.de mino.

¶Quarto,quia moderat ex cauſa tempus quatuor menſium datum in actione perſonali quo ad executionem, per d.l.2.& l.debitoribus.de re iudica.

¶Quintò,quia moderat tempus certum conceſſum a lege ad adeundam hæreditatem, l. quandiu. la ſi. ff. de acqui. ren.hære.l.ſiquis hæres inſtituatur.la.2.ff. de hære. inſti. l.ſi ſeruus.ff.de bonis aucto.iudi.poſ. Iſta ſunt iura allegata per Bart.in dicta l.ſecunda. Cui addit Roma.ſexto facere,quia ex cauſa moderat tempus anni conceſſum a lege ad petendam reſtitutionem aduerſus miſſionem in poſſeſſionem ex primo decreto, capitu.cum veniſſent,vbi caſus ſingula. ſupra de eo qui mit.in poſſeſſio.de quo latius infra dicam.

¶Septimò, quia ex cauſa iudex a quo moderat tempus anni vel biennij conceſſum a iure ad proſequendum appellationem,cap.cum ſit Romana.cap.perſonas.cap. ad aures, de appel. quod etiam fit per iudicem ad quem, ſi moderationem ſuadeat fauore reipublicę: caſus eſt no. in cap.oblatæ.de appel.de quo aliquid per Abba.in d.c.cum ſit Romana.& infra latius dicam.

¶Octauo moderat tẽpus datum legatario ad optandum, l.mancipiorum.ff.de optio.lega.

Nono moderat tempus datum abſenti, cui eſt facta collatio beneficij ad acceptandum, cap. ſi tibi abſenti, de pręben.lib.6.& tamen videmus omnia prædicta tempora concedi a l.ſine miniſterio iudicis. Hanc opi. Bart. ſequitur do. Anto.in d.cap.cum ſit Romana: & Abb.ibi dicens, quòd ſi iudex hoc caſu ſine cauſa moueretur, poterit appellari, vt not.Innocen.in cap.ad petitionem,de accu.quia licet etiam in arbitrijs præſumatur pro iudice, vt pulchre inquit Inno. in cap.innotuit.de eo qui fur.or. ſu. & ſequitur Abba.in dicto capitu. cum ſit.& Pet.de Anchera.in capitu.ſecundo.de iuramentum calum.libr.6. & Bald. in capitu.primo.de mili. vaſ. qui contu. eſt,in quarta colum. tamen ſi male arbitretur,poteſt appellari,vt voluit gloſſ.ſolemnis in capitu.ſuper his.de appellatio. & eſt text. in cap. primo. de dila.not. Bartol.in l.ſi qua pęna.ff.de verbo. ſignifica. quod eſt notandum. Hanc etiam opinionem Bartol.ſequitur do.Anto.in cap.pręterea, de dilatio.

¶Nec obſtat dicta regula,indultum, cum ſimilibus: quia debet intelligi, quando ſine cauſa vellet moderare,& ita dicit ibi gloſſ.

¶An autem in his, quæ committuntur poteſtati vel voluntati iudicis,ſit locus appellationi,ſicut ſupra dixi in arbitrarijs,dicam infra. in principio huius clem. ſuper gloſſ. in verbo, valeat.

¶Supraſcripta tamen opinio Bartol. & ſequacium fallit primo in dilatione ſtatuta a lege in actu modici præiudicij, quam etiam ex cauſa iudex non poteſt prorogare, ſecundum gloſſ.ſingula.& ſequitur Domi.in capitu.pia.in verbo octo dierum.de exceptio.lib.6.& dicam infra. in quæſtio.an dilatio probatoria poſſit moderari.

¶Secundo fallit, quando iudex moderando dilationem
legalem ſe intromitteret de iuriſdictione ſuperioris, quo
caſu etiam ex cauſa non poteſt mutari tempus appellandi
& finiendæ appellationis, capitu. ex inſinuatione, vbi text.
de appellatio. Nam talia tempora moderando,videtur legem imponere ſuperiori, id eſt iudici ad quem: & ita tenet
Ange.in l.ſecunda. ff. de re iudica. & Abb. in dicto capitu.
cum ſit Romana.ſed certe hoc ſenſit Bartol.in dicta l.ſecun-
119 da.dicens pulchre, quòd ſi coram iudice † ſeculari opponatur exceptio cognoſcenda coram eccleſiaſtico, non poteſt
iudex ſecularis ſtatuere terminum, infra quem debeat dictam exceptionem probaſſe coram iudice eccleſiaſtico, per
dictũ capitu. ex inſinuatione, quod tenuit Bald. in l. quo.
C.de iudicijs.& Bartol.in l.præſes.C.de appellatio.vbi ſubdit, quòd in caſu prædicto bene poterit ſecularis ſtatuere
terminum excipienti,infra quem debeat ſe præſentaſſe coram iudice eccleſiaſtico vna cum proceſſu, per dictã l. præſes. & dictũ capitu. perſonas. & in hoc opinionẽ Bart. ſequuntur Ange. & Ioan. de Imo. in dicta l.ſecunda. licet de
Bartol. mentionem non faciant. Idem tenet Paul. de Ca.
in l.Titia.ff.ſoluto matrimo.& Pet.de Anchera.in ca.primo.
de appellationibus,in ſexto. & in cap.ſi iudex laicus.de ſententia excõmunicationis,lib.6.Tempus tamen ad inchoandum appellationem iudex a quo poteſt mutare,cum ex hoc
non ſe intromittat de iuriſdictione ſuperioris, & ſic ceſſat
ratio prædicta d.cap.cum ſit, & ibi gloſſ.

¶Ex quo infert Abba. quòd tempus decem dierum datum ad appellandum, ex cauſa publicæ vtilitatis vel ſcandali euitandi poteſt iudex moderare, vt tenet Bartol. in dicta l. ſecunda. prorogare autem non poteſt, quia dictum tempus conceditur appellanti in eius odium, vt illo elapſo excludatur a iure ſuo, ſecundum Paul. de Caſt.in dicta l. ſecunda. quem in hoc reprehendit dominus Alexan.quia tempus quadriennij ad finiendam cauſam reſtitutionis datum conceditur in odium petentis,l.petendę, in fi. C.de tempo.in integrum reſtitu.l.intra vtile.ff. de mino. & tamen ex cauſa prorogatur, vt ibi. Quæ omnia bene ſunt notanda,quia conferunt ad ea,quę dixi ſupra.in pręcedenti articulo principali in quæſtio. an tempus decem dierum ad appellandum poſſit conſenſu partium abbreuiari, de quo infra apertius dicam in quęſt. an iudex poſſit prorogare vel abbreuiare decendium.

120 ¶Tertio † fallit in principe,qui etiam ſine cauſa omnẽ di-
lationem abbreuiat,text. eſt in cap.ex ore. de his quæ fiunt
a maio. parte capi. ſecundum Pet. de Anchera. & Ioan. de
Imol. ibi iuncto text. in capitu. nulla. de conceſſ. præben.
nam licet annus daretur a iure ad conferendum beneficia,
dicto capitu.nulla. papa tamen illud coarctauit ad menſem,
121 ideo princeps abſolute poteſt mutare,& † non ſine ratione,
quia eſt ſupra legem,l.princeps.ff.de legi.cap.propoſuit. de
conceſſ. præben.

¶Quarto fallit, vbi iudex vellet in totum tollere terminum legalem: quia licet eidem concedatur ex cauſa moderare vel augere, non tamen permittitur in totum tollere, gloſſ.eſt nota.digna in l.quod iuſſit.in fin.gloſſ.magnæ.ff.de re iudica. tenet Specu. titu. de citatione. §. nunc de emp. verſicu.fina. Hoſtien. & Ioan.And. in dicto capitu. cum ſit Romana.licet Bartol.in dicta l.ſecunda.colum.ſecunda.circa finem in diſcurſu ſermonis aliter ſentiat per l.mediterraneæ.C.de anno.& tribu.libr.decimo.& ita reſidet dominus Alexan. in dicta l. ſecunda. ſubiungens, quòd licet iudex in totum tollat dilationem legalem, propter hoc non inualidatur actus, ſed bene iſta eſſet iuſta cauſa appellandi,
122 capitu. primo. de dilatio. & facit, quia ſententia † con-
tra ius litigatoris dummodo non contineat expreſſum errorem valet, l. ſecunda. quando prouocare. l. prima. §. item cum contra ſacras. ff. quæ ſenten. ſine appellatio. reſcin.

¶Præterea dominus Alexand. per l.mediterraneæ, non probat opinionem Bartol. ſcilicet, quòd poſſit in totum tollere.

¶Quinto fallit, vbi lex aſſignat certam dilationem, & poſt ipſam aliquid ſtatuit, tunc dilatio non poteſt mutari: vnde ſi ſtatutum dicat, quòd ſi citatus non veniret infra decem dies, habeatur pro confeſſo, iudex tempus à ſtatuto indultum non poterit abbreuiare: ita Bald. in l. prima. C. de requiren. reis. quem ſequitur Petr. de

Anche. in commento cap. canonum ſtatuta, de conſtitutionibus, colum. 154. Ioan. de Ana. in dicto cap. ad petitionem, in fi. de accu. facit, quod pulche ſcribit. Bald. in l. iubemus. C. de iudi. dicens, quòd vbi dilatio eſt a iure præfixa, per iudicem non poteſt mutari: quod etiam voluit Bald. poſt glo. in cap. primo. de milite vaſal. & Roma. in conſi. 76. in fi. incipien. In cauſa nobilis viri. Tu adde gloſſ. in verbo tertio monitus, in clem. ſecunda. de vita & honeſta. cleri. quę idem ſentit, & Roma. in l. 2. ff. de re iudica. in 9. col. ver. dicendum dicta. Ioan. An. in cap. ex tuæ. de cleri. non reſi. quod ſi ſtatutum diſponat non comparentem infra 10. dies banniri, non poteſt iudex terminum abbreuiare: quod eſt notandum. & adde quę not. Bald. in l. ſecunda. quomodo & quando iudex, in dicta authen. qui ſemel. & in l. non ſunt liberi. ff. de ſta. ho. Ioan. And. in rub. de cle. non reſi. faciunt quæ plene dicam infra in quæſt. an iudex dilationem probatoriam poſſit mutare. & in q. an dilatio expectatoria poſſit mutari.

¶Quinta fuit opinio, quæ colligitur ex verbis Bal. in authen. qui ſemel. C. quomodo & quando iudex. & in authen. offeratur. C. de lit. conteſta. in l. iubemus. C. de iudi. in l. de
123 dic. ff. qui ſatiſda. cogan. vt diſtinguatur, quòd † quædam ſunt dilationes, quæ a iure dantur cum cauſę cognitione iudicis, & illæ poſſunt cauſa cognita ab eo moderari: patet in dilationibus probatorijs, l. prima. & l. ſiue pars. C. de dilatio. & in dilationibus expectatorijs, l. ad peréptoriũ. & l. nõ nunquam. ff. de iudi. Quædam ſunt, quæ a iure dantur ſine cauſæ cognitione iudicis: & iſtarum quędam ſunt vniformes & & inuariabiles, & iſtæ non poſſunt moderari: patet in termino 10. dierum ad appellandum, qui conceditur a lege vniformiter dicentibus ſe grauatos, authen. hodie. C. de appellationibus. 2. quæſtio. 6. anteriorum. cap. concertationi. de appella. libr. 6. patet etiam in termino 8. dierum conceſſo vniformiter opponẽtibus exceptionem excommunicationis ad illam probandam, cap. pia. de exceptio. lib. 6. Quædam ſunt variabiles & difformes: & iſtæ poſſunt per iudicem cagnita moderari: patet in tempore, quod a lege datur iudicantis in actione perſonali, quòd tempus cauſa cognita moderatur, l. debitoribus. ff. de re iudica. Iſta opinio in eius membris facile moderari poteſt, ſi bene conſiderentur iura & rationes, quas Bart. ſupra pro ſua opinione deduxit.

¶Sextam opinionem poſuit Bald. in l. prima. ff. de iure delibe. dicens, quòd vbi terminus eſt a iure taxatus, ſi eſt taxatus ipſo iure, & non pertinet ad iudicem, authen. hodie. C. de appella. aut requirit officium iudicis: & tunc eſt in iudicis arbitrio, l. nonnunquam. ff. de iudi. ſecundum Iaco. de Are. & Dy. in regula, indultum. lib. 6.

¶Non obſtat l. ſecunda. ff. de re iudica. vbi tempus quadrimeſtre, quod eſt tempus a iure ſtatutum, poteſt p iudicẽ minui & augeri cauſa cognita: quia ibi illud tempus erat ſtatutũ non præciſe, ſed in defectum iudicis, & ſic vbi iudex de alio tempore non prouideret. Vel ſecundo inquit Bald. vbi
124 ſupra. aut † terminus præfigitur iudici, & non poteſt per officium iudicis prorogari, l. 3. ff. locati. per quem text. dicit Bald. quòd licet poteſtati ſit datum liberum arbitrium, nihilominus debet finire proceſſum infra tempus ſtatutum: Aut terminus eſt ſtatutus actioni, & tunc ſiue ſit ſtatutus circa actionis ſubſtantiam, ſiue circa actionis inſtantiam, non poteſt per iudicem prorogari. Idem in exceptione, ff. de excu. tuto. l. ſcire oportet. §. conſequens. bene tamen poteſt per aliam l. ff. de excu. tuto. l. ſi cum ipſe. & C. de temporibus in integrum reſtitut. l. petendæ. l. intra vtile. ff. de mino. l. fi. C. de adul. & vide de hoc omnino Cy. in l. prima. C. qui accu. non poſ. in vltima & penultima quæſtione. Interdum terminus ſtatuitur per l. perſonæ actoris vel rei ad aliquid dandum vel faciendum, ita quòd meta non imponitur iuri & cauſæ, ſed perſonæ: Et tunc quia ea non reducuntur ad iudicium, non ſunt in iudicis poteſtate: ea vero, quæ reducuntur ad controuerſiam, incipiunt eſſe in poteſtate iudicis, & poſſunt ex cauſa augeri & minui, dicta l. ſecunda. ff. de re iudica. & iſta vltima verba ponit formaliter Gulielmus & Iac. Bu. in dicta l. de die. Doctrina eſt formalis Bald. in d. l. prima. §. 1. quam dominus Alex. in d. l. 2. videtur impugnare, dicens non videri veram, per ea, quę ibi tradidit Bar. defendendo ſuam opinionem.

¶Quare ipſe dominus Alexan. in dicta l. ſecunda. concludit tenendum, quòd dilatione data a lege cum expreſſo vel tacito iudicis miniſterio procedat opinio ſupra firmata, cũ limitatione tradita per gloſſ. in dicto cap. pia. in verbo, 8. dierum. ſed in dilatione legali ſine aliquo miniſterio iudicis, tunc verum ſit ex cauſa poſſe iudicem mutare, per dictã l. 2. iuncto cap. quòd ad conſultationem. de re iudica. & cap. cum ſit Romana. & cap. oblatæ. de appellatio. niſi ſe intromitteret de iuriſdictione ſuperioris, per ſupradicta.

¶Ego in hac intrincata & confuſa materia inhæreo ſupraſcriptæ communi opinioni cum ſuis limitationibus relatis: pro clariore tamen intelligentia, & ſi per modum doctrinæ ſatis dictum ſit, quid ſentiant docto. ita quòd ex prędictis vnaquæque quæſtio terminari valeat, tamen particulares plures quæſtiones diſcutiendas fore non eſſe infructuoſum arbitror tam in ciuilibus quàm in criminalibus, iudicialibus & extraiudicialibus.

125 ¶†Primo igitur quæro, an iudex poſſit prorogare terminum iuris triennij in ciuilibus, biennij in criminalibus conceſſum primæ inſtantiæ? Conclude quòd non, per text. in l. properandum. in fine prin. C. de iudi. qui dicit non eſſe licitum vltra terminum lites extendere. Secundò, quia huiuſmodi meta ſtatuta eſt ad litium protelationes euitandas, in quo verſatur publica vtilitas, d. l. properandum. in princi. cui factum iudicis non poteſt derogare, l. 1. verſi. neque. ff. de ferijs. l. ius publicum. ff. de pac. quod amplia ſingulariter procedere in iudice habente arbitrium in cognoſcendo & procedendo, qui nec virtute talis arbitrij poteſt terminum inſtantiæ prorogare, immo tenetur infra inſtantiam iudicare, text. eſt ſing. ſecundum Bar. & Bal. ibi in l. ſi in le-
126 ge. ff. loca. vbi probatur, ꝙ habens arbitrium circa † factum non cenſetur habere circa prorogationem termini appoſiti facto: & ita tranſit Roma. in dicta l. ſecunda. de re iudica. columna 27.

¶Tu adde idem velle Pet. de Anche. in commento cap. canonum ſtatuta, de conſti. colum. 145. & in clemen. 1. circa princip. de in integ. reſti. Ange. in l. miles. C. de teſtamen. mili. Bal. in cap. cum olim Abbas. de offi. deleg. Bal. & Ang. in l. prima. ff. de teſta. mili. Bal. in l. prima. §. primo. ff. de iure delibe. & in l. obſeruare. §. proficiſci. ff. de officio proconſ. Paul. de Ca. in l. qui Romæ. §. Callimachus. ff. de verb. obliga. Roma. in conſil. 322. incip. In caſu propoſitæ conſultationis. facit quod not. Bartol. in §. quibus. in prima conſti. C. dum quærit, nunquid virtute talis arbitrij iudex poſſit contrauenire ſtatuto. facit etiam quod dicam infra, eadem clemen. in §. non ſic tamen. vbi ponam verba, quæ denotant liberum arbitrium, & quæ liberam voluntatem, & quę arbitrium regulatum faciunt eſſe, quæ dicam infra. in fi. huius cle. in articulo, an cauſa, quæ tractatur ſine figura iudicij, habeat inſtantiam.

127 ¶†Secundo quæro, an iudex tempora primæ inſtantiæ poſſit diminuere? Dicendum eſt ꝙ ſic, quia videmus iudicem a quo poſſe in præiudicium partis appellantis reſtringere tẽpus a lege ſtatutum ad proſequendam appellationem, cap. cum ſit Romana. de appel. ergo pari ratione id poterit iudex primæ inſtantiæ: immo ratione fortiori id debet poſſe, quia ſi poteſt iudex a quo arctare terminum proſequendæ appellationis, in qua perit & inſtantia & ius parti, fortius hoc debet poſſe iudex primæ inſtantię; quia ius partis remanet ſaluum & deductibile in cauſa appellationis. Præterea ſtante communi ſententia de iure canonico inſtãtia eſt perpetua, capitu. penul. de iudicijs. & tamen iudex poteſt hanc perpetuitatem diminuere celeri ſententia litem terminando, cap. iurgantium. de re iudica. Pondera, quia hæc ratio parum habet ſaporis.

¶Pro ſupraſcripta tamen opinione ſecundum Roma. in dicta l. ſecunda. colum. 27. facit, quia per talem diminutionem non derogatur ſed augetur publica vtilitas, quæ verſatur in diminutione, cuius contrarium operatur prorogatio, vt ſupra ſępe dictum eſt.

128 ¶†Tertio quæro, an iudex poſſit tempus datum ad proſequendum cauſam appellationis prorogare? Dic ꝙ non, rationibus deductis, vt ſupra. in prima quæſtio. de termino primæ inſtantiæ.

¶†Secundo videtur tex. in l. nemo. C. de tempo. appellatio. inducendo illum vt ſupra dixi in articulo ſecundo principali in quæſt. an tempus proſequendæ appellationis pacto partium poſſit prorogari.

¶†Tertio,

129 ¶ † Tertio, quia regulariter cauſa appellationis videtur ſapere eandem naturam cum cauſa principali, text. eſt not. in l.prima.§.fin.quem ibi ponderat Ange. ff. an per ali. cauſæ appellatio.no. Innocen. in cap. cum ſpetiali. in 3.colum.de appellatio.Bald. in rubri.ſupra de appellationibus. & in additionibus Speculi de appellationibus.facit quod not.Ioan. And.in cap.paſtoralis.§. fina. de officio delega. & Roma. in conſi.182. & in conſi.261. Et ideo ſicut tempus primæ inſtantiæ non poteſt per iudicem prorogari, ſic nec debet poſſe inſtantia appellationis.

¶ Tu conſidera, quòd licet Roma. in dicta l.ſecunda. colum.28.ita tranſeat, contra tamen facit diuerſa ratio, quæ eſt inter inſtantiam cauſæ principalis & appellationis: Nam cum in appellatione ius non remaneat amplius ſaluum partibus, licèt iudex non poſſit inſtantiam principalem prorogare, ſecus tamen videtur in inſtantia appellationis ratione prædicta, cogita.

130 ¶ † Quarto quæro, nunquid iudex poſſit diminuere tempus inſtantiæ appellationis? Dic, quòd iudex a quo poteſt diminuere, quatenus concernit ius appellantis, cap. perſonas.cap.cum ſit Romana.ca.ad aures.de appel.ſecus in præiudicium & derogationem iudicis ad quem ſuperioris, puta ſtatuendo terminum, infra quem debeat cauſam finiuiſſe, cap.ex inſinuatione. de appel.

¶ Iudex vero ad quem poteſt tale tempus reſtringere, ſi ex hoc cauſatur aliqua publica vtilitas: immo tunc debet reſtringere, tex.eſt not.in cap.oblatæ.ver.ſi.de appel.

¶ Quod verum intellige nedum in termino iuris ſtatuto ad proſecutionem appellationis, ſed etiam in termino ſtatuto a iudice a quo appellanti ad proſequendum appellationem, quem ex cauſa publicę vtilitatis iudex ad quem poteſt moderare, cum non appareat bona ratio differentiæ inter terminum iuris & terminum iudicis a quo, ſecundum Roma.in dicta l. ſecunda.colum.32.dicentem Specu.mouere hanc quæſtio.in titu. de appellatio.§. nunc breuiter tranſcurrendum eſt. ver. item pone præfixus. & ver. item pone ſtatutus.vbi allegat Innocē. in dicto cap. ad aures.de appel. ſic dixiſſe & obtinuiſſe. Ipſe vero Specu.ſolum dicit, tu dic
131 vt ſupra, & ſic innuit contrarium, quia † dilatione pendente quieſcit officium iudicis, l. ſiue pars. C.de dila. & Spe.ſequitur Ioan.de Imo.in dicto cap. perſonas. & Abb. ibi, qui limitat, niſi quando cauſa eſſet talis, quæ requirit celeritatem, dicto cap.oblatæ, & ita ibi reſidet do. Philippus Francus de Peruſio præceptor meus, qui in hac limitatione ſatis concordat cum ratione.

132 ¶ † Quinto quæro, an tempus decē dierum datum ad appellandum poſſit moderari per iudicem? Conclude, quòd prorogando non poteſt, quia derogaret publicæ vtilitati, quę verſatur in celeri expeditione, vt ſupra ſæpius dixi ſecundum Roma. in dicta l.ſecunda. colum.28. quod verum intellige etiam conſentientibus partibus, gloſſ.ſing. in dicta authen.offeratur. quam ſequitur ibi Bald. in authen. ei qui. C.de temp.appel.& faciunt quæ ſupra dixi in ſecundo articulo principali, quæſtio.5.

¶ Abbreuiando vero iudex poteſt moderare tale tempus iuſta ſuadente cauſa, per tex.in ſimili in dicto cap.oblatæ. & & in l.qui ædem.ff ad l.corne. de ſica. & in l.ſiquis filio.§.hi autem.ff.de iniuſto rupto teſta. vbi ratione publicæ vtilitatis & ſcandali ſeu tumultus euitandi iudex poteſt in exequendo præuenire tempus etiam non conſulto ſuperiore: pari ratione idem poterit in termino interponendæ appellationis. Ceſſante vero publica vtilitate hoc non poteſt iudex, per regulam, indultum, lib.6. Et ita Roma.in dicta columna 28.

¶ Adde idem tenere Bar.in l.ſecunda.de re iudica.& Ab. in d.capitu.cum ſit Romana, & ſupra dixi circa principium huius tertij articuli principalis, in verſi. Quarta fuit opinio Bartol. Aduerte tamen, ꝙ licet iudex regulariter non poſſit tempus datum ad appellandum abbreuiare vel prorogare, per ſupradicta, hoc tamen poteſt vel conſuetudo, gloſſ. eſt ſingularis in l.præſcriptione. C.ſi contra ius vel vtilita. publi. quam commendat ibi Bald. in nona colum. & Abb. in dicto cap.cum ſit Romana. Ange. & Ioan. de Imol. in dicta
133 l.ſecunda.ſubdens rationem eſſe, quia † ſtatutum poteſt derogare diſpoſitioni iuris communis, l. omnes populi. ff. de iuſtitia & iure.

¶ Quod tamen ſingulariter limita procedere, quando ſtatuentes vel introducentes conſuetudinem non recognoſcerent ſuperiorem, ſecus ſi ſuperiorem recognoſcerent illum, ad quem eſt appellandum: quia tunc non valeret ſtatutum nec conſuetudo ſe intromittens in materia, quæ non pertinet ad ſtatuentes vel inducentes conſuetudinem, cum appellatio ſit magis altæ iuriſdictionis quam prima cauſa, authen.ad hæc.C.de iudi.& ita determinat Bal.in l.pe.in fi. C.commi.vel epi.

¶ Nec videatur mirum, ꝙ iudex ex cauſa hoc poſſit, vt ſupra dixi, & non ſtatutum, quia cauſa non ita videtur cadere in conſuetudine vel ſtatuto, quod eſt generale, ſicut cadit in caſu ſpetiali, quo iudex arctat ex cauſa. & cum Bald.reſidet do. Alex. in d. l.a. Sed tu conſidera in oppoſitum facere, quia cū appellatio ſit interponēda coram iudice a quo infra decem dies, authen.hodie.C.de appellationibus. cum ſimilibus, ſtatuentes vel introducentes conſuetudinem non viderent diſponere de actu pertinente ad ſuperiorem, ſcilicet iudicem ad quem, vt præſupponit Bal.ſed potius de actu ad ſe pertinente, cogita.

134 ¶ Sexto † quæro, an iudex poſſit diminuere parti tempus ſibi a lege conceſſum ad agendum vel accuſandum? Conclude, ꝙ aut loquimur in ciuilibus, aut criminalibus. Primo caſu regulariter quis non compellitur agere, l. 1. C. vt nemo inuitus. l.creditor.C.de pigno.l.penul.C.de vſu. pup.

135 ¶ † Fallit primo, ſi apparet de mente volentis agere, quòd differat ad hunc finem, vt aduerſarij probationes pereant, text.eſt ſecundum vltimam lectu.glo.in d.l.penul. ſed certe ſecundum Roma.in d.l.2.colum.29.iſtud videtur dubium, quia ex quo poteſt alteri parti prouideri per examinationem teſtium ad æternam memoriam, iuxta c. quoniam frequenter.vt lit.non conteſt.c.ſignificauit.de teſti.auth.ſiquis in aliquo. C. de teſti.videtur, ꝙ debeat ceſſare remediū extraordinarium, & ſic officium iudicis, per quod compellitur quis agere contra iuris regulas.& iſtud argum.Roma.ſentit glo.in d.l.penul. in 3.lec. Tu dic poſſe ſolui, quia cùm iſtud extraordinarium plenius ſuccurrat, & de præſenti non debet ceſſare, licet ordinarium ex ſtat remedium, iuxta glo.in l.fina.C.ſi aduerſ.tem iudi.not.Bart. in l. in prouinciali.§.1. ff.de ope.no.nuncia.& Abbas poſt alios in cap.ex parte. ſupra de reſcrip.& ibi not. colligi etiam poteſt alia ſolutio ad dictum contrarium.

¶ Secundo fallit, vbi quis de loco, vbi habet creditores, eſt de proximo receſſurus: quia tunc ne relinquat infamiā, ꝙ creditoribus non ſatisfecerit, & ſic conſeruet honorem
136 ſuum, quem homo † prudens pluris facit omni pecunia, l. Iulianus.ff.ſiquis omiſſa cauſa teſta.poteſt per iudicem creditoribus pręfigi terminus ad agendum. glo.eſt notabilis in d. l.j.C.vt nemo inuitus.in l.diffamari. C.de inge. manu.

Tertio fallit, vbi eorum, qui ſe creditores aſſerunt, pręcedat diffamatio, puta quia dicant & aſſerant Titium ſuum debitorem in aliquibus iuribus: quo caſu creditoribus ad agendum terminus poteſt pręfigi, ſecundum Innocen.in cap.cōquerendum.de offi.ordi.in cap. cum olim.de teſti. in c.cum ſuper.de conceſſio.præben.in cap.lator.qui filij ſint legiti.arguendo de d.l.diffamari.quę loquitur in cauſa ſtatus ad cauſam pecuniariam: & in hoc ſtat elegantia verbi Inno.de quo infra dicā poſt fallentias ad regulam, an in criminalibus quis cogatur accuſare: & ibi ponam plura elegantia dicta ad materiam d. l.diffamari.

¶ Quarto fallit, vbi quis comminatur ſe poſſe per querelam infringere teſtamentum: nam tunc fauore vltimæ voluntatis, ne eius validitas ſtet in dubio, poteſt per iudicem præfigi terminus ad querelam præparatoriam: text. eſt notabilis ſecundum lecturam Bartol. in l.Papinianus.§. ſiquis poſt.ff.de inoffi. teſta.

¶ Quinto fallit in vno ex creditoribus diſtrahente rem pignoratam: quo caſu ne validitas diſtractionis ſtet in ſuſpenſo, poteſt ad illius petitionem iudex præfigere terminum alijs creditoribus, infra quem doceant de iure ſuo impediendi diſtractionem: caſus eſt in l.ſi eo tempore. C.de diſtractio.pign.

¶ Sexto fallit, quando quis haberet exceptionem aduerſus agentē prouenientē ſine culpa agentis, tunc ad excludēdam talem exceptionem, iudex volenti excipere pōt ſtatuere terminum ad agendū contra tertiū caſum: & exemplū ha

bet in c.frequens. §.ſolet.de reſt.ſpo.lib.6. vbi ſi conuentus à ſuis creditoribus pro vitanda actione excipiat, quòd fuit ſpoliatus bonis ſuis à tertio, pōt iudex excipienti de ſpolio præfigere terminum, infra quem agat contra ſpoliantem: quo caſu vlterius de ſpoliatione non audietur. & has notabiles fallentias ponit Roma. in dicta l. ſecunda. colum. 29. & ſequenti.

¶Ex quibus habes ſex caſus, in quibus quis cogitur agere. Tu adde decem & ſeptem alios caſus, quos ponit Io. An. poſt Hoſtien.in dicto capitu.frequens.quorum aliquos ponit gloſſ.in dicta l.prima. C. vt nemo inuitus. Primus eſt in in tutoribus & curatoribus, quibus periculum imminet ſi non agant,l.nomina.C.arbi.tutel.l.debitoribus.ff.de admi.tuto. Secundo negociorum geſtores, ſi ſunt cognati domini abſentis, & facile ſit eis ſatiſdare dominum ratum habiturum,l.ſi autem.ff.neg.geſt. Tertio procuratores, l.procuratorem. & l. a procuratore. C.mandan. Quarto adminiſtratores ciuitatis.l.fin.§.penul.ff.de admini. rerum ad ciuita. pertinen. Quinto hæres, qui habet neceſſe vendicare nomine defuncti, cogitur interfectores accuſare,l.prima. C.de his quibus vt indig. Sexto, quicunque litem conteſtatus fuerit, vel libellum obtulerit, in Authen. de litigioſis. §.omnem. colla.9. & licèt Ioan. And. non dicat, hoc tenet gloſſ.in dicta l.prima. C.vt nemo inuitus.per authen.qui ſemel. C. quomodo & quando. Septimo venditor, qui excipit a venditore habitationem domus, vt ſcilicet inquilino liceat habitare, ſi inquilinus damnum dederit,cogitur contra illum agere, & emptori reddere quod fuerit conſecutus,l.Iulianus.§.pe.ff. de actio. emptio. Octauo magiſter nauis,qui inſolidum reddit vectoribus non detracto damno proportionaliter,cogit agere,l.ſecunda.ff. ad l. Rhodiam de iac. Nono ad iſtantiam coloni cogitur dominus agere contra illum, qui meſſem ſurripuit,l.cum plures.§.meſſem. ff.loca. Decimo in caſu l.ſecundę.§.ſiquis in ſuo.verſi.idem Nerua ſcribit.ff.ne quid in loco pub. Vndecimo in l.ſi ſit legatum.§.fina.ff.de lega.3. Duodecimo in caſu cap. ſignificauit, de offic. ordi. Decimotertio in matre, quæ neceſſe habet petere tutorem filio, l.matres,& l.cum matribus.C.qui pet.tuto. Decimoquarto in appellatore,cap. oblatæ.de appella.& ſupra dictum eſt. Decimoquinto in impediente matrimonium,capitu.cum inhibitio,de clande.deſpon. Decimoſexto in nunciante nouum opus,cap.ſi.de ope. no. nun. Decimoſeptimo, quando actor malitioſe tradat reum conuenire, quem conuenire intendit,cum fuerit paratus ad receſſum,& pedem in ſtaffa habuerit,vt ſic facilius ſe redimat, argum.cap. nonnulli. ſupra de reſcrip. hoc enim præcaueri debet,capitu.primo.de ſeruis non ordinan. exemplum ponit gloſſ.in l.prima.C.vt nemo inui. in ſcholare Bononienſi ſtatim receſſuro de ſtudio, quem Bononien. differt conuenire,quando fuerit ad receſſum paratus:nam ad inſtantiam ſcholaris iudex iſto caſu aſſignabit creditori terminum, infra quem agat, & poſt illum non audiatur, argum.dicti ca. frequens.& dictę l.diffamari. cap.licet.de proba.cap.legitima.de appellatio. in 6.l. ſi eo tempore. C. de diſtractio. pigno.l.mancipiorum.ff.de optio. leg.l.prima.ff. de cura. bo. dan.l.ſi ſeruus.ff.de bono.aucto.iudi.poſſi.l.3.§.cauſæ.ff.de carboniā.edicto. Secundo vero caſu cùm loquimur in criminalibus, conclude ſimiliter quòd regulariter quis non cogitur agere vel accuſare, nec propter hoc terminus a iure ſtatutus reſtringi poteſt, l.prima. C. vt nemo inui. Fallit primò, vbi procedit diffamatio eius, qui terminum inſtat præfigi ad accuſandum, vel cauſam ſtatus inſtituen. l.ſi ea. C.qui accuſa.non poſſunt.l.Titia.ff.de accu. cap.lator, qui filij ſint legitimi.cap.licet in beato. ſupra de accuſa.& eſt ra-
137 tio,quia diffamare eſt ad iudicium† diffamatum tacite prouocare,d.l.diffamari,& ibi Bal.in 2.col.

¶Secundo fallit in crimine homicidij, in quo iudex poteſt cogere aliquem ad accuſandum, ſecundum Bar.notanter in l.in eum.ff.de accu.contrarium tamē tenuit ibi Raph. Cuma.& videtur etiam glo.Cy.Bal.Saly. & Ang.in l.ſiquis homicidij.C.de accuſa. pro concordia ſolet dici, quòd iure actionis non cogitur quis accuſare de homicidio, ſed iudex ex officio bene poteſt agere, de quo latius per Aret. in tractatu maleficiorum, in verſicu. nec non ad querelam, colum.24.& ſequen.

138 ¶ † Vltimo fallit in hærede, qui cogitur necem defuncti

139 vendicare,l.prima.C.de his qui.vt indignis. ¶Viſo,an† quis cogatur agere, videndum eſt an cogatur quis ſe defendere. Hoſtien.& Ioan.And.in d.cap. frequens. dicunt ꝙ non, ſed prouidetur actori per punitionem contumaciæ, c.1.& cap. quoniam. vt lite non conteſta.

¶Fallit primo in procuratore actoris,qui cauit de defendendo dominum,l.ſed & hę.§.fin.ff.de procura.

¶Secundo fallit in procuratore rei, pro quo dominus cauit,de quo per glo.in cle.j.de procuratoribus.

¶Adde etiam ad prædicta bene facere quod not.Bal. in l.3.C.qui bo.cedere poſſunt. vbi per illum text. colligit, ꝙ vbi quis timet grauari pro debito vel facto alterius, poteſt implorare officium iudicis, vt ante factum inhibeat & ſilentium imponat: quod dicit alibi non reperiſſe: facit etiam quod not. Ange.in l. vix certus.ff.de iudi. dicens,quod tutor, curator, vel quicunque adminiſtrauit negocia aliena, poteſt adire iudicem, vt compellat illum,cuius negocia geſſit,videre & recipere rationē adminiſtrationis ſuæ:quod eſt bene notandum. Et adde etiam, quod omnis ille, cui competit exceptio, poteſt implorare officium iudicis, vt declaret ſibi exceptionem competere:gloſſ.eſt & ibi not. Docto. in l. ſi commendat. ff. de fideiuſ. de quo per Roma. in conſil.412. & per Areti. Inſtitu. de exceptio. in gloſſ. rub. columna 48.

140 ¶†An autem ille,cui eſt pręfixus terminus,de quo ſupra. audiatur veniens poſt terminum? Gloſſ. in cap.cum in tua. qui ma.accu.poſ.tenet quòd ſic,ſi res eſt integra: alias non: & rem non integram eſſe intelligit ibi Abb.quando reus iam fecit præparamenta,quę ſine ſuo damno differe non poteſt, ar.cap.in cauſis.de elec.

¶Iaco. vero de Arena, & Cy. in l. ſi ea.C.qui accu.non poſſ.dicunt, quòd ſi rei non interſit, audietur, alias ſecus, quia tunc poſt terminum non poterit moram purgare, arg. l.ſi ita quis.§.ea lege.ff.de verbo. obligatio. Sed Bartol.in l. mancipiorum.ff.de optio.lega.dicit, quòd non auditur niſi ſeruata forma capituli,paſtoralis,de excep. Bal.autem in dicta l.diffamari.& Saly.in dicta l.ſi ea. & Ange. in dicta.l.Papinianus.§.ſiquis poſt.ff.de inoffi.teſtamen.Ang.& Ioan.de Imo.in l.quandiu.ff.de acquiren.hære. dicunt, quòd immo ſemper auditur poſt terminum, ſiue ſit aſſignatus ad agendum, ſiue accuſandum,ſiue ad teſtes producendum,ſiue ad proponendum exceptiones, ſiue ad probandum vel aliud faciendum,donec facta fuerit declaratoria,illum, cui terminus erat præfixus, fuiſſe contumacem & non eſſe audiendum,& impoſitum ſibi fuerit ſilentium:alleg.Innocen.in dicto cap.cum in tua. Adde bene facere quod voluit Pau. de Ca.conſi. 31.dicens,ꝙ non obſtante ſtatuto diſponente bānitum poſt terminum haberi pro confeſſo, & non audiendum, debet audiri ante talem declaratoriam ſecutam: & bene facit quod voluit Pet. de Anchera.in cap.ad apoſtolicæ.de re iudica.in 6.dicens, quòd ante talem declaratoriam ſubditi non poſſunt negare obedientiam domino vel pręlato:& ideo cautus aduocatus termino lapſo debet procurare, ꝙ talis interlocutoria feratur.

¶Immo melior eſt cautela, quòd iudex in aſſignatione termini apponat illa verba, quòd ſi infra dictum terminum non comparuerit,ex nunc prout ex tunc & econtra pronunciat illum amplius nō audiendum, & ſibi ſilentium imponi, ſecundum Ang.ſingulariter in d.l.quandiu. allegat Innocē. in cap.lator.qui fil.ſint legi.Sed Bal.in authen.ad hæc.in penul.quæſtio.verſic.quæritur ſi ego diffamo aliquem. voluit contrarium dicens, quòd etiam ſi iudex a principio fuerit cōminatus & interlocutus, quod vltra terminum non audietur,nihilominus erit audiendus,quia poſt iudicis terminum mora purgari poteſt. Secus ſi poſt terminum legis, quia a lege ſtatuitur terminus per modum præſcriptionis: alle.Innocen.in d.c.cum in tua. Secus dicit Bal.eſſe, quando elapſo termino ſtatuto a iudice iudex interloquitur illum non audiendum: quia tunc non habet locum purgatio moræ,cum ſententia tunc ſit lata præcedente cauſa, allegat l.Titia.ff.de accu.& d.l.diffamari.

¶Io.de Imo.in d.l. quandiu, dicit, Innocen. in dicto capitu.lator, non dicere id ad quod eum allegat Ang. immo Innocen. in dicto capitulo, cum in tua, tenet contrarium. Roma. in dicta l. quandiu. per bonas rationes reprobat Ang.licet dicat,quod cum ſibi hæc quæſtio accidiſſet de facto,

cto,

cto,non potuit tantum clamare, quin iudex tulerit ſententiam, ſecundum ſententiam Ange. de quo articulo, ſcilicet an veniens poſt terminum ſit audiendus, plene tractant Io. de Im. l.& Roma. in dicta l. quamdiu. diſtinguendo, quòd aliquando terminus ſtatuitur ad accuſandum, interdum ad agendum, interdum ad probandum, interdum ad producendum, interdum ad excipiendum, interdum ad eligendum, interdum ad adeundum hæreditatem, interdum ad acceptandum collationem beneficij, interdum ad oſtendendum titulum vel diſpenſationem, vt ibi per eos,ad quos me remitto. Vnum tamen perpetuo notabis, quòd interlocutoriam in poſitione iudex non poteſt ferre, niſi bis admonuerit illum,cui terminum aſſignauit,quòd infra terminum agat. vel ſaltem bis terminum aſſignauerit: ita Ange. per gloſſ.ſingularem ibi in Authen.de hæredi. & falci.in §.ſi quis vero non implens.colla.1.quod etiam voluit Ang.per tex.ibi in §.ſiquis autem. in Authen. de eccle. titu.colla.nona. & Aret. Iuſtitu.de excep.in gloſſ.rubricæ,col.32.& dominus Alex. in conſi. 110. incipiente, viſo themate & diligenter conſideratis.

141 ¶ † Dubium tamen eſt, nunquid talis terminus ad agendum poſſit aſſignari cauſa non cognita. Dy. in dicta regula indultum. lib.6. tenet quòd ſic. Bartol. in dicta l.Titia. in fi. ff.de accuſatio. tenet contrarium,dicens,quòd alias poteſt appellari: vnde ſecundum ipſum prius debet cognoſci de cauſa,puta an ſcholaris ſit de proximo receſſurus. Item an ille vadat diffamando: ad quod probandum ſatis eſt probare, quòd iſtam vociferationem fecerit coram paucis, l. item apud.§. ex his.ff. de iniurijs. vel etiam iudice exiſtente etiam in non figura iudicij,ſecundum Bald. in dicta l.diffamari. in principio.

¶ Abb. in dicto capitu.cum in tua. concordat Dy. cum Bartol. hoc modo, quòd vbi a iure mandatur præfigi terminus in caſu dicti capitu. non requiratur cauſe cognitio: & ſic procedat opi.Dy.vbi vero terminus præfigitur contra regulam iuris, puta nolenti agere, tunc neceſſaria ſit cauſæ cognitio:& ita procedat opi. Bartol. quem ſequitur dominus Alexand.in dicto conſil.110. in fi. in eo tamen quod inquit Bartol. quòd aliter poſſit appellari, & ſic ſentit quòd niſi per appellationem pars poſſit releuari, dicit Abb. vbi ſupra. hoc procedere, quando in iudicio præfigit terminum, quia actus iudiciales tranſeunt in rem iudicatam, niſi appelletur, cap. cum inter. de re iudica. etiam ſi ſit interlocutoria, cap. dilecti. in fi.de elec. ſed in extraiudicialibus ſi ſine cauſæ cognitione præfigit terminum etiam citra appel-142 lationem pars releuatur, & debet audiri, quia † grauamina illata extra iudicium non tranſeunt in rem iudicatam, cap. legitima,de appellatio.in 6.

¶ Verum quia ſupra ſæpe facta eſt mentio de dicta l.diffamari.cuius remedium frequenter in practica & in vſu eſt, volo plura notes pertinentia quotidiana, & primo formam petitionis vel libelli, quæ talis erat: quia diffamatus petet a iudice certum terminum diffamanti præfigi, infra quem agere vel accuſare debeat, ſi quod iuris habet, vel delictum aliquod prætendat diffamatum commiſiſſe,cùm de hoc vadat illum diffamando: & eo non agente vel accuſante infra terminum petet diffamatus a iudice pronunciari, vt de cetero non audiatur,immo petet a iudice per ipſum & eius officium,quod implorat,imponi perpetuum ſilentium, ſecundum Saly. tradentem hanc formam in d. l. diffamari. & de impoſitione perpetui ſilentij facit quod habetur in text. & ibi Bald.in l.ñ.C.ne lic.poten.per glo. & Bar.in l.Aurelius. §.ſi centum.ff.de lib.lega.

¶ Aduerte tamen, quòd in libello non poteſt peti, quòd per iudicem alicui inhibeatur quòd non agat vel non pe-143 tat, quia actio † negatoria non competit in talibus perſonalibus actionibus ſed in realibus, l.egi.& l.harum.ff. ſi ſerui.ven.& ita Rota Romana in antiquis deciſionibus ſub rubrica,de dilationibus, que incipit,Nn.qualiter dicenti.

144 ¶ Item not. quod † dicta lex diffamari, habet etiam locum in diffamatione ciuili, & ſic vbi non agitur cauſa ſtatus,ſed rei temporalis: ita pulchre Innocen. in capitu. conquerente. de offic.ordi. quem ſequitur Roma. in l.ſecunda. ff.de re iudica.colum.29. & dominus Anto. in d. cap.conquerente,colum.7.verſicu. ad ſecundum. & Rota Romana vbi ſupra. Roma. in conſilio 83. dicens poſt Specu. titu. de emptio. & venditio.§. nunc dicendum. verſicu. vltimo no. cum ſequentibus, quod contra illum, qui mandat, ne tem talem emam, datur mihi remedium, vt ei per iudicem ſtatuatur terminus, infra quem agat, per ſupradicta. ſubdit etiam vbi ſupra Spec. tali, qui diffamatur, in iure ſuo competere actionem de dolo: quod inquit Roma.in dicto conſilio fore bene notandum ad deciſionem quæſtio. quam indeciſam relinquit Bald. in l. de pupillo. §. ſiquis. ff. de ope. no.nuncia. Bald. vero notauter in ſua margarita in verbo, ſilentium, in prima quæſtio. dicit, quod talis termini aſſignatio & ſilentij impoſitio non ſit ſilenti ſed vexāti: & ideo ſi debitor nihil dicit, ceſſat aſſignatio termini & impoſitio ſilentij:ſi vero diffamat,tunc ſi quidem de cauſa ſtatus,procedit dicta l.diffamari. ſi de crimine, tunc ſi in iudicio, aſſignatur terminus ad agendum, dicta l. ſi ea. & dicta l. Titia. & dicto capitu. licet in beato. Si extra iudicium & extra faciem iudicis, tunc officium mercenarium non pertinet ad iudicē,ſed diffamans tenetur actione iniuriarum, l.lex cor. §.fina.ff.de iniur.& nulla l.cauetur, quod hoc ſit crimen fal. immo l. ei remittit pœnam Turpilliani, l. quæſitum. ff. ad turpil. vbi tamen oritur controuerſia poſſeſſionis ex talibus verbis diffamatorijs, tunc agi poteſt, ff. de liberatione legata. l. Aurelius. §. centum, in gloſſ. verba ſunt eleganti a Bald. in dicta ſua margarita. Ex quibus colligo intelligentiam, quando ſit fienda termini aſsignatio & ſilentij impoſitio.

¶ Item quod ex tali diffamatione etiam poteſt agi iniuriarum. Tertio, ꝙ etiam pro cauſa ciuili termini aſsignatio fieri poteſt, de quo ſupra dixi. Et quia dixit Bald. ꝙ ſilenti & non vexanti non poteſt aſsignari terminus nec imponi ſilentium, dubitari poteſt,quid ſiquis per interpoſitam perſonam faciat ſe ſuper aliqua re vel iure diffamari, an virtute talis diffamationis poſſit aſsignari terminus, cum quo fundari poſſit iudicium, & poſsit quoſcunque alios citari facere,de quibus ſuſpicatur ſi nolunt contradicere, argum. authen. ſi omnes.C. ſi vt ſe ab hæredi. abſti. Bald. notanter & in terminis in authen.ſi quis ab aliquo.colum.3.verſi.aduerte. C.de teſti.tenet ꝙ ſic, per d. authen. ſi omnes.& per no.in l.at qui natura.§.cum abſente.ff.de neg. geſt. & Bald. ſequitur ibidem Saly.ſubdens hanc eſſe cautelam, qua quis poteſt quoſcunq; prætendentes intereſſe citari facere, ſubmittendo aliquam perſonam,quæ illum vadat diffamando ſuper illa re vel iure.

¶ Item not.ꝙ dicta l.diffamari, & alia iura probantia terminum poſſe ſtatui alicui,infra quem agat,& poſt quem nō audiatur, procedunt nedum in illo, qui poteſt agere directò,ſed etiam in eo qui non directò, ſed per quoddam obliquum inducendo litem contra vnum per modum contradictionis,ſi ius ſuum in iudicium deducere vult,text. eſt ſing. quem Ange.ibi dicit neſcire alibi, in l. ſiquis libertatem. §. nam cum quidam.verſicu.planc. ff. de peti.hære. vbi etiam dicit Ange.eſſe text.ꝙ ille,cui aſsignatur terminus ad agendum,debet litem conteſtari, nec ei ſufficit libellum porri-145 gere. plus dicit ibi Ang. ꝙ † licet regulariter ſuper exceptione non ſit lis conteſtanda. l. ſuſpecta. vbi not. ff.de inoffi. teſt.tamē ſuper exceptione,quę opponitur in modum contradictionis & actionis debet lis conteſtari. Hinc eſt, quod qui obijcit contra prælatum, ne confirmetur, debet ſuper tali exceptione litem conteſtari, quia ſapit naturam actionis: alleg.Innocen. in capitu. bonæ. vel in capitu.quia propter. de electio.

¶ An autem quando agitur remedio d.l. diffamari. poſſint teſtes recipi lite non conte. Do. Anto.in cap. cum olim de teſti.in ver.tertius intellectus. ſenſit ꝙ ſic.

146 ¶ † Aduerte etiam, quod per remedium dictę l. diffamari. poteſt etiam excommunicatus compelli agere, ſecundum Innocen.& do. Ant.in capitu.exceptionem. de excep. in quarta colum. aliàs enim quod eſt ſtatutū in odium excommunicati reſultaret in eius fauorem,contra regulam,ꝙ ob gratiam. lib.6. & idem ſequitur Ioan. de Imo. in cap. ſignificauerunt.colum.3.eod.titu.& ita tenendum,quicquid dixerit Abb.in d.cap. exceptionem. in fi. ſentiens contrariū allegando duas gloſſ. vnam in cap.quærent. aliam in capitu. alieni.ſecunda quæſtio.7.

¶ Sed certe illę glo.dicunt,ꝙ etiam reo volente iudex nō debet infamem admittere ad agendum:ergo nec excommunicatum,cùm ſit publica vtilitas,ꝙ excludatur,c.pia. de exceptio.lib.6.Hinc eſt,ꝙ iudex tales repellit, qui voluntarie egerunt: ſed in caſu d.l. diffamari. talis actio non eſt voluntaria ſed coacta,igitur &c.Et facit,quia illud eſt reū conten-

tire quòd actor excommunicatus agat, vt loquuntur dictæ gloſſ. Aliud quòd reus poſſit cogere actorem excommunicatum ad agendum, vt in quæſtio.

147 ¶ † Quis autem erit iudex competens, vbi agitur remedia dictæ l. diffamari? Abbas in capitu. ſi quis contra clericum, in princip. de foro competenti. & dominus Anto. in capitu. ſi clericus laycum. in fine. eodem titu. & in capitu. Quintauallis. verſicu. venio ad quartum. de iureiuran. concludunt, quòd iudex ipſius diffamaò erit iudex competens. Et ad hoc allegant Federi. de Senis, facit quod not. Bartol. in l. ſi ſocietatem. §. arbitrorum. ff. pro ſocio. & Ang. poſt Bartol. in l. cum hi. §. tranſactione. ff. de tranſactionibus, vbi bo. text. & Bald. in capitu. ſi autem, de reſcriptis. & Abb. in capitu. ex parte ſecundo. de reſtitutio. ſpoliato. in prima columna, & in capitu. quoniam frequenter, in principio, vt lite nó conteſt. per Peruſinum præceptoré meum in rubrica, de appellatio. Roma. in conſil. 412. incip. pro habenda ſubſtantia veritatis, in principio.

148 ¶ † Quid autem ſi ille, cui competit exceptio, vel qui intentat remedium dictę l. diffamari. habeat plures iudices, inter quos ſit locus præoccupationi, an ex eo quòd intentauit remedium dictę l. coram vno, dicatur præuenta iuriſdictio illius iudicis? Quæſtio eſt difficilis ſatis, & pendet ab illa, ſcilicet cuius ſit electio, ſi reus habeat plures iudices, an actoris vel ipſius rei, in qua ſolet diſtingui, an hos plures iudices habeat iure communi, vel ſpeciali priuilegio, de quo per gloſſ. in l. fina. C. vbi in rem actio. in l. ſecunda. §. plane. ff. de iudi. in authé. habita. C. ne filius pro patre. & in §. penul. in prima conſtitutione ff. in capitu. dilecti. in capitu. cum ſit generale. in capitu. ſane. & capitu. fin. de foro competen. plené per Ioan. And. referentem diſputationem Iaco. de Bel. in capitu. primo. de priuileg. in 6. in nouella, in caſu quo electio eſt ipſius rei, quæſtio non videtur habere dubium, quin per actum legitimæ citationis ſit præoccupata iuriſdictio: in caſu vero, quo electio daretur actori, maius eſt dubium, & audio quoſdam moder. in cap. propoſuiſti. de foro competen. tenere ꝯ non: cuius contrarium ſenſit Roma. in dicto conſi. 412. Ego in præſentiarum aliter non determino quæſtionem, ſed bene cogita.

149 ¶ Septimo † quæro, an terminum ſtatutum a ſe iudex poſſit moderare. reperio varias opiniones. Prima fuit Rotę Romanæ, deci. 384. in antiquis poſita ſub rubrica de appellatio. quæ incipit, Nota vtrum iudex, vbi arguit iudicem non poſſe terminum a ſe ſtatutum ad proſequendam appellationem prorogare, quia officio ſuo functus eſt, præſertim ſi intereſt appellati terminum non prorogari. contrarium tamen dicit fuiſſe determinatum, ſed loquitur in caſu, in quo non erat pars appellata, quia iudex ex officio ſuo proceſſerat, & ſic Rota non bene ſe firmat.

¶ Secunda fuit opinio Abba. in capitu. ſæpe. de appellatio. tenentis, quòd non, per gloſſ. ibi in verbo, peremptorię. quæ dicit iudicem tunc demum poſſe facere gratiam contumaci, & eum expectare in diem ſequentem, per capitu. conſuluit. de officio delega. vel prorogare ſibi terminum, niſi ſit quæſitum ius parti, puta ſi per non comparitionem in termino habetur pro confeſſo, vel appellatio pro deſerta.

¶ Tertia fuit opinio Roma. in l. ſecunda. de re iudica. columna 31. qui allegat Bald. in l. prima. C. quomodo & quando iudex. colum. tertia. verſicu. modo hic vlterius quæro. & Rotam Roma. in deciſione 207. quam ego in meis non reperio. Et concludit Roma. quòd ſi terminus eſt præfixus per eum ſine partium expreſſo conſenſu, quòd cauſa cognita nihilominus poſſit prorogare: quia licet iudex interlocutoriam, quæ ſecum trahit executionem, vt eſt termini pręfixio, ſine cauſæ cognitione reuocare non poſſit: Secus tamen eſt adhibita cauſæ cognitione. gloſſ. eſt ordinaria in l. prima. in fi. ff. de præto. ſtipu. quam ibi commendat Bartol. & Cardi. illam limitans in capitu. perpendimus. de ſenten. excommunicatio. colum. 27. Ex quo inferri poteſt notabiliter, text. in dicto capitu. conſuluit. volentem iudicem poſſe contumacem expectare in diem ſequentem, ſi periculum non eſt in mora, vt ibi, & l. & poſt edictum, ſecundum vnam lecturam. ff. de iudi. debere intelligi, modo cum aliquali cauſæ cognitione hoc faciat, per dictá l. primá. in fi. iuncta gloſſ. & ſic aduerſario citato vel pręſente, vt pulchre inquit Bald. in dicta l. prima. C. quomodo & quando iudex. col. fina. dicens quòd ſicut in danda dilatione requiritur cauſę cognitio, ſic in illa alteranda. Ibi etiam Bald. aliqua ponit de intellectu dicti capitu. conſuluit. quem vide: & de iſta cauſæ cognitione latius dicam in quarto articulo principali. Et ſi dicas, ex quo iudex functus eſt officio ſuo, quomodo poteſt terminum prorogare? reſpondeo quod in interlocutorijs non habet locum prædicta ratio l. quod iuſſit. ff. de re iudica. capitu. ſi a iudice. de appellatio. in 6. cap. cum ceſſante. de appellatio. & ſic tollitur argumentum Rotæ, de quo ſupra.

¶ Aut terminus fuit ſtatutus cum partium conſenſu expreſſo: & tunc inuita altera parte, cui eſt ius quæſitum, prorogari non poteſt, vt tenet Innocen. in capitu. ſuper eo, el 2. de appellatio. quem ſequitur Specu. de ſenten. §. nunc videndum. & Bald. in dicta l. prima. dicens, quod quidam magnus Doctor vltramontanus ita dicebat, & proculdubio bene dixit, ſi pars acceptauit terminum: ſed ſi contradixerit propter termini breuitatem, tunc ex æquitate poterit prorogare.

¶ Prædictis antecedat, quod voluit Bald. in l. prima. C. ſenten. reſcin. non poſſe. dicens quod ſi de conſenſu par-
150 tium per delegantem ſtatutus eſt terminus † delegato ad cauſam expediendam, non poterit terminus prorogari, ne tollatur ius quæſitum alij ex præfixione termini. & Bald. ſequitur Roma. in dicta colum. 31. Et hoc verum intellige, niſi aliquid de nouo emerſerit, propter quod pars infra terminum non poterit docere: nam tunc iuſtum eſt, quod ſibi ſuccurratur per prorogationem, l. de ætate. §. ex cauſa. ff. de interroga. actio. capitu. cæteros. de iuramen. calum. Simile videmus, quòd ex cauſa terminus anni prorogatur, & datur biennium ad proſecutionem appellationis, authen. ei qui. C. de temp. ap. capitu. ex ratione. ſupra de appellatio.
151 Comprobatur, quia iudex † maxime in arbitrarijs debet habere æquitatem ante oculos, l. quod ſi epheſi. ff. de eo quod certo loco. facit capitu. fina. de tranſactio. plus voluit Roma. in dicta colum. 31. quòd ſi contradicenti parti non infertur aliud præiudicium præter hoc, quòd tardius cauſa expedietur, iudex cauſa cognita poterit ad alterius inſtantiam prorogare, argum. l. mancipiorum. ff. de optio. leg. cap. ſi tibi abſenti. de præben. in 6. ſic reſidet Roma. Tu ſequere eandem ſententiam, & dicas, non obſt. argumentum Abba. quia glo. in dicto cap. ſæpe. procedit, quando ſine cauſa vellet prorogare: ſecus ſi cum cauſa. nam ſi hoc poteſt in termino iuris ſeu dilatione legali, vt per gloſſ. in cap. cum ſit, de fo. compet. l. 2. ff. de re iudica & ſupra dixi. fortius id poterit in dilatione hominis, in qua iudex habet maiorem iuriſdictionem, cap. de dilatio.

¶ Non etiam ob. quòd communi conſenſu partium dilatio fuerit aſſignata: quia hoc non obſtante iuſta exiſtente cauſa, etiam altera parte inuita, iudex poterit prorogare: & ita tenet Bald. referendo Innocen. in l. prima. in fi. C. ſenté. reſcin. non poſſe. facit quod dr de termino octo dierum aſſignato ad probandum excommunicationem in cap. pia. de exceptio. libr. 6. vt poſſit ex cauſa prorogari, voluit Archi. & Ioan. And. in d. cap. pia. & Spe. de dila. §. primo verſic. & nota.

¶ Non etiam ob. quòd iudex non poſſit tollere ius quæſitum parti, vt dicit glo. in dicto cap. ſæpe. quia procederet, vbi terminus foret decurſus & lapſus: ſed ante lapſum termini non poteſt dici ius parti quæſitum, l. inſulam. ff. de verbo. obliga. capit. commiſſa. de elec. in 6. tota enim dilatio ce-
152 dere debet, & † donec momentum dilationis ſupereſt, quis non poteſt dici contumax, inquit Bald. in l. prima. C. quomodo & quando. ver. quęro hic vlterius. per l. lecta. ff. ſi cer. peta. & not. in §. omnis. Inſti. de verbo. obliga. quia omnis contumacia terminatur ad primum, l. cum ſtipulatus ſim mihi a proculo. ff. de verbo. obliga.

¶ Et ſi dicas, illa iura loquuntur in termino iuris, ſicut eſt in termino hominis, in quo etiam ante lapſum termini quis incidit in poenam, quando eſt certum quòd infra terminum non poteſt implere. Reſpondet præceptor meus Peruſinus in dicto cap. ſæpe. colum. 12. quòd quando pęna debetũr ex prouiſione legis, etiam ſi terminus ſit appoſitus ab homine, & ſit certum, quòd infra terminum adimpleri non poteſt, cum ante lapſum termini non poſſit dici parti ius quæſitum, & prorogatio impedit poenam committi, vt not. Bartol. in dicta l. cum ſtipulatus. in illa quæſtio, an per prorogationem termini euitetur periurium, ſequitur iudicem poſſe prorogare. Et ita dicit indubitanter tenen. quicquid ibi dixerit glo. & Abb. contra qué etiá tenet idem

præceptor

præceptor meus in dicto cap. perſonas. colum. pen. eo. titu. ¶ An autem terminum ſtatutum ab homine & ſic a iudice a quo ad proſequendam appellationem poſſit iudex ad quē moderare: dixi ſupra in quæſtio. an iudex poſſit diminuere tempus inſtantiæ appellati. vide ibi.

153 ¶ †Octauo quæro, an tempus anni præfixum a iure ei, contra quem eſt facta miſſio ex primo decreto ad recuperandum poſſeſſionem, poſſit per iudicem moderari? dic. quod ex cauſa diminui poteſt, tex. eſt ſingularis & ibi Ang. in l. is à quo fundus. ff. de dam. infec. & eadē ratione ex cauſa poteſt prorogari tex. eſt ſingularis in c. cum veniſſent. ſupra de eo qui mittitur in poſſeſſio. Et ſi dicas ad illum tex. vt ibi dicit Hoſtien. quod illa prorogatio ſuſtentabatur ratione conſuetudinis loci, reſpondeo quòd hoc eſt diuinare, quinimo opinio Hoſtien. ob. text. ibi dum dicit, quòd ſecundum ius tantum vellet procedere. Et ita reſidet Roma. in dicta l. ſecunda. ff. de re iudica. colum. 32. & in ea-
154 dem l. col. 8. ¶ †Nono quæro, auctoritate ſtatuti iudicis delegantis vel voluntate partium ſtatutus eſt certus terminus ad cauſæ deciſionem, poterit ne hoc caſu iudex dare dilationes legales, quando excederent terminum appoſitum deciſioni cauſæ, vel iudex debeat ipſam moderare ſecundum quantitatem temporis ſibi aſſignati ad cauſam decendam? quæſtio notabilis eſt, in qua variant docto.

¶ Nam primo loco Bartol. in dicta l. ſecunda. ff. de re iudica. dixit iudicem debere dilat. reſtringere, vt claudantur intra terminum deciſionis cauſæ: pro quo facit l. prima. C. vt oēs cau. tā ciuiles quam criminales. ¶ Secundo facit ratio, quia alias ſtatutum vel partium conuentio de facili redderentur eluſoria, contra l. ſi prætor. in princip. ff. de iudi. & l. fin. ff. ne quid in loc. pub. ¶ Tertio facit, dilatio arbitri nulla eſt, quæ ſe extendit vltra terminum arbitro præfixum, l. ſi cum dies. §. inter. ff. de arbi. ¶ Quarto, vbi partes ipſæ ſtatuiſſent talem terminum, ipſis foret imputandum, quare ita ſe arctauerint quòd beneficio dilationis legalis gaudere non poſſent, argu. l. ſecundę. ff. ſi quis cautio. ¶ Quinto videtur text. in l. prima. C. vt infra certa tempora. ibi, nec vlla occaſione ad longiora produci tempora patimur.

¶ Sexto, iudici, cui datur ſic limitata iuriſdictio, videntur conceſſa ea, ſine quibus iuriſdictio ſic limitata exerceri non poteſt, l. ſecunda. ff. de iuriſdi. omnium iudi. cap. præterea. de offic. delega. ergo poterit dilationes tales reſtringere. Septimo hæc opi. confirmatur, quia vbi infra certum terminum cauſa debet terminari, iudex debet negare quartam productionem teſtium etiam cum ſolemnitate legali petitam, ne terminus ſtatutus deciſioni cauſæ excedatur, vt notanter determinat gloſſ. in verbo, effrēnatam. in cap. ſignificauerunt, de teſtibus. ¶ Secunda fuit opi. aliorum diſtinguentium, quòd aut dilatio legalis petitur ab actore: & tunc non eſt concedenda, quaſi illi ſit imputandum, quòd ita ſe arctauerit: reo vero petenti eſt concedenda, licet excedat tempus deciſionis cauſæ: quia in reo ceſſat dicta ratio. Mouetur ad hoc per l. petendæ. C. de tempo. appella. ſed certe dicta l. non facit, quia loquitur in parte petente reſtitu. cui eſt aſſignatus terminus ad petendum & finiendum coram iudice, qui etiam poſt terminum remanet iudex: quæſtio loquitur in iudice, cuius poteſtas non durat vltra terminum, cap. de cauſis. de offic. delega. l. cum non eo die. C. quando prouoca. Præterea ideo in dicta l. petendæ. reo datur dilatio etiam excedens tempora deciſionis, quia illi non poteſt imputari, vt ſupra dixi. Sed in quæſtione quando tempus fuiſſet aſſignatum de cōſenſu partium, bene eſt quod poſſit ipſi reo imputari: ergo &c. ¶ Tertia fuit opi. Iaco. de Ra. diſtinguentis, quòd aut dictum tempus erat aſſignatum ſimpliciter, aut erant appoſita illa verba, & vlterius non poſſit procedere. Primo caſu datur dilatio legalis, argumen. l. qui procuratorem dar. ff. de procurato. Secundo vero caſu dixit diſtinguendum, an poſſit petenti imputari, vel non. Iſta diſtinctio reprobatur ratione prædicta. Quarta fuit opi. Pet. & Cy. in dicta l. petendæ, ſcilicet quòd ibi poteſt imputari petenti, cur tam breue tempus fuerit ſtatum, non debet concedi dilatio legalis excedens terminum deciſioni cauſæ appoſitum. Sed vbi nil poteſt imputari, debet haberi ratio dilationis hoc modo, quia debet inſpici, an per lapſum temporis expiret actus, de quo agitur: tunc enim ad nihilum concederetur dilatio: & tunc iudex non procedit vlterius, niſi quod abſoluet reum ab inſtantia iudicij. Aut actus non expirat, ſed alius eſt cognituros de illo: Exemplum, ſtatutus eſt terminus relatori, infra quem debeat plene cauſam inſtruere, & ſuperiori deciden. remittere vel reſeruare: tunc dilatio concedetur, & cognoſcet ille ad quem cauſa remittitur, qui ea eiſdem actis poteſt cognoſcere & iudicare, l. mortuo. ff. de iudi.

¶ Hæc deciſio Petr. & Cyn. non placet in totum Roma. in dicta l. ſecunda, col. 39. maxime in vltimo membro: quoniam officium relatoris eſt cauſam inſtructam ad ſuperiorem remittere, ita quod coram ipſo ſuperiore nulla alia reſtrictio ſit neceſſaria, l. cum a nobis. C. de dila. l. prima. C. de
155 rela. not. in capitu. intimaſti. ſupra de appella. ¶ † Secundo in contrarium videtur caſus in l. vbi falſi. C. de fal. ibi, ſed ad imitationem relatoris dirimat iudex, cui ſolum audiendi mandatur officium: ex quo patet, quòd cùm officium relatoris ſit referre, non poteſt relator dilationem ad probandum coram ſuperiore aſſignare, licet partibus poſſit ſtatuere terminum, infra quem cum proceſſu ſe præſentet coram ſuperiore in negocio proceſſurus, vt not. Innocen. in capitu. fin. per illum text. de accuſatio. cui tamen obſtare videtur dicta l. vbi falſi. ¶ Quinta eſt opi. Innocen. in cap. ſuper eo, il ſecundo. de appellatio. quem ſequitur Spec. titu. de ſenten. §. nunc decidendum. verſicu. illud autem notandum eſt, quòd ſi terminus per delegantem eſt præfixus de conſenſu partium, iudex altera parte inuita non poterit terminum aſſignare excedentem terminum appoſitum deciſioni cauſæ: nam ex quo conſenſerunt in illo tempore, terminus reputandus & habendus eſt pro peremptorio & & pro concluſione, ar. l. ſtatuliberum. §. ſtichum. ff. de poſtu. l. ſi Imperator. l. actionem. §. tempus. ff. pro ſocio, niſi aliquid nouum & inopinatum emerſerit, propter quòd infra terminum probari non potuit: nam tunc ei eſt ſuccurrendum, probatur ex ſimili de termino proſequen. appellatio. de quo in capitu. ex ratione, de appellatio. iuncta l. oratione. ff. de fer. vbi verò tale tempus eſt datum ad petitionem alterius tantum, tunc ad petitionem illius petentis dilationem iudicis non debet differre ſententiam: Alteri vero parti non debet præiudicium fieri, quominus debeat habere ſuas dilationes legales ad probandum, quas licet iudex ex cauſa poſſit diminuere, non tamen ita poteſt, quòd ius partis, quæ infra breuem terminum docere non poteſt, tollatur. hoc tamen caſu pendente dilatione reo conceſſa impetrator dicti termini etiam ſuas probationes producere tenetur, per dictā l. petendæ. ¶ Sexta eſt opinio Ioan. An. in d. tit. de dilatio. in princ. in additio. quæ incipit, & vide quod ibi notat etiam Bernar. in gloſſ. vbi refert Lamber. de Rampo. diſputaſſe hanc quæſtionem. Et qui in terminis, quando à ſtatuto præfigitur terminus breuis, concludit quod ſi iudex comprehendit ſeu arbitrator dandam fore dilationem, quæ excedat terminum deciſioni præfixum, poteſt ex iuſta cauſa: mouetur primo, quia licet lex nolit in ciuilibus ad probandum dari niſi binam dilationem, l. in pecuniarijs. ff. de ferijs, tamen iudex ex cauſa, puta ſi quid inopinatum euenerit, poteſt aliam dare, dicta l. oratione. ¶ Secundo adducit l. intra vtile. ff. de mino. l. ſi cum ipſe. ff. de excuſa. tuto. l. fin. in fi. C. de adulte. l. in quinquennium. ff. de adulte. l. contra maiores. ff. de inoffi. teſtamen. quibus patet, quod ſi per calumniam & ſubterfugia aduerſarij non poteſt ille, cui aſſignatus eſt terminus a iure, actum infra terminum explicare, admittitur poſtea. ¶ Tertio adducit cap. ſignificauerunt. cap. vltra tertiam. de teſt. §. quia vero, in Authē. de teſtam. authen. qui ſemel. C. de probat. cap. de cauſis, de offic. delegat. in quibus patet, quod licet de iure non poſſit in cauſis fieri productio teſtium vltra trinam, tamen ex cauſa admittitur quarta. ¶ Quarto adducit l. fin. §. ſin autem. C. de iure delibe. vbi licet hæredi ſit ſtatutum tempus trium menſium ad conficiendum inuentarium, tamen ex cauſa vl-
156 tra id tempus admittitur. ¶ † Quinto facit, quia probatio-
157 num materia non eſt anguſtanda, l. quoniam. C. de hæreticis. ¶ Sexto, quia videmus ex cauſa plerunque iuris ſolemnia relaxari, l. ſi longius §. ſi filius. ff. de iudi. nam & ſi facile nihil ex ſolemnitatibus immutan. ſit, tamen vbi æquitas expoſcit, ſuccurrendum eſt, inquit Marcellus iureconſultus in l. & ſi nihil. ff. de regul. iur. l. diuus, in primo reſponſo. ff. de reſtitutio. in integ.

¶ Contra hanc opinionem facit, nam cum iudex nō habeat iuriſdictionem niſi limitatam ad certum tempus, quomodo poteſt dare dilationem excedentem dictum tempus? per ſupradicta. ¶ Septimam in hoc paſſu reperio

fuiſſe opinionem Roma.in dicta l.ſecunda.col.41. dicentis,
quòd vbi tempus eſt ſtatutum a partibus committentibus,
vel a delegante conſenſu partium, tunc non poteſt arbiter
vel delegatus dare dilationem excedentem: ratio eſt, quia
non poteſt arbiter vel delegatus etiam expreſſe prorogare
terminum ſibi ſtatutum, l. ſi conditio. §. ſi inter. ff. de ar-
158 bi.quæ † l.licet loquatur de arbitro, habet etiã locum in de-
legato, quia iſti æquiparantur, cap. vno delegatorum, de
offi.delega. ergo nec poterit tacite concedendo dilationem
excedentem metas termini præfixi deciſioni cauſæ. ¶ Secun
do hoc videtur expreſſum in d.§.ſi inter. æquiparando dele
gatum arbitro, vt ſupra dixi. ¶ Tertio ſi differt iudex prola-
tio. ſententiæ vltra diem, ſententia eſt nulla, l.ſi non eo die.
C.quando prouoca.non erit ergo danda dilatio ad proban
dum, quo etiam probato, ſententia non poteſt ferri lata eſt
nulla. ¶ Et hæc ampliat. Roma. vbi ſup. procederet, etiam ſi
quid inopinatum emerſerit, propter quod non poſſit altera par
tium infra terminum de iure ſuo docere, debuit enim cogi-
tare hoc poſſe euenire, & ſic eſt quod ei imputetur, ar.l.2.
ff.ſi quis cautio. ¶ Secundo ampliat procedere, etiam ſi facto
delegati vel arbitri non poſſit infra triennium probare, quia
nec tunc poſt terminum poterit cauſa decidi, licet ſi partes
velint, poſſint hoc caſu compelli facere arbitros in ſe nouũ
compromiſſum ſuſcipere, text. eſt ſing.in l.ſi qua alia.§.fina.
ſecundum verum intellectum.ff.de arbi.quod eſt bene not.
pro limitatione l.4.§.1. ff. de arbi. & aliorum iurium dicen-
tium neminem poſſe compelli ſuſcipere arbitrium: quia il-
lud verum, niſi prius ſuſcepiſſet, & forte tempore extinctũ,
quo caſu poſſunt cogi iterato ſuſcipere, per d. tex. bene no-
tandum. Et idem dicas in delegato, cum æquiparatur arbi-
tro, vt ſupra dixi. ¶ Tertio ampliat procedere, etiam ſi ſte-
terit per partes, quominus cauſa fuerit expedita infra termi
num: quo caſu ſententia poſt terminum non valeret, per d.
§. ſi inter. Vbi vero terminus talis præfigitur a ſta. tunc ſi
præfigitur inſtantiæ principalis cauſæ, nõ poteſt dilatio ex-
cedẽs metam deciſionis cauſæ ſtatui, quia nec expreſſe poſ-
ſet prorogari, l.fin.C. vt infra cer. tempo. ibi, ne longiorem
159 occaſionem &c. Et eſt ratio, quia † tale tempus inſtãtiæ præ-
fixum a ſta. accipit naturam inſtantiæ iuris, & in eius locum
ſurrogatur, l.ſi ſuperuacuam. C. de temp.in integ. reſti.facit
cap.eccleſia.vt lite pen.l. in contractibus. C. de non nume.
pecu. Sed ſi talis terminus præfigitur inſtantiæ appell. quia
eſt probabilis, vt ſupra plene dixi, valebit talis dilatio exce-
dens, quaſi tacita cenſeatur facta prorogatio. Iſta opinio
Ro.incidit in illam difficultatem, an iuriſdictio delegati de
tempore ad tempus ſit prorogabilis, & qualiter: de quo in
cap.pe.& glo.de offi.dele.& eſt deciſio in c.de cauſis.eo.tit.
¶ Et addo prædictis quæ not. Innocen. in d. cap. de cauſis.
in fi. vbi inquit, d.l.petendæ. procedere, quando terminus
præfigitur partibus ad aliquid probandum: nam tunc graue
eſſet, quod pars, quæ non fuit in mora, puniretur. Sed vbi termi-
nus præfigitur iudici, quia tunc partibus nullum præiudiciũ
generatur, ſi ab eo ad ſuperiorem iuriſdictio deuoluitur, ter
minus tunc non prorogabitur: quod eſt notandum.
160 ¶ † An autem ſi per cauillationes & ſubterfugia aduerſarij
fiat, quominus cauſa infra terminum finiatur, an agens ad-
uerſus talem lapſum reſtituatur, duæ fuerunt principales
opiniones. Prima fuit glo.in §.hoc quoque. in Authen. vt
ſpon.lar.colla.9. & in autheñ. item ſi appellationem. C. de
temp.ordi.in l.intra vtile.in ver.ætatem. ff.de mino.tenen-
tis tale tempus currere ipſo iure, nec dari reſtitutionem:
quia ſi non poteſt expreſſo conſenſu partium prorogari, d.
l.properandum.in princip. & ſupra plene dictum eſt in ſe-
cundo articulo principali, multo minus poterit conſenſu
vnius partis reſultante tacite ex eiuſdem ſubterfugijs & ca-
uillationibus. Et hanc opi.quam communiter approbant
Bartol. & Bald. Ang. & legiſtæ, corroborat Roma. in conſi.
ſuo 220. incip. Circa primum conſultationis articulum. &
161 in d.l.ſecunda, col.42. tribus rationibus. Prima, quia † vbi
actio de dolo competit, ceſſat reſtitutio, l. prima. §. idem
Pomponius.& l.ſecunda.ff.de dolo. Sed contra eum, cuius
ſubterfugijs & cauillationibus tempus inſtantiæ eſt decur-
ſum, competit actio de dolo, l.arbitrium.§.dolo. ff.de dolo.
ergo &c. Huic tamen argumẽto poſſet reſponderi, d.§.do-
lo, ſiue opinio.gloſſ.ibi procedere in dolo tertij dantis cau-
ſam lapſui temporis, non autem in dolo alterius ex litigan-
162 tibus, vt loquitur quæſtio noſtra. ¶ † Secunda ratio. mo-
uetur Roma. quia ſpeciale in minore, vt aduerſus lapſum
inſtantiæ reſtituatur, dicta l.properandum. in fi. ergo con-
trarium erit in alijs, l.ius ſingulare. ff.de legi. Poſſet etiã huic
argum.dici, dictã l.properandum. in fine, ponere caſum ſpe
tialem, quando dolo vel negligentia tutoris tempus eſt di-
uerſum, quæſtio loquitur quando dolo aduerſarij.
163 ¶ † Tertiam addit rationem, quia vbi adeſt remedium ordi-
narium, ceſſat extraordinarium, l.in cauſę. ff.de mino.l.quę-
dam.ff.de eden. not. plene in l.in prouinciali. ff. de ope. no.
nun.l.prima.§.per hanc.ff. de rei vendi.& in cap. ex parte.
ſupra de reſcrip. Sed lapſo tempore ſupereſt agenti via or-
dinaria, ſcilicet vt nouam inſtantiam reaſſumat, igitur &c.
Huic etiam rationi accommodari poteſt reſponſio, quòd
ex quo via extraordinaria plenius ſuccurrit, quia vnicuique
magis expedit, & vtile eſt proſequi ceptum quàm nouum
inchoare, vt de ſe patet, non debet ceſſare extraordinaria
via, eſto quod adſit ordinaria, vt inquit gloſſ. in l. fin. C. ſi
aduerſus rem iudi. & plene not.in d.l. in prouinciali.
¶ Secunda fuit principalis opinio gloſſ.in d.§.dolo, tenen-
tis in quæſtione propoſita, reſtitutio. in integr. competere:
& hanc opinionem tanquàm magis conſonam naturali ra-
tioni firmat Roma.in præallega.conſi. & in dicta l. ſecunda.
¶ Primo per text.in cap.venerabilis.de iudi.vbi videtur ex-
preſſum, quòd Papa aduerſus veteris inſtantiæ peremptio-
nem in integrum reſtituit illum, contra quem lapſa eſt in-
164 ſtantia per ſubterfugia & cauillationes aduerſarij. † Et ſi di-
cas illum text.de reſtitutio. non loqui, ſed ponere regulam
generalem, quod de iure canonico inſtantia ſit perpetua,
vt eſt communis opinio, quam tenet gloſſ. in verbo, trien-
nium.in d.l.properandum. in princip. & gloſſ.in cap.fin.de
dolo & contu. & gloſſ. in d.cap. venerabilis.Spe.titu.de le-
gato.§. reſtat. verſic. item quod inſtantia. & communiter
docto. in l.properandum. & in d.cap. venerabilis. pro qua
ſolet allegari text. in cap. ex literis. de reſtitutio. in integ.
licèt non multum faciat. Reſpondet Roma. vbi ſupra hanc
communem opinionem falſam eſſe: Et hoc primo probat,
quia ſecundum ipſam Papa diſponeret contrarium eius, ad
quod ſemper eſt ſolicitus, ne lites fiant immortales, cap.fi-
nem litibus.de dolo & contuma.cap. cordi.de appella. li.6.
¶ Secundò, ex quo de iure canonico iſtud cautum non re-
peritur, ſtandum eſt diſpoſitioni legali. dicta l. properan-
dum.capitu.primo.vbi gloſſ. de ope.no.nuncia.cum potius
165 debeamus ius canonicum † reducere ad conſonantiam cum
iure ciuili quàm diſcrepantiam, cap. cum expediat. de ele-
ctio.in 6.l.prima.C.de inoffi.dona.§.quibus. in prima con-
ſtitutione C. & ratio intellectus ad dictũ cap. venerabilis.
quòd ibi iure ſpeciali concedatur reſtitutio propter cauilla-
tionem & ſubterfugia aduerſarij, eſt ſequenda, cum redu-
cat ius canonicum conſonare cum iure ciuili. ¶ Tertio,
quòd inſtantia de iure canonico non ſit perpetua, probat
text. in cap. iurgantium.de re iudica.ibi, celeri terminatio-
ne &c. ¶ Quarto facit, quia non reperitur bona ratio diſ-
ferentiæ, quare magis iure canonico ſit perpetua, quàm
iure ciuili, igitur &c. Et ſi dicas rationem eſſe claram: non
ideo iure ciuili nõ eſt perpetua, quia eodem iure ciuili regu
lariter ante diffinitiuam non poteſt appellari, l. ante ſen-
tentiæ. C. quando prouoc.l. ſecunda. ff. de appella.recipien.
& ſic iudex ſatis commode poteſt vigilare in expeditione
cauſæ infra triennium, ex quo ſua iuriſdictio non ſuſpen-
ditur per appellationes: cuius contrarium eſt iure canoni-
co, quo permittitur poſſe a quolibet grauamine appellari,
cap. ſuper eo. el ſecundo. de appellatio. Reſpondetur hanc
rationem non eſſe concludentem: patet, quia eadem ratio-
ne debuiſſet ius canonicum ſtatuere inſtantiam appellatio-
nis eſſe perpetuam, quod tamen non fecit, cap.cũm ſit Ro-
mana. de appellatio. vbi finitur anno vel biennio, cap. ex
ratione. eod.titu. ¶ Præterea ſecundùm hanc rationem ſe-
queretur, quòd in his caſibus, quibus de iure ciuili poteſt
appellari ab interlocutoria, inſtantia eſſet perpetua, quod
eſt contra generalitatem dictæ l. properandum. Ipſe ta-
men Roma.in dicta l. ſecunda.colum.44. dicit pro commu-
ni opinione ſe allegare text. apertum, & miratur quòd per
canoniſtas ad hoc non allegetur, in cap. cum olim propter
quæſtiones, verſicu. iudices. ſupra de priuile. vbi text. for-
maliter inquit, Iudices autem ſufficienter actum eſſe de
cauſa credentes, monaſterium ſanctæ Crucis in expenſis,
quas per quadriennium occaſione huiuſmodi negocij in-
cauteras te feciſſe, condemnarunt. ecce ergo, quòd dura-
uerat ibi inſtantia quadriennio, ex quo apparet non fuiſ-

ſe

ſe finitam triennio. Nec bonum eſt dicere ad illum text.
quòd ibi fuerat reſtituta inſtantia vel cauſa de nouo tran-
ſumpta poſt triennium, quia illud eſt diuinare. Tu pon-
dera illum text. de quo tamen gloriatur Roma. neceſſa-
rio id non probare, quia non ſequitur, condemnatus fuit in
expenſis factus per quadriennium, ergo inſtantia durauit vl-
tra triennium: quoniam potuerunt ibi partes per vnum aut
duos annos litigare ſuper exceptionibus dilatorijs, & facere
expenſas, & deinde litem conteſtari, quo tempore litis con-
teſtatio incipit currere inſtantiæ trienniũ, d.l.properandum.
in princ. & ſic cum reuerentia Roma. text.ille, quem tantum
ad hoc celebrat, nõ probat eius opinionem. Accedit ad hoc
quod pulchre inquit Bald. in l. & poſt edictum. ff. de iudic. in
§. circumducto. vbi voluit, ꝙ ſi mille annis litigaretur ante li
tem conteſtatam ſuper legitimatione perſonarum, nũquam
periret inſtantia: pro quo facit quod not. Doct. in cap. pru-
dentia. §. ſexta. de offic. deleg. & Bart. in l. j. C. de lit. conteſta.
cogita. ¶ Preterea ſecundum Rom. vbi ſupra, eſto ꝙ commu
nis ſententia volens iure canonico inſtantiam fore perpe-
tuam, ſit vera, tamen quantum ad quæſtionem propoſitam
tenet ipſe reſtitutionem competere, per tex. in l. & ſi ſine. in
fi. ff. de minor. dum dicit formaliter, Item in hermodicijs, id-
eſt deſertionibus inſtãtiæ propter lapſum temporis ad illam
præfixi ſubuenitur. Conſtat autem, ꝓ omnes ætates homini-
bus reſtaurationem hermodicij præſtari debere: ſupple per
in integrum reſtit. vt faciat ad titulum, argu. l. Imperatores.
ff. de in diem addic. Et ſubdit poſtea tex. ſi docuerit ſe ob iu
ſtam cauſam abfuiſſe: eſt ergo ibi caſus apertus, ꝙ aduerſus
lapſum inſtantiæ primæ iuſto impedimento actoris datur re
ſtitutio in integr. ergo pari ratione dabitur, quando labitur
inſtantia culpa vel dolo aduerſarij, cum non poſſit bona ra-
tio differentiæ aſſignari: & ita reſidet Rom. in d. l. 2. col. 45.
dicens ſe ita conſuluiſſe, dum Bononiæ legeret, & obtentum
fuiſſe. ¶ Tu conſidera contra Rom. ꝙ immo bona ratio dif-
ferentiæ poteſt aſſignari, quare quando lapſa eſt inſtantia, da
tur reſtitutio actori ob iuſtum ſuum impedimentum: quia
tunc nihil eſt ꝙ poſſit ſibi imputari. Sed quando labitur do-
lo & cauillationibus aduerſarij, poteſt actori imputari, qua-
re non admitteit iudicem, & ab eo non implorauerit remediũ
aduerſum tales cauillationes, cum dicat tex. in d. l. properan
dum, in princ. nullus eſt tam audax, qui poſſit inuito iudice
cauſam protelare. cogita. ¶ Tu autem in prædicto articulo
ſeu quæſtione dicas, dom. Anto. in d. c. venerabilis. aliter lo-
166 qui, & velle, ꝙ † quando facto partis vel tertij perijt inſtãtia,
non detur reſtitutio nec contra partem, nec contra tertium.
¶ Fallit in ſubſidium, ſcilicet quãdo is, cuius culpa lapſa eſt,
non eſſet ſoluendo, quo caſu datur reſtitutio, l. pen. §. j. ff. de
eo per quem fac. eſt. quod tenet glo. in Auth. vt ſponſa. larg.
§. hoc quoque. Illo vero exiſtente ſoluẽdo, parti datur actio
de dolo, l. arbitro. §. dolo. ff. de dolo. Vbi vero inſtãtia perijt
facto iudicis. Bar. in d. l. arbitro. §. pen. tenet ꝙ currat, ſed de-
tur reſtitutio incontinenti, quæ concedi poteſt ſine libelli o-
blatione, ſecundum Bart. in auth. item ſi appellatione. C. de
temp. appell. Aret. modernus iuriſconſultus celebratiſſ. in d.
c. venerabilis. diſtinguit inter inſtãtiam cauſæ principalis &
appellationis, & quo ad inſtantiam principalem tenet abſo-
lute, ꝙ omni caſu non concedatur reſtitutio, probans hoc ra
tione manifeſta: nã ſpeciale eſt in minore, vt reſtituatur ad
talem inſtantiam, d. l. properandum. in fi. ¶ Secundo ſpeciale
eſt in maiore, vt reſtituatur ſolum in ſubſidium: ergo alij im
167 pediti nullo modo reſtituentur: quia fauorabilior † eſt reſti-
tutio minoris quàm legitime impediti, l. ſi. vbi no. ff. de iniu-
ſto rup. & hanc partem dicit tenere Bart. & Bal. in d. auth. itẽ
ſi appellationem. & Bal. in d. l. properandum. §. ſin autem. cir
ca prin. & gl. expreſſe in verbo, præiudicium. in d. §. hoc quo-
que. ¶ Nec obſt. d. l. & ſi ſine. §. fin. quia ille tex. intelligitur in
hermodicio. i. deſertione cauſæ appell. Quo vero ad inſtan-
tiam cauſæ appell. concludit, ꝙ ſi labitur propter impedimẽ
tum contingens in perſonam proſequentis, currat, ſed datur
reſtitutio, d. l. & ſi ſine. §. fi. Sed ſi contingat per dolum tertij,
datur actio de dolo contra tertium, d. l. arbitro. §. pen. ſecun-
dum vnam lectu. Si vero perijt facto aduerſarij, tunc compe
tit reſtitutio, l. ait prætor. §. ſi qui. ff. ex quib. cauſ. maior. licet
Bart. teneat contra in d. l. arbitro. §. pen. Et ad hoc rationem
aſſignat, quia ſi impedimentum contingens in perſonam pro
ſequentis eſt potens dare reſtitutionem, vt ſupra, quãto for-
tius proueniens dolo & facto aduerſarij: caſus eſt in l. cum
proponas. & ibi Bald. C. de nauti. fœno. licèt ſi proueniat fa-
cto tertij non detur reſtitutio. Similis diſtinctio habetur per
text. & Bart. in l. in teſtamento. ff. de condit. & demonſt. in l.
quæ ſub conditione. §. quo. ff. de condit. & inſtit. ¶ Tu conſi-
dera rationem, quam ſupra adduxi cõtra Rom. obſtare huic
rationi ad not. per Aret. ſecundum quem non obſtat d. l. arbi
tro. quoniam fatetur, ꝙ colluſio præſumitur cum tertio, ſed
non cum aduerſario, cum quo veriſimile non eſt colluſionẽ
fieri, ex eo ꝙ reorum eſt fugere, d. l. properandum. §. & ſi qui
dem. vbi vero ſtat per iudicem, tunc glo. & Barto. vbi ſupra
tenet quod currat, ſed detur reſtitutio per l. ſed ſi per præto-
rem. ff. ex quibus cauſ. maior. Sed dicit Aret. in d. c. venerabi
lis. ꝙ illa lex non loquitur in fatalibus appellatio. ſed in cur-
ſu præſcriptionis, quæ non eſt ita priuilegiata: quare dicit ip
ſe, ꝙ immo iſto caſu ipſo iure tempus non currit, vt inquit
text. in d. §. hoc quoque. ibi, nullum præiudicium penitus ge
nerare. quod non eſſet ſi tempus curreret ipſo iure, cum ſal-
tem grauaretur onere petendi reſtitutionem. & hoc tenet
glo. in §. ſancimus. in Auth. de appellat. & Bald. in d. authẽ. ſi
appellationem. Vnum etiam volo perpetuo notes, quòd tũc
168 demum † impedito non currit tempus, vel datur reſtitutio,
quando impeditus fecit quicquid potuit, ne terminus curre
ret. Ita eleganter Bald. in d. l. fin. per illum tex. C. de adul. Et
ideo pars, quæ videt ſe impediri per iudicem, debet prote-
ſtari, quòd per ſe non ſtat, interpellare iudicem vt procedat,
l. fin. vbi text. & glo. C. de temp. appel. & expreſſe tenet Bal.
in d. l. properandum. §. ſin autem. & idem fieri debet, quando
pars impeditur impedimento contingente in perſonam ſuã,
ſecundum gl. not. in cap. cupientes. §. certum. de elect. lib. 6.
& ponit præceptor meus Peruſinus in cap. ex ratione. de ap-
pellationib. An autem propter impedimentum contingens
in primo anno impediatur curſus fatalium, vel detur reſtitu
tio, & ad quantum tempus, ponit Roma. in d. l. 2. colum. 45.
& quatuor ſequentibus: ego remitto ad plenius nota. in d. c.
ex ratione. & Pau. de Caſt. in conſi. 25. ¶ Ad cognoſcendum
169 tamen, an † tempus currat impedito ipſo iure, vel non. Pau.
de Eleaz. & Dominic. in d. cap. cupientes. §. inſuper. dant no
ta. doctri. ſcilicet ꝙ ſi lex ſtatuens terminum dicat, legitimo
ceſſante impedimento: tunc impedito non currit tempus ip
ſo iure: ſecus ſi ſimpliciter ſtatuit terminum non appoſita
clauſula, legitimo ceſſante impedimento: quod dicitur no-
170 tandum ad ea, quæ habentur in d. cap. ex ratione. ¶ † Duode
cimo quæro, an dilatio probatoria poſſit per iudicem muta-
ri? Quæſtio eſt notabilis, de qua per Innoc. Hoſti. & Ioann.
And. in cap. vltra tertiam. de teſtib. Spec. tit. de dilatio. §. vi-
dendum. ver. ſed nunquid. & in §. videamus. ver. ſed pone. eſt
ſecundo. dom. Anton. in cap. pen. de dilat. late per Roma. in
d. l. 2. colum. 53. ff. de re iudic. concludentem, quod in dilatio
ne a iure ſtatuta iudex poſſet illam minuere, d. l. 2. & §. ſpa-
cium. in quæſt. 3. prorogare autem poteſt cum iuſta cauſa, vt
latius not. Ioann. And. in d. cap. vltra tertiam, in 6. quæſt. ar-
gum. l. ſi quis ex argentarijs. §. fin. in l. ſequen. ff. de edendo.
& in Authent. de his qui ingre. ad appell. §. ſed hoc nos. Con
firmatur, quia iudex iuſta ex cauſa poſt dilationem a iure
datam ad probandum & decurſam poteſt aliam dare, l. ora-
tione. ff. de ferijs. ergo facilius poterit eandem pendentiam
prorogare. ¶ Fallit primo, vbi tractatur de leui præiudicio,
ſi non fiat talis prorogatio: exemplum habes in dilatoria o-
cto dierum data a iure ad probandum exceptionem excom
municationis, de qua in capit. pia. de except. lib. 6. nam ſi reo
non fiat prorogatio, incurrit leue præiudicium, quia ita pote
rit conſequi iuſtitiam contra excommunicatum, ſicut cõtra
non excommunicatum: & ita ibi glo. in verbo, octo dierum,
171 & ſupra dixi. ¶ † Circa principium huius tertij articuli prin-
cipalis addo bene facere ſimile, quod licet vbi agitur de præ
iudicio graui, detur remiſſio ad probandum extra locum iu
dicij, ſecus tamen eſt vbi agitur de modico præiudicio, ſecũ-
dum Specul. de dilatio. §. 1. verſi. ſed & ſi quem. ſequitur Ar-
chid. Ioann. And. & Dominic. in d. cap. pia. Roman. tamen
in d. l. 2. colu. 52. tenet contrarium, ſcilicet, ꝙ immo dilatio
ad probandum excommunicationem a iure datam poſſit ex
cauſa prorogari, argum. l. 2. ff. de re iudica. & d. §. & hoc nos.
adducit text. in d. cap. pia. in fi. vbi ſi propter iuſtum impedi-
mentum non fuit probata exceptio excommunicationis,
iterum datur dilatio: ergo facilius debet poſſe prima proro-
gari. Tu conſidera tex. in quo ſe fundat Roman. ſcilicet in d.
cap. pia. non obſtare communi ſententiæ: nam licet exceptio
excommunicationis oppoſita & nõ probata infra octo dies
poſſit iterũ opponi, & tunc noua dilatio detur ad illam pro-
bandum,

bandum, non tamen ex hoc ſequitur, quòd a fortiori iudex poſſet primam prorogare, cum ſit ratio diuerſa: patet, quia lapſis octo diebus, & non probata exceptione excommunicationis, acta, quæ præceſſerunt, valent, & iudex debet ad vlteriora procedere, partem opponentem in expẽſis propter hoc factis condemnando. Sed iſta ceſſarent facta prorogatione primæ dilationis: ergo de vno caſu ad alium non eſt ſienda illatio. Confirmatur hæc ratio ex his, quæ dicta ſunt ſupra in hoc articulo circa principium ver. ¶ Quarta fuit opin. Bart. in quinta fallentia, vbi dictum eſt, quod ſi lex ſtatuit certam dilationem, & poſt illam ſtatuit, talis dilatio nõ potuit prorogari, vt ſtatim dicam. Et ita puto tenendum & verius eſſe tenendum, quicquid dixerit Romanus. ¶ Secundo fallit dicta communis opinio, quando lex poſt terminũ aſſignatum aliquid ſtatuit, quod eſt grauis præiudicij, puta quod non probans infra terminum amittat ius ſuum: nam tunc iudex etiam ex cauſa non poſſet talem dilationem minuere, vt ſupra dixi in trigeſimo articulo principali, dum retuli opin. Bart. in verſic. quinto fallit. Quibus addo ad propoſitum glo. d. cap. cupientes. §. quod ſi per viginti. & text. in cap. commiſſa. de elect. lib. 6. & not. per Roman. in d. l. 2. colum. 53. inferentem, quòd vbi tempus certum eſt ſtatutum ad aliquid agendum, infra quod ſi non agat, ius ſuum amittit, etiam ſi ſit certum infra tempus actum, explicatur non poſſe, debet tamen terminus expectari: ad quod bona gl. in verſic. decem diebus. in cap. vbi periculum, de elec. in ſexto. not. Bart. in l. cum ſtipulatus ſim mihi a proculo. & in l. in illa. ff. de verbo. oblig. bene etiam facit quod dicam infra in ſequenti quæſt. ver. vndecimo quæro. & etiam infra quarto articulo principali. ¶ Dilationem vero ad probandum ſtatutã a iudice an poſſit iudex moderare. Concludit Roma. vbi ſupra, quod ſi fuit ſtatuta ſine cauſæ cogni. tunc quia eſt nulla. l. a procedente. C. de dila. poteſt illam de facto mutare, ſicut de facto ſtatuit, iuxta elegantem doctrinam glo. in l. minor. ff. de euictio. dicentis tenutam poſſeſſionis a iudice datam
172 die feriato poſſe die feriato reuocari: quia † omnis res per quaſcunque cauſas naſcitur, per eaſdem diſſoluitur, cap. j. de regul. iur. l. nihil tam naturale. ff. eod. tit. ¶ Ad quod ſecundo
173 accedit, quod † pulchre not. Innocent. in capit. querelam. de elect. & Bald. in l. ſi pacto, quo pęnam. C. de pact. dicens, qđ licet iura dicant poſſeſſorem non eſſe eijciendum de poſſeſſione, niſi illo vocato. l. meminerint. C. vnde vi. l. fin. C. ſi per vim vel alio modo. cap. licet epiſcopus. de præben. lib. 6. cap. inter quatuor. de maior. & obedi. tamen vbi quis eſſet iniuſtus poſſeſſor authoritate iudicis, qui illum in poſſeſſionem miſiſſet de facto cauſa non cognita, tunc de facto iudex poteſt illum a poſſeſſione amouere, ad quod bonus text. licet illum Innocẽt. non alleget, in l. j. §. hoc edictum. ff. ſi mulier ven. no. dicens, quod quemadmodũ iudex eſt facilis in mittendo, ita debet eſſe facilis in reuocando: ad idem glo. no. in cap. ab excommunicato. 11. quæſt. 3. Idem voluit Bald. in l. dies feſtos. C. de ferijs. reputans gloſſ. in d. l. minor. ſingularem. Idem tenet Bal. in l. 2. C. de edi. diui Adri. tollen. & in l. 2. C. de ſeruit. & aqua. colum. 12. verſic. quid ſi iudex. & in rubr. C. de reſcind. vendit. & in repetiti. l. tale pactum. §. qui prouocatum. in 4. quæſt. ff. de pact. in l. ob maritorum. C. ne vxor pro marito. dom. Anton. in cap. cum ceſſante. de appellat. Doct. in cap. ex literis. de pignor. Roman. in conſil. 158. & in conſil. 220. & in conſil. 326. ¶ Contrarium tamen videtur tenere Bald. in l. ſi deſertam. per illum text. C. ſi propter publicam penſionem. dicens quòd licet iudex, qui fuit facilis in danda tenuta ſine iuris ordine, debeat eſſe facilis in reuocando, non tamen debet hoc facere niſi parte citata, per illum text. Pro concordia moder. in d. l. ſi pacto quo pęnam. dicit, quòd ſi iudex, quãdo dedit tenutam, omiſit citare partem, poteſt tunc illam reuocare parte non citata: aut omiſit alium ordinem præter citationem: & tunc in reuocando requiritur citatio: & ita procedat not. Bald. in d. l. ſi deſerta.

¶ Aduerte tamen ad vnum ſingulare, quòd ſi iudex mihi abſenti præcipit, ne in opera procedam aduerſario non citato, poteſt iudex præceptum reuocare ſi fuit factum ſubſiſtente cauſa, ex qua etiam nulli parti emanaſſet, puta quia iudex videbat nos ad arma paratos. ¶ Tutius tamen eſt, quod reuocatio fiat parte præſente vel citata: verba ſunt ſingularia Io. And. in additio. Spe. tit. de ſententia. §. ſpecies. ver. eſt quoque. quem ſequitur Angel. & Ioann. de Imo. in l. de vnoquoque. ff. de re iudic. quod eſt perpetuo notandum. Item ad intellectum glo. in d. l. minor. vide Ioann. de Imo. in l. j. §. nunciatio. ff. de oper. no. nuncia. dans nouum intellectum, vt illa glo. procedat, quando conſtaret talem miſſ. in poſſeſſionem cauſa non cognita fore nullam. ¶ Sed hoc non placet, quia ſic præſuppoſito fruſtra peteretur, & fieret talis reuocatio. ¶ Aut terminus probatorius fuit a iudice ſtatutus cauſa cognita de partium voluntate, tunc iudex illum mutare non poteſt minuendo vel prorogando altera parte inuita ſine iuſta cauſa: text. eſt ſingul. in cap. ſignificante. de appellat. Sed cum iuſta cauſa poteſt: ratio, quia ſi tunc lapſo termino poteſt nouum ſtatuere & partem audire. l. mancipiorum. de optio. lega. cap. ſi tibi abſenti. de præbend. in ſexto. not. in l. q̃. diu. ff. de acquir. hæred. & ſupra dixi in hoc tertio principali articulo: fortius debet poſſe primum terminum durantem minuere vel prorogare. Aut iudex ſtatuit terminum cauſa cognita, non tamen partibus conſentientibus: tunc aut cauſa dilationis eſt finita, & tunc poteſt dilationem minuere;
174 quia † ceſſante cauſa dilationis ceſſat ipſa dilatio, l. 3. §. Stichus. ff. de ſtatuliber. l. a filio. §. alieno. ff. ad Trebell. l. ſi quis ita hæres inſtituatur. ff. de acquiren. hæredit. Exemplum, ſi data eſt mihi dilatio ad probandum per duos teſtes, qui ſoli ſciebant veritatem, & ſine quibus veritas apparere non poteſt, ſi dilatione pendente mortui ſunt illi teſtes, iudex poterit dilationẽ tollere. Si vero cauſa dilationis nõ eſt finita, tunc iudex illam nec minuere, nec prorogare poteſt, quia ea pendente officium ſuum conquieſcit, l. ſiue pars. C. de dilatio. Item quia interloquutoriam, quę ſecum trahit executio. iudex non poteſt mutare partibus non conſentientibus, & ſine cauſæ cognitione, glo. eſt notabilis. & ibi Barto. in l. j. in fi. ff. de præto. ſtipul. & ita reſidet Roman. in dicta l. ſecunda. colum. 53. Et adde quæ dicta ſunt ſupra in hoc tertio articulo principali in quæſtio. 6. an iudex terminum a ſe ſtatu-
175 tum poſſit moderare. ¶ Vndecimo quæro, an † terminus expectatorius ad comparendum præfixus poſſit per iudicem moderari? Bald. ponit quæſt. in l. conſentaneum. C. quomodo & quando iudex. & Roman. in dicta l. 2. colum. 55. concludens, quòd terminus expectatorius cuius lapſus non inducit priuationem iuris, nec aliam pœnam, cum non ſit magni præiudicij, poteſt abbreuiari etiam ſine cauſę cognitione: nam ſi ſtatui poteſt parte abſente, l. ſed ſi interpellatus. §. arbiter. ff. de arbit. ratione poteſt minui. Sed hæc ratio non ſatisfacit, quoniam poſtquam ſtatutus eſt, ex eo acquiritur ius parti, quod non eſt acquiſitum prius. ¶ Secundo ſuam concluſionem comprobat Roman. per text. expreſſum in l. qualem. aliàs inci. l. dicere. §. vnde videndum. ff. de arbit. & l. diem proferre. in princip. eod. tit. vbi arbiter poteſt ſine cauſæ cognitione terminum expectatorium abbreuiare & prorogare: ergo idem poterit iudex, ad cuius inſtantiam procedit arbiter, l. prima. ff. de arbit. ¶ Ille vero terminus comparendi, poſt cuius lapſum non comparens incidit in pœnam priuationis iuris ſui, non poteſt per iudicem minui, per ea quæ dicta ſunt ſupra proxi. quæſt. in ſecunda fallent. quibus addo glo. in ver. vocationem. in cap. primo, de milite vaſal. qui contum. eſt. vbi patet, quòd per iudicem non poteſt minui terminus pręfixus vaſallo, quem dominus eum in ius vocari fecit: quia ſi infra dictum terminum non comparet, priuatur iure feudi. & glo. ibi ſequitur Bald. ¶ Ad idem glo. in authent. qui ſemel. C. quomodo & quando iudex. quæ per text. in §. omnem. in Authent. de litigio. determinat idem fore de termino pręfixo deſiſtenti a lite, de quo ibi, poſt quem non comparens priuatur iure ſuo: nam his caſibus etiam ſi certum ſit infra tempus non poſſe comparere, debet tamen terminus expectari, vt ſupra dixi proxi. quæſtio. Et ſi dicas huic concluſioni obſtare duo. Primum, quia videmus, quòd termini, per quos peruenitur ad peremptorium, poſſunt per iudicem abbreuiari, l. ad peremptorium. cum l. ſeq. iuncta l. nonnunquam. ff. de iudic. & tamen non comparens in termino peremptorio priuatur iure ſuo in effectu, cum amittat facultatem appellandi, l. & poſt edictum. §. fin. ff. de iudic. l. ex conſenſu. §. ſi. ff. de appell. l. properandum. §. ſin autem reus. C. de iudic. ¶ Secundum, quod obſt. eſt l. conſentaneum. C. quomodo & quando iudex. vbi dicitur, quòd terminus cõparitionis, poſt cuius lapſum contumax incidit in pœnam, quia patitur miſſio. in poſſeſſionem ex primo decreto, quæ eſt pœna, l. ſatis. ff. de in ius voca. poteſt per iudicem abbreuiari. Reſpondet ad hæc duo Roman. in d. l. ſecunda. colum. 56. quòd dicta iura non loquuntur de diminutione dicti termini peremptorij, ſed earum dilationum, quæ habent præcedere ipſum peremptorium. ¶ Profecto hæc reſponſio Ro-

ma. non

ma.non ex toto ſatisfacit argumen.maxi.facto de l. conſen-
tancum. ¶ Præterea ſi ratione pœnæ priuationis iuris ſui im
peditur diminui peremptorium, debet etiam eadem ratione
non poſſe minui dilatio, per quam peruenitur ad ipſum pe-
remptorium, argumen.l.oratio.ff.de ſponſa.cum idem ſit iu-
dicium de via ad actum, quod de ipſo actu, iuxta plene tra-
dita & not.per dominum Anton.in cap.translato. de conſti
tutio. Et ſi iterato dicas prędictus obſtare, quia licet non cō-
parens in termino peremptorio priuetur facultate appellan
di, non tamen propter hoc amittitur ius ſuum, cum poſſit
176 venire per viam ſupplicationis. ¶ Reſpondeo, quòd † licet
ille, qui non auditur appellans propter excellentiam iudi-
cantis, puta præfecti prætorio, a cuius ſententia non appella
tur, l.j.C.de ſentent.præfec.præto.audiatur ſupplicando, l.ſi
quis aduerſus. C.de precib.imper.offer.vel licet ille, qui non
auditur appellando propter defectum perſonæ ſuæ contin-
gentem ſine vitio ſuo, vt eſt ſeruus, audiatur tamen ſuppli-
cans, l.prima.& l.vniuerſis. C.de precib.imper.offer. tamen
ille, in cuius odium denegatur appellatio, vt eſt verus contu
max, non auditur etiam ſupplicans, vt notanter determinat
glo.ſingul.in l.fin. C.vt lite pend.quam commendat & ſequi
tur Ioann.de Imo.in d.l.ex conſenſu.§.fin.& Angel.Are. ibi
colum.decima.& moder.in dicta l.properādum. §.ſi autem
177 reus.& Roman.in dicta l.ſecunda.colum.56.dicens, † quòd
ita declarari debet doctrina glo. in cap.ex literis. de reſtitut.
in integr.& Specul.tit.de ſupplicatione.§.differt.& in §.ſup-
plicari.qui ſimpliciter dicunt, quòd qui prohibetur appella-
re non prohibetur ſupplicare: Eodem modo debet intelligi
glo.in cap.a iudicibus.2.quæſt.6.dicens, quòd licet a ſenten
tia arbitri non appelletur, poteſt tamen ſupplicari.quæ om-
nia perpetuo notabis pro intelligentia dictorum iurium.
178 ¶ † Et adde aliud notandum, quòd ſtatutum prohibens ap-
pellari nō intelligitur prohibere recurſum per modum que-
relæ ad iudicem pro iuſtitia facienda. Ita Bal.in l.edicto. C.
de edic.diui Adria.tollen.& Roman.in rubr.ff. de arbit. co-
lum.25. ¶ Prorogari autem talis terminus expectationis, cu
ius lapſus priuationem inducit, bene poteſt: patet in cap.cō-
ſuluit.de offic.deleg.& in l.& poſt edictum.ff.de iudic.ſecun
dum vnum intellectum, & l.diem proferre.ff.de arbit.ſecun
dum Roman. vbi ſupra. Tu ad veritatem huius repete quæ
dixi ſupra in hoc tertio articulo principali in quęſt.ſeptima,
ſcilicet an terminum ſtatutum a ſe iudex poſſit moderare: &
etiam quæ dicta fuerunt ſupra eodem tertio articulo circa
princip. ver. quarta fuit opinio Barto.in quinta fallentia.
179 ¶ Duodecimo quæro, an † iudex inducias deliberatorias
poſſit moderare. Conclude, quòd ex cauſa poſſunt augeri
& minui, & ita ſe habet opinio communis per l.2.ff.de re iu
dica.& in terminis tenet Ioann. And. in cap.primo.de libel.
obla.& glo. in verbo, litis conteſtatione. infra in princip.hu
ius clement. dicens, quòd quamuis induciæ deliberatoriæ
ſi petantur non poſſint per iudicem totaliter negari, vt etiā
dicit glo.in cap.vxor Felicis.decimaſeptima quęſtione quar
ta.quam ſequitur Ioannes de Imo. in l.prima, quæramus.&
idem Ioann.de Imo.in cap.cum I.& A.extra de iudic. Idem
Ioann.& Roman.in l.qui bona.§.qui alieno. ff. de dam.infe.
& Roman.in dicta l.ſecunda.colum.58.Ioann.Andr.Pet.de
Ancher.& Dominic.in cap.primo.de accuſ.in ſexto. Pet.de
Ancher.in clement.diſpendioſam. in princip. de iudic. & in
cap.ſecundo.de lit.conteſt.libro ſexto. Tamen cauſa cogni-
ta poſſunt per iudicem augeri & minui, argumen.d.l.ſecun-
dę.maxime in cauſis, in quibus ſummarie proceditur, in qui
bus dicit text. in princip. huius clement. quòd iudex litem
quanto magis poterit faciat breuiorem. huic tamen dicto
fortiter obſtat ratio, quam dicam infra in principio huius
clemen. ſuper gl.in verbo, litis conteſtatio. ¶ Dictæ autem
180 induciæ † deliberatoriæ an ſint concedendæ in cauſa crimi-
nali: gl.notanda, tertia quæſt.ſecunda, in ſumma, tenet quòd
non, & ſic in cauſis criminalibus non habet locum authent.
offeratur. C.de litis conteſtatio. canonizata. 3. quæſtio.3.
mouetur ratione, quia reus, ex quo ſcit an deliquerit vel nō,
ſatis deliberare poteſt, an velit rogare vel confiteri abſq; in-
ducijs deliberatorijs. ¶ Item vltra glo. facit, quia veriſimi-
lius eſt, quòd accuſatus non faciliter confitebitur, ſed magis
ſe defendendo negabit, cum dicat canon, tibi dico ne per-
das crimen tuum.§. his authoritatibus. ver.tibi dico.de pœ-
nitent.diſtinctio.prima. ¶ Præterea accuſato debet mitti co
pia accuſationis, vt inquit gl.in cap.præterea, de dilatio.per
text.in cap.ſi primates.5.quæſt. ſecunda. ergo ex quo accu-
ſatus habet notitiam accuſationis per copiam ei tranſmiſ-
ſam, ſibi deliberatoriæ induciæ concedi non debent, per di-
ctum cap.præterea.per quod dicit Abb.in cap.primo. de li-
bel. obla. quod vbi copia libelli inſeritur in citatione, dene-
gantur induciæ deliberatoriæ. quod etiam tenet Bartol. in
authent.offeratur. C.de litis conteſtatio. Bal. in cap.primo.
ſupra de iudic.& Roman.in dicta l.ſecunda. colum.58.&c.
¶ Contrariam tamen ſententiam, ſcilicet quod immo in cri
minalibus induciæ deliberatoriæ ſint concedendæ, tenet gl.
in cap.præſcripta.2.quæſtio.octaua. ſequitur Specul.titu.dę
accuſatio.in tertia parte.ver.cum autem fuerit coram pręſi-
de.& in titu.de inquiſitione.§.antepenult. ver.quid ſi inqui-
ſitio.Ioann.And.in dicto cap.præterea.in nouella. Roman.
181 in dicta l.ſecunda.colum.57. facit ratio, quia † in criminali-
bus vbi de maiori agatur præiudicio, cautius eſt agendum,
cap.vbi periculum, de electio. lib.ſexto. & ſic non debet co-
gi præcipiti feſtinatione ſubire iudicium, l.edicto.§.cum au-
tem.ff.de iure fiſci. l.tutor qui repertorium.§.j. ff. de admin.
182 tuto. ¶ † Nec obſt.ratio glo.in dicta ſumma, 3.quæſtio.ſecun
da.quia ſm do. Ant.& Abb.in dicto c.pręterea. induciæ de-
liberatoriæ dantur non ſolum ad diſcutiendum factum, ſed
etiam ad diſcutiendum perſonam accuſatoris: quod voluit
Hoſtienſ.in ſumma de dilatio. §.prima. ver.aliæ deliberato-
riæ. Secundo non obſt. d.cap. ſi primates. quia ſecundum
Bartol. in extrauagan. ad reprimend. in verbo, de crimine.
ſpeciale eſt in epiſcopo ratione excellentiæ ſuæ dignitatis,
argumen.cap.fin.de re iudica.libro ſexto.authent. epiſcopa
lis dignitas. C.de epiſc.& cler. Tertio non obſt.text.in di-
cto capitu.præterea. quia non eſt verum, quod accuſato ſit
tranſmittenda copia accuſationis, vt firmat Bartol. in l.in-
ter accuſatorem.ff.de publi. iudic. & clarius in dicto ver. de
crimine. probatur hoc, quia in criminalibus proceditur ad
inſtar ciuilium, l.abſentem.cum ſimilib.ff. de pœnis. Sed in
ciuili nō eſt neceſſe copiam inſerere in citatione, l.conſenta-
neum. C.quomodo & quando iudex. & eſt cōmunis opinio
in dicta authent.offeratur.& in dicto cap.pręterea.ergo &c.
Item de hoc videtur text.in l.licet in beato. de accuſat. vbi
ſine alia ſpecificatione criminis accuſatus fuit generaliter ci
tatus. Tertio hoc probat l. ſecunda. C. de exhibend. reis.
vbi patet, quod accuſatus veniens debet a iudice explora-
re, quod ab ipſo quærat: ſed ſi per copiam fuiſſet de hoc cer
tificatus, fruſtra poſtea quæreret certificari, regula, cum qui
certus.libro ſexto. Et ita reſidet Roman. vbi ſupra. Abb.
vero in dicto cap.præterea.colum.quarta.pro concordia di-
ſtinguit, quod aut accuſatio fit de longinquo: tunc licet non
ſit neceſſe inſerere copiam, debet tamen in citatione expri-
mi id, quod opponitur, vt citatus deliberatus veniat: & ſic lo
quitur dictū cap.ſi primates. Aut fit de propinquo: & tunc
procedit dictum Barto. Nec obſt.dic.capit. licet in beato.
quia ibi non ponitur forma, ſed narratur in effectu ipſa cita-
183 tio, ſic dicit Abbas. † Tertiodecimo quæro, quid de ter-
mino decem dierum, quod ex conſuetudine aſſignatur con
fitenti, vt venire debeat, ſecundum gloſ.in l.ſi debitori. ff.de
iudic.Bald.notanter in l.fin.colum.ſecunda.ver.modo quę-
ro. C.de executio.rei iudic. tenet, iudicem talem terminum
decem dierum poſſe ſuo arbitrio arctare & prorogare, quia
non aſſignatur ipſo iure per conſuetudinem, ſed iudicis mi-
niſterio, l.ſecunda.ff. de re iudica. Et hoc eſt, quod dicit illa
glo. ſcilicet quod fiunt præcepta de ſoluendo &c. quod eſt
184 notandum. † Quartodecimo quæro, quid de tempore
ſex hebdomadarum, quod datur appellanti a partibus, cnt-
rit ad componendum ſarcinulas, ſecundum communem
opinionem Docto. in cap. fina. quo tempore miles. Bald.
ibi dicit tale tempus non poſſe augeri, quia omnis dila-
tio legis eſt peremptoria, no.glo.in clement.prima.de exce-
ptio. contrarium, ſcilicet quod immo ex cauſa iudicis arbi-
trio poſſit tale tempus ſex hebdomadarum prorogari, tenet
Iacob.de Beluiſ.in dicto cap.fin.argumen.l.2.& l.quarta.§.ſi
quis condemnatus. ff. de re iudica. & ita ſequitur ibi Aluar.
dicens, quod hæc opinio augeri, diminui tamen non poteſt
per iudicem, per ea quæ not.in cap.primo.eod.titu. vbi no-
ta.per ipſum, tempus anni ad petendum inueſtituram non
poteſt diminui, ſed prorogari ſic, quod no. Quintodeci-
185 mo quæro, † an tempus conceſſum vaſallo ad petendum
inueſtituram poſſit per dominum abbreuiari? Andr.de Iſer.
in cap.primo. quo tempo.mi. tenet quod non, quem ibi ſe-
quitur Iacob.Alua.limitans hoc procedere, quando abbre-
uiatio termini fieret de voluntate vaſalli, vt ibi per eos.

Sextode-

186 ¶Sextodecimo † quæro, qd de anno probationis dato in greſſo religionem ad experiendum aſperitatem regulæ, & niorum ingreſſi, de quo in ca. ad Apoſtolicam. de regula. in cap. monaſterijs. decimanona quæſtio. tertia, in cap. beneficium. de regula. an poſſit per ſuperiorem prorogari & abbreuiari, vide tex. & ibi glo. in verbo, arbitrio. & ibi tradita per Doct. maxime Abb. in cap. ex publico. de conuerſi. coniug. vbi formatur quæſtio, nunquid ſponſo inſtante poſſet per ſuperiorem ſtatui terminus ſponſæ ad intrandum & profitendum religionem, quam dicit velle ingredi. Et adde ad propoſitum glo. not. in cap. deſponſatam. vigeſimaſeptima quæſtio. ſecunda.

187 Viſo an & quando † iudex in ciuilibus poſſit dilationes moderare, reſtat videre, quid in cauſis criminalibus, & vbi agitur de pœna imponenda, an tunc terminus llatutus per iudicem poſſit moderari. Et videtur quòd non, per id quod notanter determinat Cyn. in l. prima. C. de requirend. reis. vbi dicit, l. nonnunquam. de iudic. volentem iudicem poſſe moderare metam citationis a iure ſtatutam ad peremptorium, non habere locum in cauſis criminalibus, in quibus talis meta citationis a iure ſtatuta non poteſt diminui: de qua in l. inter accuſatorem. ff. de publi. iudi. rationem aſſignat, qoia in iſtis criminalibus tractatur de maiori præiudicio, ideo cum maiori maturitate eſt procedendum, cap. vbi periculum. de electio. libro ſexto. Secundo hæc concluſio comprobatur ex eo, quod etiam dixit idem Cy. in dicta l. prima, dicens, quod l. conſentaneum. C. quomodo & quando iudex. æquiparans quo ad decernendum, miſſionem in poſſeſſionem ex primo decreto, & peremptorium tribus citationibus, non habet locum in accuſato criminaliter, contra quem quæritur fieri annotatio bonorum, quę obtinet quodammodo vim primi decreti: quia in tali annotatione contra accuſatum criminaliter maius vertitur periculum, quoniam ſola annotatio irrogat infamiam, ſi accuſatus non compareat infra annum ad ſe defendendum. l. fin. C. de requirend. reis. quæ infamia non oritur ex miſſione in poſſeſſionem ex primo decreto data contra conuentum ciuiliter. ¶ Tertio confirmat hanc opinionem determinatio Ioann. And. in additio. de cleric. non reſid. quod ſequitur dominus Anton. in cap. ex tuæ. de cleric. non reſiden. dicens diſpoſitionem cap. ex tuæ. quæ vult, quòd ſi clericus reperitur abſens a beneficio vel eius habitatione, debet tribus edictis vocari publice propoſitis, quando ignoratur vbi ſit, poſt quæ ſi infra ſemeſtre non comparuerit, poteſt eccleſia ſua priuari: nam dictum ſemeſtre non poterit abbreuiari, nec vna citatio pro omnibus fieri, quia agitur de graui præiudicio: ſubdens, quod etiam intereſt clerici abſentis citari per tria edicta diuerſis temporibus, nã veriſimilis notitia citationis ad eum perueniet. ¶ Quarto hanc opinionem corroborat glo. in ver. tertio monitus. in clemẽti. prima, de vita & honeſta. clerico. dicens illam clement. diſponentem clericum exercentem negotia, de quibus ibi, debere ter moneri, vt a negotiatione deſiſtat, ita quod ſi poſtea perſeueret, amittat priuilegium clericale ipſo iure: non habere locum, vbi fieret vna citatio pro omnibus, quia tractatur de graui præiudicio clerici: & illam gloſ. ſequitur Ioan. de Imo. in cap. quoniam frequenter. §. primo, vt lite non conteſta. Bald. in l. nun ſe liberi. ff. de ſta. homin. Abb. in cap. contingit. 2. de ſentent. excommunicatio. & in cap. fin. de vita & honeſta. clericor. vbi dictam gloſſ. limitat. ¶ Quinto prædictæ opinioni accedit glo. not. in verbo, tertiam citationem. in cap. primo. de mili. vaſal. qui contum. eſt. dicens, ꝙ diſpoſitio de qua ibi, volẽs, quod vt vaſallus puniatur amiſſione feudi debet per iudicem trina monitione domino poſtulante moneri, poſt quam ſi non compareat, priuatur feudo: nam certe dicta monitio non poteſt per iudicem abbreuiari, nec vna pro omnibus fieri. Et hanc gloſ. approbat Bal. ibi, ex quibus firmari videtur hæc concluſio, quod in criminalibus dilatio legalis abbreuiari non poſſet, nec etiam vbi agitur de impoſitione pœnæ: quam ſequitur Roman. in dicta l. ſecunda, colum. trigeſimatertia. & ſequenti. ¶ Fallit tamen primo, vbi crimen eſſet manifeſtum, in quo ſufficeret vnica citatio pro omnibus, cap. de illicita. vigeſimaquarta quæſtio. tertia. qui text. de notorio crimine loquitur, licet Aret. & Bald. vt infra dicam, aliter per illum textum intellexerint. ¶ Secundo fallit, vbi agitur de imponenda pœna, quę de facili poteſt tolli: vel agitur de pœna, quæ non eſt corporis afflictiua, nec valde præiudicatiua: text. & exemplum habes in l. conſentaneum. C. quomodo & quando iudex. & in l. contumacia. §. contumax. ff. de re iudica. in quibus patet, quod miſſio in poſſeſſionem ex primo decreto, quæ eſt pœna legis. l. ſatis. ff. de in ius vocan. poteſt imponi facta vna citatione pro omnibus. Ratio eſt, quia de facili poteſt prouidere per comparitionem infra annum cum ſatiſdatione de iudicio ſiſti facta per eum, contra quem eſt facta miſſio, vt
188 ibi. ¶ † Tertio fallit, vbi agitur de pœna excommunicationis, quæ licet ſit magna, & requirat trinam monitionem, capit. ſacro. de ſenten. excommunicatio. valet tamen lata, pręcedente vna citatione pro omnibus, text. & exemplum habes in cap. conſtitutionem. de ſentent. excommunicatio. in ſexto. ratio, quia licet monitio competens debeat præcedere, d. cap. ſacro. valet tamen lata nulla præcedente monitione: ergo fortius valebit præcedente vna pro omnibus. Et has tres notabiles fallentias ponit Roman. in dicta l. ſecunda. colum. trigeſimaquarta. ¶ Contrarium tamen, ſcilicet quod immo in criminalibus iudex poſſet moderare dilationem legalem, tenet Innocent. in cap. ad petitionem. de accuſatio. quem ibi ſequuntur cano. & Specul. titu. de citatio. §. nunc de tempore. in fine. Bald. in l. ſecunda. C. quomodo & quando iudex. Archidiac. quinta quæſtio. ſecunda. §. primo. per text. in dicto cap. de illicita. vbi text. æquiparat in criminalibus trinam citationem, vel vnam pro omnibus præcedere. Sed certe vt ſupra dixi, ille text. loquitur in crimine manifeſto. Et pro hac parte facit ratio, quia in criminalibus proceditur ad inſtar ciuilium, l. abſentem. cum ſimilib. de pęnis. Bald. autem in l. prima. C. de requirend. reis. concordat opin. Cyn. & Innocent. hoc modo, ſcilicet, quod aut loquimur in dilatione comparitoria, & tunc poſsit abbreuiari per iudicem ex cauſa, ſicut poteſt in ciuili. & ita loquatur Innocent. Aut loquimur in dilatione anni, de qua in dicta l. prima. conceſſa a iure contra annotationem bonorum, vel in alia ſimili: & iſta non poſsit abbreuiari: ratio differentiæ eſt, quia prima aſsignatur a iure cum miniſterio iudicis: ſecunda vero datur a iure abſque aliquo miniſterio iudicis. Et ideo concludit ibi Bald. quod vbi lex dat dilationem, & poſt eius lapſum aliquid ſtatuit, dilatio non poteſt mutari. Inferens, quod ſi ſtatutum dicat, quod citatus non compareat infra decem dies, habeatur pro cõfeſſo, quod tale tempus mutari non poteſt per iudicem: ita Bald. in dicta l. prima. quem ſequitur Ioann. de Anan. in dicto capitu. ad petitionem. facit quod voluit Petr. de Anchera. in commento cap. canonum ſtatuta. de conſtitutio. colum. centeſima quinquageſimaquarta. & quod ſupra dixi circa principium huius tertij articuli principalis, verſic. quarta fuit opin. Barto. in quinta fallentia. Sed tu pondera, prædictæ concordiæ Bald: obſtare glo. in clement. prima, de vita & honeſta. clericor. & in dicto capit. primo. de milite vaſal. qui contum. eſt. quæ loquuntur de dilatione conceſſa miniſterio iudicis: & tamen determinatur iudicem nõ poſſe illam mutare, quare forte melior eſt ſententia Cy. limitata vt ſupra. Cogita tamẽ propter authoritatem excellentem Innocent.

Prædictis relatis, Scilicet an & quando in ciuilibus & criminalibus iudicialibus dilationibus legalibus iudex poſsit illas moderare, quibus multas quæſtiones addi poſſe non inficior per magis curioſos.
189 Reſtat videre, an † in actibus extraiudicialibus iudex poſsit moderare terminum præfixũ parti ad actum extraiudicialem expediendum. Videtur quod non, quia ea, quæ non reducuntur ad iudicium, non ſunt in iudicis poteſtare, dicit pulchre Bald. in l. prima. §. primo. ff. de iure delibet. Sed melius conclude, quod in contractibus bonæfidei, vbi terminus præfixus eſt iuſtus & congruus arbitrio boni viri ad actum expediendum, iudex non poteſt illum diminuere vel prorogare, quia debet conuentioni partium adhęrere. l. ſi conuenerit. ff. de re iudica. l. prima. §. & poſt operis. ff. de oper. no. nunciatio. ſecus ſi terminus eſſet breuis: caſus eſt ſingul. in l. inſulam. §. in opus. ff. locati. Et idem vbi terminus nimis breuis eſſet aſsignatus a teſtatore, l. ſi quis ita. ff. de condi. inſtitu. l. ſi mihi & tibi. §. ſi quis ſeruos. ff. de legat. Et idem vbi terminus nimis breuis eſſet aſsignatus a teſtatore, l. ſi quis ita. ff. de condi. inſtituti. l. ſi mihi & tibi. §. ſi quis ſeruos. ff. de legat. primo. ¶ In contractibus vero ſtricti iuris, etiam ſi terminus appellatus eſſet nimis breuis, & non congruus expeditioni rei, iudex non poteſt prorogare: ratio, quia propter talem breuitatem contractus ſtricti iuris redditur nullus, l. non vtique. ff. de eo quod certo loco. §. loca.

ca. Inſutu.

ca. Inſtitu. de verbor. obligationib. ſic reſidet Roman. in l. ſe-
cunda. ff. de re iudica. colum. trigeſima. quod eſt bene notan
190 dum. ¶ † Secundo quæro, an ſuperior poſſit moderare tem-
pus præfixum inferiori ad prouidendum de beneficio vacã-
te. de quo in cap. ſecundo. de conceſſio. præbend. & in cap.
ne pro defectu. de electio. Ioann. Andr. in cap. cum olim. de
maiori. & obedient. dicit, quòd ſuperior poteſt prorogare
tale tempus per totum id tempus, quo ad eum ſpectaret ꝓ-
uiſio iure deuoluta: quia tunc ſibi tantum præiudicat, & in
191 † iure ſuo quilibet eſt arbiter & moderator. l. in re manda-
ta. C. manda. etiam in abutendo, text. gloſſ. in l. ſed ſi lege. §.
conſuluit. ff. de petitio. hæredit. ſolet notari in cap. de his. de
ſepult. ¶ Vltra vero id tempus non poteſt, quia tunc præiu-
dicaret ſuo ſuperiori, ad quem deuoluenda eſt prouiſio per
ſuam negligentiam, cui præiudicare non poteſt, argumen.
cap. ex inſinuatione. de appellatio. & cap. venientes. de iure-
iuran. quod eſt ſecundum Roman. in dicta l. ſecunda. colum.
trigeſimaſexta. valde not. quia temporibus ſuis fuit de hoc
ardua quæſtio in vrbe, quæ ſibi fuit commiſſa, & pronuncia-
uit, vt ſupra. Sed an ſuperior dictum tempus poſſit diminue
re, dic quòd non, per regulam, indultum. libro ſexto.

Item quia poſt tale tempus ius inducit priuationem ſui iu
ris prouidendi, & ſic poenam grauem imponit negligenti, ſu
perior non debet poſſe diminuere, per ea quæ dicta ſunt ſu-
pra circa princip. huius tertij articuli, in ver. quarta fuit opi-
nio Bartol. in quinta fallent. & ſupra ſæpius eſt repetitum in
191 diſcurſu quæſtionum multarum. ¶ † Tertio quæro, an tem-
pus adeundi hæreditatem datam alijs poſſit cauſa cognita
per iudicem moderari? Bartol. in l. ſecunda. ff. de re iudica.
tenet quòd ſic, per l. ſi ſeruus. ff. de bon. authorit. indic. poſſ.
& l. ſi diu. ff. ex quib. cau. in poſſeſſ. eatur. l. quandiu. la ſi. ff. de
acquiren. hæred. in l. prima. ff. de cura. bon. dan.

Et prædicta vera ſunt in tempore dato a lege ad adeun-
dam hęreditatem, quod eſt perpetuum, l. licet. C. de iure de-
liberan. Sed an idem ſit in tempore adeundi aſſignato
per iudicem hęredi ad inſtantiam creditorum vel legata-
riorum, quod tempus prętor imitando prętorem mortuum
debet aſſignare, vt in ſuo ſit tempus anni, in extraneo cen-
tum dierum, per l. ſi quis inſtituatur. la grande. in ſi. princip.
ff. de iudic. facit l. prima. §. largius. & tot. titul. ff. de carbon.
edic. & l. prima. ff. de iure deliberan. Bartol. ibi, & in dicta l. ſi
quis inſtituatur, tenet talem terminum non poſſe modera-
ri. plus dicit, aſſeſſores in ſtatuitione minoris termini erra-
re, quod dicit notandum, quia poterunt deuaſtari mille pro
ceſſus. Et hanc opinionem Barto. videtur ſequi Bald. in di-
cta l. prima. ff. iur. deliber. limitans hoc verum quo ad effe-
ctum, vt lapſo termino habeatur pro adeunte vel repudian-
te, l. quandiu. ff. de acquiren. hæreditate.

Sed quo ad hoc, vt iſte terminus habeat vim citationis,
ita vt poſſit ex contumacia procedi ad vlteriora, & ſic talis
terminus reſoluatur in citatoriam comparitionem, & non
in deliberatoriam ſuper adeundo vel repudiando, facit ſe-
cundum ipſum quod not. Innocent. in cap. fin. de cohab. cle-
ric. & mulier. Ex quibus videtur poſſe inferri, glo. in dicta l.
quandiu. quam ibi ſequuntur Bald. & Angel. & Bald. in ru-
bri. C. de ſucceſſo. edict. quæ dicit, quòd hoc tempus eſt arbi
trarium iudici, non bene dicere, ad quod bonus tex. in l. fin.
§. ſed quia quidam. C. de iure deliberan. qui dicit hoc, hæres
tempore deliberandi ſuper aditione vel repudiatione non
conſequitur a iudice vltra terminum nouem menſium, nec
ab Imperatore vltra annum: ecce ergo, quòd non facit diſtin
ctionem inter ſuum & extraneum. Ibi dicitur, ꝙ nouem men
ſes non poſſet conſequi, & ſic apparet non eſſe arbitrarium
iudici, tamen quia hoc tempus datur a lege cum miniſterio
iudicis, putat Roman. in dicta l. ſecunda. colum. trigeſimaſe-
ptima. iudicem ex cauſa poſſe talem terminum moderare,
quod an verum ſit, dependet ex his quæ dicta ſunt infra cir-
ca principium huius tertij articuli principalis, ver. tertia fuit
t93 opinio. ¶ † Quarto quæro, diſpenſatum eſt cum Titio, vt
poſſit ſimul tenere duo beneficia incompatibilia vſque ad
biennium, an diſpenſans poſſit hoc tempus abbreuiare.
Hanc quæſtionem ponit Oldra. in conſil. ducenteſimo quin-
quageſimo, aliàs ducenteſimotrigeſimooctauo, vt refert Pe
trus de Ancher. in cap. cum ex eo. de electio. libro ſexto. vbi
glo. Archidiac. & Ioann. An .r. ponunt in ſimili quæſtio. de
canonico, cum quo eſt diſpenſatum per epiſcopum, vt poſ-
ſit eſſe in ſtudio per ſeptennium, an poſſit per epiſcopum
reuocari. Veritas eſt quod non. Primo, quia non licet muta-
re conſilium in alterius detrimentum. ¶ Secundo, decet in-
dultum manere cõceſſum, regula decet. lib. 6. §. generaliter.
in Authent. conſtitutio. quæ de dignita.

¶ Tertio iuuari non decipi beneficium nos oportet, l. in
commodatis. §. ſicut. ff. commod. cap. primo. de commoda.

¶ Quarto, vbi decet inferiorem diſpenſare, ſi deneget, li-
cite poteſt adiri ſuperior, vt diſpenſet, glo. nota. in cap. exi-
gunt. prima quæſtio. ſeptima. argumen. cap. nullus, de iure
patronat. nam iniuria videtur fieri ei, cui eſt diſpenſandum,
ſi negetur illi diſpenſatio, l. prima. §. permittitur. ff. de aqua
quotid. & æſti. ergo conſequens eſt, vt non debeat admitti
ſuperior volens reuocare diſpenſationem, quam ab initio
194 concedere alicui de iure tenebatur: nam † cui damus actio-
nem, multomagis exceptionem, l. inuitus. §. cui damus. ff. de
regul. iur. l. prima. §. quod ait. in ſi. de ſuperfic.

¶ Pręterea turpius eijcitur, quam non admittitur hoſpes,
cap. quemadmodum. de iureiuran. Fallit tamen hæc conclu
ſio, quando de iuſta cauſa ſuperior vellet moderare, quia ex
eadem cauſa poteſt priuilegium iam conceſſum in totum
tolli, cap. ſuggeſtum. de decim. Et ita reſidet Oldrad. vbi ſu-
pra. & Petr. de Ancher. in dicto cap. cum ex eo. & Roman. in
dicta l. ſecunda. colum. quinquageſimaſeptima. dicens, quòd
ipſo exiſtente in curia pluries ita concluſum fuit per domi-
195 nos ſuos. ¶ † Quinto quæro, an tempus viginti dierum ſtatu
tum a lege in ſubhaſtatione rei eccleſiaſticę, authent. hoc ius
porrectum. C. de ſacroſanct. eccleſ. canonizata. decima quę-
ſtio. ſecunda. poſſit per ſuperiorem ex cauſa augeri vel mi-
nui. Archidiaco. in dicto cap. hoc ius porrectum. tenet quod
ſic, argumen. l. ſecundę. ff. de re iudica. vbi hoc loquitur Ro-
196 man. colum. quinquageſimanona. ¶ † Sexto quæro, an tem-
pora poenitentiæ ſpiritualis præfixa a ſuperiore poſſint ex
cauſa per inferiorem mutari? Videtur quod non, quia ſta-
tuta ſuperiorum inferiores non poſſunt mutare, clemen. ne
Romani. de electio. l. minor autem magiſtratus, ff. de minor.
Contrarium tenet Roman. in dicta l. ſecunda. colum. trigeſi
maquinta. & alleg. glo. in cap. tempora plenitudinis. vigeſi-
maſexta. quæſtio. ſeptima. & text. in cap. latorem. vigeſima-
tertia quæſtio. ſecunda. probatur in ſimili in l. ſi hominem. ff.
manda. ¶ Sed aduerte, quia hæc opinio Roma. non videtu
tuta, nam contrarium tenuit gl. in dicto cap. latorem. dicens.
quod ideo ibi inferior mutat, quia Papa hoc ſibi conceſſit.
Præterea hoc idem tenuit Lap. & Dominic. in cap. ſecundo.
de offic. vicar. libro ſexto. referens Archidiaco. ita tenere in
cap. ſecundo. decimaquinta quæſtio. ſecunda. ¶ Conſidera
pro concordia forte poſſe dici, quod inferior tempora ple-
nitudinis mutare non poteſt, moderare tamen ex cauſa poſ
ſit: moueor ex traditis per glo. in ver. tolli, in dicta clement.
ne Romani. & per Doctor. in cap. fina. de offic. archidiacon.
vbi not. quod licet inferior legem ſuperioris non poſſit tol-
lere, poteſt tamen illam limitare: quod nota.

197 ¶ † Septimo quæro, an iudex poſſit prorogare terminũ
compromiſſi, vel mandare prorogari, maximę quando arbi
tro non potuit liquere de cauſa. Vide text. vbi plene tradi-
tur in l. non diſtinguemus. §. dies. & in l. diem proferre. ff. de
arbitr. aliquid ponit Bald. in cap. Quintauallis. in vltima co-
lum. de iureiur. ¶ Octauo, quia ſupra ſæpe dictum eſt, quod
pendente dilatione quieſcit officium iudicis, cap. ſignifican-
te. de appellatio. l. ſiue pars. C. de dilatio. ſcire debes id eſſe
regulare. ¶ Sed fallit primo, quando cauſa, propter quam
fuit data dilatio, eſt finita, quia tunc non impeditur offic. iu-
dic. l. a filia. §. alumno. ff. ad Trebellian. l. tertia. §. Stichus, de
ſtatuliber. l. ſi quis hæres. §. primo. de hęredi. inſtitu. vbi hoc
ſequitur Ioann. de Imo. & reſidet Aret. Inſtitu. de actio. §. ſi
minus. colum. decimaquarta, in princ. dixi ſupra in hoc ter-
tio articulo, verſic. decimo quæro, circa finem.

¶ Secundo fallit, quando id, ad quod data fuit dilatio, eſt
quid inutile ad cauſam, quia tunc non debet expectari eius
euentus, probatur in l. cum pater. §. curatoris. de legat. ſecun
198 do. non enim † eſt expectandum id, cuius euentus nihil ope
ratur, l. ſi quis ita hæredem ſcripſerit. ff. de acquiren. hæredi.
l. aliquando. ff. ad Velleian. cap. cum contingat. de officio de
leg. ¶ Tertio fallit, quando illud aliud, ſuper quo iudex vult
procedere eſt quid diuerſum ab eo, ſuper quo ſtatuit dilatio
nem, nec eſt ei connexum vel præiudiciale, l. generaliter. §.
his de præſenti. ver. nullo. C. de rebus credito. l. creditor. in
princip. iuncta glo. ff. mandati.

¶ Quarto

¶Quarto fallit, vbi periculum eſt in mora, probatur in l. quæſitum. ff. de pign. ſecundum lect. gl. & in l. qui cędem. ff. de ſicar. & in l. ſi quis filio. §. hi tamen. ff. de iniuſto rup. l. 1. §. fi. l. ſolem. & l. eandem ff. de ferijs. l. dies ſeſtos, iuncta gloſ. in verbo, fideiuſſionis flagitetur exactio. C. de ferijs.

¶Quinto fallit, fauore fiſci, cuius fauore per offi. iudi. cõpellitur debitor debitoris fiſci ad ſoluendum pendente termino ſolutionis: tex. eſt ſingu. in l. j. C. de condictio. ex l.

¶Sexto fallit, in termino 30. dierum præfixo appellanti ad recipiendum Apoſtolos: quoniam ex proprio officio iudex parti etiam non petenti illos dare poteſt: caſus eſt in l. eos. §. apoſtolos. C. de appel.

¶Septimo fallit, quando partibus conſentientibus proceditur dilatione pendente, per id quod not. gloſſ. elegans in l. 1. §. fin. ff. de præto. ſtipula.

¶Has ſeptem notabiles fallentias ponit Roma. in d. l. 2. ff. ff. de re iudi. col. 59. & ſequenti.

¶Tu adde octauò, quia pendente dilatione pro euictione ipſius dilationis nõ quieſcit officium iudicis: Verba ſunt notanda Bal. in l. ſiquis ſeruo perſuaſerit. C. de fur. Sed fuit dictum Inn. in c. ſignificante. de ap. quod eſt ſin. notan.

Circa quartum principalem

articulum, ſcilicet qualiter fieri debeat moderatio per iudicem dilationis legalis ex cauſa.

199 ¶ † Primo quæro, quæ erit iuſta cauſa moderandi talem dilationem legalem. Dic quòd multiplex, vt ponit Bartol. in dicta authen. at qui ſemel. C. quomodo & quando iudex. & in dicta l. ſecunda. ff. de re iudica. dom. Anton. in cap. præterea. de dilatio. & Abb. in c. primo. de dilatio. Prima, ſi conſuetudo fori hoc habeat, vt not. per Cyn. in dicta authen. at qui ſemel. facit l. tertia. ff. de teſtib. ¶Secunda, ſi iuriſdictio erat modico tempore duratura: exemplum in cauſis ſindicatus officialium, quæ debent terminari infra quinquaginta dies, l. prima. C. vt omnes cauſæ tam ciuiles quàm criminales: nam ex quo ſtatuitur tempus modicum, videtur data poteſtas iudici alternandi terminos legales, argumen. capit. præterea. de offic. delega. l. ſecunda. ff. de iuriſdictio. omn. iudic. not. in cap. de cauſis. de officio delega. de quo latius dixi ſupra in tertio articulo principali, in quæſtio. nona.

¶Tertia, ſi quæſtio eſt modicæ quantitatis ſeu vilis, authent. niſi breuiores. C. de ſentent. ex pericul. recup. & quæ dicatur modica cauſa, relinquitur arbitrio iudicis, ſecũdum qualitatem perſonarum, vt dicit glo. in cap. fin. de re iudica. libro ſexto. facit glo. in l. illicitas. §. ne tenuis. ff. de offic. præſid. & in l. ſed ſi ſuſceperit. ff. de iudic. & ita tenet Abb. in ca-
200 pit. primo, de dilatio. Tu melius † dicas illam dici cauſam breuem, in qua ſi ordinarie procederetur, maior eſſet expenſa ſcripturarum quam valor rei petitæ: ita ſingulariter Bartol. per illum tex. in l. mediterraneæ. C. de anno. & trib. libro decimo. ſequitur Abb. in cap. primo. colum. decima. de libel. obla. quod eſt bene notandum. ¶Quarta eſt, ſi res, de qua agitur, eſſet tempore modico peritura: puta ſi eſt quæſtio inter duos, quis eorum debeat eſſe rector pro duobus futuris menſibus: nam tunc cum tempus cito labatur, iuſta erit cauſa moderationis: facit quod not. in cap. fin. de iudic. & in l. prima. ff. de glande legenda. ¶ Quinta eſt, ex qualitate cauſæ, puta eſt cauſa in ciuitate, in qua ſolet fieri conſilium, antequam deliberetur caſus: nam iſta erit iuſta cauſa prorogationis vel moderationis dilationis legalis, cap. fin. de dilatio.

Sexta, ſi eſſet quæſtio ſuper equo, qui ſuper hoſpitio magis comederet, ſi ſeruaretur dilatio legalis, quàm valeret, dicta l. mediterraneæ. ſecundum Bartol. in dicta l. ſecunda. & dom. Anton. in dicto cap. præterea. colum. penulti. de dilatio. & Abb. in dicto cap. primo. eod. titulo.

Septima, ſi agitur de alimentis, quia dilatione legali expectata quis poſſet interim fame perire, ſecundum Docto. vbi ſupra. Octauo in cauſa dotis, quæ eſt multum priuilegiata, l. prima. ff. ſolu. matrimon. l. aſſiduis. C. qui pot. in pigno. habe. Et ita in dote, Bartol. in dicta l. prima. ff. ſoluto matrimon. exemplificat l. ſecunda. ff. de re iudica.

Nona, ſi iudex præſentibus partibus pluries audiuit allegationes eorum: iſta erit iuſta cauſa, quòd poſſit ſtatuere dilationem vnam & breuem cum peremptorio ad audiẽdum ſententiam, l. nonnunquam. ff. de iudic.

Decima eſt qualitas perſonarum: nam maior dilatio eſt danda ſecundum opinionem iuueni, l. cõtinuus. §. cum quis, ff. de verbor. obligatio. & dicta l. nonnunquám.

Vndecima, quando aliquis fecit quicquid potuit, tunc poterit ex hoc dilatio prorogari, d. l. ſecunda.

Duodecima eſt cõtumacia eius, qui potuit ſed non vult, dicta l. ſecunda. & idem dicendum de ſimilibus, quæ habent mouere animum iudicis ad moderandum vel prorogandũ. Et has cauſas ponit Bartol. in dicta l. ſecunda. Abb. in dicto cap. primo. dom. Anton. in dicto cap. præterea. quem tacet Abb. faciunt quæ not. Innocent. in cap. quærenti. de officio delega. Bald. in l. prima. C. de tempo. appella. & domin. Anton. in cap. cum ſit Romana. de appellat.

201 Sed iuxta prædicta † quæro, quid ſi iudex arctat dilationem legalem ſine cauſa, datam tamen cum miniſterio iudicis, & ſine cauſæ cognitione. Iacob. de Are. dicit, quòd hoc caſu lex ſupplet, per l. 4. §. ſi quis condemnatus. ff. de re iudica. Contrarium eſt verius: patet, quia hoc caſu permittitur parti appellare, cap. primo. de dilatio. quod non permitteretur, ſi lex suppleret, cum tunc in nullo grauaretur.

Nec obſt. dictũ §. ſiquis condemnatus. quia loquitur in dilatione legali conceſſa ſine miniſterio iudicis: & ita notanter Bartol. in dicta l. ſecunda. quem ſequitur Abb. in dicto capit. primo. & domin. Anton. in dicto cap. præterea. & Doct. in cap. quod ad conſultationem. de re iudica. vbi text. hanc concluſionem limitat, vt non habeat locum, quando pars ab initio talem dilationem breuem & arctatam ſuſcepit: quo caſu nec auditur appellans, vt ibi, facit quod not. Bald. in l. ſecunda. circa princip. C. quomodo & quando iudex. poſt Specul. de citatione. §. nunc de tempore. in fi. & Cyn. in l. prima. C. de dilatio. Sed an ſufficiat cõtradictio ſine appellatio. vide pulchrè Innocent. domin. Anton. Ioann. de Imo. & Abbar. in d. cap. quod ad conſultationem.

Ex prædictis apparet non bene fuiſſe locutum Pet. de Anchera. in commento cap. canonum ſtatuta. colum. centeſima quinquageſimaquarta, dicentem, quòd ſtante ſtatuto, quòd non comparens ponatur in banno, in quo aſſignetur ſibi terminus octo dierum, infra quem ſi non compareat, habeatur pro confeſſo: tunc ſi iudex in banno aſſignauit terminum ſex dierum, quòd nihilominus poſt octo dies habebitur pro confeſſo, quia lex ſupplet, per dictam l. 4. §. ſi quis condemnatus. Sed an bene dixerit Petr. de Anchera. ex prædictis col-
202 ligitur quòd non. † Secundo quæro, an iudex moderans debeat exprimere cauſam moderationis. Glo. in cap. primo, de dilatio. tenet quòd ſic, vt pars non habeat cauſam appellandi. Sed hoc limitat ibi Abb. procedere, vbi in loco conſueuerunt ſeruari dilationes legales: quo caſu ſi non apparet de iuſta cauſa receſſus, videtur iuſta cauſa appellãdi: facit quod not. Innocent. in cap. præterea. eodem titulo. Secus vbi de conſuetudine fori non ſeruantur tales dilationes, iuxta not. per Innocent. in cap. ad petitionem. de accuſatio. concludentem, quòd prudenter facit iudex, ſi in moderatione dilationis inferat cauſam, & ſuper illa interloquatur, ſcilicet quòd iuſta ſit cauſa moderationis, ad hoc vt amplius non poſſit dici contra, etiam ſi ſit contra ius litigatoris, dicto cap. quod ad conſultationem. & ita interloqui poteſt etiam parte non citata: quod eſt perpetuo notandum. & Innocent. ſequitur Bald. in cap. primo. colum. prima. ver. dixit inde. de mili. vaſal. qui contum. eſt. facit not. Innocent. in capit. querelam. de procurat. dicens, quòd non in omni interlocutoria requiritur citatio partis: & vide Specul. tit. de citatione. §. viſo. verſic. primo. Sed Abb. in cap. primo. de dilatio. ſentit, quod immo talis interlocutoria non valeat abſente parte, quod etiã ſentit Bald. in l. prima. in fin. colum. C. quomodo & quando
203 iudex. dicens, quod ſicut in danda † dilatione requiritur cauſæ cognitio, & ſic citatio partis, ſic in dilatione alteranda, l. prima. & l. a procedente. iuncta glo. prima. C. de dilat.

Idem tenuit Bald. in dicta l. prima, circa princip. vbi dicit, quod ſicut non eſt in arbitrio iudicis dare vel negare dilationes. Ita non eſt in eius arbitrio dilationem reſtringere, ſed demum cauſa cognita. Conſidera pro concordia forte poſſe dici, quod in actu diſcutiendi, an moderatio dilationis ſit fienda vel non, requiritur citatio partis. & ſic procedant dicta Bald. ſed in actu ipſo interloquendi, quem ſuper dicta cauſa moderationis facit iudex, non requiritur citatio partis, & ſic loquatur Innocent. Moueor ex his, quę in ſimili nota. Cardin. in clement. in plerique. in octaua colum. de electio. & Roman. plenius in conſilio quadringenteſimo octuageſimoſecũdo. dicens, quod licet in actu diſcutiendi factum,

ſuper

ſuper quo requiritur declaratoria iudicis, vt in caſu cap. cum ſecundum. de hæretic. libro ſexto, requiratur citatio partis, vt dixit glo. in clement. multorum, in ver. conſtiterit. de pœnis. & in clement. præſenti. de cenſi. quæ glo. ſic debent intelligi, tamen in ipſa declaratoria ferenda non requiritur citatio, per text. in cap. reprehenſibilis. de appellatio. licet male intelligentes aliter dicant, ſcilicet quòd in tali declaratoria requiratur citatio. facit etiam quod voluit Bal. in l. j. & l. fin. C. de ſenten. ex peric. reci. & Abb. in cap. ſecundo. colum. antepenult. de teſtib. quod eſt bene notandum.

¶ Et ad prædicta faciunt quæ infra dicam in quæſtio. ſequē. an in moderatione dilationis requiratur partis citatio.

204 ¶ † Sed iuxta prædicta quæro, cui in cauſa iſta appellationis incumbit onus probandi, quod moderatio fieri non potuerit? Bartol. in l. ſecunda. ff. de re iudic. ſe remittit ad not. per Innocent. in dicto cap. ad petitionem. Ex cuius mente conclude, quod in dilationibus non arbitrarijs, ſed a lege taxatis appellans habet probare iuſtam cauſam moderationis: nam cum lex limitate taxauerit dilationem, & nō eam commiſerit arbitrio iudicis, ſi ex cauſa iudex voluerit eam moderare, & pars appellauerit, onus probandi quod ſic potuerit facere, incumbit appellato. Sed in arbitrarijs præſumitur iuſta moderatio, niſi probetur contrarium, cum præſumatur pro iudice, capit. in præſentia. de probatio. l. ſecunda. C. de probatio. ſecundum Innocent. in dicto cap. ad petitionem. cum quo reſidet domin. Anton. in dicto cap. cum ſit Romana. de appellatio. & Abb. in dicto capit. ad petitionem. inferens ex dictis Innocent. tria. Primum, quod vtile eſt ſemper cauſam moderationis exprimere, & interloqui ſuper ipſa: Si tamen non exprimatur, ſatis eſt cauſam ſubeſſe, ſecundum quod in dilationibus a iure conceſſis & taxatis non præſumitur iuſta cauſa moderationis. Tertium, quòd in arbitrijs præſumitur cauſa, niſi probetur contrarium. Et ideo cum hodie de ſtilo curiæ non ſeruentur dilationes iuris, ſed arbitrio iudicis præfigantur, ſequitur quod appellans habebit probare iniuſtitiam moderationis, quam oſtendet allegando diſtantiam locorum & viarum, & qualitatem cauſæ, vt quia ardua: & habuit modicum tempus ad deliberandum. Econtra pars aduerſa probabit iuſtam cauſam moderationis, allegando modicitatem cauſæ, vel aliam ex cauſis ſupraſcriptis.

205 ¶ † Tertio quæro, an in moderatione dilationis requiritur citatio partis. Vide in primis quæ dixi ſupra in præcedenti ſecunda quæſtione, quibus adde Roman. in dicta l. ſecunda. colum. ſexageſimaſecunda. vbi arguit ad partes, & primo videtur quod non, quia augmentum eſt eius naturæ cuius eſt id quod augetur, l. ſi conuenerit. §. ſi nuda. ff. de pignor. actio. l. inter ſocerum. §. cum inter. ff. de pact. do. l. ſi ex toto. ff. de legat. primo. l. etiam. C. de iure dot. l. epiſcopale. C. de epiſcop. audient. facit quod not. Paul. de Caſtro in conſilio centeſimo octauo, ponens, an ratione augmenti dotis hypotheca trahatur etiam ad ea bona, quæ vir habebat tempore dotis, ſed non tempore augmenti. facit etiam quod idem Paulus notat in conſilio quadringenteſimo decimoſecundo, vbi ponit, quando mulier pro augmento dotis gaudeat priuilegio prælationis alijs creditoribus. facit etiam, quod pulchre voluit Abbas in conſilio quadrageſimoſecundo. determinans ſtatutum de dote lucranda habere etiam locum in augmento dotis, vt ibi per eum. Sed dilatio non requirit citationem, & ſatis debilibus argumentis tenet Specul. titulo, de dilatio. §. nunc videamus. ver. ſed pone. ergo nec prorogatio illius.

206 ¶ † Contrarium tamen verius eſt, quia quicquid dixerit Specul. dilatio requirit citationem, vt tenet Federic. in conſilio ducenteſimo vigeſimooctauo, incipien. Caſus talis eſt. quem ſequitur dominus Anton. in capitulo, licet cauſam. de probationib. probatur hæc opinio in l. a procedente. C. de dilationib. vbi patet dilationem eſſe concedendam cau-
207 ſa cognita: ergo parte citata, quia † vbi requiritur cauſæ cognitio, ibi partis citatio eſt neceſſaria, l. ſi deſerta. vbi glo. alleg. concord. C. ſi propter publi. penſi.

208 ¶ † Secundo, conceſſio dilationis eſt quædam interlocutoria nō parui præiudicij: ergo requiritur citatio: patet in l. conſentaneum. C. quomodo quando iudex. l. properandum. §. & ſi quidem. C. de iudic. not. Bartol. plenius Romanus in l. qui opus. ff. de operis noui nunciatio. Et intellige prædicta vera in dilatione probatoria: ſecus in expectatoria, quia expectatoria & eius prorogatio non requirit citationem partis, textus eſt in l. ſed ſi interpellatur. §. ſi arbiter. & in l. diem proferre. in princi. ff. de arbit. Et hic repete, quæ pro concordia dixi ſupra in quæſtione proxi. præterita.

209 ¶ † Sed quid dicendum de prorogatione temporis compromiſſi, cuius facultas prorogandi conceſſa eſt arbitro a compromittentibus, an requirat partis citationem. Baldus in l. prima. C. de ſenten. ex pericul. recitan. tenet quod non, quia talis prorogatio eſt executio poteſtatis arbitro conceſſæ, quæ non requirit partis citationem, l. tertia. C. de diſtracto. pigno. ſecundum veram lecturam, niſi modus excedatur. l. ab executore. C. quorum appel.

¶ Confirmatur hæc opinio ex eo, quod dicimus, executionem ſententiæ, quæ fit ſuper eadem re, ſuper qua eſt lata ſententia, non requirere partis citationem, vt nota. Innocentius in capitulo, ex ratione, de appellatio. Bartolus in l. meminerint. C. vnde vi. & in l. a diuo Pio. §. in venditione. ff. de re iudicata. Præterea ad idem caſus eſt in dicta l. diem proferre. ſecundum communem intellectum. & ita tenet Romanus in dicta l. ſecunda. ff. de re iudicata. columna ſexageſimaſecunda. Et adde idem tenere Bald. in capitulo, Quintauallis. de iureiuran. in vltima columna, vbi limitat hoc verum in prorogatione, quæ fit per pactum vel a lege: ſecus in prorogatione compromiſſi, quę fieret a iudice vel eius mandato, quando arbitro non potuit liquere de cauſa: & ita ſecundum ipſum debet intelligi l. non diſtinguemus. §. dies. ff. de arbit. Et ſupraſcripta concluſio, ſcilicet quod prorogatio compromiſſi poſſit fieri ſine citatione partis, maxime procedit, quando prorogatio fieret vltimo die termini, per ea quæ notat Baldus in dicta authentica, ei qui. vbi hoc tenet, & ibi dicam infra eadem clement. §. & quia. ſuper gloſ. in verbo, ad id.

¶ Quærit etiam Baldus in dicto capitulo, Quintauallis. de pulchra quæſtione, an arbiter vel delegatus exiſtens extra locum compromiſſi poſſit hanc prorogationem facere, de quo ibi per eum, & per eundem Baldum in authentica, ei qui. C. de tempo. appella. & in conſilio ducenteſimo nonageſimonono, in prima parte incipiente, Nobiles viri. columna fina. & in conſilio tricenteſimo, columna fina. incipien. Omnis poteſtas. & in dictis conſilijs Baldus videtur ſibi contrarius.

Aduerte tamen, quod licet in prorogatione compromiſſi non requiratur partis citatio, debet tamen ipſa prorogatio intimari partibus: aliàs talis prorogatio non aſtringit partes, & arbiter videtur doloſe prorogare: quod procedit, etiam ſi ſit dictum, quod poſſet procedere partibus abſentibus & ignorantibus: & ita notanter decidit Baldus in l. eos. §. apoſtolos. C. de appellationib. per textum in clementina primo, eodem titu. & in l. ſecunda. C. de decurio. libro decimo. in quibus eſt expreſſum, quod vbi termini præfixio poteſt parti nocere, illi eſt fienda intimatio. Accedat bonus textus in clementi. cauſam. in fine, de electio. & facit, quod in ſimili voluit Specul. de arbitr. §. excipitur. verſicu. ſed pone quod ſit actum. dicens, quod licet ſit actum arbitrum poſſe ferre ſententiam partibus abſentibus, nihilominus earum citatio in pronunciatione requiritur, argumen. dictę l. properandum. §. & ſi quidem. & l. fina. §. illud. C. de tempo. appella. Et ita reſidet Romanus in dicta l. ſecunda. columna ſexageſimaſecunda, dicens prędicta fore notanda ad l. diē proferre. & l. litigatores. ff. de arbit.

¶ Tu adde, quod idem quod poſuit Baldus in dicto §. apoſtolos. tenet ipſe Baldus in l. ſecunda. C. de ſentent. ex pericul. recit. & in authent. ei qui. C. de temp. appel.

¶ Et latius hoc diſputans tenet Bald. in prima parte conſiliorum, in conſilio tricenteſimo, incipien. Omnis poteſtas. & in conſilio tricenteſimoprimo, quod incipit, Lex compromiſſi. & in conſilio ducenteſimononageſimunono. in fine, incipien. Nobiles viri. facit quod volunt Innocent. & Ioannes Andr. in capitulo, conſuluit. de officio delega. ſcilicet quod quando terminus prorogatur abſenti, debet illi notificari: & Angel. in l. cum non eo die. C. quando prouoca. Baldus in l. ſecunda. C. vbi in rem act. facit l. ſcire oportet. §. multa. ff. de excuſatio. tuto. & l. prima. §. annus. de requirend. reis. glo. in cap. ſtatutum. de præbend. libro ſexto. text. in l. neceſſe. ff. de in diem addic.

¶ Fortius poſſet forte attentari, quod partes huic intimationi

mationi renunciare non poſſunt : nam arbiter non intiman-
210 do doloſe facit, vt ſupra dixi. Sed dolus † de futuro remitti
non poteſt, l. iuriſgentiũ. §. illud. ff. de pact. niſi dicas propter
dictam renũciationem ceſſare dolum in arbitro : vel potiro,
quòd dolos adſit, eſt præſumptus dolus, cui poteſt renuncia
ri, ſecundum not. in dicto §. illud, de quo aliquid ſentit Bald.
in præallegato conſilio tricenteſimo, incip. Omnis poteſtas.

211 ¶ † Quarto quæro, quot vicibus poſſit per iudicem mo-
derari arctando vel prorogando. Hanc quæſtionem in iudi-
ce non reperio tactam. Sed in ea ſic concluderem, quòd quo
tiens ſubeſt iuſta cauſa, inſpecta qualitate rei, cauſæ & perſo
narum, totiens hoc poſſit, per regulam l. ſecundæ. ff. de re iu-
dica. & maxime quando iudex nouam poſſet ſtatuere dila-
tionem : quia tunc a fortiori poſſet antiquam, & iam ſtatu-
tam prorogare, argumen. notatorum in l. fin. ff. de ferijs. & in
capitulo, vltra tertiam, de teſtibus. & ſupra ſæpius dixi.

¶ In arbitro autem ſi quæratur, quot vicibus ex poteſta-
te ſibi indefinite conceſſa prorogandi valeat prorogare. Spe
cul. titulo, de arbitr. §. excipitur. ver. quid ſi fuerit dictum, te
net quòd ſemel tantum, quia prolatio actus affirmatiue con
cepta, recipit conſummationem in primo actu, quo celebra-
tur, alleg. Specul. l. boues. §. hoc ſermone. ff. de verbo. ſignifi-
catio. l. fideicommiſſum. §. ſi quis decem. ff. de legatis tertio.
cap. cum in multis, de reſcrip. libro ſexto. & hoc vt euitetur
infinitas, dicto capit. cum in multis. & l. qui bona. in princip.
ff. de dam. infec.

¶ Ego hoc dictum Specul. confirmo authoritate Bal. qui
eum ſequitur in capitulo, olim ex literis, de reſcript. & eiuſ-
dem Bal. in prima parte conſiliorum, conſilio tricenteſimo-
ſecundo, incipien. Dilatio probatoria. & dixi aliquid ſupra
apoſtillando text. huius clement. in verbo, ſępe. dum addi-
di quid de dictione, ſæpiſſime. Accedit quod in ſimili per
glo. ibi in verbo, qui anno, determinat Baldus in l. diuortio.
§. ob donationes. ff. ſoluto matrimonio. dicens, quòd ſi ven-
do tibi roſas ſeu fructus huius viridarij, & bis in anno colli-
guntur, intelligitur facta venditio de primis tantum. Coad-
iuuat hoc dictum, quod tradit Bald. in l. hoc articulo. in fi. ff.
de hæredib. inſtituend. vbi dicit, quòd ſi ſtatutum dicat, qui
cunque acceperit vexillum lucretur centum, debet intelligi
de prima captura tantum, per dictum §. hoc ſermone. faciũt
etiam quod not. Alberic. de Roſa. in ſecunda parte ſtatuto-
rum, quæſtione centeſima octuageſima, incipien. Per domi-
num fratrem Vbertum. & quæ not. Bartol. in l. dotis prooi-
ſio. ff. de iure doti. & Bartol. in l. prima. ff. ad legem Iuli. ma-
ieſta. dicens per dictum §. hoc ſermone. quòd vbi indetermi-
nate petita eſt ſecuritas eundi & redeundi, & indeterminate
conceſſa, intelligitur de prima vice tantum, de quo ibi per
eum, & per Ioannem Calderin. in diſputatione, quæ incipit,
Ex octo ſtudentibus. & Angel. in l. vtimur. ff. de ſepulch. vio
la. Abb. in capitulo ſecundo, de treug. & pace. Reperio ta-
men Roman. in dicta l. ſecunda. columna ſexageſimaſecun-
da tenere contra Specul. licet dicat non rẽperire contradi-
centem, & ſe mirari, quod Ioann. Andr. in additio. nihil ad-
dat, ſed potius videatur tacite eius dictum approbare. Mo-
212 uetur Rom. primo, quia cũ † talis indefinita conceſſio proro
gandi æquipolleat vniuerſali, l. & ſi pluribus. ff. de offic. præ-
fec. vrb. capit. vt circa. de electio. libro ſexto, importat, quod
non ſolum ſemel, ſed etiam pluries poterit fieri prorogatio,
quando in tempus præcedens non potuit arbitro liquere
de cauſa.

¶ Secuodo, quia videmus arbitrum, qui non potuit infra
tempus iudicare, cogi de nouo ſuſcipere arbitrium, l. & ſi
qua alia. §. fina. cum l. præce. ff. de arbitr. ergo fortius poterit
tempus compromiſſi, quantum vult, prorogare pro expedi-
tione, conceſſa licentia ſibi prorogandi.

¶ Non obſt. dic. §. hoc ſermone. & alia ſimilia iura : quia
procedunt, vbi per primam actus explicationem voluntas
contrahentium ſortita eſt effectũ: aliàs enim ad ſecundam &
vlteriorem vicem proceditur, l. hæc conditio. la grande. ff.
de conditio. & demonſtratio. l. & ſi ſatiſdationem. ff. de ope.
noui nunciatio. Quod procedit, etiam ſi diſpoſitio loquatur
per verba denotanna certum numerum : quoniam ſi per a-
ctus in numero comprehenſos non ſatisfit intentioni loquẽ
tis, poteſt procedi ad explicationem actus in numero vlte-
riori, vt eſt expreſſum in l. veluti. §. hæc vox. ff. de eden. in l.
oratione. ff. de ferijs. Prædicta tamen intelligit Roman. vbi
ſupra procedere, niſi arbiter vellet prorogare, vbi proroga-
tio non eſſet expediens: quia tunc non poteſt, cum videatur
facere, vt litem differat. Sed non valet præceptum arbitri,
per quod inducitur litis non neceſſaria dilatio : text. notab.
& ibi Bartol. in l. non diſtinguemus. §. quæſitum. ff. de arbit.
ergo &c. Præterea facit ratio, quia ſicut partibus volentibus
terminum prorogari, vbi non eſt neceſſaria prorogatio, non
tenetur arbiter aſſentire, l. non diſtinguemus. §. dies. ſecun-
dum vnum intellectum glo. ergo pari ratione non tenentur
partes arbitro conſentire volenti ſine cauſa prorogare. Ac-
cedit, quia compromittens concedens licentiam prorogan-
di, præſumitur habuiſſe intentionem conformem naturæ
213 compromiſſi: in dubio † voluntas contrahentium præſumi-
tur conformis naturæ actus qui geritur, textus eſt notab. in
l. ſi fundus. in princip. ff. ſoluto matrimon. & alibi dicitur,
quod voluntas principis præſumitur talis qualis eſſe debet,
capitu. licet in corrigendis. de officio ordina. not. Abb. in ca
214 pitu. cum veniſſent. de iudic. Sed natura † compromiſſi eſt,
vt faciat finem litibus, & non lites inducere, nec ſuperfluas
dilationes, l. prima. & l. quamuis. ff. de arbit. igitur &c.

¶ Mihi magis placet de iure opinio Roma. quàm opinio
Specu. rationibus ſupra adductis, quæ mea ſententia vigent
contra Specul. & ex ipſis patet reſponſio ad allegata pro opi
nione Speculi, quia omnia ſic allegata iura loquuntur, quan
do per primam actus explicationem fuit ſatisfactum inten-
tioni diſponentium: aliàs ſecus. Comprobo hoc authorita-
te Bartol. in dicta l. prima. ff. ad legem Iuli. maieſta. dicentis,
quod ſi conceſſio ſecuritatis eundi & redeundi ſit facta ob
certam & determinatam cauſam, puta ob pacem tractandã,
tunc non reſtringitur ad primam vicem, ſed quod durante
dicto tractatu ſemper poſſit ire & redire, alleg. l. continuus.
§. qui inſulam. ff. de verbor. obligationib. & l. veteres. cum l.
ſequen. ff. de itine. actuq; priua. bonus eſt text. iuncta gloſ.
quem ad hoc ibi ponderat Abb. in cap. ſecundo. de treu. &
pace. Ad idem adduco quod voluit Roma. in dicto §. ob do
nationes. vbi limitando dictum Bal. ibi ſupra relatum dicit,
quod ſi pretium eſſet æquipollens omnibus roſis totius an-
ni, tunc non ſolum natæ prima vice, ſed etiam ſecunda vice
intelliguntur venditæ, per tex. in l. cum in fundo. §. vxor vi-
ro. ff. de iure dot. quaſi ex ipſo pretio intentio contrahenti-
um, quod ita ſenſerint, colligatur: facit quod not. Bart. in l.
215 Paulus. poſt princip. ff. de ſolut. dum dicit, quod ſi † vendo
rem pro decem florenis, & in ciuitate expenduntur floreni
diuerſi valoris, recurritur ad valorem rei venditæ, vt intelli-
gatur, de quibus florenis ſenſerint contrahentes. Prædicta
bene notanda ſunt, quia frequenter accidunt, & in actu pra-
ctico propter authoritatem Specu. & Bald. difficile foret ob
tinere. Cogita tamen.

¶ Et ex prædictis colligere habes pulchram fallentiam ad
d. l. boues. §. hoc ſermone. vnus ex vobis mihi dixit præcla-
rum dñm filium concurrentem meum plures ſolere refer-
re fallentias ad dictum §. hoc ſermone. ego hominis commen-
do ſtudium & curam exactiſſimam : quid ego ipſe ſuper ip-
ſis ſentiam, non expedit hic diſcutere. Alio loco & tempo-
re me dicturum reſeruo.

216 ¶ † Vnum etiam notabitis, quod licet arbitro ſit data po-
teſtas prorogandi, inuitis tamen & contradicentibus amba-
bus partibus non poteſt prorogare, text. eſt notab. in l. arbi-
ter ita ſumptus. ff. de arbitr. tenet Baldus in conſilio ducen-
teſimononageſimonono, incipi. Nobiles viri. in prima par-
te conſiliorum. verſi. venio ad ſecundum. faciens tres caſus,
quod vtraque parte volente non valet prorogatio, vtraque
volente valet: altera tantum volente & altera contradicen-
te ſecundum quoſdam non valet, ſed committitur pœna, l.
non diſtinguemus. §. dies. ff. de arbitr. vſque autem ad quod
tempus poſſit arbiter prorogare virtute poteſtatis ſibi inde-
finitè conceſſæ, Baldus in l. prima. C. vt in poſſeſſ. lega. di-
cit ſe conſuluiſſe, quod non poteſt prorogare vltra menſes
tres: quia ad arbitrium itur gratia litium celeriter expedien-
217 darum, l. quamuis. ff. de arbitr. ſed † cauſis, quæ celerita-
tem deſiderant, præfigitur terminus duorum, vel trium
menſium, non vltra, l. finali. C. de ædificijs priuat. l. au-
fertur. §. in compenſatione. ff. de iure fiſci. notatur in l.
prima. vbi bonus textus in argumen. C. de oper. no. nun-
ciatio. ergo &c.

¶ Et ita dicit Roman. in dicta l. ſecunda. colum. 63. repe-
riſſe

riſſe ſolum Baldum in dicta l.prima tangere hanc qõ. Dicit
tamen ſibi videri, quod ex quo non ſtatuerunt certum tem
pus, vſque quod poſſit arbiter prerogare, quod in proro-
gando habeat liberum arbitrium, argumen. l. in venditio-
ne. §. de tempore.ff. de bo. aucto. iudi. poſſi. & l. prima. §.
meminiſſe. ff. de ventre inſpi. & l. 2. ff. de iure delibe. Ve-
ritas tamen eſt ſecundum ipſum Roma. quòd poſſit proro
gare vſque ad id tempus, quod bonus vir arbitraretur iu-
ſtum, per id quod not. gloſ. ſingularis in verbo, reſtituit. in
l. Emilius. ff. de mino. dicens in ſimili, quòd cum ſit pro-
rogatio temporis, & non dicitur quanti, intelligitur facta
arbitrio boni viri, & eius temporis, quod magis intellectu
percipitur quàm locutione narretur, per l. Vranius, & l.
quod dicimus. ff. de ſolu. licet Petr. & Cyn. teneant hanc
prorogationem eſſe nullam ratione incertitudinis, argumē.
l. cum poſt.§. gener.ff.de iur.do.cum ſimili.

Præterea forte iſto caſu deberet arbiter terminum præ-
figere de conſenſu partium, argumen.l. ſed ſi compromiſ-
ſum.ff.de arbit.

Tu adde, quod licet Roma.dicat ſolum Baldum in dicta
l.prima,tangere hanc quæſt.dicas, quod immo eandem te-
tigit Bald.in præallegato conſilio 299.quod incipit, Nobi-
les viri.verſic.venio ad quintum. vbi conſulendo dicit poſ-
ſe probabiliter dici, quòd menſura temporis prorgata nō
poſſit eſſe maior quàm menſura temporis principalis, C.
de fideiuſſo. l. ſancimus, authen. qui ſemel. C. quomodo,
& quando iudex.niſi forte prorogatio fieret ex neceſſaria
cauſa, de qua conſtaret, ff. de arbit.l. ſi cum dies. in prin-
cip. & facit C. de dilatio. l. prima. de qua etiam quæſtione
poſuit ipſe Bald.in capitu.fin.de conſuetu.& latius in capit.
Quintauallis.in 11.colum.verſicu.quæro data eſt poteſtas,
vbi late tractat hunc paſſum, & refert multas opinio.& tā-
dem videtur inclinare in iſtam opin. quod ſit arbitrarium,
vt ibi per eum, Sed quid ſi in compromiſſo dicatur, quòd
poſſit prorogare ſemel, bis & pluries, quatenus viſum fue-
rit. Baldus. latè tangit quæſtio. & refert opinionem, licet
non bene ſe firmet, in rubrica apud quos quæſtio feu. ter-
mi. debe.

Sed Roma.in dicta l. ſecunda,colum.64. ff. de re iud. di-
cit videri, quòd poſſit in infinitum, quia latitudo verbo-
rum oſtendit partes ita voluiſſe,quarum conſenſu actus in
infinitum durare poteſt, l. ſi finita. in princip.ff.de dam. in-
fec. Pręterea per illa verba,quatenus viſum fuerit, videtur
compromiſſum factum ſine temporis præfinitione, quo ca-
ſu arbiter omni tempore ſententiam dicere poteſt, dicta l.
ſed ſi compromiſſum.in fin. & hoc ſi tenemus opinio. quod
coram arbitro nulla ſit inſtantia, de quo plene per docto.
maximè Ro.in l.ſi quis arbitratu.ff.de ver.ob. per Alber. in
l.properandum.in princip.C.de iudi.& glo.& Cardi.in cle.
quamdiu.de appel.
218 †Tu conſidera, quia ad illa verba, quatenus viſum fue-
rit, poteſt dici, quòd importent infinitatem neceſſariam,
non autem ſuperfluam: probatur in l. veluti. §. hæc vox.
ff.de eden. not. gloſ. in verbo, iterum, in dicta l. ſi finita.
in princip.

Pręterea verbū videtur, ſignificat arbitrium regulatum
ratione, vt late dicam infra ea.clemen.in §.1.

Quid autem ſi dictum fuerit, quod poſſit pluries proro-
gare? Roma. in dicta colum. 64.tenet, quòd duas tantum
prorogationes facere poſſit, per l. libertus. §. poſt annum,
de ma. teſt. & l. vbi numerus. ff. de teſti. & dixi plenius ſu-
pra in princip. huius clem. apoſtillando text. dum quæro,
quid de dictione, ſæpiſſime, ibi vide. Si vero dictum ſit,
219 quòd poſſit pluries, † & pluries prorogare: tunc poterit
quattuor vicibus, propter dictionem,pluries, geminatam,
facit quod not.Barto.in l.gemina arbor.ff.arbo.fur.cęſ.dixi
etiam de hoc ſupra in princip.apoſtillando text.

Ibi etiam tetigit, quid ſi dicatur,quòd poſſit plurimis vi-
cibus, quod tunc poſſet ter prorogare: quia iſta eſt natura
dictionis,plurimi: vt eſt gloſ. ſingul.in §. quod ſępe. in ver-
bo, plurimis.in authent. de trien. & ſemiſ. text. in capitu.
Chriſtiano. 34. diſtinct. Adde bene facere, quæ nota. per
Aretin.in tractatu.malefic.in verbo, pluribus, & pluribus
percuſſionibus.

Sed quid ſi dictum fuerit, quòd poſſet prorogare prout
voluerit,Roma.in dicta l.2.colum.65.putat, quod iſta ver-
ba generaliter prolata ſunt intelligenda ciuiliter, l ſicuti. ff.
de ſeruitu. & reducenda ad naturam contractus, & intelli-
gentiam iuris communis:probatur.in l.ſerui legati nomine.
ff.de lega. 1.in l.damni infecti quidam. ff.de dam.infec. in l.
inſulam.ff.de præſcrip. verb. l. ſi ſtipulatus. ff. de vſur. l. ſi
vno.in princip.ff. loca.l.qua ro.§.inter locatorem.eodem ti-
tu.cap.cauſam quæ, ſupra de reſcrip. ſed natura compromiſ
ſi, & ius commune tollerans compromiſſa tendunt ad litis
celerem finem inducendum, non autem ſuperflue proro-
gandum, l. 1.l.quamuis.ff. de arbit. ergo ex prædictis ver-
bis, natura compromiſſi, & iuris communis redactis intel-
ligentia,cenſetur conceſſa facultas prorogandi quoties ex-
pedit,& non vltra,immo tunc impune partes poſſunt con-
220 tradicere,quia præcepto†arbitri, quo contingit expeditio-
ne cauſæ iniuſte dilatari,impune non paretur, l.non diſtin-
guemus.§.quęſitum.ff.de arbi.ad quod bene facit, quod in-
221 quit Bald. in cap.Quintauallis.in fin. volens,quod † licet volun-
tas libera nullis finibus claudatur,l.fideicommiſſa.§. quam-
quam. ff.de leg. 3. & dicam late infra in §.1.tamen in com-
promiſſis voluntas pro diſcretione,& arbitrio ponitur,l.pe.
ff.de arbit.not.Cyn.in l.3.C.de dotis promiſ.facit d.c.Quin
tauallis,& quæ dicam de verbo,volo.inf.in §.1.

Adde,quòd eandem ſententiam prius voluit Bal.vbi pul
chre loquitur in c.pręſentata,de teſtibus, & aliquid ponit in
cap.ſua nobis,de appella.vbi etiam ponit, & dicit conſuluiſ
ſe,quod virtute talis poteſtatis conceſſæ non poſſet arbiter
prorogare compromiſſum, donec ipſe vixerit, nec ad lon-
gum tempus, quia hoc non præſumitur a partibus cogita-
222 tum.† Vnum etiam ſcias, quod poteſtatem prorogandi nō
habent arbitri niſi partes conceſſerint,l.arbiter ex compro-
miſſo.ff.de arbi.
223 †Quinto quæro, quid ſi iudex lapſo primo termino, vel
arbiter ex conceſſa ſibi poteſtate vtantur verbis prorogati-
uis puta dicat,prorogamus, an illa termini progatio,valeat,
ſaltem tanquam noua ſtatuitio termini: & idem quæri po-
teſt ſi finito compromiſſo partes prorogant illud ſimplici-
ter. Videtur quod non, vt prorogatio,quia continet impoſ-
ſibile,quia prorogatur id quod nondum finitum eſt, in l.ter
tia,in princip. ff. de dam. infec. & dicit Bald. eleganter in l.
Emilius,verſic.quinto not.ff.de mino. quod tempus abſor-
tum non prorogatur:ergo talis prorogatio nulla,l.ſi.C. quę
ſenten.ſine appel.reſcin. non enim poteſt prorogari, quod
non eſt,cum prorogatio præſupponat præexiſtens proroga
bile, d.l.4.l.ſed ſi manente.ff.de pca.c.ad diſſoluendū.de de
ſpō.impu. Et ita tenet Spe. tit.de dila.§. nūc videndum.ver.
item hoc,quem dom. Anto.in cap. præterea, in fin. de dila.

Adde ad hoc bene facere,quod inquit Bald.in dicto cap.
Quintauallis.colum.11. dicens, quod finito compromiſſo
prorogatio fieri non poteſt:quia quod nō eſt, prorogari nō
poteſt, l.cum ſtipulatus ſim mihi a Proculo, de verb. oblig.
dicta l.ſed ſi manente, & cap. ſignificantibus, de offic. delega.
224 Eſt † autem prorogatio extenſio durationis, ſubſtantia nō
murata,gloſ. eſt not.in capit.hi qui auctoritate, de præben.
libro ſexto.not.Bart. in dicta l.4.de dam.infe.& clarius Bal.
in dicta l.Emilius.colum.8. verſic.5.not.dicit,quod proroga
tio eſt termini labentis nondum lapſi extenſio, not. Ioann.
And.in addi. de appel.§.nunc breuiter, in addi. quæ incipit
ibi, non fuit proprie prorogatio,not. Alberic.in l.Labeo. ff.
de arbit. Item prorogatio nihil agit nec immutat, niſi circa
tempus, dicta l. Labeo.§.1.& l. inter ſocerum.§. cum inter.
ff.de pact. do.bo.text.in l.id quod.§.primo.ff.pro ſocio.Prę
terea tempus prorogatum cenſetur vnum, & idem, & non
diuerſum, dicta l. ſed ſi manente.not.Bal.in dicta l.Emilius.
dicens,& limitans hoc verum reſpectu ipſorum prorogan-
tium,non autem reſpectu tertii, l. ſi cum Hermes. C. loca.
quod dicit notandum ad ſtatutum diſponens de quolibet
contractu ſolui gabellam,vt ibi per eum,& hanc partem, ſ.
quod dicto caſu prorogatio non valeat, videtur tenere Io-
an.And. in addi.de appel.§.nunc breuiter, verſic. licet au-
tem.& Bald.in quarta parte conſiliorum conſilio 471. inci-
pien.Quartus de quarto, & ſequenti, vbi dicit hoc maximè
procedere, quando poteſtas prorogandi eſſet data infra di-
ctum terminū, vt ibi: non igitur valet talis prorogatio: vt
225 prorogatio non et vr poſſe valere, vt renouatio, † quia cum
aliud ſit prorogare,aliud renouare, verba hoc non patiun-
tur, dicta l.tertia, in princip.bo.tex.in l. vſufructuarius.ff.de

vſufi u.bene facit gloſ.in l.3.in prin.ff. de acquiren. poſſeſſ. dicens, quod intrans poſſeſſionẽ animo retinendi, non acquirit poſſeſſionem: talis ergo ſic prorogans dicere poteſt, cum potui nolui, &c. cap.cum ſuper, de off.delega.l.multum. C. ſi quis alte. vel ſibi. Contrariam ſententiam tenet Bald.in l. prima.in fi.C.de temp.appel.quem ſequitur Roma.in dicta l. 2.colum.65.& in conſilio 343. in fin. quia licet terminus, quantum ad ſui temporalem formam ſit lapſus per lapſum temporis,& ſicut ille prorogari non poſſit,tamen ſubeſt litis materia, quæ prorogationem,eſt apta recipere.

226 †Secundo, verba iudicis ſunt impropriãda, vt valeat ſententia, & non pereat.cap.in his,de verbo.ſignifi.not.glo. in l.& puto.ff.fami. erciſc. ergo verbum, prorogans, capietur pro condemnationem.

Tertio lex dicit,id prorogari,quod in ſe terminum non habet,l.Titio centũ aureos.ff.de lega. 2. quæ lex opponenda eſt ad hoc propoſitum.& illam ibi ad hoc ſpecifice not. Bal.vt refert Roma.in præallegato conſilio.

Tu ad de eadem opinionem tenere Ioan.de Imol. in dicta l.Titio,& idem Ioann.de Imol. in dicta l.3.in princip. ff. de dam.infec.Pro qua etiam bene facit,quia qui habet animũ retinendi, videtur etiam habere animum acquirendi, ſi expediat,ſecundum Bart.reprobantem gloſ.ibi in dicta l. 3.in principio,argumẽ.l.quod vulgo.ff.pro emp.Facit etiam bene text.in l.ſi quis mihi bona.§.ſed quid,vel ſic.aut quid. ff. de acquir.hære.vnde eo caſu, quo erat in poteſtate iudicis partium, vel arbitri actum facere de nouo ſi voluiſſent, volendo continuare in primo, videntur feciſſe de nouo: quod maximè procederet, ſi iuramentum fuiſſet interpoſitum, quia habet vim clauſulæ, quod valeat eo modo quo poteſt. l.cum pater.§.filius matrem.ff.de leg.2.non enim ſemper proprijs vtemur vocabulis,l.ſi tibi.ff.ſi cer.pe.l.1. C. de pac. inter emp. & vendi.l.cum ante. C.de dona. ante nup. Et ideo ſi iudex, nulla data dilatione, vteretur hoc ſermone. prorogamus tibi tempus ad probandum, valeret dilatio inſpecta
227 mente iudicis, ad † quam verba ſunt trahenda, per ſupraſcripta ſecundum Bald.in l.1.C.de tempo.appellatio. & eãdem opin.ſequitur dom.Alexand.in dicta l.3. in princip. ff. de dam.infec. vbi reſpondet ad allegata inutiliter,in princip. ff.de leg.1.vt ibi per eum.

Et prædicta bene notabis, quia ex his percipies intelligẽtiam, an bene dixerit Bald.in cap. de cauſis,de offic. dele. in tertia colum.verſi.quæro pone,volens, quòd ſi partes dixerint, prorogamus terminum compromiſſi ad alium mẽſem incipiendum, finito primo, quòd talis prorogatio nõ valet, quia eius initium eſt collatum in tempus priuationis,l.eum qui.§.fin.ff.de iuriſdic.omnium iudicum, & allegat ita videri tenere Barto.in dicta l. 3. in prin.de dam. infec. ſufficeret tamen ſi prorogatio fieret vltimo momento temporis, quia ſufficit quòd habeat momentum,d.l.ſed ſi manente, & l. cũ ſponſus.§.fin.ff.de publi.quod eſt notãdum. ſed an bene dixerit Bald. colligitur ex prædictis: & tene menti prędicta, quia frequenter poſſunt eſſe in vſu. Notandum quoque eſt,
228 quòd†qui poteſt prorogare, poteſt ſuſpendere ſecundum Ioan.And.in addi.titu.de appellatio.§.nunc breuiter, in additio.quæ incipit ibi, Non fuit proprie prorogatio. in fi. Intelligo, dummodo ſuſpenſio non ſe extendat vltra metam ſeu poteſtatem conceſſam de prorogan. nam aliud eſt prorogare, aliud ſuſpendere, quia ſtante prorogatione currit tẽpus: ſecus ſi fiat ſuſpenſio, probatur in clemen. quamdiu. de appell.

229 Attende etiam, quia arbiter non poteſt iudicare niſi ſemel, not.Inno.in cap. veniens, de iureiu. & ideo poſtea quã iudicauit, non poteſt compromiſſum prorogaare ſecũdum Bald.in dicto cap.Quintauallis, colum.11. Habens nunc ex prędictis quatuor principalibus,& quęſtionibus particularibus ſub eis diſcuſſis melius quam alibi explicatam materiam confuſe traditam per docto.an, quando, per quem,& qualiter dilatio legalis poſſit moderari. Sit nomen Domini bene dictum. Nunc aggredior gloſ. principij huius clementinæ.

Gloſſa prima.

Clara eſt:nam ſolum ponit diuiſionem huius clementinę, quam ego ſupra poſui in principio.

210 Gloſſa ſecunda.

†Opponit, quòd hic Papa nõ tradat perfectam doctrinam, quia omittit declarare, quid importent iſta verba, ſummariè, ſimpliciter, &c. quando proferuntur in extraiudicialibus negocijs: nam eum hic dicat cauſam, de iudicialibus tantum ſentit: patet, quia cauſa eſt in iudicio, capit.forus, de verbo.ſignifica.ſoluit gloſ.quòd ideo hic omiſit extraiudicialia, quia de illis non erat dubium, per capitu.ſicut olim.de accuſa.

Præterea ex quo negotium eſt extraiudiciale, proculdubio ſolemnitatem iudiciariam non exigit. & de hoc verbo, cauſa, quid ſignificet, dixi ſupra appoſtillando text. & not. Archid.in c.2.de iura.calum.lib.6.uo.in capitu.cum dilecti. de accuſa.

In eadem gloſ.

Ibi, capit.ſicut olim. dic, quod ibi ponuntur alia verba, quia dicitur, ſummariè, ſimpliciter, & de plano, & abſque vlla iuriſdictione inueſtiges, & ſic forma ibi operatur, quod non poſſit iudicialiter procedere, ſed ſolum habeat ſe inſtruere, & referre in concilio prouinciali, & hoc quo ad illum text.aliàs ſeruanda erit forma cõmiſſionis, ſecundum Cardin.hic in prima oppo.

231 Gloſſa in verbo, ſimpliciter.

†Quærit, quid eſt dicere, ſimpliciter, & reſpondet, quod ſine plica, i. inuolutione, vel diſtinctione, per text. in ca. 1.in principio. de ſumma Trinita.in l.codicil.§.inſtitutu. de legat.ſecundo.facit l. coiri. ff. pro ſocio. l.prima.§.primo.ff. de vulga. & pupil.l.prima.§.ſi quis ſimpliciter. ff. de verbo. obliga. ſecundum Ioan.de Ligna.& Ioan.de Imol.dicentes, hanc gloſ. & prædicta conferre ad quæſtio. An ſtante ſtatuto, quod poſitioni ſit pure reſpondendum, ſi pono quòd mutuaui tibi 10. & tu reſpondeas, non mutuaſti, & ſi mutuaſti, reſtitui, an dicaris ſimpliciter reſpondere, de qua per Bartol. in dicta l.prima. §. primo. & in dicto §. ſi quis ſimpliciter, per Ang. in l. fin. C. de fur. de multiplici expoſitione huius verbi, ſimpliciter, & de multiplici ſimplicitate, dixi ſupra, apoſtillando text. de quo ibi. Eſt tamen aduertendum, quod quandoque exprimitur ſolum verbum, de plano, capit. nouit, ſupra de iudic. cap. cum in tua. de ſponſa. l. nec quicquam. §.de plano.ff.de offic. proconſul. quandoque ſolum dicitur, ſimpliciter, & de plano. capitu. ſicut olim. de accuſa.quandoque, ſine ſtrepitu, capitu.ea quæ verſicu. ſin autẽ, de ſtatu mo.quandoque de plano,& abſque ſtrepitu, capit. olim.de appella.quandoque ſine ſtrepitu, & figura, capitu. idemnitatibus. §. ſi vero. de elect. libro ſexto. quandoque additur, ſine ſtrepitu aduocatorum, capitu.fina. de hæretic. libro ſexto.

Gloſ. in verbo, ſine figura.

Quærit, quid ſi in commiſſione deficiat vnũ ex iſtis verbis, an erit locus huic conſtitutioni, Arguit primo, quod non, quia iſta verba hic
232 ponuntur copulatiuè, & copula † requirit concurſum copulatorum, capitu. olim.capitu.ex parte.capitu. inter cæteras, de reſcript.l.ſi hæredi plures. ff. de conditio.& demonſtratio.

Secundo facit, quia quandoque vnum ponitur ſine alio in iure, tamen quandoque dicitur ſolum de plano, vt ſupra dixi in pręcedenti gloſ.cum ergo hic iſta ponantur, vt diuerſa, diuerſus debet eſſe effectus, argu.l.ſi idem.C.de codicil.

Tertio facit, quia hæc conſtitutio eſt exorbitans a regulis iuris, probatur in cap.1.& 2.de libel.obla.in c.1.de lit. cõteſta.in cap.de cauſis.de offic.deleg.2.qõ.1. in ſumma,& in capitu.in primis.capitu.quoniam contra.de proba. ergo nõ extendenda, regula quæ a iure. libro ſexto. gloſ.tamen iſta ſub dubio forte tenet, quod ſi deficiat vltimum verbum, ſcilicet ſine figura.non habeat locum hæc cõſtitutio, quòd omnia alia verba adſint: ſecus ſi hoc vltimum verbum adeſſet, licèt omnia alia deficerent. & licet glo. hic non bene ſe firmet, ſed dubitatiuè loquatur, dicens quod ſi notum fuiſſet cõpillatoribus procuraſſent iſtud declarari: tamen hoc firmat gloſ.infra in verbo, meus. & hoc ſequuntur hic Paul. Stephan.Ioan.de Ligna.Ioan.de Imol.in 5. colum. Cardina. in ſexta quæſtio. Abb.in prima colum.Idem Cardi. in cle. diſpendioſam, de iudic.licèt referat Paul.ibi tenere contrariũ, hanc etiam opinio.ſequitur hic Petr. de Ancha. colum. 17. & Bart. in extrauagan.ad repri.in verbo, ſine figura, colum. 1.dicens, quòd vbi verbum, ſine figura, ponitur pro vltimo,

requi-

requiruntur omnia alia verba pręcedentia: ſed vbi ponitur pro primo,ipſum ſolum,& de per ſe ſufficit.

Non obſtat primum argumentum,de copula,&,quia ſecũdum Stephanum,& Cardi.illud procedit, quando plana iũguntur,quorum alterum de ſe non ſufficit, dicto cap. olim. & dicto cap.ex parte,vbi gloſ. hoc tenet, quod etiam tenet glo.in verbo, &, quę exponit,&, pro ideſt,in cle.1.de cauſa poſſ.& proprie. bene facit quod not. Roma. in conſil. 104. & do n. Anto.in cap.veſtra.in quinta colum. de cohabi. clerico.& Dom.in ca. accuſatus.in princip.de hęret.lib. ſexto. Et de natura copulæ,&,vide glo.dom.Anto.Card. & Ioan. de Imol.in clem.in pleriſque.de elec.not.in cap.ex parte. & & per Barto.in l.1.ff.de iuſti.& iure.

Non obſt. ſecundum & tertium argum. quia hic omnia iſta v ba exprimuntur,& ponuntur gratia maioris expreſſionis: vnde licet hęc conſtitutio ſit exorbitãs,item licet verba præd cta ponantur,vt diuerſa: quandoque tamen vbi ſolum v bum ine figura,exprimitur,habebit locum hęc cõſtit nec per hoc dicitur extendi extra caſum, & ex præ feri gloſ.ad caſum cap.identitatib.§.ſi vero.de elec. in Se hodie de illo non eſt dubium,quia ille caſus includitur in dicta clem.diſpendioſam.

In lo.ibi,§.1.tenet glo.quòd iſta quattuor verba ponã e copu ,puta dicatur, ſummariè ſimpliciter de plano trepitu,& figura iudicij,habebit tamen locum con-

233 uiat† copula in vltimo poſita cenſetur in præcedẽ ita,cap.2.requiris,de ap.l.in teſtamento.§.1.ff.de .& idem tenet Stepha.& Ioan. de Imol.colum. 5. & in .qõ.colum.7.vbi ad hoc allegat tex. in dicto ca. .apoſtolos,32.quæſt. 6. & ex hac gloſ. infert hic lum.1.paria eſſe,quod copula a principio exprimatᵭ in fine poſtea, repetita cenſeatur in principio:&

234 ne notandum.nota,quod† copula, & copulat æquè p aliter.gloſ. notanda in cap.querelam,de ſimonia,ſe Abb.hic,& ibi.Item copulat diuerſa,glo.notabilis in l m lius in rub.ff.de iuris,& facti igno.fallit tamen, quãdo ponitur inter genus, & ſpeciem, quo caſu non copulat, ſed tur pro ideſt,vt inquit Bart.in l.quæſito.§.pen.ff. de fun.in ſtru.& Abb.in cap.ſedes,colum.pen.& fin.de reſcrip. glo.in l.1 C de ſerui. & aqua. Io.de Imol. in l. ſi cum dotẽ. §.ſin autem in ſęuiſſimo.ff.ſolu.matri.Barto. in l. in fraudẽ. §.neque inſtrumenta.ff.de iure fiſci.& expreſſe Bart. per illum tex.in l.1.ff.ad l.aquil. quod eſt bene notandum.

235 In eadem gloſ. Ibi,l.triplici,vult† gloſ. qᵭ licèt iſta verba, ſummariè, ſimpliciter,&c. nulla ponatur copula, habet tamen locum iſta conſtitutio:& hanc gloſ.in hoc ſequuntur docto. & ſecundum Cardina.colum.6.verſicu. octauo quęro, & Ioan.de Imol. colum.quinta, ratio eſt,quia tunc punctus ſuccedit loco copulæ, prout in iure cauetur, vt inquit gloſ. not. in l. precia rerum.ff. ad.l fal.in l.tertia.§.duę cauſæ.ff.de carbo.edic. in l.cum duobus.§.ſtin coeunda. ff.pro ſocio. no.in l.qui cum plures.ff.de vul.& pup.not.Petr. de Ancha. Ioan. de Imol. & Domi. in ca.fi.colum.1.de pact.lib.6.& ſecundum Card. hic, iſte dicitur quidam color rethoricus, qui vocatur articulus ſeu diſſolutum.

In eadem gloſ. Ibi,l.penulti.& l.ſæpe. Addit hic Cardi.colum.7.l.ſi quis ita. ff. de auro,& argen.lega.cap.in calice, de conſecratio.diſtin.2.ca

236 pitu.ſecundo,de reſcrip. Et † ex hac gloſ. not. ſingulariter, quòd ſi mandatur procedi diſiunctè, puta ſummariè, vel de plano,vel ſine ſtrepitu,&c.nihilominus habet locum iſta conſtitutio: quia illa diſiuncta capitur pro coniuncta, cum ſit eadem ratio: quod eſt perpetuo notandum, ſecundum Cardina. ex quo infert, quod diſiuncta poſita inter plura, quorum vtrunque eſt neceſſarium, capitur pro coniuncta.

Ad idem concordat gloſ. ſecunda,quam ibi ad hoc ponderat Domi.in capitu.ſecundo, de confeſſ. libro ſexto, & gloſ.2.quæſt.5.omnibus, not. Archid. in capitu. de monachis.20.qõ.prima.facit,quod in ſimili de dictione,ſeu, not. idem Dom.in capit.ſecundo.de officio vica.in ſexto,& Ro. in conſi.363.& plenius Aretin. Inſtitu.de exceptio.in rubr.

Secus tamen dicit hic gloſ.eſſe, ſi prædicta verba ponantur diſiunctiue,& ſic conſtituit gloſ.differentiam inter diſiũctiuam, & diſiunctam: quod licet hic docto.non declarent, Cardi.tamen in clemen.pleriſque,in quarta colum.de elect. declarat hoc modo dicens,quod quandoque diſiuncta ponitur inter orationes,vt in exem lo poſſio in capit. ſecundo. de reſcri.quandoque ponitur inter terminos ſeu dictiones, exemplum: Petrus eſt bonus,vel albus.

Primo caſu facit propoſitionem copulatiuam.

Secundo facit propoſitionem de copulato extremo,ideſt ſubiecto vel prædicato, & eſt vnica propoſitio ſcilicet categorica, & eſt ſenſus quantum ad propoſitum gloſ. noſtræ, quod ideo, quia iſta diſiuncta ponitur in terminos, ſcilicet ſummariè, vel de plano,&c. licet copulet extrema, ſ.ſubiecta,tamen eſt tantum vnica propoſitio: non igitur mirum, ſi capitur pro coniuncta: ſecus eſt, vbi eſſet diſiunctiua orationum,quia tunc ſtaret proprie pro diſiuncta: & ità debet intelligi finis huius gloſ.dum dicit, ſecus eſſe,ſi verba huius conſtitutionis fuiſſent diſiunctiuè prolata: quia tunc eſſet ſoluta quæſtio principalis, & quodlibet ipſorum verborũ haberet effectum ſuum. Et prædicta bene,& diligenter cõſidera, quia Ioan. de Imol. hic aliter intellexit gloſ. ſcilicet velle conſtituere differentiam, an iſta verba diſiunctiue proferantur ab homine, an proferantur a lege, vt primo caſu ſtent coniunctiue,ſecundo diſiunctiuè: ſed cum reuerentia iſte non fuit intellectus gloſ. patet, quia bona ratio diuerſitatis aſſignari non poteſt, quare magis quando talia vèrba diſiunctiue proferuntur ab homine ſtent cõiunctiue, quam quando proferuntur a lege: vnde melior eſt intellectus, ꝙ gloſ.conſtituat differentiam, an dicta verba ſiue a lege ſiue ab homine proferantur diſiunctiuè, an vero coniunctiuè, vt ſupra dixi ſecundum Cardina. Et ſic habes declaratam gloſ.iſtam ſatis obſcure loquentem.

An aũt quod ſupra dixi gloſ.iſta de iſtis verbis ſummariè ſimpliciter, &c. procedat non ſolum, quando Papa mãdat procedi ſimpliciter,&c. ſed quando mandat cognoſci, vel decidi ſummariè, &c. Pau.hic, & Cardina. in ſeptima colum. verſic. 10. quæro, tenent quod ſic, quia ita in effectu idem ſentit.

237 †Quid autem ſi cauſa mandatur cognoſci ſemiplene ſiue ſummariè? Pau. in clem. diſpendioſam. de iudic. dicit hoc caſu ſufficere ſummariam cognitionem, & ſemiplenam probationem, per ea quæ not.Specu.titu.de officio iudicis. §.poſtremo.verſicu. tertio dicendum. Contrariam ſententiam tenet Cardina.in capitu. quoniam frequenter. §. quid ſi ſuper,ſupra, vt lit.non conteſtata,& in dicta clem. diſpendioſam,colum.fin. verſic.42.quæro, quia etiam in ſummarijs,quo ad probationem requiritur plena cognitio,vbi agitur de graui præiudicio,puta de danda vera poſſeſſione: qᵭ not.& adde, quę dicam inf. in fi.huius clem. in expoſitione verborum,ſummariè.

238 Gloſ.in verbo, mandamus. † Nota perpetuo gloſ.volentem,inferiorem a Papa,etiam ſi ſit legatus de latere,non poſſe cauſam aliàs de iure cognoſcen.ordinariè, committere ſummariè,ſimpliciter,& ſine figura iudicij,&c. quod vt dicit hic gloſ.tenet etiam Specu.in titu.ſecundo. §. ſupereſt, in prima colum. Tu adde idem tenere gloſ. in verbo, ſtrepitu. in capit.indentitatibus. §.ſi vero. de elect. in 6. & clarius gloſ.in ca.fi.de hęre.eodem libro,idem tenent hic Gem.Stepha. Pau.Cardi.in 7.colum.verſic. 11. quæro, & Ioan.de Imol.Matth.& Cardi.in dicta clem.diſpendioſam. in fi.ſentit Barto.in dicta extrauaganti, in verbo, de plano. voluit Bald.in l.nec quicquam.§.vbi decretum. ff. de offic. proconſul.& Bald.in cap.in cauſis, de re iudica. Bald. Ang. & Ioan.de Imol.in l.nemo poteſt ff.de lega.1.& idem Ioan. de Imol.in l.prima.§.fin.ff a quibus appella.non licet.Dom. in cap.ſecundo, de iudi.libro ſexto,Abb.in cap. dilecti, colum. ſecunda,& in capitu. penulti. colum. quarta,de iudic. Ioan.de Imol.poſt dom. Anto.in cap.ne Romani. in princ. de electio.in tertia colum.Pau. de Caſt. in conſilio 44. inci. Viſo quodam proceſſu. & Abb. in conſilio 52. quod incipit,In cauſa,& quæſtione. circa princip. Confirmatur hęc ſententia pluribus rationibus,quia inferior a Papa non poteſt mutare diſpoſitionem canonum,d.clem.ne Romani. c. cum inferior.21.diſt.

239 † Secunda, quia ius alteri quæſitum tollere eſt ſolius principis, nota.in capitulo conſtitutus, de religio. domibus, & 25.quæſtione ſecunda. in ſumma. & in regula indultum. libro ſexto. ita quod inferior etiam legatus hoc nõ

240 tollit, capitu.fin.de conſtit.vult. Tertia, legatus † de latere æquiparatur proconſuli,capit. primo,& 2.de offi. dele.

in ſexto, ſed proconſul non poteſt ſolemnitatem ordinis iudicij tollere, dicta l. non quicunque. §. de plano. igitur, &c.

Quarta, delegatus in cauſa ſibi commiſſa maior eſt quocunque ordinario etiam legato, in prouincia, capit. ſane, de offic. deleg. cap. ſtuduiſti, de offic. leg. Sed delegatus tenetur ordinem iudicij ſeruare, capit. 2. de libel. obla. capit. primo, de lit. conteſta. igitur, &c.

Quinta, inferior a ſupremo principe iuris beneficium auferre non poteſt, §. ſi vero. in Authen. de nupt. collat. 4. regula, indultum libro ſexto. nec ius alteri quæſitum, vt ſupra dixi: ſed procedere non ſeruato ordine iuris, eſt ius partis tollere, vt inquit glo. ſing. in capit. ſtatutum, de hære. libro ſexto. not. Bald. in cap. 1. §. iniuria, de pace iur. fir. collat. 6. igitur. & cetera.

242 †Sexta † ratione confirmatur, quia ſimile videmus, inferiorem nō poſſe committere cauſam appellatione remota, l. prima, in fin. ff. a qui. appel. non licet, not. gloſ. in cap. quod translationem. in fin. de offic. leg. etiam ſi ſit legatus de latere, ſecundum Salyc. in l. fi. C. de ſenten. & interlocu. & Bal. in l. 2. C. de appel. dicendo prædicta procedere, etiam ſi Papa commiſiſſet legato legationem cum clauſula, appellatione remota: quia licet dicta clauſula operatur quo ad ſententias proferendas per ipſum legatum, nō tamen poterit legatus ita concedere ſuo ſubdelegato: pro quo facit tex. in cap. ſuper quæſtionum, in princip. & §. ſi vero. de offi. deleg. fortius dicit ibi Bald. quod ſi Papa committat alicui vniuerſitatem cauſarum cum plena, & omnimoda poteſtate, non tamen intelligitur conceſſa poteſtas ſubdelegandi appellatione remota, ſecundum Bald. in d. l. 2. cuius dicta ſequitur Ioan. de Imol. in l. 1. in fine. ff. qui. appel. non licet, & Angel. Aretin. ibi, & præceptor meus Peruſinus in cap. paſtoralis, de appella.

Septima ratione confirmatur ex eo, quod voluit Ioan. de Imo. & Domi. in capitulo ſtatutum. in princip. ſuper gloſ. in verbo, literarum. in fi. de reſcrip. lib. 6. vbi reprobando glo. ibi dicunt, quod de iure communi vicecancellarius non poteſt committere cauſas ēt conſtituto in dignitate eccleſiaſtica, verum non canonicis eccleſiarum cathedralium etiam hoc expreſſo: quia non poteſt derogare dictę conſtitutioni, licet de ſtilo curiæ aliud ſit, ſecundum quem ſaluari poteſt illa glo. tenens contrarium.

Octauo facit, quia nullus inferior etiā legatus poteſt ſupplere defectum ordinis iudicij: quia eſſet facere contra ſolēnitatem iudicialem multis vigilijs, & laboribus excogitatā, cap. eccleſia veſtra. de elec. l. ſi quando. C. de inoffi. teſt. & ita Specu. titu. de teſti. §. nunc oſtendendum, verſic. 18. vbi dicit, quod hæc ſuppletio pertinet ad ſolum Papam, & hoc dictum Specu. ſequitur Abb. in conſi. 25. col. 2.

Nono facit, quod in ſimili pulchre not. Inno. in cap. pru-
243 dentiam, de offi. deleg. dicens, quòd † geſta coram iudice nō ſuo ratificari nō poſſunt per iudicem ſuum, etiam ſi ſuo nomine ſint geſta: quia corruunt ex defectu ſolemnitatis iudiciorum, cuius libera diſpoſitio non pertinet nec dependet a poteſtate proprij iudicis, ſed principis. & illud dictum Innoc. ſequuntur ibi communiter doc. & facit quod not. gloſ. 35. q6. 2. in ſumma. & idem tenet Abb. in dicto conſi. 25. Tu adde ad hoc bene facere glo. in cap. cum ab vno. de re iudi. lib. 6. quę dicit, quod in ſententiis non habet locum ratihabitio. & idem tenet Ioan. And. in regula, ratū. lib. 6. in merc. Ioan. de Lign. & Abb. in capitu. ſignificaſti. de foro compe. in 12. colum. glo. & Barto. in l. licet. C. de iudic. & Barto. in l. ſi vnus in fin. alias incipit. l. Pomponius. ff. de re iudi. Spec. tit. de ſenten. prolat. §. ſequitur, ver. quid ſi ſint duo, de quo per gloſ. in ſumma 3. q6. ſecundo, & pulchre per gloſ. in l. inſtar. C. de iure fiſci. lib. 10. quę dicit, quod ſententia delegatione, & non ratihabitione debet comprobari: quam ſequitur Salyc. in l. prima. C. ſi a non competen. iudic. & Areti. Inſtitu. de exce. §. ſi in iudicio. colum. 11. & vide ad prędicta quæ not. Abb. in ca. nonnulli. §. ſunt & alij. colum. 2. de reſcrip. & Ioan. And. in c. cum plures. de offic. deleg. & Domi. in ca. ſecundo. de offic. vica. lib. 6.

Et ex iſtis omnibus ſtat firma concluſio gloſ. quod inferior non poteſt committere cauſam ſummariè, de plano, & cætera.

Ex qua concluſione primo infero, legatum etiam de latere hoc non poſſe, vt ſupradictum eſt.

Secundo infero, quod habentes poteſtatem ab imperio pari ratione hoc non poſſunt, ſecundum dom. Anto. & Ioſ. de Imol. in dicta clementina ne Romani. in princip. in tertia col. per l. formam. C. de offi. præfec. præto.

Tertio infero pari ratione idem dicendum in ancianis, & prioribus populi, ſecundum Dominum Anto. & Ioan. de Imol. in d. clemen. ne Romani, quia tollere ius alterius eſt ſolius principis, vt ſupra dixi.

Quinto infero idem eſſe in conſilio populi, ſecundum dom. Anto. & Ioan. de Imol. vbi ſupra. Tu adde ad hanc, & præcedentem illationem bene facere, quod not. Barto. in l. quinta, in princip. ff. de verbo. oblig. dicens ſtatuta ancianorum eſſe ius pretorium, & non ciuile, vt ibi per [illegible] um, quem ſequitur Pau. de Caſt. in l. non ambigitur. ff. de legi.

244 †Decuriones enim ſeu priores non habent ean[illegible] iuriſdictionem, & poteſtatem quam habet populus, vt probat Barto. in l. ambitioſa. ff. de decre. ab ordi. facien. colum. [illegible] tia, verſicu. quæro. & Bald. in l. ſi ex dolo. §. primo. ff. de dolo. pulchre Ioan. de Imol. in l. municipibus. ff. [illegible] conditio. & demon.

Vbi autem iſti anciani, & priores haberent e[illegible] ſtatuti eandem iuriſdictionem, quam populus, contr[illegible] foret dicendum: & tunc procedere poſſet, quod [illegible] Bald. in l. omnes populi. in ſeptima columna. ff. [illegible] & iur[illegible], vbi tenet contra Barto. in dicta l. quinta, [illegible] ſequitur Petr. de Anchar. in capitu. canonum ſtatuta, co[illegible] 8. verſic. videndum reſtat vſque ad quod tempus, na[illegible] ni repræſentantes populum ſic ſtatuunt, [illegible] ſtatutum populi lex eſt, dicta l. omnes populi. ita d[illegible] de ſtatuto ancianorum. Hęc tamē [illegible]atio non eſt vn[illegible], vt patet ex notatis per Bart. in dicta l. ambitioſa, & [illegible] Bal. & Ioan. de Imol. in locis præallegatis, & per M[illegible] l. 5. in princip. bene facit quod voluit notanter Ba[illegible] l. 2. colum. prima. verſic. vnum tamen not. ff. de legi. [illegible] quod ſi populus committit ſapientibus omn[illegible] auritatem, illi ſapiētes omnia poſſunt, niſi ſint [illegible] at in exceptuata, l. 2. §. nouiſſime. & §. ex actis deinde. ff. [illegible] ur. & argu. l. qui Romę. §. Callimacus, in fi. ff. de verbo. [illegible] prędicta tamen concluſio glo. hic fallit.

Primo in populo libero ſeu inferiore habente regalia, ſecundum domi. Anto. & Ioan. de Imol. in dicta clem. ne Romani. in princip.

Secundo fallit in populo etiam non habente regalia, qui quo ad ſui præiudicium, poteſt ſtatuendo diſponere, quod cauſæ cognoſcantur ſummariè: licet alias forent ordinariè cognoſcendę, per d. l. omnes populi, & facit lex venditor. §. ſi conſtat. ff. commu. prædio. ſed reſcribendo, & ſic per viam reſcripti hoc poſſet, per l. 3. §. plane. ff. quod vi aut clam. & ita ſub dubio forte tenēt domi. Anto. & Imol. in dicta clem. ne Romani. Tu adde, quód ſine verbo, forte, eandem ſententiā tenet Bald. in cap. cum omnes. in pe. colum. verſic. ſed nun-
245 quid. de conſtitu. formans quęſtionem † in epiſcopo, an poſſit facere conſtitutionem, quod in certis caſibus procedatur ſummariè. Arguit primo quod non, quia licet epiſcopi non iurent ſeruare leges, & canones, tamen ſine iuramento tenentur ſeruare, quod ſcriptum eſt, ſicut arbiter tenetur, licet non iuret, auth. decernimus. C. de arbit. Item epiſcopi ſunt ſub lege, non ſuper legem, ca. inſti. 25. q. 2.

Contrarium tamen tenet, & dicit ſeruari de facto, quia aliud eſt committere, aliud ſtatuere: nam ſtatutum eſt generale, & fauorabile, argum. l. ſecundę. ff. de fer. delegationes vero ſunt particulares odioſę, & reſtringendę: & ita reſidet ipſe. facit cap. ad hęc. de reſcript. Tu conſidera, quód hæc fallentia non videtur tuta, quia epiſcopi, vel alij inferiores a principe ſtatuere contra ius commune non poſſunt, dicta l. formam. ibi, & ſi generalibus ſit minimè legibus, vel conſtitutionibus contraria. C. de offic. pręfec. orien. not. gloſ. in capitu. cum dilecti, de conſuetu. & ita tenet Bald. in dicta l. omnes populi, colum. 6. verſicu. ſed hic dubitatur.

Primo ratione defectus cauſæ efficientis.

246 Secundo, † quia ex quo ſtatutum eſt contra ius, non poteſt dici ęquum, neque bonum, l. quod non ratione. ff. de legi. l. ambitioſa. ff. de decre. ab ordina. facien. fallit tamen forte ſecundum ipſum, quando ex cauſa emergenti, & neceſſaria ita contra ius commune ſtatueret inferior, argumen. l. ſi hominem. ff. manda. & hoc modo poſſet ſaluari prędicta fallentia, & opinio Bald. in dicto cap. cum omnes. & faciunt quæ ſtatim inf. dicam.

Tertio

Tertio fallit dicta concluſio glo. in inferiore, vel populo ſic reſcribente; ſcilicet ſummariè, &c. ex cauſa neceſſaria: puta ſtatus, vel multitudinis ſpectantium, vel ſcandali vitandi: tunc talis commiſſio valeret, vt pulchre voluit Ioan.de Imol.& Benedic. capra in capitu. fina. de tranſact.per tex. ibi: & interdictum aliquid ſeueritatis detrahere ſtatu imperij, & excedentium multitudine prouida deliberatione penſatur, videns expedire. Confirmo hanc ſententiam primo per text.in l.qui cædem. in fine. ibi, niſi forte tumultus aliter ſedari non poſſit. ff. de ſiccar.

Secundo per text.in l. ſi quis filio.§.ſi autem. ibi, vel ſeditio prorupta factioque cruenta, vel alia iuſta cauſa moram non recipiat.ff. de iniuſto rup. facit etiam text.in l.conſtitutiones.ff.de appella. ibi, ſtatim puniri publicè intereſt. & vide quod not. Angel.& Ioan.de Imol.in l.eius. §. fin. ff. de teſtam.

Confirmo prædicta ex ſingulari theorica Innocen. in capitu.1.de conſti.dicentis per dictam l. ſi omnem. quod iudex ex cauſa poſſit tranſgredi legem.

Hæc fallentia licet in ſe vera ſit, tamen non videtur mihi probari per text. in dicto capitu.fin.quicquid dixerit Ioan.de Imol. Nam ideo ibi Cardinalis hoc potuit, quia a Papa ſpecialiter hoc habuit in mandatis: niſi dicas, quòd immo Papa ibi reſpondet de iure, patet, quia reſpondet ad conſultationem, per ea quæ not.gloſ.in capitu. conſultationi.de tempo.ordi.

Quarto fallit concluſio gloſ.in comite, marchione, & alio quocunque inferiore habente dignitatem, & adminiſtrationem perpetuam pro ſe, & ſuis deſcendentibus, & iure proprio: nam præfecti ad tempus dignitati cenſentur prætores: præfecti vero,& habentes iure proprio, & in perpetuum poſſunt cauſas ſummariè committere, & alterare formam iudicij: quia plus poſſumus in eo, quod habemus iure proprio quàm iure alieno, l. more. ff. de iuriſdic. omnium iudicum vbi hoc not.Bald.& allegat pro ſimili.l. filiusfamilias.§.Rubiano. ff.de fidei commiſ.liberta.l. ſi auguſtæ. ff.de leg.2.

247 †Præterea tales habentes iuriſdictionem, & adminiſtrationem iure proprio in eorum terris æquiparantur regi, & imperatori: ita quod ſicut imperator poteſt legem vniuerſalem condere,ita poſſunt iſti particularem etiam derogantẽ legi ſuperioris, vt not. gloſ. in l. neque pignus. ff. de regu. iur.& in l.primo. §. qui magiſtratum. ff. quod quiſque iur. facit quod pulchre ſcribit Bald. in l. penultim. C. de dona. inter virum, & vxorem dicens, Duces, & Marchiones non ligari eorum legibus,& eorum contractus habere vim legis ſicut principis, & idem dicit conſuluiſſe Barto. inter duos barones per dictã l. penult.& l. Cęſar.ff. de public. Idem tenet Baldus Inſtitu. de iure natu. §. ius autem ciuile. verſicu. quinto quęro,per tex.in capitu. ſecundo,de maio. & obed. & in capitu. ſecundo,de conſtitutio.in ſexto. Idem conſulendo tenet Angel. in conſilio 190.Facit etiam quod notanter dixit Angel. in l. quinta, in princip.ff. de verbo. obliga. volens ſtatuta comitum habentium dignitatem iure proprio dici ius ciuile,ſicut ſtatutum populi condentis permiſſu principis, dicta l. omnes populi, & cum Angel. tranſit ibi Ioann.de Imol.dicens hoc fuiſſe de mente Bartol.in dicta l. omnes populi, in quarta quęſtio. primæ quæſtionis principalis, vbi conſtituit differentiam inter habentem magiſtratum perpetuum, & ſoli per ſe poſſunt condere ſtatuta, authen. caſſa. C.de ſacroſanct.eccleſ. & habentes iuriſdictionem temporalem, vt præſides, & iſti non poſſunt ſine licentia partium, & conſilii, iuxta l.primã,circa princip. cum gloſ.ff.quod quiſque iuris. Idem tenet Rapha.Cum.in dicta l.quinta,in principio.& Bald.in l.receptitia.C.de conſtitu.pecu.colum.prima,& tertia. l. prima. ff. quod quiſque iur. verſi.tertia eſt diſtinctio. Ad idem facit quod not. Bald. in l.programa.C.commi.vel epi.& Ioan.de Imol.in capitu. ſecundo,de tranſla.præla.& Angel. in l. venditor. §. ſi conſtat.ff.communia prędiorum,& Barto.in dicta l. omnes populi.in 4.quæſtio.principali, & in prohęmio digeſtorum, & in l.ex quibuſdam.ff. de iure fiſ.& licet dominus Alexand. in dicta l.5.in princip.dicat opinionem Ang. nõ probari iure,immo contra eam eſt glo.in verbo obſeruetur, in capitu. 1. ſi inter dominum, & vaſal. lis oriatur.Et etiam dicat do. Alexand.fore diſtinguendum, quod in recognoſcente ſuperiorem procedat opin.Barto.in dicta l.5. quia tunc æquiparatur præſidi,vt ibi not. gloſ. in non recognoſcente procedit li.Angel. cuius putat iſtam fuiſſe mentem. quia tunc habetur loco principis, not. Barto. in l. prima.§. de qua re. ff. de poſtu.in l.relegati.ff.de pœn.& in l. hoſtes.ff.de capti. & in l. tertia.ff. de minori.per cano.in capitu.cum te. de re iudi.& in capitu.per venerabilem.qui fi. ſint legi. & in Specu. Ioan. And.tit.de inſtrum. edit.§.porro.in addi. quę incipit, hic deſcriptio. Mihi tamen magis placet opinio Angel. de qua ſupra,quam comprobo ex his,quæ tradit Bald. in prohęmio digeſtorum,colum.3.volens,quod rex in regno ęquiparetur imperatori,& Guil.de Cu.in d.l.prima.§.qui magiſtratum,& Specu.tit.de feu.§.quoniam.verſic.14.nec ab eorum ſententia poteſt appellari, quia talis ſententia habetur pro lege in regno ſuo,adeo quod nemo poſſet in melius re-
248 formare, nam † in regno habet ſupremam poteſtatem, & iuriſdictionem,l.2.§.1.& §.exactis. ff. de ori. iur. voluit Inno.in cap. cum P.tabellio.de fide inſtrumen. & Bal.in l.2.in princip.ff.de orig.iuris.

; Et hoc intellige,etiam ſi regnũ ab alio recognoſcat in feudum,quia eo ipſo quod intitulatur rex,habet ſupremam poteſtatem in filios,& licet reſpectu vniuerſitatis ideſt totius regni habet tantum vtile dominium ſtante directo apud eum, quem recognoſcit, cap. primo. per quos fi. inueſt. capit.1.§.rei autem.de inueſti.de re alie.fac.cap.1.§. præterea. cap.contra.tamen reſpectu iurium ſingulorum hominum regni plenitudinem poteſtatis & directam habet in ſingulis generum iuriſdictionem, quam nomine ſuo exercet, & commoda iuriſdi. acquirit pleno iure & dñio, licet habeat vtilem tantum reſpectu vniuerſitatis regni: pro quo facit quod dicit glo.in l.2.C. de poſſe. hære. peti. Et ita pulchre determinat Bald. in prohęmio fforum, colum. 3. facit quod not. And.de Iſer.in cap.imperialem.in princ.collat.7. de prohib. feu.alien.per Fede.& Bartol.in l.ſecunda.ff.de bono.poſſeſ. ecce ergo,quod Bald.etiam recognoſcentem ſuperiorem dicit eſſe Imperatori æquiparandum,licet re vera non ſit Imperator,vt inquit Bald.in dicto cap. imperialem.§. fina. in fi. vnde diſtinctio domi.Alexand.babet Bald. impugnatorem. Et ad gloſ.in dicto cap.primo.in verbo,obſeruetur. reſpondeo gloſ.dicere,ſtatutum a comite, qui eſt loco præſidis, ex neceſſitate ſeruandum eſt. Intelligo vt ius prætorium, non vt ius ciuile ſeu lex: nec hoc dixit ibi gloſ. ſi recte legatur, quinimmo cum in principio gloſ.dicat, quod quicquid placuit principi legis habet vigorem, poſtea in fine dicit, & quod comes ſtatuit, qui eſt loco præſidis,ex neceſſitate ſeruandum eſt: colligitur mens gloſ. vt ſit ſeruan. vt ius prætorium,quia ſi voluiſſet eſſe ſeruan.vt lex,glo.ſciuiſſet dicere. Tenenda eſt ergo diſtinctio Angel. de qua ſupra ampliata ex his,quæ voluit Bald.in prohęmio digeſtorum, etiam in habente dignitatem perpetuam,quam ab alio recognoſcit. Ad quod bene facit quod inquit Bald.in l.1.ff.de offic.præfe. præto. volens, quod a ſententia regis etiam recognoſcentis ſuperiorem non appellatur.

Aduerte tamen, quia iura,quibus mouetur Bald.in dicto prohęm.ſ.d.l.2.§.in initio.& §.exactis, loquunt in rege creato a populo Romano libero,& nullum ſuperiorem recognoſcente: vnde non videntur plene probare id, ad quod ea allegat Bald.Cogita. Stat ergo concluſio,quod inferior a principe habens dignitatem perpetuam, iure proprio poteſt alterare formam iudicij,& eius ordinem.

249 †Quod ſine dubio eſſet, quando longa conſuetudo ſic ſtatuendi, & reſcribendi eis ſuffragaretur: ſola enim conſuetudo dat iuriſdictionem,l.1.C.de emancipa.liber. cap. irrefragabili.§. exceſſus.de offic.ordina.l.viros.C.de diuer. offic.libro.12.not.Innocen.in capitu.nouit.de iudi.& glo.in l.nulli.ff.quod cuiuſque vniuer.nom.in ca.cum contingat, de foro competen. facit,quia etiam id,quod reſeruatur principi in ſignum ſpecialis priuilegij per conſuetudinem multiplicis commiſſionis tranſit in generale mandatum, cap. quod tranſlationem, de offic.lega.

Et prædicta bene notare,& conſiderare habes,quia ab alijs ſic diſcuſſa non inuenies.

Scias etiam,quòd licet poteſtas alternandi ordinẽ iudicii competat inferiori per ſupradicta,plenitudinem tamen poteſtatis nõ poſſumus ad eos extẽdere, q̃uis multi nõ ſolum reges,ſed etiam inferiores hanc ſimiliter approprient, ſed

errant: ita Ioan. Andr. ſingulariter in capitul. ſecundo. de immunita. eccle. per not. in capitu. per venerabilem, qui fi. ſint legi. & de priuileg. cap. ſane.

Et idem videtur velle Bald. in l. 2. C. vt lite pen. & Ang. in l. prima. ſuper verbo, derogat. ff. de ferijs, quod perpetuo notabis, & intellige verum, niſi reſpectu iurium ſingularum perſonarum regni, quorum reſpectu habent plenitudinem, vt ſupra dixi.

Quinto fallit ſuprascripta concluſio gloſ. quando inferior a principe committeret cauſam ab interlocutoria ſummariè, & ſine figura iudicij: talis enim commiſſio valet, & ita determinat ætate noſtra magnus legum, & canonum pater Andreas ſiculus in capitu. quod tranſlationem, de officio, delega. colum. 55. probans hoc per ſimilem: Nam ſicut inferior a principe cōmittit cauſam ab interlocutoria appellatione remota, vt voluit gloſ. ſingularis, & ibi Bartol. in l. fin. C. de ſenten. & interlocuto. omnium iudicum, licet non poſſit committere appellatione remota a diffinitiua, l. prima, in fin. ff. a quibus appella. non licet, pari ratione poterit cauſam committere ab interlocutoria cognoſcendam ſummariè, &c. Et in hoc exaltat vocem dicens hanc eſſe ſuam nouam limitationem. Sed mihi non placet, primo, quia rationes deductæ ſupra in princip. glo. militant etiam quando committeretur cauſa ab interlocutoria ſummariè, &c.

Nec obſtat ſimile ſupra deductum de appellatione ab interlocutoria; quia reſpondeo, quod opin. gloſ. & Barto. in dicta l. fina. non tenetur ab omnibus; immo Ioan. gloſſator antiquus ibi tenuit contrarium, quem ſequitur ibi Bald. & Barto. ſibi contrarius in dicta l. prima. a quibus appella. non licet, Raph. Fulg. & Pau. de Ca. in dicta l. prima, dicens hanc opinio. eſſe veriorem, & ſecuriorem: quia non bene percipere poteſt, quomodo ordinarius, & alius inferior poſſint reſcribendo auferre appellationē ab interlocutoria de iure communi permiſſam. Nec obſtat dicta l. fina. quia ſecundum ipſum ibi fuit communi partium conſenſu appoſita
250 dicta clauſula, appellatione remota. Præterea † ſecundum Angel. in dicta l. fin. clauſula, appellatione remota, appoſita in reſcripto per inferiorem ſolum operatur, & intelligitur remota appellatio quo ad ipſum ſic committente, non autem quo ad ſuperiorem, ad quem deuoluitur hoc caſu appellatio, & poſſet appellari omiſſo medio legante: & ita reſidet præceptor meus Peruſinus in capitu. paſtoralis, de appellationibus, & habetur late per Ioan. de Imol. & Aret. in dicta l. prima, in fine. ff. a quibus appellare non licet, auctoritas ergo gloſ. & Barto. in dicta l. fin. cum non ſit bene tuta, non debuit a tanto viro pro ſtabili allegari.

251 †Quid autem ſi inferior eo caſu, quo non poteſt, committat cauſam ſummariè, & ſine figura: an conceſſio vitietur in totum? Dic quòd non, ſed ordinariè erit procedendum, quoniam illa clauſula cum ſit appoſita gratia amplianđę iuriſdictionis, vitiatur, & non vitiat, l. nec quicquam. §. fina. ff. de offic. proconſul. facit quod not. gloſ. in verbo, partibus, infra ea. cle. & ita reperio tenere Bald. in capitulo, cum omnes. ſupra de conſtitu. colum. penultim. verſi. item epiſcopi, quod eſt ſingulariter notandum.

252 †Et adde pulchre, quod Papa in terris imperij non poteſt tollere ordinem iudiciarium, ſecundum Baldum in l. eos, in fine. C. de vſuris, & gloſſ. in cle. diſpendioſam, de iudic. & eſt ratio, quare Papa non habet exercitium iuriſdictionis temporalis in terris imperij, cle. paſtoral. de re iu. hinc dixit Innocen. in capitu. inquiſitioni, de ſentent. excōmu. quod Papa non poteſt mandare alicui de terris imperij, & de iuriſdictione temporali, vt rem ſuam alii præſtet, quod etiam eſt bene notandum.

Gloſ. in verbo, ſignificatione.

In fin. Opponitur, quòd hæc cle. non faciat ad titulum, quia tractat materiam iudiciorum, contra text. ſupra prohęmio ſolu. gloſ. quòd immo facit ad titulum, quia principaliter quęrit de ſignificatione horum verborum, ſummariè, &c. Qualiter autem accipiatur hoc verbum, ſignificatio, dixi ſupra in primo notabili huius clem. quibus adde, quod glo.
253 in rubric. ff. de verbo. ſignifica. dicit, quòd † ſtrictè verbum eſt pars orationis de per ſe: ſed large poteſt poni pro qualibet parte orationis: vnde nomen quandoque appellatur verbum, l. nominis, & rei. §. verbum ex legibus. ff. eodem titu. & ita hic Ioan. de Imol.

Gloſſa in verbo, poſſibile.

Clara eſt, & alle. cōcordan. & vide quę dixi ſupra in 3. notabi.

Gloſſa in verbo, cupientes.

In fine. Quęrit, quare Papa hanc declarationem fecerit: Reſpondet, quia ad eum pertinet interpretari, & declarare talia reſcripta, capitu. inter alia. de ſenten. excommunica. maximè, quia in tali interpretatione non ſatis fuiſſent gloſſatores: patet, quia gloſſator debet vti probabili ratione: ſed nullus potuiſſet bene probare, quare magis fuiſſet neceſſaria delatio iuramenti: & quòd ſententia feratur in ſcriptis iſtis cauſis ſummarijs, quàm quòd non conteſtetur lis: ideo fuit neceſſaria declaratio, & prouiſio papalis: vel ſecundum Ioann. de Imol. quia vt ex infra dicendis apparebit, potuit ad prædicta aſſignari bona ratio per gloſſatores: tamen fuit vtilis declaratio papalis ad hoc, vt omnes aſtringeret, arg. not. in l. 1. & l. cum de nouo. C. de legibus.

Gloſſa in verbo, perpetuum.

254 in fine. Opp. quòd † hic ſit ſuperfluitas, dum dicit quod ſit perpetuo valitura: quia de natura conſtitutionis eſt, quod ſit perpetua, capitu. primo, 50. diſtin. Solum gloſ. ſan. contrario dicit, quod hic eſt modus loquendi: quod eſt non tandum pro repetentibus, & diſputantibus, vt ſciant ſoluere ſimilia argumen. quæ fiunt de ſuperfluitate. Quod tamen dixit gloſ. conſtitu. fore perpetuam, intellige niſi contraria conſtitutione, vel legitima præſcriptione tollatur, c. de conſtitu. lib. 6. cap. non debet, de conſan. & affi. §. leges. 4. diſt. 1. cap. qui ad perpetuam. 25. q. 1.

Gl. in verbo, conſtitutionem.

In fine. Quęro, quare magis dixerit textus, conſtitutionem, quam ſanctionem. reſpondet gloſ. quia iſta magis dicitur conſtitutio quam ſanctio: & ſe remittit ad not. 3. diſtinct. in ſumma. & ibi gloſ. ponit, quid ſit ſanctio, quid conſtitutio, canon, decretum, decretalis, mandatum. dogma: de quib. etiam late per Hoſt. in princip. ſummæ, & per Abb. in prohęmio gregoriano.

Gloſſa in verbo, neceſſario.

Diuide hanc gloſſ. in quinque partes. In prima arguit, quòd libellus in cauſis ordinarijs ſit neceſſarius.

Secundo ibi, Inno. refert quinque opi.

Tertio ibi, alii, ponit ſuam.

Quarto ibi, ſed hæc opinio. opponit contra ſuam oppo. & ſoluit.

Quinto ibi, nota tamen. remouet dubium. Quæro igitur,
255 an † in cauſis plenariis ſit neceſſarius libellus. Gloſ. refert plures opin. Prima eſt quod ſic, per hunc text. a contrario, & hanc tenet Berth. & Innocen. in capitul. primo, de libel. obla. & Hoſtien. allegant capitu. offeratur. tertia quæſtio. 3. & text. in Authentic. de tempo. non ſolu. dot. §. conſtitutionem, collatio. 7. & §. illud. in Authentic. de exhi. & introreis, collatio. 5. vbi dicunt tex. eſſe expreſſum pro hac parte, pro qua etiam facit auth. offeratur. C. de lit. conteſt. canonizata, 3. quæſt. 3. quæ dicit libellum offerendum. offerri autem dicitur proprie non petenti, l. fideicommiſſa. §. ſi rem. de lega. tertio. capitu. litteras, in fin. de reſtitu. ſpoliato. capi. interpoſita, de appella. Hanc opinio. tenent multi, & Bartol. in dicta authenti. offeratur, motus vltra prædicta ratione; nam libellus datur etiam ad vtilitatem iudicis, vt informetur clarius qualiter ſententiam habeat proferre, capitu. licet Hely. de ſimo. c. qualiter. el 2. de accu. ergo partium renunciatio non ſufficit, c. ad apoſtolicam, de regula. iuncto c. ſi diligenti, de foro compe.

Secundo, quia ea, quæ inducunt certam ſolemnitatem in actibus hominum, tolli non poſſunt, l. nemo poteſt. de leg. 1. not. in capitu. fin. de re iudic. lib. 6. facit quod not. in l. fin. C. de vendi. rerum ciui. lib. 10. & pulchre not. Roma. in conſilio 402. Eandem opinio. tenet hic Paul. & Cardina. colum. 8. verſicu. 15. quęro, dicens Cyn. in dicta authen. offeratur, ita tenere, & dicere tutius eſſe adhærere illi tex. in fine. qui dicit, quod ſi libellus non tradatur in ſcriptis, litis conteſtatio

teſtatio non tenet, ex quo videtur, quod non poſſit remit-
ti libellus nec ſcriptura, per quæ verba ſatis aperte hoc pro
batur. eandem ſententiam tenet Cardina. in dicto capitu.
primo, & Abb.ibi, columna ſexta. mouentur, quia iura ge-
neraliter requirunt libellum, de parte non faciunt mentio-
nem, quæ nec fienda erat, cum agatur de fauore publico:
probatur, quia ſi libellus datur in ſcriptis, datur materia reo
conſulendi aduocatos, & cogitandi, an velit cedere, vel
contendere, & forte deliberabit cedere, quod non faciet
ſi in ſcriptis non habeat libellum: & ſic dē materia differen
di lites, contra capitu. finem, litibus, de dolo, & contuma. &
l. properandum. C. de iudic. quod eſt contra publicam vti
litatem, ob quam ſtatutū eſt, quod partes non poſſint inſtan
tiam progare, dicta l. properandū, & hoc eſt quod vult tex.
in dicta authen. offeratur.

Secundo mouetur, iura rquirunt libellum offerendum,
ad hoc, vt reus deliberate reſpondeat, & vt incidat in prom
256 pium periculum: intereſt enim † reipublicæ, ne quis re ſua
male vtatur, l. 1. ff. de his, qui ſunt ſui, vel alie. iur.

Tertio ſpeciale eſt in ſummarijs, vt ſufficiat petitio ꝑ mo
dum poſſe: ergo in alijs requiritur ſolemnis libellus, nec eſt
bo. ſolu. quam ibi dat gloſ. dicens, quod eſt ſpeciale in ſum-
marijs, vt etiam ab initio non exigatur ſolemnis libellus,
etiam ſi pars petat: quia hoc primo eſt diuinare, contra c. 1.
vt eccle. benefi. Item dicit text. in dicto cap. 1. quod oppor-
tet libellum dare ſecundum canonum auctoritatē: ergo per
illud verbum, oportet, colligitur, dictum capi. 1. habere lo-
cum ēt parte non petente: & iſta opi. de iure communi vi-
detur, ęquior licet in iudicijs ſeruetur opin. ſextadecimapri
ma. Fallit tamen hæc opin. in quiuquaginta caſibus nota
tis per Specu. titu. de libel. obla. §. nunc videndum, quorum
aliquos refert Abb. in dicto cap. 1. vt ibi per eum, & hic per
docto. & inf. aliquid dicam. Nec refragatur huic ſententię,
quod quotidie ſeruetur contrarium, quia fiunt compromiſ
ſa in arbitros, vt procedatur ſine libello, & ſine ſcriptis, &
ſic partes renunciant: quia ſecundum Abb. in dicto capitu.
1. reſpondetur, quod ſicut quando Papa, vel imperator ab
initio dant iudicem, poſſunt remouere iſtas ſolemnitates, c.
paſtoralis, cap. 2. requiris, de appel. l. 1. §. fin. a qui. appel. non
licet, ita poſſunt partes ab initio dare poteſtatem arbitris,
quod vna, vel vtraque parte abſente procedatur, vel aliter
non ſeruato ordine iuris: nam arbitri habent poteſtatem a
partibus, l. diem proferre. §. ſi quis litigatorum. ff. de arbi. &
hanc etiam partem tenet hic Guil.

Secundo non ob. capitu. ſi quis clerico. 11. qō. 1. quia ſpe-
ciale eſt in caſu illo in vilibus, & modicis cauſis ſecundum
verum intellectum, vt dicit Abb. in dicto capitu. 1. colum. 9.
idem etiam tenet hic Ioan. de Imol. reſpondens ad cap. pro
ut, de dolo, & contumac. quia ſecūdum verum intellectum
ibi fuit oblatus libellus, & lis conteſtata.

257 †Ex hac tamen prima parte gloſ. colligit hic Abb. colum.
2. ſignificatū huius verbis, offerre: quod intelligitur etiam
parte non petente: & eſt bene notandum. An autem impor
tet gratuitam oblationem, dicam inf. in §. non ſic. in glo. in
verbo, forma.

Secūda in hoc articulo fuit opi. Tanere. Vincē. & Philip.
dicen. quod de iure canonico libellus non eſt neceſſarius ꝑ
dictum cap. ſi quis. cum cle. & dicto capi. prout, & vt dicit
gloſ. hic, Specu. de hoc tractat in §. vtrum libellus, ſed nihil
approbat. hæc opin. damnatur per hunc text. & rationes de-
ductas in præce. opin. nam dicere, aliud de iure canonico, eſt
remedium imperitorum, per quod facile omnia contraria
legum poſſunt euadi, quemadmodum, & medicus imperi-
tus vno collirio omnium oculos vult curare: text. eſt & ibi
glo. arguit contra tales dicentes, aliud de iurecanonico: vel
aliud de iure nouo, in cap. fin. 29. diſt. in cap. ſi quis cum cle-
rico. & cap. prout, patet ſolutio ex dictis præce. opin.

Tertia fuit opin. Accur. in dicta authen. tenentis, quod
tacite poſſit omitti, ſed non expreſſe remitti: ſimile dicitur
in iuramento de calumnia, capit. 1. de iuramen. calum. l. 2. §.
ſed quia. C. eodem tit. & hanc ſequuntur plures in dicta au-
then. offeratur, vt dicit Abb. in d. ca. 1.

Quarta fuit opin. eiuſdem Accur. in dicto §. illud. in Au-
then. de exhi. reis. qui vltra medium glo. magnę tenet, quod
etiam expreſsè poſſit remitti. ſed huic reſragantur rationes,
& iura allegata ſup. in prima opi.

Quinta fui opin. Mar. Sil. præceptoris in legibus Io. And.
qui tenet, quod expreſsè remitti poteſt, ſed non omitti.

Primum probatur in authentic. generaliter, in fine. C.
de epiſcopis, & clericis, & in l. quotiens. in fine. C. de priui-
le. ſcho. lib. 12.

Secundum probatur in l. prolatam. C. de ſenten. & inter
locuto. & in dicta authen. offeratur, ex quo infert gloſ. quod
ſi libellus petitur, & offertur, bene proceditur: ſi vero nec
petitur nec offertur, non valet proceſſus, quia tunc nulla
eſt remiſſio: vbi vero offertur non petitus, & recipitur, va-
let proceſſus. Idem vbi offertur non petitus, nec etiam reci-
pitur, quaſi tunc non recipiens renunciet oblationi, quod
258 facere poteſt, cum quilibet † iuri ſuo renunciare poſſit, l.
ſi quis in conſcribendo. C. de pact. ſed libelli oblatio inuen
ta fuit fauore rei: &c.

259 †Et facit, quia inuito non confertur beneficium, l. inui-
to. ff. de regu. iur. & expreſsè ſatis dicitur renunciare non re
cipiendo oblationem. Contra hanc opinio. obſt. quia da-
tio libelli reſpicit etiam fauorem iudicis, vt dixi ſupra in
prima opinio.

Sexta fuit opin. gloſ. hic, Iacob. de Belui. & refert Cardin.
colum. 7. quod etiam tacitè remitti poteſt, quod libellus nō
tradatur in ſcriptis: ſed quod nullo modo tradatur nec taci
tè, nec expreſsè, poteſt remitti, argu. l. vt fundus. ff. comm. di
uid. & l. ſi præſes. ff. de pœn.

Ex quo dicit gloſ. hic ſe ſolitam dicere in ca. 1. de libel. ob-
la. quod licèt petitio ſit de ſubſtantia, ſi tamen fiat in mo-
dum petitionis apud acta, licet non in modum libelli, & ſu-
per ea conteſtetur lis, valet proceſſus: quia tunc ſatis eſt
prouiſum menti iuris: parte vero petente, neceſſe eſt quòd
per modum libelli petitio offeratur, per allegata ſupra in pri
ma opin. Nec ſecundum glo. huic opin. obſtat ſi dicatur, ſpe
ciale eſſe in iſtis ſummarijs, vt non requiratur ſolennis libel-
lus, vt hic: ergo in alijs non ſufficit petitionem deſcribi apud
acta, immo erit neceſſe libellum ſolemnem offerre: quia re-
ſpondet glo. dictum arg. facere pro ſua opinione in ea parte,
dum dicit, petitionem neceſſario deſcribi in actis. probatur,
q̄a ſi iſtud neceſſario requiritur in ſummarijs, fortius in ple-
narijs. & ad hunc tea. reſpondet, quod in ſummarijs bene
eſt ſpeciale, quod etiam parte petente neceſſario ſolennis li-
bellus non ſit offerendus, qui tamen in plenarijs neceſſario
hoc caſu requiritur regulariter. Fallit tamen in caſibus, qui-
bus ſine libello proceditur, quorum aliquos not. Hoſt. in d. c.
1. & glo. in §. illud. in Auth. de exhib. reis. & plenius Spec. de
lit. conteſt. §. nunc dicendum. & hanc 6. opin. gloſ. approbat
Ioan. And. in d. c. 1. quia per talem petitionem apud acta eſt
ſatisfactum menti iuris & rationibus in contrarium allega-
tis, quæ opi. vt inquit Ioan. de Imol. in d. cap. 1. forte ſeruare-
tur in practica. Plus dicit hic Cardi. quòd hæc opin. propter
maximam æquitatem ſeruatur in iudicijs. Prima tamen opi
nio ſecundū eundē Io. de Imol. in d. cap. 1. de iure verior vi-
detur: & hanc tenet do. Ant. in d. c. 1. fortius dicens, ꝙ ſi pars
ſimpliciter remittat ſcripturam ſolennem, & iudex petat, ad
huc non eſt de ſubſtantia: ſatis enim iudici eſt, quod habeat
deſcriptam: vbi vero pars non remittit, tunc etiam ſolo iudi-
ce petente debet ſolemniter offerri: vnde concludit, quod ſi
libellus petitur a iudice & a parte, eſt de ſubſtantia in plena-
riis: in ſummarijs ſufficit poſtea. Idem ſi petatur a iudice, vbi
pars non remiſit. Sed vbi remiſit, ſufficit poſtea apud acta,
cum ex illa poſſit iudex ſe informare: vbi autem petitur a
parte & offertur, ſed non recipit, valet proceſſus: nam mo-
do de petitione conſtat per modum poſſe. Ego hoc confir-
mo ex eo, quod tradidit glo. in cap. 1. de eo qui mit. in poſſ. di
cens, ꝙ licet regulariter verbalis oblatio non liberet offeren-
tem, l. ſi mora. vbi not. ff. ſolu. matri. tamen quando ille, cui
debebat fieri realis oblatio, recuſat illam recipere, & refert
quæſtionem dicendo, ego non teneor recipere, nec tu po-
tes offerre: tunc verbalis oblatio liberat ab omni effectu
moræ. Ita Bald. in dicto capitu. primo, & in l. 1. colum. ſe-
cunda. C. ne li. ter. prouo. de quo per Bal. in l. 1. C. de his quę
pœn. nom. & in l. fi. C. de in di. vidui. tolle.

260 †Idem tenet glo. fin. in cap. paſtoralis, de officio. ordi. &
facit gloſ. not. in capit. cum veniſſent, de eo, qui mittitur in
poſſeſſ. dicens, quod appellans, comparendo, & offerens
cautionem tunc demum dicitur appellationi renunciare,
quando cautio fuit acceptata: aliàs non: quod eſt perpetuo
notandum.

Verum quia gloſ. ſupra dixit, quod multi ſunt caſus no-

tati per Specu. in quibus ſine libello proceditur, docto. hic aliquos exprimunt, & primo, quod corá Papa non eſt opus libello, ſecundum Stephan. & Cardin. hic, colum. 8. allegantes Inno. in ca. 1. de lit. conteſta.

Secundus eſt in cauſa appellationis ab interlocutoria, ſecundum Specu. in d. §. nunc dicendum. verſic. ſed nunquid, vbi dicit Clementem quartum auditorib. præcepiſſe, quòd in cauſis appellationum a grauaminibus, vel inter locutoria libellum non recipiant. Sed vt hic dicit Cardin. Andr. in capitu. Raynaldus. de teſtamen. tenet contrarium, de quo ibi per eum, & per Card. ibi, in primo, contrario, qui approbat primum dictum.

Tertius eſt, quando epiſcopus cognoſcit de cauſa ciuili inter ſuos clericos, capitu. ſi quis cum clerico, 11. quæſt. prima, in Authen. vt clerici apud proprios epiſcopos.

Quartus eſt in cauſis matrimonialibus, ſecundum Specu. in dicto §. primo. verſicu. 4. Alios quamplures caſus ponit Specu. vbi ſupra, & docto. maximè Mod. in dicto capitu. primo, quos ego hic conſultò omitto, ne hæc cle. ſatis ſuperque
261 ſua materia onerata vltra intentum volatum † extendat.
Vnum tamen caſum non omittendum cenſeo, ſcilicet quòd in cauſis leuibus & breuibus non eſt neceſſarius libellus, ſecundum gloſſ. in dicto capitu. primo. & Abb. ibi dicentem ſic debere intelligi dictũ capitu. ſi quis cum clerico. Quæ autem cauſa dicatur breuis, gloſ. in verbo, illuſtrium. in capit. fi. de re iudi. lib. 6. inquit relinquendum arbitrio iudicis, qui hoc arbitrabitur conſiderata qualitate perſonarum, & rei: quam glo. ſequitur Abb. in ca. primo, de dilatio. in 4. colum. & in capitu. quoniam contra, de probatio. colum. 2. bene facit. quòd de procelo viduellæ not. glo. in l. illicitas. §. ne tenuis. ff. de offic. præſi. quod de comiſſa Amatilla tradit gloſſ. in l. ſed ſi ſuſceperit, in princi. ff. de iudic. quæ dicitur aliquantulum terræ conceſſiſſe eccleſiæ, licet ad triginta miliata ſe extenderat conceſſio. facit quod inquit gloſ. in authentic. quòd locum. C. de collatio. bon. textus. in capitulo. & ſi quæſtiones, de ſimo. cum enim pauper minus habeat quam diues, illud minus eſt ſibi magis ſeruandum: & hac ratione ſeu reſpectu pauper plus habet quàm diues, ſecundum glo. notandam in l. inter ſeruitutes. ff. de ſeru. vrba. præ
262 dio. Sed Bartol. in l. mediterraneæ. C. de anno. & tribu. libr.
10. quem ſequitur ibi Ange. & Abb. in capitu. primo, de libel. oblat. in 10. colum. pulchre per illum text. dicit, quòd illa cauſa dicitur breuis, in qua ſi in ſcriptis procederetur, maior fieret ſumptus in ſcripturis quàm eſſet valor rei, ſicut dixit Bartol. per illum text. Ex quo eleganter inouit, quòd nõ imputatur tutori, ſi non exegit debitum pupillarum, in quo plus expendiſſet quàm eſſet æſtimatio debiti.
263 †Secundo infert, quòd non debet iudex ad locum iudicij
citari facere teſtes, quando in eorum aduentu plus expenderet quàm ſit æſtimatio cauſæ, ſed debet tunc examinationem alij delegare, authentic. apud eloquentiſſimum. C. de fide inſtrumen.

Tertio infert, quòd quando habendo recurſum ad ſuperiorem plus exponeretur quàm ſit valor cauſæ, non debet tunc poſſe haberi copia ſuperioris, adeo quòd tunc poſſent concedi repræſaliæ: de quo ſe remittit ad plenius per ipſum not. in tractatu repræſaliarum. Tu adde bene facere, quod no. Roma. in conſilio. 1. vbi decidit legitimum adminiſtratorem poſſe debitum domini remittere, quando in illius exactione, maiores ſumptus currerent quam eſſet valor debiti. Item quod not. gloſ. in capitu. cum tu. de vſu. & dominus Laur. Rodulphi. in repetitione capitu. conſuluit, de vſu. in quæſtio. 112. dicentes, quod vſuræ extortæ non ſunt illis, qui eas ſoluerunt, reddendæ, ſed errogandæ pauperibus, quãdo ſumptus itineris ſummam rei excedit, nec repetitur, qui gratis portet. Facit etiam quod not. Petr. de Anchar. in capitu. cupientes. §. ad hæc, in fin. de elect. lib. ſexto dicens, quòd licet iudex, qui poteſt in pluribus locis, de cauſa cognoſcere, habeat elect. debet tamen præocculis habere æquitatem, nec pro parua cauſa debet partes ad remotas partes mittere, ne expenſæ litis excedant ipſius litis æſtimationem, quæ omnia ſunt bene notanda, quia vtilia, & quottidiana.
264 †An autem in illis cauſis breuibus, & leuibus, in quibus
procedit ſine ſcriptis, auth. niſi breuiores, C. de ſentent. ex pericu. recip. ſtetur aſſertioni iudicis? Barto. in dicta authẽ. niſi breuiores, tenet quòd ſic.

Ex quo infert, quòd aſſertioni arbitratoris, cui data eſt poteſtas procedendi ſine ſcriptis, ſtandum erit: nam partes ſic cõcedendo poteſtatem procedendi tacite, videntur velle illi fore ſtandum. facit ratio: nam cum nuncio in his, quæ ſunt ſui officij, creditur, vt not. in c. cũ parati, de appel. fortius erit creden. iudici dicto caſu, & hanc opin. Barto. ſequitur Petr. de Ancha. in capitu. fin. colum. penultim. de re iudi. lib. 6. & Abb. in cap. 1, colum. 9. de libel. obla. Ioan. de Imol. in capi. cum a nobis, de teſtib. in capitu. 1. de iudic. domi. Anto. in cap. cum ad ſedem. de reſtitu. Ipo. in cap. quoniam contra, de proba. in cap. ſicut, de ſenten. excommu. & Abb. in capi. ex litteris, de proba. Roma. in ſingulari tertio. ſub rubrica de arbi. Abb. in conſil. 45. incip. Viſo cõpromiſſo, & laudo. colum. 8. in principio. Contrarium tenuit Ang. in authen. niſi breuiores. dicens, quod ſi dictum Barto. eſſet verum, daretur materia arbitratoribus malignandi, & circumuenien-
265 di alteram partiũ: vnde † cum malitijs hominum ſit obuiã
dum, cap. vt famæ, de ſenten. excommu. l. fundo. ff. de rei vẽdi. ſequitur dictum Barto. non verum eſſe & contra ipſum alleg. gloſ. in verbo, vox viuus, in l. ne in arbitris. C. de arbi. & not. per Innocen. in cap. cum dilectus, de arbit. Confirmo hanc opinio. ratione, quia ſi dictum Barto. foret verum, daretur materia tollendi recurſum ad arbitrium boni viri: quia diceret arbitrator aliquid geſtum coram ſe, ex quo apparebit verum eſſe laudum.
266 †Præterea, arbitrator habet inſtar proſonetæ ſecundum
Bald. in cap. 1. de inueſt. in ma. fa. & Abb. in cap. ſuſpitionis. de offic. delega. ſed proſonetæ non creditur niſi vtraque parte conſentiente, cap. 1. de teſti. lib. 6. not. dom. Anto. in dicto cap. a nobis. vidimus in cap. veniens. el 1. de teſt. not. Bald. poſt Bart. in l. omnibus. C. de teſti. igitur, &c. & ſi dicas hoc voluiſſe partes, ſcilicet ſtandum eius dicto, ex quo voluerunt coram eo ſine ſcriptis procedi: reſpondeo hoc neceſſario non procedere, quia potius præſumi debet, partes voluiſſe acta coram tali arbitratore per teſtes probari.
267 †Vnde in hoc articulo tertio loco dom. Anto. in capitu.
Quintauallis, de iureiuran. colum. 30. verſicu. venio ad ſextum, quem ſequitur Abb. in dicto capitu. quoniam contra, colum. ſecunda, diſtinguit, quod hoc caſu ſuper actis iudicij litis ordinarijs credatur iudici, & arbitratori, ſed non credatur ſuper actis probatorijs, vel deciſorijs, nec tunc procedat dictum Barto. quia eſſet nimis periculoſum. Præterea, licet arbitrator procedat ſine ſcriptura, poteſt tamen de actis coram ipſo factis probari per teſtes: ergo aſſertioni iudicis, & talis arbitratoris non erit ſtandum: & ita dicit tenere Barto. ſibi contrarium in l. ſi ſocietatem. §. arbitrorum. ff. pro ſoc. vbi dicit, quod factum arbitratoris poteſt probari per teſtes, cum coram eis non requiratur ſcriptura. Hanc diſtinctionem dom. Anto. ſequitur Roma. in l. ſciendum. ff. de verbo. obliga. dicens, quòd intelligere, quod per talem poteſtatem conceſſam procedendi ſine ſcriptis ſit ſtandum eius aſſertioni, eſt interpretatio nimis captioſa, & inciuilis: ſed verba debent ciuiliter intelligi. l. ſi cui. ff. de ſerui. ergo, & cætera.

Quarto loco Bald. in dicta authen. niſi breuiores, aliter locutus eſt, dicens quod in litibus paruis creditur, ſi hoc dictat conſuetudo, alias non. Hæc opinio mihi non placet, quia ſi verum eſt, quod ex hoc inducerentur homines, & daretur materia delinquendi, conſuetudo non valeret, c. fi. ſup. de conſue. Item vt inf. dicam, in illis paruis etiam ſine conſuetudine creditur.

Quinta fuit opinio celebratiſſimi iuris verticis Dominus Franc. de Aretin. in dicto capit. quoniam cotra. colum. 6. diſtinguentis, quod in cauſis vilibus, & modici præiudicii, in quibus de iure poteſt procedi ſine ſcriptura, creditur iudici de omnibus actis coram ſe, ſiue ſit appoſitum pactum, ſiue non, per ea quæ habentur in l. diuus. per Barto. ff. de cuſto. reo. & in capitu. præterea. de teſti. vbi patet, quod in maleficiis leuibus creditur officiali, qui atteſtatur de maleficio, ergo eadem ratione creditur iudici de geſtis coram ſe.

Tu conſidera, quod in hoc primo ſuæ diſtinctionis membro cum reuerentia non eſt par ratio, quoniam ideo creditur dictis officialibus, quia ita teſtificari pertinet ad eorũ officiũ, ſecus in iudice, cui ſpectat pronuntiare, & non teſtificari, iuxta not. in d. c. qm̃ contra. de proba. Cogita. In cauſis vere magni præiudicii, vel non modici, dicit eſſe veram diſtinctionem do. Anto. vt ſit diſtinguendum inter acta ordinaria, & deciſiua, cuius primum membrum confirmat ex not.

in c. di-

in cap.dilecti.de foro compe.& per Bald. in l. quod pauperi-
bus.C.de epiſcopis & cler.vbi dicit,quod ſuper expenſis mi-
nutis,quæ frequenter fiunt,ſtatur lib. geſtoris vnā cum iura-
mento:quia agitur de modico præiudicio,& difficile eſſet in
ſingulis adhibere teſtes,vel poſſe per teſtes probare, quod ēt
ſequitur Pet.de Anch. in cap.2.de teſtamen. lib.6. Vel ſic in
propoſito cum in iudicio fiunt multiplices actus, quos eſſet
difficile probare per teſtes,æquum videtur quod ex quo par-
tes voluerunt fore procedendum ſine ſcriptura, quod ſtetur
dicto iudicis vel arbitratoris. Nec obſtat,quod in iudicijs ſit
copia hominum & frequentia,& ſic facultas ſingulis proban
di,l.in donationibus.C.de dona.quia hoc non obſtante, cum
fiant multiplices actus,contingere poteſt quod illi, qui forent
præſentes,vel non intellexerint ſaltem plene, vel fuerint ob-
liti aliquid,ad quod vide text.in l.teſtium. C. de teſti. Secun-
dum vero membrum diſtin.dom.Anto.corroborat idē Aret.
ratione:nam cum iſtud pactum partiū poſſit importare aliud
quam quod credatur ſoli aſſertioni iudicis,ſcilicet, ꝙ acta ꝓ-
bentur per teſtes,debebit ſic intelligi, vt minus deuiet a iure
communi,& ſic quo ad merita dicto talis iudicis vel arbitra-
toris non erit ſtādum,facit tex.in l.vxori.§.1.& quod ibi per
268 Bar.ff.de leg.3.vbi verba teſtatoris† in dubio ſunt interpretā-
da,vt non inducant aliquid exorbitans a iure communi.bene
facit c.cum dilectus.de conſue.c.dudum.de decimis. Et ideo
pacto fieri poſſit,ꝙ dicto vnius ſtandum ſit pro plena proba-
tione,vt inquit notabilis glo.& do. Anto. in c. cum dilectus.
de ord.cogni.& Roma.in l.1.§.fi.in 1.col.ff.de verb.oblig. &
Bal.in l.in bonæ fidei.C.de rebus credi. licet aliter & nō bene
dixerit in l.1.in 2.colum.C.de ſen.quæ pro eo quod intereſt.
tamen per iſtud pactum,quod procedatur ſine ſcriptura,non
debet præſumi hoc fuiſſe inductum, immo tenendo opin.
Bald.in l.prolatam.C.de ſenten.& interlo.dicentis, quod ſcri
ptura in dictis teſtium eſt de ſubſtantia, videtur quod pacto
partium remitti non poſſit, nec conſequenter ſit credendum
dicto: quod tamen non firmat ipſe Aret. & bene: quoniam
hic caſus non connumeratur per gloſ. in cap. 1. de cenſibus.
lib.6.connumerantem caſus requirentes ſcripturam. Tu con
ſidera contra hanc doctrinā obſtare,quoniam ratio,qua mo-
uetur Aret.quantum ad acta deciſiua,militat etiam in actis or
dinatiuis,niſi forte dicas,ꝙ ex quo proceditur ſine ſcriptis,ad
nihilum ponderantur dicta acta ordinatiua,vel ſaltem minus
ponderantur quam deciſiua,quę ſunt maioris periculi & effe
ctus. Et eſt ſciendum,ꝙ diſtinctionem prædictam inter cau-
ſas viles & modici præiudicij & cauſas magni præiudicij,ſen
ſit Ang.in d.authen. niſi breuiores.maxime in lec. Paduana.
Cōſidera tu, quia etiam quo ad prędicta poſſet dici fore ettā
inſpiciendam qualitatem perſonæ iudicis vel arbitratoris,an
ſit legalis & bonę opinionis:nam in eo poſſet eſſe tanta recti-
tudo & legalitas,quòd in illo poſſet verū dixiſſe Bart. & pro-
cederet dictum ſuum.Moueor per text.in cap.2.de ope. nou.
nun.& per text.in c.expedit 12. q. 1. dicentem præſumendū
eſſe pro religioſis,quod foueant iuſtam litem; & per dictū Ho
ſtien.in cap.finem litibus,de dolo & contu.do. Anto. in cap.
poſtremo.de appel. & per textum optimum cum ibi not per
269 Ioan.de Imol.& Abb.in c. niſi eſſent.de præben. † Sed tunc
iuxta dicta ſupra in gloſſ.quæro, an in caſibus,in quibus non
eſt neceſſarius libellus,poſſit iudex inuitis partibus procede-
re ſecundum formam huius cle. Gloſ. iſta in fin. tenet quod
non,dicens multa exempla colligi poſſe ex his,quæ not. Spe
cula.in dicto §.nunc videndum, Ex quibus patet, quod mul-
tis caſibus non requiritur libellus, & tamen requiritur litis
conteſtatio. Secundo, quia ſatis eſt hoc non fuiſſe expreſ-
ſum. In contrarium arguit Guil. hic, quia ſi libellus, qui eſt
fundamentum & origo iudicii,poteſt omitti, fortius poterit
omitti litis conteſtatio,quæ ſuper petitione recumbit, & ſi-
militer ſcriptura ſententiæ, quæ ſecundum contenta in peti-
tione debet proferri,cap.licet Ely.de ſimn.cap.qualiter.el 2.
de accuſa. Secundo adducit ſimile,quia ſine fundamento ba
ptiſmi alia ſacramenta ſunt nulla, cap.veniens. de baptiſmo.
ſic ſine libello aliæ partes iudicii, cap. primo.de libel.obla.
ergo vbi libellus omittitur, cætera ſunt extra ordinem per-
tractanda: Primam tamen opin.gloſſ.hic ſequitur ipſe Guil.
& Cardina. hic colum.7. verſicu. 13. quæro. Ioan. vero de
Imol.refert Guilel.aliter dixiſſe quam ſupra referat Cardin.
ſcilicet quod hoc relinquatur arbitrio iudicis: putat tamen
ipſe Ioan.de Imol.quod debebit arbitrari non fore pro ceden
dum ſecundum formam huius clem. & hoc forte eſt,quod
270 voluit dicere gloſ. An autem vbi proceditur virtute litte-
rarum ſedis apoſtolicæ, ipſæ litteræ obtineant vim libelli?
Archid.dixit quod ſic,quod limitat & intelligit hic Ioan. de
Imol.colum.9.procedere, quando proceditur ſecundum for
mam huius clemen.per ea quæ not.Innocen. in cap. dudum.
el ſecundo. de elect. in verſicu. teſtatione. ſecus ſi procede-
retur ordinarie,per ea quæ not.Innocen.in cap. præterea, de
dila.quod eſt bene notandum pro concordia huius paſſus.in
quo variarunt doct.nam Bald.in l.eleganter.§. ſi quis poſt.ff.
de cōditio.indebi.tenet quod reſcriptum habetur loco libel-
li. Sed Bald.in l.prima.C.quando libel. prin.da. tenet quod
immo non habet vim libelli, ſed requiratur libellus,alias ſen-
ten.erit nulla.Hoſtien.vero in dicto cap.pręterea.tenet,quod
habet vim libelli tantum quo ad denegandas inducias deli-
beratorias:requiritur tamen porrectio libelli, non obſtante
quod fuerit præſentatum reſcriptum:ſed nulla dilatio delibe
ratoria eſt illi danda,cui dandus eſt libellus,ſi potuit ex reſcri
pto informari & deliberare. In iſta enim varietate pro con-
cordia poteſt dici,quod in ſummariis reſcriptum habeat vim
libelli etiam quo ad effectum, vt nullus libellus offeratur, ſe-
cus in plenariis,ſecundum Guil.& Ioan.de Imol.hic. Tu ad-
de,quod idem tenet Specu. in titu.de lib.concep.§. qualiter.
circa prin.& in tit.de præben.§.primo.in fin.& do.Anto. Io-
an.de Imol.& Abb.colum.3.in dicto cap.præterea. Ex quo
cognoſci poteſt, quod vtile ſit in reſcriptis apponi clauſu-
271 lam, ſummarie ſimpliciter & ſine figura iudicii: † Et quia
gloſ. iſta in verbo, neceſſario. late tangit ſupradicta de libel-
lo,Paul.hic quærit,quid ſit libellus,& ſe remittit ad Specu.de
libel.obla.§.primo.vbi ita diffinit, vt refert Cardin. hic co-
lum.9.quod libellus eſt breuis ſcriptura actoris ſeu accuſa-
toris,claram eius intentionem continens. Quare in diffinitio-
ne ponatur verbum,breuis, patet ex ſignificatione vocabu-
272 li:& † quia in libello debet compendioſa eſſe narratio nō ver
boſa,l.ampliorem.§.in refutatoriis.C.de appel. verbum ſcri-
pturæ,quare ponatur,probatur in authen.offeratur. C. de lit.
conte.& in cap.ſecundo.de libel.obla.& ſupra dictum eſt ſa-
tis in gloſſ. Claram intentionem continens, quare ponatur,
probatur in l.ita fidei.ff.de iure fiſci. & in dicto §. in refutato-
riis.Ibi,poſſunt explanare, quod enim obſcurum eſt,non ex-
plenat cauſam rei,dicto cap.ſecundo, & cap. litteræ,de dila-
tio. Adde,dum dictum eſt,requiri ſcripturā,quòd olim iſtud
procedebat in criminalibus tantum,hodie etiam in ciuilibus,
vt not.in dicta authen.offeratur, & per gloſ. in verbo, libel-
lum,in Authen.de exhiben.reis. Eſt tamen perpetuo notan-
dum, quod in caſibus, in quibus libellus requiritur in ſcri-
ptis, non ſatis eſt quod actor vadat ad iudicem & dicat no-
tario actorum,ſcribe qualiter ego peto centum a Titio, & in
eis eum mihi condemnari. nam licèt notarius ſcriberet, non
ſufficit,nec diceretur ordinario modo procedi. Ita ſingu. Bar
tol. per gloſ. in l. in ſacris. C. de proximis ſacro ſcri. lib. 12.
quod dicit Specu.poſſe contingere de facto. Et Bartol. ſequi-
tur Roman.in l.prima.ff.de arbi. colum.2. Ego idem confir-
mo per not.per Bald.in l.fina.C. de ſenten. ex peric. reci. di-
273 centem,quod † non valet ſententia, quam iudex tulit verbo,
licet poſtea eam fecerit in actis tranſcribi: ad quod bon. text.
in cap.fina.in princ.de re iudic. lib.6.Secundo facit doctrina
Angel.in l.a ſententia.§.fina.ff. de appella. volentis, quòd ad
hoc vt quis dicatur in ſcriptis appellaſſe, debet libellus in ſcri
ptis offerri coram iudice a quo, & non ſufficeret viua voce
appellare,licet incontinenti fecerit poſtea illam in actis tran-
ſcribi per notarium coram iudice a quo. Et Angel.ibi ſequi-
tur Ioan.de Imol.& domi.meus Peruſinus in cap.vt debitus.
274 de appel.colum.9.quod eſt diligenter notandum.† In quo au
tem differat libellus & petitio? Dic quod libellus debet con-
tinere quædam quæ reſpiciunt eius formam,& quædam quę
reſpiciunt eius intentionem, & in iſtis debet eſſe apte con-
ceptus,vt per Specu.titu.de libel. concep.§. qui libellus. Pe-
titio vero non requirit aptitudinem, niſi reſpectu intentio-
nis, vt concludat in neceſſarijs,omiſſis his quę reſpiciunt for
mam. Item petitio non debet in ſcriptis offerri,nec aduerſa
rio eius copia dari, ēt retenta illa opi. quòd libellus ſit expen
ſis actoris offerēdus, de qua plene infra in §. non ſit, vbi gloſ.
tangit, & ita tenent Pau.hic,& Car.col.ix.dicentes, quod ēt
in alio differūt,quia in petitione maior fit acceleratio & ab-
breuiatio litis,quia reus per dilatorias reſpicıētes ea,quę ſunt
de forma libelli,non poteſt litem protrahere. Item petitioni
non habet reus neceſſe reſpondere, ſed libello ſic. Ex quo
habes,

habes, quòd reo per contumaciam abſente poſſunt proba-
tiones recipi, quæ non poſſent ſi libellus & conteſtatio litis
eſſent neceſſaria, toto n tu. vt lit. non conteſta. ſecundum Pau.
& Cardin. hic colum. 9. quærentem etiam, an libellus poſſit
emendari, corrigi & mutari, de quo plene in capit. 2. de libel.
obl. & in l. edita. C. de eden. Ad quæ loca me remitto.

275 **Glo. in verbo, exigat.** In fine, pro declara-
tione primo quæro,
an in cauſis commiſſis ſecùdum formam huius clemen. poſ-
ſit libellus offerri & recipi? Reſpondet gloſ. quod ſic, ſponte,
non tamen neceſſario iudex habet exigere, nec pars cogere
offerre. Comprobatur hęc opinio. Primo per text. hic in ver-
bo, neceſſario. Secundo per text. in fin. huius clemen. Tertio
276 per hunc text. in verbo, exigit, quia † natura verbi, exigere,
eſt ab inuito extorquere, l. fideicõmiſſa. §. ſi rem. ff. de leg. 3.
l. pupillus. ff. de his, quæ in fraud. credit. cap. parochianos. de
deci. l. non ſolum. vbi not. ff. ſolut. matrimo. l. verbo exactio-
nis. ff. de verb. ſigni. not. plene Ioan. And. & Do. per eum in c.
primo. de iudi. lib. 6. vbi ponunt quot modis ſummatur ver-
bum, exigere. Et hanc opin. gloſ. ſequuntur hic Paul. & Car-
dina. colum. 7. Ioan. de Imol. & Gemin. dicentes, quod iudex
etiam poteſt de voluntate partium, ſi vult, ſeruare ordinem
iudiciarium: voluntas tamen vnius partis non ſufficeret, de
quo infra in §. fina. vbi glo. & facit cap. ſtatutum. §. in nullo.
de reſcrip. lib. 6. Secundo quæro, quare per iſta verba, ſum-
marie, ſimpliciter de plano, ſine ſtrepitu & figura iudicij: ſit
ſublata neceſſitas oblationis libelli & litis conteſtationis. Re-
ſpondet gloſ. ratio. eſſe, quia per formam prædictam tollitur
277 forma iudicij, quia figura † cuiuſcunque rei eſt ipſius appa-
rens forma vel facies, in qua rei ſubſtantia figuratur. ff. de
actio. & obli. l. non figura. cap. cũ Marthę. de celebra. miſ. ver.
278 ex eo. Iudicium autem eſt trium † perſonarum, iudicis, acto-
ris & rei, cap. forus. de verb. ſignifi. l. prima. in fin. C. de aſſer.
tollen. cuius ſubſtantia figitur & conſiſtit principaliter in
prædictis: nam altero eorum deficiente, non proprie dicitur
figura iudicij, ſed quaſi figura, probatur in l. prima. §. ſimili
modo. C. de lati. liber. tollen. vbi ex eo quod ſolum erant duę
perſonæ, videlicet iudicis & domini nominantis ſeruum fi-
lium, non erat proprie figura iudicij ſed quaſi figura: ex qui-
bus concludit gloſ. quòd ſublata forma iudiciorum vel com-
miſſione vel conſtitutione in forma huius cle. non videtur iu-
dex quodammodo eſſe aſtrictus ad aliquas formas ſeu figu-
ras iudiciorum, niſi inquantum habere exprimitur. Aduerte
tamen ſecundum Cardi. hic colum. 10. quia dum gloſ. dicit,
quod in figura rei ſubſtantia fingitur, melius dixiſſet ecõtra,
figura enim eſt qualitas, & ponitur in prædicamento quali-
tatis, & ſic non poteſt eſſe ſine figura, vt inquit Philoſophus,
ſecundo cœli & mundi. Vbi dicit, quod ſubſtantiæ ſepara-
tæ a materia vt intelligentiæ cœleſtes non ſunt figuratæ.

Dicit tamen Cardinal. gloſ. bene eſſe notandam in eo,
quod declarat, quid ſit figura, de quo etiam dixi ſupra in
princi. apoſtilando verba tex. ſine figura. Item in alio ſecun-
dum Ioan. de Imol. eſt not. hæc gloſ. dum dicit, quod hic ex-
preſſa in text. quæ debent obſeruari, potiùs reſpiciunt figu-
279 ram negocij vel facti, quam iudicij. † Tertio quæro, an per
verbum de plano, ſolum remittatur libellus. Gloſ. primo re-
fert quoſdam dicere quod ſic, per l. de ſummerſis. C. de nau-
frag. ſed alios dicit tenere contrarium, & ſe remittit ad not.
in l. leuia. ff. de accuſa. & in l. nec quicquam. §. vbi decretum.
ff. de offic. procon. & ad tractatum Ioan. Faxioli, quem fecit
de ſummaria cognitione: quem ponit Specu. titu. de offic. iu-
di. §. primo. Ego late de hoc dicam infra poſt omnes gloſſ.
huius clemen. dum tractabo materiam.

280 † Iſte Ioan. Faxiolus fuit Piſanus legum doctor, vt inquit
gloſ. ſequens in verbo, litis conteſtatio. de quo gloriari ha-
bet hęc inclita vrbs.

281 **Gloſſa † in verb. litis conteſtatio.**

In fin. quia clarum eſt, quod in iſtis cauſis ſummarijs petitio
eſt in actis ſcribenda, vt infra §. nõ ſic. & dixi ſupra in glo. in
verbo, neceſſario. Item certum eſt, quod in iudiciis plena-
rijs induciæ deliberatoriæ ſi petantur, ſunt de ſubſtantia, vt
not. ſecunda quæſtio. prima. & eſt gloſſ. clara in cap. vxor fe-
licis 17. quæſtio. 4. probatur in dicta authen. offeratur, cano-
nizata, 3. quæſtio. 3. ſentiunt Innocen. & Hoſtien. in cap. pri-
mo. de libel. obla. & Ioan. And. ibi in prima gloſ. vbi dicunt,
deliberatorias inducias poſſe artari, ſed non in totum dene-
gari: intellige ſi petantur: nam expreſſe & tacite poteſt illi
renunciari, l. prima. ff. de ferijs. l. generaliter. C. de epiſcopis
& cleri. de quo not. in cap. 1. de dila. & dixi plene ſupra in 3.
articulo principali, in quæſtio. 12. vbi etiam poſui, an in cri-
minalibus iſtæ induciæ deliberatoriæ ſunt concedendæ.
282 † Nunc ad declarationem gloſ. quæro, an in iſtis iudicijs ſum
marijs induciæ deliberatoriæ ſint dandæ. Arguit gloſ. quod
non: nam ex quo in iſtis non requiritur litis conteſtatio, ta-
lis deliberatio non videtur neceſſaria: probatur per ſimile,
quia in iſtis requirentibus ſummariam cognitionem inter-
dum ſimul petitur & iuratur, l. quædam. §. fina. ff. de eden.
In contrarium arguit, quia etiam in his caſibus exigitur iura-
mentum de calumnia, vt infra eadem clem. Item reus poteſt
reconuenire actorem, vt infra eadem clemen. ſed indelibera-
tus non poteſt commode iurare nec reconuenire: ergo ad
hoc cogi non debet, niſi habitis prius deliberatorijs petitis.
Secundo facit, quia per hanc formam non tollitur recuſa-
tio iudicis: patet, quia hic reſeruantur exceptiones & defen-
ſiones legitimæ, vt infra §. non ſic. ergo vt circa hæc poſſit
deliberare, debet habere deliberatorias. Confirmatur, quia
iniquius eſſet iudicem, qui poteſt procedere ſine figura iudi-
cij, non poſſe recuſari, quam procedentem ordinarie: patet,
quia procedens ſine figura poteſt plus lædere, ergo a fortio-
ri iudice procedente ſummariè erunt dandæ tales delibera-
283 toriæ, ne ſequatur dictum inconueniens. Item ne quis arcte-
tur præcipiti feſtinatione ſuſcipere iudicium, arg. l. tutor qui
qui repertorium. ff. de adminiſtratio. tuto. l. edicto. §. cum au-
tem. ff. de iure fiſci. Et in hanc partem inclinat gloſ. hic, quæ
opinio verior etiam & eam ſeruat curia, vt dicit Stephan.
& Ioan. de Imol. colum. 12. Paul. & Cardina. colum. 10. ſecun
dum quos non obſtat dicta l. quædam. §. fina. quia non loqui-
tur de iuramento calumniæ præſtando in tota cauſa, ſed de
iuramento, ne quis calumnioſe petat editionem, vt ibi not.
gloſ. Credit tamen Ioan. de Imol. quod in iſtis ſummarijs
breuior dilatio ad deliberandum dari poſſit, quam in ple-
narijs. Tu cõſidera huic dicto obſ. quia cum induciæ ta-
les dentur etiam ad recuſandum iudicem, & æquius ſit in
ſummarijs iudicem poſſe recuſari, quàm in plenarijs, vide-
tur ex hoc quod minor quàm in plenarijs dilatio dari non
284 poſſet. † Notanda tamen eſt iſta gloſ. ſecundum Abb. in eo,
quod dicit, quod recuſatio iudicis ſapit defenſionem: quia fa
cit ad quæſtionem, an per principem poſſit tolli facultas re-
cuſandi iudicem, de qua in capitu. ad hæc, ſupra de reſcrip. in
cap. ex parte. de offic. delega. plene per Domi. in capit. iu-
dex ab apoſtolica. de offic. deleg. in 6. & per domi. meum Pe
ruſinum in cap. poſtremo. de appel. colum. ſecunda. per gloſ.
& Doct. in l. apertiſſimi. C. de iudi. Innocen. & Abb. in cap.
285 ex tranſmiſſa. de foro competen. † An autem in caſibus, in
quibus eſt neceſſaria litis conteſtatio, vbi in libello eſt ſola
narratio & non concluſio per reſponſionem, fiat litis conte-
ſtatio? Matth. & Ioan. de Imol. colum. 12. tenent quod ſic, ad
ducentes not. per Innocen. in cap. 1. de lit. conteſt. quo etiam
caſu poſſet ſequi condemnatio, allega. Archid. ſecunda quæ-
ſtio. prima. notum. & cap. in primis. quod eſt notandum.
286 † Sed pulchra eſt quæſtio, an litis conteſtatio poſſit fieri per
petitionem & reſponſionem affirmatiuam. Videtur quod
ſic, vt not. in cap. dudum. el ſecundo. de elect. & in capitu. pri
mo. de lit. conteſta. in l. prima. eod. titu. Quidam legiſtæ, vt
dicit Paul. tenent contrarium. Primo per l. rem non no-
uam. §. patroni. C. de iudi. ibi, & contradictionis obiectum.
Secundo per l. ſi reus paratus. ff. de procur. vbi ſi reus acto-
re agente per procuratorem confiteatur, & paratus ſit ſol-
uere, ordinarius præcipit pecuniam apponi, non autem de-
legatus, qui bene hoc poſſet, ſi eſſet litis conteſtatio indu-
287 cta, vt ibi not. † Tertio, vbi lis conteſtatur, fertur diffinitiua,
quæ imponit finem controuerſiæ, l. prima. ff. de re iudi. cap. 1.
eodem titu. Sed vbi eſt confeſſio, non dicitur controuerſia,
igitur &c. Primam tamen opin. dicit Paul. veriorem, quam
tenet hic Cardin. & in dicto cap. dudum, & in cap. primo. de
lit. conteſt. Ad contraria reſpondet Paul. Primo quòd tex. in
dicto §. patroni. non intendit formam conteſtationis dare, ſed
intendit ſtatuere, quod aduocati iurent de calumnia lite con-
teſtata per obiectum contradictionis, quia tunc debet in cau-
ſa aduocatus officium ſuum præſtare, & non quando pars cõ
288 fitetur, quia † in confeſſum nullæ ſunt partes iudicis, niſi in
condemnando, l. proinde. ff. ad leg. aquil. cap. 1. 2. quæſtio. 1.
Ad l. ſi reus paratus. reſpondet, quod loquitur de confeſſio-
ne,

ne, quæ non inducit litis conteſta. quia facta ante libellum
oblatum,vt ibi,ſecus ſi libello oblato: de quo per Specu. de
officio iudi.§.fina.verſi.5.& per Ioan.And.ibi in addi. verſi.
289 ſi reus. †Tu dicas in hoc articulo, glo.in dicta l. prima tene-
re,quod etiam ſi reus reſpondeat confitendo,conteſtatur lis,
ſi reſpondeat in figura iudicij libello oblato. Idem tenet glo.
in dicto cap.dudum.& ſic debet intelligi in dicto cap. primo.
& glo.in cap.nos in quemquam.ſecunda quæſtio. prima. fa-
cit ratio,quia l.2.C.de iuramen.calum.quæ dicit, quòd per
interrogationem actoris & reſponſionem rei fit litis conte-
ſtatio,non diſtinguit, an reſpondeat negando vel confiten-
do: ergo vtroque caſu intelligetur cap.ſi romanorum. 29. di
ſtin.l.de precio.ff.de publicia.poteſt enim eſſe, quod confite-
tur reus animo ſubeundi iudicium & litem: videmus enim
multotiens,quòd reus confitetur,& tamen vult litigare: pa-
290 tet †in iudicio fami.erciſ.quod datur inter volentes, & hanc
opin.ſequuntur Bartol.& doct.in dicta l.prima.& Ioã. And.
in dicto verſi.quid ſi reus vbi dicit, quòd ſi reus fatetur de-
bitum,tamen negat velle ſoluere forte propter pendentiam
dilationis, vel prorogationis termini ad ſoluendum, vel al-
legat inopiam, tunc clarum eſt, quòd inducitur litis conte-
ſtatio. tum quia iura non requirunt aliud quàm interroga-
tionem & reſponſionem, dicta l.ſecunda. tum etiam quia in
hoc caſu non ſimpliciter confitetur, vt infra dicam. Et Ioan.
And.ibi aliter reſpondet ad l. ſi reus paratus. quod non lo-
quitur in confeſſione,quæ eſt actus iudicialis, ſed in oblatio
ne ſolutionis,quæ eſt extraiudicialis actus. Hanc etiam opi.
ſequitur Bald.in dicta l.ſi reus.& in dicta l.prima,dicẽs,quòd
quando non apparet,quod confeſſus fuerit animo ſoluendi
vel ſubeundi iudicium, in dubio debet attendi, quod dicit
gloſ. ibi, quia ſi oblato libello confiteatur in figura iudicij,
præſumitur animo litem conteſtandi, & tunc requiritur diſ-
finitiua, vt ibi dicit gloſ.& not. in dicta l.proinde. Aut con-
fitetur non in figura iudicij,& non requiritur diffinitiua, ſed
et fieri præceptum de ſoluendo, l. debitoribus.ff. de re iudi. &
& l.ſi debitori ff. de iudi. Ioan. de Imol.in dicto capitu. pri-
mo.dicit,quod niſi conſtet de animo, vel interſit confitentis
condemnare diffinitiue forte propter regreſſum de euictio-
ne vel aliud intereſſe, nulla ratio ſuadet quod in dubio ſit
pręſumendum, quod reſpondeat animo litem conteſtandi,
cum ille animus foret ſibi magis damnoſus. Et hoc verum,
vbi ſimpliciter confiteretur: ſed vbi confitetur debitum, &
allegat dilationem ſoluendi pendere, cùm ſic aliqualiter con
tradicat, tunc ſine dubio procedit communis opin. Et hæc
opin.Ioan.de Imol.non eſt paruifacienda, quia conſonat ra-
tioni naturali. Secundam tamen opin. de qua ſupra fecit mẽ
tionem Paul.tenuerunt Pet.& Cyn. in dicta l. prima addu-
centes dictã l.ſi reus. pro quibus facit l. ſi domus.§. in pecu-
nia.ff.de leg.primo. Tu ſequere communem opin. quam etiã
tenet Abb.in dicto cap.primo.colum.9. Ad §. in pecunia. re
ſpondeo, quòd ibi fuit confeſſus ante libellum porrectum,
vnde cùm non pręceſſerit petitio,non poteſt dici per reſpon
ſionem introducta litis conte.fuerat enim ibi citatus,& com
parens fuit confeſſus,antequam ſibi offertur libellus.

291 **Gloſ.in verbo, feriarum.** In fi. †quæ-
ro, an iudex,
cui cauſa cognoſcenda de plano tantum committitur, poſ-
ſit illam expedire tempore feriato ob neceſſitatem homi-
num? reſpondet gloſ.ſub dubio forte,quod ſic, quia hoc in-
ducit verbum, de plano. cum idem ſit dicere de plano,quod
in domo ſua, vel non ſedendo pro tribunali, & per conſe-
quens tali tempore feriato, alleg.l. ſecundã. ff. de fer.l. miles.
§.ſexaginta.ff. de adulter. & cum hac gloſ. tranſit Stephan.
adducens l.nec quicquam,§.de plano.ff.de offi. procon. & §.
ſit ubi.in Authen.de manda.princi. Idem tenet Bartol.in ex-
trauagan.ad reprimen.in verbo, de plano. & Ioan. de Imol.
hic colum. 12. & Cardina. colum.11. & Abb. dicens hanc
gloſ.eſſe notandam ad duo. Primum in eo, quod ponit ethi-
292 mologiam verbi, de plano.† Secundum, quod in ſummarijs
iudex non tenetur ſedere pro tribunali: de quo dicam infra
in §.& quia.ver.verum. vbi eſt bonus text. Et de ſignificato
verbi de plano, dixi ſupra apoſtillando text.in verbo, de pla-
no.& ita etiam dicam poſt glo.in materia.

293 **Gloſ.in verbo, neceſsitatem,** In fi. †quę-
ro, quæ dicantur feriæ introductæ ob neceſſitatem homi-
num. Gloſ.dat exemplum in ferijs meſſium & vindemiarũ.

Secundo quæro, an partes poſſint iſtis ferijs renunciare,
& gloſ.tenet quòd ſic, per l.fina.C.de ferijs.

Tertio quæro, quantum ad iſtas ferias in quo differant
cauſæ ſummariæ a plenariis. Reſpondet gloſ. quod in ſum-
mariis inuitis partibus iudex poteſt procedere, ſed in plena-
rijs proceſſus & ſententia tali tempore prolata altera parte
inuita vel abſente non valet, l.1.ff.de ferijs.
294 †Quarto quæro, an in ſummariis iudex poſſit procedere tẽ-
pore feriato in honorem Dei vel ſanctorum? Gloſ. reſpon-
det quod non, per hunc text.a contrario ibi, ob neceſſitatem
hominum. Ex quo decidit gloſ.quæſt. de qua 15. quæſtio.4.
in ſumma. Specu.titu.de ferijs.§.2. ad fin. ſcilicet quod licet
cauſæ decimarum, matrimonii, beneficialis, vel vſurarum
ſint tractandæ tempore feriato ob neceſſitates hominum, cle
men.diſpendioſam, de iudi. non tamen in eis poteſt procedi
tempore feriato in honorem Dei, & cum hac gloſ. tranſit
Paul. Ioan.de Imo.& Cardin. Stepha. tenet contrarium pro-
pter pietatem & neceſſitatem, quæ militat in prædictis cau-
ſis, ſed primam opin. opin. veriorem & magis communem
dicit hic Cardin.
295 †Quinto quæro, an in feriis repentinis, i. quæ inducun-
tur propter principis coronationem vel victoriam, ſeu aliud
proſpere geſtum ſeu aliam ſimilem cauſam. ff. ex quib. cau.
maio. l.ſed ſi per prætorem.§.ſi feriæ. C. de dila. l. ſiue pars. l.
prima.C.de feriis, poſſit iudex, cui cauſa eſt commiſſa, ſum-
marie & ſine figura procedere & cognoſcere? Gloſ. reſpon-
det quod non, quia hoc non reperitur permiſſum, ergo pro-
hibitum, cap.nonne.de præſump. Secundo a principe ſolo
induci poſſunt, & non ab alio, l.alumno. C.de feriis. ergo ſer-
uandæ ſunt prout ab ipſo inducuntur. Et hoc tenet glo. ma-
xime tenendo illam opin. quod talibus feriis repentinis re-
nunciare non poſſit: de quo per Specu.tit. de feriis.§. fina. in
princ.& tenet hic Paul.& Abb.in cap.fina.colum.7. de feriis.

Tertio facit ſecundum Ioan.de Imol.quod tales ferię non
ob hominum neceſſitatem, ſed propter principis reueren-
tiam inducuntur: ergo aliud in iſtis eſt dicendum, quàm in
296 inductis ob neceſſitatem hominum. Et †ex hac glo. ſunt no-
tanda plura. Primum, quod triplex eſt ſpecies feriarum. Se-
cundum, quòd in feriis repentinis non habet locum hęc con
ſtitutio. quod etiam tenet Paul. Mattheſi. Abb. hic, Ioan. de
Imol.colum.13.& Card.colum.11. Tertium, quòd ferię re-
pentinę ęquiparantur feriis introductis in honorem Dei, &
297 in hoc ſecundum Cardin. glo.eſt ſing. †Quartum, quòd fe-
riis inductis in honorem Dei vel repentinis partes non poſ-
ſunt renunciare: ſecus in introductis ob neceſſitates homi-
num: quod ſine dubio procedit in renunciatione, quæ fit in
iudicio. Sed dubium eſt, an in contractibus ſit idem, videtur
quod non? quia iuri de futuro renunciari non poteſt, l. pri-
ma. C.de pac.c.ex multiplici. de deci. Et ſuper hoc valde in-
ſtant Pet.& Cyn.in l.prima.C.de fer. Contrarium tenet hic
Paul. quia cum iſtæ feriæ concedantur a lege, earũ exceptio
competit etiam antequam ſint: ideo eis poteſt renunciari, &
hanc partem tenet Specu.titu.de feriis.§.fina. verſi. quid ſi re
nunciatio, & ibi Ioan. And.in addi. Bart.in l. prima.ff. de fe-
riis. Confirmatur hæc opin. quia ſicut in contractu quis po-
teſt renunciare appellationi, l.fina.C.de tempo. ap. ſic debet
poſſe ferijs prædictis renunciare. Card. hic colum.11. aliter
refert Ioan. And.in addit. velle, ſcilicet quod renunciatio nõ
valeat, ſed per ſimplex pactum poſſit remitti, l. prima. C. de
pact. quæ opin. tutior eſt: ſed prima etiam vera eſt prædicta
ratione, vt inquit Cardin. hæc autem communis opin. fallit,
vbi ſuperueniret aliqua cauſa, quæ non erat tempore renun-
ciationis, puta renuncians tempore renunciationis erat pau-
per, & ſic non occupabatur in vendemiis & meſſium colle-
ctione, nunc eſt factus locuplex, argumento l. de ætate. §.
ex cauſa.ff.de interro. actio. Ita Bart. in l. prima.ff. de ferijs.
& Abb.in dicto cap.fina.colum.9. Secundo fallit in feriis fu-
turis, quia dicta renunciatio reſtringitur ad ferias, quę erant
tunc de præſenti, non autem ad futuras, argumen. l. ſi ita.ff.
de au.& argen.le. vnde cautela eſt, quod in renũciatione fiat
mentio etiam de futuris: Ita Bartol.in dicta l. prima. & Abb.
in dicto cap.fina.& do. Ant. ibi allegans text. in cap. cum in-
ter P.de renunci. Idem tenet Bald. in l. ſi feriatis.ff. de feriis.
Rapha. tamen Ful.in d.l.prima. tenet contrarium, per text. in
l.Seruius.ff. de ſerui. vrba.prędio. vbi ſeruitus inducta, ne offi
ciatur luminibus domus, porrigitur etiam ad lumina futura.
Et reſpondet Raph. ad d.l. ſi ita, quod ibi hoc operatur pro

nomen

nomen meum. Tu ſequere Bartol.quia ſi etiam ibi non eſſet
pronomen,meum, tamen diſpoſitio teſtatoris referretur ad
tēpus præſens, quia teſtator tēpore teſtamenti non poterat
præuidere,quæ futuræ eſſent veſtes, quas legabat: & ita illā
l.declarat Bartol.in l. fina.C.quæ res pig.ob.poſſ. & in dicta
l.ſi ita.ver.ſecundo eſt videndum, & in l.ſerui electione.§. fi.
ff.de leg.1.probatur in l.ſina.§. qui indiuiſam.ff.de leg.2.Ad
l.ſi ſeruitus.reſpondet Cuil.de Cun.in d. l.ſi feriatis,quod ibi
agebatur,vt de omnibus luminibus intelligeretur: ſed in ca
ſu noſtræ quæſtionis ſuberant feriæ præſentes, quæ de præ-
ſenti præſtabant impedimentum,ideo intelligitur de illis tan
tum. Hæc ſolu.violat dictā l.ſi ſeruitus,quare do. Alexan.in
d.l.1.ſuſtinendo Bart. dicit,quod in q.noſtra non poterat re-
nuncians præuidere, quot futuræ ſint ferię, quæ obſtarent
expeditioni cauſæ, quia neſciebat quanto tempore foret du
raturum iudicium,ſecus eſt in d. l. ſi ſeruitus, quia promit-
tens ſeruitutem videbat latitudinem parietis, ex qua pote-
rat præuidere futura lumina: vnde licet ferię vindemiarum
& meſſium ſint certę & a iure limitatę, l.2.C.de fer. ita quod
videantur poſſe præuideri, tamen prædicta ratione incerti-
tudinis durationis iudicii dicuntur per renunciantem nō po
tuiſſe præuideri,iuxta not.per Bartol.in l. fin.C.quæ res pig.
ob.poſ. Hæc ſol.mihi non placet, quia etiam ſimilis incerti-
tudo militat in caſu dictę l.ſi ſeruitus, quia licet præuidere
poſſit latitudinem parietis,erat tamen incertus, an noua lu-
mina haberent ibi fabricari. Et ibi cogitabam limitationem
Bart.de qua ſupra fore aliter intelligendam, ſcilicet de ferijs
futuris & de nouo introducendis, non autem de futuris iam
a iure,ſtatuto,vel conſuetudine introductis, quoniam licet
earum curſus ſit de futuro, ius tamen ipſarum nobis de præ-
ſenti competit, vt ſupra dixi ex mente Specu. Et ſic debere
intelligi prædictam limitationem ſentit Abb. in dicto capit.
fina. vtens verbo, de nouo introductus. Cogita tamen.
298 †Quintò ex hac glo. iuncto text. not. quòd tempore feria-
rum ob neceſſitatem hominum poteſt procedi in cauſa ſum
maria etiam inuitis partibus, quod limita verum ſingulari-
ter in feriis ob neceſſitatem hominum a iure introductis:
ſecus in inductis ab homine,ſtatuto,vel conſuetudine ob di-
ctam neceſſitatem per hunc text. ibi, a iure introductarum,
a contrario ſenſu:facit ratio, quia per hanc litteram non de-
rogatur prædictus cap. cum veniſſent. de eo qui mit. in poſſ.
cap.primo.de conſti. lib.6. Et ita declarat ſingulariter Lap.
hic,quem refert & ſequitur Cardin.colum.11. quod eſt not.
299 dignum.†Ego puto veritatem iſtius limitationis pendere ab
illo articulo, an appellatione iuris comprehendatur etiam
ius municipale vel conſuetudinis, de quo plene per doct.in
rubri.de conſue. per Specu.& Ioan.de arbit.§. finitur, plene
per Roman.in rub.ff.de arbit.colum.5.& ſequen. & in con-
ſil.251. An autem renunciatio feriarum a partibus facta no
ceat teſtibus, vt poſſint compelli tali tempore ad teſtimo-
nium,Gloſ.in l.omnes dies.C. de feriis.& in l. prima.ff. eod.
tenet quod non. Idem Specu.in dicto §.fina.& Abb.in dicto
cap.fina.colum.7.& hoc ne renunciatio alii perſonæ præiu-
dicet,contra l.id quod noſtrum.ff.de regu.iur. Et idem tenet
Aret.in §.appellantur.Inſtit.de exceptio.colum.27.& ibi co
lum.28.ponit,an talis renunciatio noceat fideiuſſoribus. de
materia feriarum,& pluribus notabilibus quæſtionibus vi-
de per Hoſtien.in ſumma, & per doct. in dicto cap. fina. per
Areti.in dicto §.appellantur.colum.22.& ſequentib.Paul.de
Caſt.in conſi.214. vbi ponit, qualiter intelligatur ſtatutum
diſponens,quod geſta tempore feriato non valeant.

300 Gloſſa † in verbo, a iure. Oppo. contra tex.dicentem,
ferias ob neceſſitates hominum introductas eſſe a iure, quia
immo a præſide ſunt inducendæ,l.præſides.ff.de feriis. Solu.
dicit gloſ. verum eſſe, quod a iure eſt ſtatutum ferias fore
introducendas,ſed non eſt ſtatutum tempus, quod tempus
debet induci per præſidem, qui ſecundum diuerſitatem lo-
corum citius in vno loco inducet quam in alio, cum ſic ex-
pediat: nam in Tuſcia feriæ vindemiarum inducuntur poſt
feſtum Michaelis,licet alibi prius inducantur.

301 Glo.in verbo, valeat. In fin. quæro, an tali tēpore feriato † poſ-
ſit iudex non procedere? Gloſ. dicit quod ſic, per verbum va
leat,in text.poſitum, per quod conſtat iſtud eſſe conceſſum
poteſtati iudicis, & ſic non eſſe iuris neceſſitati ſubiectum,
l.non quicquid.ff.de iudi.cap.conſuluit.de offic.delega.l.ſę-
pe.ff.de offic.præſid. Ex quo inquit gloſ. quod ſi per proceſ-
ſum tali tempore fiendum iudex comprehendit partes nimis
grauari,honeſtum eſt quod ſuperſedeat, quia debet proui-
dere ſaluti partium,cap.accedens.el ſecundo vt lit. non con
teſta.cap.ſtatutum.§.inſuper.de reſcrip.in ſexto.ff. commu.
diui.l.iudicem. Ad quod bene facit quod not.Specu. de ar-
bi.§.fin.verſi.ſed nunquid. dicens,quod arbiter, licet in com
promiſſo ſit renunciatum feriis, non tenetur ſi non vult pro
cedere tali tempore, & cum hac gloſ. tranſit Ioan. de Imol.
Paul.Stepha.& Cardin.colum.12.& Abb. hic dicens hoc di
ctum gloſ. eſſe notandum ad multa. Dicit etiam diligenter
notandum, quod ſi iudex partium vtilitate non conſidera-
ta vellet tali tempore procedere, quod non poteſt pars, de
cuius damno tractatur, appel.quia iſtud conceditur,non ar-
bitrio iudicis, ſed eius poteſtati: quo caſu licet aliquando
concedatur ab arbitrio iudicis,ſi male arbitretur, poteſt ap-
pellari,cap.primo.de dila.glo. in cap. ſuper his. de accuſ. ta-
men quando committuntur voluntati ſeu poteſtati iudicis,
non poteſt appellari,quia vtitur poteſtate ſibi a iure conceſ-
ſa,dicto cap.conſuluit, cap. qui peccat.23.quæſtio.4.l. Sciæ.
ff.de offic. præſi. Confirmatur hoc dictum: nam ſi appellari
non poteſt in his,quæ iudicis conſcientiæ committuntur, vt
eſt gloſ.& ibi plene doc.in cap.ſtatutum.§. aſſeſſorem. de re-
ſcrip.lib.6.multo minus poterit in his, quæ voluntati & po-
teſtati iudicis committuntur,ſecundum Abb.hic,quod eſt be-
ne & perpetuò notandum. Tu conſidera, quia for t hoc di-
ctum non eſt bene tutum,quia iſta verba, voluntati vel po-
teſtati, relata ad habentem iuſtitiam miniſtrare in uo-
tur de voluntate regulata ratione, & ſic arbitrium ſignifi-
cante,ſecundum Hoſtien.& communiter Doct.in cap. ſigni-
ficauerunt.de teſti.& dicam infra in §. ſequen. er. verbum,
302 volo. Præterea † poteſtas conceſſa per verba, liberam pote
ſtatem & arbitrium liberum ſignificantia,non excludunt ſo-
lennitates iuriſgentium, vt tenet Bartol. in extr. uag. ad re
primen.in verbo,ſine figura, & dicam in §. ſequen. Non eſt
etiam indiſtinctè verum,quòd in his,quæ conſcientiæ com-
mittuntur,non poſſit appellari, vt dicam infra in §. ſeq. Co-
gita,quia auctoritas Abb.eſt excellens.

303 Gloſ.in verbo, amputet. In fine. Opp. quòd hoc nō
ſit ſpeciale in ſummariis,vt ſonat litera,quia etiam in plena-
riis iudex tenetur numerum dilationum amputare, l. prope-
randum.C.de iudi.cap.finem litibus.de dolo & contu.l. pri-
ma.C.de dila. Solu. gloſ.fatetur contrarium, & dicit, quod
licet in plenariis ad hoc teneatur, fortius hoc dicendum in
ſummariis. Et in hoc, quòd fortius poſſit, ſtat ſpecialitas.
Ad quod bene facit, quod not. Specul. de offic. iudi. §. fina.
verſi.tertio.& cum gloſ. tranſeunt hic Doct.& vide quæ di-
xi ſupra in 4.not.

Glo.in verbo, Poteſt. In fin. Opp.de ver. non ſit. vbi ponun-
tur multa,quæ neceſſariò ſunt ſeruanda in cauſa ſummaria,
ex quibus non poteſt iudex quantum vellet litem abbreuia-
re.Solu.dicit gloſ. quod hoc verbum, poteſt. debet honeſte
304 † intelligi,cum id dicatur poſſe fieri, quod honeſte poteſt, c.
faciat homo.22.q.2.l.filius.ff.de cōdi.inſti.l. nepos Proculo.
ff.de verb.ſign.Sed poſita in d.ver. non ſic honeſte, non poſ-
ſunt omitti: igitur &c.

Gloſ. in verbo, exceptionem. In fi. Quę-
ro,an iudex,cui cauſa eſt commiſſa ſine ſtrepitu, poſſit has
exceptiones fruſtratorias reiicere. Reſpondet gloſ. quod
ſic, quia talia propter quendam clamorem & tumultum ſo-
lent examini & veritati habendæ obſtaculum præſtare: nam
305 dicit canon,quod cultum ſuum iuſtitia perdit, quando ſo-
lennia iudicii obſtrepentium turba profundit, dicente Pro-
pheta,erit cultor iuſtitiæ ſilentium.5. quęſtio.4. cap. in loco
benedictionis.facit l.ſiquis in ſuo.C.de inoffi. teſta. & l.1. C.
de conſor.eiuſdem litis.l.adulterii.C.de adul.l.1. C. de ſtud.
vrbis Roma.lib.11.& de tali ſtrepitu habetur in c.1.de ſindi-
co.& c.quorundam.de elec. in 6. Et cum hac gloſ. tranſeunt
Paul.Ioan.de Imol.& cęteri doc.

306 Gloſ.in verbo, dilationes. In fin. Quę-
ro, an iu-
dex,cui eſt commiſſa cauſa cognoſcenda ſine figura iudicii,
poſſit reiicere exceptionem recuſationis iudicis, ſurreptio-
nis,vel nullitatis reſcripti, vel dilatoriam ſolutionis, vel his
ſimi-

ſimilē.Gloſ.reſpondet quod non,ponderando litterā,quæ di [illegible] appellationes, vel dilationes fruſtratorias, [illegible] tiones dilatorias. Ex quo patet, quod [illegible] no [illegible] intendit repellere exceptionem recu[illegible], ex[illegible]ptionem ſurreptionis, vel nullitatis contra [illegible] exceptionem dilatoriam ſolutionis, nec his [illegible] intendit repellere omnem exceptionem [illegible] ad differēdum iudicis proceſſum malitioſe op[illegible] Sed tunc quærit gloſ. quam exceptionem vel ap[illegible]m poſſit iudex, cui cauſa eſt commiſſa ſine figura [illegible]cere, quam iudex ordinarie procedens teneretur ad[illegible]. Reſpondet gloſ. ſe hoc non videre, nec per[illegible]bente vellet edoceri. Guil.vero hic declarando [illegible] con[illegible]ſtitutionem ſolum repellere exceptiones fru[illegible]torias, quæ ſecundum eum dicuntur, ſcilicet excepti[illegible] iudicis ex ea cauſa, quod aduocatus alte[illegible] p[illegible] eſt [illegible]miliaris iudici, allegat cap. primū. de offic. iudi. v[illegible] ponitur exceptio excommunicationis contra [illegible] ſi defendit, vel appellationem proſequitur, vel pe[illegible]is, contra cap.cum inter. cap. dilec. cap. ſignificauerunt. de exceptionibus, & generaliter vbicunque lex re[illegible]ptiones, vel vbicunque iudici videbitur, quod cau[illegible] erfugij opponatur, iudex datus in forma, de qua hic, [illegible] let. Hæc exempla, & declaratio Guil. non eſt bona, quia nihil ſpeciale oſtendit eſſe in ſummarijs, cum idem ſit i[illegible] enarijs, in quibus & exceptio & appellatio fruſtratoria e[illegible] reijcienda. Primum probatur in cap.primo. de offic. iudi. Secundum in cap. cum appellationibus friuolis. de appel. in ſexto. Vnde ſecundo loco Stephan. vt hic refert Cardin.colum.4.dicit, quod in ſummarijs iudex reijcit exce.& appel.quas ius dicit non admittendas, & hoc ſiue exceptiones ſint dilatoriæ, dicto cap.primo. ſiue peremptoriæ, cap. aduerſario, cap. cum eccleſiaſticæ. de except. & etiam non [illegible]batas a iure, ſi ex ſufficientibus præſumptionibus v[illegible]ent eas proponi animo protelandi litem: ſecus ſi coniecturæ non ſint ſufficientes ſed veriſimiles: quia tunc non repel[illegible] ſed nec recipiet, niſi proponens ſe obliget ad certam pœnam, ſi defecerit: pro hoc facit quod in gloſ. magna, v[illegible]i. inſuper nota. inquit Compoſt. in cap. quod ſicut. de elec. Ad cognoſcendum autem, quæ appellationes & exceptiones dicantur fruſtratoriæ, ſe remittit ad not. in clemen. prima de dolo. & contu. Prædictis accedat dictum not. Innocen. [illegible]ap.poſt electionem. de conceſſio. præben. vbi dicit, quod ſi iudex vehementer ſuſpicatur contra opponentem exceptionem & petentem dilationem, quod opponat animo dilatandi iudicium, non debet exceptionem admittere, licet in ſe ſit probabilis: nec debet de appellatione curare, ſi eſt falſa, non poterit iuſtificari, cap. interpoſita.de appella.nec friuolæ appellationi iudex debet deferre, cap.cum appellationibus.de appel.lib.6. Sed debet iurgantium lites celeri expeditione finire, cap.primo.de re iudi.& Innocē. ſequitur Pet.de Ancha.in clemen.fina. in princi. de appellat. & Roman.in conſil.283.de quo per Abb. in capit. conſtitutus.de fideiuſſo.& in c.licet cauſam.de proba. vbi latius per Aret. Hæc ſecunda opin.non ſatisfacit contrario, immo laborat eodem morbo quo præcedens. Quare tertia fuit opinio Cardin.hic colum.4.quod iudex, cui cauſa eſt commiſſa in forma, de qua hic, reijcit exceptiones & appellationes cauſa protellandi iudicium interpoſitas & fruſtratorias fortius, quam in plenarijs: & erit ſenſus, quod licet iudex ordinariè procedens prædictas exceptiones repellere debeat, tamen iudex ſummariè cognoſcens fortius debebit illas reijcere. Hanc opinionem comprobat, quod in ſimili dixit gloſ.ſupra in verbo, amputet.& gloſ.infra in verbo, multitudinem. eandem opin.tenet hic Abb. colum.5. & Ioan. de Imol.colum.15.dicens poſſe etiam dici, quod hic excluduntur exceptiones, quæ magis fruſtrantur, & differunt iudicia, quam concernant veritatem. Exemplum ponit in exceptione, tu non potes eſſe procurator, quia miles vel fœmina: nam iſtæ exceptiones non ſunt de iure naturali, ſed illi repugnant: facit l.ſi fideiuſſor.§. quædam. ff. mandati. vel dicit ipſe, iſta conſtitutio excludit omnes exceptiones, ſi iudex ſuſpicatur de malitia retardandi proceſſum, etiam ſi ſit oblata probatio, niſi veritas probetur, argumen.not. per Innocen.in dicto cap.poſt electionem, & ſupra dixi: ſecus in cauſis plenarijs, cap. interpoſita, de appel. Vel excludit exceptiones requirentes altiorem indaginem, quæ tamen poſſunt in alio iudicio reſeruari & examinari, & ita Bartol. in extrauagan. ad reprimen. in verbo, ſine figura, per l. ille a quo.§.ſi de teſtamento. ff. ad Trebel. & l.3.§. ibidem. ff. ad exhib. Secus ſi non poſſent in alio iudicio examinari, quo caſu ne auferatur ius parti, ſunt admittendæ: faciunt notata in cap. veniens.el ſecundo.de teſtibus. & in cap. quoniā. §.quod ſi ſuper, in glo. in verbo, ſummarim, vt lit.non conteſta.in cap.ſollicite, de reſtitutio. ſpoliat. Quæ autem dicantur exceptiones requirentes altiorem indaginem, not. Bart.

307 vbi ſupra, & dicam infra poſt gloſ. in materia. † Sed tunc quæritur, quis iudicabit appellationem fruſtatoriam, vel cauſam appellationis ſeu exceptionis non fore legitimam nec admittendam? Videtur quod nemo, non primo appellans, quia quamlibet diceret iniuſtam: non appel[illegible]tus, quia quamlibet diceret iniuſtam: non iudex a quo, quia diceret contra appellationem, cap.ſi quis præpoſtera.50.diſtin. cap. ſuſpitionis, de officio delega. Contrarium concludit Matheus dicens, quod quilibet iſtorum iudicabit: primò appellans quantum ad appellandum, quia debet exprimere cauſas legitimas & probabiles in appellatione: appellatus quo ad excipiendum, quia debet excipere cōtra appellationem, & cauſas in ea inſertas: iudex a quo quantum ad deferendum: non tamen hoc cognoſcet in figura iudicij ſed extraordinariè, ſcilicet an ſit iuſta vel iniuſta appellatio. Iudex enim appellationis quantum ad appellationem recipiendam, ff.de appella.l.ſciendum.facit quod not.in clemen. prima de elect.& ad ipſum ſpectat verum iudicium, cap. vt debitus.de appel.cap.Romana.§.ſi vero.cum duobus ſequentibus, eodem titu.in 6. Et cum ipſo modo prædicto iudicabit iudex a quo, cui poterit eſſe notum, an ſit deferendum, non per cauſæ cognitionem, quia illa non habet ſed per euidentiam facti, ſuper quo iudicatum eſt, vel quia in illo caſu a iure prohibetur appellatio, vel quia in appellatione ante ſententiam non fuit expreſſa cauſa, vt debuit, vel minus legitima, dicto cap.vt debitus,& cap. primo. de appel. in ſexto. facit quod not.Innocen.in cap.paſtoralis.§.præterea. de appel.& Archidiaco.in cap.ſi a iudice.eodem titu.& ita tranſit hic Ioan.de Imol.colum.15.& Cardin.col.12. An autem ſicut iudex in ſummariis poteſt reijcere exceptiones & appellationes fruſtratorias, vt hic, ita poſſit reijcere dilationes? Stephan.hic & Cardinal. colum.4. diſtinguunt, quod aut eſt iuratum de calumnia, aut non. Primo caſu ſi dilatio, quæ, petitur, conceditur a iure, non poteſt iudex reijcere, per regulam indultum, lib.6.cap.de his.38. diſtin. Aut non conceditur a iure, & tunc iudex admittet vel negabit, prout ſibi videbitur, quod iuſte vel malitioſe petatur, vt ſupra dictum eſt de exceptione. Secundo vero caſu, quando non eſt de calumnia iuratum, exigitur iuramentum, quod malitioſe non petit, qđ ſi præſtare noluerit, nō concedet c.fi.§. pen. de iuramen.calum.nam materia dilationum eſt amputanda, vt hic, & l.prima.de appel. de quo per Hoſtien. in ſumma de dila-

308 tio. §. ſed quando. & §. nunc videamus. † Quæ tamen ſupra dicta ſunt in gloſ.iſta ſunt notanda, quia conferunt ad quæſtio.in qua anno præterito conſuluit, an iudex, cui cauſa committitur ſummarie &c. & ſine figura, poſſit reijcere exceptionem diſcuſſionis oppoſitam per fideiuſſorem conuentum: Quidam excellentes aduocati ciuitatum Taurini & Alexandriç tenebant quod poſſit & debeat. mouebant Primo, quia quod tela vnius iudicij præcedat futuram quæſtionem, dicitur eſſe ſolennitas de apicibus iuris, vt inquit gloſ. ſingularis in l. ſi mancipium. §. primo. ff. de euictio. Sed iudex cognoſcens ſine figura debet hos apices reijcere, vt hic: ergo talis exceptio diſcuſſionis prius fiendę de principali non erit admittenda: & ita dicebant tenere Bald. in apoſtilla, in dicta l. mancipium. per gloſ.ibi. Secundo, vbi agitur de bona fide, exceptio diſcuſſionis reijcitur, quia in tali iudicio apices non admittuntur, l. ſi fideiuſſor.§.quędam.

309 ff.mandati † Item campſor, qui fideiubet, propter eius pręcipuam fidem, exceptionem diſcuſſionis poteſt opponere: gloſ. eſt notabilis in §. argentarios.in Authen. de fideiuſſor. quam ibi ſequitur Bartol.& Bald. in l.fruſtra. C. de non nume.pecu.& Roman.in conſi.392. Areti.in §. ſiquis in fraudem.colum.12.Inſtit.de actio.& in §.primo. colum.18. Inſtitu.de exceptio. Ergo in hoc iudicio ſine figura iudicii, in quo agitur de bona fide, non erit admittenda. Tertiò eorum

310 opin.firmabat auctoritatem† Aret.in dicto §.ſi quis in fraudem. Hæc eorum opin.confirmari videtur ex eo, quod dicit

Rom.

Roman.in l.ſi conſtante.in princi.ff.ſolu.matri. ſe conſuluiſ-
ſe,ſcilicet quod tertius poſſeſſor conuentus ab vxore hypo
thecaria non poteſt opponere exceptionem, quod prius ex-
cutiantur bona mariti, per gloſ. ſingularem in d. l. manci-
pium.quæ dicit, exceptionem diſcuſſionis eſſe de apicibus
iuris,& ea,quæ ſunt de apicibus, non poſſunt opponi in cau
ſa,in qua agitur de bono publico, per l. ita vulneratus.ff. ad
leg. aquil. ergo cum in cauſa dotis verſetur bonum publi-
cum,l.prima.ff.ſolu. matri.l. aſſiduis. C. qui pot. in pig. hab.
talis exceptio erit reijcenda. Præterea quod exceptio diſcuſ-
ſionis ſit inuenta ad rigorem iuris conſeruandum, & non ad
perimendam actionem vel ius partis, ſed ſolum ad modum
ſeu facultatem conueniendi, tenet Bartol. in l. cum quis. in
fin. C.de iur.& fac.ignoran. & in l. prima. in fin. ff. de condi.
indebi. & Bald.in d.l. ſi mancipium §. primo. in apoſtil. Ego
conſului contrarium, & obtinui. Mouebar primo per hanc
gloſ.dicentem,quod in iſto iudicio ſummario & cap. ſolum
repellitur fruſtratoria exceptio. Sed exceptio diſcuſſionis
non eſt huiuſmodi, ergo &c. quod autem non ſit fruſtrato-
ria,patet,quia ius etiam in plenarijs non admittit exceptio
nes fruſtratorias, dicto capit.primo. & ſupra dixi, & tamen
admittit exceptionem diſcuſſionis, authen. pręſente. C.de fi
deiuſſ. cum ſimi. ergo ſequitur quod non eſt fruſtratoria:er-
go per conſequens admittenda. Secũdo retenta opin. Guil.
de qua ſupra volentis, quod ab iſto iudicio ſummario dun-
taxat repellantur exceptiones, quæ alias a lege repelluntur
& non alię: ſequitur, quòd cum exceptio diſcuſſionis a lege
non repellatur,immo admittatur, vt ſupra,quod etiam in iu-
dicio ſummario erit admittenda. Tertio ſecundum opin.Ste
phan.de qua ſupra in iſto iudicio ſummario repelluntur ex-
ceptiones,quas ius dicit non admittendas. Sed exceptio di-
ſcuſſionis non eſt talis,authen.præſente ſupra allega.ergo ad
mittenda,maxime cum nulla ſufficiens præſumptio habeat
animum iudicis mouere ad credẽdum,quod cauſa protelan-
di litem opponatur, ſed potius cauſa euitandi iudicium, &
vt ab illo ſe releuet. Quarto retenta communi opin.glo.hic,
Cardin.Ioan. de Imol. & Abb.hic, de qua ſupra, iudex, cui
cauſa eſt commiſſa ſummarie &c. ſolum poteſt reijcere illas
exceptiones, quas poſſet iudex ordinarie cognoſcens, licet
fortius hoc poſſit & debeat: ſed iudex ordinarie cognoſcens,
exceptionem diſcuſſionis non repellit, ſed admittit,d.authẽ.
præſente,igitur &c. Quinto, iudex in iudicio ſummario ſo-
lum repellit exceptiones,quæ magis fruſtrantur iudicium &
in longum protrahunt,quam defenſionem concernant, vt ſu
pra dicit Ioan.de Imo.ſed iſta exceptio non eſt talis, vt de ſe
patet:igitur. Sexto,exceptiones requirentes indaginem al-
tiorem,quando in alio iudicio non poſſunt reſeruari & exa-
minari,ſunt per iudicem, cui cauſa eſt commiſſa ſine figura
iudicij,admittendæ,vt ſupra dixi ex mente Bar. Sed iſta ex-
ceptio diſcuſſionis a fideiuſſore opponenda nõ poteſt in alio
iudicio reſeruari, quia facta condemnatione & executione
nullum remanet iudicium inter ipſum fideiuſſorem & credi-
311 torẽ, cũ ſolutione † eius qđ debetur ſublata ſit omnis obliga
tio,Inſti.quib.mod.tollitur obliga.in princ.in quo quidem iu
dicio poſſit denuo examinari iſta exceptio, igitur &c. Septi-
mo facit ratio ſtringens,clarum eſt,quod in iudicio ſumma-
rio reo non tollitur legitima defenſio,vt infra verſic.non ſic.
ergo exceptio diſcuſſionis,cum ſit defenſio,erit admittenda.
312 quod ſit defenſio,probo ſic. Illa † dicitur defenſio,quæ oſten
dit actorem de facto agere iure ſibi non ſuffragante: glo. eſt
ſingularis in verbo, defenſionis, ponens differentiam inter
exceptionem & defenſionem,in cap.primo.de lit.cõte. lib.6.
ſed iura non permittunt regulariter agi contra fideiuſſorem
inuitũ, niſi prius excuſſo principali,& inuento nõ idoneo in
totũ vel in partẽ,d.auth.pręſente.ibi,nõ permittitur interceſ
ſorem,&c. Quinimmo antequã poſſit conuenire fideiuſſorem
& facta excuſſione, eſt ſuper ipſa neceſſaria declaratoria, vt
no. Bart.in l.ſtipulatio.§.hoc autem.ff.de noui oper. nuncia.
quem ſequitur ibi Ang.& Roma.& idem Roma.in conſi.93.
& in conſi.2 18.& Arez.in dicto §.ſiquis in fraudem.col.9.er-
go cum conſtet quod agens contra interceſſorem nõ excuſ-
ſo principali agit ſine actione & iure agendi de facto,ſequitur
quod talis exceptio immo defenſio per iudicẽ etiam cogno-
ſcentẽ ſummarie &c.eſt admittenda, quinimo fortius, cũ vt
ſupra dixi,ſit defenſio,foret admittenda etiam per iudicem
cognoſcẽtem ſola facti veritate inſpecta, quia per dictã clau
ſulam non tollitur defenſio, vt tradit Rota romana in deciſ.

33.incipien.Quando cauſa committitur in palatio, & in de-
ciſ.96.incip. Item diuiſionem.Sequitur Roma.in conſi.519.
Et facit ratio,quia iudex cognoſcens ſola facti &c.habet co-
gnoſcere vt Deus ſecundum Bald.pulchre in l.fina.colum.3.
C.de iure deli.ſed Deus non tollit defenſionem,clemen. pa-
ſtoralis.de re iudi. igitur &c. facit etiam ſingularis deter-
minatio Bald.in l.nemo.C.de ſenten.& interlo.omn.iudi.dicen
tis,quod clauſula,ſola facti inſpecta, intelligitur de veritate,
cui ius patrocinatur, inferentis quod virtute dictæ clauſulæ
non poſſet condemnare ad id,quod nudo pacto debetur,vel
iam erat præſcriptum,quoniam licet veritas ſit illos debere,
tamen tali veritati ius patrocinatur. Nec obſt. ſupra in oppo
ſitum allegata recte conſideranti: Et primo ad gloſ. in d. l. ſi
mancipium.§.1.reſpondeo dupliciter.primo,quod relata ad
tex. loquuntur;quando tela iudicij præambuli erat cum eo-
dem tractanda & diſcutienda: nam ibi dicitur, quod licet
agens communi diuidundo debeat primo agere rei vendica.
vt conſtet de litis dominio,l.fundi.ff.de excep. rei iudi. tamẽ
ſi is,contra quem agitur communi diui. non opponit exce-
ptionem dicti præambuli iudicij,& ab eo res fuerit euicta iu
dicio communi diuidundo,ſuccumbens habet regreſſum de
euictione,licet omiſerit dictam exceptionem opponere, cũ
ſit de apicibus iuris,ſecundum gloſ.ibi: Ecce, quod ibi & te-
la præambuli iudicij,& futura quæſtio erat cum eodem tra-
ctanda,quo caſu ſi talis exceptio fuiſſet opponenda, capitur
præſumptio, quod animo fruſtrandi aduerſariũ opponitur:
nam per illam ſe non eximit a iudicio quæ ratio ceſſat in ex-
ceptione diſcuſſionis,per quã excipiens eximitur,& eſt præ-
ſumendum eo animo excepiſſe & non animo fruſtrandi, ar-
gumen.l.merito.ff.pro ſocio. Ponderanda eſt & notãda hęc
ratio,quia eneruat fundamẽtum tenentium oppoſitum. Vel
ſecundo licet glo.ibi dicat non eſſe imputandum reo, quan-
do omiſit exceptionem præpoſterationis iudicij. non tamen
313 dicit,quod ſi opponenda fuerit,non ſit admittenda. † Confir
matur hæc ſolutio,quia ſimile habemus, quod licet proceſ-
ſus inquiſitionis ſuper crimine contra præſentem non præ-
cedente tela iudicij ſuper infamia ſit nullus, cap.2. de accu.
lib.6.tamen ſi opponatur, debet opponi exceptio, dicto c.2.
& cap.qualiter & quando,de accu. Aduerte tamen, quia di-
cta iura probant contra glo.in d.l. ſi mancipium. patet, nam
314 ius canonicum nõ admittit apices iuris, cap. dilecti. de iudi.
Sed ius canonicum permittit & diſponit inquiſitionẽ ſuper
crimine debere præcedere inquiſitionem ſuper infamia: er-
go ſequitur nõ eſſe bonam conſequentiam dictę glo.dicẽtis,
quia præpoſteratio eſt de apicibus. Et ideo forte dici poteſt,
quòd quædam tela reperitur ad rigorem iuris conſeruandũ,
d.l.ſi mancipium.§.1.& iſta dicitur de apicibus: quædam re-
quiritur ad veritatis indaginem & conſeruandam defenſio-
nem partis,& iſta nõ dicitur de apicibus iuris. Sed exceptio
diſcuſſionis eſt huiuſmodi,igitur &c. quod autem ſit huiuſ-
modi,probatur,quia licet nõ tollat nec perimat ius vel actio-
nem partis,reſpicit tamen defenſionẽ opponẽtis, l.moſchis.
in prin.ff.de iure fiſci.l.1.C.de decur.lib. 10.vbi probatur, quod
etiam cõtra fiſcum & rempublicam admittitur exceptio di-
ſcuſſionis,idque fore ęquum,inquit tex.in d.l.moſchis. ergo
ex hoc capite,quod defenſionem partis reſpiciat, erit exceptio
diſcuſſionis admittenda. Cõprobo hanc ſententiam ex eo,
quod in ſimili inquit Bal.in l.ſi.§.1.circa prin.C. cõia de leg.
dicens,quod quando agitur cõtra tertium poſſeſſorem hypothe
caria,arbitrator, qui procedit ſecundum ęquitatem, nõ poteſt
reijcere diſcuſſionem exceptionis,quod dictũ Bal.cõmẽdat,
& ſequitur do. Alex.in d.l.ſi conſtante.in prin.col.15. dicens
ſe hoc alibi non legiſſe.ff.ſolu.matri. quia talis exceptio non
tantum iuris ordinem concernit, ſed etiam partis beneficiũ,
& hoc perpetuò commenda memorię. Non etiam refraga
tur,quod inquit ſupra Roman.ſe conſuluiſſe: quoniam ma-
le conſuluit, & ſe ipſum Roman. repręhendit,fatendo mor-
bum ſuum,in d.l.ſi conſtante. vbi Bartol. tenuit contrarium
in terminis de muliere agente contra tertium poſſeſſorem
hypothecaria.Et ad argu. Roman. de dicta l. ita vulneratus,
patet ſolutio per dictã l.moſchis. & dictã l.1. Præterea licèt
tex.in dicta l.ita vulneratus. dicat multa propter publicã vti
litatem recepta eſſe contra iuris ſubtilitatem,non tamen ne-
ceſſario ſequitur, quòd exceptio diſcuſſionis ſit reijcienda:
quia contrarium probatur in dicta l. moſchis.& dicta l. pri-
ma. Et ita cum Rom. in lectu. quicquid dixerit conſulendo,
reſidet domi.Alex.in dicta l.ſi conſtante. in princ.colum.14.

Nec

Nec & verum eſt,quod Aret.in d.§.ſiquis in fraudem,teneat contrarium: nam loquitur in alijs terminis, ſcilicet, quando cauſa venit decidenda ſcdm veritatem: quo caſu ſecundum ipſum exceptio excuſſionis nõ eſt admittẽda: qđ & ſequitur Roma.in conſi.46.& in conſi.430.de cuius tamẽ dicti verita te pro nunc ſubſiſto,maxime quia in contrarium innuit Bal. in d.l.ſi.§.1.C.communia de leg. Et adde, quę latius dicam infra in §.1.vbi pono effectum horũ verborum ſecundũ veritatem & ęquitatem, de quorũ ſignificatione per Roma. in in rub.ff.de arbi.col.4.& in conſi.205.per Abb.& do.Anto. in c.litteras.de iura.calum. Adde etiam, quæ dico infra §.1. in q.quid ſi dicatur,procedas iuris ſubtilitate & apicibus nõ ſeruatis:ex quibus habes diſcuſſum hunc paſſum de excep. diſcuſſionis melius quam alibi inuenies.

Glo.in verbo, iurgia.

In fin. Quærit, quid ſit iurgium, & ſe remittit ad no.in c.fotus.§.iurgium.de verb.ſig.alias in §.nego cium.dixi aliquid ſupra apoſtillando text.remiſſiue tamen.

315 Glo.in † verbo, multitudinem.

In fi. Opp. quod etiam in plenarijs multitudo teſtium ſit refrenanda, c. ſignificauerunt,& c.ſeq.de teſti.l.1.in fi. ff. de teſti.ergo non eſt ſpeciale in ſummarijs,vt inquit littera.Glo.fatetur cõtrarium dicens,quod ſpecialitas conſiſtit in hoc, ſcilicet quod licet in plenarijs multitudo teſtium ſit ſeruãda, fortius hoc eſt faciendum in ſummarijs, & cum hac glo. reſident omnes.
316 †Extra glo.quærit Matth.quot requirantur in aduocato.reſpondet,quod quattuor,perſona,cauſa,modus, & ſalarium. Perſona primò, quia non debet eſſe hæreticus vel excõicatus,4.q.1.c.perſonę.c.vergentis.c.excommunicatos. de hæreti.nec monachus,de poſtu. c. ex parte. tales enim peccant aduocando,niſi pro monacho & mandato prelationum, 16. q.1.monachi.c.2.de poſtu.nec in ſacris conſtitutus, vel in mi noribus beneficiatus,d.c.1. Secũdo attenditur cauſa,q̃a non debet aſſumere cãm iniuſtam,l.rem non nouam. C. de iudi. Tertio attenditur modus,ſ.vt non ꝑducat falſa inſtrumenta vel teſtes,nec alleget falſa iura, nec dilationes non neceſſarias petat in grauamen partis.Et quod fideliter quantum iuſtitia permittit iura ſui clientuli foueat, nihil de contingentibus omittendo,33.q.4.c.1.2.q.6.ſi quis. Item quod nõ pro caciter nec cum iniuria dicendo vel vociferando patrocinetur,dicente propheta,erit iuſtitiæ cultus ſilentium, 5. q. 4. in
317 loco,& ſupra in gloſ.in verbo,exceptiones. † Quarto attenditur ſalarium,vt non petat a quo non debet,nec vltra quam debet,l.1.§.in honorarijs,& quæ ibi not.ff.de var.& extraordi.cogni.l.ſumptus.ff.de pac.tenetur enim ad reſtitutionem, ſi per infidelitatem,negligentiam vel imprudentiam cauſam amiſit. Idem ſi propter eius pertinaciam pars aduerſa iniuſte amiſit,tenetur ad reſtitutionem damni. Item ſi accipitur ſala rium a quo non debet,vel vltra quam debuit, tenetur reſtituere,de quo ſecundum Cardi.hic,col.12. plene per Roma. in ſumma,de raptoribus.§. contra aduocatos. Iſta videntur aliqualiter impertinentia: volui tamen tangere, vt de his,
318 quæ hic ſcribunt Doct.nihil omittatur. Qua † autem pœna ſit plectendus aduocatus, qui viſis inſtrumentis vnius partis poſtea efficitur aduocatus aduerſarij. Et quod crimen committat, vide Bart. formantem quæſtionem de aduocato Florentino in l.1.ff.de præuari.& latius Ioan. de Ana. in rub. de calumniato.Bar.in l.1.§.is qui depoſitum.ff.de falſ. & ſuprascripta velim ſatis eſſe pro commento principij huius clem. ſequitur §.non ſic tamen.

SVMMARIVM.

1 Probationes neceſſarię in iudicijs ſummarijs admittũtur, & defenſiones legitimę.nu.2.
3 Defenſio, verbum quid comprehendat.
4 Acta factum litis vel cauſę reſpicientia in ſummarijs ſunt ſeruanda.
5 Citatio in ſummarijs eſt facienda,a qua inchoatur iudicium.
6 Iuramentum eſt triplex.
7 Iuramentum calumnia quid operetur.
8 Iudex elaborare tenetur,ne veritas occultetur.
9 Sententia debet eſſe conformis libello. fallit,vt ibid.& nu. ſeq.
10 Iuxta, verbum quomodo capiatur
11 Iudex eo ipſo quod pronunciat rem eſſe tuam, uidetur pronunciare non eſſe meam.
12 Domini eiuſdem rei duo non poſſunt eſſe inſolidum eodem tempore.
13 Sententiam pro ſe latam,errore iuris ſi quis contra ſe latam credat,& petat illam infirmari,nunquid poſſit iudex illam confirmare.
14 Iudicium omne eſt uniuerſale quo ad omnia capitula quę illi inſunt.
15 Iudex debet ſe magis conformare cum materia libelli,dummodo id in iudicio poſſit includi, quam cum eius forma.
16 Adulterium nunquid comprehendat ſub ſe ſtuprum.nu.23.
17 Sententia de conſenſu partium ualet ultra petita, vel ſuper parte petitorum.
18 Iudex in iudicio deciſorio licèt non ſit petita diuiſio omnium, poteſt tamen dare uni rem,alij æſtimationem.
19 Actiones duę ſi ſint prodita,quarum una tendit ad reformandum,alia ad reſcindendum,licèt illa ſit intentata,quæ tendit ad reformandum,poteſt iudex ferre ſententiam ſuper alia reſcindente, licèt non intentata.
20 Subiectum eſt tale, quale prędicatum demonſtrat.
21 Sententia pro libertate lata inter plures ſententias primum locum obtinet, ſicut inter plures teſtes pręuales dictum pro libertate.
22 Libellum ſuppleri per ſententiam quomodo intelligatur.
23 Iudex non poteſt ſupplere, ſi plus eſt probatum quam petitum.
24 Petitio in ſummarijs poteſt fieri uerbo, ſed oportet quod redigatur in actis per modum memorialis.
25 Omnia, quæ rediguntur in iudicio ſiue uerbis ſiue ſcriptura, debent in actis redigi.
26 Poſitiones & articuli formantur ſuper petitione.
27 Petitio ideo in ſcriptis redigitur,ut clarior fiat diffinitio, & per quem debeat in actis inſeri.nu.ſeq.
28 Sententia in ſcriptis debet recitari.
29 Defenſio ſeptem eſt de iure naturali,& ideo nemini eſt auferenda: & ei renunciari non poteſt, niſi in caſib.ibid.notatis.
30 Confeſſio facit notorium,& in quib.caſib.
31 Exceptionibus dilatorijs inductis a lege vel a ſtatuto in fauorem rei criminis capitalis nunquid renunciari poſſit.
32 Conſequenti prohibito,antecedentia etiam uidentur prohibita.
33 Appellationi in cauſa criminali nunquid poſſit renunciari.
34 Nemo eſt dominus membrorum ſuorum.
35 Pactum tacitum curſu temporis roboratum plus operatur quàm expreſſum.
36 Arbitrium alicui dare in procedendo,& committere cauſam ſine figura iudicij,idem important.
37 Poteſtas habens arbitrium in procedendo non poteſt iuſtitiam denegare & uti uoluntate ſua
38 Arbitramentum iniquum reducitur ad arbitrium boni uiri.
39 Iudex non poteſt immutare ius alij legitimè quæſitum.
40 Voluntas libera,& arbitrium boni viri, in quo differant.
41 Voluntas coacta uoluntas eſt.
42 Volo,uerbum liberam uoluntatem denotat :fallit , vt ibid.
43 Voluntas in compromiſſis pro diſcretione & arbitrio ponitur.
44 Libet,verbum, ſeu libuerit, liberam uoluntatem ſignificat.
45 Iniquum æquo pręferre, uel indignum digno poteſt ille, in cuius merum uoluntatem aliquid committitur.
46 Verba,liberum,merum,& plenum, ſunt tantę potentię, quod alterant naturam uerbi,arbitrio.
47 Iudicium,verbum an importet liberam uoluntatem,uel arbitrium.
48 Argumentum ab ethimologia uocabuli tenet.
49 Diſcretio,uerbum,uel diſcrete, arbitrium regulatum ſignificat.
50 Verba, ſuo ſenſu, important proprium uoluntatem.
51 Verba, vt uideris expedire, arbitrium regulatum, ratione & iure, ſignificant.
52 Verba, prout ſibi videbitur, arbitrium ratione regulatum important.
53 Verba, ſecundum conſcientiam tuam, nunquid liberam uoluntatem ſignificent. nu.57.
54 Conſcientia quid ſit, & unde dicatur.
55 Iudex tenetur potius ſuam conſcientiam ſequi, quam cõſcientiam partis.
56 Conſcientia in cauſa propria facit nos ipſos iudices,& ſic eſſe teſtes & iudices:& debet conſonare rebus ſenſatis.nu.58.
59 Cauſa ſi cui committatur terminanda ſecundum conſcientiam, ſi proferat ſententiam ſine citatione, an ualeat.
60 Teſtator ſi diſponat bona diſtribui ſecundum conſcientiam executoris, an poterit epiſcopus ab eo petere redditionem rationis diſtributionis.
61 Actus ubi committitur conſcientię alicuius, ille,cui committitur, debet pręſentialiter actũ facere,nec ſufficeret conſenſus ex poſt facto, ſeu illius ratihabitio. Et an hoc caſu dicatur electa induſtria perſona.
62 Teſtis non poteſt cogi teſtificari ſuper his, ſuper quib. habet deponere ſecundum conſcientiam ſuam.
63 Verba, committo me miſericordię & gratię tuę, arbitrium boni uiri ſignificant.
64 Exceptio, quam Vltramontani ſaluamguardiam appellãt, quid operetur.
65 Verba, promitto ſtare dicto tuo, arbitrium boni uiri importãt : & quid ſi compromittat de ſtando iudicio tuo, nunquid a tali ſnia poterit appellari.
66 Verba prudentię tuę, liberam uoluntatem important.
67 Prudentia ubi aliquid committitur affirmatiue uel pręceptiuè, ſumitur in bonã partẽ. ſecus ubi in oratione ponitur negatiua uel prohibitiua.
68 Verbu, pro ſuo libito uoluntatis, liberam uoluntatem ſignificant.

Verba

69 *Verba, beneplacita tuo, arbitrium regulatum important.*
70 *Verba, damus licentiam procedendi in tali cauſa, important arbitrium boni uiri.*
71 *Verba, committimus, quod poſſit omnia quæ nos poſſumus, ſi præſentes eſſemus, an importent liberam poteſtatem.*
72 *Verbum, cupio, an liberam uoluntatem ſignificet.*
73 *Verba. ſecundum cor tuum, liberam uoluntatem ſignificant.*
74 *Verba, ſecundum ſpiritum tuum, an regulentur ſecundum rationem.*
75 *Verba, ſecundum carnem tuam, liberam uoluntatem important.*
76 *Papa ſi promouit conſanguineum ad dignitatem, caro & ſanguis reuelauit ei, non ſpiritus.*
77 *Verba, libera facultas, important liberum arbitrium regulatum ratione.*
78 *Contrahentibus licèt permittatur ſe inuicem decipere ſine dolo, bono uiro tamen non conuenit.*
79 *Miles poteſt teſtari quomodo uult.*
80 *Iudicandi facultas ſi eſt conceſſa per uerba denotantia arbitrium boni uiri, debet iudex ſequi regulas iuris ciuilis: Et quid ſi per uerba ſignificantia liberam uoluntatem.*
81 *Poteſtas habens liberum arbitrium an poſſit facere iniuſtitiam parti.*
82 *Liberum, uerbum quid importet.*
83 *Lex quando committit aliquid arbitrio iudicis, non intelligitur arbitriũ datum in his, quæ ſunt à iure ſpecificata, ſed in his, quæ animi conſilia exiſtunt.*
84 *Iudex ſi habet ferre ſententiam ſecundum conſilium ſapientis, ubi ſapiens uiſo puncto incontinenti conſuluit, conſilium non eſt ſequendum.*
85 *Contractus præcipiti feſtinatione deliberatus ualet,*
86 *Dolus in quacunque diſpoſitione eſt excludendus: & ubi requiritur ex propoſito, non ſufficit lata culpa.*
87 *Voluntas propriè capitur in bonam partem, & non in malam, quia in ratione dicitur ineſſe. nu. ſeq.*
Appetitus ſemper in malam partem capitur. ibid.
89 *Statutum ſi det arbitrium poteſtati in pœnis imponendis, quam pœnam poſſit imponere.*
90 *Voluntas in compromiſſis pro diſcretione & arbitrio ponitur.*
91 *Petri de Peruſio opinio confutatur.*
92 *Teſtis non iuratus non dicitur deponere in forma teſtis.*
93 *Iuramentum teſtis an ſit de forma ſubſtantiali: & ad quid inuentum.*
94 *Iudici ſi dicatur, iudicet ut uoluerit, quæ tunc debeant eſſe eius partes: & quid, quod poſſit procedi de bono & æquo.*
Quid ſi ei dicatur, procedas de facto. nu. ſeq.
96 *Promiſſio de facto quomodo interpretanda.*
97 *Procedas de iure, & de facto, quid importent hæc verba.*
98 *Manus regia quid olim gubernaret.*
99 *Verba, ſola facti veritate inſpecta, quid importent.*
100 *Sententia debet habere fomentũ veritatis & iuſtitiæ legibus approbatæ.*
101 *Princeps debet ſe facilem præbere, nec id quod eſt facile debet facere difficile, quia quicquid facit ut Deus.*
102 *Solennitas poſitiua in ſpiritualibus non eſt ſeruanda.*
103 *Ordo iudiciarius tendit ad tollendam duplicitatem & malitiam.*
104 *Verba reſcripti reſtringuntur, ut non lædant ius commune*
105 *Poteſtas habens arbitrium in deffiniendo, non poteſt porrogare terminum, quia talis porrogatio eſt de proceſſu.*
106 *Verba, procedas altè & baſſè, quid importent.*
Et quid, procedas manu regia. nu. 107.
108 *Manus, uerbum quot modis exponitur & capitur.*
109 *Verba, procedas per ſimplicem querelam, quid importent.*
Et quid, procedas ſecundum rigorem. ibid.
Et quid, ſi dicatur, ſecundum iuſtitiam, uel ſecundum æquitatem. nume. ſeq. & 111.
Aequitas quid ſit. ibid.
112 *Præſcriptio unde fundatur.*
113 *Præſcribens dicitur habere veritatem iuris pro ſe, licèt non habeat primordium veritatis.*
114 *Præſcriptioni in odium negligenter inductæ renunciari non poteſt.*
115 *Teſtator in articulo mortis præſumitur de anima cogitare.*
116 *Iudex habens procedere ſecundum æquitatem, non poteſt reiicere exceptionem, cui ius aſſiſtit.*
117 *Pacta ſeruari æquum eſt, licèt non ſint ſtipulatione uallata.*
118 *Verba, procedas ſecundum ueritatem & æquitatem, quid importent.*
Et quid, ſecundum iuſtitiam & æquitatem. 119.
Et quid, procedas facta fide. ibid.
120 *Probatio ſemiplena in his, quæ ſunt modici præiudicij, ſufficit: & quandoque ſufficit iuramentum.*
121 *Verba, procedas habitis veris probationibus, quid importent.*
122 *Probationis appellatione in dubio uenit plena, & non ſemiplena: Et quæ dicatur pleniſſima probatio.*
123 *Probatio per iuramentum an dicatur pleniſſima probatio.*
124 *Clauſula, quod iuſtum eſt decernas, an reſtringatur ad petita.*
125 *Verba, pronuncies de ueritate, iuſtitia & iure, quid importent: Et quid, iudica quid iuris.*
126 *Verba, iuſtitiam facias, quid importent.*
127 *Iuſtè fieri quid dicatur.*
128 *Appellationis cauſa propter iudicum iniquitates inuenta: idem de ſupplicatione.*
129 *Verba, procedas pæquia ratione, quid denotent, & quid, procedas molo leuato.*
130 *Verba, procedas ſummariè & de plano, & abſque ulla iuriſdictione iudiciſ, et figura: quid importent, & quid ſi dicatur, procedas ſemplenè uel ſummariè: & quid, procedas iuris ſubtilitate reiecta.*
131 *Exceptio quæſita parti per quæcunque uerba, & ſub quacunque forma uerborum non poteſt tolli, licèt ſit de iuris rigore inducta.*
132 *Verba, procedas de iure & ſecundum ſtatuta, quid importent, & quid ſi dicatur, procedas iudicialiter & extraiudicialiter. nu 133.*
Et quid ſi dicatur, procedas iuris ordine ſeruato & non ſeruato. 134.
135 *Vir bonus quomodo habeat procedere*
136 *Poteſtatem habens liberam procedendi non poteſt exceptionem parti quæſitam auferre.*
137 *Verba importantia liberam uoluntatem nunquam operantur effectum ſuum contra tertium.*
138 *Poteſtatem plenariam habens, ita quod nullum ordinem ſeruare tenetur, debet geſta intimare partibus.*
139 *Verba duo ubi in aliquo actu iunguntur, quorum quodlibet de per ſe ſignificat actum diuerſæ naturæ, uerbum importans actum magis plenum attrahit ad ſe uerbum minoris efficaciæ.*
Et quando unum ineſt alteri, unum reſoluitur in adiectiuum. 140.
141 *Citatio unica nunquid ſufficiat in ſummarijs & quid in plenarijs.*
142 *Citatus ſemel in ſummarijs, qui fiet contumax, nunquid amplius ſit citandus.*
143 *Iudex quod comminetur ſe proceſſurum ad ſententiam, uel ſimpliciter dicat, ad ulteriora, quæ in his ſit differentia.*
144 *Diſcors in ſententia ut detur etiam diſcors in executione.*
145 *Iuramentum calumniæ nunquid in ſummarijs ſicut in plenarijs poſſit omitti.*
146 *Petitio ad quem effectum debet in ſcriptis redigi.*
147 *Verba, offerre, dare, tribuere, & ſimilia, gratuitam conceſſionem important.*
148 *Edere quis dicitur faciendo copiam transcribendi.*
149 *Mandati copia cuius expenſis ſit danda.*
150 *Actor an & quando in cauſa ſummaria poſſit reconueniri in plenaria.*
151 *Cauſæ impropriè ſummariæ quæ dicantur.*
152 *Vxor debet primò viro reſtitui, quam cognoſcatur de iuribus matrimonij.*
153 *Reconuentio nunquid habeat locum in cauſa appellationis.*
Et quid, ubi intentatur officium iudicis. nu. 154.
155 *Reconuentia uſque ad quod tempus poſſit fieri.*
156 *Litis exordium duplex, & quid ſit. nu. 159.*
157 *Verbum unum quod ad diuerſa referatur, non inconuenit.*
158 *In prorogatione iuriſdictionis ordinarij requiritur conſenſus partium.*
160 *Memoria hominum labilis eſt.*
Scriptura quare requiratur in petitione & in ſententia in ſummarijs.

1 §. Non ſic tamen. †Not. primò, quod in ſummarijs probationes neceſſariæ admittuntur. Et ex quo dicit neceſſe, infert Geminia. quod illa, quæ non releuant probantem, non admittuntur: ſed hoc non eſt ſpeciale in ſummarijs, quoniam idem diſponitur in plenarijs, l. ad probationem. C. de probatio. cap. cum
2 contingat. de offic. delega. †Secundo nota. quòd in ſummarijs defenſiones legitimæ admittuntur, de quo per gloſ. in verbo legitime. probatur in clemen. paſtoralis. §. cæterum. de re iudi. Nam etiam excommunicato & hæretico non denegantur, cap. cum inter. de excep. capitu. filij. de hæreti. in ſexto. Et ſecundum Matthæum aduertendum. quod licet alibi inter exceptiones & defenſiones notetur differentia, de qua per gloſ. not. in cap. primo. de litis conteſta. lib. ſexto. &
3 dixi pridie in rubrica de excep. tamen hic † verbum, defenſiones, large accipitur, vt compræhendat exceptiones: probatur, quia de exceptionibus dixerat ſupra in principio, vbi excludit exceptiones fruſtratorias: ergo nõ fruſtratorias admittit. facit c. qualiter. el 2. §. debet, de accu. Tertio not. quòd
4 †acta factum litis vel cauſæ reſpiciẽtia in ſummarijs ſunt ſeruanda, licet acta iudicij continentia ſolemnitatem per omnia non obſeruentur: de quo per Innocen. in cap. cauſam quæ, ſu
5 pra de teſti. †Quarto not. quod etiam in ſummaſijs debet fieri citatio, a qua inchoatur iudicium, cap. quoniam contra. de proba. Inſti. de pœn. teme. liti. in fi. facit, quia etiam in notorijs requiritur citatio, c. ad noſtrã, el 3. de iureiur. de quo in c. veſtra. de cohabi. cleri. per do. Anto. in repe. & Card. ibi, q. 13.
6 Quinto †no. triplicem ſpeciem iuramenti, ſcilicet calumniæ, malitiæ,

malitiæ,ſiue de veritate dicenda,inter quæ ſecundum Pan.&
Gemin.differentia eſt,quia primum tantum ſemel præſtatur,
auth.hoc ſacramentum.C.de iuram.calum. ſecũdum pluries
præſtari poteſt,c.1.in fi.de iura.calum.in 6.Item primum tan
tum poſt litem conteſt.pręſtatur ab vtraque parte,ſecundum
quandocunq; pręſumptum fuerit de malitia,d.c.1.in fi.& l.1.
7 & 2.C.de iuram.calum.Ex quo † infertur, ꝙ ſicut litis conte-
ſtatio præcludit viam dilatorijs,c.inter monaſterium. de re iu
dic.ita in cauſis,in quibus non fit litis conteſt. hoc faciet iura
mentum in dictis caſibus,in quibus lis non cõteſtatur.Primus
actus,qui ſolet fieri poſt litis conteſt.habet vim litis conte. vt
notanter inquit glo.in verbo,abſentia,in c.1.de elect.in 6.In-
noc.in c.præterea.de dila.in c.duob. de appell.Spec.de appel.
§.qualiter.ver.ſed pone.Cyn.Bar.& doct.in l.nulli.C.de pro-
cur.Cyn.Bar.& Bal.in l.2.C.de conſor.eiuſdem litis.in l.poſt
litem.C.de procu.in l.ab executore.§. fi.de appel. in extraua.
ad repri.in verbo,ſine figura.Cyn.Bal.& Salyc. in l.properan
dum.in prin.& Bart.in ea lege.§.& ſi quidem.C.de iud.Rom.
in conſil.174.quod incipit,Spectabilis do.collecteral.Bart. in
d.l.defuncto.ff.de publi.iud.Bal.in addi.Spec.tit. de arbi. An-
ge.in l.Pompo.§.ratio.ff.de procur.doct.in l.ſi plurib.ff.de le-
ga.1.do.Anto.in c.cum M.de conſtitu.Abb.in c.1.de ordi.co
gni.col.2.ex quo infert hic Pau.de Eleaz.ꝙ quãdo imponitur
pœna perſiſtenti vſque ad lit.conte.vt in l.in criminali. C. de
iuriſd.om.iud.in c.inolita.11.q.1.in c.ſi diligenti.de foro com
pet.ſi cauſa eſt,in qua non ſit litis conteſt.per iuramentum de
calum.ſurgit idem effectus,ac ſi lis cõteſtaretur,aliàs eſſet de-
terior conditio cauſarum,in quibus proceditur ſummarie, ꝙ̃
aliarum contra mentem huius cõſtitutionis: & ita tenet Car.
hic col.6.de quo vide Dominicum in d.c.1. ſuper glo. in ver-
8 bo, abſentia. † Sexto no. ꝙ iudex debet elaborari , ne veritas
occultetur,c.quoniam.§.1.vt lit.non conteſt.c.dilecto. in fi.de
teſti.c.cum Ioannes,de fid.inſtru.l.is apud quem. C. de eden.
9 † Septimo no.ex ver.verum. quod ſententia debet eſſe cõfor
mis libello,cõcor.l.vt fundus.ff.communi diui.l.fi.C.de fidei-
com.liber.c.licet Hely.de ſimo.c.qualiter.2.de accuſ.circa fi.
Et talis conformitas debet eſſe in tribus,ſcilicet in re,cauſa,&
actione.Primum probatur in l.hæreditas materteræ.ff.de pe-
titio.hære.& in d.l.fi.fatuus eſt enim iudex , qui in alijs quàm
petitis condemnat,vt ibi.Secundum,ſ.de cauſa probatur in l.
edita.C.de edẽdo.Et ita pulchre Bal.in l.1.col.2. C.ſi plu.vna
ſen.etiam vbi ponit,nunquid in committantijs,ſ.loci & tem-
poris ſententia debeat eſſe cõformis libello,ibi vide per eum.
Et amplia prædictam regulam procedere,ſ.ꝙ ſentẽtia debeat
eſſet conformis petitioni, etiam vbi iudex ex officio procedit
pro intereſſe publico,c. ad noſtram.2.de iureiur. quo caſu de-
bet dari copia inquiſitionis, d. c. qualiter. §.debet.& tunc in-
quiſitio ſuccedit loco libelli,& iudex loco actoris, non poſſet
iudex ſecũdum veritatem iudicare,ſed tm̃ ſecũ m acta,c.paſto
ralis.§.quia vero.de offi.delega.& ita Card. hic col.2. Prædi-
cta tamen regula fallit primo , qñ agitur de matrimonio car-
nali vel ſpirituali , vel de alijs concernentibus periculum ani-
mæ,quo caſu ratione iuris publici,ꝙ ex eo reſultat, non atten
ditur forma petitionis , nec voluntas partium, ſed rei veritas
tantum,& ſecundum veritatem fertur ſententia,quæ nõ tran
ſit in rem iudicatam,c.cũ nobis olim.c.nihil. c.dilecta. de ele-
ctio.c.ſi forte.eo.tit.in 6.c.lator.c.teoor.c.conſanguinei. c.cũ
Bertol.de re iudi.facit quòd no.in c.cum olim.de dolo & con
tum.in c.ex conqueſtione.de reſti.ſpolia.c.ſicut ex litteris. de
ſponſa.& hanc ſallẽtiam tradidit hic Lappus , quem ſequitur
Cardin.colum.2.

Secundo fallit in cauſis ſummarijs,in quib.proceditur ſine
figura iudicij,quia in illis ſufficit, ꝙ pronuncietur iuxta illud,
quod eſt petitum, ſed non in eo ꝙ eſt petitum, tex. eſt hic ibi,
iuxta petitionis formam,per quem tex.ita firmant Bart. in d.
extrauag. ad reprim. in verbo, ſine figura. col.2.quem ibi ſe-
quitur Io.de Lign.& Io.de Imo.col.36.Io.de Ana.in d.c.licet
Hely.in vlt.char.& dom.Alexan.in l.vinum.ff.ſi cer.pet. col.
penulti. Ex quo infertur, ꝙ in omnibus caſibus, de quibus in
clem.diſpendioſam.de iudi.valebit ſententia,licet non ſit lata
in eo,ꝙ eſt petitum,dũmodo ſit lata iuxta petitionem . Aliud
enim eſt petitum,aliud iuxta petitum,text.eſt in l.an tamen.§.
quod tamen.ibi,qui iuxta mandatum & ſi non mandatũ fue-
rit.ff.iudicatum ſolui.Ad quod facit glo.notabi. in l. ad lega-
tum. ff.de procurator. vbi conſtitutus ad petendum legatum
poteſt agere edicto de tabu.exhib.quia vt dicit ibi glo.ſufficit
fieri iuxta mandatum. Et glo. elegans in verbo, intellexiſſet,
in c.ſi ſoli.de conceſ. præben. lib.6. notanter dicit, ꝙ id quod
eſt vicinum mandato intelligitur incluſum mandato.Hæc fal
lentia eſt ſumme notanda pro ſaluandis ſententijs latis in ca-
ſibus , quibus proceditur ſine figura iudicij . Sed tamen mihi
non videtur bene tuta, & pondero obſtare text. in d.capit. li-
cet Hely.& in d.cap.qualiter.in fine. vbi text. etiam loquens
in cauſis,quę cognoſcuntur plenarie, vtuntur huiuſmodi ver
bis , iuxta formam iudicij dicetur ſententia: oportet ergo di
cere hanc fallentiam non veram . Præterea ſi recte conſidere-
tur text. noſter, clarum eſt quòd auctor in eo quod dicit, ve-
rum quia iuxta petita , formã , &c. noluiſſet aliquid noui ſta-
tuere circa hoc in ipſis cauſis ſummarijs,ſed ſolum referre iu-
ris diſpoſitionem,vt relatio ipſorum verborum clariſſime ſo-
nat:egit enim auctor ſolum prouidere circa poſitiones & alia,
quæ ſequuntur,vbi ſine figura iudicij cauſa tractatur .
10 Præterea verbum,Iuxta,licet quãdoque capiatur pro pro-
pè,ſiue a latere,capitu.ſolitæ. verſicu.ſicut autem.de maiorit.
& obedien.& ff.de incen.rui.nau. l.ſi ædes. & l.fina. ff. finium
regun.facit quod not.glo.& Bald.in l.militis codicil. in princ.
ff.de teſtamen.milita.tamen etiam capi poteſt,iuxta,id eſt ſe-
cundum, capitu. maiores. de baptiſ. & not. plene Alberic.in
alphabeto ſuo in verbo,iuxta. vbi etiam ponit, quòd aliis di-
uerſis modis exponitur : cùm igitur diuerſimode capi poſſet ,
non eſt ſumenda interpretatio, quòd per hoc verbum hic vo
luerit auctor in ſummariis cauſis ſtatuere contra iuris regu-
las : velim tamen ſuper hoc bene cogites , quia noua eſt mea
conſideratio, & forte non irrationabilis : licet maxima ſit au
ctoritas tenentium oppoſitum, a quorum opinio.non eſſet in
iudicando tutum recedere .

Tertio fallit , quando id,ſuper quo pronunciatur , venit in
conſequentiam petiti,quo caſu valet ſentẽtia, vt pulchre de-
clarat Pet.de Anchara.in clemen.penult.in 4.not.de appella.
concludens , quòd ſi appellatus petat ſententiam confirma-
ri, & iudex viderit illam infirmandam, poteſt infirmare : & e-
contra , ſi appellans petat confirmari, poteſt iudex confirma-
re,licet hoc non ſit petitum,alle.not.per Innocen. in cap.cum
contingat.de offic.delega.& not. in capit.oblatæ. de appella-
11 tio. facit ſimile , quòd † eo ipſo , quòd iudex pronunciat rem
eſſe tuam, videtur pronunciare meam non eſſe,l.Pomponius.
§.ſed & is. ff. de procurato. & ſic ſufficit , quòd id, ſuper quo
pronunciatur,veniat in conſequentiam petiti. Ex quo etiam
ſequitur,quòd ſufficit ſi pronunciatur tacite ſuper petitis. Ita
declarat Ioann.de Ligna. poſt Innocen. quem alii ſequuntur
in capitu.ex conqueſtione.de reſtitutio.ſpoliato. & idem per
Abb.in 10.colum.in illo dubio,an petitio actoris ſit commu-
nis, adeo quòd ſi reus probet de iure ſuo , poſſit fieri declara-
tio pro ipſo,& concludit quòd ſic, quia eo ipſo quòd pronun
ciatur rem ſpectare ad reum,in conſequentiam pronunciatur
12 non ſpectare ad actorem , cum † duo non poſſunt eſſe domi-
ni eiuſdem rei inſolidum eodem tẽpore,l.ſi vt certo. §.ſi duo-
bus.ff.commo.facit quod habetur in l.circa.ff.de prob. & per
Bald.in l.fin.C.de fideicom.liber.& quæ dicam infra in ſe. fal
lentia,& in 8.& 15.fallentia. Tu adde,quòd eandem fallentiã
ſequitur Ioann.de Ana.in d.cap.Hely.in fi.charta.

Item adde,ꝙ id,quod ſupra dixi tenere Innoc. in d. c.con-
tingat.tenet etiam Io. An.licet Innocen.non alleget,in capit.
ſi delegatus.de offic.deleg.& ſequitur Ange. in l.ſed & ſi poſ-
ſeſſori.in prin.ff.de iureiuran.facit quod not. Barto.in l.ſi ex-
preſſim in fi.de app.Abb.in c.cum ſuper.de offic.deleg.col.6.
& quod pulchre not.Bald.in l.1.in 6.col. C.quando prouo.&
Bald.in l.præſes.in fi.C.de ſenten.& interlocu.vbi quærit,an
13 † ſi quis errore iuris ſententiam pro ſe latam credat contra le
latam,& petat illam infirmari,an iudex poſſet illam confirma
re. Et determinat quòd ſic, per text. vnicum & mirabilem in
l.Titiæ amicæ.in fine.ff.de auro & argen.leg. Addo idem tene
re Bald. in cap.ſuper eo.de appella. in capitu. ſignificauerunt.
de exceptio.in capitu.cum dilecta.& in capitu.ex parte.el ſe-
cundo.de reſcript.in capitu.2.de probatio. in capit. veritatis.
de iureiur.quod eſt ſingul.not.dignum.

Quarto fallit,quando id,ſuper quo pronũciatur,eſt ſucceſ
ſiuum eius,quod principaliter petitur , vel eſt ei ſubrogatum
vel annexum:caſus eſt not.in c.conſtitutus.de relig.domi.vbi
fuit facta condemnatio ad penſionem ſeu cenſum,licet id nõ
eſſet petitũ:& ita tenet Io.de Ana.in d.c.licet Hely.i vl.char.

Ad quod bene facit quod inquit Bald.in l.fina.in 1.colum.
C.de fideicommiſ.lib.dicens, quòd quædam veniunt in con-
ſequentiam vel acceſſorie petitorum : & iſta ſiue veniant iu-
re actionis, includuntur in libello:ſiue veniant officio iudicis,
ſunt de tacitis apendicijs libelli : & ideo ex quo talia veniunt

in compromiſſo, vt not. in l. qui aliter. ff. de arbitr. & in mandato iuriſdictio. quod eſt ſtricti iuris, C. ſi à non compe. iudic. l. ſi de proprietate, & in mandato procuratoris, cuius forma eſt ſtricte interpretanda, l. qui proprio. §. idem quæritur. ff. de procurato. fortius in iudicio clauduntur: quia

14 † omne iudicium eſt vniuerſale quo ad omnia capitula, quę illi inſunt, l. ſolemus. ff. de iudic. vnde excepto caſu libertatis, de quo in d. l. fina. ſi iudex re petita, prius implorato officio, condemnat in æſtimatio. nó debet iniuſtitiam facere, ſiue æſtimatio, quæ ſuccedat, ſit in obligatione, ſiue veniat arbitrio iudicis, l. ſtipulationes non diuiduntur. ff. de verborum obligatio. l. qui reſtituere. ff. de rei vendi.

15 Iudex † enim ſe magis debet conformare cum materia libelli, dummodo ad poſſit in iudicio includi, quàm cum eius forma, l. 1. §. biduum. ff. quando appellan. ſit. l. cum eorum. C. de ſenten. & interlocutio. rationem autem, quare aliud ſit in cauſa libertatis & ſic in caſu d. l. fi. punit Bal. in d. l. fina. Confirmat prædicta, quòd æſtimatio non eſt omnino extranea, ſed ſolet ſuccedere loco rei: ideo valet ſententia in æſtimatione licet res ſit petita, ſecundum Bald. in d. l. fi. per l. vinum. ff. ſi certum petatur.

Quinto fallit, vbi petitur res, quæ ſolita eſt habere pertinẽtias: quo caſu licet non ſit petita cum pertinentijs, valet tamen ſententia ſuper illis, probatur in capit. inter dilectos. de donatio. vbi per Ioann. de Imo. non enim eſt nouum, quòd vnum petatur, & in alio fiat cõdemnatio, l. 1. ff. in li. iuran. l. qui reſtituere. ff. de rei vendi. vbi petitur res, & ſit condemnatio quantum in litem fuerit iuratum, licet hoc non ſit petitum, & ita notanter declarat Bald. in l. & ſi ſeuerior. C. de his qui no. infam. in verſicu. quarto opponitur. vbi allegat tex. in d. cap. licet Hely. vbi ſic reſidet Ioann. Ana. in vltima char.

Sexto fallit, quando non petitum, ſuper quo eſt lata ſententia, venit in iudicio ex natura & aptitudine actionis intentatæ, nam id dicitur tacite ineſſe. Et ratio, ſi agitur actione legis Aquiliæ & ſimpliciter petitur damnum emendari, poterit fieri condemnatio ad duplum contra negantem, licet id non ſit petitum. Ita ſingulariter Bald. in l. contra negantem. C. ad legem Falcidiam. in verſi. tertio opponitur. vbi eſt bonus text. ſequitur Ioann. de Anan. in d. capitu. licet Hely. in vlt. char.

16 † Ad quòd bene facit, quod dicit Bald. in l. ſi ea. C. de adulter. volens, quòd ſi in libello accuſetur quis de adulterio probato ſtupro, valet ſententia ſuper ſtupro, quia nomen adulterij etiam ſub ſe compræhendit ſtuprum, niſi verba ſint adeo coarctata, quòd compræhendant virum & vxorem, & Bald. ſequitur Ioann. de Anan. in rubr. de adulter. in fi. ad quod vide quę dicam infra poſt decimamnonam fallentiam.

Septimo fallit, quando id ſuper quo fertur ſententia, tacite & implicite fuiſſet petitum. Ex quo infero, quòd ſi actor vel reus petit pro ſe ferri ſententiam, includitur cauſa principalis & expenſarum, ideo valet ſententia ſuper expenſis, licet non ſint petitæ. Et ita pulchre Bald. in l. properandum. §. ſi autem alterutra. ſupra de iudic. alleg. Innocen. in capitu. gratuis. de reſtitutio. ſpoliato. qui hoc tenet ſalua reuerentia ſui præceptoris, ſcilicet Dyn. ad quod etiam facit quod not. Innocen. in capitu. ſæpe. de appellatio. & ita reſidet Io. de Ana. in d. cap. licet Hely. fin. char.

Octauo fallit, quando pronunciatur ſuper cauſa exceptionis rei, quia tunc videtur pronunciatum ſuper petitione per actorem. Ex quo infero, quòd ſi peto a te. 10. & tu opponis pactum de non petendo, ſufficit pronunciare exceptionem pacti nó competere, quia tacite videtur declarare debitũ ſubeſſe, hoc probatur in capit. cum inter nos, de conſuetu. vbi hoc tenet dom. Anton. & Ioan. de Imo. allegans quod habetur in l. quod tamen. §. ſi aliter. ff. de arbitr. Et idem tenet Io. de Ana. in d. cap. licet Hely. char. fin.

Nono fallit in Papa vel Imperarore: & idẽ de principe non recognoſcente ſuperiorem, qui exiſtens iudex inter partes poteſt excedere modum petitionis, ſecundum Spec. tit. de actio. & petitio. §. ſupereſt. colum. 3. verſic. ſed nunquid. & ſequen. quem ſequitur dom. Anton. in d. capit. licet Hely. & Ioann. de Ana. ibi in fin. Adde idem tenere Barto. in l. Emilius. ff. de mino. in aliquibus lect. & Archidia. in c. 2. de reſtitu. ſpoliat. in 6. Aretin. Inſtitu. de actio. §. curare. in col. 10. dom. Alexan. in d. l. vinum, colum. fina. Et eſt ratio, quia tales principes non arctantur ad obſeruantiam ſolennitatum, immo in ipſis omnis ſolennitas circumſcribitur, vt late dicam infra in ver. & quia, ſuper glo. in verbo, peremptorie, in articulo, an valeat ſententia Imperatoris ſine citatione.

Decimo fallit in arbitratoribus, ſecundum dom. Anton. & Ioann. de Anan. in d. c. licet Hely. per not. in c. conſtitutus, de religio. domi. ſed ſecundum eos eſt tex. clarus in capit. niſi eſſe viri prouidi. de præben. & not. Bartol. in l. cum Aquiliana. ff. de tranſact. facit quod not. in l. 3. §. hoc autem iudicium. ff. de dam. infect. & in cap. bonæ. de poſtula. prælato. & vide Bald. in l. fina. §. 1. in 4. colum. C. communia de le. dom. Anton. in d. capitu. conſtitutus. & in capitu. Quintauallis. de iureiuran. Angel. in l. de his. ff. de tranſact.

17 † Vndecimo fallit de conſenſu partium, quo accedente valet ſententia vltra petita, ſecundum Bartol. in l. fina. de actio. empti. facit quod poſt glo. not. Bartu. in l. ſi conuenerit. ff. de re iudica. vbi de voluntate partium valet ſententia ſuper parte petitorum. Et hoc ſequitur dom. Alexan. in d. l. vinum. colum. fina. conſidera tu, huic dicto obſtare, quia in eo, quod non eſt petitum, ſententia erit lata ſine litis conteſta. ergo nulla, quia hoc partes non poſſunt remittere, l. prolatam. C. de ſenten. & interlocutio. Intellige, vt valeat vt ſententia, quia vt pactum valebit, ſecundum gloſ. in l. 1. C. communia vtriuſque iudic. veritas tamen pendet ab eo, ſcilicet an partes poſſint renũciare ſolemnitati iudicij, de quo late in d. l. prolatam. & per docto. in cap. de cauſis. de offic. delega. per Abb. in capitu. 1. de libell. obla per glo. & Docto. in capitu. fina. de re iudicata. in ſexto.

Duodecimo fallit, quando pendente iudicio ſine dolo reus deſijt poſſidere, puta quia res petita pro parte fuit confiſcata, quo caſu valet ſententia ſuper alia parte, nec eſt neceſſaria abſolutio pro parte publica: quia pro illa parte inſtantia eſt perempta, & ſic valet ſententia pro parte, licet non ſit petitum. Ita Barto. per text. ibi in l. ſi conſtante. §. fi. ff. ſoluto matrimo. de quo ibi per Ioann. de Imo. & plenius in c. cum inter. de re iudic. Barto. & Moder. in l. 1. C. ſi aduer. rem iudicatam. per Mathe ſillanum in ſuo no. 138. vbi limitat prædictam doctrinam Bar. in d. l. ſi conſtante. Item & hoc caſu, quando reus poſſeſſor conuentus reali ſine dolo & colluſione deſijt poſſidere, quia pendente iudicio eijcitur de poſſeſſione, poteſt iudex condemnare conuentum ad cedendum actori interdictũ, vnde vi, contra illum violentum, licet hoc non fuerit petitum, text. eſt notandus in l. quod ſi in diem. §. Iulianus. in verbo, cedere debet. ff. de petu. hæredita. vbi hoc colligit Ang. & alleg. Specu. titu. de interroga. quæ fiunt ante litem conteſt. §. nunc de interroga. verſic. ſed ecce reus.

Tertiodecimo fallit in interlocutoria. quæ fertur pro emergentibus, ſecundum Bald. in l. fin. in princip. ff. de fideic. liber.

Quartodecimo fallit in condemnatione, in qua poteſt modificare libellum, ſecundum Bald. in d. l. fina. in princ. per tex. in l. cum is qui legatum. ff. de petitione hæreditatis, vbi dicitur, cùm is, qui legatum ex teſtamento percepit, hæreditatem petit, ſi legatum quocunque modo redditum non ſit, iudicis officio continetur, vt victore deducto, eo quòd debetur reſtituatur hæreditas.

Quintodecimo fallit in correlatiuis ſeu correſpondẽtibus, quorum origo de vno fonte proficiſcitur. Exemplum, creditor petit à debitore, quòd ſoluat, Iudex condemnato debitore ad ſoluendum condemnat etiam creditorem ad pignora reſtituendum, per quod dicitur feciſſe id, quod cauſa deſiderat, & ſic valet ſententia, argumen. l. quiſquis. C. de poſtulan. ſecundum Bal. in l. eorum. C. de ſenten. & interlocutio. ver. tertia lectu. eſt. facit bon. glo. in verbo, iudicium. in capit. cum eccleſia, de cauſa poſſeſſio. & proprieta. & bon. text. in l. qui id quod. ff. de donatio. ibi, cauſam enim & originem, &c. faciunt quæ dixi ſupra in 2. & 3. fallen.

Sextodecimo fallit ex cauſa neceſſaria, qua accedente ex neceſſitate rei fit condemnatio in æſtimatione, & ad æſtimationem deuenitur, l. ſi ſeruum. §. fi. ff. de verb. obl. l. in re furtiua. ff. de condi. furti. ita Bal. poſt Iac. But. in l. & ſi ſeuerior. C. de his qui not. infa. & Bar. in l. vinum. col. pen. ver. veniamus ad vltimam partem. ff. ſi cer. pet. vbi idem tenet dom. Alex. & allegat ad hoc Bar. in l. ſtipulationes non diuiduntur. in 9. q. ff. de ver. obl. & eſt glo. in l. fi. ff. quę ſen. ſine appel. ponit Bal. in l. fi. C. de fideicom. liber. facit quod no. Bart. in l. ſi ex Pamphila. ff. de leg. 2. in prin. per tex. ibi, & in l. fideicommiſſa. §. ſi ſeruo. ff. de leg. 3. vbi dicit Bald. quod ſi illud, quod eſt petitum, non poteſt præſtari, iure vel conſuetudine obſtante, poteſt cõdemnari in alio: probatur hoc, quia in iudicio

18 † deciſorio licèt ſit petita diuiſio omnium, iudex poteſt dare vni rem, alij æſtimationem, §. penult. Inſtitu. de offic. iudic. cum ſimilibus.

Decimoſeptimo fallit, quando illud aliud, ſuper quo fertur ſentẽtia, incidit vel emergit: nam in illo poteſt ferri ſnĩa, licet

non

non fuerit petitum. Cautius tamen eſt à principio illud in li-
bello petere, not.in l.a.§.item ſi in facto.ff.de verborum obli-
gatio.l.ſi quis miſſum.§.1.ff.de dam.infec. vbi dicitur forma-
liter, iudex, qui de damno infec.cognoſcit, etiam alienato fun
do ab eo, cum quo actum fuerit, damnum æſtimare ſolet om
ne quodcunque ante iudicium contingit, & gloſ. ibi ſupplet
fortius idem eſſe, ſi contingit poſt iudicium, quia illud etiam
non petitum ſpectat ad iudic. officium: & ita tenet Bartol. in
d.l.& ſi ſeuerior.

Decimooctauo fallit in criminalibus, in quibus poteſt iu-
dex ex cauſa pœnam petitam alterare, ſecundum Bartol. in l.
quod ergo.§.pena grauior. ff. de infam. quem ſequitur dom.
Alexand.in d.l. vinum. colum.fina. & ratio eſt, quia in ciuili-
bus iudiciũ fundatur in parte, in criminali verò eſt fundatum
in vindicta, ſecundum Bartol.in d.§.pœna grauior. ver.oppo
nitur.in fine. Adde idem tenere Iacob.Butr.& Bal. in d.l.ſi ſe-
uerior.limitantem hoc procedere, vbi ageretur criminaliter,
per text. ibi: ſecus ſi de crimine ageretur ciuiliter, quicquid
dixerit Iacob.Butr. ibi tenens contrarium per d.§.pęna gra-
uior.ſed male, quia non erat in illo §. ſpecialiter actum: vnde
ſententia ibi potuit conformari libello, nec per alterationem
pęnæ receditur ibi à forma libelli, licet recedatur à iuſtitia pę
næ imponendæ, & ita dictum §.declarat Bartol. in d.l. & ſi ſe-
uerior.facit quod not.Innocent.in capit.1.de libel.obl. Et ita
reſidet Aretin.in §.curare.Inſtitu.de act.col. 10.quod not.

Decimo fallit in actione, quãto minoris, intentata, quia po
teſt ferri ſententia in redhibitoria, l.bouem.§.aliquando.ff.de
ædil.ædict.ſecundum Roman. in ſingulari 38. ſub rubrica de
19 re iudi.vbi per illum text.dicit pulchrè, quòd vbi ſunt † pro-
ditę duæ actiones, quarum vna tendit ad reformandum, alia
ad reſcindendum, licet ſit intentata illa, quæ tendit ad refor-
mandum, poteſt iudex ferre ſententiam ſuper alia reſcinden-
te, licet non intentata: quod dicit notandum, & poſſe poni
exemplum in l.1.C.de reſcinden.venditio.

Circa prædicta etiam notabis, quòd licet regulariter ſen-
tentia debeat eſſe conformis libello, in dubio tamen libellus
20 debet præſumi talis, qualis reperitur ſentẽtia: quia † talia ſunt
ſubiecta, qualia prædicata demonſtrant, vt dicit ſingulariter
gloſ.fina.in cap.dudum.de deci.per quam dom.Anton.ibi di
cit, quòd talis præſumitur libellus, qualem ſententia demon-
ſtrat, quod etiam tenet Abb. in capit.cum olim.de cauſa poſ-
ſeſſio.& proprieta.colum.10. & in capitu. cum ad ſedem. co-
lum.13.de reſtitutio.ſpoliatorum.& dictam glo.ſequitur Ho
ſtienſ.in capitu.querelam.de electio.per quam dicit, quòd ſæ
pe ſuppletur petitio per ſententiam: quod dicit valde notan-
dum: & eo modo dici poteſt, quòd ſicut petitio ſuppletur per
ſententiam, ita etiam ſuppleatur per probationes, cum ſentẽ-
tia & probationes æquiparentur, l.lege Iulia patronina. ff.de
manumiſ. quam dicit ſingularem Bald. in c.1. §.1.'hic fin. lex
Conr. incipiunt conſuetu.& in l.cum magiſtratus.C.quando
21 prouoc.vbi dicit per dictam l.quod ſicut inter plures † ſenten
tentias præualet ſententia pro libertate lata: ſic inter plures
teſtes præualet dictum pro libertate: quod etiam tenet Ro-
man.licet d.l.non alleget, in conſil.156.& ſequenti.& Aretin.
in capitu. in noſtra. de teſtibus. Et conferunt prædicta ad ea,
quæ determinat Bald. in l.ſi ea.C.de adult.volens, quòd pro-
bato ſtupro, valeat ſententia ſuper ipſo ſtupro, licet libellus lo
queretur de adulterio: nam ipſe libellus declaratur per ſen-
tentiam, & probatur, vt in ipſo libellans ſenſerit de ſtupro, quod
etiam comprehendi poteſt ſub verbo, adulterij, vt etiam di-
xi ſupra in 6. fallentia, & ſequitur Ioann. de Ana.in d. c.licet
Hely.colum.fina.dicens prædicta facere ad quæſtio. quam vi
dit Mutinę.ſcilicet, ſi actor petit decem florenos, quod valeat
ſententia lata in decem ducatis: quia per eam declaratur libel
22 lus & petitio: quod eſt nota. dignum. † Quod tamen dictum
eſt, libellum ſuppleri per ſententiam, intellige verum, quando
non conſtat de ineptitudine libelli: nam ſi de ea conſtaret, a-
liud eſſet, quia libellus, exceptio, articulus ineptus non poteſt
ſuppleri per probationes, vt notanter dicit Bald. in l.1. in fin.
ff.de iuriſdictio.omnium iudic.allegat Ioann.And. in capitu.
examinata.de iudic.& in additio.Specu.titu.de iuriſdictio.om
nium iudicum.§.deponit.verſic.quid ſi libellus. idem tenere.
Et ipſe Bald.in l.1.ff.ſi menſor fal.mo.dix.refert Di.nota.in l.
libellorum.§.quod ſi libelli.ff.de accuſ. Et hoc verum, niſi ta-
lis probatio reſultaret ex partis cõfeſſione, talis enim ſupplet
libellum, licet ineptum, ſecundum Bald. not. in d.l.1. allegat
text.in clemen.1. ſed debuit allegare clemen. cõſtitutionem.
de electio.in capitu.Piſanis.de reſtitu.ſpoliatorum. & ita Bar.
in l.ſi confeſſus.ff.de cuſto.reo.& Roman.in l.1.ff de arbitr.
colum.7.bene facit quæſtio formata hic per Matth. quam po
nam infra ſuper glo. in verbo, defenſiones. in fine.

Adde, quæ plenius circa præmiſſa tangũtur in tractatu ma
lefic. per Aretin. in verbo, de anno præſente, colum. 7. & ſe-
quen. Et rememora glo.auream in l.verbum oportere. ff. de
verborum ſignificatio. de qua meminit Bald.in cap.1.de mili
te vaſal. qui contum.eſt, verſicu.item not.quòd iudex, dicẽs,
23 quòd iudex † non poteſt ſupplere ſi plus eſt probatum quàm
petitum, per l.1.C.ſi à non compe.iudic.& per not. in §.ſi mi-
nus.Inſtitu. de actio. vbi Ioann. Fab. hoc etiam ſequitur Ro-
man.in l.quidam æſtimauerunt.ff.ſi certum petat. dum quæ-
rit, quòd ſi petij.10.& probaui de 20. non valet ſententia, ni-
ſi in 10. ibi vide.

24 Octauo † nota, quòd in ſummarijs petitio poteſt fieri ver-
bo, ſed oportet quòd redigatur in actis per modum memoria
lis ſiue poſſe, vt dictum eſt ſupra in princip.clemen. in glo. in
verbo, neceſſario. Et ex hoc text. dicit Stepha. excluſam eſſe
curioſitatem & formulam concipiendorum libellorum in hu
iuſmodi cauſis: ſufficit enim, quòd petatur ſimpliciter ſine ex-
preſſione cauſæ & actionis. In articulis tamen oportet expri-
mere cauſas, ex quibus iuſtificetur petitio: quia neminem ſi-
ne cauſa audit prætor, ff.de tranſact.l.cum hi.§.in cauſa. aliàs
articuli eſſent impertinentes & non admittendi, capitu. cum
contingat.de offic.delega.not.in l.1.& 2.de confeſ.in l.ſi duo.
§.idem Iulianus ff.de iureiuran.

25 † Nono nota, quòd ea quæ aguntur in iudicio ſiue verbis
ſiue ſcriptura, debent in actis redigi.

26 † Decimo nota, quòd ſuper petitione formantur poſitio-
nes & articuli, de quo infra eadem glo.

27 † Vndecimo nota, quòd petitio ideo ſcribitur, vt clarior
fiat diffinitio. Et ponderat Guiliel.litteram, quæ dicit, diffini
tio, & non dicit ſententia, vt ſit ſenſus, quòd omnia quæ fiunt
in iudicio iudex poſſit oretenus dicere, & poſtea in actis inſe-
28 ri facere, capitu. Albericus. ſupra de teſt.ſententia † vero de-
bet recitari in ſcriptis, capitu.fina.de re iudica. quod eſt bene
notandum. Per quem autem debeat petitio in actis inſeri, di-
cit Pau. quòd per ſcriptorem actorum, cap.quoniam contra.
de probatio. inferens contra quoſdam ſcriptores cauſarum,
qui exceptiones & alia, quæ in ſcriptis neceſſario non debent
offerri, nolunt in actis ſcribere, niſi in ſcriptis illis dentur: ma-
le enim faciunt, cum ad hoc partes non teneantur, vt hic. In
exceptione tamen voluit glo.contrarium in d.capit.quoniam
contra.volẽs illam debere proponi in ſcriptis, ſed communi-
ter tenetur contrarium. Dicit etiam hic Pau. quòd deſcriptio
in actis fit ad finem, ne in poſterum poſſet dubitari: memoria
enim hominis labilis eſt, l.peregre.ff.de acquiren.poſſeſſio.C.
qui teſta.fac.poſ.l.hac conſultiſſima.

Item alia ratione fit, vt in ſententia poſſit exprimi petitio,
ſicut habet conſuetudo, de quo plene habetur, infra in glo. in
verbo, expedit.

Gloſ.in verbo, probationis.

Quærit, de quib. probationibus loquatur text. & reſpondet, quòd tam actoris
quàm rei.

Gloſ.in verbo, defenſiones.

Diuidit in duas par-
tes. In prima allegat concordantes. In ſecunda infert ad q. le-
giſtarum. Secunda ibi, & facit.

29 **In † eadem ibi,** l.quotiens. Dicitur in text. quòd defenſiones legitimæ admittun-
tur in ſummarijs. Iuſtificat hic Stepha. hoc ideo eſſe, quia le-
gitima defenſio eſt de iure naturali, & ſic nemini eſt auferen-
da, d.l.quotiens.& clemen.paſtoralis. §.cæterum. de re iudic.
benefacit l.1.§.cum arietes. ff. ſi quadru. pau. fe. di. hinc eſt,
quod talibus defenſionibus renunciari non poteſt, vt notan-
ter inquit gloſ. in l.pactum quod inter hæredem. ff.de pactis.
nam volens mori non auditur, l. prima. §. ſi quis vltro. ff. de
quæſtio. cum non ſit dominus membrorum ſuorum, l. liber
homo. ff.ad legem Aquiliam. 55. diſtinctione. ſi quis abſide-
rit. Et ideo clamat Angel. in dicta l. pactum. male facere
iudices maleficiorum, qui faciunt reos renunciare ſuis de-
fenſionibus.

Fallit hæc concluſio ſecunda, primò, quando conſtaret reũ
nullas habere defenſiones, ſecundum Angel. in d. l.pactum,
per text. cum gloſ.in l.1.ff.de furibus balnear.facit quod not.
Bald.in l.raptores.C.de epiſcop.& cleri. dum intelligit l.non
tantum. ff. de appellationib. non habere locum, vbi crimen

eſſet notorium: facit etiam quæſtio notabilis Bartol. in l.a. §.
quòd ſi de frumentaria.ff.de adminiſtra.re.ad ciuit.pertin.di-
cens,quòd vbi conſtar alicui ius non competere,eius non re-
quiritur citatio: de quo per dom. Anton.& Ioann.de Imol.in
capitu.fina.quod metus cauſa.per Docto. in capit.olim. de re
iudica. Abb.in capit.1.colum.21 de iudic. no. in cap. cum ſit
Romana.in princip.de appella.lib.6.

Secũdo fallit in publico & famuſo latrone, ſecundum Bal.
in l.prouinciarum.C.de ſer.

Tertio fallit in reperto in fragranti crimine,ſecundum Bal.
in l.vt vim. ff.de iuſtit. & iure. Nam tunc etiam de facto talis
puniri poteſt,l.penult.ff.de condictio.ob cauſam.not.gloſ. in
l.ictus fuſtium.ff.de his qui no.infa.

Quarto fallit, vbi agitur de crimine per inquiſitionẽ, pro-
batur in capitu.cum dilecti.de accuſa.vbi renunciatur atteſta
tionibus & teſtibus productis in cauſa criminali: & ratio eſt,
quia cum tunc non imponatur pœna ordinaria perſonæ, cau
ſa dicitur ciuilis,capitu.per tuas. de ſimon. quòd procedit de
iure ciuili,ſecundum quod eadem imponitur pœna in inqui-
ſitione,quæ in accuſatio.de quo tamen vide not. in l.2.§.ſi pu
blico. ff. de adulter.& in capitu.qualiter. & capitu.inquiſitio-
nis. de accuſa.

30 †Quinto fallit,quando is,qui renunciat defenſionibus,fuiſ
ſet confeſſus delictum ſecundum Pau.de Caſt.in d.l.pactum.
qui hoc probat per text. in l. additos. C. de epiſcop. audien.
Item quia confeſſio facit notorium,vt ibi per eum. Tu intel-
lige hoc verum, quando in tali confeſſione concurrunt requi
ſita ad effectum,vt confeſſio faciat notorium, de quibus pul-
chre per dom. Anton.in repetitio.capitu.veſtra. de cohabita.
clerico.& mulier.colum.35.verſic.ſecundum exemplum po-
nunt. Et prædicta ſine dubio procedunt in defenſionibus à
iure naturali introductis: in alijs vero iure poſitiuo inuentis,
Bald.in l.1.in 7.char.C.qui accuſa.non poſſ.eleganter diſtin-
guit,quod aut per illas excludiẽ crimen, & tũc renunciari illis nõ
poteſt,l. non tantum.ff.de appellatio. Aut crimen non exclu-
ditur,ſed ſunt ideo inductæ, vt facilius reus reſpondere poſ-
ſit,puta quòd infamis admittatur ad defendendum, diſponi-
tur à ſtatuto, & tunc tali defenſioni poteſt renunciari, ſed in
Bald.in d.l.1.& in l.accuſ.in 1.gloſ. circa fin, eodem titu. An
31 autem exceptionibus † dilatorijs inductis à lege vel à ſtatuto
in fauorem rei criminis capitalis renunciari poſſit? Bartol. in
l.cuſtodias.ff.de public. iud. tenet ſub dubio forte quòd non.
Sed Angel. & Bald. in l.in pecuniarijs.ff.de ferijs.tenent con-
trarium,quod etiam tenet Bald. in cap. cum veniſſent. in fin.
ſupra de teſtibus.Roman.in rubrica.ff.de arbitr.colum. 16.ſic
concordat,quod aut per renunciationem dila. in contrarium
32 renunciatur defenſioni,tunc procedit opinio Bar.quia † pro-
hibito conſequenti antecedentia vidẽtur prohibita, l. oratio.
ff.de ſponſ. Alias procedat opinio Bald.& Ang.de quo etiam
not.Modem. Aretin. in d.capitu. cum veniſſent. quem vide.
33 An † autem in cauſa criminali poſſet renunciari appellationi
Bartol.in l.qui vltimo. in fine. ff. de pœnis.tenet quòd ſic: &
idem dicit in l.additos.C.de epiſcop.audien. Sed contrarium
videtur verius,quia appellatio eſt legitima defenſio: patet,quia
excommunicato non denegatur,cui ſolum permittitur defen
ſio legitima,capitu.cum inter.de exceptio. rei iudica. eodem
tit.Sed defenſioni in cauſa criminali regulariter renũciari po-
teſt,vt vult gloſ. in d.l.pactum, & ſupra dixi, igitur. Præterea
34 quis † non eſt dominus membrorum ſuorum, l.liber homo.
ff.a.l.legem Aquiliam.capitu. contingit. de ſententia excom-
municatio. Tertio talis appellatio non ſolum eſt inducta in
fauorem ſolius condemnati,ſed etiam in fauorem publicum,
probat text.in d.l.non tantum.ergo renunciari non poteſt,ca
pitu. ſi diligenti, de foro compet. Et hanc partem tenet Bald.
in d.l.pactum.& in l.fina.§.fina.C.de tempo.appella.vbi dicit
idem eſſe in cauſa ſtatus,in qua etiam inuitus defendi poteſt,
& ideo renunciari appellationi non poteſt,l.2.& 3. C.de libe
rali cauſa.Eandem opinio. in effectu ſequitur Salycc. dicens,
quod maius periculum vertitur in criminali quàm ciuili. Prædi-
cta tamen intellige procedere in expreſſa renunciatione,non
autem in tacita: quia quis promittendo labi tempus ad appel
landum datum poteſt ſic tacite renunciare appellationi. Nam
35 hoc † tacitum pactum curſu temporis roboratum plus opera
tur quàm expreſſum,l.facta.§.ſi quis bonorum. ff. ad trebell.
auctoritas enim præſcript. à lege ſumpta hoc operatur. Ex
quibus Bald.vbi ſupra videtur etiam innuere,quòd ſententia
in cauſa criminali & capitali tranſit in rem iudicatam, vt poſt
decem dies non poſſit appellari,de quo articulo vide pulchre
Abb.in capitu.de his. de accuſ.vbi dicit ſe alias ſecutum fuiſ
ſe opinio.quod non, quia nemo eſt dominus membrorũ ſuo-
rum,vt dictum eſt, & ſententia tranſit in rem iudicatam con-
ſenſu condemnati, c. quod ad conſultationem. de re iudica.
Sed poſtea diligentius inueſtigata veritate illam opinionem
non credit veram. Primo per text. quem dicit ſingularem, in
in l.diui fratres.ff.de pœnis.Secundo,quia condemnatus vir-
tute vera confeſſionis appellar. l. qui ſententiam. C. de pœ-
nis.facit text.& gloſ.in capitu.Romana. §.ſi vero poſt ſenten
tiam.de appellatio. lib.6. Tu adde pro iſta antiqua opin. Abb.
videri text.in l.vnum.§.fina.ff.de quæſtionibus. violando lit-
teram,vt ibi violat glo.nam ibi dicitur,quòd quocunque tem-
pore reo poſtulãte defenſio denegari non debet. Alia tamen
opinio ſaluari poteſt, quando abſens eſſet cõdemnatus ex for
ma ſtatuti in cauſa capitali,per ea quæ nõt. Tanct.in ſua com
pendioſa,in 8. rubrica.quæſtio.8.

Et adde prædictus Bald.in l.raptores. C.de epiſcop.& cleri.
intelligentem d.l.non tantum procedere,quando crimen non
erat notorium,ſecus ſi eſſet notorium:& ſic inquit,quòd hoc
caſu poſſit appellatio.renunciari.

Ex quibus collige concordiam inter prædictas opin.& vi-
de quæ dixi ſupra in princ. huius glo.

In eadem gloſ. ibi, quædam ſunt

acta cauſæ. Nota & ſigna hanc glo.ex qua habes, quæ dican-
tur acta cauſæ & quæ acta litis vel iudicij.

36 **In eadem gloſ.in fine.** Duo † habes ex hac
gl. quòd idem impor
tat dare alicui arbitrium in procedendo, & committere cau-
ſam ſine figura iudicij: quod perpetuo notandum eſt.
37 † Secundum habes,quòd poteſtas habens arbitrium in proce
dendo non poteſt iuſtitiã denegare & vti voluntate ſua, quia
ſicut iudex procedens ſine figura iudicij non poteſt denegare
legitimas defenſiones,ita nec talis habens arbitrium in proce
dendo. Et cum hac glo.tranſit Stepha.adducens vltra iura al
legata in glo.l.ſi libertus.ff.de oper.liberto.& l. ſi ſocietatem.
38 §.arbitrorum.ff.pro ſocio. vbi † arbitramentum iniquum re-
ducitur ad arbitrium boni viri,& authenti.generaliter. C. de
epiſcop.& cleric.Idem tenet Barto.in l.filiusfamil. ff.de dona
tio. & in l.1.ff.de teſtamen.milita.& Ioann.de Imo.hic,Idem
Bartol.in extrauagan.ad reprimen.in verbu, videtur. vbi di-
cit,quòd ideo non poteſt tollere defenſionem,quia eſſet con-
tra naturalem æquitatem,faciunt quæ dixi ſupra in 2.notabi-
li, plus dicit ibi Bartol. in fine, quòd licet non teneatur ſequi
regulas iuris ciuilis in procedendo, vt infra dicetur,nõ tamen
poteſt reijcere exceptionem præſcriptionis, vel aliam proce-
39 dentem ex mero rigore iuris ciuilis, quia † non poteſt immu-
tare ius alij legitime quæſitum,l.bona fides.ff.depo. & hoc di
ctum Bartol.ſequitur hic Cardina.colum.4.& Ioann.de Imo.
colum.fina.faciunt quæ dicam infra. Et prædicta procedunt,
quando alicui conceditur arbitrium, ſecus ſi cõcedatur quod
faciat vt velit, vel alijs verbis ſimilibus.
40 Et pro intelligentia aduerte,quia differentia † eſt inter libe
ram voluntatem, & arbitrium boni viri, licet tale arbitrium
includat etiam voluntatem: nam de eſſe voluntatis eſt,quòd
ſit libera: nec poſſit cogi neceſſitate præciſa,l.cum proponas.
C.de hæredibus inſtituen. 1. quæſtio.2.merito.15.quæſtio.2.
in princip. de pœnitent. diſtinctione 2. ſi enim. 23. quæſtio-
ne 4.viſis. Sed bene cogi quadam neceſſitate conſequentiæ:
exemplum, ſi quis vult fugere tormenta, hoc vult libere, &
tunc non vult id per quod tormenta inferũtur,ſicut dicit Bar
tol.in dicto verbo,videtur, quem declara,quòd neceſſitas cõ-
ſequentiæ eſt,quando quis ne incidat in vnum, quod ſibi om
nino diſpliceret,eligit vnum quod etiam diſplicet. ſed nõ tan
41 tum, capit. ſacris.quod metus cauſa.hinc dicitur,quod † vo-
luntas coacta voluntas eſt,l.nuber. §. ſi metu. ff. quod metus
cauſa. Præterea ſecundum Philoſophos & Theologos,volun
tas de ſe non habet niſi bonum vel apparens bonũ,licet quan
doque velit aliquid,quod intellectus iudicat eſſe malum: ſed
voluntas illud vult ſub ratione boni delectabilis, ſeu appa-
rentis ipſi voluntati. In propoſito ergo,voluntas conſiderata
reſpectu ipſius volentis & ab extrinſeco non coacta,dicitur li
bera. Alio vero modo conſiderata,ſcilicet,vt regulatur ratio-
ne, dicitur arbitrium boni viri: quia bonus vir ſic arbitrare-
tur, l. vir bonus.ff.iudi.ſolui,l.ſi ſocietatem. §.arbitrorum. ff.
pro ſocio. Verum quia voluntas quandoque exponitur &
exprimitur per verba liberam voluntatem importantia,quan
doque per importantia arbitrium, operæprecium eſt vi-
dere,

dere. cur ſint verba deſignantia liberam voluntatem, & quæ
arbitrium.

42 **Verbum, †Volo,** Liberam voluntatem ſignifi-
cat,l.cum quidam.ff. de lega.
2.l.fideicommiſſaria libertas.ff.de fideicommiſ. lib. not. Bar-
tol.in dicto verbo, videbitur,& in l.ſi ſic.in principio. ff.de le-
gatis 1.Cardin.hic colum.4.Ioann.de Ligna.& Ioan.de Imo.
hic,colum.2.

Fallit,quando hoc verbum, volo, refertur ad iudicem, vel
habentem iuſtitiam miniſtrare: vt ſi dicatur, ſi iudex volue-
rit,&c. quo caſu ſignificat arbitrium,& ſic voluntatem ratio-
nabilem. Ita ſentit Hoſtienſ. in capitu. ſignificauerunt. de te-
ſtib.& clare hoc firmat ibi Ioann.de Imol.in fine.Sed certe il-
le text. hoc non probat,quia ibi fit mentio de voluntate iudi-
cis ad oſtendendum,ex qua cauſa motus fuerit iudex ad dene
gandam quartam dilationem,& quid ibi voluerit iudex, non
autem ad finem, vt illud committeret voluntati iudicis non
regulatæ rationi, nec eſt inconueniens quòd arbitrium boni
viri appelletur voluntas,cùm in arbitrio inſit etiam voluntas,
vt ſupra dixi. Et ita illum text.intelligit ibi Aretin. doctor il-
luſtris,colum.9.Pro dicto tamen Hoſtië. bene facit,quod pul
chre inquit Bald.in capitu. Quintauallis. in fine. de iureiuran.
dicens, quòd libera voluntas nullis finibus claudatur: tamen
43 in †compromiſſis voluntas pro diſcretione & arbitrio poni-
tur,l. penult.C.de arbitr. not.Cyn.in l.3. C. de dotis promiſ.
& facit dictum capi. Quintauallis. Accedat pulchra determi-
natio Roman.in l.2.ff.de re iudica. colum.65. vbi dicit, quòd
poteſtas prorogandi ad voluntatem arbitri debet intelligi ci-
uiliter: de quo ſupra dixi in princip. huius clemen. in materia
prorogationis in quarto articulo principali, in quæſtio.4.in fi.
facit etiam dictum Bald.in rubri.C.de his quæ poen. nomi.di
centis,ſtatutum,quòd ſtetur iudicis arbitrio & voluntati, de-
bere intelligi de ſana voluntate, de quo latius dicam infra in
quæſtio. quid ſi dicatur, quòd poteſtas poſſit facere ad ſui vo
luntatem.

44 **Verbum, libet, ſeu †libuerit.** Liberã volun-
tatẽ ſignificat,d.l.fideicommiſſaria libertas: nam idem eſt di-
cere,libuerit,ꝙ libere voluerit.

Et idem eſt,vbi ponitur verbum arbitrium cũ hac dictione,
plenum,vel liberum,l.fideicommiſſa.§.quanquam.ff.de lega-
tis 3.facit l.procurat.cui libera.de procur. Idem ſi dicatur me-
ro arbitrio,per text.in l.ſi ſic.in principio. de legat. 1. Et ideo
45 ille,in †cuius meram voluntatem aliquid committitur,poteſt
præferre iniquum æquo,& indignum digno, d.l. cum quidam.
modo abſit dolus,quoniam in qualibet libera voluntate con-
ceſſa nunquam includitur dolus,l.creditor.§.Lucius.ff.mand.
46 †Ex quibus infero, quòd verba liberum, merum, plenum,
ſunt tantæ potentiæ quòd alterant naturam verbi, arbitrio:
facit quod in ſimili dicit glo.de verbis.plena cautione, in l.Lu
cius. §.fina. ff.mandati.Et vide eleganter Bald.in l.3.C.de ob-
ſequiꝭ. vbi ponit de mera fide,mera libertate, mera ſubtilita-
te, mera veritate, mera poena,mero imperio. Et faciunt prę-
dicta ad ſtatutum,quod debitor ex inſtrumento guarentigia-
to poſſet capi ad meram voluntatem creditoris, vt poſſet cre
ditor debitorem non citatum detineri facere. Et ſi dicatur,
citatio eſt defenſio, l. de vnoquoque. de re iudica. ſed defen-
ſio tolli non poteſt,clementi.paſtoralis.de re iudica.ergo &c.
reſpondeo, quòd hoc caſu per ſtatutum non tollitur defen-
ſio, ſed poſtergatur modus & ordo defenſionis, vt ſi non eſ-
ſet ſtatutum, citatio deberet præcedere ante detruſionem in
carcerem, ſtante ſtatuto quòd prius poſſit detineri, & deinde
citari & audiri eius defenſio,& ſi erit iuſta, relaxabitur, argu-
men.l.2.cum ibi not.C.de edi.diui Adria. tollen. & l. fina. C.
de compenſa.l.ille à quo.§.ſi de teſtamento.ff.ad Trebellia.&
ita determinat Angel. in d.l. ſi ſic.in principio.& Io.de Imol.
inferens poſt Ang. per prædicta ad ſtatuta diſponentia, quòd
non poſſit appellari niſi à mera diffinitiua: vel ꝙ mera inter-
locutoria non poſſit appellari: qualiter intelligi debeant, de
quo ibi per eos. Aduerte tamen,dum dixit,quòd verba,libe-
rum arbitrium, denotant liberam voluntatem: quia in con-
trarium facit text.in capit. 1.de offic.ordin. vbi verbum,libe-
ram poteſtatem, ſignificat arbitriũ à iure regulatum, de quo
plenius infra in quæſtione de poteſtate,†cui conceditur libe-
rum arbitrium ſeu libera vountas.

47 **Verbum, Iudicium.** An †importet liberam
voluntatem vel arbi-
trium? Variant Docto. Nam Bartol. in dicta l. ſi ſic. in prin-
cipio.& Angel. ibi,tenent,quod ſignificet liberum arbitrium,
per l. Thais. §. Lucius. iuncta gloſ.ff.de fideicomm. liber. ſed
ipſe Bart. in dict.extrauagan.in verbo, videbitur, melius ſen-
tit, & ſeipſum corrigens tenet,quòd importet voluntatem ra
tione regulatam: & hanc opin. tenet hic Cardinal. colum-
na 4.Per. de Ancharan.Ioann.de Ligna.& Ioann.de Imo.hic
in vltima char. Benedict.Plumbi.in d.§.Lucius.dom.Anton.
& Ioann.de Imol.in capitu.1.de conſtitu.Mattheſi.in notabi-
li.17. Ioann.de Imo.& Raphael.Cuma.in d.l.ſi ſic.in princip.
domin.Alexand.in conſil.34.incipien.Viſo themate. in 1.co-
lum.& in 1.volumine.Pro qua opin. facit gloſ. in verbo, iu-
dicauerit. in capitu. tua. 36. quæſtione 2. Idem facit,quia vt
inquit Bald. in l.voluntas. C.de fideicommiſ. quòd iudicium
æquiparatur diſcretioni,†ſed diſcretio ſignificat arbitrium bo-
ni viri,l. cum prætor. cum glo.ff.de iudic. & infra dicam: er-
go,&c. Probatur etiam hæc opinio per text. in capit.verum.
de foro competen.ibi, ſub ſuo iudicio terminantes, & in di-
cta l. cum prætor. §.1.iuncta gloſ. in verbo,iudicia.& in capi-
tu.illud.de clerico excommunicat. ibi, non vt iudicium, ſed
miſericordiam poſtulans,& in capitu.qualiter. el primo,de ac
cuſa.ibi, conſcientiæ iudicium requirentes. Sed ad hunc tex.
poſſet dici, quòd illud verbum,conſcientiæ, alteret naturam
verbi iudicij,per ſupradicta: & faciunt quæ dicam de verbo,
conſcientiæ. Prædicta ſententia cõfirmatur,quia nil aliud eſt
dicere,iudicio tuo, niſi quòd facta diſputatione iuxta te po-
ſtea iudices, quòd ad boni iudicium refertur. Præterea iudi-
cium dicitur quaſi iuriſdictio, & iuſdicere idem eſt quòd iu-
ſtitia,capitu.forus.§.iudicium.& §.iudex.& capit. iuſdictum,
48 de verborum ſignificatio.vnde †cum bonum ſit argumen.ab
ethimologia,l.1.§.appellata.ff.ſi certum petatur. l. 1. in prin-
cipio ff.de acquiren.poſſeſſio.& verbum,iudicium, habeat ſi-
gnificatum iuſtitiæ & iuris, ſequitur quòd eſt referendum ad
arbitrium boni viri. Tandem pro hac opinio. nouiſſime pon
dero text.apertum eſſe in capitulo in cauſis, de re iudicata,
vbi formaliter dicitur, in cauſis, quæ ſummi Pontifices iud-
cio deciduntur, & ordo iuris & vigor æquitatis eſt ſubtiliter
obſeruandus. Ecce ergo, qualiter ibi verbum,iudicio, regu-
latur ordine iuris & æquitatis rigore, & ſic non importat me-
rum arbitrium. Nec obſtat d.l.Thais. §.Lucius.quia ibi appa
rebat de mente teſtatoris & eius voluntate, ꝙ ibi legatũ com
mittebat in meram voluntatem hæredis.

49 **Verbum, diſcrete, ſeu †diſcretio,**
arbitrium regulatum ſignificat, vt ſupra dixi, & voluit Bald.
in dicta l. voluntas. Adde idem tenere Lappum in capitu. 2.
de iuramento calumn. lib.6. Anton.de Butri.& alij poſt eum
in capitu. 1.de conſtitu.colum.fin.Bald.in l.fin.ad ſi.C.de iur.
dom.impet.& dom.Alexand.in præallega. conſil.34. colum-
na prima.facit, quia dicta verba idem important, quod ver-
bum,iudicium,ſecundum glo.in d.l.cum prætor.§. 1.ſed ver-
bum,iudicium,ſignificat arbitrium regulatum, vt ſupra dixi:
igitur, &c.

50 **Verbum, ſuo †ſenſu.** Importat propriã vo-
luntatem, ſecundum
dom. Anton.& Imol. in capitu.1.de conſtitu.& Domin.in ca
pitu.relatum.37.diſtinct.ſed hoc reprehendit Abb.in d.capi-
tu.1.quia proprius ſenſus eſt,quòd iudicet vt bonus vir:pro-
batur,quia ſi verba,æſtimaueris,ſi placuerit:& ſimilia impor-
tant arbitrium boni viri, vt habetur in l.fideicommiſ.§.quan-
quam.ff.de leg.3.& in d.l.ſi ſic. ergo verbum,ſuo ſenſu, quod
idẽ importat, erit eiuſdem ſignificationis: de quo plenius per
Abb.& vide text. in capitu. vtinam.27.diſtinct. in l. diuus. ff.
de offic. præſid.

51 **Verbum, vt viderit expediri.** Ar-
bi-
trium regulatum ratione & iure ſignificat: ita Bald.in capitu.
1.§.inter partes.de leg.Conr.& in extrauagan. de pa.conſtan.
in verbo,nomina vero.allegat not.in capitu.2.de iuramen. ca
lum.in 6.in Nouell.tu adde text.cum glo.in capitu.2. de cor-
por.vicia.

52 **Verbum, prout †ſibi videbitur,**
importat arbitrium ratione regulatum,l.Thais ancilla. & l.fi-
deicommiſ.libertas.ff.de fideicommiſ.liber.& d.l.ſi ſic.& d.l.
fideicommiſ.§.quanquam. Et idem de verbo, placet. proba-
tur in d.l.Thais. §.ſororem.not.Bartol.in d. l. ſi ſic. bene facit
glo.in cap.abba.de verborum ſignificatio, in capit.iudices. 2.
quæſtio.7.in capitu.vt debitus.de appellatio.

Vnum tamen not.perpetuo, ꝙ ſi ego peto à te talem rem,
& tu reſpondeas,non ſolum illam,ſed quicquid tibi placebit,
talis promiſſio nulla eſt, nec poteſt petens ſe fundare ex illa
ad petendum. Ita ſingulariter Bald. in concluſionibus iuris
per text. in capitu. cum veniſſent. de iſtitui. quod ſequitur
Roma.in rubri.ff.de arbitr.colum.3. Addo bene facere quod
notanter dixit Angel.in l.ſi cui.ff.de ſerui.volens,ꝙ ille,qui di
xit,de me & meis ad libitum facias,non facit ex hoc ſermone
quòd velit ſua donare,ſed erunt verba modificanda ſecundũ
communem vſum & interpretationem: alleg.l.penult.vbi gl.
ff.de arbitr. quod eſt notandum.

53 Verba,ſecundum,†conſcientiam
tuam: an liberam voluntatem ſignificent. Pro intelligentia
videndum eſt prius, quid ſit conſcientia: & reperio Doctor.
varie locutos. Alberic.de Roſa.in ſuo repertorio in verbo,cõ
ſcientia,formaliter dicit, quòd ſecundum Hugn. conſcientia
54 † dicitur vehemens opin.aliquando dicitur conſocialis ſcien
tia vel cum veritate ſcientia,quando aliquis ſcit ita verum eſ
ſe. Vel ſecundum Papiam,conſcientia eſt cognitio cordis ſui
ipſius,alleg. Archidiacon. notare in capitu.ſtatutum.§.aſſeſ-
ſorem.de reſcript. lib. 6. Vel ſecundum Beatum Bernar.con-
ſcientia eſt cordis ſcientia,quæ dupliciter intelligitur, ſcilicet
vel illa,quæ ſe nouit per ſe.vel etiam quæ præter ſe,alia nouit
ex ſe. Cor enim nouit ex ſe ſua,& multa alia,quãdo nouit ex
ſe,appellatur conſcientia,quando præter ſe alia nouit, nomi-
natur ſcientia. Item conſcientia eſt duplex, facti & faciendi,
qui facit contra conſcientiam faciendi, id eſt, quia cõſcientia
dicat illud non eſſe faciendum, peccat mortaliter: & ſic in-
telligitur illud, qui facit contra conſcientiam,ædificat ad ge-
hennam,28.quæſtio.1.§.ex his.& ibi Archidiacon.ſuper ver
bo,conſcientia.Bald.in rubri.extra,de iudic.colum.6. ver. &
nota. dicit, quòd nihil aliud eſt conſcientia niſi mens ſibiipſi
conſcientia,& eſt flos intellectiuus.vel conſcientia eſt mentis
qualitas ſeipſam diiudicans.Bald. in rubri. C. ſi quis aliquem
teſta.prohib.in conſilio ſumatis quod ibi ponit,colum. 3. di-
cit,quòd conſcientia eſt ſtatus mentis in ſuo eſſe: conſcientia
enim dicitur à conſcio cõſcis, id eſt cognitio ſui ipſius cordis.
Et eſt conſcientia dictamen rationis,& ſi recta non eſt, ratio
eſſe non poteſt. Bald. in l.fina.§. 1. C.communia de leg. circa
fin. dicit, quòd conſcientia mea priuata apud alios nihil eſt,
ſed mihi ſonat in mente mea & obligat me: nam vt alibi ait
Griſoſtomus, conſcientia eſt lex noſtri intellectus, Bald. in l.
fina.colum.1.C.de pœna iudic.qui ma. iudic. dicit, quòd tri-
plex eſt conſcientia, ligata rebus viſis, ligata rationibus le-
gum, & alia eſt conſcientia motiua & adhærens quibuſdam
motionibus intellectus: & iſta non obligat animam noſtram,
quia eſt conſcientia impulſiua & nõ artatiua. Et ibi dicit Bal.
quòd ille poteſt ſequi conſcientiam,quę nemini nocet,vt no.
55 in l. bonorum. C. qui admit. Item † iudex potius debet con-
ſcientiam ſuam ſequi, quam conſcientiam partium,l.1.C.de
bonorum poſſeſſio. ſecundum tabu. Bald. clarius in dicta ru-
brica,de iudic. columna 6. dicit,quòd triplex eſt iuſtitia, ſci-
licet,conſcientiæ,iudicij & compoſitionis. Iuſtitia conſcien-
tiæ eſt in ipſa anima: vnde dicitur conſcientia,ſi tu te condem
nas, & ego te condemnabo: ſi autem habes pacem cum ani-
mo tuo,id eſt,ſi non pugnãt tecum peccata tua,& ego tecum
56 habebo pacem. Et ſic nota † mirabilem deci. clementinæ:
quia in cauſa propria facit iudicem te ipſum,& vnus & idem
es teſtis & iudex,l.quæſtionem.C.de fideicom.

Nil aliud eſt conſcientia, niſi mens ſibiipſi conſcientia: &
eſt flos intellectus,vel conſcientia eſt mentis qualitas ſeipſam
diiudicans. Eſt ſub iuſtitia iudicij & fori ſecundum acta &
probata: quia probationes & actitata concludunt iudici,nec
conſcientia operatur licet interdum cooperetur, l. illicitas. §.
veritas.ff.de offic. præſid. Nec per conſcientiam à legum tra-
mite deuiari debet: quia conſcientia eſt ſingulorum, & non
facit ius,ſed lex eſt vniuerſorum & commune præceptum, l.
lex eſt.ff.de legibus. Alia eſt iuſtitia compoſitionis & concor-
diæ,quæ pertinet ad amicabiles compoſitores,in qua non de-
bet eſſe enormitas, & ſi eſt, reformatur, l. vnde ſi Neruæ. ff.
pro ſocio. Poſtremo Bald. in l. 1. C. de fideicommiſ. dicit,ꝙ
conſcientia eſt animi motus ex dictamine naturalis rationis
perſuaſus. allega.l.milites.C.de religio. & ſumpt.func. & di-
citur conſcientia cordis ſcientia, quæ debet eſſe ſicut ſpecu-
lum ſine macula, dicit Bald. in capitu. ſi ſacerdos. de officio
ordina.per capitu.perpetuæ.de electio.& capitu. ita quorun-
dam.eodem titu. capitu. abbate ſanè. de re iudica. lib. ſexto.

Item in homine cadit triplex conſcientia. Prima cadit in ſa-
cerdote,qui vt Deus nouit reatus confitentium. Secunda eſt,
quam quis ſcit vt homo de eo quod voluit & audiuit. Tertia
eſt, quam quis nouit vt iudex: & ita conſcientiam tripartitur
Ioann. Andr. in dict.cap.ſi ſacerdos.

57 His præmiſſis † cum quæritur,an verba,ſecundũ conſcien
tiam tuam,liberam voluntatem ſignificent, ita vt nullus poſ-
ſit conqueri,glo.notanda in cap.ſtatutum.§.aſſeſſorem.tenet
quòd ſignificãt liberam voluntatem,vt nullus poſſit conque-
ri. Et illam gloſ. ſequitur Bald.in l.ſolam.in fine. C.de teſtib.
& in l. rem non nouam. C. de iudic. Lappus allegatio. 15. in
fine.dicens,quòd per dicta verba excluditur omnis exceptio.
Idem tenet Angel.in l.inter ſtipulantem. §.1. ff. de verborum
obligatio.in l.ab executore.§.1.ff.de appellationibus. In con-
trarium allegatur gloſ.in verbo, oneramus. in clementi.1. de
iurepatrona. Sed iſtæ gloſ. multis modis reducuntur ad con-
cordiam: nam Ioann.de Imol.& Abb.in dicta clementi.1. &
Domin.in capitu.2. de iuramen. calumn. lib. 6. dicunt,quòd
quo ad effectum vt iudex,qui protulit ſententiam ſecundum
conſcientiam, prout ſibi, commiſſum erat, teneatur deferre
appellationi, non auditur appellans: ſed quo ad effectum de-
uoluendi negocium ad ſuperiorem,audiatur appellans.

Et quo ad primum effectum intelligatur glo. in dict.§.aſſeſ
ſorem. quo vero ad ſecundum effectum procedat gloſ. in di-
cta clement.1.

Secundo modo ſaluantur prædictæ gloſ. quòd in his quæ
ſunt modici præiudicij,non admittatur appellatio: & ſic pro-
cedat gloſ. in d.§. aſſeſſorem. Sed in his,quæ ſunt grauis prę-
iudicij,admittatur querela. Et ita Bald.in capit. 1.§.ſacramen
tum.in fine.de conſuetud.rec.feudi. Et idem dom. Anton. in
capitu.ſignificaſti. el j.de homicid.

Tertio modo concordantur per Bald. in l. 2. in fine. C. de
ſentent. ex pericu.recitan. ſcilicet, quòd commiſſa conſcien-
tiæ per appellationem non reuocãtur: ſuperior tamen poteſt
corrigere. Idem tenet Bald. in capitu. ſi ſacerdos. de officio
ordina.ſentit Roman.in conſilio 448. dicens,quòd in relictis
conſcientiæ quæſtio per priuatum inferri non poteſt.

Quarto Bald. in l. 1. C. de rebus credit. concordat,quòd in
his, quæ ſunt parui præiudicij, non poteſt quæri de malitia
eius,cuius conſcientię actus committitur: ſecus ſi grauis prę-
iudicij: & ita videtur reſidere Ioann. de Imol. & Domin. in
dict.§.aſſeſſorem. Conſiderabam in hoc caſſu forte poſſe di-
ſtingui,ꝙ aut verbum,conſcientia,refertur ad iuſtitiam ipſius
conſcientię: & tunc cum de nullius præiudicio tractetur,ap-
pellatione conſcientiæ compræhenditur etiam erronea con-
ſcientia, & ita procedat quod dici ſolet, quòd etiam erronea
conſcientia ędificat ad gehennam vt ſupra dixi.

Aut ſecundo verbum, conſcientia, refertur & dirigitur ad
iudicem vel perſonam habentem ius & iuſtitiam miniſtrare,
& hoc caſu compræhendatur conſcientia illa, quæ a legum
tramite non ſit difformis. & ſic intelligatur ſupra relata opin.
volens tale verbum non ſignificate voluntatem liberam, ſed
arbitrium regulatum.

Aut tertio tale verbum dirigitur perſonæ,cuius officio ſpe
ctat componere & concordare: & tunc procedat diſtinctio,
an tractetur de graui vel modico præiudicio,quã ſæpius ſen-
ſit Bald.& ſupra retuli: Hanc meam conſiderationem ſumpſi
ex his quæ tradidit Bald. in rubri. ſupra de iudic. & ſupra re-
tuli. Cogita.

Et bene ad propoſitum facit text.in c.non ſolum, de regu.
lib. 6. vbi dr̃, ꝙ paucitati conſcientiæ non debet deeſſe iudi-
cium rõnis,per quẽ tex.etiam probatur,ꝙ alia eſt conſcĩa bo-
na,alia mala,ſecũ m Bal.in quadam q.diſputata, quæ incipit,c.
1.§.inter partes.de lege Conradi.dicente etiã ex illo tex. d.c.
non ſolũ probari, ꝙ verba de iure & ſtatuto ſecũm conſciam,
intelliguntur ſecundum iuſtam conſcientiam, aliàs actus ge-
ſtus poſſet per ſuperiorem corrigi,alleg. glo.in d.cle.1. Et ali-
58 bi Bald.in d.§.inter fratres. dicit,ꝙ † conſcientia debet conſo
nare rebus ſenſatis,l.omnium.C.de teſtam.facit quod inquit
Bald.in l. 1.C.de pœna iudicis qui male iudicauit. volens ſta-
tutum,quòd ſtetur arbitr.& volũtati,debere intell.de ſana vo
luntate,de quo infra in quæſtio.quid ſi dicatur,quòd poteſtas
59 poſſet facere ad ſuam voluntatem. † An autem is, cui cauſa
committitur terminanda ſecundum conſcientiam,ſi proferat
ſententiam ſine citatione,valeat.Bald.in l.certum.verſic.item
opponitur.C.vnde cognati,concludit quòd ſic,quia quando
probatio concludit ſoli iudici & non parti, non requiritur ci-
tatio partis,quia non debet diſputari niſi cum iudice,l.3 §.pe-
nult.

nult.ff.de bono.poſſeſ.not.Iac.de Are. in d.l.certum. Ex quo
infert ibi Bald.quòd quando Papa mandat aliquem examina
ri,non eſt aliquis citãdus, cum ſufficiat ſoli examinatori pro-
bationem concludere: nam hæc cõmiſſio potius eſt conſcien
tiæ naturalis quàm iudicialis,ſi non citaretur,deberet audiri,
alias poſſet appellare. In contrarium tamen facit deciſio Pet.
de Anchar.in conſil.384.quòd incipit, Primo & ante omnia.
volens executorem taxantem alimenta ſecundum conſcien-
tiam,debere citare hæredem.Confirmo,nam cum tale verbũ
referratur ad perſonam habentem ius reddere, debet intelli-
gi de conſcientia, quæ a legum tramite non diſonet, vt ſupra
dixi. In omnibus tamen caſibus,in quibus concludendum ſo
ret à ſententia lata ſecundum conſcientiam non poſſe appella
ri, per ſupra dicta, eſſet id intelligendum verum,niſi tali ver-
bo conſciẽtiæ adijceretur aliquod verbum ſapiens arbitrium
boni viri,puta ſi diceretur, arbitrio conſcientiæ tuæ: faciunt
cap.qualiter.el j.de accuſ. & quæ dixi ſupra de mero arbitrio.
60 †Ex his etiam quæ dixi, ſuperiorem poſſe actum geſtum ſe-
cundum conſcientiam corrigere, infert Domi. in d.§.aſſeſſo-
rem.ad quæſtionem,quòd licèt teſtator diſponat bona diſtri-
bui ſecundum conſcientiam executoris: poterit tamen epi-
ſcopus ab eo petere redditionẽ rationis diſtributionis: quod
dicit perpetuo notãdum.Et pro eo facit quod no. Ioan.And.
in additio.titu.de inſtrum.edi.§.nunc aliqua.ver. ſed nũquid.
Pet.de Ancha.in cle. 1.de teſtamen.Bald.in l.nulli.C.de epiſc.
61 & cleric.& in l.captatorias. C.de teſtament. †Scire etiam de-
bes,quòd vbi actus committitur conſcientię alicuius,ille,cui
committitur,debet præſentialiter actum facere,nec ſufficeret
conſenſus ex poſt facto,ſeu illius ratihabitio,ſecundũ ea quæ
not.Ioann.Andr.in regula,ratum lib.6. & ibi per Pet. de An-
chara. clarius. An autem vbi actus committitur conſcientiæ
alicuius,dicatur electa induſtria perſonæ,ita quòd non poſſit
alij ſubdelegare.Bald.in l.& in epiſtola.in fi.C.de fidcicomm.
tenet,quòd electa ſit induſtria perſonæ: de quo late per Rotã
Rom.curię deci.442.quæ incipit,Item fuit dubitatum vtrum
executor,& plenius per Docto.in cap.fina. de officio delega.
per Angel.in authen. ad hæc.C.de iudicijs. Immo nec tranſ-
mittitur ad hæredes,cum ſit quidã animi motus,qui non trãſ
mittuntur,ſecundum Bald.in cap.1.§.ſacramenta.de conſuetu.
recti feudi. Et hinc eſt, quòd hæres denuo iurare tenetur de
malitia,l. qui bona.§.ſi quis ſtipulatus.ff.de dam.infect.Ille ta
men,qui tenetur actum facere ſecũdum conſcientiam, tene-
tur iurare prius,ſecundum Angel.in l.de pupillo. §.qui opus.
ff.de oper.no. nuncia. per text.in l. Theopompus. ff.de dote
prælega.cum ibi not.Non autem poſſet compelli aſſignare ra
tionem eum mouentem,ſeu illam exprimere,ſecundum Bal.
62 in l.rem non nouam.C.de iudi. Item †quis non poteſt cogi di
cere vel teſtificari ſuper his, ſuper quibus habet deponere ſe-
cundum conſcientiam ſuam. hinc eſt, quòd compurgatores
non poſſunt compelli deponere in purgatione fienda canoni-
ce, text.eſt in cap.cum dilectus.el 1.de purgatio. canon. quia
iſti deponunt ſecundum cõſcientiam:quod dicit Abb.ibi no-
tandum pro iſtis artificibus, qui habent deponere ſecundum
peritiam artis, ſecundum eum ibi,qui tamen hoc non firmat.
Ego prædicta omnia dicta commendo, ſed arbitror debere
temperari ſecundum eam ſignificationem verbi conſcientiæ,
quæ conuenit perſonæ cui verba diriguntur, & ſecundum ſu-
biectam materiam: nam relata ad iudicem aliud ſignificant,
quàm relata ad hominem carentem adminiſtratione iuris red
denda, vt ſupra dixi ſecundum Bald. in rubrica de iudicijs.
Alias vero prædicta de conſcientia, indifferenter loquendo
de conſcientia, videntur vel non eſſe vera, vel inter ſe habe-
re repugnantiam. Aduerte igitur & diligenter ſingula ne er-
63 res. Verba, committo † me miſericordiæ & gratiæ tuæ. ar-
bitrium boni viri ſignificant: & ſic in te veluti in arbitrium
boni viri videtur facta commiſſio, nec poſſet ſæuire contra
iſtum, vel aliquid damnabile in eum facere: verba ſunt In-
nocen.in capitu.veniens.de renuncia.quem ſequitur Roman.
in rubri.de arbitr. colum.7.& Angel.in l.ſi cui.ff.de ſeruit.do.
Alexand.in conſilio 72. incipiente, Viſo proceſſu inquiſitio-
nis.colum.7.in fine.facit bona gloſ.in l.penultima.ff.de arbit.
& quod not. Angel. in l.fina. in fine. ff. de prætor. ſtipula. di-
cens, quòd is, cuius gratiæ & miſericordiæ quis ſe ſupponit,
ſi gratiam & miſericordiam nolit facere,debet illum repone-
re in priſtinum ſtatum: allega.Innocen.in dict. cap. veniens.
& in capitu.ſanè:de renunciatio.facit etiam quod not.glo. in
l.4.C.de dot.promiſ.volens,quòd ponens ſe in manus aduer-
ſarij, dicitur illi ſe ſupponere tanquam in arbitrium boni vi-
ri: ad quod faciunt not. in capitu. eccleſia,el ſecundo, vt lite
64 pendente. †Quid autem operetur exceptio, quam quotidie
faciunt domini temporales & eccleſiaſtici recipiẽtes alios in-
feriores ſub eorum protectione, quam vltramontani ſaluam
guardiam appellant. Abb. in capitu. accepimus. de priuileg.
per text.ibi iuncta gloſ.fina.& not.per Hoſtien.determinat,quòd
nihil aliud operatur, niſi quod talis accipiens facilius pro re-
cepto mouebitur quàm pro alio:& ideo talis exceptio iuri ter
tij non præiudicat: & per conſequens non tenetur illum iu-
uare contra iuſte illi bellum mouentem,vt ibi per Abb. Ver-
65 ba, promitto †ſtare dicto tuo: arbitrium boni viri includit.
Ita Bartol. in l.fina, ff. de prætor. ſtipula. quem ſequitur Ro-
man.in rubrica.ff.de arbitr.colum.2.Quid autem ſi compro-
mittatur de ſtando videre tuo? dic quòd a tali ſententia non
poteſt appellari, ſecundum Innocen.in capitu.fina.de ferijs.
quod Bald. reputat ſingulare in authen.ceſſante. in 1. colum.
C.quomodo & quando iudex. ſequitur Roman. in dicta ru-
66 brica,colum.3. † Verba, prudentiæ tuæ. liberam voluntatem
important ſecundum domi. Anton. per text. ibi in capitu.ne
initaris.de conſtit.quem repræhendit ibi Ioan. de Imol. quia
de propria ſignificatione verbum,prudentia, ſonat in virtu-
tem. alleg. text. in capitu.2. ſupra de præcari. eandem opin.
contra dom.Anton. tenet Abb.in capitu. 1. de ſeque. poſ. &
fruct.colum.4. Nec obſtat dict.capitu. ne innitaris. quia ideo
ibi capitur in malam partem,quia loquitur in prohibitis: vel
67 ſecundo † vbi aliquid affirmatiue & præceptiue committitur
prudentię, ſumitur in bonam partem: ſed vbi ponitur in ora-
tione negatiua & probibitiua, ſecus eſt: & ita loquitur d. ca-
68 pitu.ne innitaris. Verba, pro ſuo † libito voluntatis,impor-
tant liberam voluntatem. text. eſt in l.fideicommiſſaria liber
tas.ff.de fideicommiſ.liber. not. Barto.in l.alio. ff. de alimen.
lega.& in extrauagan.ad reprimen.in verbo,videbitur. Ioan.
Imol. in l.ſi ſic.in princip. de legat.primo. ſed eſt text. not. in
capit. 2. de ſequeſtra.poſſeſſ.& fruct.& ibi Abb. in 1.colum.
dicens hoc facere ad multa, maxime ad compromiſſa,in qui-
bus ſolet apponi,vt pro ſuo libito diſponat. Item facit ad ſta
tutum Senenſe, ſcilicet, quòd actor vniuerſitatis non tenea-
tur aliquid ſoluere, niſi prout proceſſerit ex ſuo libito: nam
non eſt recurrendum ad arbitrium boni viri,ſed ad nudam re
ctoris voluntatem. Verbum enim libet,liberam voluntatem
importat, nec ratione gubernatur, l. 1. ff. de teſtamen. mili-
tari. not. Bartol. in dicta l. alio.probatur in dicto capitu. 2 &
etiam in capitu.penultimo.de conſuetud. vbi Abb. prædicta
69 refert & ſequitur. Verba, beneplacito † tuo,arbitrium regu-
latum ſignificant. Ita Bald. in l.fina.§.ſed ſi quis.C.commu-
nia de lega. & Abb. in capitu.verum.in princip. de foro com
peten.in vltimo not.vbi hoc probatur,dum ibi dicitur,quòd
ſi cauſa feudi fuerit, imperiali beneplacito relinquatur, & ta
men dominus feudi ſine cauſa dominum non priuat, toto ti-
tulo,de feud.ſine culpa.

Confirmatur hæc ſententia,quia verbum placet, ſimplici-
ter prolatum arbitrium boni viri importat,d.l.Thais. §.foro-
rem. ff. de fideicommiſ. liber. & ſupra dixi. ergo fortius,hoc
ſignificabit,vbi additur dictio bene,quod eſt valde not. maxi
me ad compromiſſa.

70 † Verba, damus tibi licentiam procedendi in tali cauſa.im
portant arbitrium boni viri, ſecundum Bartol.in dict. l. alio.
quia deſcendit à verbo, licet, quod idem eſt dicere quòd lici-
tum eſt, quæ verba ſapiunt boni viri arbitrium, l. fideicom-
miſ.§.quanquam.de legat.3.Probatur etiam hæc ſententia in
l. 1. C. de ſacroſanct. eccleſ. vbi licet vnuſquiſque habeat li-
centiam teſtandi, non propter hoc poteſt filium iniuſte exhe-
redare, l. ſi quis ad declinandam. C. de epiſcopis & clericis.
Et ita tenet Aretin. Inſtitu. de actio. §. in bonæ fidei. colum-
na. 13. licet Innocen.in capitu. cum ad monaſterium. de ſta-
tu regul. in verbo, licentia, teneat quòd importent liberum
arbitrium.

71 † Verba, committimus, quòd poſſit omnia quæ nos poſſu-
mus ſi præſentes eſſemus, an importent liberam poteſtatem.
Barto.in l.creditor.§.Lucius.ff.manda.per tex.ibi tenet quòd
ſic, de quo tu latius vide Abb. in capitu. intelleximus. de iu-
dic. & in capitu.expoſuit.de dilatio. Domin. poſt Archidia-
con.& Docto. in capitu.qui ad agen. §. fina. de procurato. &
in capitu. 1.de reſcript.lib.6. Aretin.Inſtitu.de actio. §.bonæ
fidei.colum.13.

72 †Verbum, cupio, videtur liberam voluntatem ſignificare.l.
græce.ff.de fideiu. vbi volo, & cupio, æquiparantur. Contra-
rium tenet Bar.in extrau.ad repri.in verbo, videbit. Car.Flo-

ren.hic,& Ioan.de Imo.in vlti.char. poſt Ioan.de Ligna.Nec
obſt.d.l.græce. quia æquiparantur in hoc ſolum, q vtrunque
continet voluntatem,ſed primum liberam , ſecundum regu-
73 latam ratione,&c. † Verba,ſecundum cor tuum. liberam vo-
luntatem ſignificant . c. ſummopere. ibi, non ex corde noſtro
pro præcepto diuino. 11.quæſtio.3.Sed mihi non placet. Nec
obſt.d.cap.ſummopere.quia ideo illud eſt,quoniam negatiue
profertur,vt in ſimili ſupra dixi de verbis prudentiæ tuæ.Prę
terea verba,ſecundum cor tuum,vel ſecundum mentem tuâ,
non differunt.Sed verba ſecundum mentem tuam, regulãtur
ratione,vt dicit Bald.in l.voluntatem. C. de fideicom. igitur.
facit quod ſupra dixi de verbis,iudicio tuo,& de verbis,con-
ſcientiæ tuæ,ſcilicet,q in dubio de bona cõſcientia intelligun
tur:mens enim tua & conſcientia tua idem important,ſecun-
74 dum Bal.in l.fina.C.ſi a non compe.iudic. † Verba,ſecundum
ſpiritum tuum . regulantur ſecundum rationem . probatur in
c.ſicut in ſacramentis.de conſecra.diſtinct.3.ibi,animalis ho-
mo percipiat, quæ ſunt ſpiritus,&c.mihi videtur , q ille text.
hoc non probet, quia loquitur de ſpiritu Dei : & dicit, quòd
75 homo percipit quæ ſunt ſpiritus Dei. Cogita. † Verba,ſecun
dum carnem tuam,liberam volũtatem ſignificant. facit quod
habetur in Euangelio,Non caro & ſanguis,ſed ſpiritus reue-
lauit &c.Et quod dicit Ioann.Mona.in capit.fundamenta.de
elect.in 6.dum dicit, quòd caro & ſanguis reuelauit Pontifici
Romano,vt conderet illam conſtitu. quia erat Romanus. fa-
cit etiam quod per text.in l.tutor.§.quæ tutori. ff. de excuſat.
76 tuto.arguit ibi Bald. quòd † ſi Papa promouit conſanguineũ
ad dignitatem,quòd ei iudex . reuelauerit caro & ſanguis , &
non ſpiritus : facit capitu. licet.de regul. ibi, quæ ſpiritu Dei
77 agũtur &c.cap.duæ ſunt.19.quæſt.2. Verba † libera facultas ,
important liberum arbitrium regulatum ratione,Bald.in cap.
1.c.fina.de pace iuramen.firman.dicit per illum text.probari,
quod intelliguntur ſeruato iuris ordine. contrariũ innuit Bar-
tol.in d.l.alio.ff.de alimen.leg.& Ioan.de Imo.in c.quæ in ec-
cleſiarum.de conſtitu.per text.ibi,& in cap.1.de reſcrip.& in
c.cum dilectus,de conſuetu.in cap.1.de offic.ordin.Bald. in l.
1.in principio.verſicu.quarto quæro.C.de ſacroſanct. eccleſ.
plus dicit Ioann.de Imo.in c.irrefragabili,in principio,de offi
cio ordinarij. quòd virtute dictorum verborum poterit omit
ti conſuetudo . Ad text.in d.cap.1.§.fina.quod dum ibi dicit,
liberam facultatem, intelligitur ſecũdum ſubiectam materiã,
.i.eam liberam facultatem diſponendi , quam vaſalli habent .
Et faciunt ad prædicta quæ ſupra dixi de mero arbitrio,& de
verbo,libere. vide glo.in clemen.dudum.de ſepultu.doct o.in
cap. 1.de reſcrip.Ioan. And.qui extollit text.& plures ad hoc
allegat in cap.licet epiſcopus.de præben.lib. 6.in nouella. Ef-
fectus autem reſultans ex hoc,quòd verba importẽt arbitriũ
boni viri,eſt primus,quia ille, cuius arbitrium velut boni viri
requiritur, non poſſet dicere & arbitrari in facto alieno aliter,
quam ſi eſſet ſuum,text.eſt ſingularis in l.1. C.de his quæ pę.
not.ſequitur Roma.in rubri.ff.de arbitr.faciunt quę.infra di
cam colum.ſequen.Secundus reſultat effectus , quia quando
iudex cognoſcit vt bonus vir,nõ poteſt ab eo appellari,ſecun
dum Innocen.in capitu.pręſenti.hodie incipit,cap.ſtatutum.
de reſcrip.lib.6.& Bartol.dicens hoc alibi non reperiri in l. 1.
in fi.ff.de lega.2.de quo ibi plene per Ioann. de Imol. & alios
moder.& per Ioan.de Imo.in l.a.ff.de publi.iudic. Abb.in ca
pitu.ſuper his,de accuſ.

Viſis ſupraſcriptis Verbis denotantibus libe
rum arbitrium, & etiã ar-
bitrium regulatũ. Pro clariori intelligentia aduertendum e-
rit,& præoculis habendum id, quod ſub his verbis concedi-
tur . Vnde ſecundum Bartol.in d.extrauagan.in verbo,vide-
bitur. Ioann.de Ligna. & Ioann. & de Imol. hic in vlti. char.
Cardinal.hic,colum.4.& 5.Cõſiderandi ſunt tres caſus: quia
quandoque ſub his verbis datur facultas componendi:quan-
doque largiendi ex cauſa lucratiua: quandoque committitur
facultas iudicandi .

Primo caſu dicit Barto. quòd ſi committitur per verba ſi-
gnificantia arbitrium boni viri,vt facultas arbitrãdi:tunc de-
bet arbitrari arbitrio regulato : ratio eſt, vt bonus vir & dili-
gens paterfamilias,l.hæc venditio.ff.de contrahen. emptio.l.
ſi ſocietatem.§.arbitrorum.ff.pro ſocio.l.ſi libertus.ff.de ope
ris libert.cap.veniens.cap.Quintauallis.de iureiuran. Excuſa-
retur tamen habens actum facere arbitrio ſuo , ſi vtatur dili-
gentia,qua in proprijs vtitur,etiã ſi minus diligens ſit in pro-
prijs, text.eſt & ibi Bartol.in l.1.ff.de ſolut.iuncta glo.in l.ex-
terum.verbo,dictum eſt, eodem tit. & ibi idem ſequitur An-
gel.& Bald.not.in l.1.in 2.oppo. C.de his quæ pœn.nom.vbi
dicit illam l.1.ad hoc eſſe ſingularem.Idem ſequitur do.Ale-
xan.conſil.48.in primo volumine,incipiente Circa primum
de quo quæritur . Si vero committitur dicta facultas per ver-
ba denotantia liberam voluntatem : tunc præter duo omnia
poteſt . Primum eſt,quòd non donet, quia iſtud non venit in
in conceſſione liberæ voluntatis. l.ſi filiusfamil. §.1. ff.de do-
natio. Secundum,quòd dolus abſit,l.creditor. §.Lucius.ff.mã
78 dati . hoc enim repugnat regulæ iuriſgentiũ: quia licet † per-
mittatur contrahentibus ſe inuicem ſine dolo decipere , l.in
cauſæ.la ſecunda,de mino.l.item ſi pretij.ff.locat. capitu. cum
dilecti.de emptio.& venditio. tamen hoc bono viro non con
uenit,dicit gloſ.not.in l.ſi ex ſtipulatione. ff. de verborum ſi-
gnificatio. ex quo patet, quòd licet aliquid ponatur in libera
voluntate , intelligitur iſta voluntas libera a regula iuris ciui-
lis,non autem iuriſgentium.

Secundo vero caſu , quando ſub his verbis conceditur fa-
cultas largiendi ex cauſa lucratiua,dic quod ſi per verba ſigni
ficantia arbitrium boni viri , debet eligere cui donet , vt bo-
nus vir,l.cum quidam.ff.de legat.2.l.ſi ſic.ff de legat.1.l.fidei-
commiſſa. §. quanquam. de legat.3. l.fideicommiſſaria liber-
tas.ff.de fideicommiſ.libert. Ex quo infert Bartol. in d. l.cum
quidam . quòd ſi electio pauperum cõmittatur per verba de-
notantia arbitrium boni viri priori prædicatorum per teſtato
rem , poterit prior eligere fratres ſuos pauperes & [illegible] is diſtri-
buere. Et in hoc Bartol. ſequitur Petr. de Ancharan.in con-
ſil.83.in fine.de quo per ipſum in capit.2.de teſtibus.lib.6. &
per Ioann. And.referentem Iacob.de Are.in additio. Specul.
titul.de inſtrumen.edict.§.compendioſe. in fine. Si vero com
mittitur per verbum liberę voluntatis:tunc poteſt facere etiã
contra regulas iuris, ciuilis , ſeruatis tamen regulis iuriſgen-
79 tium,l.1.ff.de teſtamen. milita. vbi permittitur † militi teſtari
quomodo vult , ob quod poteſt relinquere deportato , cuius
ſtatus eſt nullus de iure ciuili : non autem damnato in metal-
lum , qui eſt ſeruus pœnæ , vel ſeruo proprio, quia eius ſtatus
eſt nullus etiam de iuregentium,l.3. §.deportati. §. ſerui pœ-
næ.& §.ſeruum proprium. ff.de teſtamen. milita. & hoc vult
dicere d. l.cum quidam. nam ei, qui eſt indignus propter of-
fenſam,non donatur ſed reuocatur donatio,l.fina.de reuoca.
donatio. cap.fina. de donatio. quibus bonus vir non arbitra-
tur ſecundum regulam iuris ciuilis debere donare, ſed ſecun-
dum naturalem æquitatem declaratam per ius diuinum , cu-
ius ſit maioris pfectionis tribuere illi qui offendit, quàm alijs
& ideo is,cuius liberæ volũtati committitur, poteſt talem in-
dignum eligere:quod eſt notandum.

80 Tertio † vero caſu,quando committitur facultas iudican-
di,conclude quòd ſi per verba importantia arbitrium boni vi-
ri,tũc debet ſequi regulas iuris ciuilis,ſicut ille q aſſumit arbi
ter,l fina.ff.de arbitr.c.2.cap.per tuas.c.expoſita.de arbitr. Si
vero per verba ſignificantiã liberam voluntatem:tunc iſte eſt
liber à regulis ciuilibus , ſed non à regulis iuriſgentium vel à
naturali æquitate , quæ idem eſt, clement.paſtoralis. de re iu-
dica.probatur:nam Imperator ſolutus eſt legibus, & ex vigo
re ſuæ poteſtatis tulit ibi ſententiam: quia tamen in quibuſdã
fecit contra naturalem æquitatem , caſſatur . Et hanc doctri-
nam magiſtralem Bartol.ſequitur dom. Anton.in capitu.1.de
conſtitu. Angel.in l.etſi poſt tres. ff.ſi quis cau.colum.11.Pet.
de Anchara.& Ioann.de Imol.poſt Ioann.de Ligna.hic in vl-
ti.char.dom. Alexand.in conſil.34.incipiente, Viſo themate.
81 in 1.colum. Ex † quibus Bartol. vbi ſupra dicit ſolutam eſſe
quæſtionem de poteſtate habente liberum arbitrium, an poſ-
ſit iniuſtitiam facere parti.& certe non, quia eſſet contra na-
turalem æquitatem: ſed bene poteſt omittere ſolennitates iu
ris ciuilis , de qua quæſtione latius per Bartol. in l.filiusfamil.
ff.de dona.iuncta l.1.ff.de teſtamen.nulita. Idem voluit Inno
cen.& Abb.in 3.colum. in cap.dilecti. ſupra de iudic. Sed ad-
uerte,quia Bald.& Abb.in capit.1.de offic.ordinar. per illum
text.dicunt & ſentiunt oppoſitum : nam dicit ibi Bald. quòd
poteſtas , cui datur liberum arbitrium , non debet ponere ad
torturam indicijs non præcedentibus:quod etiam licet à Bal.
non allegetur,tenet Gandinus in tract.maleficiorum, dũ tra-
ctat de tormentis,in rubr.quæ incipit,Item quæro nũquid po
teſtas qui habet arbitrium &c.Idem voluit Pau.de Eleaz.no.
in c.grauis. de depo. circa vltimam col.allegatur quod habe-
tur in c.veniens.& in c.Quintauallis. de iureiur.& per gloſ.in
hac clemen.Idem tenet dom.Alexan.in conſil.67.incipiente,
Habita ſuper contentis,colum.ſecunda. Accedat ratio ſecun
82 dum Abb.& Bal.in dict.cap.1.quia illud † verbum, liberum.

debet

debet melli ſeruatis diſpoſitionibus ſtatutarijs, & legalibus,
& ſolum importat, ꝙ poſſit ſine alicuius impedimento & licẽ
tia, vt no.in c.de mulcta.de præben.in c.licet epiſcopus. co.ti.
lib.6.& probatur in d.ca.1. bene facit quod no.Bar.in 1.con-
ſtitutione C.in §.quibus,dicens ꝙ habẽtes arbitrium nõ poſ-
ſunt ſtatutum corrigere vel mutare. Cõfirmatur hæc opi. per
tex.in l.ſi a milite.§.ſ dictum.ff.de teſtam.mili.vbi per liberta-
tem arbitrij non intelligitur conceſſum aliquid, ꝙ bonis mo-
ribus ſit interdictum,per quem tex.dicit ibi Ang.ſe cõſuluiſ-
ſe apud Florentiam,ꝙ nulla plenitudine arbitrij,quod hẽt capi
taneus contra magnates,aut turbantes pacificum ſtatum, po
terit eos ad perpetuum carcerem damnare, quia illa eſt plenè
legibus interdicta,l.incredibile. C.de pœnis. cui interdicto nõ
videtur derogatum per libertatem arbitrij,d.§.edictũ.Et hoc
dictum ſequitur domi.Alexan.in d.conſi.67.incip. Habita ſu
per contentis.facit quod pulchre tradidit Bald.in capit.1.col.
83 7.de milit.vaſal.qui contu.eſt,dicens,quod † quando lex com
mittit aliquid arbitrio iudicis,intelligitur arbitrium datum in
his, q̃ in animi conſilio conſiſtunt, non in his quæ ſunt a iure
ſpecificata:alleg.Ioan.And.in c.cum inter vniuerſas,de elec.
& tex.in l.1.§.calumniatoribus. ff. ad Turpil. Facit etiam qđ
no.in l.1.ff.de teſta.milita.& per Ange.in l.miles.C.eod.titu.
vbi dicit, quod vigore talis arbitrij non poteſt prorogari in-
ſtantia cauſæ criminalis vel ciuilis.alleg.tex.in l.ſi a lege.ff.lo
ca.& ſequitur Abb. in cap. cum olim Abbas. de offic. deleg.
Pet.de Anch.in clemen. 1. in principio, de reſtitu.in integrũ.
Roma.in l.1.ff.de re iudica.colum.2 .Et quod habens liberũ
arbitrium non poſſit iniuſtitiam facere, quia eſſet contra na-
turalem ęquitatem,facit quod no.Bal.in l.prolatam.C.de ſen
ten.& interlocut. omnium iudic.dicens,ꝙ habens plenariam
poteſtatem non poteſt fulminare ſententiam incõtinenti, q̃a
eſſet iniuſtitiam facere parti iudicando cauſa non cognita,ad
quod bo.tex.in c.cum ex his,de in integ.reſti.no. præceptor
meus Peruſinus in cap.dilecto.de appella.colum.71.Accedat
quod no.idem Bal.in l.captatorias.ver.modo circa. C. de te-
ſtamen.mili. vbi dicit,quòd ſi is,cui committitur declaratio,ſi
84 incontinenti declarat, non valet declaratio.† Hinc dixit do.
Anto.in cap. ſi pro debilitate, de offic.deleg. ꝙ ſi iudex debet
ferre ſententiam ſecundum conſilium ſapientis, vbi ſapiẽs vi
ſo puncto incontinenti conſuluit, conſilium non eſt ſequen-
dum, per not. per gloſ.in d.l.prolatam. & ita refert Roma.in
rub.ff.de arb.colum.3.cui adde,quæ no.Bar.in l.cum hi. §. 1.
ff.de tranſac.dicens, quod quando aliquid committitur arbi
tratu iudicis, ſemper intelligitur cauſa cognita, & facit quod
contra feſtinantes confirmare ſcribit Ioan.And.in cap. quod
ſicut,de electio.bon.tex.in c.fin.eo.tit.lib.6. not. Dominicus
in cap.cum perſonæ.colum.2.de priuileg.in 6.domi.Anto.in
cap.veſtra.de cohabi.clerico.& mulic.Bal.in 1.conſtitu. ff. in
§.itaque.in fi.dicens, quod totus proceſſus vna die fieri non
poteſt,l.ſed ſi per prætorem.§. quotiens. ff. ex qui. cau. maio.
quia ſic feſtinatum præſumitur incautum & minus pondera-
tum.de quo etiam no.Pau.de Caſt.in conſi.72.incipien.Quia
fruſtra.& in conſi.48.incip.In cauſa quæ vertitur.& in conſi.
296.& in conſi.333.Roma.in conſi.454.incipit, In re præſen
ti. in quibus omnibus locis allegat dictum Barto.in d. l. prola
tam,quod etiam ſequitur Pet.de Ancha.in conſi. 35.incipiẽ.
Viſa quadam ſupplicatione.Abb.& Ioan.de Imo.in cap. tur-
gamium.de re iudi. Idem tenet Specu.de ſen.prola.§.quoniã.
ver.pone quod iudex,& domi. Alexan.in conſi.24.incip. Vi-
ſo themate, colum. 3. vbi ampliat dictum Specu. procedere
non ſolum in ſententia diffinitiua,ſed etiam in interlocutoria
85 præiudiciali, vt ibi per eum.Not. tamen vnum, quod † licet
ſententia lata in inſtanti non valeat, valet tamen contractus
deliberatus præcipitanti feſtinatione:tex. eſt notandus in l. 1.
C.ſi aduerſus fiſc.Prædictis etiam adde,quod vbi datur libe-
rum arbitrium ſuper eo, quòd tertio poteſt afferre præiudi-
cium,ſemper importat arbitrium boni viri:Ita Bald.in l. ſi q̃s
maior.C.de tranſactio. Allegat glo. hic,ſed eſt gl.in l. pen. de
arbit.& not.Bald.in l.ſi cum ea.C.de dotis promiſ.& in l 1.ff.
de teſtamen.mili.& in l.milites.C.eo.titu.Et ex prædictis iun
ctis etiam his, quæ dicam in quæſt.ſenten. infero, habentem
plenitudinem arbitrij & eius libertatem teneri de dolo, quo-
86 niam in quacunque † diſpoſitione ſemper dolus excluditur,
l.creditor.§.Lucius.§.mandati.l.in venditorem.§.1.ff.ex qui-
bus cau.in poſſeſſio.ea.no.Bald.in rubric.C.de pęna iudi.qui
male iudicauit.de culpa autem non tenetur, nec hoc caſu la-
ta culpa ęquiparatur dolo,quia vbi requiritur dolus ex pro-
poſito,non ſufficit lata culpa,vt habetur in l. prima. §. ſi quis

ideo.ff.ne vis fiat ei.& in l.2.§.actionum.ff.vi bono.rapto. no.
Barto.in tertia quæſt.principali, ver. item quæro vtrum lata
culpa.in l.quod Nerua ff.depoſi.Et hoc firmat Ioan.de Imol.
in capitu.quintauallis.de iureiur. ver. ſed hic occurrit dubium
an ſufficiat lata culpa, tenet quod caſu non ęquiperetur do-
lus,& lata culpa,& ita dicit eſſe de mente Ioan.And. & Ioan.
Calder. vt ibi per eum in colum.antepenulti.ſequitur domi.
Alexan.in conſi.67.incipiente,Habita ſuper contentis.col.5.
Ang. tamen in d.l.in venditione. §.1. tenet, quòd immo lata
culpa excludatur ſicut dolus, & ſequuntur ibi moderni. Sed
certe huic opin.ob.text.ibi,ex culpa reus non fit, ſi generali-
ter de omni culpa intelligatur, vt loquitur: quando autem di-
catur eſſe in dolo,dicam aliquid in q.ſequenti. Viſa ſupra ſcri-
pta doctrina Barto.cum alijs ſupra additis, vt apertius mate-
ria ipſa capiatur,plures hic ſubdam particulares quæſtiones.
Et primo ſi dicatur,quod poteſtas poſſit facere ad ſui volun-
87 tatem, ſcias † quòd voluntas proprie ſemper tendit, & capi-
tur in bonam partem, & non in malam, quia tunc non vo-
luntas, ſed concupiſcentia dicitur. Appetitus autem ſemper
in malam partem capitur, ſecundum Archidiaco. in capitu.
humanum genus.1.diſtin.ſequitur domi.Anto.& Io.de Imo.
in prohemio Decreta.Hoc præmiſſo ad quęſt.dicas, ꝙ domi.
Bar.in d.§.extrauag.in verbo,videbitur.tenet ꝙ non teneatur
ſeruare regulas iuris ciuilis,ſed iuriſgentiam, immo nec poſ-
ſet auferre exceptionem quæſitam alicui de rigore iuris, &
hoc licet ipſe non alleget,voluit gloſ.in l.pen.de arbi. Cy. &
Bal.in d.l.ſi cum ea.C.de dot.promiſ.& Bal.in l.& ſi poſt tres.
ff.ſi quis cau.& late domi.Anto.in cap.1.de conſti.Arc.in c.
ſignificauerunt, de teſta.colum. 9. dicens iſtam eſſe commu-
nem opin.Sed Barto.in d.l.filius.ff.de dona.ſenſit contrarium
dicens, quòd per dicta verba iudex poteſt procedere prout
vult,dummodo abſit dolus per d.l. iuncta l.1.ff. de teſtam. nu- 2
li. quia in quacunque diſpoſitione ſemper excluditur dolus,
d.l.creditor.§.Lucius.l.ſi ſeruus vetitus.ff.de leg.1.facit quod
no.Ang.in d.l.in venditione.§.1.& per doc. in l.ſi pater.ff. de
priuil.credi. vbi volunt, ꝙ per latiſſimam poteſtatem datã nõ
intelligi remiſſus dolus vel culpa lata.Sed in hoc qđ dicũt de
lata culpa,an bene loquãtur,patet ex dictis.ſup. Et ad propo-
ſitum facit, quod dicit Bal.in rub.C.de pęna iudi. qui male iu
di.vbi inquit,ꝙ habens arbitrium punitur, ſi enormiter lędit,
quia ratio enormitatis præſumitur dolus: ſecus ſi modice, l.ſi
de meis.§.recepiſſe.ff.de arbi.& in l.ſed ſi in ſeruum.§.ſi quis
88 iudex.eod.tit.†Et hoc procedit etiam ſi ſtatutum dicat,ꝙ ſte
tur iudicis arbitrio & voluntati: qđ debet intelligi de ſana vo
luntate,arg.l.pe.ff.de arb.no.Cy.in d.l.ſi cum ea. Facit, quia
vt inquit philoſophus tertio de anima,in ratione ineſt volun
luntas:& ideo voluntas debet eſſe bona,& non mala,vbi agitᷣ
de præiudicio alterius. Ad quod accedat,quod no.Bald. in d.
89 l. & ſi poſt tres. in illo articulo,ſi ſtatutum det arbitrium†po-
teſtati in imponendis, quam pœnam poſſet imponere. & qđ
no.Roma.in conſi.51 Et pulchre Bal.in d.ca. quintauallis.di-
cit,quòd licet voluntas libera nullis finibus claudat,tamen in
90 † compromiſſis voluntas pro diſcretione & arbitrio ponitur,
l.pen.C.de arbi.no.Cyn.in d.l.ſi cum ea. & facit d. ca. quin-
tauallis.& ſupra dixi in hoc.§.ver.verbum,volo.& etiam ſu-
pra in princip.huius clemen.in 4.arti.princi.in quæſt.4. circa
91 fi. †Et ex ſupraſcriptis apparet non bene locutũ do.Pe. de pe
ruſio in quodam eius conſilio compoſito in cauſa differentię
ſuper ciuitate Mõtis regalis pro illuſtriſſimo d.meo Marchio
ne Montiferrati,dum concludit,ꝙ ſi ſit data poteſtas, ꝙ poſſit
libere procedere,& ſecundum eius liberam voluntatem,ꝙ va
lebit proceſſus parte nõ citata:alleg.caſum in c. licet epiſco-
pus.de pręben.lib.6.nam certe videtur non bene loqui, nec
ille tex.c.licet epiſcopus,hoc probat,ſed potius innuit oppoſi-
tum ẽt ſi dicatur,ꝙ poteſtas ꝓcedat ſine nulla ſolennitate,Bar.
in d.l.filiuſa.ff.de dona.quem ſequitur Pe.de Ancha. in c.fin.
de hęreti.lib.6.dicit,ꝙ tollitur ſolenitas iuris ciuilis, non autẽ
naturalis vel gentium.Ex quo infert,ꝙ ſufficiẽt duo teſtes,q̃a
in ore duorum vel trium,c.in omni negocio,de teſta.l.ob.nu-
merum.ff.eo.ti.Item poterit admittere infames,quia tales re-
pelluntur a iure poſitiuo : non tamen poterit admittere con-
ſpiratores vel inimicos capitales, cum iſtud ius naturale non
admittat. Itẽ poterit ꝓcedere die feriato & recipere teſtes ſi-
ne iuramẽto.Sed Bald.in l.milites.C.de teſta.mili.quo ad hoc
92 vltimum tenet contrarium, quia teſtis non iuratus non dici-
tur deponere in forma teſtis. hęc ratio nõ videtur bona,quia
procedit quando procederetur cum ſolẽnitate iuris: ſecus vi-
detur, vbi eſt remota ſolennitas,cum iuramentum ſit de iure
poſitiuo

poſitiuo deferendum teſtibus, & tolli poſſit, cap. tuis.de teſti.
Vnde idem Bald.in l.presbyteri.C.de epiſco.& cleri.aliã aſſi
gnat rationem dicens, quòd ideo habens procedere ſine ſolẽ
nitate non poterit recipere teſtes ſine iuramento, quia iura-
mẽtum eſt de forma ſubſtãtiali. Similiter hęc ratio damnatur:
quia ſi eſſet de forma ſubſtantiali non poſſent partes illud re-
mittere, cuius contrarium diſponitur in d.cap.tuis.clarum. n.
eſt, quòd partes non poſſunt diſponere contra ſubſtantiam
actus, l. cum precario. ff. de preca.no, in l.in ementis. C.de con
93 tr. ven. empt. Et quòd iuramentum † teſtis non ſit de forma
ſubſtantiali, ſed de ſolennitate extrinſeca, tenuit Iaco. Butrig.
in publica diſputatione, & Barto.in l.ſi quis legatum. in fi. ff.
de falſis. Ioan. And. in mercu.in regula, ſine culpa, lib.6. quare
Ioan. de Imo.in d.l. filiusfa. aſſignat aliam rationem, quia nihil
aliud eſt dicere, procedat ſine ſolennitate, quàm procedas ſi-
ne figura, ſed vbi proceditur ſine figura, non remittitur iura-
mentum teſti, ſecundum Barto.ibi, quia licet ſit de iure poſiti
uo, eſt tamen inuentum in genere de iure diuino propter in-
credulitatem hominum, capit.& ſi Chriſtus.de iureiuran. & ne
veritas occultetur, prout ſuadet ius naturale. Sed ꝑ dicta ver-
ba, ſine ſolennitate, non dicitur remiſſa ſolennitas iuris diui-
ni vel naturalis, vt ipſemet Barto. fatetur in d.l. filiusfami. er-
go iuramento teſtis non videtur ſublatum. hæc ratio licet co
lorata, forte non eſt bene tuta ſecundum Areti. in cap. nuper.
in fine. de teſti. quia de iure diuino permiſſum eſt, vt iuret ad
inſtantiam exigentis iuramentum, vbi ergo pars non peteret,
teſtis non teneretur iurare, quaſi tunc non ſit inductum de iu
re diuino. Sed hoc non videtur tutum, quia cum iſtud non iu
raret, daret teſti materiam occultandi veritatem, vt ibi dicit
tex. loquens de iuramento calumniæ: ſequitur, ꝙ etiam quan
do pars non peteret expreſſe, teſtis teneretur iurare, ne detur
materia occultandi veritatem & ſic delinquendi, l. ſi vnus. §.
illud. ff de pac. cap. quemadmodum. de iureiurã. Præterea ex
quo pars non remittit, ſatis videtur petere ꝙ teſtes iurent, q.a
cũ iſtud tacite inſit, tacite inter partes videtur agi, l. cum q.d.
ff. ſi cer. peta. Cogita, & adde quæ dicam inf. in quæſt. quid ſi
dicatur, procedas de facto. Et ad tradita per Bart. in d.l. filiuſ-
fam. adde Barto. in l. 1. ff. de teſtamen. milit. Ange. in l. milites.
C. eod. titu. Abb. in cap. dilecti. de iudi. Bald. in l. ſolam. C. de
teſti. vbi ponit, an habens liberum arbitrium poſſit iudicare ꝑ
teſtes non reddentes bonam rationem. Ioan. de Imo. in capi.
1. cira fin. de conſtitu. Roma. in rubri. de arb. colum. 7. & ſeq.
qui ad prædicta allegat Bald. in l. eos. §. apoſtolos. C. de appel.
dum ibi vult, quòd licet arbiter ex compromiſſo poſſit proro
gare etiam abſentibus partibus, requiritur tamen intimatio,
per glo. Pet. in clemen. 1. de appell. facit l. 1. C. de decurio. lib.
10. quod etiam tenet Bald. in l. 1. C. de ſen. ex pericu. reci. & di
xi late ſupra in princip. huius cle. in quarto articulo principa-
94 li, quæſt. 4. quod eſt notandum. Quid ſi dicatur, iudicet † vt vo
luerit, quæ tunc debent eſſe partes iudicis. Satis patet ex di-
ctis ſupra in quæſt. ſi dicatur, quod poſſit facere ad ſui volun-
tatem, & ex notatis per Barto. in d. extrauagan. in verbo, vide
bitur. & vide Abb. in capit. dilecti. de iudi. Quid ſi dicatur, ꝙ
poſſit procedi de bono & ęquo: dic & conclude, quod per di-
cta verba non debet haberi reſpectus ad apices iuris ciuilis, q̃
veritatem negotij non tangunt, puta ſit intentata directa, &
non competat niſi vtilis, vel ſi eſſet agitatum iudicium ſine li-
tis conteſta. text. eſt & ibi Barto. in l. fideiuſſor. §. quædam. ff.
mandati nec iſto caſu poterit opponi exceptio, quod non in-
teruenerit ſtipulatio, ſed fuerit pactum nudum: text. eſt & ibi
Barto. in l. quintus. ff. mandati. non tamen intelligas per ipſa
verba ſolennitates omnes ciuilis iuris fore remiſſas, quia im-
mo illæ inductę a iure ciuili, quæ veritatem tangunt, & defen
ſionem partium, ſunt obſeruandæ: ratio, quia etiam ius ciuile
eſt bonum & ęquum, l. 2. in princ. ff. de iuſti. & iure. & bonum
& ęquum obſeruat, l. 1. C. de legi. l. ſi ſeruum. §. ſequitũ. de ver-
bo. obliga. & declarat Ang. eleganter in repetitione. l. filio præ
terito, ff. de iniuſto rupto. ſequitur Areti. Inſtitu. de actio. §. in
bonæfidei, colum. 14. & ſequenti, quod eſt perpetuo notãdũ.
95 † Quid ſi dicatur, procedas de facto. Barto. in d. extrauagan. in
verbo, videbitur. dicit, quod intelligitur manu regia, ſ. ſubla-
ta ſolennitate ciuili, l. 2. in princi. ff. de origi. iur. & ideo nõ po
teſt lędere iura alterius. & Barto. ſequitur Cardi. hic colum. 6.
& Ioan. de Imo. colum. penul. Aret. in d. §. in bonęfidei. Inſtit.
de actio. colum. 16. plus dicit ibi Barto. idem eſſe, per quæcun
que verba cõcedatũ poteſtas: nõ enim maior poteſtas huic di
citur conceſſa, quàm habeat ipſe concedens, c. Daibertum. 7.
quæſt. 1. l. traditio. ff. de ab acquir. rerum domi. Sed princeps
cõcedens etiã imperator, licet ſit ſolutus legibus, l. digna vox.
C. de legi. non poteſt ſuam poteſtatem ad hoc extendere, igi-
tur &c. Ipſe tamen Barto. in ſuo conſilio 82. incip. Punctus q̃-
ſtionis vertentis inter Albertum &c. dicit, ꝙ commiſſio facta
ita, procedas de facto, importat quòd poſſit ꝓcedere ſine cau
ſæ cognitione & ſine probatione, per id quod habetur in tex.
& glo. magna in princip. in l. ictus fuſtium. ff. de his qui no. in-
fa. Item quòd poſſit procedere, etiam ſi iuris rigor repugnet,
per tex. & glo. in verbo, reducere. in l. verum. §. ex facto. ff. de
mino. Ex quo concludit, quòd valet ſententia, & ſi ordo iuris
ſeruatus non fuerit. Et ſecundum Bald. in cap. conſanguinei.
de re iudi. poterit credere teſtibus non iuratis, & illos ſine iu
ramento recipere. Tu adde primo, quod dicta Barto. in d. ſuo
ſequitur Ioan. de Ana. in cap. pen. de accu. Item adde quod ſu
pra dixit Bal. in d. cap. conſanguinei. pendere ex his, quæ di-
cta ſupra ſunt in quæſt. quid ſi dicatur, quòd procedat ſine vl-
la ſolennitate. Conſiderabam forte in hac quæſt. poſſe diſtin-
gui inter ſolẽnitates ſeu ſolennia iudicij, vt prima per hæc ver
ba de facto, dicantur remiſſa: ſecunda vero non. moueor ex
doctrina & theorica Bald. in l. nec quicquàm. §. de plano, in fi.
ff. de offic. procon. dicentis per dicta verba de facto, videri re
miſſa ſolennia iudicij, non autem ſubſtantialia: ex quo infert,
quod quia conſenſus patris in inducio filij magis eſt de ſubſtã
tialitate quàm de ſolennitate, talis conſenſus requiritur etiã
vbi de facto proceditur, ſecundum ipſum concludentem, ꝙ
96 vbi permittitur † de facto procedi, talis permiſſio debet inter-
pretari, ſ. cum legitimis perſonis, l. fina. C. de teſta. mili. l. qui-
dam referunt. ff. de iure codi. l. in vniuerſis. C. qui da. tuto.
poſ. non enim talis permiſſio ſic abuſiue debet intelligi, nec
permittentis propoſitum fuit tale. Ego in hoc dicto Bald. in
d. §. de plano. ſatis dubito, & reperio eundem Bald. in l. 3. §.
ſed verum. ff. de mino. volentem, quod vbi proceditur ſum-
marie, conſenſus patris non eſt neceſſarius, argum. not. in l. 1.
qui admit. quanto ergo minus erit neceſſarium, vbi proceditũ
de facto, de quo dicam in fin. huius clem. in ver. circa tertiam
quęſtionem principalem, in fin. & in ver. circa quintam quæ-
ſtionem. ver. ſecundo quæro. Et adde, quòd iſte modus loquẽ
di, ſcilicet procedas de facto, non eſt ita approbatus, ſicut ille,
procedas ſummarie, de plano & ſine figura &c. quia in hoc po
teſt admitti probatio non legitima, ſecundum Abb. in ca. cum
tempore. de arbit. colum. 4. inferentem poſt Lap. in allega. ꝙ
prælatus compromittens in cauſa eccleſiæ non poteſt talem
97 clauſulam apponere, vt ibi per eum. † Quid ſi dicatur, proce-
das de iure & de facto. Ioan. de Ioan. de Imo. in cap. quintaual
lis. in 4. differentia. de iureiuran. & Bald. in l. ſolam. in fi. C. de
teſtibus. poſt Innocen. concludit, quod illa verba important,
vt poſſit procedere ad inſtar arbitratoris a lege deputati, alle.
no. in clement. 1. de officio delegati. & ideo non poterit crede
re teſti non reddenti bonam rationem dicti vel malam reddẽ
ti, licet poſſit teſtes recipere die feriato, & omiſſo ordine iu-
ris, quod etiam ſequitur Ioan. de Ana. in cap. pen. de accuſa.
colum. pen. & Aretin. Inſtitu. de actio. §. in bonæfidei, col. 15.
Tu clarius dicas, quòd quandoque iſta verba, de iure & de fa
cto, referuntur ad qualitatem promiſſionis, vt in promittente
defendere de iure & de facto, & de hoc per Cyn. in fina. C. de
actio. emp. quandoque ad qualitatem euictionis, & quia iſta
non conueniunt propoſito, remitto me ad tradita per Ang.
in ſuo conſi. 171. incip. Præmittendum eſt: quando referſitur
ad facultatem iudicandi, & tunc dicas quod illud verbum, de
facto, attento verbo de iure, præcedenti notat factum merum
abſtractum ab omni mixtura iur. aliàs non eſſet de facto, im-
mo de iure, ſecundum conſiderationem facti, l. ſi ſeruus. §. in
cliuo. ff. ad l. Acquil. & tantum importat hoc verbum de fa-
cto, quantũ ſi daretur poteſtas agendi manu regia, l. 2. in prin.
98 ff. de origine origine iuris. quæ manus † regia ſine origine iuris
omnia gubernat, in fi. autem nihil iniquum ſtatuebat, & hac
poteſtate vtebatur pater in filium, l. ſerui & filij. ff. de fur. iuncta
l. 1. C de emenda. propin. & ff. de his qui ſunt ſui vel alie. iur. l.
1. ff. de vſufru. l. cum. §. proprietarius. C. de emenda. ſeruo. l. 1.
C. de patria poteſta. l. congruentius. Et quod hoc verbum, de
facto, intelligatur abſtractum ab omni mixtura iur. dummo-
do dolus abſit & omnis iniquitas, probat tex. recte intuenti
in c. bonæ. 1. de poſtulatio. prælato. facit quod no. Barto. in ex
trauagan. ad reprimen. in ver videbitur. in quæſt. quid ſi dica-
tur in ſtatuto, quod in tali negotio procedatur de facto, licet
illum tex. non alleg. Et ita reperio conſulendo tenuiſſe domi.
Pet. & Angel. de Peruſio fratres de vbaldis in quæſt. illuſtriſſi
mi domini Machionis Montisferrati contra principẽ Achaię

pro

pro differētia inter eos vertente de ciuitate Mōtis regalis: &
eſt conſilium Ang. numero 217. quod incipit, In quæſt. vertē
te. colum. 6. bene facit quod no. Ioan. de Imo. in c. quintaual-
lis. colum. 14. & quod dicit Bal. in d. l. ſolam. volens per dicta
verba nō intelligi dictam poteſtatem, quod poſſit aliquid age-
re temerariè: quæ omnia bene notabis, quæ cōferunt ad mul
99 ta. †Quòd ſi dicatur, procedas ſola facti veritate inſpecta. Præ-
mitto, quòd triplex eſt veritas. ſ. bonæ vitæ, iuſtitiæ & diſci-
plinæ. Primæ duæ nunquàm ſunt deſerendæ, etiam ſi timor
eſſet ſcandali, cap. qui ſcandalizauerit. de reg. iur. Tertia, ſ. di-
ſciplinæ, i. pœnæ bene poteſt deſeri propter multitudinē pec-
cantium, capit. vt conſtitueretur. 50. diſt. niſi eſſet defenſiua
vel excuſatiua erroris, cap. commeſſationes. 44. diſtin. pluri-
mos. Et ita pulchre hanc tripertitam diſtinctionem veritatis
tradidit Innocen. in cap. niſi cum pridem. de renunc. colum.
fina. & glo. notanda in d. cap. qui ſcandalizauerit. ſequitur An
gel. in conſi. 342. incip. Sub alijs quidem terminis. colum. 2. cla
rius hoc ſcribitur ſuper Pſalmo 11 Saluum me fac, Super illis
verbis, Diminutæ ſunt virtutes a filiis hominum: nam ideo ibi
in plurali, quia triplex eſt veritas, ſ. vitæ, de qua Tobiæ 6. Viā
veritatis non deſeruit. Item veritas doctrinæ, de qua Exodi
26. Pones in rationali doctrinam & veritatē. Item veritas iu-
ſtitiæ eodem libro, cap. 18. Elige ex omni plebe viros potētes
& timentes Deum, in quibus veritas, & qui oderint auaritiā,
& conſtitue ea cis tribunos centuriones quinquagenarios &
decanos, qui iudicent populū. Prima veritas. ſ. vitæ iam vide-
tur diminuta in omnibus, Iſaiæ 59. Facta eſt veritas in obliuio
ne. Secunda veritas, ſ. doctrinę diminuta in magiſtris & docto
ribus, verificari enim nūc videtur, quod iam dudū dixit Apo
ſtolus ſecunda ad Thimoteum, 4. cap. Erit enim tempus, ꝙ ſa-
nam doctrinam non ſuſtinebunt, ſed ad ſua deſideria coacer-
uabunt ſibi magiſtros prurientes auribus, & a veritate quidē
auertent, ad fabulas autem conuertentur. Alio etiam modo
eſt in eis veritas diminuta, quia licet multa ſciant, pauca tamē
faciunt, & ſic non eſt magna adęquatio rei ad intellectū, quæ
veritas dicitur: vnde Grego. ſuper Ezechielem Omel. 10. Pri
mæ partis, dicit, de talibus, quod intellectus eorū in ſpiritua-
libus euitat, & tamen vita in factis carnalibus remanens intel
lectum non concordat. & in Omelia. 11. dicit, vt ſeruetur veri
tas prædicandi, neceſſe eſt vt teneatur altitudo viuendi. Ter-
tia veritas ſcilicet iuſtitiæ diminuta eſt in iudicibus & rectori
bus, Mathæi, 7. Nō eſt in eis veritas neque iudicium: trāſgreſ-
ſi enim ſunt conſtitutum, & iuſiurandum quod iurauerūt. Et
Iſaiæ 9. Concurſum, eſt retrorſum iudicium, & iuſtitia lōge
ſtetit, quia corruit in platea veritas, & ęquitas non potuit in-
gredi. & ſic patet quod omnes veritates diminutę ſunt: vnde
Oſeæ, 4. dicitur, Non eſt veritas. & non eſt miſericordia, & nō
eſt ſcientia Dei in terra, maledictum & mendacium inundaue
runt, propterea lugebit terra, & infirmabitur enim qui habitat
in ea. De qua etiam triplici veritate tangitur in legendis ſan-
ctorum feſto Lucæ euangeliſtæ, & ponit Alberi. in ſuo reper-
torio in verbo, veritas. Hoc præmiſſo vt ſcias, de qua verita-
te præcedat quæſtio, quando in commiſſione dicitur, proce-
das ſola facti veritate inſpecta: quæ clauſula fortaſſis ſumpta
fuit ex verbis tex. in cap. dilecti. de iudi. ibi, pure & ſimpliciter
factum ipſum & rei veritatem ſecundum formam canonum
inquiras. Doc. vario modo ſunt locuti. Nam primo loco Ioā.
de Imo. hic colum. fina. ſe remittit ad deci. Rotæ 31. debuit al
legare 33. quæ incipit, Item quando cōmittitur cauſa. vbi po-
nitur quid iuris, quando ſimpliciter, ſola facti inſpecta verita
te. Item quando dicitur, terminis non ſeruatis. Item quando
vtrunque ponitur, ſcilicet ſola facti inſpecta, & terminis non
ſeruatis, de quibus ibi, & etiam in deci. 96. vbi Rota cōcludit,
quòd per clauſulam, ſola facti veritate inſpecta, non poſſint
abbreuiari termini introducti de ſtillo palatij. Secundo Bal. in
l. fina. in princip. colum. 3. C. de iure delibe. dicit, quod talis,
cui ſic committitur, ſola facti &c. tenetur iudicare vt Deus ip
ſe. Tertio Bal. in l. nemo, in fi. C. de ſen. per illum tex. dicit no-
ta. quod vbi cauſa committitur de veritate & iuſtitia, intelli-
gitur de veritate, cui ius patrocinatur, non autem quod ex nu
100 do pacto, cui ius ciuile non patrocinatur, nam † ſententia de-
bet habere fomentum veritatis & iuſtitiæ legibus approbatę,
d. l. nemo. Ex quo infero, clauſulam, procedas ſecundum ęqui-
tem, de qua infra, ſecundū quam poteſt reiecta & omiſſa ſti-
pulatione iudicare ſuper pacto nudo, de quo infra late, maio
ris eſſe virtutis & efficaciæ quam ſit ſit clauſula, ſola facti veri
tate inſpecta. Quarto Bald. in cap. inueſtitura. de noua forma
101 fide. notanter inquit, quòd † princeps debet ſe præbere facilē,
nec id quod eſt facile, debet facere difficile, & ideo bene facit
cōmittere cauſam ſimpliter & de plano, ſola facti veritati in-
ſpecta. argumen. l. ſi fideiuſſor. §. quædam. ff. manda. ff. de neg.
geſt. l. at qui natura. §. cum me abſente. & ſi princeps ſcit veri-
tatem, non debet ire per ambages, cap. 1. in fi. de no. for. fide.
nam quicquid princeps facit, facit vt Deus. in Authen. de hæ
red. & fal. in princip. Deus enim eſt ipſa veritas, vt no. in capi.
cum eſſes. de teſtam. & ideo nec fallit nec fallitur, l. fina. C. de
ponde. auri. Et ꝙ princeps ſola facti veritate inſpecta cauſam
decidere debeat, etiam ſi iudiciarius ordo ſit omiſſus, text. eſt
no. in cap. ad petitionem. de accu. Quinto Rom. in conſi. 519.
in fi. incip. In caſu propoſitæ conſultationis. dicit, ꝙ virtute di
ctorum verborum, ſola facti veritate inſpecta, dilatio legalis
poteſt minui, ſed non omitti in totum. Item poterit omitti ſo
lennitas libelli & litis conteſta. alleg. Rota decíſ. 42. 35. 490. al
legantem dictum Ioan. Mona. in ca. fina. de hære. lib. 6. nam ſi
virtute verborum, ſine figura iudicij, iudex iudex incipere ab
articulis, & ferre ſententiam illis probatis, fortius hoc poterit
virtute verborum, ſola facti veritate inſpecta. Ex quibus con
cludit ibi Roma. quòd vbi coram tali inſtrumenta ſunt produ
cta, certe niſi ſit data copia parti, & data dilatio ad contradicē
dum, non probant, vt ibi per eum, quod eſt bene no. Sexto do
mi. Anto. in conſi. quod incipit, Viſo puncto. conſuluit, ꝙ vbi
cauſa committitur ſecundum ęquitatem, vel ſola facti verita
te inſpecta, poteſt procedi ad condemnationem. quamuis in
petitione fuerit producta vna cauſa, & illa non fuerit proba-
ta, ſed alia in ſe legitima, per not. per Ioan. And. tit. de act. &
peti. §. ſequitur. ſuper ver. hoc quoque. & facit quod no. Bart.
in extrauagan. ad reprim. in verbo, ſine figura. colum. 2. dum
ponit, quod licet libellus ſit minus legaliter factus, in omnib.
requiſitis poteſt procedi ad condemnationem, quando cauſa
erat cognoſcenda ſine figura iudicij, facit etiā quod tradit do.
Anto. in cap. 2. de iuram. calum. in notabilibus, vbi probat ꝑ
tex. ibi, quod clauſula, ſola facti veritate inſpecta, plus operat̄
quàm clauſula, ſine figura iudicij, quia in iſta nō remittitur iu-
ramentum calumniæ, vt eſt tex. in hac clemen. ſecus vbi facti
veritate inſpecta proceditur, dicto cap. 2. de quo per Rotam
in d. deci. 33. quod etiam tenet Roma. in conſi. 20. incip. Viſo
puncto & ſtatuti copia, & ita domi. Alexan. in l. ſi ita ſtipula-
tus. §. Griſogonus. colum. 10. ff. de verbo. obliga. Septimo do.
Anto. in d. ca. dilecti. in notabili dicit, quod virtute dictæ clau
ſulæ poterit procedi, nulla ſolennitate obſeruata iuris poſiti-
ui, ſicut quādo committitur ſine figura iudicij. alleg. hanc cle.
& text. in clem. diſpendioſam. de iudi. Contrarium tenuit ibi
Abb. dicens, quod per clauſulam, de qua ibi, nulla videtur re-
mota ſolennitas iuris ciuilis, ſed ſolum garulatio & ſubtilitas
ſuperflua, quod primo probat ꝑ text. ibi iuncto tit. de litis cō
teſta. & de libel. obla. & ſequentibus titulis. Ex quibus patet,
quod verba poſita in d. cap. dilecti. non eſt remota ſolennitas
102 iuris poſitiui. †Secundo probat per dicta clem. diſpendio. vbi
ſpecialiter diſponitur, quod in ſpiritualibus non eſt ſeruanda
ſolennitas poſitiua, ergo ſecus eſt generaliter in alijs. Tertio
adducit rationem, quia verba pure & ſimpliciter, idem ſigni-
ficant, quòd ſine malitia & ſine plica, vt dixi. ſup. apoſtillādo
text. in princip. huius clemen. in verbo, ſimpliciter. no. doc. in
103 d. l. ſi quis ſimpliciter. ff. de verbo. oblig. Sed † ordo iudicialis
non tendit ad duplicitatem & malitiam, immo tendit ad illā
tollendam, l. 2. §. ſed quia veremur. C. de iuram. calum. ergo ꝑ
dicta verba non videtur ſublata ſolennitas, quod dicit Abb.
notandum, quoniam dicta verba ſæpe in commiſſionib. appo
nuntur. Octauo clariſſimus domi. Franc. de Are. in d. cap. dile
cti. dicit, quod licet Abb. bene dicat quantum ad intellectum
decre. illius: tamen eius illatio non bene probatur ex illo tex.
vbi datur poteſtas libera procedendi pure & ſimpliciter inſpe
cta facti veritate, ſed cum adiecto, ſcilicet ſecūdum formā ca
nonum. ideo non mirum, ſi ibi ſolennitas iudicialis non intelli
gitur remiſſa, quia canones contrarium diſponunt. Cōfirma
tur hoc, quia licet leges diſponant, iudicem debere habere ęq
tatē ante oculos, l. ꝙ ſi Epheſi. ff. de eo quod certo loco. tamen
non poteſt recedere a iure ſcripto, quia vt dicit notanter Bal.
in capit. 1. colum. 7. de milite vaſal. qui contu. eſt. quādo lex
concedit arbitrium rectori, intelligitur ſuper non determina-
tis, allegat Ioan. And. in nouella in capit. cum inter vniuerſas.
de elec. & tex. in l. 1. §. calumniatoribus. ff. ad Turpil. Ipſe tamē
domi. Franc. in hoc paſſu concludit, ꝙ per dicta verba nulla
ſit remota ſolennitas ſubſtantialis, ſed illa omiſſa proceſſus ſit
nullus, ſed ſolū ſit remiſſa ſolēnitas, i. ordo iuſtitiæ reſpiciēs ꝑ
104 ceſſum, quod probat triplici ratione. Primo, quia † verba re-

ſcipti

ſcripti reſtringuntur vt minus lędant ius commune,c. cum di
lectus.de conſuc.ca.1. vbi no.de reſcrip. vnde ſatis erit dicta
verba operare remiſſionem ordinis non ſubſtantialis. Secun-
do clauſula, ſola facti &c.idem operatur quod clauſula,reie-
ctis iuris ſubtilitatibus & apicibus. Sed p verba,reiectis iuris
ſubtilitatibus & apicibus, non remittitur ſolennitas ſubſtan-
tialis,vt infra dicam in q. quid ſi dicatur, procedat ſine iuris
ſubtilitate, ergo nec p iſta verba, ſola facti veritate inſpecta.
Tertio hoc probatur in d.c.2.de iura.calũ. vbi in cauſis ſpiri-
tualibus,in quibus proceditur ſecundum ęquitatem & verita
tem,iuramentũ calumnię remittitur, quod nõ eſt de iure ſub
ſtantiali,ſecundum communẽ opi. Hæc tanti viri, quo noſtra
ætate nemo maior nec excellẽtior, diſtinctio mihi ex toto nõ
ſatisfacit, quoniam multa ſunt etiam de ordine ſubſtantiali,
de quibus per glo.& doc.in l.prolatã.C.de ſen.& interlo.om-
nium iudicium,quæ iudex, cui committitur cauſa ſine figura
iudicij, non tenetur obſeruare, vt habetur in hac clem. ergo
multominus ad hoc tenetur is, cui committitur ſola facti &c.
cum iſta clauſula debeat plus operari quã clauſula ſine figura
iudicij: vt ſup. dixi. Cogita. Et de duplici ordine iudicij, quo-
rum vnus dicitur eſſe neceſſitatis ſiue de ſubſtantia, alius de
congruitate,cuius omiſſio non viciat niſi tempore reſiſtente,
vide glo.notandã.2.q.1.in ſumma,& glo.3.in c.penul.de pur
ga.cano. pulchre per Ioan. And.in nouella poſt Ioã.mona.&
Archi.in c.1.de accuſ.lib.6. Eſt etiam aduertendum, an dicta
clauſula,ſola facti veritate inſpecta, apponatur cognitioni, an
vero diffinitioni: nam primo caſu,puta ſi dicatur,procedas ſo
la facti &c.procedere poſſunt prædicta. Secundo caſu, puta ſi
dicatur, diffinias ſola facti &c.tunc ſuper modo procedendi
nullum videtur habere arbitrium,niſi forte proceſſus reſpice
ret probationem facti principalis,quod eſt decidendum. Pri-
mum probatur in l.ſed ſi lege.§.1.ff.loca.vbi dicit Bart. quod
105 † poteſtas habens arbitriũ in diffiniendo,non poteſt proroga
re terminũ,q2 talis prorogatio eſt de proceſſu. Secundũ pro
bat ex no.per Ioan.Cald.in quæſt.diſputata,quæ incipit, Cle
ricus conuentus. & refert Bald. in l.ſecunda. C.quæ ſit longa
conſue.vbi dicit,quod modus & qualitas probandi nõ reſpi-
cit ordinatiua iudicij,ſed merita cauſę deciſoria, quòd etiam
dixit Barto.in l.ictus fuſtium.in vlti.quæſt. ff. de his qui not.
infam.& reſidet Areti. in d.capitu.dilecti. Et prædicta omnia
tene menti,quia frequenter poſſunt occurrere. Et adde prędi
ctis,quod habens poteſtatem procedendi de iure, & de facto,
non intelligitur habere eandem poteſtatem in decidendo,ſed
debet decidere de iure,ſecundum Bal.in l.qui procuratorem.
ff.de procur. Ego de hoc ſatis dubito: moueor, quia contiocn
tia cauſæ diuiditur,contra l.nulla.C.de iudic. Item de re ipſa
vt cognouit debet pronunciare,l.de qua re.ff.de iudi.ca. cum
ſuper.de cauſa poſ.& propric. Pręterea ſequeretur,quod ſen
tentia iudicialis ferretur ſuper proceſſu extraiudicialiter habi
to,quod videtur inconueniens,& iſta arg.ſumpſi ex his, quæ
no.Ioan.de Imo.poſt domi.Anto.in d.cap.quintauallis.de iu
reiuran.colum. 11. Cogita, puto poſſe tolli omnia iſta argu-
menta,quia ſententia de per ſe dicitur actus perfectus,nec in-
conuenit quod in ipſa ferenda ſeruetur forma iuris, licet in
proceſſu non fuerit ſeruata, vt eſt gloſ.notanda infra ead. cle-
106 men.§.fina.in verbo,partibus.& ibi dicam. Quid † ſi dicatur,
procedat alte & baſſe.quæ forma ſolet in compromiſſis appo
ni? Dic q virtus horum verborum eſt, quòd poſſit enormiter
lędere partes re ipſa, ſed non ex animo & dolo le, ſecundum
Ioan.And.in cap.humilis.de maio.& obed.refert Bald. in l.&
in maioribus.C.de appella. & in cap. 1. §. inter pares.de lege
Cõra. Idem tenet Roma.in rub.ff.de arbi.colum.5. & in cõſi.
68.Pau.de Caſt.in conſi.72.colum.1.vbi plene ponit, an per
dicta verba inducatur renunciatio redditus ad arbitrium bo
107 ni viri,de quo etiã per eum in conſi.70.in fi. † Quid ſi dicatur,
procedas manu regia. Vide quæ ſupra dixi in quæſt.quid ſi di
catur,procedas de iure & de facto.& vide tex.in l.2.in princi.
de orig.iur. Et ſi per ſtatutum vel reſcriptum concedatur ali-
cui poteſtas porrigendi manum contra aliquem, intelligitur
de manu a iudice in exequendo,ſecundum Ang. per text. cũ
liceret reo reconuenire actorem eodem durante iudicio,
quia ſic prouideret contra actorem, cuius cōtrarium ibi in-
tendit Domi. de ſācto Ge. in d. §. reus quoque. Poſt multas
relatas opi. dat talem doctrinam, quòd quædam eſt recon-
uentio proprie, quæ habet omnia eius priuilegia: & iſta de-
bet fieri ante litē conteſtatam, vel paulopoſt, vt hic in glo.

¶ Quædam eſt impropria, quę ſolum tendit ad prorogā-
dum iuriſdictionem: & hoc caſu partibus non contradicen-
tibus valet facta eodem durante iudicio coram ordinario,
& delegato, quia partes bene poſſunt iuriſdictionem dele-
gatam prorogare de re ad rem, vt no. glo. in c. P. & G. de of-
ficio delega. & ſentit Io. An. in d. §. reus quoque. & ita poteſt
procedere vno modo glo. hic, partibus vero contradicenti-
bus diſtingue, quod aut ille eſt alias iudex actoris, & poteſt, ſed
non erit propria reconuentio ſed conuentio, vt hic dicit gl.
Aut ille non eſt aliàs ordinarius, vel eſt delegatus, & non
poteſt fieri reconuentio, ex quo pars contradicit delegato:
tex. eſt ſecundum hunc intellectum in d. §. reus quoq;. pro-
batur in c. cum olim. el 1. de offi. deleg. vbi parte contradi-
cēte de re ad rem nō fit prorogatio. De ordinario & nō ſuo
158 iudice etiam patet, quia † in prorogãda iuriſdictione ordi-
narij requiritur conſenſus partium, vt not in c. P. & G. & ita
Hoſtien. in capitulo primo. de mutuis petitio. licèt glo. hoc
non declaret.

¶ Et hanc partem, quod poſt litem conteſtatám non poſſit
fieri reconuentio niſi ſtatim poſt, tenet Lapus in allegatio.
3. dicens ita practicari.

¶ Et hāc quæſtionē ſecundum Dñi. in d. §. reus quoque. decidit
iſta cle. quod ſic demonſtrat: nā ipſe Clementis iſta dubitatio
erat in eſſe deducta tam per iura ſupra allegata, quàm per tex. in
d. §. reus quoq;. ergo cùm hic tex. dicat, quod petitio rei eſt fiē-
da in ipſo litis exordio, ſi aliquid petere voluerit, cōſequēs
dicēdū eſt Papā hic voluiſſe decidere quæſtionē ipſam. Pe.
de Anche. in d. §. reus quoq;. in ſeptimo notabili, & in col. 5.
ver. ego prout dixi, dixit nō ſibi placere cōmunē opinionē.

¶ Primò, quia verba, eodem durante iudicio, poſita in
dicto §. reus quoque. referuntur ad verbum, conuentionis,
& reconuentionis, quæ ſalua ratione tecti ſermonis
non magis poſſunt referri ad verbum conuentionis,
quam reconuentionis: ergo relata ad duo, vnifor-

miter erunt intelligenda, l. iam hoc iure. ff. de vulgari & pupillari.

¶ Secundo, verbum maluerit, ibi poſitum ſunat in arbitrium eligendi, & dat reo electionem impetrandi nouos iudices, vel vtendi reconuentione.

¶ Tertiò, communis opinio eſt, quòd conuentus in ſummario iudicio poſſit reconueniri in plenario abſque priuilegio ſimultanei proceſſus: ſicut ergo diuerſarum natura non impedit reconuentionem, ita non debet impedire interuallum temporis, argum. l. miles ita. §. quod dicimus. ff. de teſtament. milita.

¶ Quartò, cum iudicium habeat longas moras, l. eo tempore. ff. de peculio. abſurdum eſt dicere, quòd in proſequutione iuris ſui reus debeat hic finem iudicij arctari ad impetrandum litteras contra mentem dicti §. reus quoque. qui ad hoc non arctat, vt probatur ex verbo, maluerit, ibi poſito. Iſta opinio Petr. de Anchera. ſubtilis eſt, & bene notanda.

159 ¶ †Sed tunc quæritur, quid ſit exordium litis. Pau. ſe remittit ad not. in cap. ſuper quæſtionum, de officio deleg. vbi dicitur, quod exordium proprie eſt litis conteſta. facit cap. j. de litis conteſta. in 6.

¶ Et ſi dicatur, quomodo de hoc exordio litis conteſta. poteſt intelligi hic tex. cum loquatur in cauſis, in quibus litis conteſtatio non requiritur? Soluit Pau. quòd in iſtis cauſis vſque ad iuramentum de calum. fiet reconuentio, antequam dentur poſitiones & articuli, & alia fiant, quæ habent ſequi litis conte. & ſic in iſtis cauſis iuramentum de calumnia dicetur exordium. Et idem tenet Lap. Gemi. Matheſi. & Cardi. ibi, faciunt quæ plene dixi ſupra in princip. huius §. in 5. nota.

Glo. in verbo, eligat. Quærit, quia dicitur in text. quòd petitio in ſcriptis vel verbo debet fieri, cuius erit electio? Reſpondet quòd petentis: idem tenet Pau. & Card.

Gloſſa in verbo, formari Colligit practicam aduocatorum, qui faciunt triplicem copiam libelli, dic vt in glo.

Gloſſa in verbo, clarior. Quærit, in quo fiet clarior diſ-
160 finitio, ſi petitio redigatur apud acta? Reſpondet, quòd † cum memoria noſtra ſit labilis, capitulo, præterea. 23. diſtin. l. peregre. ff. de acquirend. poſſeſſ. l. hac conſultiſſima. §. at cum humana. C. qui teſtamen. facere poſſunt. ſi non ſcriberetur poſſet occultari & impediri veritas.

¶ Item ex quo petitio ſcripta reperitur, poterit exprimi in ſententia, vt eſt moris. Et ex his ſecundum Ioan. de Imol. habes veram rationem, quare exigitur ſcriptura in petitione & in ſententia in ſummarijs, quia per hanc clementinam non intelliguntur prohibita ea, quæ concernunt indaginē veritatis, & conſeruationem indagatæ veritatis, vt in ſimili dixit glo. in verbo, defenſionis.

¶ Summaria ad §. Et quia. clemen. ſæpè. de verbor. ſignificatio.

1 Poſitiones ad quid fuerint inuentæ.
2 Articuli ſunt dandi in cauſa, & debent id continere, quod quis probare intendit: & ſi ſunt pertinentes ad cauſam, ſunt per iudicem admittendi.
Et ad quid ſint inuenti. nu. 3.
4 Poſitiones ſunt introductæ à conſuetudine & vſu longæuo.
5 Vſus longæuus in cauſis nunquid poſſit allegari pro iure.
6 Dos vel donatio petitur iuxta conſuetudinem loci, vbi contractum eſt matrimonium, licèt contrahentes ſint aliunde.
7 Cauſa vſuraria coram iudice ſeculari non eſt tractanda ſummariè.
8 L. exigere dotem. ff. de iudi. an habeat locum, vbi vir vadit ad habitandū in domicilio vxoris.
Et quid in dote profectitia: & quid vbi mulier litigat cū viro ſe defendēte.
9 Teſtamentum cum duob. teſtib. vbi eſt conſuetudo, quòd plures non requirantur, an valeret quoad bona alibi ſita.
10 Stilus quid dicatur, & quomodo ſit ſeruandus: & in tantum debet attendi, quòd clauſulæ conſueta ex ſtilo ſubintelliguntur appoſitæ. num. 11.
12 Iudex in ſummarijs poteſt dare eundem terminum ad ponendum & articulandum.
13 Maſculinum concipit fœmininum.
14 Iudex in ſummarijs poteſt dare vnum terminum ad exhibendum omnia acta, poſt datos tamen articulos.
15 Remiſſio fieri poteſt pro teſtib. producendis, & ſic ad loca remota.
16 Dilatio dilatoriarum non committitur extra curiam, peremptoriarum ſic.
17 Iudex in ſummarijs interrogat ſiue ad inſtantiam, ſiue ex officio.
18 Sententia in cauſa ſummaria lata eſt diffinitiua.
19 Merum dicitur abſtractum ab omni compoſitione.
20 Sententia diffinitiua duob. modis dicitur. nu. 22.
21 Exceptio anomala quæ dicatur.
23 Eas vbi habet effectum vnius ſubiecti, & formam alterius, denominare illam debemus à ſubiecto formali tanquam à digniore & potentiore.
24 Præceptum vt cognoſcatur an habeat vim diffinitiuæ, vel interlocutoriæ, debet conſiderari an adhibeantur cauſæ cognitio.
25 Sententia diffinitiua quomodo cognoſcatur. nu. 27.
26 Sententia appellatione in dubio venit diffinitiua.
27 Partes ad diffinitiuam ſententiam etiam in ſummarijs ſunt citandæ, nec ſufficit citatio in genere, ſed debet exprimi ad ſententiam audiendam. nu. 28.
29 Iudex tenetur pronunciare in ſummarijs ſecundum acta & probata, nō autem ſecundum quod ſibi videbitur.
30 Poſitionibus in cauſa criminali nunquid ſit reſpondendum.
31 Poſitionum vſus nunquid ſit vtilis.
32 Terminus ad ponendum aſſignatur priuſquàm terminus ad articulandum.
33 Poſitiones & articuli an poſſint omitti de partium conſenſu.
34 Monumenta quid ſint, & in quod differant ab actis geſtis. nu. 36.
35 Acta, verbum eſt generale.
Geſta quæ dicantur.
37 Reus nunquid teneatur ad probandum, non probata intentione actoris.
38 Terminus vnus ad diuerſos actus explicandos dari non poteſt. num. 39.
40 Iudex nunquid poſſit cogere partes ad producendum omnia iura & inſtrumenta.
41 Iudex nunquid poſſit eodem inſtanti aſſignare actori & reo terminum ad probandum & reprobandum ſucceſſiuè.
42 Dilatio certa quando alicui datur, qua pendente producitur vel adducitur aliquid, ſuper quo diſputatur, an ſit admittendum, tali diſputatione pendente non currit dilatio: vnde Fatalia proſequendi appellationem non currunt ſtante compromiſſo, nec proſequenti cauſam ſuper attentatis appellatione pēdēte, ſi appellans vincit, ſecus ſi ſuccumbit.
43 Appellatione pendente nihil eſt innouandum.
44 Remiſſio nunquid detur pro teſtib. probatorijs.
45 Teſtes producere nunquid ſemper liceat in dilatione data ad producendū inſtrumenta.
46 In termino dato ad producēdum teſtes nō omnia inſtrumenta poſſunt produci, ſed ſolummodo quæ faciunt ad cauſam, & ſic quæ potuiſſent produci in termino dato ad producendum omnia acta & monumenta.
47 Remiſſio vbi non fit pro teſtibus producendis, nunquid poſſint inſtrumēta produci lapſo termino dato ad producendum ipſa inſtrumenta.
48 Probatio per confeſſionem non eſt propria probatio, ſed probationis releuatio.
49 Probationum copia non eſt anguſtanda.
50 Dilatio ſecunda debet concedi ad producendum ſolum illos teſtes, in quibus fuit diligens & ſolicitus in prima dilatione, & nō ad probādū alia.
51 Iudex poteſt facere gratiam dilationis quando vult.
52 Terminus non eſt de ſubſtantia probationis.
53 Libellus, mandatum, reſcriptum, poſſunt exhiberi ſine dilatione.
54 Dilatio ad quid aſſignetur, & an ſit de ſubſtantia probationis in cauſa ciuili, & criminali.
55 Iudex de iure ciuili an & quando poſſit ſtatuere terminum ad opponendum dilatorias.
56 Res integra quæ dicatur.
57 Inducta ad vnum effectum non debent operari contrarium.
58 Aequalitas in iudicijs eſt ſeruanda etiam quo ad effectum probationis.
59 Inſtrumenta nunquid poſt lapſum termini in ſummarijs poſſint produci.
60 Gratia non eſt alicui facienda cum alterius iniuria.
61 Terminum ſtatuere eſt quædam interlocutoria, quæ quoad partem tranſit in rem iudicatam, non quoad iudicem.
62 Dilatio probatoria eſt perēptoria, niſi detur legitimū impedimentum.
63 Terminus legalis fortiùs excludit, quàm terminus hominis: & aſſignatus à iudice cenſetur legalis, & idem operatur.
64 Iudex quando in cauſa procedit ex officio, tunc poſt lapſum termini fit probatio re integra.
65 Teſtis receptio poſt lapſum termini parte non opponente, nūquid valeat: & an receptus faciat indicium.
66 Iudex ex qua cauſa poteſt nouam dilationem dare, ex eadem poteſt teſtes recipere.
67 Teſtium productio & examinatio nūquid valeat poſt terminum, ſi pars fuit citata ad videndum iurare teſtes, & non comparuerit.
68 Iudex ſi parte non citata aſſignet dilationem, aſſignatio eſt nulla.
Quid autem ſi parte citata ad dicēdū, quare probationes nō debēt admitti, nouum terminū probationis recipit, vel terminum aſſignat. nu. 69.
70 Teſtes poſt terminum aſſignatum à lege ad probandum nunquid poſſint produci in cauſa appellationis non obſtante lapſu termini aſſignati in cauſa principali.
Appellare non licet à ſententia legis.
71 Litis conteſtatio & terminus excluſiuus dilatoriarum operatur eundem effectum in cauſa appellationis ſicut in principali.

72 Dilatio

72 *Dilatio aſſignata à iudice ſuccedit loco dilationis legalis.*
73 *Cum lege ma[illegible] agatur quam cum homine.*
74 *Sententia non valet, niſi præcedat citatio ad ſententiam audiendam. fallit, vt ibid.*
75 *Citatio vnica ſufficit ad ſententiam incluſiuè, ſi fuerit facta peremptoriè cum citatione.*
76 *Citatio ad audiendum voluntatem iudicis nunquid valeat.*
77 *Iudex debet iudicare ſecundum ſuam opinionem, non ſecundum ſuam voluntatem.*
78 *Sententia per verba æquipollentia lata nunquid valeat.*
79 *Sententia lata vltima die inſtantiæ nunquid valeat, ſecundum citationem.*
80 *Sententia vbi eſt ferenda contra abſentem, citatio debet fieri cum comminatione, quòd niſi compareat infra talem diem, contra ipſum feretur ſententia.*
81 *Citatio peremptoria an requiratur in cauſis plenarijs: & quid in ſummarijs.*
82 *Arbitria ſunt redacta ad inſtar iudiciorum.*
83 *Citatio vel monitio quando fit alicui, cui debetur reuerentia, non habet vim peremptorij.*
84 *Præſens citari non debet, etiam vbi requiritur citatio pro ſubſtantia à ſtatuto.*
85 *Sententia principis non requirit ſolemnitatem peremptoriæ citationis, & an citationem.*
86 *Interlocutoria, per quam negotium principale terminatur, habet vim diffinitiuæ, & quid in ea requiratur.*
87 *Peremptoria citatio in quibus requiratur, & in quibus non.*
88 *Sententia ſine citatione poteſt fieri à Papa contra tirannum occupantem bona eccleſiæ.*
89 *Mandatum vnicum inferiori, quòd compareat coràm ſuperiore nunquid ſufficiat.*
90 *Citatio vnica nunquid ſufficiat ad videndum iurare teſtes.*
91 *Sententia Imperatoris ſine citatione lata an valeat.*
92 *Citatio ad defenſionem eſt inuenta, & cùm defenſio ſit de iure naturali, non poteſt per principem auferri. num.96.*
93 *Papa, vel Imperator nunquid poſſit diffinire omiſſo iuris ordine, quem cæteri magiſtratus tenentur obſeruare. num.ſeq.*
94 *Conſuetudo, quòd ordo iudiciarius non ſeruetur, an valeat.*
95 *Principi quicquid placet, legis habet vigorem.*
97 *Contrahi non poteſt inter abſentes.*
98 *Solemnitas iuris vbi debet ſeruari, non valet ſententia pro abſente lata, ea non obſeruata & ſic pro abſente non citato.*
99 *Arbitrator nunquid poſſit proferre laudum ſine citatione.*
100 *Citatio nunquid requiratur, vbi declaratur proceſſus nullus.*
101 *Citatio in ſententia declaratoria facti: nunquid ſit neceſſaria.*
102 *Sententia principis cauſa non cognita an valeat.*
103 *Princeps ligatur legib. ſi vult aliàs non.*
104 *Sententia Imperatoris vt faciat ius quò ad omnes, oportet ꝙ ſit lata præcedente cognitione, & conſequenter citatione, & ſic habebit vim legis.*
105 *Actus agentium non operantur vltra eorum intentionem.*
106 *Citatio ſi eſt facta peremptoriè ad audiendum ſententiam, & pars non compareat, nec iudex pronunciet die ſtatuta, ſed vult pronunciare poſt diem, an teneatur denuò citare.*
107 *Cauſa ſummaria in quib. æquiparentur plenarijs.*
108 *Sententia lata ſuper incidenti valet ſine ſcriptis.*
109 *In ſententia nunquid ſit neceſſe exprimere cauſam mouentem iudicem.*
110 *Iudex an teneatur per ſeipſum proferre ſententiam.*
111 *Concluſio in cauſa nunquid ſit neceſſaria in plenarijs.*

1 §.Et quia. No.primo † ꝙ poſitiones ſunt inuentę ad faciliorem litis expeditionem: nam ſiquis confitetur, tam cito terminatur quæſtio: hinc dicitur, quod quandoque de cauſa non liquet propter continentiã partis, a qua confeſſio haberi non poteſt, ſecundum Inno. in cap.prout, de dolo & contu.& Cardi.hic.

2 ¶ † Secundo not. quod articuli ſunt dandi in cauſa, cap. cum eccleſia.de cauſa proprie.cap.veniens.el ſecundo. de teſti.cap.cum Ioannes Heremita.de fide inſtru.argu.ff. de peti.hære.l.ſiquis libertatem.& ff. de iureiuran. l.ſi duo.§. Iulianus.C.qui pe.tu.l.fin.& ſecundum Gemi.articuli debent continere id, quod quis probare intendit, & formari debẽt ſi petantur, aliàs ſufficit ꝙ ſuper aſſertis in petitione teſtes deponant, ſecundum Spec.de teſt.§.ſuper quibus.ver. fiunt autem, & Cardi.hic in j.q.col.5. Et adde quæ dicam infra. ſuper glo.in ver.de partium.

¶ Et aduerte, quod per iudicem articuli ſunt tunc admittendi, ſi ſunt pertinentes ad cauſam, cap.cum contingat.de offic.delega. ſecundum Matthę. dicentem pulchrè, quòd ſi omiſſa fuerit examinatio ſuper impertinentibus articulis, iterato debet fieri non obſtante publicatione teſtium, ſecundum Gratia. & bene vt dicit Cardi. quicquid dixerint alij. Et facit ratio. quia licet iudex ab initio poſſit diſcutere, an articuli ſint admittendi, tamen ſi non diſcuſſit & admiſit non admittẽdos, etiam poſt factas probationes poteſt reijcere: nam illa admiſſio fuit quædam interlocutoria, quam poteſt reuocare, cap.cum ceſſan.de ap.l.ꝙ iuſſit.ff.de re iudica. Solet tamen admiſſio fieri cum proteſtatione, ſaluo iure impertinentium & non admittendorum, quo caſu ceſſat dubitatio ſecundum glo.in d.c.cum contingat. & in cle.conſtitutio.in fi.de elec.de quo per Bar.in l.ille a quo. §.ſi de teſtamento.ff. ad Trebel.

3 ¶ † Tertio not. ꝙ articuli ſunt inuenti ad clariorem probationem: & eſt ratio ſecundum Guil.de monte Lauduno hic, quia quæ partes diſtinctè ponunt, facilius, & clarius ꝓbãtur quàm ſi in genere & confuſe dentur, cap. prȩſentium. de teſtu. lib.6. Hinc dici conſueuit, quod quaſi neglecta videntur, quæ in articulis ſpecificata non ſunt, licet ſub genere ſint in libello contenta, argu.cle.frequens.in fi.de exceſſi. prælat.

4 ¶ † Quarto not. ꝙ poſitiones ſunt introductę a conſuetudine & vſu longęuo: quod verbum notandum eſt contra Specu.titu.de poſitio. circa prin. & Ioan.And.in cap.ſtatuimus.confeſſis.lib.6.Odo.in authen.principales. C. de iuramen.calum.& quoſdam alios volentes, quod immo habuerunt ortum a iure ciuili, per text.in l.Offilius.de leg.3.ibi, pone inquit.facit l.Claudius.ff. qui po. in pig. habe. Sed rectè intuẽdo, illę leges non loquuntur de poſitionibus, quę fiunt per partem in iudicio, vt aduerſarius cogatur reſpondere. Alij dicunt eas introductas per Authen. de his quæ ingre. ad appella.§.fina. Sed ibi text.de interrogatorijs loquitur, non de poſitionibus. quare melius dicas eſſe introductas a conſuetudine, vt hic, & hoc ſenſit glo. in l. cum & iudices. C.de iura.calum.circa princi. vbi idem tenent Cy.& Albe.

5 ¶ † Quinto not. ꝙ vſus longęuus in cauſis allegari poteſt pro iure: & hoc verbum ſecundum Guil. de mõte Laud. hic ſiue ſit circa ordinatiua litis, vt hic, ſiue circa deciſiua, vt in cap.cum veniſſent. de eo qui mittitur in poſſ. Ad quod ſecundum eum & Gemi. facit quod dicitur de ſtilo curię ſeruando in cauſis, cap.ex litteris.de conſti.c.ex cauſis de re iudica.c.quam graui.de crimi.fal.cap. per tuas.de ſen.excom. vſus enim longęuus ſeruandus eſt, C.de vete. iur.enucle.l.j.§.ſecundo. ſic etiam dicitur in ſacramentis in cap.1. de tempo.or.& no. c.1.diſtin.c.illud.

¶ Prædicta tamen vera intellige, vbi vſus eſt rationabilis, alias nõ, ſecundum Guil.& Gemi.per no. in d.c.cum veniſſent. & ita Cardi.hic in 6.notabili. Et ſi diuerſus eſſet ſtilus & vſus fori, vbi lis exercetur, a foro litigantium, quo ad ordinandam litem, attenditur vſus fori, in quo cauſa ducitur, l.3.§.fi.ff.de teſti. Quo ad decidendum ſi agitur reali, attenditur locus initi contractus, c. Romana.§. contrahentes.de fo.compe.lib.6. In criminalibus locus delicti, cap. poſtulaſti.de fo.compe.& cap.illud. c 2.diſtin.

6 ¶ † Ex quibus inferunt Guil.& Cardi.colum.5.q.3.hic, ꝙ dos vel donatio petitur iuxta conſuetudinem loci, vbi contractum eſt matrimonium, licet contrahentes ſint aliunde, quoniã licet circa ſubſtantialia matrimonij non valeat conſuetudo, cap.1.de ſpon. cap. fi. de ſpon. duorum, valet tamen circa accidentalia: de quo per eundem Card. in d.ca.1. in 3.& 5.quæſtio.per Bar.in l.exigere dotem.ff.de iudi.Bal. in c.1.§.quamuis.de inue. de re.alie.fac. Abb. in c.fi. de fo. compe.col.22.Bart. & Bal. in l.cunctos populos.C. de ſum. trini.Pet.de Anch.in d.§.contrahentes.

¶ Ex prædictis adde, quæ in ſimili not. Abb.poſt gloſſ.in capitu. quod clericis. de fo.competen.colum.2.& ſequenti. Archidia.in capitu.non ita.ſecunda quæſtio.6. docto.in l.2. ff.quemad.teſta. ape.in l.prima. C. de emancipa. lib. Ioan. Calde. in diſputatione quæ incipit, Cauetur. Innocen. in capitu.fina.de ferijs. Abba.in capitulo, qualiter.de iudi.dominus meus Peruſinus in capitulo ſi duobus.§. denique. de appellatio. Abb. in capitu. licet ex ſuſcepto. de fo. competen. colum.11.& in cap. eccleſia Sanctæ Mariæ. col.10. de conſtitu.in capitu.fina.de foro competen. colum.22.nota. in capitu.fi.de exceptio.lib.6. per gloſſ. in clemen.diſpen-
7 dioſam.de iudi. quæ dicit, ꝙ † cauſa vſuraria coram iudice ſecnlari non erit tractanda ſummariè. Ioan.de Ligna.in cap. vt animarum.de conſti.lib.6.& in c.2 nobis.de ſent.excom. Io.de Imo.hic ſuper glo.in verbo longęuus.

8 ¶ † An autem d. l. exigere dotem, habeat locum vbi vir vadit ad habitandum in domicilio vxoris? vide not. Bald.

in l.& priuatos, C.ſi a non competen.iudic. & in l.cum quæ-
dam puella.ff.de iuriſdict. omn. iudic. Item an habeat locũ
in dote putatiua, vide Bald.in cap.iurauit. de probatio.

¶ Item an habeat locum, vbi mulier litigat cum viro ſe
defendente.Bald.in cap.conſtitutus.el ſecundo .de reſt.te-
net quod ſic, etiam ſi dubitetur, & litigetur ſuper fœdere
9 matrimonij & eius vinculo, vt ibi per eum. ¶ †Ex prædictis
ſumpta occaſione, Cardin.hic quærit in quarta quæſt. quid
in teſtamentis: puta eſt cõſuetudo Tholoſæ, quod valeat te-
ſtamentum cum duobus teſtibus. In Caſtella requiruntur ſe
ptem.in Nouaria eſt alia cõſuetudo. Aliquis Tholoſæ condi
dit teſtamentum cum duobus teſtibus, an valeat quo ad bo-
na alibi ſita? Cardin.poſt Guilelm. primo arguit quod ſic,
quia vbi eſt dominus, ibi bona dicuntur eſſe, cum ſequãtur
dominum, cap.fin.de vita & honeſt.clerico. cap. non minus.
de immunita.eccleſ.quod intelligit verum, quando conſue-
tudo ipſa reſpiceret ordinem teſtandi: ſecus ſi effectum te-
ſtamenti: puta in Anglia eſt ſtatutum, quod vxor ſuccedat
in tertia parte marito. In Italia ſuccedit in nullo, ſi itali-
cus habens vxorem in Anglia, & bona vbique, decedit
in Italia, & nihil legat vxori, valeret teſtamentum quo ad
bona Italica, ſed non quo ad bona Anglicana, l.ex facto.§.re
rum.ff.de hæred.inſtitu. de quo plenius per Cardin. in cap.
fin.de conſuetudine.& adde quæ not.Doct.in l.cunctos po-
pulos.C.de ſum.Trinit.& in locis præallegatis. ¶ Tene ta-
men perpetuo menti terminationem Cardin.hic, cui adde
quæ plenius dixi in repetitione mea cap. quamuis. de pact.
lib.6.in quarta quæſt.principali, verſic.nono quæro.

¶ Prædictis etiam addi poteſt ſingularis determinatio
Bal.in l.iuſtitia.ff.de iuſti. & iure. ponentis quæſtionem de
mercatore Anconitano teſtante in terra Soldani ſeruata ſo-
lemnitate iuriſgentium. ¶ Adde etiam Bald.in l.ſecunda. ff.
quemadmod.teſtam.aper.& Ioann.de Imo.in l.qui a latro-
nibus.in princip.ff.de teſtam. Bald.in rubr.ff.de rerum diui-
ſio.ponentem diuiſionem de teſtãte in portu maris exiſten-
te in terra Soldani, quam ſolennitatem debeat obſeruare.

10 ¶ Et quia ſupra aliquid tetigi de ſtilo. †Adde, quod ſtilus
dicitur duobus modis.

¶ Primo dicitur quæcunque diſpoſitio ſcripta, & ita ſumi
tur in l.prima.C.de ſacroſanct.eccleſ.ibi, nihil eſt quod ma-
gis hominibus conueniat, quàm quod ſupremæ voluntatis
liber ſit ſtilus. ¶ Secundo modo dicitur conſuetudo alicu-
ius fori: hinc dicimus, eſt de ſtilo curiæ. ita Bal.in dicta l.pri-
ma.in princip.qui ſe remittit ad not. per Cyn. in l.ſecunda.
C.quæ ſit lon.conſuetu. Sed idem Bald. in l.prima, in fi. C.
de emend.Iuſtin. Cod.dicit de hoc verbo ſtilo, non reperiri
alibi in dicta l.prima.intellige de iure ciuili, de iure mere ca-
nonico habetur in dicto cap. quam graui. & ſupra dixi An-
gel.autem in repetitione §.ex non ſcripto.Inſtit.de iure na-
tur.in quarta colum. declarat iſta verba, conſuetudo, vſus,
præſcriptio, ſtilus, dicens quod de iure ciuili non bene repe
ritur quid ſignificet hoc verbum ſtilus, niſi in dicta l.prima.
vbi capitur pro diſpoſitione: ſubdit tamen, quod aliquando
dicitur a ſtillando, & eius diminutiuum eſt ſtillicidiũ, l.ſi ſtil
licidium.ff.quemadmodum ſequi. amit.poteſt dici etiam ſti
lum a ſtilo ſtilas, & ideo dicitur de ſtilo curiæ vel iudicis, id-
eſt ſtilatus a curia vel iudice. ¶ Adde etiam, quod in tantum
ſtilus eſt ſeruandus, quod ſi contra illum literæ emanant,
præſumuntur erroneæ nec eis creditur: text.eſt notandus in
l.fin.C.de cano.largi.tribu.libro decimo.& eſt ratio, quia nõ
debet inſpici quod ſcriptum eſt, ſed quod ſcribi debuit, l.li-
cet.ff.de offic.præſid.cap.cum cauſam.de electio.quod Bar-
tol.ibi dicit verum, niſi conſtaret de intentione ſcribentis ſu
perioris, l.prima.C.de ſuperindic.libro decimo.ego pro hoc
allego text.in cap.ad aures. de reſcript. ibi, intentionis no-
ſtræ &c.& quod not. Archid.in cap.ſeruatis.25. quæſt.2.di-
cens, quod vbi conſtat de voluntate principis, illa eſt exequẽ
da: & ſequitur Bald. in prœmio feudorum, col.4. ad quod
vide text.& Abb.in cap.fin.de præbend. ¶ Prædictis acce-
dat, quod pulchre inquit Angel.in d.l. fin. dicens, quod vbi
literæ emanant contra veterem conſuetudinem, præſumun-
tur falſæ, nec illis eſt credendum. Ex quo notanter infert,
quod ſi ſit de ſtilo curiæ, quod iudex citet ſub pœna decem,
& in cedula citatoria ponatur pœna ęris & perſonæ, citatus
licet non compareat, nõ poterit puniri, quia iniuſtæ cedulę
non creditur, vt ſupra, quod eſt bene notandum.

Et per d.l. fin. voluit ibi Bald. quod tabellio omittens in
inſtrumento ponere indictionem, annum domini, & ſimilia,
præſumitur ex quadam nimia laxiuia, non ex certa ſcientia
omittere: & ideo poteſt corrigere, l.ſi librarius. ff.de regu.iu.
facit quod no. Bart.in l.quotiens.ff.de hær. inſtit. & in l.ſin-
gularia.ff.ſi cert. pet. & quod not. in cap. vnico. de ſindico.
per Bald.in l.Imperator.ff. de ſtatu hom. & per Siculum mo
der.in commento rubricæ de fide inſtrumen. ¶ Ad prædicta
etiam facit bonus text.in capit.ad noſtram.de confirm.vtil.
vlt. ſecundum dom.Anton. probatur, quod literæ impetra-
tæ contra vel præter ſtilum curię ſunt nullę. ¶ Ad idem tex.
in cap.j.qualiter vaſa.præſtet iuramentum fide.per quem ſe
cundum Bald.probatur, quod in iuramento vaſalli intelligi
tur clauſula, ſicut debet iurari. aliàs iuramenta contra con-
ſuetam formam extorta præſumũtur impreſſiua: & ita dicit
ſe reſpondiſſe cuidam magnifico.hinc bene dixit glo.in cap.
cauſam quæ.el ſecondo.de teſtam. quod priuilegium & re-
ſcriptum contra communem ſtilum & conſuetudinem non
valet. ¶ Et alibi gl.notanda in l.ſi quis ſub conditione.ff.de
conditio.inſtitu.dixit, quod contrahentes matrimonium iu
rent non opponere conſanguinitatem, præſumuntur ſciuiſ-
ſe conſanguinitatem propter talem clauſulam inſolitam: qđ
eſt notandum ad clement.j.de conſanguin.& affinit. Et per
illam glo.Bal.ſingulariter in l.3.C. plus valere quod agitur.
dixit, quod ſi in inſtrumento dicatur, dedit, vendidit, tradi-
dit vere & non in fraudem vſurarum.quod præſumitur con
tractus vſurarius. ad quod bene facit gloſſ. ſecunda. in fi. in
cap.ſignificauit.de cenſibus.& not.in capitu.ad noſtram. de
11 emptio. & venditio. ¶ † Item adde, quod ſtilus in tantum
debet attendi, quod clauſulæ conſuetæ ex ſtilo ſubintelli-
guntur appoſitæ, l.quod ſi nolit. §.quia aſſidua.ff.de ædil.e-
dic.ibi, ea enim quæ ſunt moris & conſuetudinis in bonæfi-
dei iudicijs dicuntur venire. facit l. etiam. C.loca.

Et ideo notarius a ſeipſo poteſt tales clauſulas ponere, li-
cet partes nihil dixerint: facit notabilis glo. in l.ſi fundus.§.
in commiſſoria.ff. de lege commiſſo. & quod not. Bart.in l.
ex ea parte, in princip.ff.de verb.obligat.vbi dicit, quod de-
bitor cogitur ſecundum ſtilum & conſuetudinem conficere
inſtrumentum creditori.facit etiam dictum Bart.in l.nemo.
ff.de duob.reis.dicens, quod ſi in loco ſit conſuetudo, quod
Doctor quandoque legat per ſubſtitutum, illud intelligitur
in contractu deductum.& hoc ſequitur Abb.in d.cap.ex lite
ris.& in cap.quod translationem. de officio lega. vbi bonus
text. probans, quod in generali conceſſione veniunt ſolita
concedi. ¶ Accedat quod inquit pulchre Angel. in l.bene a
Zenone.C.de quadrien.præſcript.dicens, quod procurator
ad ineundam pacem poteſt apponere pęnam contrauenien
ti, quia ſic conſuetum eſt, licet aliter procurator non poſſit
facere dominum cadere in pœnam, l.3.ff. quod quiſque iur.
facit etiam cap.cauſam.de reſcript. vbi clauſula ſolita appo-
ni in certo loco, ſi tranſponatur, intelligitur ſuo loco appoſi
ta: actus enim agentium interpretationem capiunt a conſue
tudine pacis: de quo late dixi in cap.quamuis. de pact. libro
ſexto.colum.79.& ſequen. pulchra poſſem ad hoc propoſi-
tum hic applicare, quæ curioſis lectoribus relinquo, putans
12 prædicta ſatis eſſe. † Sexto no, quod iudex in ſummarijs
poteſt dare eundem terminum ad ponendum & articulan-
13 dum, de quo infra in gl. † Septimo no. quod maſculinum
concipit fœmininum: de quo plene in cap.j. de electio. per
Paul.& Cardin.per Archid.in cap.ſi quis ſuadente. 16.q.4.
per Paul.& Doct.in clement.j. de conſanguin. & affinit.per
Ioan.de Imo.& Domin. plene in cap.generali. de electio.li-
bro ſexto.per Bartol.in l.prima.ff.de verbo.ſignifica. Et hoc
probat text.hic in dictione, vterque, relata ad poſitionem &
14 articulum. †Octauo no. ꝙ in ſummarijs poteſt iudex dare
vnum terminum ad exhibendũ omnia acta & monumenta.
de quo in c.coram.de reſtit.in integ.& infra in glo. Nono
nota, ꝙ terminus, de quo ſupra, nõ debet dari niſi poſt datos
articulos: de quo in gl.dicit tamen Paul.& Cardi. ꝙ iſte ter-
minus, cum datur, debet limitari ad certam diem: & certus
dies dicitur, ſiue nominatim, puta vſq; ad diem lunæ, ſiue ad
numerum dierum, puta vſq; ad decem dies. Decimo no.
15 ꝙ † quandoq; fit remiſſio pro teſtibus producendis: & ſecun
dum Gemi.iſta remiſſio fit ad loca remota, vt parcatur par-
tium laboribus & expenſis, c.cõſtitutus.de fideiuſ.l. cũ poſt.
C.de app. & vt dicit Steph. regulariter in curia iſta remiſſio
ſolum fit poſt litem conteſt. quia ante litem conteſta. ſuper
dilatorijs vel peremptorijs, quæ tunc proponi poſſunt, non
fit, licet ex cauſa fieri poſſit, puta quia teſtes non poſſunt
commode haberi in loco iudicij: ad quod bene facit deciſio

Rotæ,

Rotæ,216.quæ incipit, Item licet pro inſtrumentis.vbi di-
citur, quòd [illegible] o p natu contra ſigilla & ſigna poſita in in-
ſtrumentis, & q qui conſ us inſtrumentum non erat nota-
rius, datur dilatio ad probandum extra curiam, quia iſta
ſunt probanda per teſtes, quos ad curiam producere non
tenebatur, ſecundum glo.notandam in c.cupientes.§.ſi ve-
16 ro.de electio.lib.6.¶ † Item licèt dilatio dilatoriarum non
committatur extra curiam, vt not.de priuileg.cum olim.de
excep.pia.ſecundum Ioan.Mona.tamen probatio perem-
ptoriarum committitur extra curiam, c.conſtitutus.de fi-
deiuſ.ſecundum Rotam vbi ſupra.quam ſequitur Do.in d.
§.ſi vero.in fi. Aduerte tamen, quia iſta remiſſio pro teſti-
bus extra curiam de ſtilo curiæ non fit niſi ſemel, ſecundum
Steph.hic dicentem ita velle Ioan.Mona.& ſecundum Ioan.
de Imo.hoc dictum eſt æquum, ita dicit ſuper verbo, remiſ-
17 ſione. ¶ † Vndecimo not.quòd iudex in ſummarijs interro-
gat ſiue ad inſtantiam, ſiue ex officio, vbicunque æquitas
ſuadet, & ſecundum Lapum hoc verum eſt, etiam poſt con-
cluſionem in cauſa, adducit l.vbicunque.ff.de interro.act.c.
cum Ioannes.de fide inſtrum.vbi dicit, quotiens aliquid du-
bitationis occurrit. hoc tamen temperat Specu.titu.de de-
poſito.§.4.verſic.regulariter.procedere quando interrogat
ſuper agitatis, quia ſuper nouo articulo poſt concluſionem
in cauſa maxi.ad inſtantiam partis interrogare non poteſt.
Et hoc prius fuit dictum Inno.in addit.in d.c.cum Ioannes.
quem ſequitur hic Cardi.colum.2.Sed aduerte, quia Innoc.
ibi ponit duas opi.Prima eſt ſupradicta, poſtea ponit aliam,
cum qua videtur reſidere, ſcilicet, quòd ſuper nouo articulo
etiam poſt concluſionem poſſit interrogare, & hanc tenet
dominus Anto.in d.c.cum Ioannes.& Ioan.de Imo.ibi col.
4.& Abb.ibi & Roma.in l.admonendi.ff.de iureiur.colum.
38.alleg.text.in cap.paſtoralis. in fi. de cauſa poſ. Primam
tamen opin.quam hic ſequitur Cardi. tenet etiam Roma.
ſibi contrarius in l.4.§.hoc autem iudicium. ff. de dam.
infec.colum.4.& Bar.in l.per hanc.circa princ.C.de tempo.
appel.Petr.de Anche.in c.1.de confeſ.in 6.quæ omnia bene
notabis.& adde quæ dicam infra in glo.in verbo, interroga-
18 bit.¶ † Duodecimo not.ex verſi.ſententiam vero diffiniti-
uam, quòd ſententia in cauſa ſummaria lata eſt diffinitiua, &
ſic pondero hic eſſe tex.ɔ̃ dictum Ange.in l.imperium.ff.de
iuriſd.om.iudi.dicentis, q ſnīa lata ſuper iudicio ſummario
non dicitur mera interlocutoria, nec diffinitiua, ſed mixta,
quia participat de vtraque: nam trahit ab interlocutoria,
quod fertur ſine litis cõteſta.& alijs ſolemnitatibus iudicij:
trahit a diffinitiua, quia diffinit negocium: mera diffinitiua
19 tamen dici non poteſt, quia † merum dicitur abſtractum ab
omni compoſitione, d.l.imperium. & l.ſtipulationum aliæ.
ff.de verbo.oblig.l.cum ſeruus.ff.de condi.& demon.l.inter
tutores.ff.de admini.tuto.Et ita vbi ſupra dicit Ang.ſe con-
ſuluiſſe, & eius cõſilio ſubſcripſiſſe Ioan. de Lign. & multos
Docto.Bononienſes, & quoſdam Peruſinos, & ſm illud con
ſilium fuit iudicatum: licet quidam contra tenerent. ¶ Ad-
de, q eandem ſnīam tenet ipſe Ange.in l.qui reſtituere.ff.de
rei ven.& in conſi.106.quod incipit, Quidam perijt. & me-
lius in conſi.ſeq.ſequitur Ro.in rub.ff.de re iudi.col.3.& D.
Ant.in rub.eo.titu.facit quod no. Ang.in d.l.ſtipulationum
aliæ.& in l.ſi ſic.in princ.ff.de legi.D.Alex.in d.l.imperium.
20 ¶ † Confirmatur prędicta ſententia vltra ſupra dicta per An
ge.in d.l.imperium.ratione ſecundum ipſum in præalleg.cõ
ſilio: quia diffinitiua dicitur duobus modis. Vno modo, qa
diffinit negocium, l.1.ff.de re iudi.glo.in Clem.1.de ſequeſt.
poſ. Alio modo, quia illam debet præcedere libellus, litis cõ
teſtatio, & ſimilia, l.prolatam.cum gl.C.de ſenten.& interlo.
om.iud.ſecundum Bar.in l.ſi cum exceptione.§.hæc autem
actio.ff.quod metus cauſa.¶ Secundo facit, quia qñ in pro-
latione ſnīæ non requiruntur ſolemnitates, quæ regulariter
ſunt a iure requiſitæ in ſententijs, illa ſententia non dicitur
omnino diffinitiua, ſm Barto.in l.Titia.ff.de accuſ.per ea q
no.glo.in l.harum.ff.ſi ſerui.ven.¶ Sed ſententia in ſumma-
rio iudicio eſt huiuſmodi: patet, quia põt proferri a iudice
non ſedente, vt hic in fi.contra regulam, de quo in cap.fina.
de re iudi.lib.6.& no.per glo.in l.1.C.de ſen.ex peri.reci. er
go &c.¶ In hoc enim imitatur naturam interloquutoriæ in
qua non reperitur ſcriptum, q iudex debeat ſedere, vt inquit
21 Bar.in l.2.in fi.C.de ſen.ex peri.reci.¶ † Tertiò facit gloſ.in
ſimili in l.4.ff.de excep. dicens, q exceptio dicitur anoma-
la, quæ non ſequitur naturam nec peremptoriarum nec di-
latoriarum. Ad quod vide gloſ.in c.exceptionem.ſupra de
excep.& in Clem.1.eodem titu.¶ Contrariam tamen ſenté-
tiam tenuit Paul.de Caſt.in d.l.imperium. Primo
text.qui vocat ſimpliciter hanc ſententiam diffinitiu
22 Secũdo † diffinitiua denominatur a diffinitione negotij,
de quo principaliter lis vertitur, non autem a proceſſu, vt
no.in l.qui reſtituere.ff.de rei ven.in glo. fina. ergo non de-
bet attendi an fuerit in proceſſu ſeruatus ordo vel non.
Huic tamen argu.reſponderi poteſt ſecundùm Ang.in præ-
23 alleg. conſilio, quia † vbi vnum ens habet effectum vnius
ſubiecti, & formam alterius, denominare illum debemus a
ſubiecto formali tanquam a digniore & potentiore, l.an in-
utilis.ff.de acceptila. ¶ Tertiò dicit Paul.licet ſit dare mere
interlocutoriam, ſcilicet quando diffinitiua poſt ſe expecta-
tur, & non meram interlocutoriam, ſcilicet quando nulla
diffinitiua poſt ſe expectatur, vt not.per glo.in d.l.harum.
per glo.in l.1.C.de appellat.& glo.melior in verbo, diffini-
tiua.in Clem.1.de ſequeſt.poſſeſ.& fruct.tamen non eſt da-
re meram diffinitiuam, nec hoc reperitur.¶ Confirmo hanc
ſententiam Paul.per ea quæ not.Bar.in l.non fatetur. colũ.
24 2.ff.de confeſ.ver.ſed an iſto caſu. vbi dicit, quòd † ad co-
gnoſcendum an præceptum habeat vim diffinitiuæ vel in-
terlocutoriæ debet conſiderari, an adhibeatur cauſæ cogni-
tio: quod etiam ſenſit Bald.in rubri. C.commu. vel epi. in
princip.ſed in iudicio ſummario adhibetur cauſæ cognitio,
vt hac Clem.in ver.non ſic tamen.ergo &c. Secundo ad-
duco, quæ no.Bar.in dicta l.ſi cum exceptione.§.hæc autem
actio.& Specu.titu.de prola.ſenten.§.ſpecies.circa princip.
vbi dicitur, quòd cognoſcitur ſententia diffinitiua, quia con
trouerſiam dirimit directo & non in conſequentiam, l.præ-
ſes.l.ex ſtipulatione.& l.poſt ſententiam.C.de ſenten.& in-
terlo. Sed ſententia in iudicio ſummario lata eſt huiuſmo
25 di, igitur &c. † Tertiò, illa cognoſcitur diffinitiua, qua
lata parat præiudicium irreparabile & quo ad iudicem,
& quo ad partem, niſi appelletur, l.iudex poſteaquam, ff.de
re iudica.l.dicere.§.fina.ff.de arbitr. Sed ſententia in cauſa
ſummaria eſt talis, ergo dici debet diffinitiua & non inter-
locutoria, quæ quo ad iudicem non tranſit in rem iudica-
tam, l.quod iuſſit.ff.de re iudicata.cap.cum ceſſante. de ap-
26 pel. † Quarto, in dubio appellatione ſententiæ venit diffi
nitiua, l.1.§.biduum.per glo.ff.quando appel.ſit. & glo.in
Clem.1.de cauſa poſſeſ.& proprie.not.in cap.cum olim.de
teſtibus.probatur in dicta l.quod iuſſit.iuncta glo.& in ru-
bri.C.de ſenten.& interlocu.omnium iudi. ergo in dubio
erit dicenda diffinitiua lata in iudicio ſummario.Et expreſ-
ſe probatur per hunc textum ibi, diffinitiua. niſi deſtruen-
do litteram ſubaudiamus mixtam. Et quòd ſit diffinitiua,
tenet Barto.in extrauagan.ad reprimen. in verbo, ſumma-
riæ.in 3.colum.ſequitur Ioan.de Imo.hic poſt Ioa. de Ligna.
colum.39.verſicu.his viſis.Dicam latius infra in materia, re-
ferendo doctrinam Barto.in dicto verbo, ſummariè. Et
tenendo hanc partem puto poſſe reſponderi ad argum. An-
ge.poſitum in dicto conſilio, dum dixit, eas debere denomi
nari a forma & non ab effectu: quia pace ſua dicam, hoc vi-
detur mihi contra textum in l.vbi ita donatur.ff.de donat.
cauſa mor.vbi donatio facta cauſa mortis hoc addito, quod
non liceat reuocare, licet habeat formam donationis cau-
ſa mortis, dicitur tamen donatio inter viuos, conſiderato
illo effectu, quod non poteſt reuocari, ſicut non poteſt do
natio inter viuos.

Ad idem adduco text.ſingularem in cap.conſtitutus.de
religio.domi.per quem Ioan.de Imo.in cap.ad audientiam.
de rebus eccle.colligit notanter, quòd ſi concedo tibi feu-
dum, & quicquid iuris in eo habeo in emphitheuſim per-
petuam, talis contractus non erit emphiteuticus, licet for-
ma verborum ita ſonet, ſed contractus cenſualis, attento
effectu ipſius contractus, quo transfertur & vtile directum
dominium, quod non eſſet in contractu emphiteutico,
quo ſolum transfertur vtile: & iſta iura videntur ſtringe-
re contra Ange.niſi dicamus, quòd etiam ibi forma ita
diſponat, cum in forma ipſorum ſit dictum, quòd non
poſſit reuocari donatio, vel quòd in contractu emphi-
theutico tranſeat quicquid iuris habeat dominus: cogita
& tene menti prædicta, quia ſingularia ſunt. Et adde, quod
ſententiam Paul.contra Angel. reperio tenere Senenſem
domi.Maria.in rubrica, ſupra de re iudi.licet non omnia p-
dicta tangat; & mihi in iuris ſubtilitate magis placet: licet
opinio Ang.videatur magis communis, & plures habeat il-
lam tenentes. Flori. de ſancto Petro in dicta l.imperium.

dicit,ꝙ deciſio Ange.eſt periculoſa, & ideo eſt conſiderandum & attendendum in quo magis caleſcat iſta ſententia lata in iudicio ſummario,argu.l.quæritur.ff.de ſtatu homi.

27 ¶†Decimotertio not. quòd ad diffinitiuam ſententiam etiam in ſummarijs partes ſunt citandæ: & ſecundum Pau. hic,diffinitiua eſt,quę principali negocio finem imponit,cõdemnationem vel abſolutionem continens,l.prima. ff.de re iudica.l.præſes. C.de ſenten.vel quid æquipolens, l.quid tamen.§.ſi arbiter.ff.de arbit.c.in his. de verbo.ſignifica.

28 ¶†Decimoquarto no.ꝙ ad diffinitiuam non ſufficit citatio in genere, ſed debet exprimi ad ſententiam audiendam, de quo late dicam infra in glo.

¶Decimoquinto no.ibi, partes. quòd ambæ partes debent citari ad diffinitiuã: vnde ſecundùm Lapum non ſufficeret ſolum citari eam partem,contra quam ferenda eſt ſententia: facit capit.conſuluit.de offi.deleg. cum ibi not. & ita Cardi.hic.colum.2.

¶Decimoſexto no.quod eſt in arbitrio iudicis in ſummarijs ſtans vel ſedens pronunciare,de quo infra in glo.

29 ¶†Vltimo not.ibi,probationem,ꝙ iudex debet pronunciare ſecundum acta & probata,& non ſecundum quod ſibi videtur,tertia quæſtione ſeptima.capitulo,iudicet.vbi de hoc.15.q.5.presbyter.de conſecra.diſt.2.non prohibent.c.j. de offic.ordina.vbi per glo.& in cap.paſtoralis.§.quia vero. de offic.delega.& in c.1.de re iudica.lib.6.

Glo.prima Quærit, quæ ſint formæ poſitionum, & ſe remittit ad notata in capit.1. de confeſſ.lib.6. Addit Ioan.de Imo.ꝙ etiam de hoc habetur in cap.2.eod.titu.& lib.& in cap.præſentium. de teſti. lib.6. per Specu.titu.de poſitio.per legiſtas in l.2.§.quod obſeruari.C.de iura.calum.vbi glo. Cyn.& Doct.ponunt.

30 ¶†Sed tunc quæritur,in cauſa criminali,an ſit poſitionib. reſpondendum? Gemi.& Cardi.in principio huius §.dicũt ꝙ non,allegat Compoſtel.& Innoc.in cap.dudum.2.de elec. no.per glo.& Archi.in cap.ex pœnitentibus.50.diſtin.& in Specu.de poſitio.§.2.verſ.ſi.videndum.per glo.in d.cap.2.de confeſſ.¶Tu adde de hoc articulo etiam tradi per gloſ.in l.qui iuraſſe.§.ſi pater.ff.de iureiurã.in l.controuerſia. in glo. magna,verſicu.ſed nonne.ff.de tranſac.in l.ſi a te.in princi. ff.de excep.rei iudi.per Bart.in l.fina.ff.de his qui. vt indig. Bal.in dicto §.quod obſeruari.per Abb.in cap.2.de confeſſ. & in capitulo,cauſam.de iuram.calumn. colum.11.pulchrè Bal.in l.accuſationem.C.qui accuſa.non poſſ. & Angel.in l. Marcellus.ff.rerum amot.Ioan.de Imo.in cap.licet cauſam. de proba.Bal.in l.2.C.de eden.in 3.col.& in l.2.C.de requi. reis.¶Ex quorum dictis colligitur communis concluſio ſupra dicta,cuius aſſignatur ratio, quia nemo tenetur ſeipſum prodere,cap.non tibi dico.de pœniten.diſtin.1.cum ſimil.

¶Fallit primo,quando crimen eſt notorium,& ideo licet poſi.criminis adulterij quis non cogatur reſpondere, cogitur tamen,ſi eſt notoriũ: puta ſi fiat poſitio, ꝙ talis ſit publice conuictus de tali crimine. Ita Car.hic.in princip.& idem Abb.in d.c.2.in fi.de confeſ.vbi dicit,ꝙ tale crimen eſt famoſum,ita ꝙ impediat ordinis ſuſceptionem,ſeu beneficij retẽtionem,nec venit imponenda pœna temporalis.¶Fallit ſecundo,quando iudex ex officio cogeret tali poſitioni reſpõdere: quia licet parte inſtante non cogatur,cogitur tamen,ſi ex officio iudicis cogatur,ſecundùm Ang.ſing.in l.ampliorem,in princ.C.de appel.per tex.ibi cum glo.facit quod no. Bal.in l.2.circa fi.C.de exhib.reis:vbi dicit, ꝙ licet poſitioni criminali non reſpondeatur, tamen ex officio iudex poteſt interrogare in criminali,vbicunque ęquitas ſuadet,maximè vbi locus eſt torturæ:alleg.pro caſu l.diuus Adrianus.ff.de cuſto.reo.¶Fallit tertio,quãdo iudicium aliter ordinari nõ poteſt,tex.no.in l.quotiens.§.prætor. ff.de noxa. ſecundùm Bal.in d.§.quod obſeruari.& Ang.in d.l.Marcellus.bene facit quod no.Bal.in l.accuſationem.¶Fallit quarto, quando talis poſitio tenderet ſolum ad dilatandum iudicium: exemplum in poſitione, in qua ponitur crimen, ex quo reſultat excommunicatio, & oppoſitio. fit ad effectum dilatandi iudicium. Ita Specu.de poſitio.§.ſeptimo.verſicu.quid ſi ꝓbo.quia tunc non agitur de magno præiudicio, conſiderato ꝙ actor iuuari poteſt aduerſus talẽ dilationem iudicij per viam abſolutionis: & ita ſequitur Roma.in conſil.319.in fi.

¶Fallit quinto de iure ciuili, & ſic licet de iure canonico procedat concluſio prædicta, ſecus tamen eſt de iure ciuili, ſecundùm Alber.in d.l.2.C.de iuram.calum.mouetur, quia in ciuilibus & criminalibus probari poteſt per confeſſionem aduerſarij,cum ſit ſpecies legitima probandi, nec reperitur prohibita in criminalibus, immo in eis per tormenta elicitur veritas,toto titu.ff.& C.de quæſtionibus.facit quod no. Azo in ſumma,de rebus eccleſ.circa medium. verſic.quid in cauſa criminali. Dicit tamen ipſe Alber.ſe obtinuiſſe etiam in foro ciuili,ꝙ poſitioni criminoſæ non ſit rñdendum ꝓp auctoritatem canoniſtarum: hinc eſt,ꝙ in iudicijs communiter criminalibus non fiunt poſitiones,& forte ea ratione, quia reus ſemper negaret: in puncto tamen iuris credit poſſe fieri,per prædicta: quod eſt bene no.¶Fallit ſextò,vbi qui interrogatur locupletaretur cum aliena iactura,niſi cogeretur rñdere,ſm Bar.in d.§.quod obſeruari.& in d.l.Marcell⁹. & in d.l.fi.de his quib.vt indig.alleg.d.l.quotiens. §.prætor. & ſic intelligit.d.l.Marcellus. Et hoc verum, niſi fuiſſet per prius iuratum vel ſententiatum ſuper eo, de quo interrogatur: alle.l.qui iniuriarum.in tex.& glo.ff.de iniur. Hæc tñ fallentia non placet Bal.in d.§.quod obſeruari.quia ſequeretur,ꝙ iſti poſitioni,tu es vſurarius: cogeretur rñdere,ꝙ non reperitur cautum,nec eſt verũ,ꝙ in d.§.prætor ille nõ rñdendo locupletaretur cum aliena iactura: quia põt eſſe,ꝙ ille,ꝙ dolo deſinit poſſidere,donauerit ſeruum,& ſic in nullo fuerit locupletior.¶Fallit ſeptimo,qñ crimen ponitur ad finem purgationis,iuxta materiam l.præſenti.C.de his qui ad eccle.confu.& titulo de purg.cano.ſecũdũ Bal.in d.§.quod obſeruari.& Ang.in d.l.Marcellus.¶Fallit octauo, qñ crimen ponitur ad litis inchoationem,ſecundum Bald.in d.§.quod obſeruari.probatur in cap.qualiter & quando. de accuſ. qñ enim crimen ponitur ad litis inſtructionem,vt per rñſionem releuetur ponens ab onere probandi,tunc ſi crimen ponit, ſi dentur illi,non eſt reſpondendum,d.c.dudum.& d.§.ſi pt.¶Si autem de crimine quæritur principaliter: tunc tali poſitioni regulariter non debet cogi rñdere, d.c.non tibi dico. niſi ſint talia indicia,quæ ſufficiant ad torturam,l.1.& toto tit.ff.de quæſtionibus. Prædicta bene notabis.

Glo.in verbo,confeſsiones. Opponit, ꝙ

31 † vſus poſitionũ non ſit vtilis,quia poſitiones fiunt poſt negatam petitionem: & ideo cum reus negauit petitionem, eſt veriſimile ꝙ negabit poſitiones, argum. regulæ, ſemel malus.lib.6.cap.ſcribam.de præſump. glo.ſoluit aſſignando magnam vtilitatem & bene, & eam ſequitur Gemi.Ioan.de Imo.& Car.& ad demonſtrandum hanc vtilitatem faciunt duæ quæſtiones, quas poſui ſupra §.proxi. in h. glo. in verbo,defenſiones.¶Sed tunc etiam opponitur, quod nullius ſint vtilitatis, quia pars ita negabit poſitionem ſicut negauit libellum in litis conteſtatio. So.dicit Paul.& refert Cardin.contrarium procedere in plenarijs, in quibus lis conteſtatur, non in ſummarijs. Sed certe ſecundum Cardi.melior eſt ſol.glo.hic,quia licet non fatebitur omnia aliqua, tamen confitebitur in quibus releuabitur actor.

Glo.in verbo,articulos. De materia articulorum ſe remittit ad capitulũ, per tuas. de teſtib. vbi dicitur de materia interrogatoriorum. & eodem titulo, capitulo, præſentium. libro ſexto.¶Secundo oppo.quòd non debeant appellari articuli, ſed intentio vel aſſertio, argum.l.per hanc. C.de tempo.appellatio. Soluit glo.quòd in aliquibus locis vocantur articuli, in aliquibus intentio: hinc eſt, quod quandoque dicit articulans, talis intendit probare: quandoque dicit,talis aſſerit ſe velle probare.

Gloſ.in verbo, longæuus. Quærit a quo tempore incępit iſte vſus poſitionum: dic vt in ea.

Gloſ.in verbo, obſeruari. Quærit, an in omnibus cauſis ſeruetur. reſpondet quòd ſic, quia ſi in ſummarijs ſeruatur, vt hic, fortius idem dicendum in plenarijs.

Gloſ.In verbo, de partium. Vult, quòd altera parte reſiſtente iudex poſſet aſſignare terminum ſimul ad ponendum & articulandum: ſed vtraque parte contradicente non: mouetur gloſ.per hunc text.qui vtitur hoc plurali verbo, partium, ex quo infert, quòd ſi iudex, qui ſine figura iudicij, procedit, non dat eundem terminũ ad ponendum & articulandum,minus hoc faciet iudex plenarie procedens.¶Idem tenet hic Guil.de mon.Lau. dicens,ꝙ oportet voluntatẽ actoris & rei & iudicis interuenire,

ad

ad hoc, vt taliter poſſit procedi, argum.cap.in cauſis. de re
iudica.cap.forus.de verbo.ſignifica.Idem Pau.dicens,quòd
merito inuitis partibus iudex non dat terminum ſimul ad
vtrunque: quia pars ignorat quas poſitiones confitebitur
aduerſarius,de quibus poſtea habet formare articulos, & cõ
pelli non debet ad articulandum ſub incerto. Et hoc inducit
Pau.contra iudices, qui a principio dant terminum actori
ad opponendum dilatorias & reſpondendum libello, quod
dicit notandum.¶ Et ne fallaris, aduerte, quia id quod hic
dicit glo.quòd altera parte tantum inuita poſſit iudex ſta-
tuere eundem terminum ad articulandum,& ponendum,
procedit in ſummarijs non in plenarijs: & hoc ſentit glo.ſe-
quens in verbo, vtroſque. quæ dicit, quòd ſi pars vult,po-
teſt iudex ſimul dare poſitiones & articulos: & ſic ſæpe fit
per aliquos in cauſis, quia dicitur, talis ponit ſic: & ſi ne-
getur, probare intendit.non poteſt tamen ad hoc cogi, ſed
primo poteſt ponere dictum negatiuum, & redire ad arti-
culos. Et ita hic Gemi. Stepha. & Mathe. & Ioan. de Imol.
32 & Cardin.colum.ſexta.dicens,quòd † primo debet dari ter-
minus ad ponendum: & hoc peracto tunc officium iudicis con
quieſcit, capitulo, ſignificante.de appella.l.ſiue pars. C.de
dila.quo finito datur ſecundus terminus ad articulandum.
33 ¶ † An autem poſitiones & articuli poſſint omitti de par-
tium voluntate. Mathe.per hunc text.tenet quòd ſic, & al-
leg.Hoſtien.in ſumma de teſtib. §.ſuper quibus. dicentem
poſitiones & articulos omitti poſſe de partium voluntate
tacitè & expreſsè etiam in caſibus,quibus ſeruatur ordo. Et
ſi dicatur contra,quia ſpeciale eſt in ſummarijs, quòd poſ-
ſint omitti de partium voluntate,vt hic:ergo ſecus in alijs,
l.ius ſingulare.ff.de legi.reſpondetur,quòd hic non debet ſu
mi argum.a contrario. ſenſu, ſecundùm Ioan.de Ligna. &
Ioan.de Imo.hic.colum.24.faciunt, quæ dixi ſupra in ſe-
cundo not.in hoc §.

Gloſ.in verbo, monumenta.

Dicit,
34 quod † monumenta dicuntur, quia muniunt cauſam: alle-
gat capit.cupientes.in princip.& in verſicu.electos.de elect.
in ſexto.& cap.quamuis.de offic.ordin. lib.ſexto. ¶ Sed tūc
quæritur, quæ differentia ſit inter acta geſta, & monumen-
ta? reſpondet Mathe.illa propriè dicuntur acta, quæ fiunt
in iudicio coram iudice & notario,& hoc debet ſcribi, cap.
35 quoniam.de probatio. l.acta. ff.de re iudica. ¶ † Et hoc ver-
bum, acta, generale eſt, l.Labeo.ff.de verbor.ſignifica. l.is
apud quem.ff.de eden. Et aliquando dicuntur geſta,l.geſta.
C.de re iudica.aliquando documenta,dicto capitu.quoniã.
in fi.geſta vero dicuntur, quæ facta ſunt ſed non ſcripta: &
hæc quandoque publicantur, capitulo,ſignificauit Alberi-
cus.de teſtib.& dicta l.geſta.& l.publican. C.de teſtamen.di
cuntur etiam geſta facta & ſcripta apud ſedem Apoſtolicã,
quæ etiam dicuntur regiſtra,ſeu regiſtrata: & iſta ſi bene cu
ſtodiant & inueniantur in archiuio authenticarum perſona-
rum,ideſt eorum,qui habent poteſtatem faciendi authenti-
cas ſcripturas, fidem faciunt, capitulo primo. de procura.
cap.ad audientiam.de præſcript. ¶ Si autem non ſunt bene
cuſtodita,& perſonæ non ſunt authenticæ,non creditur eis;
argu.d.cap.ad audientiam.ita Mathe.hic,& Cardi.colum.7.
¶ Ex quibus infero dictum Ange.in authen.ſi quis in ali-
quo.C.de edendo.dicentis credi exemplo reperto in archi-
uio publico,per authen.ad hæc.C.de fide inſtrumẽ. debere
intelligi, quando archiuium fuit cuſtoditum a perſonis fide
dignis,de quo plenius in cap.1.& 2. de fide inſtrumentorũ.
36 ¶ † Monumenta vero dicũtur inſtrumenta & aliæ probatio
nes,quas quis extra iudicium habet,c.cordi.de appel.lib.6.q̃
ideo dicuntur monumenta,quia cauſam muniũt & inſtruũt,
2.q.8.ſciant,& continentur appellatione inſtrumentorum,
cap.peruenit.de teſtib.cogen.l.1.ff.de fide inſtrum.quando-
que tamen dicuntur documẽta,cap.plerique.2.q.7. 12.q.2.
ſiquis de clericis.cap.ſiquis presbyterorum.de rebus eccleſ.
non alie.dicto capitulo,quoniam.& ita Cardin.hic. colũ.7.
facit ad prædicta glo.no.in cap.coram.de reſtitu.in integrũ,
in verbo,monumenta.& gl.in cap.pia.§.ſiquis igitur. de ex-
cep.lib.6.

Gloſſa in verbo, partes.

Opponit, quòd immo non poſ-
37 ſit iudex † eundem terminum dare actori & reo ad proban-
dum: nam fatuum eſt dicere reum teneri ad probandum,ni-
ſi probata intentione actoris,c.de teſtibus.ſupra de teſtam.
Soluit glo.iſtum text.procedere in ſummarijs: in plenarijs
vero licet hoc poſſit facere,tamen non debet. Et pro hac gl.
ſecundùm Cardi.colum.3.primo facit, quia hoc iure nõ ca-
uetur,ſicut alias cauetur de dilatorijs in capitulo,paſtoralis.
de excep.& de multitudine teſtium in capi.ſignificauerunt.
de teſt.¶ Secundo,quia non euitaretur periculum ſuborna-
tionis,contra capitu.fraternitatis.de teſt. & Clem.teſtibus.
eodem titu.nam poſſet pars producere teſtes ſubornatos in
vltima parte termini confuſa, quòd aduerſarius non haberet
terminum ad illos reprobandum:& ad hoc faciunt quæ no.
infra in glo.in verbo,non obſtante. Gemi.hic dicit ſecundo
loco,quòd in cauſis, de quibus hic, iudex poteſt hunc terminũ
38 ſtatuere,in alijs vero non, quia ad diuerſos † actus explican
dos vnus terminus dari non poteſt: immo termino ad vnũ
actum aſſignato conquieſcit officium iudicis,cap.ſignifican
te.de appellat.l.ſiue pars. C.de dila. Lap. hic tenet primam
opin.pro quo licet non alleget,facit cap.licet cauſam.de pro
bat.in princip.ibi,infra quem terminum vtraque pars teſtes
producere poteſt. Cardin. vero hic. colum.3.& ſequenti eſt
in alia ſententia, dicens, quòd ſi iudex aſſignat dictum ter-
minum parte non contradicente, valet, quia potuit pars
tacendo ſibi præiudicare. Sed contradicente & appellante
non valet:dicit tamen,quòd poſſet eſſe terminus idoneus,
quòd reus non haberet,de quo conqueri deberet: nam po-
terit expectare ad procedendum ſuas exceptiones & proba-
tiones vſque ad finem termini, vt videat, an actor aliquid
probet vel ne,& ſic ſe non oneret,per dictũ cap.de teſtibus.
Si autem contingeret,quòd actor in fine dicti termini teſtes
produceret,ita quòd reo non ſuppeteret tempus ad probã-
dum de iure ſuo, tunc alius terminus ei dandus eſt,rationi-
bus prædictis.¶ Et pro hac opinione facit, quòd in plenarijs
reo contradicente non datur idem terminus ad ponendum
& articulandum,vt ſupra in glo.in verbo, de partium. Ad-
de quod idem tenet Pet.de Anchera.in cap.1. de li.conteſt.
in 6.dicens, quòd niſi in cauſis ſummarijs reus non poteſt
cogi accipere terminum ad probandum exceptiones & de-
fenſiones propoſitas,antequam actor probauerit intentio-
39 nem ſuam.¶ † Secundo hoc idem probatur in capitulo, præ-
ſentium.§.teſtes.de teſta.lib.6.vbi probatur,quòd terminus ad
probandum & reprobandum non debet ſimul a iudice ſta-
tui:& hoc expedit partibus, ſecũdùm Ioan.And.ibi.ad eui-
tandas fraudes,quas actor facere poſſet producendo teſtes
probatorios vltima die termini: & tunc quale ſit remediũ
patet ex ſupra dictis.¶ Sed vide Specu.ponentem modum,
quem ſeruat curia,in tit.de probat.circa prin.& in ritu.de di
la.§.videndum.ver.& not.vbi etiam per Ioan.And.in addit.
& per Domi.in dicto §.teſtes.Hanc etiã partem ſentit Abb.
in cap.1.col.3.de mutuis pet.vbi concludit per iſtum text.in
ver.nos.quòd vbi nullum præiudiciũ fit partibus, actus vtriuſ-
que partis poteſt ſimul expediri, vt circuitus euitetur, Cle.
auditor.de reſcriptis. Idem etiam tenet Abb.in cap.1.col.3.
de ordi.cogni.in illo articulo,an iudex inuito actore admit-
tat reum ſimul cum actore ad probandum ſuam exceptionẽ
& defenſionem:& dicit quòd ſic in ſummarijs, per hunc tex.ſe-
cus in plenarijs, vbi actor prætendere poſſet præiudicium:
aliàs ſecus, vt ibi per eum poſt Ioan.Calde. ¶ Ad quod fa-
ciunt not.per Angel.in l.qui prior.ff.de iudic. & in l.prima.
ff.de rei vendi.per Baldum in l.fruſtra.C.de probationibus.
vbi tenet, quòd in ſummarijs poteſt, in plenarijs reo con-
tradicente non poteſt, alias ſic: & ſic Bald. ſentit opinio.
quam ſupra dixit Card.
¶ Vnum tamen perpetuo notabis, quòd etiam in plena-
rijs, vbi replicatio directo contradicit exceptioni, oportet
teſtes ſimul recipi: aliàs publicatis atteſtationibus ſuper
exceptionibus non poſſent produci ſuper replicationibus:
textus eſt notandus ſecundùm Ioan.de Imo.in capitulo, il-
lud.in vltimo notab.de præſcrip.per tex.ibi, ab vtraque par
te teſtes debent recipi. quia replicatio directo contradice-
bat exceptioni: nam excipienti de præſcriptione replicaba
tur de interruptione poſſeſſionis, quia ipſe poſſedit: quo
caſu replicatio directo contradicit exceptioni: ideo eodem
tempore ſuper exceptione & replicatione teſtes fuerunt re-
cepti: ſecus eſſet, vbi replicatio directo non contradiceret,
puta ſi opponitur de interruptione facta per litis conteſta.
ſecundùm Ioan.de Imo.ibi: quod eſt diligenter notandum
ad articulum, quem hic tangit glo.

40 In eadem gloſſa in fine.

† Dicit hic Ioã.de Imo.
dictum Spe.quod alle.gl.procedere poſſe in caſibus,in quibus

non ſeruatur ordo, vt hic. In alijs vero non videtur id poſſe fieri per prædicta: & hoc etiam tenet Guil. de mon. Lau. dicens non credere iudicem poſſe arctare partem ad producendum omnia iura & inſtrumenta, cum hoc non ſit iure cautum, vt ſupra dictum fuit.

Glo. in ver. poſt dationem. ibi, prima placet.

hanc expoſitionem tenet Paul. Math. & Gemin. qui Mathe. & Gemin. dicunt, quòd ſi probatio eſt fienda per teſtes, non aſſignabitur hic terminus ad exhibendum acta, niſi poſt publicationem teſtium: ideo hic text. dum dicit, aſſignatum terminum poſt dationem articulorum, debet intelligi quando probatio fienda eſt per inſtrumenta vera, quod ſecundùm Mathe. procedit etiam in cauſis, in quibus proceditur iuris ordine non ſeruato. Et ex hac prima ex-
41 poſitione, quam tenet glo. habes, quòd iudex † eodem inſtanti poteſt aſſignare actori & reo terminum ad probandum & reprobandum ſucceſſiue: tamen ita quòd reo non currat terminus, niſi lapſo termino actori aſſignato. ad quod faciunt not. in l. ſiue pars. C. de dila. in l. fina. C. qui admitti. in l. quamdiu. ff. de acquiren. hæredi. & optime facit text. in cap. præſentium. §. ſi vero. & §. teſtibus. de teſtib. libro ſexto. de quo per glo. in capitu. ſecundo. de teſti. cogen. no. in cap. cum olim. 2. de priuilegijs. & ſecundùm Cardin. hic. colum. ſeptima. facit ſimile quod dicitur, quòd poteſt fieri citatio ad totam cauſam, de qua quæſtione plenius dicam. infra in glo. in verſ. ad id.

In eadem glo. ibi, non currit in termino.

42 Habes † ex hac glo. notare, quòd vbi alicui datur certa dilatio, qua pendente producitur vel adducitur aliquid, ſuper quo diſputatur, an ſit admittendum, tali diſputatione pendente non currit dilatio. Concordat optima glo. in verbo, videtur, in capit. cupientes. §. quòd ſi per 10. de elect. in ſexto. Confirmatur hæc concluſio ex multis.

¶ Primo ex eo quod tenet Bald. in l. prima. in col. prima. verſicu. vlterius. no. hic. C. de iuramen. calum. per illum tex. ſcilicet, quod antequam reſpondeatur poſitioni ſub iuramento calumniæ, terminus datus ad probandum non currit, quod etiam tenet Specu. titu. de dilatio. §. primo. verſic. ſed nunquid.

¶ Secundo facit bon. text. ſecundùm vnum intellectum in capit. cum ex literis. de in integ. reſtitutio. vbi probatur, quòd quadriennium datum ad petendum reſtitut. in integ. non currit pendente dubio, an reſtitutio cõpetat vel non.

¶ Tertio facit text. in l. qui interrogatus. ff. de interrog. actio. vbi ſecundum Bald. ibi probatur, quòd donec iudex deliberat, an articulus ſit impertinens vel pertinens, non currit dilatio data.

¶ Quarto facit quod no. Paul. & Do. in capitu. pia. §. 1. de excep. in ſexto. vbi dicunt, quòd dilatio 8. dierum, de qua ibi ad probãdum excommunicationem non currit interim donec diſputatur, an ſit verum illum eſſe excommunicatũ.

¶ Quinto facit quod not. Rota. deciſ. 360. quæ incipit, Item fuit dubitatum. dicens, ꝙ tempus bimeſtre vel trimeſtre datum iudici pro teſtibus recipiendis, vt in capitulo, licet cauſam. de probationib. capitulo, præſentium. de teſtib. lib. 6. non currit pendente compromiſſo.

¶ Sexto facit Clemen. quandiu. de appell. & authen. ſi tamen. C. de tempor. appel. vbi fatalia proſequendi appellatio non currunt ſtante compromiſſo.

¶ Septimo facit quod no. Rota deciſ. 110. incipien. Item ꝙ fatalia. concludens, quòd fatalia non currunt proſequenti cauſam ſuper attentatis appellatione pendente, quando appellans agens ſuper attentatis vincit: ſecus ſi ſuccumbit, quia tunc ſibiipſi impedimentum fecit, & doloſe egit: ergo cum dolus ſibi non debeat patrocinari, fatalia currunt: ad hoc facit quod infra dicam. ¶ Octauo facit quod no. Cy. in l. contra maiores. C. de inoffic. teſta. & Rapha. Cuma. in l. ſi expreſſim. ff. de appel. col. 15. Bald. & Do. meus Peruſinus in c. dilecto. in 8. col. de appel. in illo articulo, an pendente cauſa nullitatis currat tempus in cauſa appellationis.

¶ Nono facit quod not. Bal. in pecia noua in l. 1. carta pe. verſi. his expeditis, reſtat venire ad vltimum. C. qui accuſa. non poſ. vbi plenè per quinque col. tractat, an terminus a ſtatuto deſcriptus, infra quẽ cauſæ criminales terminentur a die accuſationis vel inquiſitionis, currat quando accuſatus vel inquiſitus accuſat teſtes de falſo, vel contra eos inquiritur pendente proceſſu contra teſtes. ¶ Decimo facit quod not. Paul. de Caſt. in conſi. 21. col. 7. determinans, ꝙ pendente quæſtione ſuper deſertione appellationis non currunt fatalia.

¶ Vndecimo facit quod not. Ioan. Andr. in c. ſi electio. de elect. lib. 6. vbi tenet, ꝙ ſi appelletur ab irritatione electionis
43 non currit tempus ad eligendum, quia † appellatione pendente nihil eſt innouandum, 2. q. 6. appellatione. & ideo ſi electores habeant iuſtum impedimentum, tempus illis non currit, c. ne pro defectu. de elect. ¶ Duodecimo facit verbũ Specu. titu. de appel. §. 1. verſicu. ſed nunquid currat. dicẽtis, ꝙ terminus ſtatutus ad probandum exceptionem non currit donec diſputatur, an illa exceptio ſit admittenda. & ſequitur Bald. in l. 1. C. de iuramen. calum. verſi. adde etiã. col. 2.

¶ Tertiodecimo facit doctr. Bald. in l. quamdiu. in fi. q. ff. de acqui. hæred. volentis, quòd terminus ad probandum nõ currit, donec diſputatio examinatur, & iudex deliberat an articuli ſint admittendi vel non. ¶ Et idem dicit de tempore ad probandum, vt non currat pendente tempore ad reſpondendum poſitionibus datis, & ſic antequam pars poſitionibus reſpondeat: quod etiam tenet Bald. in l. 1. C. de iuramen. calum. & alibi etiam ſupra dixit. Vtriuſque dicti Bal. in dicta l. quamdiu. aſſignat rationem, quia priusquàm iudex admittat articulos, vel pars reſpondeat poſitionibus, volens probare, eſt impeditus impedimento iuris: ergo non currit ſibi terminus, l. ſecunda. §. in omnibus. ſecundũ vnam lecturam. ff. de iudi. Et optime facit gloſ. ſingularis in verbo, videbitur. in dicto §. ꝙ ſi per 20. dicens, ꝙ terminus legalis aſſignatus ad probandum non currit, donec pendet cognitio, an exceptio appoſita ſit admittenda. ¶ Aduerte tamen & attende bene, quia licèt Doctores hic, maxime Ioan. de Imo. ſic intelligant gloſſam iſtam velle, vt ſupra retuli, & ita ſoleat frequenter allegari, & ego dixerim ſupra concordare gloſam in dicto §. quod ſi per viginti. in verbo, videbitur. Nunc tamen diligentius hanc gloſ. conſiderans dico, quòd immo hæc glo. non concordat cum glo. in dicto §. quod ſi per 20. & conſequenter non facit ad doctrinam Bald. de qua in dicta l. quamdiu. & ſupra retuli: nam manifeſtè dicit hæc glo. quòd iudex non debet aſſignare terminum ad articulandum & ponendum, & poſtea terminum ad probandum: quia ex illo ſequeretur abſurdum, quòd productis articulis vel poſitionibus in termino tempus curreret ad probandum, priuſquam reſpõderetur poſitioni, vel admitterentur articuli. ecce ergo qualiter ſentit & innuit, ꝙ tempus ad probandum currit antequam articuli admittantur per iudicem, vel pars reſpondeat poſitionibus. Et declarat velle hanc glo. celebratiſſimus iuriſconſultus D. Fran. de Are. in capitulo, vltra tertiam. de teſti. colum. octaua. & ſeq. colligens & inferens ex hac glo. ſic intellecta, duo.

¶ Primum, quòd ille, qui habet terminum ad ponendum vel articulandum, ſatisfacit termino, ſi producit articulos vel poſitiones in termino, licet infra terminum non faciat admitti articulos vel reſponderi poſitionibus.

¶ Secundum, quòd probatorius terminus currit, licet articuli non ſint admiſſi, vel poſitionibus reſponſum. Et in hanc ſententiam dicit Are. inclinare Bald. in l. ſi cum ipſe. ff. de excuſ. tuto. vbi poſt Dyn. in regula, non licet actori. lib. 6. dicit cautelam eſſe, facere pronunciari per iudicem, quòd non currat terminus probatorius, donec ſit reſponſum poſitionibus, vel admiſſi ſint articuli: & ſic ad tollendum difficultates obſeruat practica ſecundùm Roma. in d. l. quamdiu. Bal. autem in d. l. contra maiores. concordando has opiniones, vt refert & ſequitur Roma. in d. l. quamdiu. diſtinguit, quòd aut probabiliter põt dubitari, an articuli ſint admittendi vel non, tunc etiam ſi iudex aliquos nõ admitat, & ob id diſtulit admiſſionẽ cæterorum, tunc non currit terminus, quia pars incerta nõ potuit ꝓbare impedita impedimẽto iuris, quod fortius procederet ſi poſtea articuli, de quibus dubitatur, fuerunt admiſſi. ſi vero non erat probabilis dubitatio, quia articuli erant impertinentes & non admittendi, tunc quia eſt quod imputet ſibi pars, quæ illos articulos deduxit, ideo illi currit terminus, l. ſecunda. §. non ſolum. ff. ad Tertul. vbi tex. in o. per quem determinat ibi Bar. quòd ſi diſputatur ſuper mandato, & poſtea ꝓnunciatur mandatũ legitimũ, currit terminus ad faciendum actum ſequentem, ſi exceptio propoſita non habebat ꝓbabile dubiũ: quod eſt ſing. notandũ. Et ad hoc bñ facit deciſio Rotæ 103. inci. Itẽ ꝙ fatalia, quã ſ. allegaui. ¶ Conſiderat tamen vbi ſupra Areti. hanc diſtinctionem Bal. ſolum procedere, vbi diſputatur, an articuli ſint admittendi,

mittendi vel non, & non procedere, quando pendet terminus ad reſpondendum poſitionibus, nam cum hoc caſu pars vtatur permiſſione iuris, quo vſus poſitionum inuentus eſt, vt hic, & not.in cap.1.de confeſ.lib.6. nihil eſt, quod ſibi poſſit imputari, ſi non vult probare, priusquàm ſciat, in quibus releuetur ab onere probandi per reſponſionem aduerſarij, vt innuit hæc glo.in fi. Sed tu etiam conſidera, quia hæc ratio forte non eſt bene tuta, nam quemadmodum ius permittit fieri poſitiones, ita etiam permittit fieri articulos. Præterea eo caſu quo poſitiones eſſent impertinentes, eſt quod poſſit imputari ſic ponenti. Cogita, & nota prædicta, quia pro certo ita diſcuſſa alibi non inuenies. Non etiam quieſcit animus in eo quod Aret.in d.cap.vltra tertiam, colligit hanc glo. velle, quòd probatorius terminus currit, licet articuli non ſint admiſſi, vel poſitionibus reſponſum, quoniam quicquid ipſe dixerit, in cuius forte libro glo. erat aliter ſcripta, ego in meo libro & in quodam alio ſtampato reperio, quòd immo glo. dicit id, ad quod ſolet allegari, & ſic concor. cum glo. in d. §. quod ſi per eo. Dicit enim formaliter, prima placet, & maxime quia poſitionibus datis in termino reſpondendum eſt, articuli etiam examinandi. Illud ergo tempus, quo ſuper his inſtatur, non currit in termino productionis, nec eſt congruum parti ſtatui terminum ad probandum prius quàm ſciat, in quibus releuetur, & quos articulos probare teneatur, verba ſunt formalia glo. Ecce ergo clare, glo. velle tempus, quo examinantur articuli, an ſint admittendi, non currere in termino productionis. Iterum bene cogita, & conſidera.

Glo.in verbo, remiſſionem.

Quærit de forma remiſſionis, & ſe remittit ad c. præſentium. de teſti. & aliquid dixi ſupra in 10. notabili.

44 Glo.in verbo, pro teſtibus.

Quærit, an † pro teſtibus probatorijs detur remiſſio? Reſpondet quòd ſic, per hunc text. qui loquitur generaliter. Idem dicit glo. pro teſtibus reprobatorijs, per hunc text. & per dictũ capitulũ, præſentium. idem tenet Paul. Ioan. de Imol. & Cardin. colum. ſeptima.

Gloſ.in verbo, producendum.

45 Quærit, an † ſemper in dilatione data ad producendum inſtrumenta, liceat procedere teſtes? & tenet quòd non ſe remittendo ad not. in cap. peruenit. de teſti. cogen. Idem tenet Pau. eadem ratione, nam licet appellatione inſtrumentorum veniant teſtes, dicto capit. peruenit. tamen inſtrumenta producuntur publicatis atteſtationibus, & non teſtes, quoniam in inſtrumentis non timetur ſubornatio, cap. cum dilectus. facit quod not. Specu. titu. de dilatio. §. fina. verſic. item not. quod cum datur. ex quibus infert Pau. quòd vbi non obſtaret teſtium publicatio, quemadmodum in termino producendorum teſtium producuntur inſtrumenta, vt hic, fortius econtra in termino producendi inſtrumenta producerentur teſtes, dicto cap. peruenit. nam gratia vtriuſque debet dari dilatio, l. notionem. §. inſtrumentorum. ff. de verbo. ſignificat. Iſto enim caſu ceſſat ratio ſubornationis,
46 ideo admitti debet talis productio. ¶ † Aduerte tamen ad vnum, quòd in termino dato ad producendum teſtes non omnia inſtrumenta poſſunt produci, ſed ſolummodo quæ faciunt ad cauſam, & ſic quæ potuiſſent produci in termino dato ad producendum omnia acta & monumenta, ſecundum Pau. hic, & Cardin. colum. octaua. quod eſt bene notandum.

Glo.in verbo, non obſtante.

Quærit, an
47 † vbi non fit remiſſio pro teſtibus producen. poſſint inſtrumenta produci lapſo termino dato ad producẽ. ipſa inſtrumenta. Et reſpondet per hunc text. quòd non. Ex quo infert ad q. an volens producere inſtrumenta poſt terminum ſibi datum audiatur. In qua recitat tres opin. & tandem tranſit cum tertia opinio. diſtinguente, quòd vbi ius aduerſarij eſt illæſum audietur, alias ſecus. ¶ Et hanc tertiam opinio. dicit glo. æquam, & vt inquit Cardi. communiter eſt approbata, & eam tenet hic Stepha. & Cy. poſt Iaco. de Arena. in l. ſi ea. C. qui accuſa. non poſ. ¶ Sed Barto. in l. mancipiorum. ff. de optio. lega. hoc limitat procedere, quando in iudicio ad nullum actum eſt deuentum, nec ad vlteriora eſt proceſſum lapſo dicto termino, ſed ſi ad vlteriora foret proceſſum, non poſſet de nouo producere, niſi iuret de nouo ad ſe perueniſſe, argumen. capitu. paſtoralis. de except. iuncta dicta l. mancipiorum. quæ pro Bart. bene probat. ¶ Item attende, quòd licet poſt terminum admittatur productio inſtrumentorum, vbi ius aduerſarij eſt illæſum, non tamen admittuntur articuli dati poſt terminum, nec probatio, quæ fieret per teſtes, quæ requirit cauſæ cognitionem in longum tractum. ratio differentiæ eſt, quia in probatione fienda per inſtrumenta ſtatim cum producuntur apparet veritas ſine alia cauſa probationis, & ideo dici poteſt, hodie conſtat hodie agatur, cap. literas. de reſtitu. ſpoliato. cap. cum olim. de re iudica. l. is a quo. ff. vt in poſ. le. Et ita licèt hic Cardi. colum. 8. & alleg. Rotam ſic tenere deciſio. 33. quam ego reperio eſſe deciſi. 30. & incipit, Item fuit dubitatum. Guil. de Monte Laud. & Pau. tenent ſecundam opinio. glo. quòd indiſtincte vſque ad concluſionem in cauſa poſsint inſtrumenta produci, nam cum de iure hoc permittatur, capit. cum dilectus. de fide inſtrumen. non debet iudex arctare partes, vt infra certum tempus producat inſtrumenta, quia hoc non reperitur diſpoſitũ in iure, ſicut reperitur de dilatorijs, cap. exceptionem. de except. & de refrenanda multitudine teſtium, capitu. ſignificauerunt. de teſti. & dixi ſupra in glo. in verbo, partes. ¶ Pro hac opinione optime facit ſingulare verbum Abba. in capitu. licet cauſam. colum. 8. de probatio. vbi dicit, quòd licet terminus ad probandum & probatum habendum per omne genus probationis habeat vim concluſionis in cauſa quo ad probationes facti, licèt non quo ad allegationes iuris, tamen non includit probationem per
48 confeſsionem, ſecundum dominum Ant. ibi, quia † illa non eſt propria probatio ſed probationis releuatio, vt plene no. in rubri. de probatio. Item non includit probationes per inſtrumenta, quia cum inſtrumenta habeant terminum a iure præfixum, ſcilicet, vſque ad concluſionem in cauſa, dicto capitulo. cum dilectus. non debet illa probatio includi, vbi
49 aperte terminus non fuit ſtatutus, quia non † eſt anguſtanda probationum copia, l. quoniam. C. de hæreti. niſi exprimantur talia verba, in quibus includatur tacite productio inſtrumentorum, puta ſi in dilatione dicatur, ad producendum omnia acta & monumenta, quibus partes ſunt vſuræ, & ita Abb. in dicto cap. licet cauſam. per hunc text. ponentem hanc practicam in cauſis ſummarijs. Relatis ſupraſcriptis habes, quæ ſuper hoc notabili articulo dixere glo. & Docto. hic. ¶ Ego vero, quia articulus pulcher & quotidianus eſt, ſtatui latius illum diſcutere. ¶ Et addo, quòd primam opinio. glo. quam allegat Specu. tenuit etiam Archid. in capitu. iudicantem. 30. q. 5. Item addo, quòd tertiam opinio. glo. hic diſtinguentis, an ius aduerſarij lædatur vel non, tenet Bald. in dicta l. ſi ea. & Barto. in l. fina. ff. de ſer. vbi dicit, quòd quando res eſt integra, etiam ſi nullum ſubſit impedimentum vel alia cauſa legitima, ex hoc ſolo quòd res ſit integra, & ſic ius partis non læditur, concedi poteſt ſecunda dilatio, vnde ſicut iudex poteſt concedere ſecundam dilationem, ita poteſt admittere probationes ſine noua dilatione. mouetur, quia ſi nouus terminus poteſt aſsignari in cauſa appel. eodem modo re integra videtur poſſe aſsignari in cauſa principali. ¶ Sed hæc ratio ſecundum Aret. in dicto cap. licet cauſam. non videtur ſufficiens, quia ſi quo ad hoc cauſa principalis & appellationis eſſet pariformis, ſcilicet, quòd vbi res non eſt integra nouus terminus non eſſet concedendus in cauſa appel. non ita ſimpliciter diſponeret l. per hanc. C. de tempo. appell. prout diſponit nouum terminum fore concedendum. Præterea inter cauſam appel. & principalem poteſt aſsignari ratio differentiæ, quia ſicut concluſio in principali facta non obſtat in cauſa appella. quia partes ſe videntur limitaſſe ad cauſam principalem, quæ pendebat, vt traditur in cap. fraternitatis. de teſti. & in c. cum veniſſent. eo. tit. ſic poteſt dici, quòd iudex aſsignando terminum in cauſa principali videtur voluntatem ſuam limitaſſe ad illam cauſam, & propterea non fit præiudicium in cauſa appella. ¶ Et ſi dicatur, ex quo in cauſa appel. poteſt aſsignari nouus terminus, eadem æquitas ſuadet immo maior vt aſsignetur. nunc reſpondetur, quòd immo iſta æquitas ceſſat, vt puniatur negligentia non probantis, quæ ſatis punitur, ſi propter hoc reportat ſententiam cõtra ſe. ¶ Quare dicit Aret. vbi ſupra, quòd licèt prædicta ratio Barto. non videatur bona, diſtinctio tamen glo. hic in tertia ſua opinio. confirmatur ex his, quæ no. Inno. in c. cum in tua. qui matri. accu. poſ. quem ſequitur Bal. & Ange. in l. ſi quis hæres inſtituatur.

tuatur.in princ.ff.de acquir.hæredi. Dixit enim Innoc.quòd
ſi iudex ſtatuit terminum alicui cum comminatione, quod
vlterius non audietur, nihilominus re integra poſt lapſum
termini debet illum audire, quod eſt notandum, quia facit
ad q.quam quotidie videmus, nam ſcholares, qui probe in
ſtudio vixerunt, in eorum receſſu fieri faciunt in ſcholis &
plateis proclamationes, quòd ſi aliqui ab eis habere præ-
tendunt, compareant infra tres dies, alias non audientur,
nam re integra vltra terminum prædictum venientes agere
poterunt, & ab eis petere, ſecundum Abba.in d.cap.cum in
tua.ponentem, quando res dicatur integra, vt ibi per eum.
Cautela tamen eſt, vt lapſo termino non audiatur, quòd iu
dex in interlocutoria, qua aſſignat dictum terminum, appo-
nat iſta verba, & ſi infra terminum non comparuerit, ex nũc
prout ex tunc iudico illos non eſſe audiendos, & ita deter-
minat Ange.in l.quandiu.ff.de acqui.hæred.ſequitur Barth.
Cæpola in cautela 105.& Ange.Aret.latius Inſti.de excep.
in rubri.colum.31.& ſequen.quod eſt bene not.¶ Et idem
dicas, ſi lapſo termino iudex interloquatur illum non au-
diendum, ſecundum Bal.in authen.ad hæc.C.de vſu.colum.
penul.de quo vide Ioan.de Imo.& Roma.in d.l.quandiu.&
Areti.Inſtitu.de actio.§.ſi minus.colum.18.¶ Et ego aliquid
latius dixi ſupra ea.clem.in princip.in tertio articulo princi-
pali in 6.q.verſicu.an autem is cui eſt præfixus terminus, de
quo ſupra, audiatur veniens poſt terminum.ibi vide, maxi-
me de veritate cautelæ Ange. de qua ſupra. ¶ Aduerte
etiam, quia contra Bar.in d.l.fi.dicentem, quòd vbi pars pe-
tit nouam dilationem ad probandum id, quod poſſet pro-
bare in cauſa appellationis, dilatio petita concedi debet, te-
net Roma.in conſi.226.incipien. Vltra pridie allegata.di-
cens dictum Bart.eſſe manifeſte falſum, quia ſecundum ip-
ſum ſequeretur, quòd ſi mille dilationes peterentur ad pro-
bandum id, quod in cauſa appellationis probari poſſet, mil-
le eſſent concedendæ, quod eſt abſurdum, cum lex ſtudeat
amputare dilationes, l.2. C.de tempo.appella.l.1.C.de di-
latio.¶ Secundo ſequeretur, quòd ſi poſt tertiam dilatio-
nem peto quartam vel vlteriorem ad probandum id, quod
poſſet probari in cauſa appellationis, quòd eſſet mihi con-
cedenda. ſed hoc eſt falſum, quia non aliter admittitur ad
petendam quartam, niſi iuret ſe in nulla negligentia fore
verſatum, & notitiam harum probationum de nouo ad
eum perueniſſe, argum.cap.paſtoralis.de excep.cap.nulla.de
elect.lib.6.¶ Tertio ſequeretur, quòd ſi pars omnem poſſi-
bilem diligentiam in prima dilatione adhibuiſſet, vt certi
teſtes examinarentur, quod fieri non potuit iuſto impedi-
mento, & petat ſecundam dilationem ad probandum per
oẽ genus probationis, dilatio concedi debet, quia talis pro-
batio in cauſa appellationis poſſet fieri. Sed iſtud eſt falſum,
quia dixit Iaco.But.& ſequitur Bal.2.colum.in l.admonen-
50 di.ff.de iureiuran.quòd † ſecunda dilatio concedi debet ad
producendum ſolum illos teſtes, in quibus fuit diligens &
ſolicitus in prima dilatione, & non ad probandum alia.

¶ Præterea ſi ad omne id, quod probari poſſet in cauſa
appellationis, danda foret noua dilatio in cauſa principali,
quaſi de nihilo ſeruiret nobis l.per hanc. C.de tempo.ap-
pella.diſponens non probata in cauſa principali poſſe pro-
bari in cauſa appellationis. Et ita reſidet Roma.in præalle-
gato ſuo conſilio, quod bene nota, quia communiter Doct.
tranſeunt cum dicto Bart.in d.l.fina.quod prima conſidera-
tione ſonat bene auribus. Quo tamen ad principalem arti-
culum glo.hic, quòd immo re integra ſine noua aſſignatio-
ne termini poſſint non ſolum inſtrumenta ſed teſtes produ-
ci, tenet Bal.in l.1.in princ.in fi.q.ff.ſi ex noxa.cauſa aga.al-
leg.l.ſi rem.§.quolibet.ff.de euictio.c.cum in veteri.de elec.
d.l.mancipiorum.& glo.ordi.hic.& ita dicit teneri per Do-
51 cto.mouetur ratione † potiſſima, quia iudex poteſt facere
gratiam dilationis, quando vult, c.conſuluit.de offi.delega.
¶ Sed certe ille text.loquitur in dilatione expectatoria, quæ
ſui natura non ita fortiter excludit ſicut terminus probato-
rius, vt not.in clemen.1.de exceptio.¶ Præterea in d.c.con-
ſuluit.iudex ſolum concedit gratiam in diem ſequentem, &
non vlteriorem, ergo &c. Idem tamen Bald.in l.fi.colum.3.
ff.de fer.dicit, quòd re integra debet concedi noua dilatio,
& etiam ſine noua dilatione iudex debet admittere proba-
re volentem infra paucos dies, vt purget moram. Et ſic in-
quit Bald.vtrunque fieri poſſe, ſcilicet, vel dare nouam dila-
tionem, vel admittere probare volentem ſine termino, nam
52 † probationes ſine termino fieri poſſunt, nec de ſubſtantia
probationis eſt terminus, l.in crimine, vbi Barto.ff.de adul-
te.no.dominus Anto.in d.cap.licet cauſam. Ego allego tex.
in c.prudentiam.§.6.de offi.delega.Ibi, ſtatim vel infra ter-
minum.quem ad hoc bene ponderat Bal.niſi tu dicas, quòd
ibi tex.non ſignat probationem poſſe ſine termino fieri, ſed
quòd minor dilatio eſt ſtatuenda illi, qui ſe offert inconti-
nenti probare, licet non oporteret incontinenti probare.
53 Cogita, quia conſideratio non eſt irrationabilis. † Pro præ-
dictis tamen facit, quia libellus produci poteſt ſine dilatio-
ne, auth.offerat. C.de litis conteſt.¶ Item mandatum & re-
ſcriptum poſſunt exhiberi ſine dilatione. ¶ Item exceptio
opponitur ſine dilatione, quia ſufficit dilatio data a lege.c.
54 exceptionem.de except. † Præterea dilatio non aſſignatur
vt faciat actum valere, ſed vt quis poſt terminum non au-
diatur, d.cap.paſtoralis.& cap.coram fœlici.de reſtitu.in in-
teg. Ex quibus Bald.in d.l.fi.colum.4.concludit, quòd dila-
tio non eſt de ſubſtantia probationis nec in cauſa ciuili, d.l.
ſi quando.& cap.cum a nobis.eo.titu.nec in cauſa crimina-
li, l.1.vbi per Iaco.de Are.de dilatio.facit l.is a quo.in prin.
ff.vt in poſ.leg.& l.ille a quo.§.ſi de teſtamento.ff.ad trebel.
¶ Sed Barto.in l.damni.§.Sabini.ff.de dam.infect. videtur
ſimpliciter tenere, quod receptio facta poſt terminum non
valeat, non diſtinguendo, an res ſit integra vel non. Idem
videtur dicere in d.l.mancipiorum.volens, quòd lapſo ter-
mino pars non debet audiri, niſi iuret de nouo ad ſe hanc
facultatem perueniſſe. Ex quo ſenſit ibi Barto.quòd hoc,
ſcilicet quod facultas de nouo ſuperuenerit, probari per iu-
ramentum poteſt, per d.capitu.paſtoralis. Sed ad hoc ſecun-
dum Aret.in d.capit.licet cauſam.reſponderi poteſt, quòd
ideo ibi ſit fortius excluſio, quia terminus opponendi dila-
torias, de quo ibi, eſt inductus ad excludendum malitiam
volentis protelare litem: nam Gui.de Suza.vt refert Ioan.
And.in additio.de dilatio.§.1.verſic.& nota.dicebat; quod
55 † de iure ciuili iudex non poteſt ſtatuere terminum ad op-
ponendum dilatorias, niſi quando ſuſpicatur de malitia
rei, licet de iure cano.hoc poſſet ſtatim, quod tamen non
placet Ioan.And.& dominus Anto.d.cap.paſto.dicentibus
differentiam in hoc non eſſe inter ius ciuile & canonicum,
& ita tenendum, licet Abba.ibi colum.14.teneat, quòd im-
mo de iure cano.poſſit ſtatim ſtatui dictus terminus, per il-
lum text.ibi, non unquàm &c.cuius opinio.hoc anno ibi
reprobaui. Sed iſta ratio excludendi malitiam ſemper ha-
bet locum in termino probatorio, quia licet propter ſuſpi-
tionem calumniæ quis excludatur quandoque a probando,
non tamen ſemper hoc prouenit, vt not.in d.cap.licet cau-
ſam.niſi dicas, quòd immo niſi vbi ius expreſſe permittit
etiam in termino probatorio quis videtur excludi, niſi do-
ceat de iuſta cauſa, quaſi lex præſumat, quòd velit protelare
litem. Cogita. Barto.tamen in d.l.mancipiorum, reſpon-
dendo ad illam l.limitat hoc ſuum dictum, quando poſt la-
pſum termini ad aliquem actum iudicialem eſſet proceſ-
ſum, quia iudex procedendo ad vlteriora inter partes facit
rem non eſſe integram abſque eo, quòd ius partis ſit factum
deterius, pro quo bene facit quod in ſimili not.Archidia.de
hæreti.lib.6.in capitu.vt commiſſi.vbi dixit, quòd is dicitur
ſponte redire ad gratiam, etiam ſi veniat poſt terminum ſta-
tutum ad gratiam petendam, dummodo res ſit integra. &
56 dicitur res integra, † ſi talis petens gratiam poſt terminum
non dum fuit perſonaliter requiſitus, vt ibi per eum, & alios
Doct.communiter tamen Doct.in quæſtione noſtra dicunt
rem eſſe integram, quouſque ius aduerſarij non fuerit di-
minutum vel factum deterius, dominus Anto.in d.cap.licet
cauſam.relatis prius ſatis diffuſe aliorum opinionibus, &
etiam Rotæ in deciſi.ſupra allega.concludit diſtinguendos
eſſe tres caſus in hoc articulo. Primus eſt, quid in ſumma-
rijs. Secundus, quid in ciuilibus cauſis, in quibus ſer-
uatur ordo iuris. Tertius, quid in criminalibus. Primo caſu,
ſcilicet in ſummarijs, & fortius vbi proceditur ſine figura de
æquitate canonica admittitur probatio teſtium re integra,
per ea quæ dicit iſta glo.in verbo, non obſtante. Et ita dicit
ſeruare ſtilum curiæ. Are.in d.c.licet cauſam.dicit, quòd ſal-
uo ſtilo curiæ, qui eſt factus de æquitate canonica, hoc di-
ctum non eſt admittendum: mouetur primo, quia cauſa ſic
ſummaria debet potius operari excluſionem dilationis, &
reſecare materiam dilationis, quàm ampliare, vt no.Bart.in
extrauag.ad repri.in verbo, per citationem. & ſequuntur
Moder.in l.ſi finita.§.Iulianus.ff.de dam.infec.

¶ Secũdo tex.iſtius Clem.dicit, ꝙ in cauſis ſummarijs iu-

dex

dex debet abbreuiare terminos & dilationes, & ſic patet, ꝗ
iſta forma ſummaria habet virtutem abbreuiandæ dilatio-
nis, ergo fortius debet fieri excluſio in ipſis quam in plena-
rijs & ordinarijs. ¶ Tu adde, quòd hæc glo. non dicit, quòd
in ſummarijs productio teſtium admittatur lapſo termino,
ſed dicit quòd tunc demum in ſummarijs poſt lapſum ter-
mini admittitur productio teſtium, quando contingeret re-
miſſionem fieri pro teſtibus producendis, ergo vbi non con
tingeret talem remiſſionem fieri, licet cauſa ſit ſummaria,
productio non admittitur. Ita hanc glo. intellexit vere Ro-
ma. in præallega. conſi. 226. in fi. quod eſt notandum, quia
intellectus iſte ſonat & eſt amicus multum litteræ, & text. li-
cet hæc glo. ſoleat frequenter per Docto. allegari, quòd in
ſummarijs lapſo termino admittatur teſtium productio.
57 Præterea † inducta ad vnum effectum non debent operari
contrarium, lege, legata inutiliter. de lega. 1. ergo quòd cau-
ſa cognoſcatur ſummarie, cum ſit inductum ad effectum ab-
breuiandæ litis, non debet operari augmentum. Et bene ad
propoſitum facit, quod no. Roma. in conſi. 322. incip. In ca-
ſu propoſitę conſultationis, & quę latius dico infra in fi. com
menti huius cle. in articulo, quem plene examino, an cauſa
ſummaria habeat inſtantiam. ¶ Secundo vero caſu, quando
cauſa eſt ciuilis, ſed non ſummaria, ſed ordinaria & plena-
ria, concludit dominus Anto. in d. c. licet cauſam, ꝗ etiam re
integra non admittitur probatio teſtium, per tex. ibi, vbi pa-
tet, ꝗ pars, cuius teſtes reprobantur de corruptione & falſi-
tate, habuit terminum ad probãdum dicta illorum teſtium,
& tamen innuit ibi littera, ꝗ ius aduerſarij erat integrum, ſi-
cut in primo termino, vt videtur probare text. in cap. coram
Fœlicis. de reſt. in integrũ, vt ibi per dominum Ant. ¶ Ter-
tio caſu, ſcilicet, in cauſis criminalibus, Compoſt. in c. quod
ſicut, in prin. de electio. & dominus Ant. in d. c. licet cauſam.
tenet indiſtincte, ꝗ accuſator poſt lapſum terminum non au
diatur nec admittatur, vt ibi per dominũ Ant. ¶ Et prędicta
intellige vera & procedere in actore, non autem in reo, ſe-
cundum Io. And. in addi. Sp. tit. de teſte. §. videndum. in addi.
magna, verſi. viſo de primo. ¶ Sed ſecundum Aret. in d. c. li-
cet. veritas huius dicti dependet ab illa difficultate, de qua
traditur in c. fraternitatis. de teſtibus. quia ſi tenemus, ꝗ li-
ceat reo poſt concluſionem in cauſa producere teſtes, for-
58 tius hoc licebit poſt dationem termini. ¶ Si vero † tenemus,
ꝗ reus hoc non poſſit, ſed ſolum iudex ex officio, tunc ma-
gnum eſt dubium, quia æqualitas ſeruanda eſt in iudicio
etiam quo ad effectũ probationis, l. petendæ. in fi. C. de tem-
po. in integ. reſti. pe. regula, non debet actori, lib. 6. ¶ Aduer-
te tamen, ꝗ lapſus termini licet impediat partem, vt ſupra
non tamen impedit iudicem producere teſtes, ratio, quia
terminus præfixus parti non excludit iudicem, ſecundum
Bal. in l. 2. §. ſed quia. C. de iura. calum. facit quod no. Innoc.
in c. per tuas. de teſti. & Bald. in l. ampliorem. C. de appel. &
59 Roma. in conſi. 49. & in rubri. ff. de arbi. col. 10. ¶ † Sed quia
prædicta loquuntur in productione teſtium, quæro quid de
inſtrumentis, an illa poſt lapſum termini poſſint produci.
Rota in præallegata deciſi. 30. tenet, ꝗ ſemper productio in-
ſtrumentorum admittatur, quia iſtæ ſunt probationes, quæ
non requirunt tractum temporis, in quibus, quia ſunt eui-
dentes, ceſſat præſumptio calumniæ vel malitiæ. Et ita Bald.
in l. 1. §. edenda. ff. de eden. & ita alleg. gl. iſtam in verbo non
obſtante. tenere per text. in c. cum dilectus. de fi. inſtrum. vbi
poſt publicatas atteſtationes admittitur productio inſtru-
mentorum. Sed certe glo. iſta hanc opi. non tenet, immo fir-
mat opin. an ſit res integra vel non. ¶ Præterea contra iſtam
ſententiam tenet Archid. in d. c. iudicantē. 30. q. 5. quem ſe-
quitur Io. de Imo. in d. cap. licet cauſam. motus, quia non eſt
fienda differentia inter teſtes & inſtrumenta, l. in exercen-
dis. C. de fide inſtru. ¶ Tertio contra communem opi. vide-
tur tex. in hac cle. in hoc. §. verſi. eo ſaluo. ſic inducendo. Ex-
ceptio firmat regulam, iuribus notiſſimis. Sed hic dicit, quòd
non obſtante lapſu termini in hoc ſolo caſu poſſunt inſtru-
menta produci, ſcilicet, quando fit remiſſio pro teſtibus ad
prouinciam, ergo aliud dicendum in alijs caſibus. ¶ Et ſi di-
catur, ꝗ iſte caſus exceptus intelligitur, quando res non eſ-
ſet integra, vt ſi quando pendente termino dato pro remiſ-
ſione teſtium pars produceret inſtrumenta, reſpondetur ꝗ
60 hoc eſſet iniquiſſimum, quia † ſic fieret gratia parti cum in-
iuria alterius, quod non eſt dicendum, c. ſuper eo. c. ex parte.
de offi. delega. l. 2. §. merito. ff. ne quid in loco publico. vnde
oportet intelligere, ꝗ hic res eſſet integra, & ſic decideretur

hic quæſtio, de qua ſupra, ſcilicet, quòd non admittatur pro-
batio per inſtrumenta etiam re integra, niſi in illo caſu tan-
tum. ¶ Et iſtam conſiderationem ad tex. iſtum ponit Aret. in
d. c. licet cauſam. quam notabis, quia prodeſt ad ea quæ ſu-
pra dixi ex mente Roma. in articulo, an in ſummarijs pro-
cedat quæſtio iſta. ¶ Nec obſtat ratio quæ ſumitur ex d. cap.
cum dilectus. quia alia eſt excluſio, quæ fit per lapſum ter-
mini, & alia quæ fit per publicationem atteſtationum, & in
vtraq; diuerſa eſt ratio excludendi, patet, quia poſt lapſum
termini fit excluſio, eo quia iudex videtur tacite interloqui,
ꝗ vlterius non audiet, quæ ratio ita militat in inſtrumentis
ſicut in teſtibus, ergo &c. Excluſio vero quæ fit propter pu-
blica. atteſtatio. fit propter timorem ſubornationis, quæ
61 ceſſat in inſtrumentis, igitur &c. ¶ † Confirmatur prædicta
opi. quarto loco, nam ſtatuere terminum eſt quædam inter-
locutoria, l. a procedente. C. de dila. c. 1. de dila. ſed interlo-
cutoria licet quo ad iudicem non tranſeat in rem iudica-
tam, tranſit tamen quo ad partem, c. cum dilecti. de elect. no.
in c. cum ceſſante. de appel. ergo videtur, quòd partes non
poſſint poducere nec teſtes neque inſtrumenta, immo plus,
cum iſta interlocutoria trahat ſecum executionem ipſo iu-
re, ſcilicet, ꝗ poſt lapſum terminum non audiatur, videtur ꝗ
non poſſet etiam a iudice reuocari ſine cauſæ cognitione, l.
1. §. fi. vbi per glo. & Bart. ff. de præto. ſtipu. no. in d. cap. cum
ceſſante. niſi dicas, ꝗ interlocutoria iudicis aſſignantis ter-
minum limitatur a cauſa, propter quam aſſignatur vel præ-
ſumitur aſſignari, l. a filio. §. alumno. ff. ad trebe. l. ſi is ita hæ-
res. ff. de acquiren. hæredi. l. 3. §. Stichus. ff. de ſtatuliber. d. l.
mancipiorum. in ratione ſui. facit quod no. Roma. in l. 2. ff.
de re iudic. colum. 59. & dixi ſupra in princip. cle. in articulo
tertio principali, dum poſui quaſdam notabiles fallentias
ad regulam, ꝗ dilatione pendente conquieſcit officium iu-
dicis, ergo cum re integra non ceſſet cauſa, propter quam
ſtatutus fuit terminus, & propter quam dilatio probatoria
excludit probare volentem ea ratione, ne lites procedant in
longum, l. 1. C. de dila. l. 2. in fi. c. vt infra cer. tempora. l. 2. in
princip. C. de temp. appel. quæ ratio habet locum ſiue res ſit
integra ſiue non, & ita in productione inſtrumentorum ſi-
cut teſtium, igitur &c. ¶ Quinto facit ratio, lapſus termini
excludit probare volentem ea ratione, ne lites procedant in
longum, vt ſupra dixi, quæ ratio habet locum, ſiue res ſit in-
tegra ſiue non, & in productione inſtrumentorum ſicut te-
62 ſtium, igitur. ¶ † Sexto, leges dicunt, ꝗ dilatio probatoria eſt
peremptoria, niſi detur legitimum impedimentum, ab hac
regula non eſt recedendum, etiam ſi res ſit integra, cum ad-
huc militet & cauſa excluſionis, quia hoc non reperitur iu-
re cautum. ¶ Septimo, poſt lapſum termini ad probandum
pars nullam habet viam ad proponendum, text. eſt in l. ſcire
oportet. §. 1. in fi. de excuſa. tuto. quod nõ eſſet verum, ſi ali-
quo caſu, puta re integra, poſſet audiri. Et ideo ibi exprimi-
tur, ꝗ licet res ſit integra, durat tamen terminus perempto-
rius excluſiuus. Et ſi dicatur, ꝗ illa lex loquatur in termino
legali, prout in ſimili materia ad illum text. dixit Bal. in l. diſ-
63 famari. C. de inge. manu. qui † terminus legalis fortius ex-
cludit quàm terminus hominis, l. ſi libertus. ff. de bo. liber.
reſpondetur quod hoc caſu terminus aſſignatus a iudice,
qui eſt miniſter legis, debet idem operari quod terminus aſ-
ſignatus a lege, l. 4. §. condemnatum. ff. de re iudic. bo. text. in
c. cupientes. §. quod ſi per 20. de elect. in 6. ¶ Octauo facit c.
coram fœlicis. de reſtitu. in integ. vbi quis poſt lapſum ter-
mini ita excluditur a dilatione petenda, vt producat inſtru-
mentum, ſicut teſtes, igitur &c. ¶ Nec ob. text. in c. ſi tibi ab-
ſenti. de præben. lib. 6. quia cauſa termini fuit ibi, ne ex va-
catione eccleſia pateretur detrimentum, & vt poſsit celeri-
ter prouideri, ſi ergo adhuc non eſt prouiſum, ceſſat cauſa
termini aſſignati, vnde non mirum, ſi acceptatio facta re in-
tegra poſt terminum ibi valet. ¶ Et nota prædicta, quia ſub-
tilia ſunt, inquit tamen Aret. in d. c. licet cauſam, quòd opi-
nio quæ habet, quod inſtrumenta poſſint produci poſt la-
pſum termini, ſeruaretur in practica, eo quia cõmunior, &
quia magnam habet æquitatem. ¶ Item illa opinio quæ ha-
bet, quod etiam teſtes poſt terminum produci poſſint in
vno caſu, eſſet multum æqua, ſcilicet, quando dilatio pro-
batoria non eſſet notificata parti perſonaliter, ſed ad do-
mum, quo caſu ſaltem ex parte rei, cui minus poteſt impu-
tari quàm actori, procederet ipſa productio, ſecundum Bal.
in authen. ei qui. C. de tempo. appella. dicentem, quòd ſi ter-
minus probatorius notificatur ad domum, non eſt perem-
ptorius,

ptorius,niſi expreſſe in eo dicatur. quod dictum habet ma-
gnam æquitatem ſaltem in reo,quando res eſt integra,nam
dicit notantur glo.in verbo,libere, in c.ordinarij.de offi.or-
64 di.lib.6.quòd † quando in cauſa iudex procedit ex officio,
tunc poſt lapſum termini fit probatio re integra.¶ Sed con-
ſidera, quòd glo.ibi videtur ſe reſtringere ad cauſas benefi-
ciales tantum, quod tamen de iuris ſubtilitate forte non
procedit per ſupradicta in articulo, an in ſummarijs poſt la-
65 pſum termini fiat productio.An † autem receptio teſtis poſt
lapſum termini parte non opponente valeat? Conclude,
quod ſine cauſæ cognitione & parte non citata eſt nulla re-
ceptio facta poſt terminum, ſiue terminus ſit legalis ſiue ho
minis.¶ Primum probatur in l.ſcire oportet.§.conſequens.
ff.de execu.tuto.facit quod no.Bar.in l.properandum.C.de
iudi.in q.quando terminus præfigitur parti.¶ Secundum te-
net expreſſe Bar.in l.1.ff.de appella.reci.Bald.in l.2.in fi.C.
de epiſ.audien.& Ange.in l.fi.ff.de feri.¶ Sed an teſtis rece-
ptus poſt terminũ faciat indicium, Bar.in d.l.2.col.fi.tenet
quod ſic. Sed Bald.in d.l.2. C.de epiſ.audien.intelligit hoc
verum,niſi quando terminus fuiſſet peremptorius,argum.l.
qui Romæ.§.Seius.ff.de verbo.obliga.l.mancipiorum.ff.de
opt.lega.l.ſi ea.C.qui accuſ.non poſſunt.& eius quod not.
Inno.in c.cum in tua.qui matri.accu.poſſunt,niſi iuſta cau-
66 ſa mouiſſet iudicem, nam ex qua † cauſa poteſt dilationem
nouam dare, ex eadem poteſt teſtes recipere, quoniam de
ſubſtancia probationis non eſt dilatio probatoria, ſecun-
dum Bart.in l.in crimine.ff.de adul.& heri ſupra latius dixi.
Et ita etiam reſidet Ang. Aret.in d.l.2.in fi.ff.de ap.reci.Ad
quod bene facit glo.fin.in cle.conſtitutionem.de elect. Ad-
uerte tamen ne erres,quia ſi teſtes iurauerint in termino,&
depoſuerint poſt terminum,eo caſu quo deponere debeant
infra terminum, quod quando ſit nnt.plene in d.c.licet cau-
ſam.& per Bart.in d.l.damni.§.Sabinus. Bal.in rubri.C.ſi ex
fal.inſtru.in cap.præſentium.§.fi.de teſtib.lib.6.plenius per
eundem in c.pia.de excep.lib.6.per Roma.late in conſi.443.
67 tunc clarus eſt caſus. ¶ † An autem poſt terminum valeat
productio & examinatio,ſi pars fuit citata ad videndum iu-
rare teſtes, & non comparuerit? Videtur quòd ſic, quia ſic
citando videtur declarare quod vult admittere partem ad
probandum,non obſtante lapſu termini. Contrarium con-
clude,quia talis declaratio non debuit nec potuit fieri parte
non citata,quia vt ſupra dixi,talis aſſignatio termini fuit in-
terlocutoria, quæ traxit ſecum executionem, nec poteſt re-
uocari niſi pars ſi citata. Præterea in tali aſſignatione etiam
primi termini requiritur cauſę cognitio,& ſic partis citatio,
ſecundum domi. Ant.in d.c.licet cauſam.referentem Ioan.
And.in addit.Specu.ſenſit glo.& Ange.in l.fi.ff.de ferijs.er-
go cum talis interlocutoria non poterit fieri ſine cauſæ co-
gnitione & parte citata, non poteſt etiam reuocari parte
non citata, ſecundum Bart.in l.quod iuſſit.ff.de re iudi.

¶ Præterea dicit notanter Bal.in l.fi.§.ſed quia.C.de iure
delibe.quòd quando certus terminus eſſet aſſignatus a iu-
dice ex legis diſpoſitione,talis aſſignatio alterius termini eſt
nulla ipſo iure, quando iudex in primo termino aſſignaſſet
68 totum terminum iuris. Et † quibus infero, quòd ſi iudex parte
non citata aſſignet ſecundam dilationem,aſsignatio eſt nul-
la,quod tenet Bar.in l.fi.ff.de pœnis.licet aliter ſentiat in l.1.
C.de dilatio.Sed primum dictum magis placet Aret.in d.c.
licet cauſam.quia negari non poteſt, quin etiam ſi iſta ſe-
cunda aſsignatio termini non ſit ſecunda dilatio, ſed ſup-
pletio primæ dilationis,quin requiratur citatio,quæ etiam
in prima aſsignatione & dilatione requiritur, vt ſupra dixi.

Secundo ſi in iſta ſecunda aſsignatione non eſſet ſecunda
dilatio,ſequeretur quòd primus terminus non eſſet perem-
ptorius,neque excluderet, quod eſſet contra regulam d.l.fi.

Tertio cum ex cauſa iudex poſsit abbreuiare terminum
iuris,vt no.in l.1.ff.de re iudi.& latiſsime dixi ſupra in prin.
clem.non apparet ratio, quare ſecunda aſsignatio termini
69 non debeat dici ſecunda dilatio. ¶ † Quid autem ſi iudex
parte citata ad dicendum, quare probationes non debeant
admitti,vel ad videndum aſsignari, nouum terminum pro-
bationis recipit,vel terminum aſsignat? Conclude,quòd ta-
lis aſsignatio & receptio valet non ſolum vbi ſubeſſet iuſta
cauſa,ſecundum Bart.in d.l.2. C.de epiſ.audi.ſed etiam vbi
non ſubeſſet, dummodo pars fuit citata, vel præſens, quia
talis ſententia eſſet contra ius litigatoris, & prima interlo-
cutoria parte citata poterit reuocari, cap.a iudice.de appel.
lib.6.not.plene in l.quod iuſsit.ff.de re iudic.& ita tenet ex-
preſſe Ange.in l.fi.in fi.ff.de ferijs.& licet loquatur de aſſi-
gnatione ſecundæ dilationis, eadem tamen eſt ratio in re-
ceptione teſtium,quæ fieri poteſt ſine aſſignatione termini,
70 vt ſupra dixi, & ita reſidet Aret.in d.c.licet cauſam. † An
autem poſt terminum aſsignatum a lege ad probandum
poſsint produci teſtes in cauſa appellationis non obſtante
lapſu termini aſsignati in cauſa principali? Archid.in c.de il-
licita.24.q.3.& Ioan.Mona.in c.cupientes.§.quòd ſi per 20.
de electio.in 6.tenent, quòd terminus ſtatutus a lege impe-
dit probare volentem in cauſa appellationis, niſi fuerit im-
peditus in dicto termino, vel obtulerit ſe probaturum &
non fuerit admiſſus,vel ſeruauerit tempora,id eſt,fecerit in-
fra tempus quicquid potuerit, vt produceret teſtes,ſed for-
te ipſi fuerunt impediti.hanc opi.ſequitur dominus Ant.in
d.c.licet cauſam.col.5.& in c.paſtoralis.de excep.Et facit ad
hoc ratio,nam aſsignatio termini legalis eſt ſententia legis,
in qua non licet appellare,l.ſi qua pœna.ff.de verbo.ſignific.
l.2.ff.de appel.reci.Et ſic non poteſt dici, quòd appellatio a
diffinitiua ſuſpendat effectum interlocutoriæ, quæ præceſ-
ſit,& etiam aſsignationem termini, vt voluit Ioan. Andr.in
71 c.fi.de appel.lib.6. † Secundo facit, quia ſicut litis conte-
ſtatio & terminus excluſiuus dilatoriarum operatur eun-
dem effectum in cauſa appella.ſicut in principali, l.ita de-
mum.C.de procur.ita videtur dicendum, quòd quicunque
alius terminus legalis operetur effectum ſuum in cauſa ap-
pel. Confirmatur tertio iſta opinio ſecundum Aret.in d.
c.licet cauſam.quia renunciatio facta de teſtibus ſuper cer-
to & determinato articulo trahitur ad cauſam appel.ergo
& terminus legalis ad illam extendi debet, quia lex ſemper
eſt certa.facit c.conſtitutus.ſupra de teſtib.Et hac opinione
retenta notanter habes colligere limitatio.ad l.per hanc. C.
de tempo.appella. Contrariam tamen opi.tenuit Aret.in
d.c.licet cauſam.quia ſecundum opi.prædictam ſequeretur,
quòd publicatis atteſtationibus non deberent poſſe recipi
& produci teſtes in cauſa appella.quia publicatio eſt termi-
nus legalis, authen.at qui ſemel. C.de proba.& tamen con-
trarium tenetur in d.l.per hanc. Ad hoc argu.dici poteſt ob-
ſtare cle.2.de teſti.tenendo opi.quòd corrigat leges, de quo
72 ibi, & in d.l.per hanc. † Secundo, paria ſunt, dilationem
aſsignari a lege vel a iudice miniſtro legis, quia aſsignata a
iudice ſuccedit loco dilationis legalis, ſecundum Bernar.in
c.ex ratione.de appella.not.in d.c.paſtoralis.ergo ſicut in-
tentio iudicis limitatur, vt eius dilatio non porrigat effe-
ctum ad cauſam appellationis, ſic debet limitari intentio le-
gis,licet excluſio legis caſu quo excludit fortius excludit, l.
facta.§.ſiquis.ff.ad trebel.quòd autem aſsignatio iudicis li-
mitetur ad cauſam principalem, patet, quia cenſetur eſſe
quædam cõminatio, quæ ad cauſam appel.non extenditur,
C.commi.vel epiſt.per totum. Tertio, concluſio in cauſa
fortius excludit probare volentem quàm aſſignatio termi-
ni: ſed concluſio in cauſa limitatur reſpectu primæ inſtan-
tiæ,vt no.in c.cum veniſſent.de teſtib.igitur &c.Et hanc opi
nio.inquit Aret.æquiorem eſſe. Ad contraria reſpondet,
quòd non videtur de mente legis aſsignantis terminum p-
batorium in cauſa principali velle illum extendere ad cau-
ſam appella. Nec ob.quod dicitur in d.l.ita demum. quia
loquitur quo ad excludendas exceptiones dilatorias, quæ
facilius excluduntur quàm peremptorię,& facultas proban
73 di,vt patet ex nota.in d.c.paſtoralis. † Adde tamen pro
eadem ſententia bene facere,quia non durius ſed mitius agi
tur cum lege quàm cum homine,l.Celſus.ff.de arbit.ſi ergo
poſt aſsignationem hominis admittitur probatio in cauſa
appella.ergo & poſt aſsignationem legis. Præterea lex ad
purgandum negligentiam,quandoque ſtatuit terminum li-
tis conteſta.quandoque alium:& tamen mora non purgata
in cauſa principali poteſt purgari in cauſa appel.glo.notan-
da in l.ſi rem quam.§.fi.ff.de euict.ſequitur Bal.in l.ſi inſulã.
ff.de verb.obliga.& in cap.1.§.porrò.in fi.quæ ſit prima cau
ſa benefi.amit.Addo glo.magnam in l.1.ff.de actio.emp.be-
ne facit glo.in l.creditori. in princip.ff.mandati.& quod no
tanter tradit Bald.in capitulo, fraternitatis. de teſtibus.di-
cens, quòd qualibet mora & negligentia poteſt purgari in
cauſa appellat.ſed non contumacia, quod eſt perpetuo no-
tandum. ergo non obſtante lapſu termini in cauſa appella.
debet admitti probatio. quæ omnia diligenter tene men-
ti, quæ licet ſuper hac gloſ.non ponant hic Docto.viſum
tamen fuit illa recenſere,quia optime conueniunt huic glo.
& eius materiæ.

Glo.in verbo, interrogabit

Oppo-
nit, ꝙ
quod non ſit ſpeciale in ſummarijs, vt iudex interroget vbi-
cunque æquitas ſuadet, nam idem etiam eſt in plenarijs, cap.
cum Ioannes, de fide inſtru.l.vbicunque.ff.de interro.actio.
glo.fatetur contrarium, niſi forte dicas, quòd in ſummarijs
ſit ſpeciale, quòd poſt concluſionem etiam ad inſtantiam
partis poſſet interrogari, quod non eſt in plenarijs, d.c.cum
Ioannes.& dixi pulchre ſupra eo.§.in 11.notabili. Ex quo
collige ſingulariter fallentiam ad d.cap.cum Ioannes.& d.l.
vbicunque. Dicit tamen Ioan.de Imo. quòd non potuit
tantum clamare coram vno iudice, quòd hoc obtineret.
Cardi.hic colum.4.refert Guil.de Monte Laud. Gemi. &
Mathe.tenere cum glo.dum dicunt, quòd eſt ſpeciale in
iſtis ſummarijs, in quibus non concluditur, ſed iudex breui-
ter tendit ad veritatem eliciendam, vt etiam ad inſtantiam
partis poſſit interrogare, ſecus in plenarijs, c.cum clamor.de
teſtib. Et hoc tenet Dom.in c.1.col.penul.de confeſſ.lib.6.
Idem hic videtur tenere Pau.dicens, quòd ſi verbum vbi-
cunque, poſitum hic, refertur ad duo præcedentia, ſcilicet, ꝙ
iudex interroget ad inſtantiam partis, vel ex officio, bene
erit ſpeciale in ſummarijs, quòd etiam poſt concluſionem
fiat interrogatio ad inſtantiam partis. Sed ſi fieret relatio ad
proximum verbum, ſcilicet, quando ex officio interrogat,
nihil erit ſpeciale in iſtis, quia etiam in alijs ex officio poſt
concluſionem poteſt interrogare, vt vult glo.in d.cap.cum
Ioannes. Sed primam expoſitionem dicit Pau.magis ami-
cam litteræ.¶ Tu adde notanter, ꝙ in plenarijs ex officio in
ſummarijs ad inſtantiam partis iudex poſt concluſionem po
teſt interrogare etiam ad fundandam intentionem partis,
ſecũdum dominum Anto. in c.1. colum.5.de iudi.dicens ſe
ſic conſuluiſſe, & adde quæ idem dominus Anto.dixit in c.
cum cauſam.de iura.calum.¶ Item an iudex ex officio poſſit
ante litem conteſt.partem interrogare? Roma.in conſi.373.
incipi. In caſu propoſito.tenet ꝙ ſic, vt ibi per eum ponen-
tem & concludentem per bonas rationes & iura, iudicem
etiam parte petente poſſe partem interrogare etiam ante
litem conteſt.quod bene no.

Glo.in ver.ad id.

Tenementi glo.ſecundum
Ioan.de Imo.vt ſcias pra-
74 cticare, volentem, quòd † ad prolationem ſententiæ debet
præcedere citatio ad id, ſcilicet, ad ſententiam audiendam,
& ſic non ſufficit citatio in genere.concordat ad hoc glo.in
c.conſuluit.de offi.delega.& glo.in verbo, reſpondeat.in c.
cum contumacia.de hæreti.lib.6.Idem tenet Pau.dicens, ꝙ
alias non valeat ſententia, etiam ſi pars fuerit contumax in
proceſſu negocij, alleg.Inno.in c.cum olim. in fi.de teſtib.&
ita reſidet hic Cardi.colum.2.in 15.notabili.¶ Fallit primo
hæc ſententia glo.quando emanat citatio ad totam cauſam,
quo caſu poteſt procedi ad diffinitiuam abſque ſpeciali ci-
tatione, ita Pau.hic per not.in d.c.conſuluit.& in c.auditis.
de procur.& in Spec.de citatione.§.viſo de tempore.verſi.
item licet.& ita hic Cardi.colum.4.verſi.quinto opponitur.
¶ Addo bene ad hoc facere tex.in extrauag.ad reprimen.in
ver.ſuper dicto crimine, quod probatur.vbi probatur, ꝙ va-
let iſta citatio, compareas ſuper tali crimine reſponſurus, ita
vt deueniri poſſit ad ſententiam ſine noua citatione. Sed
Bar.ibi, quem hic ſequitur Pet.de Anche.ver.13.vtrum de-
beat ſpecialiter & limitatè citari ad audiendum ſententiam,
diſtinguit, quòd ſi citatus citatione generali comparet, &
ſtat vſque ad finem, tunc ſi tempore ſententiæ abſit, debet
ſpecialiter citari ad id, & ſic procedat hic tex.¶ Sed vbi cita-
tus citatione generali non comparet, contra ipſum proce-
detur etiam ad ſententiam ſine alia citatione, & ita proce-
dat tex.in d.verbo, ſuper dicto crimine.quod eſt ſecundum
Pet.de Anche.bene notandum. Tu adde, quæ latius dixi ſu-
75 pra in §.non ſic tamen.ſuper glo.in ver.citationem. ¶ † Se-
cundo intellige prędicta procedere in citatione hominis, ſe-
cus in citatione iuris, quæ peremptorie facta cum cõmina-
tione, quòd procederetur in cauſa, ſufficit ad ſententiam in-
cluſiue, probatur hoc in c.ſæpe.de appel.in c.veniens.de re-
nũ.vbi per dominum Ant.in c.1.de electio.lib.6.iunctis ibi
notatis in nouella in verbo, procedatur.& nota.per Innoc.
in c.cordi.in fi.de appel.lib.6.per glo.in cle.cauſam.in fi.de
electio.Et ita notanter tenet Mathe.in ſuo notabili octauo,
vbi etiam ponit, an citatio hominis cum cõminatione ha-
beat vim peremptorij.Item quid in cõminatione iuris, vide
76 ibi, & Ange.in l.in peremptorio.ff.de iudic.¶ † An autem
ſufficiat iudicem volentem proferre ſententiam citare par-
tes ad audiendam eius voluntatem. Rota deciſi.336.ſecun-
dum aliquos, ſed in meis eſt deciſio.342.quæ incipit, Item
retento.tenet quòd non. pro qua ſententia primo adduci-
tur hæc glo.

¶ Secundo tex.in c.fi.de dolo & contu.lib.6.

¶ Tertio ratio, quia citatio debet eſſe certa & determi-
nata, non vaga & generalis, doctrina eſt glo.in verbo, deter-
minate.in c.fi.de reſcrip.facit l.qui inſulam.ff.de verb.oblig.
& quod no.Bar.in l.aut qui.§.1.ff.quod vi aut clam.vbi tex.
probat, ꝙ citatio debet eſſe certa reſpectu diei & horæ. Ad-
de quod no. Spec.titu.de citatio.§.viſo.verſi.quid ſi data.&
no.in clem.2.de do.& contu.per Roma.in conſi.306.& pul-
chre in l.1.ff.de arbi.colum.6.

¶ Quarto adduco rationem, quia ſententia iudicis non
continet voluntatem ſed iudicium iuris, declarat enim iu-
dex id, quod eſt iuris, non id quod eſt ſuæ voluntatis, hinc
dixit notanter glo.in c.iudicet.3.q.7.quam ſequitur Abb.in
77 rubri.de re iudi.quòd † iudex debet iudicare ſecundum ſuã
opi.non ſecundum ſuam voluntatem, l.quoniam nulli.& l.
a proconſulibus.& l.eos.§.quòd ſi ſuper.C.de appe.tex.in l.
magis puto.§.ſi prætor.ff.de rebus eorum.ergo cum iſta ci-
tatio ad audiendum voluntatem non contineat iudicium iu
ris, meritò ſententia ipſa cenſetur nulla. Et hanc ſenten-
tiam Rotæ ſequitur Ioan.de Ana.poſt Ioan.de Imo.in c.ad
petitionem.de accuſ.dicens idem eſſe in quolibet actu fien-
do per iudicem, quia ille actus eſt exprimendus, nec ſufficit
citatio ad audiendum voluntatem, quia eſſet generalis &
incerta, per ſupradicta.eandem opin.ſequitur Roma.in ſuis
ſingularibus ſub rubri.de re iudic.in ſingulari 20.allega.do.
Ant.in c.ſæpe.de appel.eandem ſequitur Mathe.in ſuo no-
tabili octauo, & Roma.in l.ſi finita.§.Iulianus.ff.de dam.in-
fect.dicens ita tenere dominum Ant.in d.c.cum ceſſante.de
appe.poſt domi.de Rota.Idem tenet Ioan.de Imo.in c.con-
ſuluit.de offi.deleg.facit quod no.Bar.in extrauag.ad repri-
men.in ver.ſuper dicto crimine.Bald.in l.conſentaneum.in
4.no.C.quomodo & quando iudex. domi. Alex.in d.§. Iu-
lianus.& in Apoſtillis ſuper l.ſi apparitor.C.de coharta.lib.
12.limitat hanc doctrinam Rotæ & Docto.non procedere,
vbi citatio ad audiendam voluntatem nõ tenderet ad aliud
quàm ad ſententiam audiendum, arg.l.qui certum.ff.ſi cer-
tum peta.Et ita dicit ſenſiſſe Bald.in d.l.conſentaneum.col.
2. Mihi non placet hoc, quia impoſſibilis eſſet cognitio, ꝙ
talis citatio tendat ad audiendum ſententiam, quia cum vo
luntas iudicis poſſit verſari circa plura citatus non magis
debuit credere iudicem velle iudicare quàm aliud delibera-
78 re.fateor tamen, quòd † ſi per æquipollentia verba eſſet ci-
tatus ad audiendum ſententiam, valeret citatio & ſententia,
iuxta not.in ſimili in l.in ſumma.ff.de re iudi.& in l.1.eo.tit.
vbi dicitur & notatur valere ſententiam latam per ęquipol-
79 lentiam verba, condemno vel abſoluo.cogita.¶ † An autem
ſententia lata vltima die inſtantiæ valeat ſecundum citatio-
nem? Conclude, quòd aut inſtantia fuit aſſignata ab homi-
ne; puta a iudice vel appellatore, aut a lege. Primo caſu non
requiritur citatio, c.ſæpe.de appel.Secundo caſu ſic per tex.
in authen.ei qui. C.de tempo.appel.ibi, reus quęrebatur.ra-
tio differentiæ eſt, quia quando inſtantia aſſignatur ab ho-
mine, illa habet vim citationis, ſecus quando aſſignatur a le-
ge, & ita notatur in d.authen.ei qui. Ex qua doctrina infert
ibi Bal.quòd ſi ſtatutum diſponat arbitrum debere iudicare
infra menſem, requiritur citatio, etiam ſi laudum feratur vl-
timo die menſis, quia tempus eſt legale: ſecus ſi menſis ap-
ponitur a partibus, quo caſu valet latum vltimo die ſine ci-
tatione, & ita Barto.in l.ſi de meis.§.fi.ff.de arbi.dicens hanc
eſſe opi.Innoc.Idem ſequitur Bal.in d.authen.ei qui dicens
ſe conſuluiſſe, quòd ſi arbitrator, in quem erat compromiſ-
ſum de quantitate dotis, adiecto menſe ab ipſis partibus
compromittentibus vltima die ferat laudum abſente reo &
non citato, valet laudum, ſecus ſi citeriore die proferatur,
quia quod tunc facit arbitrator dicitur clam & mala fide fa-
cere, l.ſiquis arbitratu.ff.de verb.obliga. Et ita tranſit Bal.li-
cet dicat, quòd quædam beſtia humana conſuluit contra-
rium, a cuius conſilio non potuit appellari obſtante ſtatuto
fuit tamen arbitratum aſſertum caſſatum propter enorme
conſilium. Et ex eadem doctrina Bal.in d.authen.ei.infero
valere progationem factam vltimo die parte non citata.&
Bal.in vtroque dicto ſequitur dominus Lanfrancus in com
mento c.quoniam contra.de proba.in ver.interlocutiones.

colum.

colum. 34. Plus addo, quod talis prorogatio compromiſsi
etiam citra vltimam diem facta ſine partis citatione valet, vt
voluit ipſe Bald. in l. j. C. de ſentent. ex peric. recit. ſequitur
Roman. in l. 2. ff. de re iudic. colum. 62. & idem Bald. in cap.
Quintauallis. de iureiuran. colum. fin. Et ego tibi dixi ſupra
eadem clem. in princip. dum tractaui aliquid de prorogatio
ne compromiſsi. Tene tamen menti prædictam diſtinctionē
elegantem, quia Bal. illius immemor in cap. j. §. fin. quo tem-
pore mil. videtur damnare opin. Bart. in d. l. ſi de meis. §. fin.
quod non feciſſet, ſi prædictæ doctrinæ etiam ſuæ, in d. au-
thent. ei qui. fuiſſet memor. Ad quod vide dom. Anton. in
cap. fin. de iureiuran. ¶ Aduerte etiam, & nota bene, ꝙ ſi fiat
compromiſſum cum clauſula, ꝙ poſſit ferri ſententia abſen-
tibus partibus, quod poteſt, d. l. diem proferre. §. ſi quis litiga
torum. ff. de arbit. l. 2. ſecundum vnam lectu. C. ex quib. cau.
maior, requiritur tamen citatio partium: & ideo clauſula,
quod poſſet ferri partibus abſentibus, debet ſuppleri citatis
tamen: ſecundum Specul. tit. de arbit. §. excipitur. ver. pone.
Idem tenet Alber. in l. ea quæ. C. quomodo & quando iu-
dex. & in d. §. ſi quis litigatorum. vbi dicit idem in arbitrato-
re. glo. tamen diligenter intuenti ſentit contrarium, pro qua
facit, quia cum partibus citatis & abſentibus de iure valeat
ſententia, clauſula prædicta intellecta vt ſupra nihil opera-
tur, contra l. ſi quando. ff. de lega. j. cap. ſi Papa. de priuileg. in
ſexto. & ideo cauti tabelliones exprimunt, ꝙ poſſet procedi
partibus abſentibus vel præſentibus citatis vel non citatis.
80 † Attende etiam, ꝙ vbi ſententia eſt ferenda contra abſen-
tem, citatio debet fieri cum comminatione, ꝙ niſi compa-
reat infra talem diem, contra ipſum feretur ſententia: nec
ſufficit ipſum ſimpliciter citari ad audiendam ſententiam.
Ita glo. & Bart. in d. l. ſi apparitor. C. de coharta. lib. 12. quæ
glo. licet loquatur de condemnatoria criminis, illam tamen
extendit ibi Bartol. & credit idem eſſe in ciuili in caſibus, in
quibus lite non conteſt. poteſt ferri ſententia contra abſen-
tem, vt in illis citatio abſentis ſit fienda modo prædicto, ſci-
licet cum comminatione, alias non nocet, de quo vide Bal.
aliter loquentem in l. conſentaneum. colum. 2. C. quomodo
& quando iudex. & adde quæ eleganter not. Bartol. in l. aut
qui aliter. in princip. ff. quod vi aut clam. & de veritate glo.
& dict. Bart. in d. l. ſi apparitor. vide plene Rom. & dom. A-
lexand. in d. §. Iulianus. colum. 5. & ſequen.

81 **Glo. In verbo, peremptoriè.** † Duo habes
ex glo. notare. Primum, ꝙ in caſibus, quibus proceditur ſer-
uato ordine iuris, ſolemnitas peremptorij requiritur: ideo
in cauſis plenarijs erit neceſſaria. Secundum, ꝙ in cauſis ſum
marijs non requiritur citatio peremptoria. Circa primum
duo ſunt examinanda. Primum, quid in ſententia diffiniti-
ua. Secundum, quid in interlocutoria. ¶ Ad primum conclu
de, ꝙ in cauſis plenarijs requiritur citatio peremptoria per
hunc text. a contrario ſenſu, & l. ad peremptorium. ff. de iu-
dicijs. Idem tenet hic Guilelm. de monte Laud. Paul. & Lap.
hic, facit quod not. Innoc. in cap. ad petitionem. de accuſ. no
tat Bart. in l. ſi finita. §. Iulianus. ff. de damno infec. ¶ Fallit
hæc glo. ſecundum Guil. & Gemin. quando præſens citatur
vel monetur a iudice, intellige ſecundum Bald. & Salyc. in l.
2. C. quomodo & quando iudex. quando talis monitio fit a-
pud acta iudicij: quia talis monitio habet vim peremptorij,
vt dicit notanda glo. in d. l. 2. & in cap. conſuluit. de offic. de-
leg. Idem tenet Ioann. de Imo. colum. 4. & Cardin. in 6. op-
82 poſit. Et idem dicas eſſe in monitione arbitri, quia † arbitria
ſunt redacta ad inſtar iudiciorum, l. j. ff. de arbitris. ſecundū
Roman. in l. ſi quis arbitratu. ff. de verb. obligat. & Salyce. in
d. l. 2. quod eſt valde notandum, licet Moder. Sicul. in d. cap.
conſuluit. teneat contrarium, quia eadem prærogatiua non
debet eſſe in arbitro, cum non habeat iuriſdictionem, quæ
eſt in iudice. Et prædicta intellige procedere non ſolum quā
do monitio fit in præſentem ore iudicis, ſed etiam quando
fit per nuncium iudice præſente & mandante in aliquem
præſentem, ſecundum dom. Anton. in cap. primo. de libell.
obla. in nona colu. Bald. in d. l. ſecunda. C. quomodo & quā-
do iudex. per l. ſi procuratori præſentis. ff. de verb. oblig. Sed
hoc non placet Siculo in dicto cap. conſuluit, per text. in l.
ſeruus ſi hæredi. in princip. ibi, perſonæ cui demonſtratus
adhæret. ff. de ſtatulibe. Præterea cum effectus prędictæ mo
nitionis attribuatur maieſtati iudicis, ergo eius perſonam
non debet egredi. Tu ſequere dom. Anton. & Bald. quia tex.
in dicta l. ſeruus. ſi bene illum ponderabis, non obſtat. Præ-
terea poſito ꝙ effectus attribuitur maieſtati iudicis, ſi eo præ
ſente & mandante nuncius moneat, talis monitio debet at-
tribui ipſi iudici, arg. d. l. ſi procuratori pręſentis, igitur &c.
83 ¶ † Hæc tamen notabilis fallentia non habet locum in cau-
ſa feudali mota coram paribus curię, quorum monitio reſpe
ctu domini feudi non habet vim peremptoriæ citationis,
text. eſt ſingularis. & ibi Bald. in cap. 3. ver. ſed mirum. de mi
li. vaſal. qui contumax eſt. Ex quo tex. iunctis ibi notatis per
Bald. colligo ſecundam fallentiam ad præmiſſam concluſio
nem, ſcilicet ꝙ vbi citatio vel monitio fit alicui, cui debetur
reuerentia, non habet vim peremptorij: quod eſt perpetuo
notandum, quia ab alio tactum non reperio: facit tamen ad
hoc text. in cap. j. de ſupplen. neglig. prælat. & quod not. do.
Anto. in cap. ex literis. de conſtit. ¶ Et ſic intellige text. in d.
cap. j. de mili. vaſal. qui contum. eſt. ꝙ loquatur in caſu ſpe-
ciali, ſcilicet quando monens debet reuerentiam illi, quem
monet: habes colligere claram ſolut. ad illum tex. per quem
Siculus moder. in d. cap. conſuluit. nititur deſtruere commu
nem doctrinam, de qua ſupra, ſcilicet ꝙ monitio iudicis non
habeat vim peremptoriæ citationis, quod bene notabis.
¶ Secundo fallit prędicta concluſio, vbi partes eſſent pręſen
tes: quia tunc valeret ſententia ſine ſolemnitate perempto-
rij, ſecundum Ioann. de Imo. hic, per ea quæ not. Ioann. An.
in cap. fin. de elect. lib. 6. vbi hoc tenet Bald. in apoſtil. per l.
etiam. §. j. ibi, præſente vel vocato. ff. de minor. pręſens enim
84 citari † non debet, immo dicitur fatuus iudex, qui præſentē
citat, vt ibi not. ¶ Adde idem tenere Bald. & Angel. in l. j. ff.
de in ius vocan. & in rubr. C. eod. tit. & in rub. C. quomodo
& quando iudex. fortius dixit Bald. in authent. ſi omnes. C.
ſi vt ſe ab hære. abſti. ꝙ etiam vbi requiritur citatio pro ſub-
ſtantia a ſtatuto, præſens non eſt neceſſario citandus.
¶ Idem ſentit Bart. in l. prolatam. in pen. q. C. de ſent. & in-
terloc. omn. iud. facit quod not. Bald. in apoſtill. tit. de con-
feſſ. libro ſexto. ¶ Et hoc procedit, vbi citatio requiritur ad
effectum ſimplicis citationis & pręſentiæ: ſecus ſi requiritur
ad hoc, vt citatus reſpondeat, quo caſu præſens petere po-
teſt ſe citari debere, vt habeat tempus ad deliberandum, vt
habetur per Bald. in l. cum fratrem. C. de his quibus vt indi.
de quo etiam articulo an præſens ſit citandus, vide do. An-
ton. & Doct. poſt eum in cap. j. de iudic. Bar. in l. accuſatori-
85 bus. C. de accuſat. ¶ † Tertio fallit concluſio prędicta glo. in
ſententia principis, quæ non requirit ſolemnitatem perem-
ptoriæ citationis, ſecundum Bart. in l. 2. C. quomodo & quā
do iudex. immo nec forte citationem, vt latius infra dicam
in fi. huius glo. ¶ In interlocutoria vero ſententia an requi-
ratur citatio peremptoria. Bartol. in d. l. ſi finita. §. fin. facit
regulam quod non. ¶ Fallit primo in interlocutoria pri-
mi decreti, etiam ſi fiat miſſio cauſa cuſtodiæ, per ea quæ no.
glo. Dyn. & Bart. in d. l. ſi finita. §. ſi plures. de quo ibi per mo
der. ¶ Secundo fallit in interlocutoria ab obſeruatione iudi-
cij, ſecundum Innoc. in cap. ad petitionem. de accuſat. per l.
properandum. §. & ſi quidem. C. de iudic. Idem tenet Bart.
in l. conſentaneum. & in authent. qui ſemel. C. quomodo &
quando iudex. Doct. in cap. conſuluit. de offi. deleg. dom. An
ton. in cap. cauſam. de dolo & contumac. vel de eo qui mitt.
in poſſeſſ. Ioann. de Anan. in cap. ad petitionem. de accuſat.
Bald. in cap. j. de milit. vaſal. qui contum. eſt. ¶ Et hoc proce
dit, niſi reus cauerit infra certum terminum ſe proſecutu-
rum & finiturum litem, quo caſu lapſo termino, & decem
diebus vltra, non requiritur ſolemnitas peremptorij in abſo
lutione rei ab obſeruatione iudicij, text. eſt ſingularis in au-
thent. quod fieri. C. de dilat. ſequitur Bart. in d. authent. qui
ſemel. do. Anton. in d. cap. cum cauſam. Roman. in ſingu. 23.
ſub rubr. de re iudic. quod eſt bene notandum. ¶ Tertio fal-
lit in interlocutoria, per quam iudex procedit ad annotatio
nem bonorum, iuxta l. j. C. de requirend. reis. vbi glo. ponit
formam talis annotationis. Ita Innoc. in d. c. ad petitionem.
ſequitur dom. Alexand. in d. §. Iulianus. & Ioann. de Anan.
in d. cap. ad petitionem. Bald. in cap. j. de milit. vaſal. qui con
tu. eſt. ¶ Fallit quarto in interlocutoria, quæ exhaurit vires
negocij principalis, ſecundum Bartol. in d. l. conſentaneum.
quem ſequitur ibi Salyc. & Bart. in l. tres denunciationes. C.
quomodo & quando iudex. dom. Anton. in cap. ad petitio-
nem. & licet Ioann. de Imo. in d. §. Iulianus. dicat, ꝙ hoc di-
ctum Bart. forte non probatur lege, tamen ſecundum mo-
86 der. ibi confirmari poteſt ratione, quoniam talis † interlocu-
toria, per quam negocium principale vel principalis pars ip-
ſius terminatur, habet vim diffinitiuę, ſecundum Bald. in l. j.
colum. 5.

calu n.5.verſic.denuo quæro.C.quando prouoc.alleg.tex.
ſingularem in l.antia vticem.cum glo.2.ff. de minor. & gl.2.
in clem.fin. de appell.& in interlocutoria habente vim diffi-
nitiuæ requiruntur ea omnia, quæ in diffinitiua, glo.ſingul.
in verbo,inanes.in cap.fin.de elect. lib.6. notant Doct. per
gl.in cap.peruenit.2.de appell.Federic.de Sen.in conſi.198.
Bald.in.in l.in minoribus.C. de his quibus vt indig. Roma.
in rubr.de re iudica.ff. dixi hoc anno in rubr.de re iudica.in
quæſtio, illa de ſtatuto loquente de interlocutoria habente
vim diffinitiuæ.Et de hoc dicto Bart.vide etiam in cap.quo-
niam frequenter.§.in alijs.vt lite non conteſt.Bald.in addit.
Spec.tit.de ſentent.colum.9. verſicu.an interlocutoria. vbi
refert Guidon. de Suz. dicere, q̄ interlocutoria, quæ poteſt
reparari per diffinitiuam, non requirit ſolemnitatem perem
ptorij,aliàs ſecus: & de materia vide etiam Ioann. Andr. in
d.cap.conſuluit. Angel.in l.fin.ff.de ferijs . & in l.j. §.hæc ſti-
pulatio.in repetitione.ff. ſi cui pluſquam per legem Falci. in
l.ad peremptorium.ff.de iudic.in authent.ei qui. C.de bon.
author.iudic.poſſ.Spec.de citatione.§.viſo. verſic.dicuntur
etiam.& in tit.de dilat.§.videndum. ver. ſi termini. & verſi.
quid ſi data.¶ Quid autem ſi iudex dicat, Cito te hac citatio
ne pro omnibus,an habeat vim peremptorij.vide Bart.in d.
§.Iulianus. & ibi dom. Alexand. & plenius in l. contumacia.
ff.de re iudic. quæ omnia tene bene menti, quia alij hic non
ponunt . ¶ Fallit quinto in interlocutoria magni præiudicij
ſecundum Ange.in d.l.ad peremptorium.& dom.Anton.in
dicto cap.ad petitionem.vbi Ioann.de Imo. & Ioann. de A-
nan.tenent contrarium,per not.in d.l.ſi finita.§.ſi plures.per
glo.& Bartol.dicentes, quòd in miſſione cauſa cuſtodiæ , &
ſic vbi agitur de modico præiudicio , requiritur ſolemnitas
peremptorij, vt ibi per eos . ¶ Ad ſecundum autem princi-
pale notabile,quod ex hac glo.ſupra collegi,ſcilicet quòd in
cauſis ſummarijs non requiratur ſolemnitas peremptorij .
Adde,quòd idem tenet Angel. in d.l. ad peremptorium . &
Rota deciſio. 245 . incipien. Item licet in cauſis prophanis.
Idem Bald.in rubr.C.commi. vel epi. not. Bartol.in l.filiuſ-
familias.ff.de donatio.& in l.prima.ff.de teſtam.mili. Quod
ſingulariter intelligit procedere Rom. in d.§.Iulianus.in cau
ſa ſummaria,in qua proceditur ſummarie ſimpliciter & ſine
figura iudicij:ſecus eſſet in cauſa,quam lex ſimpliciter vocat
ſummariam.Et probat hoc modo:primū decretum eſt ſum-
marium,authent.ei qui.cum glo.C.de bon.author.iudi.poſ-
ſid.l.ſecunda.C. vbi in rem actio. cap. quoniam frequenter.
§.quòd ſi ſuper. vt lit.non conteſt.no.Bal.in dicta authen.ei
qui.colum.nona. & tamen in ipſo requiritur peremptoria ci
tatio,vt per glo.in d.§.Iulianus. & in dicto cap.quoniam fre
quenter.in cap.j.de milit.vaſal. qui contumax eſt. Cyn.in l.
ſecunda.in octaua quæſtio. ff.ſi ex noxa.cauſa agatur.& in l.
cum proponas. C.de bon.author. iudic. poſſid. Innocent.in
dicto cap.ad petitionem.& eſt communis opinio,de qua ple
87 nius in d.§.Iulianus.igitur &c. ¶ † Ex ſupradictis habes no-
tare aliquos caſus in quibus requiritur peremptoria ſolem-
nitas: & multos,in quibus non requiritur:quibus adde alios
quoſdam.¶ Et primo,quia quando ſunt plures iudices,& v-
nus requirit alium abſentem,ſufficit vnica requiſitio,glo.no
tanda in verbo,requiſiuerit.in clement.prima.de hære. & in
cap.ſi epiſcopus.18.diſtinct.Cardin. & Abb.in cap.cum cau
ſa.de offic.deleg. Abb.in cap.cum nobis olim.de elect.Bald.
& Angel.in d.l.ad peremptorium.facit glo.in l.ea.C.ſi man.
ita fact.alien.authent.ſi omnes.C.ſi vt ſe ab hæred. abſtine.
cap.fin.de clandeſt.deſponſ.cap.fin.qui matrim. accuſ. poſſ.
quæ probant ſufficere vnicam requiſitionem extraiudicia-
lem.glo.tamen in dicto cap. cum cauſa . tenet , quòd immo
requiratur trina requiſitio iudicis collegæ.pro qua facit cap.
j.de ſupplen.neglig.prælat. & ideo de hoc vide pulchre Do
minic.in cap.ſi contra vnum.de offic.deleg.libro ſexto. Ro-
man.in conſil.422.Bald.in l.edicto.colum.14.C.de edic.di-
ui Adr.¶ Secundo,vbi quis citatur ad ſinodum, ſufficit vni-
ca citatio,cap.ſi epiſcopus. 18.diſtinct. ¶ Tertio,in requiſi-
tione extraiudiciali ſufficit vnica,l.Titia.§.vſuras.de lega.1.
ff.not.Bald.in cap. primo. de milit. vaſal. qui contumax eſt.
glo.in dicto cap.ſi epiſcopus. Bartol. in l.Seius & Augerius.
ff.ad legem Falcid.l.Titia.ff.de accuſ.l. qui Romæ.§. Seia.ff.
de verb.obligat.l.de pupillo.§.ſi quis ipſi prætori. ff.de ope.
no.nunciat.glo.in verbo,propoſita.in cap.cupientes.de ele-
ctio.libro ſexto. Domini.in dicto cap.ſi contra eum. Roma.
in conſil.347.no.in l.ſi.C.de adul. ¶ Quarto,in notorijs non
requiritur peremptoria citatio,ſecundum Ioann.de Imo.in
cap.cum olim.de re iudic.allegat Ioann. And.in cap.cum ſit
Romana.de app.¶ Quinto idem eſt in citatione facta a prin-
cipe,Hoſtienſ.& Docto.in dicto cap. cum olim. de re iudic.
glo.in l.penult.C.ex quib.cauſ.maior.not.Bald.in l.ea quę.
C.quomodo & quando iudex.plus dicit Hoſtienſ.in d.cap.
88 cum olim . quòd contra tyrannum occupantem ꝛ bona Pa-
pa poteſt ferre ſententiam eo non citato : ſequitur Roma.in
ſing.pen.& in d.l.2.de re iudi.& dicā infra in q.an ſententia
principis lata ſine citatione, valeat. ¶ Sexto, idem eſt in ſen-
tentia expenſarum , ſecundum Angel. in d.l. ad perempto-
rium,not. Doct.in cap.querelam.de procu. ¶ Septimo,idem
ſi nuncius fuit impeditus per citandum , quominus ad eum
iret,ſecundum Ang. in d.l.ad peremptorium. allegat Innoc.
in d.cap. ad petitionem . & idem tenere Petr. de Ancher.in
clement.j.de iudic.per cap.quoniam.§.porro. vt lit.non con
teſt. vbi text.notabilis. facit quod not. Bald. in l. ea quæ. C.
quomodo & quando iudex.in l.properandum. §. ſin autem
reus.C. de iudic. ¶ Octauo, idem ſi citatus appellauit ſemel
vel a grauamine , quia ſic appellando videtur proteſtari , q̄
non vult amplius coram eo comparere, ideo poteſt diffiniti
ua contra ipſum ferri,cap.2.de dolo & contum. in ſexto no
tab.Angel.in d.l.ad peremptorium.in glo.magna. ¶ Nono,
ſententia lata in palatio apoſtolico valet ſine ſolemnitate
peremptorij : quia in illo omnes termini poſt litem conteſt.
ſunt peremptorij.ita Rota deciſ.245.quæ incipit, It€ licet in
cauſis prophanis.& in deciſ.207.incip. Item fuit determina
tum dubium.& allegant Spec.ad hoc tit. de citatione. §. vi-
ſo.ver.dicunt.¶ Decimo,perſonaliter citatus non eſt niſi ſe-
mel vocandus.Innocent.in d.cap.ad petitionem . & hoc ve-
rum,ſi dixit ſe nolle venire:de quo per Bald.in cap.j.de mi-
lit.vaſal.qui contumax eſt.not. in l.fin.ff. de in integr. reſtit.
per Ioann.Andr.in cap.venerabilibus.§.ſecus.de ſenten.ex-
commun.lib.6.clement.ſi ante.de dolo & contum.& ibi per
glo. & per glo. in cap.2. de dolo & contum. in ſexto. & per
89 Angel.in d.l.ad peremptorium. ¶ † Vndecimo,ſi mandatur
inferiori, quòd compareat coram ſuperiore, ſufficit vnicum
mandatum,ſecundum Specul.tit.de cita.Sed Ioan. Andr.te-
net contrarium in cap.fin.de accuſat. & Bald. quem vide in
cap.j.de mili.vaſal.qui contum.eſt.¶ Duodecimo,vbi debet
citari tyrannus vel alius , qui ſit terribilis , in citando ſufficit
vnica citatio,ſecundum Ioann.Andr.in cap.non minus. de
immunit.eccleſ.ſequitur Bald.in d.cap.j. de milite vaſal.qui
90 contum.eſt . ¶ † Tertiodecimo ad videndum iurare teſtes
ſufficit vnica citatio , ſecundum Bartol. in l.conſentaneum.
C.quomodo & quando iudex. ſequuntur communiter Do
cto.in d.cap.ad petitionem. & in cap.conſuluit. de offic.de-
leg.habetur per Bartol.in l.ſi quando.C.de reſtib. per Aret.
in cap.ſignificauit.colum.6.de teſtibus.¶ Sed hoc verum in-
telligit Ioann.de Imo. in d.cap.ad petitionem. quem ibi ſe-
quitur Ioann.de Anan. quo ad effectum, vt ratione contu-
maciæ poſſet puniri in expenſis,cap.querelam.de procurat.
non autem ad hunc effectum , vt ratione contumaciæ poſſit
fieri miſſio in poſſeſſionem;quia tunc requiritur perempto-
rium,etiam ſi fiat miſſio ex cauſa cuſtodiæ, per not. per glo.
Dy.& Bartol.in d.l.ſi finita.§.ſi plures. & hoc bene notabis,
quia militat non ſolum quantum ad iſtum caſum,ſcilicet q̄n
citatur ad videndum iurare teſtes , ſed in omnibus alijs , in
quibus non requiritur peremptorium,vt non procedat quo
ad officium mittendi in poſſeſſionem . Quid autem de cita-
tione ad videndum produci teſtes? Bald.in d.l.ſi quando. C.
de teſtib.tenet,quòd vnica non ſufficiat, quia agitur de ma-
gno præiudicio: & vide Ioan.de Anan. in d.cap. ad petitio-
nem.¶ Quartodecimo,idem eſt vbi verſatur modicum pre-
iudicium,ſecundum Angel.in d.l.ad peremptorium.Sed gl.
in d.cap.ſi epiſcopus.18.diſtinct. ſentit contrarium, & Bart.
in d.§. Iulianus . dum concludit, quòd in primo decreto re-
quiratur peremptorium: ſequitur Ioann.de Anan.in d.cap.
ad petitionem.ſupra dixi,& vide Angel.in d.l.ad perempto
rium. Alios etiam caſus colligere poterit curioſus lector,ſa-
tis ſit pro nunc prædictos recenſuiſſe,moderni late loquun-
tur de materia in d.cap.ad petitionem.& etiam in d.§.Iulia-
nus.ad quos me remitto. Vbi etiam plene examinant , an &
quando comminatio ad procedendum ad vlteriora habeat
vim peremptorij.An autem ſolemnitas peremptorij habeat
locum in citatione,quæ fit a principio ante comparitionem
aduerſarij,vide Innoc. in d.cap. ad petitionem. & Angel.in
d.l.ad peremptorium. ponentem etiam quid in iudicijs deli
beratorijs . Item an comminatio habeat vim peremptorij,
vide

vide Bart.in d.§.Iulianus.cuius doctrinam ſequitur Ioan.de
Imo,in cap.paſtoralis.de except.& Angel.in l.in peremptorio.ff.de
iudic.Rota in præalleg.deciſ.245. & plene Moder.
dom.Alexand.in d.§.Iulianus.& Matheſ.in notab.ſuo octauo,& de
materia peremptorij pulchre loquitur Bald. in l.fi.
ff.de ferijs. Aduerte tamen, quòd vbi ſententia tranſiuiſſet
in rem iudic.tunc præſumitur pro citatione peremptoria, ſecundum
dom.Anton.in cap.in præſentia. de renunciat.co-
91 lum.6.facit cap.bonę.de elect. ¶ † Suprascriptis optime applicari
poſſe puto quęſtionem illam antiquam,quam Pyleus
diſputauit ſua quęſt.18. ſcilicet an ſententia Imperatoris lata,ſine
citatione valeat?In quo articulo tex.in cap.j. in fi.ibi,
nec nos & inaudita parte aliquid poſſumus iudicare', de
cauſa poſſeſſionis & proprietatis.probare videtur q non.immo
plus cum ibi ante verbum poſſumus, ponatur negatiua
nec,datur intelligi q lex reſiſtat ſententię tali, iuxta doctrinam
gl.in c.j.de reg.iur. libro ſexto. ¶ Secundo ad idem facit
cap.nos in quemquam.2.q.1. ¶ Tertio text. in clement.
paſtoralis.de re iudic. vbi propter defectum citationis caſſatur
ſententia Imperatoris iniuſta contra Regem Robertum
lata.¶Quarto facit text.& glo.in l.fin. C.de legi.l.nam ita di
92 uus.in fi. ff. de adopt. ¶ † Quinto facit ratio,quia citatio inuenta
eſt ad defenſionem, quæ defenſio eſt de iure naturali,
ergo per principem non poteſt auferri, l.3. §. ad idem.ff.de
re milit.& d.clement.paſtoralis. ¶ Sexto, inquiſitio veritatis
etiam requiritur coram principe, quia illa eſt iurisgentium,
ſed ad cognitionem veritatis peruenitur per citationem partis,
l.fin.C.ſi per vim.ibi, merita cauſarum partium aſſertione
&c. ¶ Septimo, Deus citauit Adam dicendo, Adam vbi
es:vt no.in extrauag.ad reprim.in ver.ſine figura.igitur &c.
¶ Hanc partem tenet Bald.in d.l.fin. C. de leg.dicens, quòd
licet princeps non teneatur ſeruare ordinem iudiciarium,
cap.in cauſis.de re iudic.tamen debet citare partes, alias nō
valeret ſententia principis.¶ Idem tenet Bart.in l.2.C.quomodo
& quando iudex. dicens, quòd tamen non requiritur
peremptoria citatio, de quo ſupra dixi. eandem ſententiam
ſequitur Roman.in l.j.colum.5.ff.de arbit.dicens eſſe caſum
not.cum glo.in d.l.fin.¶ Idem Roman.in conſil.487. in fi.&
in ſingul.ſ.Immo,ſub rubr.de re iudic.¶ Idem Ioann.And.in
cap.j.de cauſa poſſeſſ.& propriet. diſtinguens tamen inter
ordinariam poteſtatem principis & abſolutam. ¶ Idem Ioann.
Andr.in cap.cum olim.de re iudic. hoc limitans non habere
locum in notorijs:¶ Eandem opinionem tenet Bartol.
in d.l.nam ita diuus. in aliquibus lectu. bene facit l. diuus.ff.
de iure aureo.annul.& Bartol.in l.Gallus.§. & quid ſi tantū.
ff.de liber.& poſthum.Hoſtienſ.& dom.Anto.in d.cap.cum
olim. limitans non habere locum, vbi ſententia fertur contra
rebelles eccleſiæ.quo caſu ſine citatione valet: & ſequitur
Bald.in procem.feud. & Roman.in pen.ſing. de re iudic.
Cardin.& Abb.in d.cap.j. de cauſa poſſ.diſtinguunt, q aut
poterat competere defenſio,aut non, iuxta doctrinam Barto.
in l.1.§.2.ff.de admi. rerum ad ciui. pertin. vt ibi per eos.
Ego in hoc articulo & paſſu notabili, omiſſa indagatione,
quanta ſit poteſtas Imperatoris & Papæ, quæ certe maxima
eſt,vt patet ex traditis per Bald.in l.reſcripta. in princip. C.
ſi contra ius.& in l.imperium.ff.de iuriſdict.omn. iudic. per
Pileum in d.quæſt.18.& plene per Aluarot.in cap.j.quis dicatur
dux,com. vel marc. & alias aliquid dixi in rubr. C. de
93 teſt.libro ſexto. † Solum ad huius articuli clariorem intelligentiam
dico prius videndum eſſe, an Papa vel Imperator
poſſit diffinire omiſſo ordine iuris,quem cæteri magiſtratus
inferiores tenentur obſeruare, l.prolatam. C. de ſentent. &
interlocut.omn.iudic.cap.exhibita.de iudic. authen.offeratur.
C.de lit.conteſtat. cap.j. de libel.obla. per Paul.in clem.
diſpendioſam. de iudic. Et certe concludo q ſic: Et videtur
primo hoc probari per l.ex imperfecto. C. de teſtam. & ibi
bona glo.not.in cap.in cauſis.de re iudic.in cap.fin.de tranſact.
in cap.ad petitionem.de accuſat. ¶ Secundo facit,quia
princeps ſupplet omnem defectum ſolemnitatis ordinis iudicialis
omiſſi,dicta clement.paſtoralis.& per eius reſcriptū
tollit ſolemnitatem teſtamenti.l.ſi non ſpecialiter.C.de teſtam.
facit quod not.in cap.illa.de electio. ¶ Tertio,Imperator
legem condendo poteſt ordini iudicij a ſe inuecto derogare:
patet in extrauagan.ad reprim. & in dicta clement. diſpendioſam.
& per hanc clement.& not.in dicta authent.offeratur.
ergo & procedendo poteſt derogare dicto ordini.
hoc probatur in l.de quibus. ver.nam cum ipſe. ff. de legatis
tertio.l.ſecunda.in fi.C.de dilatio. firmat Bal. in dicta l.imperium.
& in dicta l.fin. & in cap.j. de noua form. fidel. facit
quod ipſe not.in l.Barbarius.ff.de offic.prætor. ver.expeditus
de primo,vbi dicit,quòd populus habens poteſtatem legis
condendæ non habet in actibus ſuis procedere iudicialiter
ſiue litigioſe:nam princeps eſt lex animata in terris, in
Authent.de conſulibus. ſi ergo eius lex, quæ cenſetur vox
mortua,hoc poteſt, fortius hoc poterit eius vox viua, argumen.
§.ſi vero. in Authent. de fide inſtrum. facit quod not.
Ioann.Andr.in cap.ad diſſoluendum.de deſpon. impub.ſuper
94 per glo.fin. † Quarto,conſuetudo,quòd ordo iudiciarius
non ſeruetur, valet, ſecundum Innocent. in cap.primo.
de libel.obla. ergo fortius hoc poteſt imperator: iuxta not.
per Innocent.& Doct.in cap.cum P.tabellio. de fide inſtrument.
nam conſuetudo fungitur vice principis,capitu.ſuper
quibuſdam.de fide inſtrum.not.in cap. conqueſtus.9. quæſtio.
j.Et quod poteſt conſuetudo,poteſt & lex,& conſequenter
95 princeps,d.l.de quibus. quod enim † principi placet legis
habet vigorem,l.j.ff.de conſtitutio.princip. §.ſed quod principi.
Inſtit. de iure naturali. Quinto quicquid facit princeps
facit vt Deus,in Authent.de hære. & falcid.in princip.
ergo ſola facti veritate inſpecta debet iudicare, cum Deus
ſit ipſa veritas.vt not.in cap.cum omnes. de teſtam. quæ nō
fallit.nec fallitur,l.fi.C.de ponde.auri.libro ſexto.cap.a nobis.
de ſententr.excommunic. Hinc dixit Bald. in cap.j.§.fin.
de noua forma fidelit.quod vbi princeps ſcit veritatem, nō
debet ire per ambages. Idem dixit Bald.in l.ſcimus. in princip.
verſic. ſexto quarto. C. de iure deliber. facit quod not.
Bartol.in l.ſi fideiuſſor.§. quædam.ff. manda. in l. Quintus.
eod.tit.in l.filiusfamilias. ff. de donatio. in extrauag. ad reprimen.
in verbo,ſine figura.& per cōſequens omnis ſolemnitas
iudiciorum videtur ab eo excludi. Hinc dixit Archid.
in cap. cenomanenſem. 56. diſtinct. quòd princeps omnem
ſolemnitatem circumſcribit.Idem not.Specul.titu.de lega.
§.nunc oſtendendum.verſic.18.& clarius inquit Archidiac.
in cap.ſeruatis. 25. quæſtio.2. quòd in principe eſt plenitudo
poteſtatis: & vbi paret eius intentio, ſeruanda eſt.facit
cap.ad aures. de reſcript. ibi, intentionis noſtræ &c. patere
autem dicitur,quod facit ex certa ſcientia, nec debet in dubium
reuocari,l.ſecunda.ff.de legi.cap.1.& 2. de confirma.
vti.not.Bart.in l.ſi conficiuntur.§.j.ff.de iure codicil. & Bal.
de pace conſtan. §. ſi quis autem. quæ ſupraſcripta omnia
probant, quòd Imperator poſſit ſuam ſententiam proferre
non ſeruata ſolemnitate iuris: & ſic ſtando, vel de ſeruata,
iuxta not.in l.fin. C.de fer.faciunt not. per glo. & Doct.in l.
ictus fuſtium.ff. de his qui not.infam.l.verum. §.ex facto. ff.
de minor.:ſententia enim principis non requirit exactum ordinem
iuris, ſecundum Ioann.And.in cap.in cauſis.de re iudica,
nam ipſe ſolus habet poteſtatem mandandi, ſic facias.
Alij autem debent dicere,facias iuſtitiam, ſecundum Innocent.
in cap.ſignificantibus. de offic. deleg. nam coram ipſo
principe ſuppletur defectus ſolemnitatis iuris,ita quòd proceſſus
agitatus coram principe non poteſt dici nullus reſpectu
ordinis non ſeruati:quia permittens coram ſe taliter procedi
videtur diſpenſare,ſecundum Innocent.in cap.j. de lit.
conteſt.Idem not. Ioann.in cap.inſtitutiones.25.quæſtio.2.
facit quod not.Specul.titu. de ſententia.§.iuxta propoſitionem.
facit text.in d.cap.ad petitionem. in fi. per quem dixit
ſingulariter Bald.in cap.j.§.fin. de noua forma fidelit. q etiā
vbi alias ordo iuris non ſit ſeruatus, princeps poteſt iudicare
ſola facti veritate inſpecta,quod eſt notandum. Ex quibus
propius ad quæſtionem noſtram accedendo inferri poteſt,
q cum citatio ad ſententiam ſit de ordine iudicij, valebit
ſententia Imperatoris vel Papæ ſine citatione.
96 † Confirmo hanc ſententiam ex multis.Primo,quia citatio
de ſe non eſt de iure naturali, ſed propter defenſionem
quam continet,l.3.§.ſi ad diem.ff. de re milit.not. Bald.in l.
executorem.colum.15.ver.modo facio quendam volatum.
C.de executio.rei iudica. Idem dicit Roman. in rubr. ff.de
arbitr.colum.ſeptima. licet dicta iura non alleget, nec Bald.
& ideo licet citatio ad ſe defendendum & probationem faciendum
ſit de iure naturali, tamen citatio, quæ fit poſt habitam
cauſæ cognitionem ad audiendum ſententiam eſt
inducta ex quadam ſolemnitate iuris ciuilis: fit enim, vt ille
quaſi contractus, qui inter litigantes celebratur, l. tertia.
§.idem ſcribit. ff. de peculi.habeat ſua eſſentialia fundamenta,
quæ non haberet niſi interueniret citatio. proba-
97 tur: nam cum † inter abſentes non poſſit contrahi, l. conſenſu.
vbi gloſſa. ff. de actionibus, & obligationibus.

niſi

niſi mediante aliquo organo,l.j.ff.de contrahen.empt.& al-
teri per alter im non acquiritur, §.alteri. Inſtit. de inuti.ſti-
pulat.l.ſtipulatio iſta.§. alteri.ff.de verbor.obligatio. fuit ad
hunc quaſi contractum firmandum inuenta citatio, qua in-
teruenientc citatus habetur pro præſente, authent. qua in
prouincia. C. vbi de crimine.immo,citati abſentia ſupple-
tur Dei præſentia,l.properandum.§.cum autem. C.de iudi.
& ita voluit Bald.in l.cum fratrem. C.de his quibus vt indi.
Iſtud autem, quod alteri non acquiritur, quod ſit ſolemni-
tas iuris ciuilis & non naturalis,probatur, quia ex tali ſtipu-
latione alteri facta oritur exceptio, vt not.in d.§.alteri. quæ
non oriretur,ſi quod alteri nõ acquiritur eſſet ſolemnitas iu-
ris naturalis. Igitur cum citatio ad ſententiam ſit iuris ciui-
lis ſolemnitas, quam non tenetur obſeruare Imperator vel
Papa,vt ſupra dixi,ſequitur ſententiam Imperatoris, vel Pa
98 pæ latam ſine citatione valere. ¶ † Secundo,quod talis cita-
tio ad ſententiam ſit iuris ciuilis,probatur ſic:vbi ſolemnitas
iuris eſt ſeruanda, non valet ſententia lata pro abſente ea nõ
obſeruata,& ſic pro abſente non citato,l.furioſo.ff.de re iu-
dic.l.ea quæ.C.quomodo & quando iudex.quæ tamen ſen-
tentia pro abſente non citato valet, vbi ſolemnitas iuris ciui
lis remota eſt:& ſic in caſibus,in quibus proceditur ſine figu
ra iudicij,vt determinat Bartol.in extrauagan. ad reprimen.
in verbo,ſine figura. ſequitur hic Ioan. de Ligna. & Ioan.de
Imo.colum.38.& Petr.de Anch.hic: ergo patet,quod cita-
tio ad ſententiam eſt ſolemnitas iuris ciuilis. ¶ Tertio ean-
dem opin.firmat Bald.in repetitione.l.j.C. de ſumma Trini.
colum.31. ver.item puto quartam concluſionem. vbi con-
cludit valere ſtatutum,quod facta diſcuſſione cauſæ ſenten-
tia non poſſit vitiari : quia ꝙ citatio ad ſententiam requira-
tur, eſt ordinis & de apicibus iuris magis, quàm de bona fi-
de,ſi partibus præſentibus eſt de cauſa diſcuſſum: & ideo po
teſt ei renunciari.l.ſi fideiuſſor.§.quędam.ff.mandati.voluit
Specul.tit.de citatione.§.viſo.ver.ſed pone quòd partes.
¶ Quarto dixit Bald.in cap.cum ſit Romana.de appell.ꝙ ci-
tatio ad ſe defendendum eſt de iure naturali, alleg. d. clem.
paſtoralis.ego allego text.in l.j.C.de requiren.reis. Aliæ ve-
99 ro citationes ſunt de iure ciuili. ¶ †Quinto facit,quod dici-
tur de arbitratore, cui omnis ſolemnitas ciuilis remittitur,
iuxta not.in cap.Quintauallis.de iureiuran. in l.ſi ſocietatē.
§.arbitrorum.ff. pro ſocio. quia poteſt proferre laudum ſine
citatione ſecundum Guilelm. & Bald.in l. epiſcopale. C.de
epiſcop.audien.quod tamen pro nunc non firmo, ſed remit
to ad no.in l.ſi quis arbitratu.ff.de verb.oblig. in l.fin. C. de
contrahen.empt.& in d.cap.Quintauallis.per Roma.in con
ſil.62.& Abb.in conſil.65.¶ Sexto,ex quo citatio ad audien
dum ſententiam emanat poſt concluſionem in cauſa, & ſic
tempore, quo nihil poteſt allegari vel fieri, vt per Innoc.in
cap.paſtoralis.de cauſa poſſeſſio.& propriet.facit l.ſi rem.§.
fin.ff.de euictio.patet,quod per promiſſionem talis citatio-
nis non tollitur defenſio. ¶ Septimo, vbi iudex ex officio
procedit, licet procedere non poſſit abſq; citatione, qua mo
netur inquiſitus,vt faciat ſuam defenſionem, l.3.§. ſi ad diē.
ff.de re milit.not.Bald.in l.j.C.de confeſſis.colum.11. verſi.
denuo quæro.Angel.in l.pactum. ff.de pact. tamen talis iu-
dex ex officio procedens poteſt procedere ſine citatione ad
ferendam ſententiam, glo. notanda in verbo, opponentes.
in cap.cupientes.§.quod ſi per viginti. de electio. libro ſex-
to.ſequitur Angel.in l.ſi quis libertatem.§.nam cum quidā.
ff.de petitio.hæred.l.de vnoquoque.ff.de re iudic.

100 †Octauo facit quod dicit Abbas antiquus in cap.cauſam
quæ.de reſcript.volens, quod vbi declaratur proceſſus nul-
lus,non requiratur citatio: quod ad præſens non firmo, ſed
me remitto ad ibi not. per Doct.

101 † Nono facit,quia licet in diſcuſſione facti,per quod dici-
tur impoſita poena ipſo iure, requiratur citatio, quia in tali
diſcuſſione pars poſſet lædi,vt voluit gl. notanda in clemen.
præſenti in verbo,conſtiterit. de decim. & in clement.mul-
torum.in verbo,conſtiterit.de poenis. tamen in ipſa ſenten-
tia declaratoria facti non eſt neceſſaria citatio: text.eſt ſin-
gularis in cap.reprehenſibilis.de appellat.ita tenet Roman.
in conſil.482.hoc modo intelliges prædictas glo.licet aliqui
male intelligentes ſoleant eas allegare ad hoc, ſcilicet quòd
in declaratoria facti requiratur citatio, ſed male ſecundum
ipſum Roman.Adde,quod idem tenet Cardin.in clemen.in
pleriſque.de electio.colum.9. Et ego latius tangens idem te
nui in cap.j.de homicidio.libro ſexto.

¶ Decimo ad propoſitum allego glo.in verbo,ſtatuimus.

in l.2.C.de legi.quę dicit,ꝙ valet ſentētia principis lata vna
parte abſente: licet ſecus ſit in ſententia inferioris alterius
magiſtratus, etiam ſi ſit lata pro abſente non citato,l.furio-
ſo.ff.de re iudica. l. ea quæ. C. quomodo & quando iudex.

¶ Itaque cum, vt ex prædictis clariſſime demonſtratum
eſt, citatio ad audiendum ſententiam non contineat defen-
ſionem, ſed ſit inuenta ex quadam iuris ciuilis ſolemnitate,
quo etiam iure ciuili inuenta eſt ipſa ſententia, vt not.in l.1.
& in l.Iulianus.ff.de condi. indeb. & in l.1.C. de iur. & fac.
ign. ſequitur, ꝙ principes, qui huiuſmodi ſolemnitatē ſer-
uare non tenetur, poterit ſententiam ferre ſine citatione.

¶ Et vltra ſupra allegata addo, ꝙ hanc partem tenet Bal.
in l.ne cauſas.C.de appella.Ange.& Imn.in d.l.de vnoquo-
que. & Ange.in d.l.ſi quis libertatem.§. nam cum quidam.
vbi dicit,ꝙ in cauſa coram Papa vel Imperatore poteſt ferri
ſententia vtraque parte abſente & ſine citatione: quæ om-
nia memoriter habes notare,quia ab alijs ſic diſcuſſa non re
102 peries. ¶ †Plus forte poſſet attentari, quod valeat ſenten-
tia Imperatoria cauſa non cognita, vt viſus eſt velle Bal. in
d.l.ne cauſas, dicens, ꝙ ſententia principis lata ſine cauſæ
cognitione ita valet ſicut priuilegium, allegat l. is qui. ff.
ex quibus cau.maio.vbi gloſſ.dicit, ꝙ ſi iuſta eſt cauſa, va-
let factum principis ſine citatione. ¶ Confirmatur hęc opi 5
nio, ſcilicet ꝙ principes hoc poſſit non ſolum de abſoluta,
ſed etiam de ordinaria poteſtate & ſine clauſula non obſtā-
te, quia princeps de tali poteſtate ordinaria & abſque dicta
clauſula poteſt facere & abſque cauſæ cognitione, quæ po-
teſt facere inferior cauſa cognita, l.legatum.ff. de adminiſt.
rerum ad ciui.pertinen.& pulchre not. Bald.in l. ſi teſtamen
tum.C.de teſta.& ideo licet omiſſio cognitionis vitiet in cę
teris inferioribus,l.prolatam.C.de ſenten.l.1.& 2.C.de ſen.
ex pericu.reci.no.Specu.de ſenten.prola.§. quoniam. verſi.
item opponitur quod iudex.do. Anto. & Ioan. de Imol. in
cap.2.de re iudica.tamen non debet vitiari ſententia Impe-
ratoris ſic lata de ordinaria poteſtate,& multominus de ab-
ſoluta: quia tunc omnis ſolemnitas intelligitur circunſcri-
pta principi,ſecundum Archi. in c.cenomanenſem.56. diſt.
nam de poteſtate abſoluta aufert ab vno & dat alteri, c.cum
inter R.& cap.illa.de elec.not.in cap.quæ in eccleſiarum.de
conſtitu.eſſet enim ſuperfluum adhibere cauſæ cognitionē,
ex quo conſtat ita velle,argumen.l.dominus teſtamento.de
condi.& inde.& conſtare dicitur, quando hoc exprimit vel
ex clauſula certę ſcientię ſecundum Bald.in l.eos. in princi.
C.de appel. ¶ Adde glo. & ibi no.in cap. ad hæc de reſcrip.

¶ Confirmatur prædicta ſententia, nam ſi verum eſt, ꝙ
princeps poſſet auferre vni & dare alij rem,in qua alius cui
dat nullum prætendit ius,l.bene a Zenone. C. de quadrien.
pręſcrip.fortius hoc poterit de re in iudicium deducta,cum
dubitetur de iure poſſidentis, l.fin.C. qui.proclama. non li-
cet. & argu. eius quod dicitur de tranſactio. quæ fit de re
dubia & lite incerta, l.1. cum ſimilibus.ff. de tranſac. Ipſe
103 enim princeps ligatur legibus ſi vult, l. humanum. & l. di-
gna vox.C.de legi.aliàs non:nec eo caſu alicui formę aſtrin
gitur,ſecundum Bald.in l. fin. C. ſen. reſcin.non poſſ.& per
conſequens ad cauſæ cognitionem non aſtringitur, & mi-
nus ad formam citandi ad audiendam ſentētiam facit, quia
videmus principem cōcedere priuilegium præiudicans ter-
tio,ſine illius citatione: quia iſtud eſt donum ipſius ſuperio
ris,l.libertus.ff.de in ius vocan.Ita Bar.in l.nam ita diuus.ff.
de adop. ¶ Item diſpenſat ſine citatione illius,de cuius prę-
iudicio tractatur, not. Innocen. in cap. niſi. §. perſonæ. de
elec. & Ioan.de Imol.in cap.fina.in fi.de offi.delega. In lege
condenda non requiritur citatio,licet de præiudicio multo-
rum tractetur, vt per Bald.in l.3.in l.humanum.C. de leg.ꝑ
Bart.in l.omnes populi. in 2.q.principali.ff.de iuſti. & iure.

¶ Ad iura ſupra allegata in oppoſitum reſpondeo:Primo
ad text.in cap.1.de cauſa poſſ. ꝙ loquitur de citatione, quæ
fit in diſcuſſione negocij, non de illa quæ fit ad audiendum
ſententiam,& hoc ſonat ibi verbum, inauditam partem. nā
citatus ad ſententiam non auditur, cum ſit concluſum in
cauſa,per no.in cap.paſtoralis. eodem modo reſpondeo ad
text.in cap.nos in quemquam. immo ille text.facit pro hac
ſententia,dum dicit, nos in quemquam niſi conuictum aut
ſponte confeſſum. & ſic ſufficit ꝙ ſit conuictus vel confeſ-
ſus, nec dicit ꝙ requiratur citatio in prolatione ſententiæ.

¶ Et ſi dicatur, ſaltem prędicta iura probant requiri cau-
ſæ cognitio. reſpondeo,quòd hoc eſt verum reſpectu pote-
ſtatis ordinariæ: ſecus attenta poteſtate abſoluta Papæ vel

Imperatoris. Et ſic illud verbum, poſſumus, poſitum in di-
cto cap.j.de cauſa poſſeſſio.poſt negatiuam non, reſiſtit po-
tẽtiæ ordinariæ, non autem abſolutæ. bene verum eſt, quod
ille text.ob.opin. de qua ſupra, ſcilicet quod valeat ſenten-
tia Imperatoris ſine cauſæ cognitione. ¶ Ad clement.paſto
ralis.de re iudic.reſpõdeo, ꝙ vel loquitur in cauſa criminis,
& ita illam intelligit Bald.in l.3. §. is a quo.ff. quod quiſque
iur. vel loquitur quando princeps iudicat contra non ſubdi
tum: rex enim Robertus, de quo ibi, non erat ſubditus Impe
ratori ſed Papæ: ita Bald. in d.l.nec cauſas.dom.Anto.& Io-
ann.de Imo.in dicta clement.paſtoralis, ſecus eſt ergo, quan
do princeps iudicat contra ſubditum: & hoc probat dicta
clement.paſtoralis. vbi ſententia Papæ annullans ſententiã
Imperatoris tenuit, licet non appareat Imperatorem fuiſſe
citatum. Et ſi dicas, ꝙ ſaltem ibi Imperator prætendebat re-
gem Robertum ſibi ſubiectum ratione commiſſi criminis in
terris Imperatoris, per cap.fin. de foro compet. reſpondeo,
quòd iſta ſubiectio accidentalis & a caſu, maximè cum de il
la prius plene non conſtet, non eſt curanda, ſecũdum Abb.
quem vide in d.cap.j.de cauſa poſſeſſio. colum. ſecunda.
¶ Ad l.fin. C.de legibus. ꝙ vel loquitur quando Imperator
vult vti iure communi, quo caſu ſubijcitur legi, d.l. digna
104 vox. ¶ † Vel & ſubtilius dicas, ꝙ quo ad hoc vt ſententia Im
peratoris faciat ius quo ad omnes, & ſic habeat vim legis &
pro lege habeatur, oportet quod ſit lata præcedente cogni-
tione, & conſequenter citatione, l.fina. C.ſi per vim vel alio
modo. Alias vero ſententia alijs non præiudicat, cum potius
præſumatur lata ob ius non defenſum vel non probatum, l.
ſi ideo.ff.de euictio.l.qui repudiantis.§.fin. ff.de inoffic. te-
ſtam.ita loquitur d.l.fin.& ſic eam intelligit glo.ibi, quod de
monſtratur ex eo quod allegat dictas leges: & ſic etiam eam
intellexere Doct.maxime Ioann.de Imo.in cap.in cauſis. de
re iudic. ¶ Sed quo ad præiudicium eius, contra quem fer-
tur, non dicit illa lex ꝙ ſententia principis requirat citatio-
nem. ¶ Et ſupradictam diſtinctionem ad d.l. fin. innuit glo.
in verbo, ſancimus.in l.2. C.de legib. ¶ Et ſic ex prædictis vi
detur firmari concluſio, ꝙ ſententia Imperatoris vel Papæ
ſine citatione valet. ¶ Quod ſine aliquo dubio procedit,
quando talis ſententia Imperatoris lata eſſet de conſilio pro
cerum, quia tunc talis ſententia habet vim priuilegij incluſi
in corpore iuris, ſecundum glo. notandam, quam ibi com-
mendat Angel.in authent.qua in prouincia.C.vbi de crim.
agi oportet.facit quod not. Ang.in §.quod autem. in Auth.
vt iudi.ſine quoquo ſuffrag.ſed in editione priuilegij vel le
gis non requiritur citatio. Primum tenet Bald. in l.nam ita
diuus.ff.de adop.& ſupra dixi. Secundum probatur ex nota
tis in l.3.& in l.humanum.C.de legi. igitur &c. Licet tamen
in ſententia Papæ vel Imperatoris nõ requiratur citatio, per
ſupradicta, ipſa tamen cauſæ cognitio eſt neceſſaria per ſu-
pra allegata iura. ¶ Nec obſt.argum.ſupra allegata in oppo-
ſitum, quia ad illa poteſt colligi reſpõſio ex ſupra dictis, ma-
xime, quia vbi princeps concedit priuilegium, vel agit aufer
re rem vni & alij dare, agit actum factum facere, cuius pro-
pria natura hoc exigit, ſcilicet tertio afferre præiudiciũ: non
igitur mirum, ſi nec citatio, nec cauſæ cognitio tunc eſt ne-
ceſſaria. Secus vbi princeps profert ſententiam & iudicat,
nam cum tunc non intendat alicui præiudicare, ſed iuſtitiam
miniſtrare, idq; natura propria ſententiæ & iudicij expoſtu
let, ſequitur cognitionem fore neceſſariã, & per conſequens
citationem, quæ ad defenſionem tendit. ſed non illam, quæ
ſolum tendit ad audiendum ſententiam: vnde cum actus a-
105 gentium † non operentur vltra eorum intentionem, l. non
omnis.ff.ſi cert.pet. ſequitur aliud dicendum in conceſſione
priuilegij & oblatione rei alicuius, & aliud in ſententia, per
ſupra dicta. ¶ An autem conſenſu partium poſſet in ciuili-
bus & criminalibus tolli citatio, ſatis ex præmiſſis colligi po
teſt. ¶ Sed ſpecialius vide Bald.in l.vt perfectius.C.de anna.
excep.glo.& Bald.in l.3.§.ſi is a quo.ff. quod quiſque iuris.
Aret.in maleficijs, in verbo, qui iudex fecit ſibi dari. ¶ Quid
106 autem ſi † pars citetur peremptorie ad audiẽdum ſententiã,
& non compareat, nec iudex pronũciat die ſtatuta, ſed vult
pronũciare poſt diem, an teneatur denuo illum citare? Qui-
dam dicunt ꝙ ſic, per l.vlt.§.fin.ff. quod vi aut clam. vbi qui
denunciauit feciſſe nouum opus, ſi confeſtim facit, non dici
tur clam feciſſe, ſecus ſi poſtea. ¶ Alij dicunt contrarium,
quia ex quo ipſe in termino non comparuit, tanquam incon-
tumax vlterius non eſt citandus, ſi de cauſa liquet. l. prope-
randum.§.& ſiquidem.& §.ſin autem. C.de iudic. authẽ. qui
ſemel. C.quomodo & quando iudex.l.& poſt edictum.ff.de
iudic. præſumitur.n.adhuc in ea contumacia manere, l.cum
qui.ff.de adop.l.Lucius.§.fin.ff.de leg.2.c.maiores. de cenſi.
regula, ſemel malus. lib.6. Et hoc videtur expeditum per c.
conſuluit, de offic.deleg. ¶ Ad l.fin.§. fin. reſpondetur, ꝙ ibi
non conſtabat, ꝙ ille cui facienda erat nunciatio, vellet pro-
hibere opus fieri: in caſu autem noſtro conſtabat de contu-
macia & voluntate veniendi: facit quod not. in cap.eccleſia.
2. in j.gl.de elect. ¶ Et prædicta vera intellige, quando con-
tumacia eſſet manifeſta, ſecus ſi dubia, quia tunc iterato eſ-
ſet citandus, c.ex literis. de reſtit.in integ. c.cum Bertoldus.
de re iudic.c.venerabilibus.§.idem etiam. de ſent. excom.
lib.6.& ita tenet hic Stephan. & videtur tenere Ioã.de Imo.
in d.§.idem etiam. ¶ Item quod dictum eſt, ꝙ vbi contuma-
cia eſt manifeſta, nulla alia requiritur citatio, procedit ſecun
dum Cardin.hic colum.9.quando iudex in termino proro-
gauit prolationem ſententiæ in alterum diem: ſecus ſi nihil
dixiſſet, quo caſu terminus & citatio diceretur circũducta,
& ſic perinde eſſet ac ſi iudex non addixiſſet terminum, nec
citaſſet: facit quod not.in c.fin.de dolo & contum.& per do.
Anto.in cap.dilecti.eod.tit.ideo iterum erit citandus.
¶ Adde not.per Bart.in l.aut qui aliter. in princ. & in d.l.
fin.ff.quod vi aut clam. Bald.in l.2.C. quomodo & quando
iudex.dom. Anton.in dicto cap. cum dilecti.

107 Glo.in verbo, in ſcriptis. † Concludit, quicquid di-
xerit Aegidius, ꝙ in duobus cauſæ ſummariæ æquiparantur
plenarijs. Primo, ꝙ ab ipſo iudice, & non ab alio debet pro-
ferri, quod Bald.hic in apoſtillis dixit valde notandum. Se-
cundo, ꝙ in vtriſque ſententia debet in ſcriptis proferri, c.ſi.
de re iudic.lib.6.Ratio eſt, ne aliàs contingat occultari veri-
tatem prolatam in iudicio, & victorẽ fruſtra laboraſſe. Hanc
glo.ſequitur Domin. in d.c.ſi. quicquid dicat Archid.
¶ Primum dictum huius glo. fallit, quando ſententia fer-
tur ab vno ex pluribus iudicibus de mandato aliorum, cap.
cum ab vno.de re iudic.lib.6.Ita Io.Andr.& Domin.in d.c.
fin.colum.j.de hoc tamen paſſu, an ſententia poſſet per alium
proferri, vide Cyn.in l.1.& 2.C.de ſent.ex peric.reci.& do.
Alex.plene in rub.de officio eius, circa finem, vbi plures dat
remiſſiones: & vide aliquid ſuper glo.ſeq.in verbo, ſtans.
¶ Secundum dictum huius glo.ſequuntur hic Matth. & Ioã.
de Imo.dicentes Spec.tit.de ſenten.prolat.§.iuxta. & in tit.
de appell.§.2.conſuluiſſe iudices, ꝙ quando pronunciant di
cant, in his ſcriptis &c. ¶ Et ita obſeruat conſuetudo, licet
non ſit neceſſarium, vt not.in d.c.fin.& in d.l.2. & in l.ſcien
dum.ff.de verb. oblig. Hoc tamen ſecundum dictum glo.
fallit in aliquibus caſibus, in quibus ſententia non eſt neceſ-
ſario in ſcriptis proferenda, de quibus per Specul.vbi ſupra.
108 & per glo.in d.c.fin. † Et inter alios caſus habes notare, ꝙ
ſententia lata ſuper incidenti valet ſine ſcriptis, ſecundum
Bald.in l.2.C.de ſentent. ex peric.recit. per text. ſingul.in l.
defendentem.ff.de author.tut.& ita Roman.in rub.ff.de ar-
bit.colum.11.& in rub.ff.de re iudic.colum.5. & in ſing.pri-
mo ſub rubr.de iudic. Secundo idem dicas eſſe in condem
natoria expenſarum, vel lata ſuper aliquo alio acceſſorio ad
ipſam ſententiam, not.in l.patris & filij.ff.de vulga. & pup.
Tertio idem eſt, quando fertur ſuper notorio, glo.notan-
da, quam multi non habent, in Authent. vt iud.ſine quoquo
ſuffrag. §.neceſſitatem. idem tenet Bald. in l.presbyteri.C.
de epiſcop.& cleric.dom.Anton. in cap.ad noſtram, de in-
reiuran.Archidiacon.& Ioann. Andr.in cap.fin.in ſi.de pœ-
nis.libro ſexto.Ioann.Andr.in cap.veſtra.de cohabi. cleric.
Dominic.in cap.fin.de re iudica.libro ſexto. Ioann.de Imo.
in cap.euidentia.de accuſ.Roman.in l.ſi is cui bonis.ff.de ver-
bo.oblig. quod eſt notandum.
109 † An autem ſit neceſſe in ſententia exprimere cauſam mo
uentem iudicem. Matthes.hic dicit quod non, per cap.ſicut.
de re iudica.de quo per glo. in l.properandum.§.illo. C.de
iudic. in l. ſecunda.§. ignominiæ. ff.de his qui notan.infam.
per Ioannem de Imola in l.ſi is ad quem. ff. de acquiren.
hæredita.dicentem fatuum eſſe iudicem exprimentem cau-
ſam, quia ſi illa cauſa reperietur falſa, ſentententia erit nul-
la tanquam continens expreſſum errorem, de quo ibi.
¶ Fallit hæc concluſio. primo, quando propter ineptam
petitionem iudex abſoluet reum, & hoc ne pereat actori
ius de nouo agendi, l.filiusfamilias.§. diui. de legatis primo.
cap.examinata.de iudic.vbi per Abbatem de materia.
¶ Fallit ſecundo, quando a iure communi receditur, pu-
ta ſi

ta ſi iudex condemnat victorem in expenſis, vel reum ab expenſis abſoluit contra regulam dictæ l. properandum. §. ſin autem alterutra. tunc requiritur expreſſio cauſæ, per nor. in §. oportet. in Authent. de iudicibus. in cap. calumniam. de pœnis. & ita tenet Specul. de prolat. ſententiæ. §. qualiter. Idem dicunt canon. poſt Ioann. And. in cap. finem litibus. de dolo & contum. Bald. in authent. generaliter. colum. quinta. C. de epiſcop. & cleric. in l. præſes. C. de ſentent. & interloc. Specul. titu. de expenſ. §. poſtremo. Ioann. Andr. in dicto capit. ſicut. bene facit dicta l. filiusfamilias. §. diui. ff. de leg. j.

¶ Fallit tertio, quãdo abſoluit ab actione reali reum, quia non poſſidet, & hoc ne poſtea agenti noua actione obſtet exceptio rei iudic. cap. penult. de excep.

¶ Fallit quartu, quando abſoluit ab inſtantia iudicij, & vult oſtendere inſtantiam non periſſe propter ſe, ſed propter calumniam aduncati: & ſic intelligitur dicta l. properandum. §. illo. ſecundum Specul. tit. de prolatio. ſentent. §. qualiter. vbi ponit multos caſus, in quibus requiritur expreſſio cauſæ. ¶ Fallit quinto in ſententia excommunicationis, cap. primo. de ſentent. excomm. lib. 6.

¶ Fallit ſexto in cauſa appellationis, ne imputetur primis iudicibus, qui bene proceſſerunt † ſecundum allegata & probata, cap. cum Ioannes heremita. de fide inſtrum. cap. Raynutius. de teſtam. bonus text. in cap. cum ad ſedem. de reſtitutio. ſpoliat. cap. vt debitus. de appellatio. l. omnem honorem. C. quando prouoc. Suprascriptas ſex limitatiōnes ponit Abbas in dicto cap. ſicut. Tu adde ſeptimam, ſcilicet vbi agitur de graui præiudicio, quia ſi requiritur in ſententia excommunicationis expreſſio cauſæ, vt ſupra dixi, eadem ratione idem dicendum, vbi agitur de graui præiudicio. Et ideo videtur, quòd in cauſa criminali ſit exprimenda cauſa: de quo late per Senenſem in cap. qualiter. 2. de accuſatio. in 11. q. principali, ver. trigeſimooctauo quæro.

¶ Octauo fallit, vbi iudex vellet augere vel minuere effectum ſententiæ, vel ſi ex eadem ſententia reſpectu diuerſorum poſſet oriri diuerſus effectus, vt eſt in ſententia remiſſi ab exercitu, d. l. ſecunda. §. ignominiæ. vel in ſententia reuocationis tutoris a tutela, quia ſi remouetur propter dolum, efficitur infamis, ſecus ſi propter negligentiam, l. tertia. & l. hoc enim. ff. de ſuſpect. tuto.

¶ Nono fallit, quando qualitercunque poſſet præiudicare partibus vltra iudicis ipſius intentionem, ſecundum Cyn. Butri. & Doct. in dicta l. properandum. §. illo. text. eſt quem Ibi not. domin. Anton. in cap. ad petitionem. de accuſat. vbi in vltimo not. idem tenet Senenſis.

¶ Decimo fallit in cauſa generali & illatiua, verbi gratia, viſis actis, viſis probati. ſecundum Guilelm. Guid. de Suz. & Butr. in dicto §. illo.

Vndecimo fallit generaliter in omnibus alijs caſibus, in quibus eſſet eadem quæſtio quæ in prædictis, l. illud. ff. ad legem Aquil. cap. cum dilecta. de confirmatio. vti. ſecundum Senenſem in dicto cap. ſicut. quæ omnia habes bene commendare memoriæ. Et aduerte, ne erres, quia Docto. hic videntur ſentire, quòd in prædictis caſibus ad validitatem ſententiæ requiratur expreſſio cauſę: quod non eſt verum, quia licet quo ad certos varios effectus, qui poſſunt oriri & ſortiri ex ſententia, cauſa ſit exprimenda, tamen quantum ad validitatem ſententiæ etiam in prædictis caſibus non requiritur expreſſio cauſæ. Ita declarat pulchre Abb. in dicto cap. ſicut. & in ſuo conſilio ſeptimo. Sequitur Modern. in dicto §. illo. de quo Aret. in cap. ſignificauerunt. in ſexta colum. & ſequen. de teſtib. quod eſt bene notandum. Super hac glo. & iuxta prædicta quæri poteſt, an expreſſio falſæ cauſæ vitiet ſententiam: & quid ſi duæ exprimantur, quarum altera eſt vera, altera falſa. Et quid ſi falſa tantum exprimatur cum verbo maxime, dixi hoc anno in cap. primo. de re iudic. vbi per Abb. habetur in cap. inter cætera. in cap. cum inter. eod. tit. & ad ibi not. me remitto, ne præſens repetitio nimis in longum trahatur præter propoſitum.

110 **Glo. in verbo, ſtans.** Concludit † ſpeciale eſſe in ſummarijs, quòd iudex ſtans proferr. Paul. hic refert Petr. & Cyn. in l. iudices. C. de iudic. tenere, quòd ſi iudex bene deliberaret, poſſit etiam in plenarijs ſtans ſententiare, quia multa fieri prohibētur &c. 2. quæſtio. 6. biduum. cap. ad Apoſtolicam. de regulatibus. l. patre furioſo. ff. de his qui ſunt ſui vel alien. iur. Idem dicit Petr. addens, quòd ſicut dominus poteſt ſtipulari per procuratorem, l. ſi procuratori. ff. de verbor. obligation. ita poſſet iudex per ſuum miniſtrum pronũciare, per d. l. quod vltimum. tenet Cyn. in l. ſecunda. C. de ſenten. ex pericu. recit. Sed hoc non placet Paul. quia iudex per ſeipſum debet proferre, cap. fin. de re iudica. libro ſexto. & hoc verius eſſe dicit hic Cardin. colum. quinta, per glo. hic, & in dicto cap. fin. & 2. quæſtio. 6. ſi quis in hoc. & l. ſtatutis. C. de ſenten. ex peric. recit. dixi aliquid ſupra in glo. præced. & vide domin. Alexand. in rub. ff. de offic. eius.

Gloſ. in verbo, concluſionem.

111 Arguit per hunc text. quòd in plenarijs † ſit neceſſaria concluſio in cauſa: poſtea dicit, quòd communiter in foro ſæculari non fit. In eccleſiaſtico bene fit per partes vel per iudicem inuitis partibus, quando ſufficientes dilationes ſunt datæ: & hanc gloſſ. ſequitur hic Bald. in apoſtillis. Ex qua colligit Ioann. de Imo. quòd in foro ciuili, ex quo in eo non fit concluſio in cauſa, inſtrumenta vſque ad ſententiam poſſunt produci: quod dicit notandum. Sed aduerte, quia Paulus hic, & Cardinal. in fi. tenent per hanc literam ibi, videbitur. quòd iudex inuitis partibus in ſummarijs poſſit concludere, ex quo colligit Cardina. differentiam inter ſummarias & plenarias, quia in primis eſt in optione iudicis, an concludat: in plenarijs ſecus, propter conſuetudinem, de qua hic in glo. Intelligit tamen concluſionem factam eo ipſo, quòd renunciatur omnibus probationibus iuris & facti, adeo quod neutra pars amplius auditur de facto vel de iure, vt plene not. per Innocent. & Doct. in cap. paſtoralis. de cauſa poſſeſſ. & propriet. per Specul. tit. de renunciat. & citatione, in princip. & alibi frequenter per Doctor.

¶ Summaria ad §. Quæ omnia. clem. ſæpè. de verbor. ſignificatio.

1 *Forma procedendi ſimpliciter, & ſine figura iudicij, quo caſu habeat locum.*
2 *Ordo iudiciarius in ſummarijs quam ſolemnitatem exigat.*
3 *Res de facili redit ad ſuam propriam naturam. intellige vt numero 15.*
4 *Ordo in ſummarijs an poſſit ſeruari partibus contradicentibus.*
5 *Extraordinarius quo caſu potius adeatur quàm ordinarius.*
6 *Conſenſus vbi requiritur, non contradicere tenet medium inter conſenſum & diſſenſum.*
7 *Glo. in l. proinde. la ſeconda. ff. ad leg. Aquil. declaratur.*
8 *Stipulationes ſunt inuenta ad id, quod noſtra intereſt.*
9 *Acta cum ſunt diuerſa, & diuerſos habent effectus, conſenſus in aliquibus non debet ad alios referri.*
10 *Compromiſſum ſi eſt factum in aliquos vt arbitros & arbitratores, ſi illi eligant viam arbitri, nunquid poſſint redire ad viam arbitratoris.*
Quid ſi in vna parte eſt factum vt in arbitrum, in alia autem vt in arbitratorem, an tunc poſſit peti reductio, tanquam arbitrium ſit latum ab arbitratore. num. 11.
12 *Procedendi vbi quis habet plures vias, nec apparet quam elegerit, in dubio præſumitur elegiſſe illam, qua actus melius valere poteſt.*
13 *Irritum quid ſit, & quid irritandum: & an vnum pro alio ponatur.*
14 *Iudex in cauſis plenarijs nunquid partibus conſentientibus, vel non contradicentibus poſſit ſummariè procedere.*
16 *Inquiſitio nunquid ceſſet, ſi compareat accuſator inchoato proceſſu inquiſitionali: & an ſit remedium ordinarium, an extraordinarium.*
17 *Inſtigator nunquid teneatur, ſi inquiſitus abſoluatur ab expenſis.*
18 *Inquiſitor, qui iniquè contra aliquem proceſſit, an teneatur ad expenſas.*
19 *Denunciator nunquid ſit condemnandus in expenſis, ſi inquiſitus abſoluitur.*
20 *Iudex, qui dolo, culpa, vel negligentia aliquem iniuſtè vexauit, an teneatur ad expenſas.*
Et quid in arbitro. num. 21.
22 *Arbitrator nunquid teneatur de dolo & lata culpa.*
Et dicitur quidam quaſi proxeneta.
23 *Artem aliquam exercentes tanquam periti & magiſtri an teneantur de dolo & lata culpa.*
24 *Notarius nunquid teneatur de dolo & lata culpa, & leui.*
25 *Teſtis an teneatur de dolo & lata culpa.*
26 *Conſultor dare reprobum conſilium per imperitiam ad quid teneatur parti læſæ.*
27 *Executor ſententiæ an teneatur de dolo.*
28 *Condemnatio in expenſis quando fieri debeat.*
29 *Victor in cauſa nunquid poſſit ex hoc ſolo appellare, quòd condemnatio expenſarum fuerit omiſſa.*

30 Acceſſorium ſequitur naturam ſui principalis.
31 Intellectus ad l.fin.C. quando prouocatio eſt neceſ.
32 Sententię tot cenſentur quot ſunt articuli.
33 Appellatio ſimplex a ſententia ſuſpendit totam ſententiam, licet contineat plures articulos: ſecus in eo, quòd reperitur lata in fauorem ipſius appellantis.
34 Expenſa ſi non fuot petita, & iudex omiſerit condemnare, an a tali omiſſione poterit victor appellare.
35 Cauſa ſummaria quot modis dici poſſit. num.ſeq.
37 Cauſa cognitio pleniſſima quo caſu requiratur, & quando ſufficiat ſemiplena.
38 Princeps vbi ſcribit de æquitate, videtur remiſſus ordo iudiciarius.
39 In cauſis ſummarijs quomodo ſit procedendum.
40 Doctorum dicta intelliguntur ſecundum ius quod allegant.
41 Exceptiones quænam ſint admittendæ in iudicio ſummario.
42 Exceptio requirens altiorem indaginem quomodo cognoſcatur, et quæ ſit, quæ non requirit altiorem indaginem.
43 Tempus modicum quod dicatur.
44 Incontinenti probare ſuum intereſſe quando quis dicatur.
45 Exceptio, quòd fiat compenſatio debiti naturaliter tantum, impedit executionem ſententiæ, quia tale debitum non poteſt deduci in iudicium.
46 Exceptio nullitatis quo caſu impediat executionem ſententiæ.
47 Exceptio ſi reſeruetur in alio iudicio, quid operetur talis reſeruatio.
48 Peremptorij ſolennitas nunquid requiratur in iudicio ſummario.
49 In iudicio ſummario nunquid poſſit procedi die feriata, & quæ probatio in ea requiratur. nume.50.
51 Probatio ſeu fides habet ſex gradus, per quos ad fidem ſeu probationem peruenitur per iudices, & qui ſint.
52 Cauſæ ſummariæ quæ ſint.
53 Cauſarum merita partium aſſertione panduntur.
54 Geſta contra abſentes non porrigunt effectus ſuos ad extraneos ſicut geſta parte præſente.
55 Probatio per vnum teſtem vel famam in leuioribus nunquid ſufficiat.
56 In poſſeſſorio, licet ſit cauſa ſummaria, an requiratur libellus, litis conteſtatio. & ſimilia.
57 Probationes factæ in iudicio ſummario, nunquid probent in plenario.
58 Confeſſio procuratoris in vno iudicio non nocet domino in alio iudicio.
59 Teſtis depoſitio in ſummario nunquid faciat fidem in plenario quantum ad hoc, vt probetur falſitas, & teſtis repellatur.
60 Exceptionum tres ſunt ſpecies, ſeu articulorum.
61 Examinatio ſummaria primo facta non impedit ſecundam plenariam.
62 Inſtantia incipit a litis conteſtatione.
63 Probatum ante litem conteſtatam nunquid dicatur probatum in eadem inſtantia.
64 Exceptiones peremptoriæ quæ ſint.
65 Exceptiones peremptoriæ incidentes quæ ſint.
66 In iudicio ſummario ſi iudex in ſententia dixerit ſe adhibuiſſe plenam cauſæ cognitionem, an talis ſententia faciat præiudicium in alia cauſa.
67 Planum & altum quid dicatur.
68 Cauſa tractanda de plano quæ ſint.
69 Cauſa vbi eſt grauis ponderis eſt cauſa plene cognita, & ſolenniter agitanda.
70 Relationes nunciorum, quæ fiunt a iudice, an poſſint fieri de plano. numero 72.
71 Leges, quæ dicunt, cauſam debere de plano agitari, longe differunt ab ijs, quę dicunt, cauſam debere ſummarie agitari.
73 Relatio nuncij poteſt fieri notario iudicis in abſentia iud.
74 Relatio nuncij nunquid poſſit fieri in abſentia partium.
75 Commiſſio de citando nunquid poſſit fieri die feriato ob neceſſitatem hominum. Et nunquid parte abſente. num.76.
77 Inſtrumentorum productio an valeat facta parte abſente.
78 Partem fuiſſe ab initio tempore productionis, vel præſentem & ei denegari copiam & terminum ad contradicendum, paria ſunt.
79 Fieri ab initio quid facilius impeditur, quàm factum tollatur.
80 Cauſę quę aguntur ſuper actu emergenti, & celebrato poſt litem conteſtatam apud acta debent ſimpliciter, & de plano tractari: & quare.
In illis autem quæ ſunt tractandę de plano per filiumfamilias requiritur conſenſus patris.
81 Iudicium incipit a citatione.
Cauſa vbi tractatur ſine figura iudicij nunquid requiratur partis citatio. ibidem.
82 Perſona nunquid ſit legitimanda, vbi proceditur ſine figura iudicij.
83 Conſtitutio principis non poteſt diſponere contra ius naturale.
84 Perſonæ legitimatio in iudicio quotuplex.
85 Libellus ſiue petitio nunquid requiratur vbi proceditur ſine figura iudicij.
86 Iudicium ſolenniter inchoatum debet per ſententiam finiri.
87 Exceptio rei iudicatę vel litis finitę nunquid poſſit opponi in iudicio ſine figura, ad impediendum proceſſum.
Et nunquid poſſit procedi die feriato. nu.88.
89 In iudicio ſine figura nunquid iuretur de calumnia.
Et nunquid litis conteſtatio. num.90.
Et an ſint neceſſarię dilationes. num. 91.
92 Probationes quomodo & quando fiant.
93 Teſtes nunquid debeant iurare in iudicio ſine figura.
94 Teſtes nunquid debeant citari in cauſa ſummaria.
Et qualia debeant eſſe eorum dicta. nume. 95. & an ſint ſecrete examinandi.
Et an ſit fienda teſtium publicatio. 96.
97 Teſtes nunquid poterunt produci in iudicio ſine figura poſt dicta teſtificata.
98 Reus in iudicio ſine figura nunquid teneatur edere inſtrumenta actori agenti & petenti.
Et an requiratur concluſio in cauſa. 99.
100 Citatio ad ſententiam nunquid ſit neceſſaria in iudicio ſine figura.
Et ſententia an ſit proferenda a iudice ſedente pro tribunali. 101.
Et an in ſcriptis ſit ferenda. 102.
103 Sententia in iudicio ſine figura an ſit ferenda in perſonam procuratoris qui litem eſt conteſtatus, an in perſonam domini.
104 Sententia lata pro abſente non citato nunquid valeat in iudicio ſine figura.
105 In iudicio ſine figura nunquid ſit incipiendum ab executione.
106 Cauſa, quæ agitatur ſine figura iudicij, nunquid habeat inſtantiam.
107 Præſidium eſt iniquum, quod capitur curſu temporis.
108 Lex generaliter loquens generaliter eſt intelligenda.
109 Ratio ad vnum effectum inducta non debet contrarium operari.
110 Sententia diffinitiua non poteſt ferri ſine præexiſtente inſtantia.
111 Inſtantia triennij fauore publico introducta.
112 Statuta fauore publicæ vtilitatis debent lata interpretatione iuuari.
113 Inſtantiam abbreuiare eſt fauorabile, prorogare autem odioſum.
114 Inſtantia in cauſis, in quibus lis non conteſtatur, incipit ab eo die, quo merita cauſarum incipiunt tractari.
115 Cauſa depoſiti nunquid habeat executionem paratam.
116 Litis conteſtatio ficta nunquid ſufficiat ad interrumpendam præſcriptionem ſicut vera.

1 **§.Quę omnia.** † No. primo, quòd forma procedendi ſimpliciter & ſine figura iudicij, de qua hic, non ſolum habet locum quando a principe ſic committitur, ſed etiam quando canon ita diſpo
2 nit procedendo, vel lex. Secundo no. quòd † ordo iudiciarius in cauſis ſummarijs &c. exigit ſolennitatem, quæ qualis ſit, dicam infra in glo. Tertio no. quòd partibus non contradicentibus etiam in ſummarijs poteſt ordo ſeruari, de quo in glo. Quarto not. caſum, in quo ſufficit tacitus conſenſus, & ſic non reclamatio, de quo in glo. Et ratio prædictorum ſecundum Guilelm. de monte Lau. eſt, quia talis forma eſt inducta in fauorem partis, ergo potuit illi renunciari, cap. ad
3 apoſtolicam. de regul. Præterea † res de facili redit ad propriam naturam ſuam, cap. ab exordio. 35. diſt. l. ſi vnus. §. pactus. verſi. q in ſpecie. ff. de pact. Quinto not. differentiam eſſe an proceſſus ſit irritus an irritandus.

Glo. in verbo, alias. Exponit text. Sed Guilelm. de monte Laudu. aliter exponit illud alias, ſcilicet reſcripta ſedis Apoſtolicæ: quia alius inferior non poteſt contra ius cauſam committere ſine figura iudicij, de quo dixi ſupra late in glo. in verbo, mandamus. vide ibi.

Gloſ. in ver. contradicentibus.

4 Quærit, an contradicentibus † partibus poſſit ſeruari ordo in ſummarijs? Reſpondet quòd non. Quod tamen intelligit verum, quando ſic mandatur procedi ſummarie ab homine, vt hic. Secus ſi non mandatur, ſed ponitur in iudicis poteſtate: puta ſi dicatur, quòd iudex poſſit procedere, per no. in clement. diſpendioſam. de iudic. & in hoc hanc glo. com-
5 mendat Bald. hic in apoſtillis. Ex † qua glo. & his quæ in ea dicuntur infert Guilelm. de monte Lau. hic eſſe caſum, in quo potius recurritur ad extraordinarium quàm ordinarium, contra l. in cauſæ. ff. de minor. cap. conſtitutus. de in integ. reſtitutio. quod ideo eſt, quia extraordinarium non eſt contra ius commune, ſed ſecundum ipſum ius, vt hic, ff. de publica. l. prima. §. inde quæritur. ibi no. per glo. & Dyn. not. etiam in cap. ex parte. 2. de reſcript. per glo. & Angel. in l. prima. §. per hanc. ff. de rei vendicatio. in l. fin. C. ſi aduerſ. rem iudic. in l. fin. ff. ſi mi. ſe ma. dixer. per Bartol. in l. in prouinciali, de oper. no. nunciatio. per Cyn. in l. ea quidem. C. de accuſ. in vlt. q.
Secundo dicit, & no. iſta glo. hic eſſe vnum caſum, in quo
6 ſufficit tacitus conſenſus & taciturnitas. ¶ † Regulariter tñ
vbi

vbi requiritur conſenſus, non contradicere tenet medium inter conſenſum & diſſenſum, quod intelligit Cardin.procedere præter quam in fauorabilibus, in quibus tacens habetur pro cōſentiēte, l.ſi remunerandi.§.quod ſi paſſus.& l.qui patitur.ff.mandati.no.Innocent.in cap.in geneſi. de electio. & late per Bartol.in l.in iuitus.C.de procurat. per glo. in l.filiusfamilias.§.inuiti.ff.de procurator.per Barto.in l.quę dotis.ff.ſoluto matrimo. in l. Caius. ff.de pigno. actio. aliquid per glo.& Doct.in l.ſecunda.§.voluntatem. ff.ſolu. matrim. in cap.1.& 2.de accuſa.lib.6.per glo.& Ioann.And.in regula,qui tacet, libro ſexto.

Gloſſa in verbo,partibus.

Quærit primo, an altera parte tantum inuita poſſet ſeruare ordinem iudiciariū in ſummarijs:& tenet quòd ſic,primo per hunc text.ibi,partibus. qui loquitur in plurali. ¶ Secundo, quia res de facili redit ad ſuam naturam. ¶ Tertio,quia ſi tex.voluiſſet,quod alterius partis ſufficeret cōtradictio,poſtea quam poſuit verbum partibus,addidiſſet,vel earum altera.Sub dubio tamen forte ſubdit glo.quod ex mente huius text.ſubaudiēda ſunt illa verba, vel eorum altera : quod ſic demonſtrat reſoluendo verba text. ibi, contradicentibus partibus. in affirmatiuam, ideſt partibus non conſentientibus : quo caſu ſufficeret alteram partem contradicere,quoniam vna contradicente nō eſt verum dicere,quòd partes conſentiant:alleg.no.in ſimili in clement. in pleriſque. de electio. ¶ Et hunc ſecundum intellectum tenet hic Guilelm.& dom. Florent. Card. colum.ſecunda,reſpondens ad tex.ibi,contradicentibus partibus. quod ideo loquitur in plurali, quia reſpicit pluralitatem perſonarum, argumen. capit.j.vt priuilegia. de priuileg. Secundo adducit,quia ſequeretur alias, quod in iſtis ſummarijs eſſet in poteſtate iudicis & rei priuare actorem commodo huius clementinæ ſimpliciter &c. & ſine figura iudicij : quod eſſet inconueniens, cum deceat priuilegium ſic intelligi,vt facile non tollatur, regula, indultum,lib.6.

¶ Et ſecundum hunc intellectum ſenſus eſt, quòd proceſſus non eſt irritus, ſi partibus non contradicentibus, ideſt nulla partium contradicente, referendo illud plurale partibus,ad pluralitatem cauſarum. Paul.tamen hic tenet primū intellectum glo.quia negari non poteſt partes non contradicere altera tantum contradicente. ¶ Idem tenet hic Stepha. & Ioann.de Imo.Ratio tamen Cardin.Florent. ſtringit multum in oppoſitum. ¶ Secundo quærit glo. quibus partibus cōſentientibus iudex in ſummarijs ſeruauerit ordinem proceſſus in aliquibus, an inuitis partibus poſſit in reliquis partibus proceſſus eundem ordinem obſeruare? Poſt multa argumenta diſtinguit glo. quod aut partes expreſſe conſenſerunt,vt ſeruetur ordo in tota lite,vel ſimpliciter.Aut expreſſe non conſenſerunt, ſed tacite, quia non contradixerunt. Primo caſu partes non poſſunt pœnitere. Secundo vero caſu quo ad reliquas partes poſſunt pœnitere, per hunc text. ibi,in toto vel in parte. ¶ Item quia actus iudiciorum ſingulares ſunt de ſe perfecti. Et hanc glo.ſequuntur Guilel. Pau. Stephan.& Bald.hic in apoſtil. commendans plurimum hāc glo. quam etiam ſequitur Roman. in conſilio 133. incipien. In propoſito caſu. vbi per hanc glo. ſingulariter limitat authent.qui ſemel. C. quomodo & quando iudex. quòd licet in lite iam inchoata quis cogatur perſiſtere, nec poſſet inuita parte renunciare,vt ibi: tamen in modo litis inchoatæ ſecus eſt,in quo quantum ad reliquos actus locus eſt pœnitentiæ : quod eſt bene notandum per hanc glo. quam etiam ſequitur Paul. Caſt. in conſil. 25. quod incipit, Super primo dubio.& Ioann.de Imo.in cap.fin.de præſumpti. colum.22. bene facit quod not.Bald.in l.neque natales. C. de probat. in fi.colum.dum loquitur de executore,dicens quòd ſi executor in citando aſſumpſerit partes iudicis, quod poteſt, vt not.in cap.fin.de præſumptio.& in clement.j. de officio delega. poteſt ab hac via recedere & reaſſumere partes executorias. ¶ Accedit etiam quod per hanc gloſ. ſcribit Bald.in l. fin.§.neceſſitatem.in quarta colum. verſi.alij dicunt.vbi inquit, quòd geſta per filium in iudicio patre abſente valent, nec indigent eius conſenſu: ſed bene in agendis patris requiritur conſenſus:bene etiam facit quod voluit Roma.in conſilio ducenteſimo quadrageſimooctauo, incipien. Hæc ſententia duplici reſpectu.dicens ſtatutum tollens ſolemnitatem in procedendo non auferre ſolemnitatem requiſitam in pronunciando:& ita dicit tenere Bar.in quodam ſuo conſilio,vt ibi per eum. ¶ Facit etiam quod not. Hoſtienſ.in cap.
Quintauallis. de iureiuran. quod habens vtranque poteſtatem arbitri & arbitratoris,poteſt aliquos actus facere vt arbiter, & aliquos vt arbitrator, de qua quæſtione ibi dicant
7 talem remiſſiue. † Et ex præmiſſis habes colligere, quomo-
do ſit intelligenda glo.in l.proinde.la ſecunda. ff.ad leg. A-
quil.dicens,quod iudicium ſolemniter inchoatum, debet ſo
lemniter per ſententiam finiri:quam ſequitur Bald.in l.diffa
mari.colum.ſecunda.C.de inge.manu.Patet etiam quomo-
do intelligi debeant tradita per Bal. in l. qui procuratorem.
ff.de procurat.dicentem per illum text.quod qui habet man
datum ad principiandum litem per litis conteſtationem vi-
detur habere mandatum ad illam mediandam & perficien-
dam : quia principium trahit ad ſe medium & finem, & in-
ſtantia cēſetur quodammodo vniformis & indiuidua : nam
certe prędicta non procedunt quantum ad modum litis,per
dicta ſ. quæ habes perpetuo notare. ¶ Aduerte tamen, quia
primum membrum diſtinctionis,quam hic facit glo. ſcilicet
quod vbi partes in toto conſenſerunt, non poſſunt pœnite-
re inuito iudice,non placet hic dom.Cardin.quia per talem
conſenſum nihil quęritur iudici,cuius non intereſt,an ſerue
8 tur ordo vel non, & † ſtipulationes ſunt inuentæ ad id quod
noſtra intereſt,l.ſtipulatio iſta.§.alteri.ff. de verbo. obligati.
§.alteri.Inſtitu.de verbo. obligatio. Sed ſolum per dictum
conſenſum quæritur partibus:ergo poſſunt pœnitere & re-
mittere,argumen.cap.præterea.j.de ſponſ.
9 ¶ † Præterea nec id, quod dixit gloſ. quando ſimpliciter
conſenſerunt &c.placet Gemin. quia cum acta ſint diuerſa,
& habeant diuerſos effectus, conſenſus in aliquibus non de
bet ad alios referri,argumen.cap.quia cognouimus. 18.quę
ſtio.ſecunda.l.operis.ff.de oper.liber.authent.presbyteri.C.
de epiſcop.& cleric. & hæc opinio placet Cardin. hic Ioan.
de Ligna. concordat opin. ſcilicet quod ſi partes conſenſe-
runt ſimpliciter, hoc caſu non poſſunt pœnitere : & ſic pro-
cedat glo. Aut quo ad certos actus, & tunc loquatur opinio
Gemin. Sed certe hanc concordiam voluit gl.hic, cui for
titer obſtat ſubtilis ratio dom. Cardin. quam ſupra retuli.
Verum quia glo.iſta ad hanc ſuam diſtinctionem alleg. cap.
dilectus.de reſcript. vt ſcias illum tex. inducere ad hoc pro-
poſitum,dicas,quod ſicut ibi exceptio de duabus diebus nō
oppoſita in parte proceſſus poteſt in alia parte proponi, ita
iudex in certa parte poteſt ſeruare ordinem,in alia procede
re ſimpliciter. Dicit tamen hic Cardi.quod ſecundum com-
pilationem Gregorij,exceptio illa eſt dilatoria:& ideo omiſ
ſa in princip.non poteſt amplius opponi, cap. paſtoralis.de
10 except. † Conferunt prædicta ad quęſtionem quotidianam,
an ij, in quos compromittitur vt arbitros & arbitratores, ſi
eligant viam arbitri,poſſint redire ad viam arbitratoris? Pe-
tr.de Ancher.hic dicit, quod ex quo acceptauit compromiſ
ſum vtroque modo factum,non eſt in poteſtate ſua eligen-
do vnum renunciare alij inuitis partibus, l. tertia. §. fin. ff.
de arbit.de qua quæſtione vide Hoſtienſ.dom.Anton.& Io
ann.de Imo.in colum.ſeptima, & ſequentibus in cap.Quin-
tauallis.de iureiuran.not.in cap.cum ex officij.de præſcript.
per Bartol.in l.multum.de conditio. & demonſtratio. Bald.
in l.non codicillum.C.de teſtament.Alberic.in l.ſi de meis.
§.recepiſſe.ff.de arbitr. Ioann. de Imo. in l. nemo poteſt.de
legat.j. Roman.in rubrica, ff.de arbitr. colum. vigeſimapri-
ma.faciunt quæ not.in l.ſi ſeruus.§.fin.ff.de lega.primo. per
Dyn.& Bartol.in l.ſi dominium.ff.de furtis. & quæ not.in l.
11 tertia.ff.de teſtamen.mili. † Sed tunc quæro, pone, per a-
liquem eſt proceſſum veluti arbitrum in parte, in alia parte
veluti arbitratorem, an tunc poſſit peti reductio, tanquam
arbitrium ſit latum ab arbitratore? Petr.de Ancher. hic te-
net, quòd poſſit peti reductio, vt in dubio ceſſet omnis ini-
quitas,l. quod ſi Epheſi. ff. de eo quod certo loco. & litigia
reſtringantur, cap. nonnulli. de reſcriptis. & res potius va-
leat quàm pereat, cap. abbate. de verbor. obligatio.l.quo-
tiens.ff.de regul.iur.

Præterea via arbitramenti aperit viam reductionis, quæ eſt magis æqua, ideo debet præualere : facit quod not.in l.ſi vir vxori.ff.de vſucapio.de hac tamen quæſtione me remitto ad not.plene per Ioann.de Imo. poſt alios in dicto capit. Quintauallis. colum.ſeptima, & ſequen.& per modes.in l.ſi cui.§.fin.ff.de legat.primo.per Hoſtienſ. & Doct. in cap.ſecundo. de arbitr. vbi ponitur,an de iure canonico ita poſſit peti reductio a ſententia arbitri, ſicut a ſententia arbitratoris.

12 † No.tamen ad prædicta.quod vbi quis habet plures vias

procedendi, & non apparet quam elegerit; iu dubio præſu-
mitur elegiſſe illam, qua actus melius valere poteſt, l. quo-
tiens.ff.de reb.dub.optime facit cap.niſi eſſent.de præbend.
vbi in dubio præſumitur elegiſſe viam, qua pronunciatum
melius validatur. Et idem tenet glo.in l.j.ff.de iudi. loquens
de habente poteſtatem iudicis & arbitri. Illa enim, quæ ſunt
dubia, ſemper benignius ſunt interpretanda, & vt minus o-
bligent quàm vt magis, cap.ex parte in Chriſto. de verb.ſi-
gnific.& ita hic reſidet Pet. de Anch.

13 **Glo.penultima & finalis** † quærunt, quid ſit irri-
tum, & quid irritandum. & reſpondent irritum dici de iure,
irritandum de facto.& alleg.concord. ad hoc. Quandoque
tamen improprie vnum ponitur pro alio, not. in cap. audi-
tis.de electio. Item quandoque quod eſt nullum irritatur,
quatenus de facto proceſſit, not. in l.prima.ff.de ferijs.clem.
paſtoralis.de re iudica.& eſt glo.in l.ſi dolo. C.de rei vendi-
cat.not.in cap.Odoardus.de ſolutio.in cap.ſecundo.de teſti.
cogen.quod no.quia prodeſt ad multa argumenta, quæ quo
14 tidie fiunt. ¶ † Item quærit glo. fin.an in cauſis plenarijs par-
tibus conſentientibus vel non contradicentibus iudex pro-
cedere poſſit ſummarie? Et tenet quod non, aſſignans ratio-
nem differentiæ: & alleg.not.in cap.de cauſis. de offic.dele-
ga.2.quæſtio.j.in primis.& in Specu. de prolat. ſententiæ.§.
iuxta.verſicu.quid ſi de partium.hoc tamen limitat gloſ.per
not.in cap.fin.de re iudica.in glo. quæ dicit notanter prædi-
cta procedere, vbi partes conſentirent vel permitterent, quod
iudex in plenarijs cognoſceret ſummarie tanquam iudex:
ſecus ſi procederet tanquam arbitrator, quo caſu poſſet non
ſeruare ſolemnitatem iuris. Et ita tenet hic Guilelm. & Io-
ann.de Imo.colum.fin.alleg.cap.literas.de præſumptio.cap.
cum tempore.de arbitr. in Authent. vt differ.iudic.§.ſi vero
contingeret. Adde quod idem tenet Cardin.in princip. hu-
ius clement.colum.ſeptima.qui vltra prædicta aſſignat ratio
nem, nam partes poſſunt ſi volunt cedere toti liti: ergo & fi-
guram tollere, dummodo extraordinarie iudex procedat, ſe
cunda quæſtio.ſexta.ſi quis libellos. nam etiam libellus po-
teſt omitti, ſecundum Specul.titu.de actio. & petitio. §.pri-
mo.de quo dixi in princip.huius clement. in gloſſ.in verbo,
neceſſario. Eandem ſententiam tenet Abb.in cap.primo.co
lum.fin.de libel.obla.& adde glo.& Doctor.in dicto cap.de
cauſis, per Bald.in authent.offeratur. C.de lit. conteſta.per
Rotam Romanam deciſ.88.incipien.Item in cauſis. Bartol.
in l.prolatam. C.de ſentent.& interloc.omn.iudic.Ioann.de
Imo.in dicto cap.Quintaualiis. colum. vndecima. Angel.in
l.quicquid aſtringendæ.ff.de verbo. oblig. ¶ Secundo limi-
ta prædictam concluſionem glo. procedere, quando partes
in omnibus actibus & toto proceſſu vellent renunciare: quo
caſu non poſſunt, ſed particularibus actis, puta productioni
inſtrumentorum, poſitionibus, & ſimilibus bene poſſunt re-
nunciare, ſecundum Guil. hic, quem ſequitur Ioan.de Imo.
colum.fin.& Cardi.in prælleg. colum.7. ſe remittens ad d.
c.de cauſis. Idem tenet Domin. in d.c.fi.

15 **Poſtremo** † glo. huic operi finem imponens, quia
ſupra dixerat, quòd res de facili redit
ad ſui naturam, dixit id intelligi de natura naturata: poſtea
inuocat naturam naturantem, id eſt Deum, cum ad illam re-
dibimus, per Virginis interceſſionem nos collocet cum ele-
ctis, amen. Verum quia ſupra in glo.in verbo, non contradi-
centibus. dictum eſt, quod extraordinarium remedium ceſ-
ſat, vbi eſt locus ordinario, iuxta illud quærit hic Guilem. li-
cet multum impertinenter de 11.quæſt. vt refert Cardin.co
lum.tertia. quas hic ſtatui & ego recenſere, vt nihil de his,
quæ ſuper hac clement. ſcripſere doct. omittam.

16 ¶ † Prima eſt, an inchoato proceſſu inquiſitionali, ſi com
pareat accuſator, ceſſet inquiſitio. Guil.tenet quod ſic, quia
inquiſitio eſt remedium extraordinarium: caueat tamẽ, qui
accuſat, a colluſione: aliàs punietur, 2.quæſt.3.§.notandum.
cap.j.de colluſio.detegen.dicit tamen Cardinal. quod quic-
quid diſponatur a iure ciuili, de iure canonico inquiſitio eſt
remedium ordinarium, cap.ſuper his.capit. qualiter.ſecun-
do.ver.ad corrigendos.de accuſatio. ita quod ab ipſo initio
iudex poteſt inquirere non expectato, an compareat accuſa
tor.de quo articulo, ſcilicet an inquiſitio ſit remedium ordi
narium, tradit Innocen.in cap.cum oportet. de accuſatio.in
cap.dilecto.de ſentent.excommun.libro 6. vbi per Domi.&
ego aliàs ibi dixi. Abb.in rubri. de iudic. Bald.in l.j. §.initio.
ff.de offic.præfec.vrb.in l.ea quidem, in 8.colum. C. qui ac-
cuſ.non poſſ. Abb. in d.c.qualiter. Dy.in regula, qui ad agen
dum.lib.6.Tancred. de Corneto in ſua compendioſa, in 5.ru
bri.q.3.vbi refert antiquos. Bartol.in l.ſi maritus.§.ſi extra-
neus.ff.de adulter. Archid.in cap. ſi quid.86.diſt.glo.in cap.
multi.2.q.j.& in cap.nullus.4.q6.4. & in cap.quoniam con-
tra.in ver.extraordinario.de probat. Petr.de Anch.in dicto
cap.dilecto.Ioann.And.in addit.Spec.tit.de inquiſit.§.nunc
tractemus.ver.porro.Ioann.de Anan.in dicto cap.qualiter.
ver.j.de accuſ.dixi ego aliàs late in rubr.de accuſ.libro 6.

17 ¶ † Secundo quærit, an inſtigatur inquiſitus, ſi proteſte-
tur ſe nolle facere partem, tamen poſtea informat iudicem
inquantum poteſt, ſubminiſtrando teſtes & ſimilia, teneatur
ſi inquiſitus abſoluatur, ad expenſas. Guilel.hic tenet quod
ſic, quia per actum contrarium renunciauit proteſtationi, c.
cum M.de conſtit.cap.cumana.de electio.& præſumitur ca-
lumnioſus, ex quo deficit in probat. cap.calumniam.de pœ
nis.cap.finem.de dolo & contum.facit l.j. §.incidit. ad Tur-
pill.& glo.in l.ob quæ verba.ff.de his qui not. infam.

¶ Hoc tamen intellige procedere in eo inſtigatore, qui
fuit particeps eorum quæ geſta ſunt in proceſſu: ſecus in in-
ſtigatore, qui ab initio ſolum inſtituit, vt committeretur in-
quiſitio, ſecundum Cardin. hic dicentem ſic debere intelli-
gi quod not. Innocent.in cap.cum oporteat, de accuſat. vbi
dicit, quod ſi nomen eius, qui inſtigauit, non exprimitur in
literis, non vitiatur commiſſio inquiſitionis: immo illo re-
moto alius vel iudex poteſt ſubintrare, & ex officio in in-
quiſitione procedere.& ſic innuit Innocent.perſonam inſti-
gatoris non eſſe in conſideratione. Sed eius dictum non pro
cedit in inſtigatore, qui fuit particeps in proceſſu, quia ſi nõ
probat & non deſiſtit, præſumitur calumnioſus, d.§.incidit.
& d.l.ob quæ verba. ¶ Præterea licet non conſideretur qua-
litas inſtigatoris, qui eo remoto procedatur in inquiſitione,
tamen ſi fuit calumnioſus, debet in expenſis condemnari, ac
ſi fuiſſet particeps proceſſus: facit ad hoc quod infra dicetur
18 de denominatore, quod no. ¶ † De inquiſitore autem, qui
inique contra aliquem proceſſit, an teneatur ad expenſas.
Doct. hic non tangunt, tu vide Cyn. & Bald.in l.ſeuerter.
C.de excuſ.tuto. Bald.in l.obſeruare. §.proficiſci. in 7.q6.ff.
de offic.proconſ. Ioann.de Anan.in cap.accedens. colum.fi.
de accuſ.omnino Barto.in l.in ſenatus.§.an ad eos.ff.ad Tur
pill.& vide in tractatu maleficiorum Aret.verſic.necnon ad
querelam.in princi. vbi etiam ponit de querelante inſtigan-
19 te & ſolicitante. ¶ † Tertio quærit Guilelm. quid de denun-
ciatore, an ſit condemnandus in expenſis, ſi inquiſitus abſol
uitur. Guilelm. tenet idem quod ſupra dixit de inſtigatore.
Idem Cardin. ſe remittens ad no.per glo.in cap.j.& 2. de ca
lumn. ¶ Idem dicit fore dicendum in denũciatore, per l.j.C.
de ſumptuum recuperatione.lib.10.l.ſeuerter. C.de excuſ.
tuto. ¶ Adde tu quod notanter inquit Abb.in conſil.79.vo
lens, quod licet vbi coniectura facit pro denunciante, denũ-
cians excuſetur a pœna calumniæ, non tamen excuſatur ab
20 expenſis, vt ibi per eum, quod not. ¶ † Quarto quærit de iu-
dice, qui dolo, culpa, vel negligentia aliquem iniuſte vexa-
uit. Guilelm.tenet quod tenetur ad ſumptus, argum.cap.do
minus.23.quæſt.2.& quæſt.5. cap. adminiſtratores. 3. quæ-
ſtio.7.qui ſint, in Authent. vt differ. iudic.§.primo. l.filiusfa-
milias.ff.de iudic. Inſtitu.de oblig.quę ex quaſi delic.in prin
cip.l. ſi appellationem. C. de appellatio. cap. cum æterni.de
re iudica.libro ſexto. de quo bonus text. in l. ſi quis in con-
ſcribendo.cum glo.C.de pact.& habetur per Bald.in l.man-
cipia.C.de ſeru.fugit. Bartol.in quæſtione diſputata, quæ in
cipit, Iudex qui per imperitiam. & in l. fin.ff.de var.& extra-
ord.cognit. vbi etiam de iudice delega. per Bartol.ibi, & per
glo.in dicta l.ſi quis in conſcribendo. Petr. de Ancher.in cap.
cum æterni.de re iudica.libro ſexto. qui ſequitur dicta Bar-
tol.in dicta l.fin. ¶ Et adde quæ not. Abb.in rubr.de appel-
latio. verſicu.ad ſeptimum. Bald.in l.ſi quando. in fi. C.de
teſtib. Angel.in dicta l.ſi mancipia.in lectu.Florentina. Bar-
tol.& Bald.in l.prima. C. quomodo & quando iudex. Bald.
in l.argentarijs.§.cum autem.ff. de edendo. & in dicta l.ob-
ſeruare.§. proficiſci. in decimaoctaua quæſtio. ff.de officio
proconſul. Bald.in capit.primo.§.iudices.in tertia colum.de
pa.iuram.firm. Angel.& Ioann.de Imo.poſt Bartol.in l.quar
ta.§.in eo.ff.de dam. infec. Angel. pulchre in Authen. ſeni-
cas non ſolum fideiuſſores.collatio.quinta. & in dicta l.ſi fi-
21 lius. Cœpola in cautela 279.& ſequenti. ¶ † Quinto quæ-
rit, quid de arbitro: Guilelm. hic, & Cardina. dicunt idem
22 quod in iudice.2.quæſtio.ſexta. hoc etiam. idem dicit Bart.

in d.l.fin.ff.de var. & extraord. cogni. Abb. in rubr. de appellat. verſi. ad ſeptimum. tex. eſt in dicta l.ſi quis in conſcribendo. ver. ſcitu is. Idem Petr. de Ancher. in cap. primo. de re iudica. libro ſexto. & Angel. in dicta l. filiusfamilias. ff. de iudic. ¶ Fallit in arbitro, qui iurauit bene iudicare, qui ſolum Deum habet victorem, text. ſingularis, & ibi Bal. in authen. decernimus. C. de arbitr. ſequitur Roman. in l. prima. ff. de arbit. colum. penult. & moder. in dicta l.ſi quis in conſcribendo. Et ratio aſſignari poteſt, quia partes volendo, quòd arbiter iuret, videntur eius conſcientiæ ſe ſubmiſiſſe: & ideo nó poſſunt referre quæſtionem de periurio: vnde ceſſante ratione prædicta, ſi partes iurent & non aliter, faceret arbiter litem ſuam. Idem ſi arbiter iuraret a ſeipſo ſine partium requiſitione, ſecundum Paul. de Caſt. & moder. in dicta authen. decernimus. aliàs facile eſſet arbitro euadere hoc periculum iurando, contra l. 3. §. primo. ff. de iureiuran. quod eſt nota.
22 dignum, & mihi multum placet. ¶ †In arbitratore vero concludit Bartol. in dicta l. fin. ff. de var. & extraor. cognit. quòd nó tenetur de dolo & lata culpa, quia ipſe eſt quidam quaſi proxeneta, qui non tenetur niſi de dolo & lata culpa, l. ſecúda. ff. de proxenetis. Adde quod idem tenet Bart. in l. prima. C. de diſcuſſoribus. libro decimo. Barto. in l. fin. ff. ſi menſor falſum modum dixer. Angel. in l. ſi filius. ff. de iudic. qui allegat glo. in l. fin. C. de contrahen. emptio. Ioann. de Imo. in l. diuus. ff. de re iudic. & Abb. in capit. quia iudicante. de præſcript. colum. fin. & in rub. de appellatio. colum. fin. vbi dicit ſe allegare ad hoc text. & Barto. in l. fin. ff. ſi menſor fal. mod. dixer. Et idem firmat eſſe in aſſumentibus ſimilia officia. Adde, quòd doctrinam Barto. ſequitur Petr. de Ancher. in cap. primo. de re iudic. libro ſexto. Et quòd arbitrator dicatur quidam quaſi proxeneta, tenet etiam Bal. in cap. primo. de inueſtit. in mari. fac. & Abb. in cap. ſuſpitionis. de officio deleg. ¶ Fallit tamen ſupraſcripta doctrina Barto. vbi læſio eſſet modica: quia illa videtur arbitratori permiſſa, l. de meis. §. recepiſſe. ff. de arbitr. l. ſi Nerua. ff. pro ſoc. & ita Bald. Salycet. & moder. in dicta l. ſi quis in conſcribendo. & vide ad prædicta glo. in ver. teneatur. in cap. quamquam. de vſur. libro ſexto. Bald. in l. executorem. de executio. rei iudic.

23 ¶ † Quid autem de his, qui exercent aliquam artem tanquam periti & magiſtri. Abb. in dicto cap. quia iudicante. in fi. dicit iſtos teneri etiam de leui & leuiſſima culpa, ſecúdum qualitatem culpæ & imperitię. Sunt enim in culpa immiſcendo ſe rei, quæ ad ſe non pertinet, vt dicimus in iudice, qui per imperitiam iudicat, Inſtit. de oblig. quæ ex quaſi delict. in princip. in glo. tertia. probatur in l. illicitas. §. ſicut. de offic. præſid. & in regula non eſt ſine culpa. libro ſexto. & l. imperitia. ff. de regul. iur. not. in cap. tua. de homicid. & in cap. ad aures. de ætate & quali. Ex quo infero, quod ſi in loco eſſet, qui exerceret artem agrimenſorum, & illi exercitio eſſet prępoſitus, quod iſte, qui profitetur ſe peritum in arte, teneatur etiam de leui culpa, ex quo enim permittit ſe præfigi & præponi illi arti, fatetur ſe peritum artis: & ſic puto poſſe limitari d.l. fin. ff. ſi menſ. ſal. mo. dixer. Cogita & tene menti perpetuo prædicta, quia quotidiana.

24 ¶ † Sed quid erit de notario? Bald. in l. fin. ff. ſi menſ. fal. mo. dixer. tenet quòd ſolum de dolo & lata tenetur. Idem Bald. tenet in cap. quia iudicante. de præſcript. Sed Angel. in dicta l. ſi filius. dicit idem in notario, quod in iudice: & hoc magis placet per text. in l. fin. C. de magi. conue. vbi text. loquens de notario vtitur verbo, negligentia: & ſic probat, quod etiam de leui tenetur. Comprobatur ratione, quia notarius exercendo artem fatetur ſe peritum artis: ergo de leui tenetur, per ſtatim ſupra dicta. Et aduerte, quia vbi probatur dolus notarij, de intereſſe ſtatur iuramento partis, ſecundum Bald. in l. qui accuſare. C. de eden. vbi vero probatur culpa, ipſum intereſſe debet plene probari, ſecundum Bald. in l. fi. colum. penult. C. de eden. quod eſt notandum in practica.

25 ¶ †Sexto quæro, quid de teſte. Guilelm. hic, & Cardin. dicunt idem dicendum quod de iudice: allegat nota. ſecunda quæſtio. tertia. in ſumma. ¶ Adde quæ habentur in l. qui nomine. ff. de fal. per quam l. dicit ibi Bartol. quod puniuntur nuncij facientes citationes & relationes: & adde nota. in l. presbyteri. C. de epiſcop. & cleric. & in cap. j. de crimi. fal.

26 ¶ † Septimo quæro, quid de conſultore dante reprobum conſilium per imperitiam? Bartol. mouet quæſtio. in l. fin. ff. de vari. & extraordin. cognit. & in l. ex maleficijs. in princip. ff. de actio. & obligatio. & non decidit, ſed ſe remittit ad not. per Specul. titu. de requiſ. conſilij. Idem facit Abb. in cap. paſtoralis. §. quia vero. de officio delegati.

¶ Sed Angel. in dicta l. ſi filius. in fi. ſentit, quod conſultor non teneatur, ſed iudex, qui pronunciat de conſilio, tenetur, ſi conſilium eſt iniquum, quoniam ſequi non tenebatur. ¶ Item & quia iudex aſſerit ſe peritum, l. ſecunda. in princip. & §. fin. ff. mandati. & ita dicit tenere Iacob. Butr. fortius dicens, quod conſultor etiam iudici non tenetur. & Ang. ſequi videtur ibi Pau. de Caſt. In contrarium, quod iudex propter conſilium excuſetur, facit l. cum bonorum. ff. de bono. poſſeſſ. Pro concordia dicit Bald. in rubrica C. de pœna iudicis qui male iudic. in ſimili, quòd ſi iudex ſibi eligit aſſeſſores, non excuſatur, ff. manda. l. ſi procurator. §. ſi tutores. Si vero reſpublica eos elegit vel deputauit, tunc excuſatur tanquam aſtrictus eiudam formæ, argumen. not. in l. Pola. C. de his quibus vt indign. Pro primo membro facit bona gloſ. & ibi hoc dicit Bald. in l. ſecunda. ff. quod quiſque iuris. nam dicit glo. quod tenetur & facit litem ſuam, quia vſus eſt opera imperiti. Accedit etiam quod voluit Angel. in §. omnem. in Authen. de litigio. dicens, quòd licet poteſtas ferat ſententiam, & dicat latam ſub examine iudicis maleficiorum, dicitur ab ipſo poteſtate prolata, & ipſe tenetur, vt ibi per Ang. & per Cœpolam in ſua cautela 258. Adde etiam quæ pulchre not. Bartol. in l. ſi conuenerit. ff. de re iudi. volens, quod aſſeſſor, qui tulit iniuſtam ſententiam de conſilio iuris periti, etiam ſi de voluntate partium fuerit electus, quia non debebat ſtare iniquo & iniuſto conſilio, l. quidam decedens. & l. Titium & Mæuium. in princip. ff. de adminiſtr. tut. bene facit l. nemo. C. de ſentent. & interloc. omnium iudic. niſi per partes actum foret, vel ſtatuto diſpoſitum, quòd ſtaretur dicto conſilio, quod conſuluit Barto. debere poni in commiſſione, ſcilicet quòd partes ex nunc conſentiunt, quòd ſecundum conſilium talis feratur ſententia. per d.l. ſi conuenerit. Sed Bald. in dicto §. proficiſci. quem ſequitur Ioan. de Imo. in dicta l. ſi conuenerit, tenent contra, ſcilicet quod immo iudex ſit excuſatus, & ſibi imputent partes eligentes, quaſi in dubio habuerit iuſtam cauſam ſequendi conſilium, ex quo partes approbauerunt conſultorem pro perito, argum. not. in dicta l. ſecunda. ff. quod quiſque iuris. & in l. qui ſolidum. §. etiam. ff. de legat. ſecundo. & quod dicit Bald. in l. mancipia. C. de ſeru. fugit. Et hoc procedit, niſi conſilium contineret euidentem iniquitatem, ſecundum Ioann. de Imo. in d.l. ſi conuenerit. nam tunc iudex faceret litem ſuam: ad quod bene facit quod voluit Paul. de Caſt. in ſuo conſi. 15. colum. ſecunda, & etiam in conſil. 85. Tu autem in hac difficultate vide quæ latius traduntur per Doct. Moder. in dicta l. ſi conuenerit. & in tractatu maleficio. Aret. in verbo, ſub examine de ſab. iudi. malefic. & in verſic. de conſenſu & deliberatione omnium iudicium, Doct. in l. ſecunda. ff. quod quiſq; iur. dom. Alexand. in conſi. 67. incip. Super contentis in ſuperiore themate. colum. 2. & per Doct. in cap. pro debilitate. de offic. deleg. Salycet. in l. fin. C. de pœn. iud. qui male iudi. nolo ſuper hoc articulo amplius laborare, quia ſatis eſt impertinens noſtræ clementi. nota tamen prædicta, quia bona
27 ſunt. ¶ † Octauo quæro, quid de executore ſententiæ. Ange. in dicta l. ſi filius. dicit, quod ſi dolo exequitur, facit litem ſuam, text. eſt in l. ſi pignora. ff. de pignor. & facit l. ſi quis. C. de reſcind. vend. & l. fin. C. ſi propter publicam penſi.

¶ Sed Bal. in cap. quod ad conſultanonem, de re iudic. colum. penult. verſic. quæro an exequutor, ſimpliciter dixit exequutorem teneri, & facere litem ſuam, quatenus intereſt aduerſarij, alleg. d. l. ſi pignora. & l. lectos. ff. de peric. & commod. rei vend. & l. niſi opinatores. C. de exacto. tri. lib. 10.

28 ¶ † Nono quæro, quando fieri debeat condemnatio in expenſis? Guilelm. hic dicit, quod ea die qua fertur ſententia ſuper principali: hoc verum quo ad expenſas, quæ debentur & peti poſſunt ex officio, l. Paulus. ff. de re iudic. Illæ vero, quæ debentur ex conſtitutione aliqua ſeu conſuetudine ſeu condictione ex conſtitutione quandocunque peti poſſunt, niſi obſit præſcriptio: exemplum habes in cap. j. & cap. cupientes. de electio. libro ſexto. Et ita Cardinal. hic ſe remittens ad notata per ſe in cap. ex parte. 2. de reſcriptis. & in cap. reprehenſibilis. de appellatio. Iſtæ tamen expenſæ, quæ debentur ex conſtitutione vel conſuetudine, nó tamen poſſunt peti lite finita, ſecundum Cardinal. hic, alleg. Innocen. in capitulo, finem litibus. de dolo & contumacia. & idem tenet Cardinal. in dicto cap. ex parte. quod eſt diligenter notandum ad nota. in dicta l. Paulus. & in l. terminato. C. de fruct. & litium expenſis. Plura poſſent hic addi, ſed quia

quæſtio viſa eſt mihi ſatis impertinens, me remitto ad nota-
29 ta in d.l. Paulus. & in d.l. terminato. ¶ † Decimo quærit Guilelm. an is, pro quo lata eſt ſententia, poſſit ex hoc ſolo appellare, quòd condemnatio expenſarum fuerit omiſſa. Et tenet quod non, per l. ſecundã. C. de fru. & lit. expen. licet tex. in argumen. in cap. ſignificauerunt. de except. faciat in oppoſitum. Idem tenet hic Cardina. dicens text. in d.l. a. hoc non probare, ſed iſtud probari in l. fin. C. quando prouo. non eſt neceſſe. Et hoc ſecundum ipſum procedit, vbi victus appellauit, quia tunc vincens vtens appellatione interpoſita per victum poteſt petere ſententiam reformari quantum ad omiſſionem expenſarum: & ideo cum ſibi ſit ſuccurſum per appellationem interpoſitam a victo, non debet ipſe appellare & de honeſtate contra iudicem qui in ſui fauorem tulit ſententiam. Sed vbi victus non appellauit, vincens poteſt a tali omiſſione appellare, & ſic approbare ſententiam, quatenus facit pro ſe, & appellare, quia ſit omiſſa condemnatio expenſarum. Iſte eſt caſus ſingularis ſecundum ipſum in d.l. fin. & ſic reſidet ipſe Cardi. hic, qui de hoc tangit in cap. Nicolao. de appell. & idem tenet Ioann. de Imo. in cap. fin. de excep. vbi dicit Bart. poſt Butrig. ita tenere in d.l. fin. & Spec. de appell. §. in quibus. ver. pen. & ſeq. vbi dicit curiam ita ſeruare, licet ſatis dubitauerit: ex quo apparet Bald. male dixiſſe in d.l. fin. dum voluit, ꝙ is, pro quo lata eſt ſententia, non poſſet appellare ab omiſſione expenſarum: quia non grauatus non appellat, vt not. Innocẽ. in cap. breui. de iureiur. ſed victor non eſt grauatus per ſententiamm, quia ſuper eo, ſuper quo lata eſt, obtinuit: igitur &c. l. Titiæ. ff. de auro & arg. leg.
30 Pro quo † adduci poteſt ratio, ꝙ acceſſorium expenſarum debet regulari a principali, regula acceſſoriũ. lib. 6. nam certe ſecundum Ioann. de Imo. in d.c. fin. Bald. non bene loquitur, quia non appellatur a ſententia, ſed a grauamine illato, ex eo ꝙ omiſerit pronunciare ſuper expenſis. facit quod habetur in cap. dilecto. de appella. Ad rationem, ꝙ acceſſorium expenſarum &c. reſpondet Ioã. de Imo. in d.c. fin. in fi. quod procedit, niſi acceſſorium habeat per ſe ſubſiſtentiam, alleg. cap. debitores. de iureiur. ¶ Adde, ꝙ ſupraſcripta concluſio etiam procedit, vbi victus appellat, & non proſequitur appellationem: eſt enim tunc iam quæſitum ius appellato, vt poſſet appellationem proſequi etiam inuito appellante: caſus eſt in d.l. fin. vbi hoc tenent Bart. & Ang. & Rota Romana deciſ. 353. quæ incipit, Item ſi auditor. Spec. in d. §. in quibus. ver. 34. & ibi Io. And. in addit. & dom. Ant. in d.c. ſignificauerunt. poſt Pet. & Abb. antiquum. Ipſe tamen dom. Anton. in d.c. ſignificauerunt. quem ibi ſequitur Ioã. de Imo. limitat prædicta procedere, quando fuit omiſſa cõdemnatio expenſarũ vel in minus facta: vbi vero reus condemnatus in principali fuiſſet abſolutus ab expenſis, tunc oportet victorem appellare, cum non poſſit ſibi ſuccurri per appellationẽ aduerſarij: quoniam per illam non ſuſpenditur abſolutoria ab expenſis: & ſic dicit poſſe intelligi text. in d.c. ſignificauerunt. Sed Abb. ibi reprehendit hanc limitationem ea ratione, quia quando iudex condemnat, minus ſufficienter videtur a reliqua parte abſoluere, vbi certa quantitas non eſt petita, l. j. C. ſi aduerſus rem iudic. ſecundum intellectum communiter approbatum, & not. Inno. in cap. cum inter. de re iudica. & tamen hoc caſu victor per appellationem aduerſarij conſequitur reformationem ſententiæ, d.l. fi. C. quando ꝓuoc. ergo pari ratione idem dicendum, vbi reus ab expenſis fuit abſolutus. ¶ Tu conſidera, ꝙ iſta non videtur bona conſideratio, quia non eſt omnino eadem ratio in vtroq; caſu. nã quando præceſſit abſolutoria ab expenſis, tunc eſt neceſſ illam reuocare, & ſic venire contra factum prioris iudicis: vbi autem fuit omiſſa condemnatio expenſarum, non venitur contra factum prioris iudicis, ſed potius eius factum ſuppletur in eo, quod omiſit: & iſtud facilius conceditur: ergo conſideratio Abb. non videtur bona, vt ſentit Ioã. de Imo. in d.
31 cap. fin. in fi. ¶ † Ego dum vobis legerem hoc anno d.c. ſignificauerunt, ponderabam videri mihi fore tex. pro ſententia Abb. contra dom. Ant. in d.l. fin. ibi, pro eo ꝙ nihil pro expẽſis & detrimentis capere iuſſa ſit. quæ verba ſi ponderentur, probant ꝙ text. ibi loquitur, quando abſolutio ab expẽſis facta fuit: & hoc ſonant verba prædicta. Et ſi nihil capere iuſſa ſit: & tamen ibi victori in principali non permittitur poſſe appellare a tali abſolutione expenſarum, cum ſibi ſuccurratur per appellationem interpoſitam ab aduerſario, vt ſupra dictum eſt. & ſi dicatur, quod illa verba, & ſi nihil capere iuſſa ſit. poſſint intelligi, quia fuerit omiſſa condemnatio expenſarum, quo etiam caſu pars, quæ obtinuit in principali, nihil poteſt capere pro expenſis & detrimentis. Reſpondeo primo, quòd huic ſenſui repugnant verba illa, iuſſa ſit. ſi enim fuiſſet omiſſa condemnatio expenſarum, dixiſſet text. pro eo quod nihil capere permiſſa ſit, vel alio vocabulo vteretur text. quia omittendo condemnationem expenſarum non poteſt dici iudicem iubere nihil capere pro expenſis. Præterea verba alia, quæ ſequuntur ibi, vel minus, dum dicit textus pro eo quod minus, vel nihil capere &c. declarant præcedentia: patet, quia ſi iudex omittit condemnationem expenſarum, non poteſt dici quod minus iuſſerit capi pro expenſis: vnde oportet dicere, quod in minus capere iuſſerit, ſcilicet abſoluendo ſaltem tacitè a reliquo expenſarum. Et ſic erit intellectus illius l. fina. quod ſiue iudex abſoluerit in totum ab expenſis, ſiue pro parte, nihilominus habeat locum dicta l. fin. Cogita tamen, quoniam iſta noua eſt mea intelligentia ad dic. l. fin. quam arbitror veram & ponderandam in hac difficultate, in qua Abb. in dicto cap. ſignificauerunt, diſtinguit, quòd aut victus appellat a ſententia in partibus contra eum facientibus dumtaxat, & tunc oportet victorem appellare, ſiue iudex omiſerit condemnationem ex-
32 penſarum, ſiue abſoluerit ab expenſis reum: quia † in effectu tot ſunt ſententiæ quot articuli, l. etiam. ff. de minorib. not. glo. in cap. ſecundo, de ordin. cogni. & ſic licuit victo appellare, quatenus facit contra ſe: & per conſequens non reperitur ſententia ſuſpenſa, niſi quatenus facit cõtra victum: & ideo niſi victor appellet, non poterit pro ſe aliquid dicere: facit quod in ſimili not. in dicta l. etiam. & in cap. cum olim. de cenſi. Aut victus ſimpliciter appellat a ſententia, & tunc victor indiſtincte poteſt conſequi reformationem ex-
33 penſarum, quia ſimplex † appellatio a ſententia ſuſpendit totam ſententiam, licet contineat plures articulos, cap. Raynaldus. & cap. Raynutius. de teſtamen. & ita intelligit & reſtringit Abb. vbi ſupra, dictã l. fin. Aut victus non appellat: & tunc victor poteſt appellare, quia ſumus extra caſum d.l. fin. aliàs ex non appellatione aduerſarij victor perderet ſumptus, quod eſſet abſurdum, & eſſet in optione iudicis non condemnare in expenſis, contra d.l. properandum. & capit. calumniam, de pœnis. & hoc tenuerunt Roffred. Specu. & Bartol. vbi ſupra. Hanc diſtinctionem Abba. ſequitur dom. meus Peruſinus in cap. ſæpe. colum. penult. de appellation. Tu pondera & conſidera, quia contra ſecundum membrum diſtinctionis Abbatis. ſ. quando pars victa ſimpliciter appellat, obſtat, quia talis ſimplex appellatio non ſuſpendit ſententiam in eo, quod reperitur lata in fauorem ipſius appellantis, vt ſupra dixit ipſemet Abb. & ſic ſi fuiſſet reus abſolutus ab expenſis, ſimplex appellatio ab eo interpoſita non erit ſufficiens victori ad reformationem expenſarum. Cogita rogo, quia non vrget contra Abbatem. Et de appellatione interpoſita a ſententia ſub ea forma, ſcilicet quatenus facit contra ſe & non aliter, an ſuſpendat ſententiam in totum vel pro parte: vide plene per Doctor. in cap. ſi duobus. de appellati. & magis communis eſt opinio, quod in totum
34 non ſuſpendat. ¶ † Quid autem ſi expenſæ non fuit petitæ, & iudex omiſerit condemnare, an a tali omiſſione poſſit victor appellare? Rota vbi ſupra, & Abb. in dicto cap. ſignificauerunt. & dominus meus Peruſinus in dicto cap. ſæpe. tangunt hanc quæſtionem, & multas alias pertinentes ad materiam ipſam, quas non refero, quia huic clementinæ non multum arbitror conuenire: & ſatis mihi eſt aliquas tetigiſſe, quas hic ponit Cardina. poſt Guil. de quibus nec Ioann. de Imo. nec Petr. de Ancherano, nec alij ſcribentes dicunt aliquid, vt puto, exiſtimantes forte non bene ad propoſitum huius clementinæ.

Expeditis gl. & his, quę ſuper illis tangi congrue debuerunt, reliquum eſt vt ſequendo Ioann. de Ligna. & Ioan. de Imo. reaſſumam materiam, quam etiam reaſſumpſit Petr. de Anher. Ego ſequendo Bartol. in extrauagan. ad reprimend. diuido hanc materiam in quinque quæſtiones, vt clarius & breuius diſcutiatur.

¶ Prima eſt, quæ ſit ſignificatio huius verbi, ſummarie.
¶ Secunda, quæ ſit ſignificatio verbi, ſimpliciter.
¶ Tertia, quæ ſit ſignificatio verbi, de plano.
¶ Quarta, quæ ſit ſignificatio verbi, ſine ſtrepitu.
¶ Quinta, quid eſt dicere, ſine figura iudicij.

35 Circa primam † Pręmitto, ꝙ cauſa ſummaria poteſt dici quatuor modis, ſiue reſpecti-

ue reſpectibus. Primo quo ad ſubſtantialia iudicij. Secundo quo ad probationes. Tertio quo ad dilationes. Quarto quo ad ferias.

¶ Ita eleganter dicit Bald. in l.1. colum.3. ff.ſolu. matri. Et adde quæ idem Bald.not.in l.3.§. ſciendum.ff. ad exhiben. Hoc præmiſſo cùm quæritur, quæ ſit ſignificatio verbi, ſummarie, dicas ꝙ ſummaria idem eſt dicere, ꝙ breuis vel prima, l.in ſumma.& ibi not.ff.de ſta.ho. ſic ſummarie capitur, i.breuiter vel primarie. & hac ratione Papa dicitur ſummus pontifex a quadam ſummitate, quia in eo eſt omnis ſummitas & celſitudo: quia non puri hominis ſed veri Dei vices gerit in terris, vt not. Cardi. poſt Guil. in cle.ſi ſumus pontifex.de ſenten.excommunica.

36 ¶ †Sed tunc iuxta prædicta quæritur, quæ cauſæ ſint ſummariæ. Secondo de modo procedendi in eis.

¶ Quo ad primum gloſſ.tenet, ꝙ regulariter omnis cauſa ſit plenarie cognoſcenda: & plenariç cognitionis.30. qō.5. iudicantem.l.iudices.C.de iudi.

¶ Fallit in caſibus no.per glo.in l.3.§.eiuſdem.ff.ad exhi. & in clemen.diſpendioſam.de iudi.hæc doctrina gloſſ.quia nimis generalis eſt, ſapit obſcuritatem: Ideo ſecundo loco Dy.in l.1.§.penul.ff.de præto. ſtipu. dat duas regulas.

37 ¶ †Prima eſt, ꝙ vbi cauſa eſt talis, ſuper qua ſententia lata tribuit finale ius, & auferet ius vni & dat alij, tunc requiritur pleniſſima cauſæ cognitio. Econtra vero ſufficit ſemiplena, l.2.§.dies.ff.quis or.in bono.poſſ.ſeru.l.3.§. cauſa cognita. ff.de bo.poſſ.quæ tamen leges hoc non probant, quia diſtinguunt, an agatur de magno vel paruo præiudicio ad effectum, an bonorum poſſeſſ. de plano vel iudice ſedente pro tribunali concedatur, nō autem ad effectum, an dicatur agi ſummarie vel plenariè: probatur hoc, quia nulla bonorum poſſeſſio, quæ tribuit ius, debet dari in forma vel figura iudicij, vt not. in d.c.cauſa cognita. & ita Bart. in d. extrauag. in verbo, ſummariè. colum.4.Pet.de Anchera.Io.de Ligna. & Io.de Imol. hic, quibus tamen placent regulæ Dy. ſupra allegatæ, ſi dicamus ſic, vbicunque ſententia lata tribuit ius finale: nec poſſunt per aliud iudicium reparari, niſi per appellationem vel aliud remedium: tunc requiritur plenaria cauſæ cognitio, d.l.iudices.

¶ Fallit in caſibus l.de ſubmerſis. C.de naufragijs. lib.12.

¶ Secundo in caſu d.extrauagan.ad reprimendum.

¶ Tertio in caſibus cle. diſpendioſam. de iudi.

¶ Quarto in caſibus, in quibus etiam contra abſentem profertur diffinitiua & negocium liquidatur, authen.at qui ſemel. C.quomodo & quando iudex. authen. qua in prouincia.C. vbi de crimine agi oportet. Item vbi peruenitur ad ſecundum decretum.

¶ Iſtis enim in caſibus cùm poſſit contra abſentem procedi, ideo dicitur ſummaria, quia iudici non liquet de iure abſentis: nam ſi præſens fuiſſet, aliud potuiſſet extendere, quia merita cauſarum partium aſſertione panduntur, l.fina. C.ſi per vim vel alio modo. Ideo id quod parte abſente cōſtat, dicitur conſtare ſummariè, ideſt prima facie. Et hac ratione talia acta & ſententia non porrigunt effectus ſuos ad extraneos, ſicut facerent ſi fuiſſent adhibita cauſæ cognitio partibus præſentibus, l. qui repudiantis. & l. Papinianus.§. meminiſſe.ff.de inoffi. teſta. vbi vero agitatur cauſa, ſuper qua ſententia lata non parit magnum præiudicium, vel parit tale, ꝙ per aliud iudicium poteſt reparari abſque appellatione reſtitutione vel ſimili remedio: tunc procedendum eſt ſummariè: probatur iſtud in omnibus exemplis traditis per gloſſ. in d.l.3.§. ſciendum. & in iudicijs poſſeſſorijs, in quibus adhibetur ſummaria cauſæ cognitio: quia poſſunt reparari per petitorium, l.momentaneæ. C. vnde vi.l.1. C. de bono. poſſeſſio.

¶ Et ſi dicatur, hoc non probant iura prædicta, quia loquuntur quando ſolum vnus articulus tractatur ſummariè, d.§.ſciendum. vbi ſolum examinatur articulus, an actoris interſit. Simile videmus in cauſa alimentorum & carboniani, vbi ſolum cognoſcitur articulus an ſit filius, l. ſiquis a liberis.§.ſi vel parens.ff.de libe.agno.l.3.§.cauſæ.ff.de carbonia.ed.Reſpondet Bart.vbi ſup.Pet.de Anch.& Io.de Lign. & Ioan.de Imol.hic, ꝙ vbi id, quod eſt principalis cauſa intentionis, venit examinandum ſummariè, meritò tota cauſa dicitur ſummaria, quod eſt nota. dignum.

¶ Et comprobatur primo per tex.in d.cle.diſpendioſam. vbi ex natura principalis, quod in iudicio deducitur, conſideratur proceſſus. Et bene facit quod not.Bar.in l.ſolent.ff. de alimen.leg.vbi dicit ſtatutum, ꝙ credatur iuramento dānum paſſi porrigi non ſolum ad principale ſed etiam ad acceſſoria. Et cum Bar. tranſit Bal.in l.1.C. de rebus credi.cū limitatione tñ: & bene etiā facit qđ not.Bal.in l.1.C. de leg.

¶ Ex quibus habetis modum cognoſcendi, quæ cauſæ dicantur ſummariæ.

¶ Et adde, ꝙ vbicunque princeps reſcribit procedi ſecundum æquitatem, intelligitur ſummariè. Bald. in l.obſeruare.§.proficiſci.verſic.35.quæro.ff.de offic.procon. ſequitur Roma.in rub. ff. de arbi. colum.4. & Bartol. in l. filiusfa.ff. de donatio.

¶ †Comprobatur, quia vbi princeps ſcribit de æquitate, videtur remiſſus ordo iudiciarius, l. Quintus. vbi Bart. ff. mandati. dixi latius ſupra in hac cle. verſi. non ſic tamen.in quæſtio.quando iudici committitur, quòd procedat ſecundum æquitatem.

¶ Viſo quæ cauſæ dici debeant ſummariæ, & de modo procedendi in eis, quando verbum ſummariè, apponitur vni articulo, videndum eſt de modo procedēdi in eis, quando tale verbum ſummariè, additur toti cauſæ.

39 ¶ † Et pręmitto quòd idē eſt dicere ſummarie quod breuiter, ita tamen quòd tota ſubſtantia comprehendatur, l.j. ff.de rerum diui.hinc eſt, quòd qui aliquid dicit in ſumma, omnia membra principalia commendat. l.in ſumma. ff. de condi.indebi. ex quo infert Bartol.in d.extrauagan. in verbo, ſummarie.circa princ. & Docto.hic ſequuntur, maxime Ioan.de Imo.col.39.ver.his viſis.quòd in tali proceſſu ſummario nihil debet de ſubſtantialibus omitti.

¶ Et ideo libellus debet eſſe ita plene formatus, ſicut qñ ordinarie proceditur, ff.ad exhib.l.3.in princ.Item lis debet conteſtari, l.tigni.§.ſiquis non poſſideat. & §.item ſiquis. & l.ſiquis.§.ſiquis ex his.& l.Iulianus.§.prætor.eo.tit. ad exhibendum.& in l.3.§.eſt autem.eo.titu.vbi iuncta glo. probatur quod dixi de libello, quòd etiam dictum de libello in ſummarijs procedit eadem ratione, ſi cauſa agitaretur coram arbitro. Sed in hoc Bald.in auct.offeratur.C.de litis cōteſta.tenet contrarium per text.in auct.niſi breuiores.C.de ſenten.ex pericu.reci. Roma.in l.j.ff.de arbi. colum.7.concordat, quòd in ſummarijs grauis præiudicij requiratur libellus: ſecus ſi ſint modici pręiudicij: quod etiam ſenſit Bal. vbi ſupra, dum allegat text.in d.aucten.niſi. quoniam dicta

40 † Doctorum intelliguntur ſecundùm ius quod alleg.dicit Bar.in l.non ſolum.§.liberationis.ff.de libe.lega.

¶ In iſtis etiam cauſis ſummarijs ſententia ferenda erit dicenda diffinitiua.l.3.§.præterea. eodem titu.l.in actionibus. in princip.ff.de in li.iuran.l.ſiquis à liberis. §.ſiquis.ff.de libe.agno.licet quidam dixerint illam interlocutoriam, vt ibi in gl.& adde quæ dixi ſupra ea.cle.§. & quia in 12.notabili.

¶ Ex quibus apparet non bene locutam glo.in l.j.C.commina. vel epi. volentem, quòd in ſummarijs non exigatur ordo iuris.

¶ Et ſi dicatur, ſi ordo iuris requiritur, in quo conſiſtit iſta ſummaria ſeu breuis expeditio? reſpondet Bart.vbi ſupra.Petr. de Anch. Ioan.de Ligna.& Ioan. de Imo.hic, ꝙ in hoc conſiſtit, ꝙ licet in plenarijs cauſis non poſſint dilationes abbreuiari ſine cauſę cognit.vt plene dixi ſup.in principio huius cle.hoc caſu iſta erit iuſta cauſa abbreuiandi, ſcilicet ꝙ cauſa ſit ſummarie cognoſcenda.l.2.in fi.ff.de re iudica.non tamen adeo poterit abbreuiari, quod defenſiones & probationes legitimæ pereant: nam tūc excluderetur cauſæ cognitio, quę cum ſit de ſubſtantia, excludi non poteſt, l.j. & l.iudex.C.commi.vel epiſ.no.in l.prolatam.C.de ſenten. & interlo. omnium iudi. Sed ea, quę ſunt de ſubſtantia in cauſa ſummaria, nō poſſunt omitti, vt ſup.dixi, & probatur in hac clemen.verſ.non ſic tamen: igitur &c. Adde inquantum ſupradictum eſt in cā ſummaria requiri libellum & litis conteſta.idem tenere Bar.in l.4.§.hoc autem iudicium.ff.de dam.infec. vbi etiam per alios docto. poſt Bartol. Adde etiam Bald.in l.edita.C.de edendo dicentem, quòd in cauſa ſummaria ſui natura partibus præſentibus debet lis conteſtari, per glo.notabilem in capit. per venerabilem. qui filij ſint legit.in verbo, non ſeruatum.& adde quæ dicam infra in quæſt.an in cauſa ſine figura iudicij ſit lis conteſtanda.

41 † Sed iuxta prædicta quæro, quæ exceptiones ſint admittendæ in hoc iudicio ſummario. Conclude, quod exceptiones, quæ requirunt indaginem, & quæ poſſunt in alio iudicio reſeruari, non ſunt admittendæ, l.ille a quo.§.ſi de teſtamento. ff.ad Trebell.d.l.3. ibidem.vbi vero in alio iudicio non poſſunt

ſunt reſeruari, debent admitti, d.§. ibidem. in fi. & eſt ratio, quia alias ius partis, & cauſæ cognitio, quæ non poteſt excludi, per ſupradicta excluderetur: & ita reſidet hic Ioannes de Imo. poſt Bart. in d. extrauag. in verbo, ſummarie. quod eſt valde notandum, quia ex eo declaratur dictum Bartol. in l. nam & poſtea. ff. de iureiur. dicentis ſecundum vnum intellectum glo. ꝙ exceptio impediens litis ingreſſum, ſi requirit altiorem indaginem, non poteſt opponi, nec opponendo impedit litis ingreſſum; vt non procedat, quando talis exceptio non poteſt reſeruari in alio iudicio: & ita Bart. in l. fin. ff. pro ſuo. bo. tex. in c. literas, in fi. de reſtitu. ſpolia. & faciunt quæ infra dicam.

42 ¶ Illa autem exceptio cognoſcitur requirere altiorẽ indaginem, ſecundum Bar. in d. verbo, ſummariè. Ioan. de Imo. hic poſt Pet. de Anc. he. & Ioan. de Lign. quæ non poteſt examinari infra tempus, in quo proceſſus principalis cauſæ expediretur illa exceptione non oppoſita, l. is a quo. in prin. ff. vt in poſſeſſ. lega. vbi idem tenet Bar. cum quo tranſit Ioan. de Imo. & Card. in c. cum contingat. de offic. deleg. do. Ant. in c. veniens. 2. de teſti. dom. Anto. de Canario in tractatu de execu. inſtrumentorum, in quæſtione nona, & idem tenet Bart. in l. quarta. §. condemnatum. ff. de re iudic. facit quod pulchrè ipſe no. in l. prima. ff. de gland. legend. in quæſt. ibi formata, & in l. fin. ff. pro ſuo. Archid. autem in ſumma, prima quæſt. prima, quem ſequitur Bald. in d. l. tertia. §. ibidem,
dicit quòd illa exceptio non requirit altiorem indaginem,
quæ poteſt infra modicum tempus cognoſci & terminari, &
43 † modicum tempus dicitur triduum, per l. fi. C. de iudi.

¶ Sed glo. in d. l. is a quo. tenet arbitrarium eſſe, quod dicatur modicum tempus: facit quod in ſimili dicit glo. in l. ſi debitori. ff. de iudi. Facit, quia cùm iſtud tempus non ſit a iure limitatum, debet dici arbitrarium, l. prima. ff. de iure delibe. c. de cauſis. de off. deleg. & ita refert Rom. in l. j. ff. de arbi. col. pen. ibi tamen nullam ex his opin. firmat.

Tu adde, quòd de hac difficultate tangit etiam Bal. in l. ſi
ex falſis. C. de tranſac. in l. j. C. vt in poſ. leg. in l. fi. C. de ord.
cogni. in l. 2. C. de edi. diui Adri. tollen. dom. Anto. vbi bon.
tex. in c. litteras. de reſti. ſpolia. Roma. in conſilio 244. in fi.
Ang. in d. §. fin. de teſta. Sed opin. gl. quòd iſtud arbitrarium
ſit, quod poſuit glo. §. is a quo, tenet Bald. in l. fin. C. de ord.
cogni. in materia executionis ſententiæ, & Bald. in d. l. fin. de
edi. diui Adri. toll. Pro qua opi. vltra rationem ſupradictam
facit quod no. Innoc. in c. veniens. 2. de teſti. vbi dicit, quòd
tertius pro intereſſe ſuo comparens tunc impedit executionem
nem ſententię, quando incontinenti probat ſuum intereſſe,
44 vt ibi probatur, & quando † dicatur incontinenti probare,
relinquitur arbitrio iudicis, qui fortè eum octo vel plures
dies expectabit. nõ autem expectabit vt producat teſtes de
vltra montes, argu. c. litteras. de reſtitu. ſpolia. in fi. do. Alex.
in d. l. is a quo. ſequitur hanc opin. & dicit illam verã, ſubiungit
git tamen iudicem debere arbitrari ſecundum formam traditam
ditam ibi per Bar. quam ſup. retuli.

Sed hæc opinio non placet Abb. in d. c. veniens. 2. verſic. vlterius quęritur. mouetur primo per tex. ibi, vbi exequutio erat fienda in re adiudicata, quo caſu in executione nulla requiritur ſummaria cognitio. vt no. Innoc. in c. cum ſuper. de re iudi. & Bar. in §. ſi ſuper rebus, in l. a diuo Pio. ff. de re iudi. bo. tex. Inſti. de offi. iud. §. ſi. immo nec requiritur citatio partis, vt no. in d. §. ſi ſuper rebus. & in c. ex ratione, de appel. & tamen in d. c. veniens. ſecũdo, ſi opponenti fuit data dilatio ad producendum teſtes & inſtrumenta. ergo non bene loquitur Bar. cum ibi caueatur, quòd etiam vbi executio erat ſtatim facienda, admittitur tamen exceptio, licet non poſſit examinari infra illud tempus, infra quod executio fieri debeat. Et contra Bart. tenet etiam Io. de Imo. in d. c. veniens. dicens non reperiri iure cautum infra quantum tempus debeat fieri executio, licet talis exceptio non foret opponenda, vt no. in c. quærenti. de offi. delega. Vnde Abb. ibi firmat ſententiam Inn. quòd iſtud tempus debeat dici arbitrarium conſiderata qualitate cauſæ & exceptionis oppoſitæ.

Tu conſidera & pondera ſubtiliter ſupraſcriptam rationem Abb. ſumptam ex tex. in d. c. veniẽs. 2. quia patet, quòd etiam vbi nullum tempus nullave dilatio eſſet facienda in executione, tamen ſi opponatur exceptio, adhuc debet dari aliquis terminus, licèt Bar. in l. aufertur. §. qui compenſatio. in finalibus verbis. ff. de iure fiſci. teneat contrarium, ſed male. & contra ipſum tenet Bald. in l. in ea. C. de compen. per tex. vbi dicit eſſe caſum in l. ſi eum. §. fin. ff. eodem titu. vbi patet, quòd ſi petitur executio ſententiæ tranſacto tempore quadrimeſtri poteſt opponi exceptio compẽſationis aduerſus ſic petentem.

Ille tamen text. non videtur probare intentionem Bald. quia fortè ibi illa compenſatio opponenda poterat incontinenti probari, quia ſuper ea erat lata ſententia. Et ſi dicatur, poterat etiam fortè contingere, quòd illa ſententia probans compenſationem erat in alio loco, & opponens non habebat inſtrumentum penes ſe: reſpondetur quòd iſtud eſt diuinare. Vel melius dic, quòd licet ibi eſſet lapſum quadrimeſtre, iudex tamen ibi habebat conſumere aliquod tempus in executione ipſius ſententiæ: quia cùm eſſet lata in actione perſonali, ſeruare habebat formam in exequendo traditam in d. l. a diuo Pio. §. ſi ſuper rebus. & no. Bart. in l. quarta. §. condemnatum. ff. de re iudi. quare text. ille non probat dictum Bald. quod tamen puto in ſe verum: probatur in dicto cap. veniens. vt ſupra dixi. & comprobatur ratione, ne alioquin auferatur defenſio parti: quod eſt ſingulariter notandum, quicquid dixerit Bar. in d. §. qui compenſatio.

Conſidera tamen, quia rationes ſupradictæ non multum videntur vrgere contra ſupradictam doctrinam Bartol. in d. l. is a quo.

Nam primo tex. in d. capit. veniens. ſolum probat, quòd etiam vbi nullum eſſet tempus vel dilatio facienda in executione, tunc ſi opponatur exceptio, adhuc debeat dari aliquis terminus.

Secunda etiam ratio parum facit, quia Bart. in d. §. condemnari, declarando mentem ſuam inquit; quòd infra tantum tempus poterit probari exceptio nullitatis, infra quantum expedietur executio, quæ fieri debet de mobilibus & immobilibus: vnde iſta eſt mens ſua, quòd tantum tempus debeat dari, quantum conſumeretur de tempore, computando tempus ab initio executionis cęptę vſque ad finem; nulla facta intermiſſione, niſi quæ foret conueniens pro expeditione actus: vnde non eſt curandum de tempore, in quo fiet executio, ſi forte iudex vellet differre & non continuare executionem: ſed de tempore, quod neceſſario conſumeretur in executione cępta & cõtinuata, quod licet non ſit a iure determinatum, iudex tamen poſſet exiſtimare illud, & ſecundum id concedere tempus excipienti: & hoc ſenſit iuriſconſultus in d. l. is a quo. dum dicit, quod volenti probare incontinenti legatum non deberi non erit neganda audientia, quia citius poſſet expediri iſte articulus quam iudicium cautionis interponendæ. Et ſic innuit text. ibi, quòd exceptio dicitur poſſe probari incontinenti, ſi non excedat terminum, infra quem cauſa illa expediretur exceptione non propoſita.

Clariſſimus noſtra tempeſtate iuriſconſultorum ſplendor dominus Franciſcus de Are. in dict. cap. veniens. ſecondo. concludit, quòd vbi probatio debet fieri incontinenti in iudicio executiuo, vel alio, quod capit dilationem temporis, ſatis videtur probabilis opinio Bart. quòd in dubio iudex non debet aſſignare plus temporis ad probandum exceptionem quàm ſit illud tempus, de quo modo dixi, menſurato, vt ſupra. nec propter hoc dicitur grauare partem aduerſam, quaſi admittat exceptionem requirentem altiorem indaginem. fatetur tamen, quod ex cauſa iudex poſſet hunc terminum vel abbreuiare vel prorogare, & in hoc verſatur arbitrium eius, maxime in ſummarijs, vt hac cle. in principio: & iſto modo poteſt intelligi opinio docto. in dict. capitulo veniens. & aliorum volentium, quòd quando dicatur probare incontinenti, ſit arbitrarium.

Fatetur tamen, quòd opinio Innoc. & docto. in d. cap. veniens. eſt communis & ſeruaretur in practica. Tex. tamen in cap. prudentiani. §. ſexta. ibi, ſtatim vel infra terminum competentem. probat prima facie, quòd probatio incontinenti dicitur, quæ fit nullo aſſignato termino: quod eſſet contra tex. in c. litteras. in fi. de reſti. ſpol. ideo ad tex. in dict. §. ſexta. reſponde, quod illa alternatiua non ſignat, ꝙ probatio fiat ſine termino, ſed quòd dabitur minor terminus ei, qui ſe offert probare incontinenti, quamuis hoc non expediat, ſcilicet quod quis probet incontinenti, quod bene & perpetuo notabis.

Aduerte, quia inquantum ſupra dictum eſt, exceptionem etiam requirentem altiorem indaginem debere in iudicio ſummario admitti, ſi non poteſt in aliud iudiciũ reſeruari & deduci: adde bene facere quod tradit pulchrè Cy. in l. ſi. in 9. q. C. de compenſa. vbi dicit, quòd exceptio, ꝙ fiat compenſatio

ſatio debiti naturaliter tantum, impedit executionem ſententiæ, quia tale debitum non poteſt deduci in iudicium: quia licet obligatio naturalis tantum ſit potens ad excipien. non tamen eſt potens ad agendum, quod eſt no.

¶ Item ad propoſitum dixit Bal.in l.prima, circa fi.colum. C. qui acca. non poſ. quòd vbi aliter periculum reparari non pôt, exceptio admittitur, quæ aliàs non admitteretur.

46 ¶ Item vidimus, quòd exceptio nullitatis impedit executionem, quando aliàs eſſet irreparabilis, vt no. Pau. de Leazar. in clem.prima, de re iudi. quem ibi ſequitur Pet. de Anch.& alij. Idem no. Bald.poſt Cynum in l.ab executore. C.quorum appella. Bald.in l.eum qui duas.C.de adul.Bald. in l.ij feriatis. in lectu.antiqua. ff. de ferijs. Ioan. de Imo. in l.qui a latronibus.ff.de teſta.in l.tertia. §. ſi ſeruus.ff.de acq. poſſ.& in l.non ſolum.§.morte.ff.de opp.no.nuncia.

Ad idem facit quod voluit Bald.in l.prima. C. de in integrum reſtit.mi.ver.propterea ne quid noui fiat, dicẽs quod reſtitutio in integrum petita impedit executionem ſententiæ quando executio eſſet irretractabilis, ideo tunc pendente reſtitutione in integrum nõ poterit fieri executio per carcerationem ſeu capturã perſonæ: allegat quod in ſimili no. in l.ſecunda.ff.de appel. reci. & idem tenet Pau. de Caſt. in l.quarta.§.condemnatum.ff.de re iudica.bene facit l. prima, ſecunda, & tertia.ff.de ferijs.l.ſenatus.ff.de offi. præſi.ſecundum dom.Alex.in ſuo conſilio 17. incipiente, requiſitus in cauſa vertente, in primo volum.& per ipſum in d.§.morte. vbi viſus eſt limitare prædicta procedere, vbi taliter excipienti & opponenti exceptionem irreparabilem nulla culpa poteſt imputari, de quo ibi per eum.

47 ¶ † Et quia ſupradictum eſt quandoque exceptionem reſeruari in alio iudicio, quæro quid operetur talis reſeruatio? Dic vt per Bar.in d.l.ille a quo.§.ſi de teſtamento. cum quo tranſeunt ibi Ang. Ioan.de Imo.& Moder.

¶ Adde etiam Bart.in l.penult.per illum text.C.depo.in l.fi.C.de compenſa.in l.ſi duo patroni.§. idem Iul. ff. de iureiur.Bald.in l.prima, in fi.C.qui legi.perſo.& in l.qui interrogatus.ff.de interrog.act. Archi.tertia quæſt. ſexta, ſi quis epiſcoporum.Pau.de Caſt.in d.l.nam & poſtea.in princ.vbi tenet idem quod Bart.in d.§.ſi de teſtamento.cuius dicta limitat Bald.in l.eam quam.C.de fideicom. & vide Roma. in l.prima.colum.penult.ff.de arbi.

48 ¶ † Quæritur etiã iuxta prędicta, an in iudicio ſummario requiratur ſolennitas peremptorij.Bar.in d.verbo, ſummariè, tenet quòd ſic. Idem hic ſequitur Pet.de Anch.Ioan.de Ligna.& Ioan. de Imo. probatur in interpoſitione primi & ſecundi decreti, quæ licet fiat ſummariè, oportet tamen ꝙ præcedat peremptorium, l.præſenti. §. ſed ſi hoc. C. de his qui ad eccle.confugi.nota.in l.conſen.C.quomodo & quando iu.& in d.l.ſi finita.§.Iulianus.vbi plenè per Bar.Ioan.de Imo.& dom. Alex.& per Ioan.de Ligna.in cap.primo, de eo qui mittitur in poſ.ad quos me remitto. & adde quæ dixi ſup.in glo.in verbo, peremptoriè:

49 ¶ † Quæro, an in iudicio ſummario poſſit procedi die feriata. Dic quòd non, niſi in caſibus expreſſis in l.prima, & ſecunda. ff. de ferijs.

¶ Non obſt.hæc clemen.quia loquitur, quando cauſa tractatur ſummariè & ſine figura iudicij, quęſtio loquitur quando ſolum tractatur ſummariè.

50 ¶ † Quæro, quæ probatio exigatur in hoc iudicio ſummario. Bar. in d.verbo ſummariè, quem hic ſequuntur doc. concludit, quòd plena probatio; & plena probatio ſecundum ipſum eſt facere iudici plenam fidem. C.de eden.l.procura.ff.de condi.ob turpem cauſam.l.prima, facit quod no.
51 ff.de proba. l.quinquaginta. † Sed ad huius articuli intelligẽtiam præmitte, quòd fides ſeu probatio habet ſex gradus, per quos ad fidem ſeu probationem peruenitur per iudicẽ.

¶ Primo enim, cum cauſa introducitur per actorem, & negatio ſequitur per reũ, iudex adducitur in dubitationẽ: quia non præſumitur adhuc nec pro actore nec pro reo.

¶ Secundo, ex aliquo leui indicio ſeu argumento inducitur ad ſuſpitionem, & hæc appellatur ſuſpitio.

¶ Tertio, ſi argumenta incipiunt fortiora, incipit opinari & inclinari in alteram partem, non tamen ita, quin credat contrarium fore poſſibile: & iſta appellatur opinio. Hæc tamen non ſufficit ad fidem & credulitatem, ſed parũ deficit.

¶ Quarto, ſi aliqua maior ratio & ita fortis inſurgit in cauſa, vt iudex inducatur ad credulitatem & fidem, ita quòd nullo modo credit contrarium fore poſſibile: ita appellatur fides & plena probatio, & eſt ſufficiens ad ſententiam ferendam.

¶ Hanc doctrinam tradit Bar.in l.admonendi. ff. de iureiuran.& Bar.in d.verſ.ſummariè.verſ.circa modum probandi. Sequitur Abb.in c.tertio loco. de proba. in fi.dicens, ꝙ in iure ſuper prædictis reperiuntur diuerſa vocabula, ut iudicium, argumentum, ſuſpitio, & præſumptio, cuius alia appellatur leuis, alia vehemens, alia probabilis, alia violenta, de quibus in c.litteras.& in c.quanto. de præſump.

¶ Item habemus opinionem, credulitatem, ſcientiam & fidem, de quibus non poteſt dari certa doctrina.

¶ Et adde, quæ pulchrè ad præmiſſa ſcribit dom. Ant. in repe.c.veſtra.de cohab.cleri.& mulie.col.20.& ſeq.

¶ Item adde, quòd doctrinã ſupraſcriptam Bar. ſequuntur hic docto. & Ioan.de Imo. col.40. adducens quod dicitur primo Poſteriorum.

¶ Iſte gradus eſt habitis cõcluſionibus de iuuante in ſpeculante. Et probatur ſecundum Bar.vbi ſupra.& docto.hic, ſupradicta eius doctrina in l.prima, in princ. ff.de quæſt.ibi, ad tormenta ſeruorum tunc demum venire oportet, cum ſuſpectus eſt reus: & alijs argumentis ita admonetur, vt ſola confeſſio deeſſe videatur, dum dicit, ſuſpectus eſt reus: ſignificat gradum ſuſpitionis: dum dicit, & alijs argumentis: denotat gradum opinionis. Et dum dicit, confeſſio ſeruorum: denotat fidem & probationem, & iſti tres gradus probantur etiam in l.3.§.eiuſdem. ff.de teſt.

His præmiſſis cũ quæritur, quæ probatio in iudicio ſummario exigatur, conclude poſt Bart.in d.verbo, ſummariè, Ioan.de Ligna. Pet. de Anch. & Ioan. de Imo. hic colum.
52 12. licèt non ita ordinate loquantur, ꝙ aliquæ ſunt † cauſæ ſummariæ in quibus nullum aut modicum præiudicium tractatur.

Quædam ſunt, in quibus aliquod præiudicium fit, quod poteſt reparari per aliud iudicium.

Quædam ſunt, in quibus verſatur præiudiciũ partis non reparabile, niſi per appella. vel alijs modis legitimis.

In primo membro dicas, quòd in cauſis ſummarijs, quæ ſunt nullius aut modici præiudicij, probatur per iuramentum, l.theſaurus.ff.ad exhiben.nam quid nocet domino permittere me in agro ſuo quærere theſaurum præſtita illa cautione de damno infecto.

Idem fit, vbi petitur exhibitio ſimplex. Vbi vero talis peteretur exhibitio, quod in actione ipſa ad exhibendum veniret tranſlatio poſſeſſionis, vel aliter damnificaretur reus. l.Celſus.§.Iulianus.ff.ad exhiben.tunc requireretur probatio, de qua infra dicam, & non ſufficeret iuramentum: quæ probatio per iuramentum ſolum admittitur in his quę ſunt nullius aut modici præiudicij, in quibus iudex ex ſolo iuramento deducitur ad ſuſpitionem.

In ſecundo membro conclude, quod in cauſis, in quibus aliquale præiudicium fit reo, quod tamen poteſt reparari per aliud iudicium, requiritur alia probatio quàm per iuramentum: puta per vnum teſtem vel alia indicia veriſimilia, quibus iudex inducatur ad opinionem vel ſuſpitionem. probatur hoc in l.in lege Aquilia ſi deletum. ff. ad l. Aquil.ibi, ad ſuſpitionem iudicem inducam. & in l.tertia. §.cauſæ. de carbo.edic.ibi, vel modicum pro puero. & in l.prima. ff. de vẽtre inſpi. vnde cum per talem probationem perueniatur ad primum gradum probationis, ſcilicet & opinionis & ſuſpitionis, ex hoc capite dicitur ſummariã, ideſt primaria. Hinc ſolet dici prima facie ſeu prima fronte videẽ, ſicut &c. l.fin.C.de edic.diui Adri.

Ex alio etiam capite poteſt dici ſummariè, ideſt breuiter, quoniam ad plenam probationem fiunt poſitiones & articuli ſecundum conſuetudinem hodie approbatam per hunc tex.vt ſing.& diſtincte probetur.

Item in iſtis ſic ſummarijs vt ſup.ſufficit, quod negocium ſummarium narret & ſummariè probet, dic.l.in lege Aquil. ibi, ſummarim negocio expoſito.

Præterea tamen. ſanè intellige procedere in ſummarijs valde fauorabilibus, vt alimentorum & ventris, ſcilicet nę pereant probationes: vbi vero non eſſent cauſæ ita fauorabiles, licet ſint ſummarię & poſſint per aliud iudicium reparari, requiritur tamen in eis plena probatio ex parte agentis. Sed ex parte defendentis dicetur ſummaria hoc reſpectu, quia ſi iudex videret reum per calumniam poſtulare dilationem vel aliquam exceptionem opponere, quæ exigeret altiorem indaginem, differetur exceptionis probatio,

nec

nec differretur actoris intentio,l.is à quo.§.j.ff.vt in poſſeſſione legatorum.ff.de præto. ſtipulatio.l.j.§.pe. l.ille a quo.§.ſi de teſtamento.ff.ad trebel.Exquo infert Bart. in d. verbo,ſummariè.quem hic alij ſequuntur maxime Ioã.de Imo.colum.41. ꝙ licet iudicia poſſeſſoria examinẽtur ſummariè,l.momentaneæ. C. vnde vi. & poſſit præiudicium, ſi quod parti infertur,reparari per petitorium,tamen ex parte agentis requiritur plena probatio,l.j.C.quorum bo.licet quantũ ad exceptionem rei conuenti & quo ad dandas dilationes ſit ſummariè procedendum, vt ſupra dixi: & hoc reſpectu dicitur ſummariè, quaſi prima facie ſic videatur, cum iura partium non perfectè diſcutiantur.

¶In tertio autem membro, ſ.in cauſis, in quibus verſatur præiudicium non reparabile,niſi per appellationem &c. conclude,ꝙ ſi in iſtis dicatur procedi ſummariè, intelligitur quo ad ordinem, ſed ab vtraque parte exigerentur probationes pleniſſimę & legitimæ defenſiones audiuntur, C.de naufrag.l. de ſummerſis. licet ibi ſit plus quã ſummariè agi.

¶Probatur etiam iſtud in hac clem.nam ſi vbi cauſa committitur ſummariè de plano & ſine figura iudicij exiguntur plenę probationes,vt hic,fortius idem dicendum vbi ſolum ſummariè cognoſcitur.

¶Et hoc cum proceditur contra præſentem: ſi vero proceditur contra abſentem, vt quando interponitur decretũ, vel fertur diffinitiua, dicitur tunç ſummariè procedi hac ra-
53 tione,nam cum merita † cauſarum partium aſſertione pandantur,l.ſi.C.ſi per vim vel alio modo. c. tum ex litteris. de reſtitu.in inte.non poteſt dici in abſentia partis plene liquere:forte enim ſi pars fuiſſet pręſens aliud oſtendiſſet:& ideo totum ꝙ agitur dicitur agi ſummariè.

54 ¶†Hinc eſt, ꝙ geſta contra abſentes non porrigunt effectus ſuos ad extraneos ſicut geſta parte pręſente,l.qui repudiantis.& l.Papinianus. §.meminiſſe. ff. de inoffic. teſtamen.

¶Et ſic ſummatim cognoſci dicit glo.in l.cum proponas; & authen. ibi poſita. C.de bo.aucto.iudi.poſſi. & ff. ex quibus cauſis in poſſ.l. Fulcinius. §.j.vbi dicit, ꝙ ad ſecundum decretum præcedit ſummaria cognitio:& tamen in eo requiritur probatio idonea per teſtes vel inſtrumenta, l.fin.C.de bo.aucto.iudi.poſſ.

¶Sed in primo decreto, quia ibi generatur modicũ præiudicium,ſufficit probare per iuramentum.

¶Item quia poteſt faciliter reparari in alio iudicio: facit quod not. gloſſ. in §.ſuſcepto. in Authen. de exhiben. reis. colla.5.& in cap. paſtoralis.in glo.pe.de offi.ordi.& Ang.in l.nemo carcerem.C.de exacto. tribu.lib.10.col.7. verſicu. ſed videamus.

¶Et ita dici ſummatim ſenſit Spec. titu.de offi.iudi.§.poſtremo. circa fi.

¶Prædicta circa probationẽ cauſæ ſummarię ponit Bart. in d. verbo, ſummariè,& doct. hic, licet non ita clare & diſtinctè procedant.

¶Quibus adde quæ not. Bart.in l. ſiquis a liberis.§.ſiquis ex his.ff.de libe.agno.Cardi.& Docto. in cap. quoniam frequenter.§.quod ſi ſuper. vt lit.non conteſta.

55 ¶†Et inquantum Bart.vbi ſupra.& Doct.hic dicunt,ꝙ in leuioribus ſufficit probatio per vnũ teſtem vel famam &c. adde bene facere in argumen.l.vbi adhuc. C.de iure do. & idem tenet Barto.in l.de minore.§.tormenta.ff.de quæſtio. quem ſequitur do. Anto.in cap.veniens.el 1.de teſti. & Matheſi. in notabili primo & ſecundo. & vide not. in cap.1.de appella.& per Paul.de Ca.in conſi.195. per Abba.in c.qualiter.2.in princi.de accu. &ibi per Ioan.de Ana col.pen.per Bald.in cap.1.§.iniuria.colum.6.de pac.iura.fir.

¶Item adde inquantum ſupradictum eſt, ꝙ vbi verſatur magnum pręiudiciũ,non ſufficit probatio per iuramentum.

¶Adde Ange. in d.l. nemo carcerem.colum.antepenult. dicentem dicto etiam nõ ſufficere ſemiplenã probationem.

¶Adde etiam dum Bar. & alij dixerũt,ꝙ in cauſa poſſeſſorij,licet ſit ſummaria, requiratur tamen plena probatio.

¶Adde idem velle Bart.in l. admonendi.ff. de iureiuran. in vlti. char.

¶Sed ipſe Bart.in l.1.C. quorum bonorum.& in l.a.§.fi. C. vbi in rem actio.aliter loquitur & plenius, quem vide & Matheſi. in not.13.

56 ¶†An autem in iſtis poſſeſſorijs requiratur libellus, litis conteſtatio,& ſimilia, vide Bar.in l.naturaliter.§.nihil commune.ff.de acqui.poſſeſſ.& in l.1.C.quorum bono.Ioan.de Imo.in cap.examinata. de iudi. vbi dicit, ꝙ in iudicio recuperandæ non eſt neceſſaria concluſio libelli, ſed ſufficit ſimplex narratio:glo.no.1.q.4.quia præſulatus,ſequitur Barto.in l.quid ergo.§.pęna grauior.ff. de his qui not. infa. & in l. nec quicquam.§.vbi decretum.de offi. procõſ. in 9.col.in fi. do.Anto.in d.c.examinata.de quo per do.Anto.& Abb.in c.in litteris.de reſtitu.ſpolia. per Abb. in c.1.de lit.conteſta. col.11.Io.de Imo.in c.conquerente. in prin. de reſti.ſpolia.

¶Et ꝙ requiratur libellus, tenet glo. in l.meminerint.C. vnde vi.ſequitur An. de Barulo,& Bart. in l. ſi coloni.C.de agrico. & cenſi.lib.11.

57 ¶†An autem ꝓbationes factæ in iudicio ſummario probent in plenario? dic ꝙ non,l.penul.vbi per glo.& Doct.maxime Bal.ff.de his qui ſunt ſui.Bar.in l.ij.§.hoc interdicto.ff. vi bono.rapto.& in l.ſiquis a liberis.§. ſi vel parens. ff.de libe.agno.in l.1.C.de ordi.cogni.Cy. & Bal.in l.quo tempore.ff.de reſt.militum.Barto.in l.qui Romę.§. duo fratres.ff. de verbo. obligatio.

¶Fallit primo,quãdo probatio in iudicio ſummario fuiſſet pleneria,& de ipſa plene cognitum: nã tunc probat etiã in plenario,text.eſt & glo. in c.veniens. de teſt. vide tamen ad hanc limitationem quę pulchrè no. do.Alex. in l.ſępe.ff. de re iudica. col.41. & Pau. de Caſt. in conſil.5.Abb. Ioan. de Imol. poſt do.Anto.in d.cap. veniens.de teſti. vbi etiam per Areti.

¶Secundo fallit, ſi in iudicio ſummario probatio reſultat ex confeſſis:quia tunc probat etiam in plenario. Ita ſingulariter Inno.in c.2.de ordi. cogni. circa finem, ſequitur do.Anto.in c.dilectus.de capel. monacho. colum.pe.& do. Alex.in conſi.98.circa principium,incipiente,Ex his quę in themate, & hoc procedit in vera confeſſione:ſecus in ficta, ſecundum Bal.in c.cum dilectus.de ordi.cog.per l.ij.§. diui, de iure fi.facit ꝙ no.Bal.in l.is apud quem.C.de eden.Item tenet Abb.in c.per inquiſitionem. col.6. de elec. & Bar.in l. eius qui delatorem.ff.de iure fiſci.domi. meus Peruſinus in c.cum ſpeciali.de appella.§.porrò.col.8.

Secundo, ꝙ dixi probationem reſultantem ex confeſſis factam in ſummario probare in plenario, procedit in confeſſis domini, ſecus in confeſſis procuratoris.Ratio eſt,quia
58 † confeſſio procuratoris in vno iudicio non nocet domino in alio iudicio, ſecundum Inno.Io.An. & Compoſt. in d.c. per inquiſitionem. idem tenet Pet.de Anchera.in cap.2. de confeſſ. lib.6. Abb.in c.j.vt lit.non conte.col.15.& in d.cap. per inquiſitionem.col.6. vbi adducit rationes ad hoc,& ibi idem tenet Ioan. de Imo.col.6. & præfatus do.meus in d.§. porrò.col.9.

Et an ſententia in ſummario iudicio lata producat exceptionem rei iudi.in plenario,vide omnino Abba. in cõſi.51.

Et quid ſi in iudicio ſummario iudex dicat ſe adhibuiſſe plenam cauſæ cognitionem,an talis ſententia præiudicet in alia cauſa, vide q. formatam infra in fine apparatus huius verbi, ſummariè.

59 †Item an depoſitio teſtis in ſummario faciat fidem in plenario quantum ad hoc,vt probetur falſitas, & teſtis repellatur,& de falſo puniatur. gloſſ. in c.veniens.2.de teſti.quam ibi ſequitur do.Anto.tenet ꝙ ſic,quod eſt bene notandum: & vide Bar.in l.eos.ff.de fal.& omnino Areti.in d.c.veniẽs. Cy.in l.ſiquis decurio.C.de fal.do.Anto. in c.ad audientiã. de præſcrip.Specu.& Io.And.titu.de teſte.§.nunc videndũ. verſic.1.& in verſic.ſed quid ſi vnus teſtis. Et aduerte,quia prædicta procedunt,vbi verbum ſummariè, apponitur toti cauſæ. Sed quid ſi adijciatur vni articulo cauſę. concludit Barto.in d.verbo, ſummariè.quem hic Doc. ſequuntur,ꝙ ſi cauſa principalis eſt ſummaria,omnes articuli ſunt ſummarij ratione dicta ſupra. in principio apparatus huius verbi, ſummariè.

Vbi vero cauſa principalis eſt plenaria,maior eſt dubitatio, in qua Bartolus & alij ſatis intricato ſtilo procedunt.

Ego non ſequendo eorum ordinem pro clariore extractione facio duo membra principalia. Primum eſt de articulis ſeu exceptionibus emergentibus, quæ cõcernunt proceſſum, Secundum membrum eſt de articulis ſeu exceptionibus emergentibus & incidentibus peremptorijs.

60 † Circa primum membrum diſtingue tres eſſe ſpecies articulorum, ſeu exceptionum.

Prima ſpecies continet articulos, in quibus ſiue quis vincat ſiue vincatur,non per hoc perditur cauſa principalis.

Secunda ſpecies continet articulos, in quibus ſi proponens vincat, non per hoc vincit cauſam principalem, ſed

remanet

remanet in dubio: ſed ſi perdit in illis perdit cauſam.

¶ Tertia ſpecies continet articulos, in quibus ſi proponens vinceret, totam cauſam vinceret: & ſi perdit, non propterea perdit cauſam principalem.

¶ Circa primam ſpeciem, ſ. articulorum, in quibus ſiue vincat ſiue vincatur non per hoc perditur cauſa principalis: dicas quod in his ſemper ſummariè eſt procedendum: exemplum habes in l. ſiquis libertatem. §. plane tantum. ff. de peti. hæredi. in l. ſi defenſor. §. illud. ff. de interro. actio. Et intellige in iſtis emergentibus agi ſummariè non reſpectu ordinis, quia etiam in illis ordo attenditur reſpectu cauſæ principalis. Sed dicitur agi ſummariè reſpectu probationis, quia cum agatur de modico præiudicio, ſufficit ꝙ oſtendatur iudici ſic eſſe prima facie, dictis legibus.

¶ Circa ſecundam ſpeciem, ſcilicet articulorum emergentium, in quibus ſi proponens vincat per hoc non vincit cauſam principalem, ſed remanet in dubio: ſed ſi perdit in illis perdit cauſam: exemplum, actor in prima dilatione nihil probauit, petit ſecundam, ſi obtinet nõ vincit cauſam, ſed remanet in dubio probationis, ſi perdit abſque dubio perdit cauſam: conclude in iſtis quo ad probationes impedimenti faciendas ab eo, qui petit ſecundam dilationem, ſufficit ſummaria & ſemiplena probatio: qood patet, quia poteſt probari per iuramentum, cap. paſtoralis. de exceptio. l. ſcire oportet. §. ſufficit. in fi. de excu. tuto. & ita determinat Papa, vt refert Specu. de appella. §. nunc breuiter. verſi. quid ergo. & tenet Guil. de Cu. in l. 2. ff. ſiquis cautio. & eſt ratio, quia ex hoc, ſcilicet ꝙ detur dilatio ſecunda, inſurgit modicum. Iaco. tamen de Are. dicebat in hoc debere conſiderari qualitatem perſonæ. Vbi vero tractatur de probatione impedimenti ob alium effectum Bar. vbi ſupra. nõ dicit poſſe probari per iuramentum, & ꝙ iuramentum non ſufficit, tenet hic Ioã. de Imol. col. 44. de quo remitto ad no. per do. meum Peruſinum poſt Abb. & alios doct. in cap. ex ratione. de appel. col. 3. & ſeq.

¶ Aduerte tamen, quia prædicta procedunt, vbi agitur de probatione impedimẽti ex parte petentis ſecundam dilationem, ſed ex parte reſiſtentis & dicentis ſecundam dilationem non eſſe dandam, quia ex denegatione talis dilationis conſequitur magnum emolumentum, cùm procedatur ſuper principali, requiritur plena cauſæ cognitio, l. a procedente. C. de dila. vbi tex. ſe fundat ſuper hac ratione, ſ. quod denegata dilatio. proceditur ſuper principali. Et ideo cum agitur quæſtio de danda vel deneganda dilatione, adhibenda eſt plena cauſæ cognitio, quia aliquo caſu, ſ. cum denegatur requirit plenam cauſæ cognitionem, ideo in dubio dicetur plenaria, argu. l. ſufficit. ff. de condi. indebi.

¶ Circa tertiam ſpeciem. ſ. articulorum, in quibus ſi proponens vinceret totam cauſam vinceret, & ſi perderet non propterea perderet cauſam principalem. Exemplum de exceptione rei iudi. iuſiurandi, & trãſactionis, quæ proponuntur ante litem conte. ad impediendum proceſſum: nam ſi opponens vincat, vincit totum proceſſum, ſi perdit, nõ ex hoc perdit, nec aduerſarius vincit in principali: & tunc in hoc emergenti ex parte proponentis requiritur plena cauſæ cognitio, vt vincat: quę tamen cognitio certo reſpectu poteſt dici ſummaria, ſ. ꝓpter breuitatẽ dilationis ſeu cognitionis: quia ſi requireret altiorem indaginem, non impediret proceſſum, ſed fieret litis conteſtatio, & poſtea proponeretur in modum peremptoriæ, c. 1. & 2. de lit. contre. lib. 6. l. nam & poſtea. in prin. in text. & glu. ff. de iureiur. Ex quibus infert Bar. in d. verbo, ſummariè. & Io. de Imol. hic poſt alios. colum. 45. ꝙ ſi opponens in illa exceptione ſuccumbat, nec plene probat ante litem conteſt. poſito ꝙ ſuper hoc eſſent examinati & publicati teſtes, iterum poſt litem conteſt. poterũt
61 examinari ſuper eod. ca. quia prima † examinatio ſummaria non impedit ſecundam plenariam, l. pen. ff. de his qui ſunt ſui. l. a diuo Pio. §. ſi ſuper rebus. ff. de re iudica.

¶ Item quia teſtes in prima inſtantia ſunt examinati ad finem impediendi proceſſum, in ſecunda examinantur ad alium finem, ſ. vt diffinitiue abſoluatur, ideo examinatio & publicatio non nocet, C. de teſti. l. argentarius. §. penul. ff. de eden. l. qui tabulas. §. fi. ff. de furt. nec poteſt dici eadem in-
62 ſtantia, quia † inſtantia incipit a litis conteſta. vt eſt de hoc caſus in cap. veniens. de teſtibus.

¶ Aduerte tu, quia licet docto. hic ſequantur Bart. in eo quod dicit, ꝙ publicatio teſtium in iudicio ſummario non impedit productionem eorundem ſuper eodem capitulo in iudicio plenario, tamen do. Anto. & alij in cap. fraternitatis. de teſti. intelligunt hoc verum, niſi in prima inſtantia ſummaria fuiſſet plene cognitum: mouentur per vnum dictum Iaco. de But. in l. ab hoſtibus. §. ſed ꝙ ſimpliciter. ff. ex quibus ca. maio. dicentis, ꝙ acta facta in ſummario, ſi de eis ſit plene cognitum, probat in plenario: de quo dicto aliquid ſupra tetigi. & latè illum tangit do. Alexan. in l. ſæpè. ff. de re iudica. colum. 41. Et quo ad dictum Bar. in d. verbo, ſummariè, vide Areti. in d. cap. fraternitatis.

63 ¶ † Pondera tamen ſingulariter dictum Bart. in d. verbo, ſummariè, in eo quod inquit, ꝙ id quod eſt probatum ante litem conteſtatam non dicitur probatum in eadem inſtantia: & ideo teſtes producti ante litem conteſta. poterunt iterum produci ſuper eiſdem vel directo contrarijs capitulis poſt litem conteſta. nam profectò eſt notabile verbum, licet pauci aduertant, & ſignent eius pulchritudinem, ſed omnes referendo eius verba reſident cum Bartol. quod eſt notandum ad materiam cap. fraternitatis. de teſtibus. & l. per hãc. C. de tempo. appel. authen. qui ſemel, cum ibi not. per Bart. C. de proba. Et prædicta ſufficiunt quo ad primum membrum continens articulos ſeu exceptiones emergentes reſpicientes proceſſum.

64 ¶ † Capio nunc ſecundum membrum concernens exceptiones peremptorias, ad cuius intelligentiam diſtingue, ꝙ aliquæ ſunt exceptiones peremptoriæ emergentes vel incidentes ante ſententiam, aliquæ poſt ſententiam incidunt.

¶ Circa primas dicas, ꝙ aliquæ ſunt peremptoriæ, quę nõ poſſunt ſeparari a principali cauſa, ſicut quælibet exceptio intentionis. Exemplum, ſi dico teſtamentum nullum vel ruptum agnitione poſthumi, vel ſi dicam actori ius non competere, quia meus eſt ſeruus, in his & ſimilibus incidentibus eſt plene cognoſcendum, quia ſententia lata ſuper principali parit exceptionem rei iudicatę quo ad iſtas incidentes. l. j. C. de ordi. iudi. l. ſi inter te & me. ff. de excep. rei iudi. Et hoc verum, vbi cauſa principalis requirit plenam cauſæ cognitionem: ſecus ſi ſummariam, l. pe. ff. de his q. ſunt ſui. l. ſiquis a liberis. §. ſi vel parens. ff. de libe. agno. faciunt quæ dixi ſu-
65 pra in apparatu huius verbi, ſummariè, in princi. † Quędam ſunt peremptorię incidentes, quæ poſſunt ſeparari a principali, vt regulariter eſt omnis exceptio, q̃ vera eſt exceptio, id eſt actionis excluſio: nam vtrunque poteſt eſſe, & de vno poteſt agi & aliud omitti, vt in pacto præſcriptionis &c. & harum triplex eſt ſpecies. Quædam ſunt, quæ poſſunt principaliter in alio iudicio intentari, vt exceptio pacti, & aliæ ſimiles, quæ veræ ſunt exceptiones: & de iſtis debet plene cognoſci, cum ex vtraque parte pariant plenum præiudicium, ideo debent plene diſcuti, l. iudices. C. de iudi. cap. iudicantem. 30. quæſtio. 5. Quędam ſunt, quæ per ſe poſſunt in alio iudicio agitari, non tamen ad eum finem, ad quẽ ſunt examinatæ in primo iudicio. Exemplum in l. vendicantem. & l. ſequen. ff. de euictio. & tunc debet plene examinari eadem ratione: tamen ſiquis ſuccumbit in modum exceptionis, illa poterit deduci in iudicium per modum actionis, d. l. vendicantem. & no. in c. 50. de ordi. cogni. poſt Innocen. in c. cum eccleſia. de cauſa poſſ. & plenius per Cy. in l. peremptorias. C. ſenten. reſcin. non poſſ. & not. in l. qui Romæ. §. duo fratres. ff. de verbo. obliga. Quędam ſunt exceptiones dilatoriæ, quæ poſſunt per ſe examinari in alio iudicio per modum agendi ad eundem finem, vt exceptio compenſationis, quę cum opponitur tendit ad finem vt mihi ſatisfiat, ad quem finem etiam tendit com ago. Et iſta, quia poteſt in alio iudicio reparari, habet in ſe aliquid ſummarię cognitionis, quia ſi haberet altiorem indaginem, iudex non deberet eam admittere, l. fin. C. de compen. Et ideo ſi opponatur exceptio debiti naturalis, ꝙ non poteſt deduci in aliud iudicium agendo deberet plene examinari, ſicut aliæ tales exceptiones. Si ergo diſputatur de tali compenſatione ad effectum, vt opponens vincat, vel vt reprobetur compenſatio, requiritur plena cauſæ cognitio, quia faceret plenum præiudicium, l. ꝙ ſi in diem. §. ſi rationem. ff. de compen. ff. de neg. ge. l. ſin autem. §. j. Si vero agitur de exceptione iſta non admittenda, non tamen reprobando eam, tunc cum non faciat præiudicium, §. ſi rationem, ſupra allegato, non requiritur ita plena cauſæ cognitio.

¶ Circa vero eas exceptiones peremptorias, quæ incidunt poſt ſententiam, conclude ꝙ aut tales exceptiones incidentes poſt ſententiam reſpiciunt merita cauſæ, vt in exceptionibus, de quibus in l. j. C. de iur. & fac. igno. & in iſtis

idem

idem per omnia dicendum, quod dictũ eſt de his quę emergunt ante ſententiam. Aut concernunt executionem, vt quia dicitur executionem fieri non debere, quia ſententia nulla, vel lata reſpectu falſorum inſtrumentorum: & iſtę requirunt ſummariam cognitionem quo ad breuitatem dilationis: quia ſi requirit altiorem indaginem, non impeditur, ſed reſeruatur exceptio præſtita cautione de reddẽdo quod excipit, l. 2. de fal. l. fi. C. de ordi. cogni. authen. quæ ſupplicatio. C. de preci. impe. offe. cap. ſollitata. de reſti. in integ. Sed ſi probationes eſſent in promptu, tunc impeditur executio, & probationes deberent eſſe plenæ, l. fin. C. ſi ex fal. inſtru. ibi, manifeſtis probatur. Et idem dicas in exceptione illa, ꝙ executio fieri non debet in totum, ſed ſolum inquantum conuentus facere poteſt, ff. ſolu. matrimo. l. ex diuerſo. §. fina. & ita tranſit Bartol. in dicto verbo, ſummariè, quem hic ſequuntur Pet. de Anchera. Ioan. de Ligna. & Ioan. de Imol.

¶ Sed tu de iſta exceptione, ne conueniatur vltra quàm facere poſſit, vide notata in d. l. ex diuerſo. §. fi. & in l. Neſennius. ff. de re iudica. Pau. de Ca. in conſi. 141. Areti. in §. appellantur. Inſti. de excep. colum. 9. do. Anto. de Canario in tractatu de executione inſtrumentorum, in q. 48. Aut exceptiones non opponuntur ſimpliciter contra executionem, ſed circa rem in qua fit executio: & iſtæ exceptiones requirunt ſummariam cognitionem, & quo ad breuitatem temporis, & quo ad ſemiplenam probationem, ff. de re iudi. l. a diuo Pio. §. ſi ſuper. & hoc, quia non agitur de magno pręiudicio, quoniam ſi executio non fiet in illa, fiet in alia. Item quia de re illa poterit cognoſci in iudicio ordinario.

66 ¶ †Vltimo quæritur, quid ſi in cauſa & ſummario iudicio iudex in ſententia dixerit ſe adhibuiſſe plenam cauſæ cognitionem, an talis ſententia faciat præiudicium in alia cauſa? Barto. in d. verbo, ſummariè. quem hic ſequuntur Pet. Io. de Ligna. & Ioan. de Imo. tenent ꝙ non, quia intelligitur adhibuiſſe plenam, ſecundum ꝙ natura cauſæ requirit: facit cap. ad noſtram. el 3. de iureiur. l. ſi vno. in prin. ff. loca. l. ſi ſtipulatus. ff. de vſuris. l. damni quidam. ff. de dam. infec. Ego allego ad hoc tex. in cap. indemnitatibus. §. ſi vero. ibi, plene ſine ſtrepitu. de elec. in 6. Et facit ratio, quia cognoſcere non ſolum ſtat in iudice, ſed & in parte, quæ forte non curat probationem producere, ideo quia ſcit cauſam reparari in alio iudicio: quod maxime procedit, ſi pars contradixit huic ſententiæ, vt hac cle. in fi. quæ tamen re vera loquitur in caſu, quo paratur magnum præiudicium, quocunque agatur. Sed quid econtra ſi iudex in plenario iudicio dicat ſe adhibuiſſe ſummariam cauſæ cognitionem? dic ꝙ non valet ſententia, quia cognitio eſt de ſubſtantialibus, l. ſi ex ſtipulatione. C. de ſenten. & interlo. om. iud. canonizata, 2. q. 6. Quod intellige & amplia verum eſſe & procedere, etiam ſi partibus volentibus iudex ſic proceſſerit ſummariè, vt per glo. fi. ſupra ea. clem. vbi de hoc dixi, & limitaui, ibi vide.

¶ Poſtremo quæro, an cauſæ ſummarię habeant inſtantiam: vide quæ late dicam infra in fi. apparatus verborum, ſine figura iudicij.

Circa ſecundam quæſtionem

principalem, ſ. quæ ſit expoſitio verbi, ſimpliciter: dic vt dixi ſupra. in prin. huius clem. ſuper glo. in verbo ſimpliciter. & de multiplici ſimplicitate. Item quot modis in iure exponatur hoc verbum, ſimpliciter. dixi ſupra. in princi. clem. apoſtillando tex. in verbo, ſimpliciter. dic vt ibi, & ſuper glo. præallegata in verbo, ſimpliciter ſcripſi.

Circa tertiam quæſtionem principalem,

ſ. quæ ſit ſignificatio verbi de plano, dic vt dixi ſupra. apoſtillando tex. in prin. huius clemen.

67 ¶ †Sed quo ad propoſitum infra dicendorum præmitto, ꝙ planum eſt oppoſitum de alto. altum vero dicitur vel ratione loci, vel ratione ſtili: hinc dicemus quem vti alio ſtilo.

¶ Item de plano fieri eſt oppoſitum eius quod fit veloci-
68 & ex arrupto. Hoc præmiſſo † ſi quæras quæ cauſæ ſint de plano tractãdę? Conclude poſt Bar. in extraua. ad reprimẽ. in verbo, de plano. quem hic formaliter ſequuntur Pet. de Anchera. Ioan. de Imo. col. 48. poſt Ioan. de Ligna. ꝙ ſi cauſa eſt vilis, puta quia vilium perſonarum, vel de re vili vel vili materia, debet tractari de plano, authen. niſi breuiores. C. de ſenten. ex peric. reci. l. nec quicquam. §. de plano. ff. de offi. procon. l. leuia. ff. de accu. Et hoc caſu verbum de plano, importat ꝙ iudice nõ ſedente ꝓ tribunali, & ſic in loco alto.

¶ Item ꝙ non ſeruetur altus ſtilus iudiciorum, ſed ſine libello & alijs ſolemnitatibus cognoſcitur veritas, d. §. de plano, per glo. & Guil. in d. l. leuia, facit ad hoc quod dixit glo. in verbo, ſtans & in verbo, in ſcriptis. in §. & qa. ſupra ea. cle. Quæ vero dicatur cauſa vilis ſeu breuis, dixi ſupra. in princi.
69 cle. ſuper glo. in verbo neceſſario. † Vbi vero cauſa eſt grauioris ponderis, regulariter eſt plene cauſa cognita & ſolenniter agitanda, l. iudices. C. de iudi. cap. iudicantem. 30. q. 5.

¶ Fallit in quibuſdam caſibus, qui agitantur de plano, de quibus in l. vnius. § fi. ff. de quæſtio. in cap. nouit. de iudi. in cap. olim. de accuſa. & ibi per Innocen. in quibus non intelligitur excluſus ordo iudiciorum: ratio eſt, quia in cauſis magnis proceditur repente, & ſine ſolemnitate eſt ſtilus nimis altus, & ſolum principes & reges hoc faciunt.

¶ Sed procedere ordinariè dicitur, & eſt in illis procedere de plano, i. non nimis velociter nec alto ſtilo. Ex quo infertur, ꝙ ex diuerſitate cauſarum ſtilus dicitur diuerſimode altus. Putat tamen Bart. vbi ſupra. quem hic ſequuntur pręallegati doc. ꝙ non erit in his neceſſe ſemper iudicem ſedere pro tribunali, ſed in camera poterunt actus fieri. Addit Ioan. de Imo. hic, & tempore feriato, per ea quę dixit glo. in verbo, feriarum. ſupra in prin. clem.

¶ Item poterit facere ea, quæ poſſet per verbum ſine ſtrepitu, de quo verbo ſtatim dicã. Et procedunt prædicta, vbi quæritur, an tota cauſa ſit de plano agitanda.

¶ Sed ſi quæratur, an aliquis articulus cauſæ, quæ ſit tractanda & examinanda ordinariè, poſſit agi de plano, Concludit vbi ſupra, Bart. & dicti doc. hic ſequuntur, ꝙ quędam quis facit in iudicio coram iudice ſolum adhibente præſentiam ſuam, vt producere libellum coram iudice, & iſtud ſemper poterit fieri de plano, i. iudice non ſedente pro tribunali, & die feriata ob neceſſitatem hominum, l. miles. §. ſexaginta. ff. de adul.

¶ Idem dicendum in appellatione, quæ coram iudice in-
70 terponitur, C. de fer. l. j. † Ex quo infert Bar. vbi ſupra. & prędicti doc. hic ſequuntur, ꝙ relationes nunciorum, quæ fiunt a iudice, poſſunt fieri de plano.

¶ Idem eſt in habente terminum ad producendũ aliquid coram iudice: nam de plano poterit hoc fieri per dictas ll. Et hoc verum, ſi habet terminum ad producendum, ſecus ſi ad probandum, quia tunc non ſufficeret exhibere coram iudice, quia ex tali ſola exhibitione non fit probatio, niſi copia detur parti, & terminus ad opponendum: & ſic ſi quod productum eſt approbabitur vel improbabitur, dabitur ei vel non dabitur fides, l. fi. C. de fide inſtrumẽ. Quidam vero ſunt articuli ſeu quędam acta, in quibus oportet iudicem aliquid facere, & tunc ſi eſt modici pręiudicij, ita ꝙ ſummariã cognitionẽ requirat, ſ'm quod dicitur in l. fideiuſſor. § illud. ff. de interro. ac. & ſupra plene dictum eſt in apparatu verbi ſummariè, tunc poterit de plano examinari, i. iudice non ſedente pro tribunali, & die feriata ob neceſſitatem hominũ, l. volunt. §. fi. ff. de interro. ac. Si vero illud poteſt eſſe aliqua ex parte magni præiudicij, non debet agitari de plano, ſed cauſa plene cognita & iudice ſedẽte, l. a ꝓcedẽte. C. de dila.

¶ Prædicta loquuntur in caſibus in quibus venit ferenda ſententia diffinitiua.

¶ Quid autem de his actis, quę fiunt a iudice, ex quibus non ſperatur ſentẽtia, ſed aliquod decretum iudicis? Dic ꝙ ſi tale decretum interponitur in his, quę ſunt merę voluntarię iuriſdictionis, & nulla cauſa requiritur, niſi partiũ voluntas. Iſtud de plano cognoſcitur, i. iudice non ſedente, Inſtit. de liberti. §. ſerui. ff. de manu. vindi. l. non eſt omnino. Vbi vero acta, quæ agitantur, requirunt cauſæ cognitionem, tunc ſi talis cauſæ cognitio eſt leuis vel ſummaria, vt in tutore & curatore, qui dantur ſine inquiſitione: & talia ſimiliter pñt agi de plano, l. qui habet. §. quolibet loco. ff. de tutel. Idem in bonorum poſſeſſione, quia nõ tribuit ius, l. 2. §. dies. ff. quis ordo in bo. poſſ. ſeruetur. Si vero cauſæ cognitio debet eſſe plena & vera, vt quando datur tutor ex inquiſitione, vel conceditur bono. poſ. tribuens ius: tunc non poſſunt fieri de plano, ſed iudice ſedente, ff. de confir. tuto. l. naturali. §. fina. d. l. 2. §. dies. l. 3. §. ſi cauſa cognita. ff. de bono. poſſ. Aduertendum tamen eſt, ꝙ licet his caſibus requiratur plena probatio, cauſa tamen non dicitur ordinaria: immo nec fit probatio in forma iudicij, ſed nulla parte citata, d. §. ſi cauſa cognita. & iſto reſpectu poteſt dici nõ plena ſ'm dicta
71 ſupra. in apparatu verbi ſummariè. ex qbus patet, ꝙ † leges

& iura,

& iura, quæ dicunt, cauſam debere de plano agitari, longe
differunt ab his quę dicunt, cauſam debere de plano agitari.
Ex quibus infertur non debuiſſe Dy. ex dicta l.ij. §. dies. &
d.§. ſi cauſa cognita, ſumere regulas in materia ſummariæ
cognitionis, de quo dic vt radidi ſupra. in apparatu verbi
ſummariè. Supradicta de verbo de plano, ſumpta fuere a do
ctrina Barto. in d. extrauag. in verbo de plano. quem hic ſe-
quuntur Pet. de Anchera. Io. de Ligna. & Io. de Imo. quę be-
ne notabis. Tu adde inquantum Bart. ſupra tetigit relatio-
nem nunciorum poſſe fieri de plano, i. iudice non ſedente,
idem tenere Roma. in conſilio 517. incip. Diligenter perſcru
tatis ſingulis. vbi alleg. idem tenere Bar. in l. ſi finita. §. Iulia-
nus in 4. colum. de dam. infec. in l. Theopompus. ff. de dote
72 præleg. † Item inquantum dixit Bart. relationem poſſe fieri
die feriata ob neceſſitates hominum. Adde idē tenere Bal.
in l. ſi feriatis. ff. de fer. Sed idem Bal. in c. fi. de fer. & in l. mi-
norum. C. in quibus cau. in inreg. reſt. tenet contrarium,
quia ex quo relatio nuncij eſt quoddam teſtimonium ipſius
nuncij, cap. cum parati. de ap. debet fieri in iudicio. Et hanc
partem ſequitur Ang. in l. fi. C. de ferijs. dicens, ꝙ licet actus
citationis, quæ fit per nuncium, quia eſt extraiudicialis, po-
teſt fieri die feriata: tamen relatio nuncij nō poteſt, quia eſt
actus iudicialis & fit in iudicio. Sed aduerte, quia Ange. lo-
quitur de die feriata in honorem Dei. Mihi magis placet pri
ma opi. quam reperio tenere dominum Lafran. in repetitio
ne c. quoniam cōtra falſam. in ver. citationes. in fi. de proba
tio. Et pro confirmatione adduco doctrinam Bart. in d. ver-
bo, de plano. ſupra relatam, dum voluit illa acta, in quibus
non oportet iudicem aliquid facere, poſſe fieri de plano iu-
dice non ſedente, & die feriato ob neceſſitates hominum.
Sed relatio nuncij eſt huiuſmodi, quia ſolam præſentiam iu-
dicis expoſcit, igitur &c. ex quo tollitur non obſcure, ꝙ dica-
tur teſtimonium quoddam.

73 ¶ † Secundo facit, quia relatio nuncij poteſt fieri notario
iudicis in abſentia iudicis, ſecundum Bal. in l. præcipimus.
poſt medium. C. de appellatio. quia non requirit cauſæ co-
gnitionem, ſed eſt quoddam referre, argu. illius text. Idem
voluit Ange. in l. cum ſeruus. C. de agri. & cenſi. lib. 11. & al-
leg. Bart. in d. §. Iulianus. colum. 4. ver. iuxta prædicta quæ-
ro. hoc tamen vltimum, quod dictum eſt de notario, non
firmo pro nunc, quia Ange. in d. §. Iulianus. tenuit contra-
rium, & Bald. in authen. quæ ſupplicatio. C. de præci. impe.
offe. ſentit Bald. in d. l. minorum. & facit ratio, quia notarius
cauſæ non poteſt expedire acta cauſæ in abſentiam iudicis,
vt dicit glo. in l. iubemus. C. de lib. cauſa. & hanc partem vi-
detur ſequi do. meus Peruſinus in d. cap. cum parati.

74 ¶ † An autem relatio nuncij poſſit fieri in abſentia par-
tium? Bal. in d. l. minorum, tenet ꝙ ſic, ſequitur Roma. in d.
conſi. 497. bene facit quod dictum eſt ſupra. ſecundum Bar.
de actu requirente ſolam præſentiam iudicis.

75 ¶ † Item an commiſſio de citando poſſit fieri die feriato
ob neceſſitates hominum? Bar. in l. 1. §. nunciatio. colum. 4.
ver. quærit. hic Iac. de Are. tenet ꝙ ſic. & facit ratio, quia li-
cet talis commiſſio de citando dicatur interlocutoria, gloſſ.
in l. cum clericis. C. de epiſcopis & cleri. & no. in d. cap. cum
parati. quia tamen non exigit cauſæ cognitionem, nec eſt
magni præiudicij, valebit facta die feriato, d. l. 2. §. dies. ff.
quis ordo in bono. poſ. ſerue. Et licet Bal. in l. fi. C. de fer. te-
neat contrariū, tamē opi. Bar. magis placet do. Lafran. in re-
pe. c. quoniam contra falſam. in ver. citationes. in fi. de pro-
batio. Mihi etiam placet ratio prædicta, & [illegible] ea facit quod
dictum eſt. ſupra de his actib. in quibus oportet iudicem ali
quid facere, quæ ſunt modici præiudicij.

76 ¶ † An autem commiſſio de citando poſſit fieri parte ab-
ſente? Barto. in l. ait prætor. §. ſi debito. ff. de his quæ in frau.
cre. circa fi. tenet ꝙ ſic, per l. ſed ſi interpellatur. §. 1. & l. diem
proferre. in prin. ff. de arbi. Idem voluit Bart. in d. l. ſi finita.
§. Iul. colum. 4. verſic. circa prędicta. Item talis commiſſio de
citando poteſt fieri a iudice nōn ſedente, vt inquit Barto. in
ſuo conſil. 164. quod incipit, Proceſſus, & in d. §. Iulianus.
Et ad vtrunque dictum facit quod dixi ſupra. de acti. requi-
rentibus factum iudicis, quæ ſunt modici præiudicij: facit
quod no. Bald. in l. nec quicquam. §. vbi decretum. colum. 6.
verſi. ſed tu dic. ff. de offi. procon. Item inquantum ſupra.
dictum eſt aliud eſſe in habente terminum ad producendū,
aliud in habente terminum ad probandum. Adde, ꝙ hanc
doctrinam Barto. ſequitur Roma. in l. qui ante kalendas. ff.
de verbo. obliga. Are. Inſti. de exceptio. §. appellantur. in fi.
& Roma. in conſi. 156. incip. honorandi do. Collateralis. &
in conſil. 222. quod incipit, In caſu propoſitę conſultatio-
nis. & in conſil. 519. inci. In caſu propoſitæ quæſtionis. vbi
ampliat idem dicendum non ſolum in cauſis ordinarijs, ſed
etiam in illis, quæ ſine figura & ſola facti veritate inſpecta
cognoſcuntur, quod eſt ſingulariter notandum.

77 ¶ † An autem in tali productione pars ſit citanda, vel va-
leat facta parte abſente? conclude quòd quo ad ſimpli-
cem productionem quæ fit iudici valet parte abſente &
non citata, argu. l. miles. §. ſexaginta. ff. de adulte. ſecundum
Bald. in l. ſi quando. in fi. C. de teſt. & in l. fi. C. qui admi. fa-
cit doctrina Bartol. ſupra allegata pluries in dicto verbo,
de plano.

¶ Quantum vero ad effectum ꝓbationis, & ſic vt ipſum
liceat parti non ſufficit producere niſi parti detur copia cum
termino ad opponendum, iuxta theoricam prædictam per
l. fin. C. de fid. inſtru. vbi eſt expreſſum, ꝙ fides probationis
iam impoſita per iudicem inſtrumento, quod iam erat pro-
ductum, euacuatur ſi poſtea parti volenti aduerſus illud op-
ponere exceptionem præiudicialem eius copia denegetur:
quod intelligit Roma. in præallegato conſil. 519. locum ha-
bere non ſolum, quando denegatur copia inſtrumenti pro-
ducti parte abſente, ſed etiam quando pars præſens produ-
ctioni fuit, & illi petenti denegatur copia. Mouetur primo,
78 quia † paria ſunt, partem abſentem tempore productionis
fuiſſe, vel præſentem & ei denegari copiam & terminum ad
contradicendum. Sed inſtrumentorum productio facta ab-
ſente parte illi non pręiudicat, text. eſt in c. certe. 3. quæſt.
9. quem ponderat Bal. in d. l. ſi quando. & in d. l. fi. ergo idem
dicendum, quando parti præſenti petenti copiam & termi-
num ad contradicendum & opponendum denegatur.

79 ¶ † Secundo, quid facilius impeditur ab initio fieri, quàm
factum tollatur, l. patre furioſo. ff. de his qui ſunt ſui. c. quē-
admodum. de iureiuran. l. furor. ff. de ſpon. ſed productio iā
facta abſente parte euacuatur, ſi denegetur eius copia & ter
minus ad opponendum, l. fi. de fide inſtrumen. & ſupra dixi.
Igitur multomagis ab initio inſtrumentum dicetur vires nō
habere, cum eius copia & facultas cōtradicendi denegatur:
quæ omnia tene menti, quia ſunt quotidiana & vtilia. Ex
quibus colligere poſſes intelligentiam illius paſſus, an in ꝓ-
ductione inſtrumentorum pars ſit citanda: quia quo ad vti-
litatem ſimplicis productionis nō eſt neceſſaria, per ſupra-
dicta: quo vero ad effectum probationis præiudicialis parti
debet citari. Et ita intelligatur text. quem ibi ponderat Bal.
in l. iudices. C. de fide inſtrumen. & Bal. in l. ſi quando. in fi.
C. de teſti. & Barto. in l. qui ante kalendas. ff. de verbo. obli.
& tex. quem ibi ad hoc ponderat Ang. in l. properandum. §.
ſin autem reus. C. de iudi. ibi, de præſentia. iuncto verbo, ter-
ribilis proponuntur ſcripturę. Sed hoc limita verum, niſi ꝓ-
ducatur vltimo die termini aſſignati ad ꝓducendū ſcriptu-
ras: quia ex quo fuit data dilatio vſque ad illam diē, viden-
tur ab initio partes citatę, vt illa die compareant ad viden-
dum productionem ſcripturarum: iſta eſt ſingularis practi-
ca Bar. in l. item illa. circa princi. ff. de conſtitu. pecu. Idem ſi
ab initio eſſet intimatum partibus, ꝙ compareant ſingulis
diebus & horis, ſecundum Bald. in d. l. ſi quando, col. 5. vbi
dicit han cautelam fore bene notandam: & ita ſequitur do.
Anto. de Alexandro in d. §. ſin autem reus. & vide no. in d. l.
qui ante kalendas.

80 ¶ † Vnum tamen velim habeas ante oculos ſemper, quòd
cauſæ, quæ aguntur ſuper actu emergente & celebrato poſt
litem conteſtatam apud acta debent ſimpliciter & de plano
tractari: & eſt ratio clara, quia talia emergentia expediuntur
officio iudicis, ideo conteſtationem non requirunt, ſed de
plano ſunt expedienda: glo. eſt notanda in Authen. de triē.
& ſemiſ. colum. 3. in §. pe. quam ibi ſequitur Ang. Aduerte
etiam, ꝙ in cauſis, quæ de plano ſunt tractandæ per filium-
fami. patris conſenſus requiritur, quia talis conſenſus po-
tius reſpicit ſubſtantialitatem quàm ſolemnitatem iudicij.
verba ſunt pulchra Bal. in l. nec quicquam. §. de plano. in fi.
ff. de offic. procon. & legati. vbi rationem aſſignat vt ibi per
eum quod not. pro limitatione l. non ſolum. §. neceſſitatem.
C. de bo. quæ libe. Ipſe tamen Bal. in l. 3. §. ſed verum. ff. de
mino. arguit & ſentit oppoſitum ſed non bene ſe firmat. Tu
adde quæ dicam infra in apparatu verborum ſine figura iu-
dicij. 3. quæſtio. 2.

Circa

Circa quartam principalem

queſtionem, ſcilicet quæ ſit ſignificatio verbi, ſine ſtrepitu, dixi ſupra. in principio apoſtilando text. & quæ ibi dixi hic pro repetitis poſſunt haberi.

Circa quintam principalem

quæſtionem, ſcilicet quæ ſit ſignificatio horum verborum, ſine figura iudicij, dixi ſupra. in principio clemen. apoſtilandu tex. quæ hic potes repetere. Item an verbum ſine figura, de per ſe operetur idem quod operantur ſimul omnia iſta verba ſummariè ſimpliciter de plano ſine ſtrepitu & figura iudicij: vide quæ dixi ſupra. in princip. clemen. ſuper glo. in verbo, ſine figura, ad quæ me remitto.

¶ Verum ad maiorem claritatem quærendum eſt, quid operentur dicta verba, ſine figura iudicij, in ſingulis actis
81 iudicij. † Et quia iudicium incipit a citatione, Inſti. de pœ. te. lit. in fi.

¶ Queritur primo, an vbi cauſa tractatur ſine figura iudicij requiratur partis citatio. Barto. in d. extrauag. in verbo, ſine figura iudicij, quē hic ſequuntur Pet. de Anchera. Ioan. de Ligna. & Ioan. de Imol. colum. 35. concludit quòd ſic. Primo per tex. in d. extrauagan. ad reprimen. Henrici Imperatoris. Secundo per tex. in hac cle. §. non ſic tamen. Tertio, quia & Deus primum parentem citauit, dum dixit, Adam vbi es? Quarto per text. in clemen. paſtoralis. de re iudica. vbi caſſatur ſententia Imperatoris propter citationem non factam legitimè. & facit ratio, quia citatio eſt de iure naturali, & defenſio quę non eſt deneganda, d. cle. paſtoralis. l. vt vim. ff. de iuſti. & iur. Tu adde bene facere glo. in l. fin. C. de legibus. innuentem nō valere ſententiam Imperatoris ſine citatione: de quo tamen & quomodo intelligi debeat, quod citatio ſit defenſio, late dixi ſupra. ea. clemen. §. & quia. ſuper gloſſ. in verbo, peremptoriè. verſicu. ſupradictis applicari poteſt quæſtio. ibi reperies plura elegantia verba & dicta in materia.

¶ Sed an iſtis ſummarijs ſufficiat vnica citatio. glo. in d. §. & quia. ſupra ea. cle. in verbo peremptoriè. tenet quod ſic, vide ibi quæ dixi late & limitaui.

82 ¶ † Secundo quæritur, an in hoc iudicio in quo ſine figura proceditur perſona ſit legitimanda. tex. in d. extrauagan. ibi, vel alijs legitimè, probat quod ſic, & ita tenet ibi Barto. in verbo ſine figura. & facit ratio, quia alias ſequeretur abſurdum, quod factum non habentis mandatum alijs præiudicaret, quòd iuri naturali repugnat, l. ſi quis in ſuu. C. de inoffi. teſt. l. factum alterius. ff. de regu. iur. regula, non debet aliquis. lib. 6. Et Barto. ſequuntur hic Pet. de Anchera. Ioan. de Ligna. & Ioan. de Imo. dicens hoc probari hic in text. in prin. clemen. ibi, procuratorum contentiones, qui præſupponit mandatum præcedere, argu. l. 4. C. de procura. licet Bartol. vbi ſupra, dicat hoc nō poni in hac clemen. Præterea ſi aliud diceremus, repugnaret iuri naturali, vt ſupra dixi: ſed
83 † conſtitutio principis non poteſt diſponere contra ius naturale, vt not. Innocen. in cap. quæ in eccleſiarum. de conſtitu. no. in l. fin. C. ſi contra ius vel vtili. publi. ergo conſtitutio diſponens cauſam cognoſci ſummariè & ſine figura iudicij non excludit legitimationem perſonarum. Et hoc tenet glo. Fran. Tigri. Saly. & Bartol. in l. 2. in fi. C. de edic. diui Adri. tol. dicens formaliter, quod in iudicio quantumcunque ſummario perſona, cum qua litigatur, debet plene legitimari, licet cauſa ipſa requirat ſummariam cognitionem.

¶ Idem ſentit Bald. in l. fina. colum. 14. verſi. quinto quęritur. C. de edic. diui Adri. & in l. nec quicquam. §. de plano. in vlti. quæſtio. ff. de offic. procon. Bald. in l. 3. §. ibidem. ff. ad exhiben. in fi. vbi plus dicit hoc procedere, etiam ſi legitimatio perſonarum exigeret altiorem indaginem, nec ſufficeret quòd ſemiplene probaretur: & ita dicit tenere Specul. titu. de ſummaria cognitio. verſicu. quid ſi opponitur actori.

¶ Ex quo infero, quod in iudicio agitando ſine figura iudicij per filiumfami. conſenſus patris eſt neceſſarius, qui per illum legitimat perſonam filij: quod eſt notandum pro limitatione §. neceſſitatem, in l. cum non ſolum. C. de bo. quę libe. facit quod no. Bar. in l. nec quicquam. §. de plano. in fi. & dixi ſupra. in apparatu verbi, de plano. Bald. tamen in l. 3. §. ſed verum. ff. de mino. ſentit contrarium, & allegat gloſſ.
84 in l. 1. C. qui admit. † Cogitabam forte pro concordia poſſe dici, quòd quædam eſt legitimatio perſonę fundata ſuper iure naturali, vt eſt quòd procurator habeat mandatum, ne factum eius alij præiudicet: & hoc caſu & alio quocunque ſimili etiā in iudicio ſummario & ſine figura crederem per ſupradicta limitationem perſonæ fore neceſſariam, d. l. factum alterius.

¶ Quædam eſt legitimatio perſonæ fundata non ſuper iure naturali ſeu naturali ratione, ſed ſuper ſolemnitate iuris ciuilis, vt eſt quod filiusfami. non agat ſine conſenſu patris: tunc forte iſta legitimatio in iudicio ſummario & ſine figura iudicij non erit neceſſaria, ſicut non eſt quando extra ordinem agitur, vt dicit gloſſ. in d. l. 1. C. qui ad. non enim fundata eſt ſuper iure naturali, probatur quia non requiritur patris conſenſus, vbi filiusfami. agit ſuper iure ſpirituali vel beneficij, cap. fi. de iudi. lib. 6. ſed in illis dicitur habere perſonam legitimam, quod non eſſet ſi talis præſtatio conſenſus fundaretur ſuper iure naturali: & hoc procedit vbi de intereſſe partis non tractatur, quia ſuper hac ratione fundatur deciſio d. cap. fi. de iudi. lib. 6. vbi vero de paterno intereſſe tractaretur, tunc conueniens foret etiam in iſtis iudicijs ſine figura adhiberi conſenſus patris pro legitimatione perſonæ filij agere volentis. Cogita, quia a nemine reperio hoc diſcuſſum.

85 ¶ † Tertio quæritur, an requiratur libellus ſiue petitio: conclude, quod in caſu extrauagan. Henrici Imperatoris ad reprimen. requiritur, quod præcedat accuſatio, inquiſitio vel denunciatio. In alijs vero caſibus, in quibus ſine figura proceditur, non requiritur libellus ſolemnis in ſcriptis, vt hac cle. in prin. in gloſſ. in verbo, neceſſariò: tamen quia ſententia debet eſſe cōformis petitioni, debet apponere in actis quid petat, & ſatis eſt quod verbo petat in exordio litis, & poſtea in actis redigatur, d. §. 1. in hac cle.

¶ Et iſtud conuenit iuri naturali: probatur ex eo, quod coram Salomone mulier propoſuit dicendo, filius meus viuit, filius tuus mortuus eſt, 3. Reg. 3. cap. afferte. de præſump. no. in l. 2. C. de ſenten. ex peri. recitan. & conſidera, dicta petitio mulieris continet ſolam narrationem & non concluſionem. ex quo primo infertur, quod licet regulariter de iure ciuili petitio debeat habere certa ſolemnia, de quibus not. in l. 1. in prin. ff. de eden. in l. fi. C. de anna. excep. in cap. 1. & 2. de libel. obla. & dixi ſupra. in princip. huius clemen. tamen in hoc iudicio ſine figura iudicij non requiruntur, ſed ſufficit petitio generalis.

¶ Secundo infertur, quod licèt in plenarijs iudicijs ſit in libello fienda apta concluſio, alias libellans ſuccumbit, l. 1. ff. ſi menſ. falſum mo. dixe. quia attenditur concluſio & non narratio, vt inquit Innocen. in ca. ſuper litteris. de reſcrip. Bar. in l. Aurelius. §. ſticho. ff. de libe. lega. per tex. ibi. Bal. poſt Bar. in l. non debet. ff. de dolo. not. Bald. in l. domum. ff. de rei vendi. in l. edita. colum. 16. in repe. Paduana. C. de eden. & & in l. 2. C. de peti. hære. not. Pau. de Caſt. in conſi. 258. & in conſi. 274. Abb. in conſi. 90. in princi. d. Alexan. in conſilio 123. colum. 2. in primo volu. tamen in iſto iudicio ſine figura iudicij agitando nulla requiritur concluſio, ſed ſufficit ſola narratio: & conſequenter concluſio minus legitima & minus apta ſufficeret, nec vitiaret proceſſum: puta ſi actor peteret reum cogi, & non peteret condemnari prius vt debuit, l. 2. C. de execu. rei iudi. Et eſt ratio, quia ſi procedit libellus ſine concluſione, vt ſupra dixi, multomagis procedit ſi concluſio ſit inepta, dummodo ex narratis comprehendatur quid petatur, argumen. l. 1. C. de rei vxo. actio. Et ita notanter Barto. in dicto verbo, ſine figura. dicens hoc probari per hunc text. in §. 1. ibi, iuxta petitio. formam. quaſi d. licet pronuncietur in eo quod eſt petitum, ſufficit quod pronuncietur iuxta illud. Aliud enim eſt ſecundum petitum, aliud iuxta petitum, l. iam tamen. §. in hac. ver. quid tamen. ff. de iudi. ſol. Et Barto. ſequuntur hic præfati Doct. maxime Ioan. de Imo. addens ad hoc glo. in cap. cum olim. Abb. de offi. delega. Tu adde idem tenere Roma. in conſil. 497. verſic. tertio quæro. dicentem hoc comprobari authnr. glo. in l. vinum. ff. ſi cer. peta. in gloſſ. magna in fi. quæ dicit, quòd ineptitudo libelli porrecti in caſibus, in quibus non requiritur, non vitiat proceſſum: pro qua gloſſ. Abb. in cap. bonæ. de electio. colum. quinta. dicit bene facere text. ibi, vt colligitur citationem minus validam non vitiare proceſſum, quia ibi factum erat notorium, ſuper quo non requiritur citatio. Facit etiam text. in l. ſi ſtipuler. §. fina. ff. de verbo. obli. & in

L. cum

l.cum tabulæ.ff.de his quibus vt indig. & quod pulchre de-
terminat glo.in l.qui teſtamento.§.per contrarium.ff. de te-
ſtamen.dicens,quod vbi in actu non requiruntur teſtes, non
poteſt de inhabilitate teſtis opponi: de qua gloſ. facit fe-
ſtum Bald. ibi, & bene facit quod not.in cap. cum ordinem.
de reſcrip. Aduerte, quia dictum Bartol. verum puto in ſe.
Sed an probetur per hunc text. ibi, iuxta petitionis for-
mam, vt ipſe dicit & alij ſequuntur, me remitto ad ea quæ
ibi notaui. Et quod ſupra dictum eſt de inepta petitione,
limita verum, niſi tanta eſſet ineptitudo, quòd reo tol-
leretur defenſio,ſecundum Bartol.vbi ſupra & doc. hic prę-
allegati: facit text. in hac clemen.in verſicu. non ſic tamen.
Item aduerte,quod ſi in ſummariis, & vbi agitur ſine figu-
ra,produceretur libellus ſolennis, cantela eſt, quod præſtetur,
non in modum ſolennis libelli, ſed qualisqualis petitio pro-
ducitur, vt appareat quid petatur. Ita Specula.& Ioã.And.
tit. de libel.concep.§.reſtat.& domi. Anto.in cap.primo.co-
lum.10.de libel.obla. Facit verbum Bald.in l.diſſamari.C.de
inge.manu.colum.ſecunda,dicentis poſt gloſ. ſingularem in
86 l.proinde.la ſecunda.ff.ad leg.Aquil. quòd† iudicium ſolen-
niter inchoatum debet ſolenniter per ſententiam finiri. Et
facit ratio, quia niſi proteſtaretur, videretur renunciare iu-
dicio ſummario,& velle quod ordinariè procederetur, iux-
ta notata ſupra in §.fina.in gloſ. penul. & ibi late dixi, an ſit
locus pœnitentiæ, ita quod qui cœpit iudicium ordinariè
poſſit redire ad cognitionem ſummariam: vide ibi. Aduer-
te etiam,inquantum ſupra dictum eſt actorem debere pete-
re reum prius condemnari quam cogi,l. prima.C.de execu.
rei iudi. Adde, quæ pulchre de hoc not. Ioan.de Imol. in
l.ſi cum nulla. ff. de re iudi. & Abba. in cap. primo. de libel.
obla.colum. 16. vbi ponit, quid ſi ordine turbato petit co-
gi & condemnari. Item aduerte, quod licet in hoc iudicio
ſummario & ſine figura non requiratur libellus, vt dixi, ta-
men ipſa cauſa ſeu petitio eſt ante citationem iudici expri-
menda: alias reus citari non deberet,l.neminem.C.de exhi-
ben.reis. facit, quia & coram Salomone dixit mulier, filius
meus viuit,filius tuus mortuus eſt,3.Regum.3.C. de ſenten.
ex pericu.reci.l.2. facit quod nõt. per Cyn. & Bartol. in au-
then.offeratur.C.de lit.conteſt.& in l.ſicut.C.de præſcri.30.
annorum. Et ita reſidet hic Ioan. de Imol.colum. 36.

87 †Quarto quæritur,an exceptio rei iudicatæ vel litis finitæ,
de qua in cap.1.de lit.conteſta.lib.6. poſſit opponi in hoc iu-
dicio ſiue figura ad impediendum proceſſum. Bartol. in di-
cto verbo,ſine figura, tenet quòd ſic: quia de iure naturali
eſt,ne bis idem iudicetur,cap.de his. de accuſa.cum concor.
Et hoc ampliat eadem ratione Ioan. de Imol. procedere, ſi-
ue talis exceptio opponatur ad impediendum proceſſum,ſi-
ue in vi peremptoriæ exceptionis. Illę vero exceptiones,quę
magis differunt & fruſtrantur cauſam quam concernant ve-
ritatem,vt exemplo, tu non potes eſſe procurator, quia mi-
les.repelluntur,quia repugnant naturali rationi, ſecundum
Bartol. vbi ſupra & præfatos doct. hic.

88 †Quinto quæritur,an poſſit procedi die feriato. Conclu-
dit Bartol. vbi ſupra quem hic ſequuntur prædicti, ſcilicet
Petr.de Ancha.Ioan.de Lign.& Ioan.de Imol. quod ſic in fe-
riis inductis ob neceſſitatem hominum, non in honorem
Dei,quia ſunt de iure diuino, cùm ius præcipiat ſabbatum
ſanctificari,de quo vide quæ late ſcripſi ſupra in princi. hu-
ius clemen.in tex.& gloſ.

89 †Sexto quæritur, an iuretur de calumnia. Bart. vbi ſupra,
& dicti Doct.hic concludũt,quod ſic, ne veritas occultetur,
quæ eſt de iure diuino: nam Deus eſt veritas, Ioannis pri-
mo,& omnia cedunt veritati, 8. diſtinct.veritate l. illicitas.§.
veritas.ff.de offic.præſid.Et ſi dicatur, iſta ſolennitas eſt iure
ciuili inducta,l.2.C.de iuramen. calum. reſpondetur verum
eſſe de iure ciuili introductum, quod iuretur ſemel in tota
cauſa: ſed quod ſimpliciter iuretur, eſt de iure diuino intro-
ductum propter incredulitatem hominum. Exodi 22. cap.
de iureiur. cap. etſi Chriſtus. nec ſtatutum vel conſuetudo
contrarium diſponens valet, cap. cæterum. de iuramen. ca-
lum.cap. conſtitutus.de fideiuſſ. Et an hoc procedat in iura-
mento calumniæ aduocati,de quo in l. rem non nouam. C.
de iudi.vide in dicto cap.cæterum.per Ioan.And.in cap.Ro-
mana.de foro compe.lib.ſexto. quinimmo proceſſus factus
non iurato de calumnia,vbi pars petijt, eſt nullus ipſo iure,
etiam in ſummariis,per ſupradicta,& tenet Matth.in ſuo no
tabili 65. Secus vbi pars non peteret,quia tale iuramentum
poteſt omitti,ſed non remitti,l.ſecunda.§.ſed quia veremur.
C.de iuramen. calum.

90 † Septimo quæritur, an requiratur litis conteſtatio. text.
hic in princi.dicit quod non,quia iſta eſt ſolennitas iuris ci-
uilis: tamen effectus, quos producit litis conteſtatio, puta
quod procurator fiat dominus litis,vel in ſummariis & aliis,
vbi lis non conteſtatur, producuntur immediate, quod le-
gitimatis perſonis incipiunt tractare merita cauſæ,puta pro
ducuntur exceptiones peremptoriæ, vel fiunt poſitiones &
articuli: nam quo ad hos effectus non requiritur litis con-
teſtatio, ſed ſatis eſt quòd cauſa agitetur, l. nulli. C. de pro-
cura.ibi,poſt cauſam in iudicio agitatam. & ibi, cauſam in-
choatam. & adde quæ dixi ſupra in hac clemen.in §. non ſic
tamen. circa princi. Gloſ. tamen, quam multi dicunt ſin-
gularem in verbo,non ſeruatum, in capit. per venerabilem.
qui fil. ſint legiti. videtur velle etiam limitare prædicta, ſci-
licet quòd in cauſis quæ ex priuilegio poſſunt expediri ſine
litis conteſta. tamen ſi partes ſint præſentes, neceſſaria erit li
tis conteſtatio. Et ita per illam gloſ. tenet Bald. in authen.
ſi omnes.C. ſi vt ſe ab hęred. abſti. Facit ſimile de cauſa ap-
pellat.in qua ſine priuilegio non eſt neceſſaria litis conteſta.
vbi partes ſunt abſentes, l. fina. §. illud. C. de tempo. appel.
Secus data præſentia partium, vt not. C. ne lice. in vna ea-
demque cauſa ter. prouoca. & in cap. Raynaldus. de teſtam.
per Bald. in authen. qui ſemel. C. quomodo & quando iu-
dex. colum. 4. verſicu. opponitur quod lite non conteſta. Et
hanc partem videtur etiam ſequi Roman.in rubrica de ar-
bi.colum.5. Ad idem facit gloſ. in cap. quoniam frequen-
ter.§. ſunt & alij, vt lite non conteſta. dicens, quòd licet in
cauſa inquiſitionis non requiratur litis conteſtatio, tamen
ſi partes ſint præſentes conteſtatur lis. Reperio tamen Car-
dinal. Floren.poſt Gemin. in clemen. diſpendioſam. colum.
3.verſic.quarto opponitur,de iudi.tenere contrarium & di-
cere,quòd text.& notata per gloſ. in dicto cap. per venera-
bilem. hodie ſunt correcta per dictã clemen. diſpendioſam.
quia ſi aliter diceremus,dicta clemen. nihil adderet ad dictũ
cap. quoniam frequenter.§. ſi autem. & ſic ſuperfluò occu-
paret membranas dicta clemen. quod eſſet abſurdum & cõ
tra cap.ſi romanorum.19.diſt.

91 †Octauo quæritur, an debeant dari dilationes. Tex. hic in
principio dicit, amputet dilationem meam, & litem quan-
tum poteſt,faciat breuiorem,non tamen ſic, quod probatio-
92 nes & legitimæ defenſiones non admittantur. † Et iſtud con-
ſonat rationi, nam iudex debet recipere probatio.ergo opor
tet quod detur dilatio,quia probationes fiunt in tempore,l.
prima.C.de dila. 4.quæſtio.3. offeratur. Item quandoque
fiunt probationes ſine dilatione,l.vnius.§. cognitorum.ff.de
quæſtio.l.in crimine.ff.de adulter. Ideo æquum eſt,dilatio-
nem certam dari cauſa breuiandæ litis, nec debet eſſe ni-
mis breuis, vt hoc text.& facit ratio naturalis,quia nimis bre
uiando auſertur actori ius ſuum,& reo ſua defenſio, quæ eſt
iuris naturalis, clemen.paſto.de re iudi.l. vt vim.ff.de iuſti. &
iure. dabitur tamen dicta dilatio primo ad faciendum poſi-
tiones & articulos ſimul. Secundo terminum ad producen-
dum omnia, quæ partes voluerint, & iſtud ex expreſſo ſta-
tuto huius clemen.quæ affirmat ſic vſum ſeruare,de iure au
tem communi vel naturali ſufficit dare vnam dilationem ad
probandum,l.fina.ff. de feriis. ideo ſecundum Bartol. in di-
cto verbo,ſine figura. hæc forma dandæ dilationis non eſt
ſeruanda in foro ciuili, & Bartol. ſequuntur hic Pet. de An-
cha.& Ioan.de Ligna. Sed ſecundum Ioan.de Imol. hic tu-
tius eſt ſeruare etiam in foro ciuili hanc diſpoſitionem per
not.in cap.licet.de foro compe.

93 † Nono quæritur, an teſtes in hoc iudicio debeant iurare.
Bartol.vbi ſupra tenet quod ſic, quia licet iure digeſtorum
hoc bene non reperiatur cautum,niſi in caſu l.Theopompus.
ff.de dote prælega.tamen hoc clarum eſt per l. iuriſiurandi.
C.de teſti.& 4.quæſtio.3.caue. facit ratio ſupradicta in quę-
ſtio.an ſit iurandum de calumnia: nam iſta iuramenta ten-
dunt ad veritatem,vt ibi, facit capit. venerabili.de teſti.l. te-
ſtium.C.eodem titu. Et quod in cauſa ſummaria teſtes de-
beant eſſe iurati,vult glo.& Bald.in l. ſi maior. ff quemadmo.
teſtamen.aper.Item debent iurare parte præſente, aliàs illi
tolleretur copia defenſionis contra naturalem æquitatem
de hoc iuramento teſtis, vbi proceditur non ſeruata ſolen-
nitate. adde quæ late dixi ſupra ead. clemen. §. non ſic ta-
men. verſic. quid ſi dicatur quod procedat ſine vlla ſolenni-

94 tate. †An autem in cauſa ſummaria debeant teſtes citari? Dic quod non, quicquid ſenſerit glo. & male in dicta l. ſi maior. quoniam etiam in cauſis ordinariis talis citatio teſtium non eſt de neceſſitate ad validitatem eius dicti, vt dicit gloſ. ſingu. in l. poſt legatum. §. his vero. ff. de his quibus vt indig. quam ſequitur ibi Bartol. & Bald. in l. presbyteri. C. de epiſc. & cler. Idem tenet Abb. in cap. 1. de teſtibus. vbi allegat Rotam ſic tenere, & in cap. cum in tua. de ſpon. Idem Roman. in conſi. 320. Bald. in cap. primo. §. porrò. quæ ſit prima cauſa benefi. amitten. domi. Lanfran. in cap. quoniam contra falſam. verſi. teſtium depoſitiones. colum. ſecunda. de probatio. Quod procedit, vbi teſtis non citatus a iudice, requiſitus tamen a parte, cui permittitur teſtes perquirere & rogare, vt deponant teſtimonium veritatis, cap. 1. vbi Abb. in primo not. de teſti. teſtificatur parte illum producente. Secus vbi teſtis ſine requiſitione partis venit ad iudicem, & ſe offert velle deponere dicens ſe ſcire veritatem, tunc, quia ſe ingerit teſtimonio, facit ſe ſuſpectũ, l. quę omnia. ff. de procura. l. vxo. §. primo. vbi per Bart. ff. de fal. Et ſic ſentiunt Doct. vbi ſupra. vnde cum etiam in iſtis cauſis ſummarijs ſit etiam ſine ſuſpitione procedendum, iſto caſu putarem tale teſtimonium ſuſpectum.

95 †Decimo quæritur, qualia debeant eſſe dicta teſtium in hoc iudicio ſummario? dic, quod concludentia, ſicut in plenarijs, exemplo eius quod dicitur de Daniele, & quod not. in l. teſtium. C. de teſti. ſecundum Bar. vbi ſupra Pet. de Ancha. Ioan. de Lign. & Ioan. de Imol. hic.

Vndecimo quæritur, an teſtes ſint ſecrete examinandi? Bartol. vbi ſupra, & præfati Doct. hic tenent quod ſic, quia hoc de iure diuino, Danielis 13. facit quod habetur per glo. in l. ſi quando. C. de teſti. per gloſ. & Doct. in cap. venerabili. de teſti. vbi traditur, an teſtes poſſint examinari in preſentia partis vel extraneorum, ibi vide: & per Abba. in cap. cum cauſam el 1. de teſti.

96 †Duodecimo quæritur, an ſit fienda teſtium publicatio. Bartol. vbi ſupra, & dicta doct. hic tenent quod ſic, quia ſine tali publicatione tolleretur defenſio, cum pars non poſſet nec ſciret impugnare perſonas & dicta teſtium, quod eſſet contra ius naturale. Ex quo infertur, quod talis publicatio ex quo continet defenſionem, eſt de iure naturali. Ego hunc paſſum ſtatui latius diſcutere, & quod in iudicio agitato ſine figura requiratur publicatio atteſtationum, allego text. & quaſi caſum argumen. ſumpto per locum a ſpeciali in cap. fina. de hæreti. lib. ſexto. Et ita ibi colligit & tenet Petr. de Ancha. Secundo allego text. in d. extrauagan. ad reprimen. in verbo, publicationem, ſuper quo verbo, ita not. Bartol. Tertio facit text. in cap. licet Hely. §. cum igitur. ibi, atteſtationes publicatę. de ſymo. vbi probatur, quod etiam vbi proceditur per inquiſitionem ſuper crimine ſymoniæ teſtes publicantur, & ita ibi hoc colligit & not. Ioan. de Ana. Sed hoc procedit parte petente. quia parte non petente omiſſio publicationis teſtium non viciat proceſſum. gloſ. not. in dicto cap. fina. facit cap. qualiter & quãdo. §. debet, de accu. & melior text. in cap. ſecundo. de accu. lib. 6. Et ita Bald. in l. geſta. colum. a. verſi. quęro. C. de re iudica. & Mathę. in notabili. 36. Dominicus in dicto cap. fina. Ioan. de Imol. hic nihil firmat, ſed ſolum allegat not. per Bern. poſt Iacob. But. in l. prolatam. C. de ſenten. & interlocu. omn. iudi. & bo. gloſ. 2. quæſtio. ſecunda. in ſumma. Pet. autem de Anchar. in ſuo conſil. 52. incipien. Omiſſio publicationis, aliter loquitur, & tenet quod omiſſio publicationis atteſtationum non reddit ſententiam retro ipſo iure nullam, quia non dicitur lata contra ordinem ſed contra ius litigatoris. Mouetur, nam ſi pars excipit, & iudex repellat inſtrumenta vel alia iura, quæ ſapiunt defenſionem, non propter hoc dicitur ſententia nulla ipſo iure, immo valet, niſi a tali grauamine appelletur, cap. ſuborta. de re iudi. & ſic patet quod non publicare atteſtati. non eſt tollere defenſionem. Secundo, quod publicatio non ſapiat defenſionem, probatur in dicto cap. fin. de hære. lib. 6. vbi eſt caſus, quòd non publicatis atteſtationibus valet ſententia: quod non poſſet fieri per Papam, ſi eſſet ſpecies defenſionis, clemen. paſtoralis. de re iudica. Tertio, ſtilus curiæ, qui pro iure habetur, cap. quam graui. de crimine falſ. eſt, quod fertur ſententia ſine publicatione, maxime quando pars non petit: quia ſtilus veriſimiliter non eſſet, ſi ſaperet defenſionem. Et ſic concludit Pet. in d. conſi. quod etiam parte petente publicatio teſtium non eſt de ordine ſubſtantiali.

Et quòd talis omiſſio non reddat ſententiam ipſo iure nullam, tenet Iacob. But. Bart. Bald. & Angel. qui alleg. Spec. & Hoſtien. ita dicere in dicta l. prolatam, quia non dicitur lata contra iuris ordinem, ſed contra ius partis: nam atteſtationes ſemper ſunt iudici publicatæ. not. Innocen. in cap. cum clamor. de teſti. & idem tenet Bal. in cap. 1. §. item ſi vaſallus. de contro. inueſti. & in cap. primo. ſi de inueſti. inter domi. & vaſal. lis oriatur. vbi etiam dicit in curia ſeruari, quod fertur ſententia nulla facta publicatione, quæ differtur vſque ad tertiam ſententiam. Eandem ſententiam ſequitur dom. Lanfran. in repetitio. dicti cap. quoniam contra. verſi. interlocutiones. colum. 11. & Abb. in cap. cum dilectus. in prima colum. de fide inſtrumen. vbi refert Bart. in dicta l. prolatam. & Ioan. And. titu. de renuncia. & concluſione. in princ. Idem tenet Innocen. in cap. cum I. & A. de re iudic. vbi dicit, quod ſi non appelletur, tale grauamen tranſit in rem iudicat[illegible]. & idem concludit ibi Abb. & ſic iſta videtur eſſe communior opin. quicquid dixerit gloſ. in dicta l. prolatam. tenens. quod publicatio ſit de ſubſtantia proceſſus: cuius ſententia ſaluari poteſt vno caſu, ſcilicet quando iudex commiſiſſet alij extra territorium examinationem teſtium, quibus nondum publicatis lata eſſet ſententia: nam quia tunc etiam ipſi iudici non ſunt publicatæ, ſententia reperitur lata ſine cauſæ cognitione, ergo nulla, dicta l. prolatam. vbi ita ſaluat gloſ. ibi Angel. quem ſequitur domi. Lanfran. in repeti. dicti cap. quoniam contra. colum. 11. quod eſt bene notandum. Tu [illegible] aduerte, quia licet pro diſtinctione ſupra dicta ſcilicet quod omiſſio publicationis parte petente viciet, alias non [illegible] facit gloſ. in cap. vxor Felicis. 17. quæſtio. 4. volens quod induciæ deliberatoriæ ſi fuerint petitæ vicient proceſſ[illegible]: alias non: de qua glo. ſupra tetigi in principio huius clemen. in materia in tertio principali articulo, quæſtio. 12. tamen Ioan. de Imol. in dicto cap. cum I. & A. dicit communem opin. eſſe, quod omiſſio publicationis licet ſit petita, non viciat ipſo iure, licet iudex male faciat & grauet partem. ita quod poſſit appellare, ſi tamen non appellat, valet proceſſus, ſecundum Innocen. Hoſtien. Ioan. And. ibi Iaco. But. & Bartol. in dicta l. prolatam. & iſta videtur mihi verior opinio. Ad iura allegata in oppoſitum poteſt dici, quod verum eſt, quod requiritur publicatio, non tamen ſequitur, ergo eſt de ſubſtantia, vt not. Bartol. in dicta l. prolatam. & clarius Abb. in dicto cap. cum I. & A. vbi autem atteſtationes eſſent pro parte publicatæ & pro parte non, etiam valeret ſententia, ſecundum Innocen. in dicto cap. cum I. & A. per illum text. & idem tenet ibi Ioan. de Imol. & Bald. in cap. primo. §. item ſi vaſallus. de contro. inueſtitu. quod not. Vbi etiam ponit notanter, an publicatio atteſtationum det vires vel aliquod robur ipſi atteſtationi. Supraſcriptis etiam, ſcilicet an publicatio ſit de ſubſtantia, ita quod eius omiſſio viciet, adde quæ not. in tractatu maleficiorum Aret. in verbo. qui index proceſſum publicauit & ibi in additio. vbi refert Salic. in dicta l. prolatam. & ibi etiam ponitur, quid de publicatione aliorum actorum quam atteſtationum.

97 †Tertiodecimo quæritur, an poſt dicicita teſtificata poterunt teſtes produci in hoc iudicio ſine figura? Bart. vbi ſupra Pet. de Anch. Ioan. de Ligna. & Ioan. de Imol. hic tenent quod non. nam quod poſt dicicita non producatur, eſt introductum propter quandam naturalem æquitatem, ne alter alteri inſidietur propter præceptum diuinum, & l. vt vim. ff. de iuſti. & iure. Adde, quod idem tenet Roman. in conſil. 479. incip. In eo quod quæritur. Sed tu aduerte, quia Doc. in d. conſtitutus. a. de teſti. ſoluendo contrarium clemen. diſpendioſam. de iudi. ſentiunt, quod iſtud, non poſſe poſt dicicita teſtificata producere teſtes, ſit introductum de rigore iuris ciuilis, & ſit de apicibus iuris magis quàm de ęquitate. Ex quo ſi verum eſſet, ſequeretur, quod hæc exceptio in curia mercatorum non eſſet admittenda vel in alio iudicio agitato ſecundum æquitatem, per not. in l. ſi fideiuſſor. §. quædam. ff. manda. in l. ſi ca. C. eod. titu. Sed quicquid præfati Doct. ſentiant in dicto cap. conſtitutus. tu ſequere doctrinam Bartol. vbi ſupra per quam clariſſimus dom. Franciſ. de Are. in cap. conſtitutis, damnauit prædictorum Doc. opinionem, motus auctoritate Bart. & eius ratione prætallegata: & facit, quia poſt dicicita teſtificata excluditur pars a productione propter dolum præſumptum, §. qui vero. in Authen. de teſti. & iſtud eſt verius.

98 †Quartodecimo quæritur, an in hoc iudicio teneatur reus

edere

edere inſtrumenta actori agenti, & petenti? Dic quòd non, quia hoc non ſolum prohibetur a iure poſitiuo, cap. primo. de proba.l.qui accuſare. C.de edendo, ſed etiam naturali ratione, l.nimis graue. C.de teſti.& dicta l.qui accuſare. ita reſidet Bart. vbi ſupra quem ſequuntur ibi Petr. de Anch.Ioan. de Imol.poſt Ioan.de Lign. Et ſi dicas, immo æquitas ſuadet contrarium, vt veritas appareat, & ne reus locupletetur cum aliena iactura, l. nam hoc a natura.ff.de condic. indebi. Pro ſolutione recurre ad ea, quæ tradunt Doct. maxime
99 domi. Anto.de Alexandro in l.ſecunda.C.de eden. †Quintodecimo quæritur, an requiratur concluſio in cauſa. Text. hic dicit quod non, nam iſta eſt ſolennitas iuris ciuilis, quoniam iudex ſtatim quod ſibi conſtat, poteſt pronunciare, exemplo Salomonis, 3. Regum 3.c.cap.afferte. de præſump. ex quo etiam exemplo patet, quod non eſt neceſſe dare terminum ad allegandum, ſecundum Bartol. vbi ſupra & præfatos Doct.hic, faciunt quæ dixi ſupra in princ. clemē. apoſtillando text.in verbo, ſine ſtrepitu. An autem in ſummarijs poſt concluſionem in cauſa iudex poſſet interrogare partem ad inſtantiam partis, vide quæ ſcripſi ſupra in §. & quia. in notab. 11.& ſuper glo.in verbo, interrogabit.

100 †Decimoſexto quæritur, an in iudicio ſine figura ſit neceſſaria citatio ad ſententiam? Dic quod ſic, per text. hic in §.& quia.& ibi vide plene dicta ſuper gloſ. in verbo, ad id, & in eo.§.& quia, in notab. 14. vbi adde limitationes ad hoc.

101 †Decimoſeptimo quæritur, an ſententia ſit proferenda a iudice ſedente pro tribunali. Tex.hic in §.& quia, dicit hoc non eſſe neceſſe, & eſt ratio, quia illa eſt ſolennitas iuris ciuilis, l.ſecunda. C.de ſenten.ex pericu.reci.c.penult.de re iudi. lib.ſexto. Ita Bart.in dicta extrauagan.in verbo, ſine figura, quem hic ſequuntur Anch.Ioan.de Ligna.& Ioan. de Imol. & adde qua dixi ſupra in §.& quia, in glo.in verbo, ſtans.

102 †Decimooctauo quæritur, an ſententia ſit in ſcriptis ferenda: Conclude quod ſic, per text. in dicto §. & quia, quod ea ratione ſtatutum præſumitur, quia ſententia debet eſſe deliberata & non ſubita, l. 2. C.de ſenten.ex pericu.reci. not. in cap.penul.de re iudi. lib. ſexto. Et hoc ſecundum Bart. in dicto verſi.ſine figura, procedit in foro canonico. In ciuili autem foro non eſt neceſſe, quod in tali iudicio feratur in ſcriptis, quia talis eſt ſolennitas iuris ciuilis, dicta l. 2. patet excepto exemplo Salomonis, de quo ſupra & in d.cap. afferte. & 3.Regum 3.cap. Hinc dixit gloſ. ſupra eadem clemen. in verbo, in ſcriptis, quod de iure antiquo ſatis erat, quod redigeretur in ſcriptis, vt poſſit probari, quoniam atteſtationi iudicis niſi ſit Papa vel Imperator non creditur, cap.quoniam cōtra.de proba.clemen.prima.de probatio.& in hoc Bartol.ſequuntur hic præfacti Doc.maxime Io.de Imol.colum.34.

103 †Decimonono quęritur, ſententia eſt ferenda in perſonam procuratoris qui litem eſt conteſtatus & non in perſonam domini, l.prima.C.de ſenten. & interlocu. ſed an iſtud habeat locum in iudicio agitato ſine figura iudicij, Bartol. vbi ſupra quem præfati doct. hic ſequuntur, tenet quod nō, quia iſta eſt ſolennitas iuris ciuilis. probatur, quia actio abſenti de iure ciuili non acquiritur, tamen acquiritur naturalis obligatio, l.ſtipulatio iſta.§.alteri.ff.de verbo.oblig.& facit gloſ. 1. quæſtio.7. quotiens, quam cordi teneas. Et idē, quod Bartol.tenet Roman.in ſingulari 2.ſub rubrica, de procura. vbi dicit dictā l.prima procedere de iure ciuili, ſecus de iure canonico, de quo not.in cap.querelam. de elect.vbi per gloſ.traditur an dicta l.prima ꝓcedat de benignitate & ęquitate, de quo etiam per Docto.in l.ſtipulatio iſta. §. ſi ſtipuler. Item an dicta l.prima.habeat locum in abſolutoria, vide ibi Doct.& gloſ.in l.ſi remunerandi.§.fin.ff.mandati. quæ ſecūdum aliquos non reperitur alibi. Sed Roman. in ſingula. 19. ſub rub.de appel. addit aliam in cap.inter dilectos. de fid. inſtru.quod not.

104 †Vigeſimo quæritur, certum eſt in plenario iudicio non valere ſententiam latam pro abſente non citato, l. furioſo. ff. de re iudica. vbi per Doct.l. ea quæ.C.quomodo & quando iudex per Bald. in l. ſi accuſationem. C. de accuſa. per Abb.in cap.tenor.de re iudi.colum.fina.Roma.in l.prima.ff. de aibi.colum.5. Sed an iſtud procedat, vbi ſine figura iudicium agitatur, Bartol.vbi ſupra quem dicti doct.hic ſequuntur, tenent quod non, quia iſta & abſenti requiritur naturalis obligatio, vt ſupra dixi in præcedenti q.

105 †Vigeſimoprimo quæritur, l. prima. de execu. rei iudica. diſponit non eſſe incipiendum ab executione, ſed a condemnatione. Sed an iſtud procedat vbi ſine figura agitur iudicium, in quo tamen debet præcedere cauſæ cognitio, vt hac clemen.§.non ſic tamen. Bart. vbi ſupra, quem hic ſequūtur Petr.de Ancha.Ioan.de Ligna & Ioan.de Imol.colum.3. tenet quod non, inferens, quod in tali iudicio præcedente cognitione non eſt neceſſe, quod iudex proferat ſententiam condemnatoriam, ſed poteſt iubere res capi & diſtrahi pro debito, & ſic incipere ab executione: mouetur exemplo Salomonis, cuius illa verba, afferte mihi gladium. cap. afferte. de præſump. 3.Regum 3. cap.ſunt verba executionis. Præterea ante legem ciuilem talia expediebantur manu regia, & ſic via executiua, l.ſecunda.ff. de orig. iuris. ergo cùm iudicium ſine figura agitatum non ſubiaceat regulis & ſolemnitati iuris ciuilis, vt ſupra dixi in principio apparatus horum verborum, ſine figura, & in princi.clemen. apoſtillando text. concludendum erit tali modo poſſe iudicem procedere, quod eſt perpetuo bene notandum.

106 †Vltimo vltra doct. quæro, an cauſa, quæ agitatur ſine figura iudicij, habeat inſtantiam triennij, de qua in l.properandum.in princi.C.de iudi. Quæſtio eſt notanda & ſatis difficilis quam clare & late hic intendo diſcutere. Et videtur dicendum quod non.

Primo, quia vbi a iure vel homine committitur cauſa cognoſcenda ſine figura iudicij, redigitur ipſa cauſa ad terminos & ſolennitatem iuriſgentium, vt dixi ſupra in prin.apparatus horum verborum, ſine figura, & in princ. clemen. apoſtillando text. Sed iuregentium inſtantia nō erat inducta: probatur, quia fuit inuenta per dictā l.properandum. in princi. igitur &cęt.

Secundo perempta inſtantia perit iudicium, dicit text. in dicta l.properandum.in princ.iudicium autem dicitur, vbi in eo ſeruantur ſolennia iudicij: ergo in his cauſis, in quibus nō ſeruatur figura iudicij, non dicitur eſſe iudicium, quia in eo non ſeruatur forma, quæ dat eſſe rei, l. Iulianus. §. ſi quis.ff. ad exhiben.l.non ſunt.ff.de ſtatu homi.l.ſi is.§.quædam.ff.ad leg. falc.per conſequens concludendum dictā l.properandum, quæ loquitur de iudicio, non habere locum in talibus cauſis: nam cum ibi dicatur perire iudicium, & in his cauſis non dicatur, iudicium, quod non eſt, perire non poteſt, cap. ad diſſoluendum.de deſpon.impub.l.decem.ff.de verb.obli.

Tertio d. l. properandum. exorbitat a iure antiquo, quo cauſæ non erant ſubiectæ inſtantiæ triennij, dicta l.properandum.in princi.ergo ſtricte debet intelligi ad cauſas, in quibus ordo iuris ſeruatur, cap.cum dilectus.de conſuetu.l.a.C. de noxa.l.fin.§.in computatione.C.de iure delibe.

Quarto, inſtantia triennij incipit a die litis conteſtatæ, dicta l. properandum. in princi. At in cauſis quæ cognoſcuntur ſine figura iudicij, lis non conteſtatur, vt hac clemen. in prin.ergo in illis inſtātia nō pōt habere locum, cum deficiat extremū a quo incipit. Et hac rōne hanc ſententiam firmat Bart. in l.litibus. circa fin.C.de agrico.& cenſi. lib. 11. dicens in quæſtionibus de facto pluries allegaſſe, quod cum executiones inſtrorum & ſnīarū fiant abſq; litis cōteſtatione, ꝙ in eis non currit inſtantia: & idem tenet Ange.& Bald.in l. conſentaneum. in fin.C. quomodo & quando iudex. & in l. tale pactum.§.qui prouocauit.ff.de pactis. in 10. quęſtione. Idem Bald. in l.prima.§.j. ff. ſiqnis iusdicen. non obtempera. Eandem opinionem ſenſit Bartol.in l.poſt rē iudicatam.ff.de trāſact. dum dicit, quod cauſæ inſtrumentorum guarentigiorum non poſſunt compromitti, quia non habent inſtantiam, & quod cauſę quę tractātur ſine figura, non pereant lapſa inſtantia triennij, tenet vt dixi Bartol.in dicta l. litibus. & Angel.in l.prima.C.quando prouo.non eſt neceſſe, dicēs, quod vbi de facto & ſummarie cognoſcitur, vt eſt in cauſa executionis inſtrumenti guarentigiæ, non requiritur nec inſpicitur inſtantia. Et idem velle videtur Ioan. de Imol. hic in princi.clemen.in tertio notabili, dum dicit, quod acta litis inſtantiæ vel ſolennitatis iudicij poſſunt prætermitti in tali iudicio, quod ſine figura agitatur.

Quinto pro hac parte bene facit gloſ. ſupra ead. clem.§.& quia, in verbo, non obſtante, quæ probat quod in ſummarijs poſt lapſum termini ad probandum admittitur probatio re integra, quæ alias non admitteretur in plenariis cauſis: & ita concludit domi. Anto.dicens ſtilum curiæ ita ſeruare in cap. licet cauſam.de proba.quaſi terminus & inſtantia ad probandum non habeat vires in iſtis cauſis ſummarijs: ergo nec inſtantia triennij.

107 †Sexto facit, quia iniquum eſt præſidium, quod capitur
ex curſu temporis, in Authen. vt eccle. Roma. in princi. er-
go, ne cauſæ ſine figura iudicij tali iniquo præſidio inſtan-
tiæ triennij claudantur, dicendum eſt in eis dictam inſtan-
tiam triennij locum non habere. Contrariam tamen ſenten
tiam arbitror de iure probabiliorem, pluribus argumentis &
rationibus. Et primo allegatur text. in d. l. properandum. in
princi. ibi, cenſemus itaque omnes lites, qui text. diſponit in-
ſtantiam habere locum in omni lite. Sed illa controuerſia,
quæ ſine figura cognoſcitur, dicitur eſſe lis, vt hac clemen.
in princ. vbi tale verbum, lites, repetitur, ergo in illa habebit
locum inſtantia trienij. Prętere a dum tex. dicit, omnes lites,
nullam litem excludit a tali inſtantia, argumen. cap. ſolitę. de
maio. & obedien. l. a procuratore. C. mandan. Sed adducitur
text. in dicta l. properandum. ibi, omnes iudices. Sed ita dici-
tur iudex is, qui cauſam cognoſcit ſine figura iudicij, vt hac
clemen. in princi. ibi, ſancimus vt iudex, cui taliter cauſam
committimus &c. ſicut ille, qui ordinarie procedit: ergo erit
in tali cauſa locus inſtantiæ triennali. coadiuuat hoc, quia
108 †lex properãdum, loquitur generaliter, ergo generaliter in-
telligenda, l. de precio. ff. de publi. cap. ſi romanorum. 19. diſt.
109 †Tertio facit ratio, inducta ad vnum effectum non debent
operari contrarium, l. legata inutiliter. ff. de leg. primo. cap.
tranſmiſſæ. de verb. ſignifi. l. nulla. & l. quod fauore. de legi-
bus, clemen. 1. de præben. l. cum tale. §. fina. ff. de condi. & de-
mon. ergo cum lex in iſtis cauſis ſine figura diſponat idem, de
bere omitti litis conteſta. & alias ſolennitates, vt ipſæ cauſæ
ſummariæ ſint breuioris vitæ quam cauſæ quæ plenario iu-
dicio agitantur, multomagis concludendum eſt cauſam ta-
lem ſine figura iudicij non eſſe longioris vitæ & inſtantiæ:
foret enim abſurdum dicere hanc clem. quæ iubet amputa-
ri dilationes &c. vt litem quantum poſſit iudex faciat breuio
rem, voluiſſe talem cauſam non ſubici inſtantiæ triennali,
quia per hoc lis non eſſet breuior, ſed longior contra men-
tem diſponentis. Confirmatur hæc ratio ex his, quæ pul-
chre dixit Bartol. in l. in crimine. ff. de adulte. vbi dicit, quod
ſecundum vnam lect. in probatione adulterij nulla ſit dan-
da dilatio, tamen non licebit accuſatori vltra biennium pro
bare, ne reſultet abſurditas, quod cauſa adulterij quam lex
voluit eſſe breuiorem, l. hoc quinquennium. ff. de adult. & l.
querela. C. de fal. efficeretur longior, quod dicere videtur ir-
rationabile. Quarto ibi eſt contradictio vbi eſt inſtantia,
text. eſt ponderatus ibi per Bald. in l. prima. in verbo, conten-
tioſa litigantium inſtantia. C. de iuramen. calum. ſed cauſæ
ſine figura iudicij tractandæ habent & recipiunt contradi-
ctionem, vt hac clemen. §. non ſic tamen. ergo inſtantiæ trien
110 nali ſubiacebunt. †Quinto, ſententia diffinitiua non po-
teſt ferti ſine præexiſtente inſtantia. l. prolatam. vbi no. C. de
ſenten. & interlo. omn. iudi. not. Bartol. in l. prima. C. quando
prouoca. non eſt neceſ. in l. duobus. ff. de excep. rei iudi. in l.
nam & poſtea. §. ſi damnetur. ff. de iureiur. not. in c. cum litte-
ris. de in integ. reſti. Sed ſententia lata in tali iudicio ſine figu
ra dicitur diffinitiua, vt hac clem. in verſic. diffinitiuam vero.
licet Angel. conſuluerit oppoſitum, vt late retuli ſupra ead.
clemen. §. & quia, in 12. not. ergo inſtantia triennalis locum
habebit. Sextò, vbi ratio l. eſt generalior dicto, licitum eſt
arguere a ratione non obſtante ſpecialitate dicti, probatur in
l. prima. §. ſed licet. ff. de iur. & fac. igno. in cap. conſtitutionē.
de regula. lib. 6. gloſ. not. in authen. minoris debitor. C. qui
tu. da. poſ. in verſi. a curatione. & in clemen. prima. in verbo,
eligatur. de elec. Sed ratio dictę l. properandum. ſcilicet ne li-
tes fiant immortales, eſt generalior dicto requirente ad lap-
ſum temporis inſtantiæ lit. conteſtari. ergo cum ratio l. com-
præhendat etiam cauſas, in quibus proceditur ſine figura iu-
dicij, ad ipſas cauſas trahetur diſpoſitio. Hanc rationem &
præce. ſibi aſcribit domi. Anto. de Alexand. in dicta l. prope-
randum. ſed fuerunt ambę rationes Roman. in conſi. 173. in-
111 cip. Domine Colateralis, & not. has rationes. †Septimo, in-
ſtantia triennij fuit introducta fauore publico, dicta l. prope-
randum. in princ. ergo debet extendi etiam ad cauſas, in qui-
bus ſine figura proceditur, quia in eis verſatur eadem ratio
publicæ vtilitatis, vnde fit extenſio de caſu ad caſum nõ ſolũ
in fauorabilibus, ſed etiam in pœnalibus, not. Bartol. in l. 2.
§. exercitium. ff. de his qui notan. infam. & in l. ſi conſtante.
in princi. in 11. quæſtio. primæ partis. ff. ſolu. matri. optime fa
cit quod not. Bart. in l. quemadmodum. C. de agric. & cenſi.
lib. 11. quem ſequitur Roman. in conſi. 105. incipien. Viſo
112 themate. †Statuta enim fauore publicæ vtilitatis debent la
ta interpretatione iuuari, l. hoc modo. ff. de condi. & demon.
l. forti. §. pactus. ff. de his qui not. infam. not. Bald. in l. 1. §. &
quidem. ff. quod cuiuſque vniuer. nom. Præterea nec conſti-
tutio debet interpretari contra publicam vtilitatē, no. Doct.
maxime Bald. in l. prima. §. ſiquis in graui. ff. ad ſillanian.
Octauo, ſi in cauſis ordinarijs inſtantia non durat vltra trien
nium, dicta l. properandum. quantomagis in ſummariis, quæ
debent citius expediri, l. penult. C. de naufra. lib. 11. iuncta
hac clemen. Nono facit, poſſe procedere ſine figura iudicij,
& habere arbitrium in procedendo, paria ſunt, vt vult glo.
elegans in verbo defenſiones ſupra eadem clemen. §. non ſic
tamen. & ibi dixi. Sed ille, qui habet arbitrium procedendi,
non cenſetur propter hoc habere poteſtatem prorogãdi ter-
minum ipſius cognitionis, text. eſt valde notandus in l. ſi in l.
in princi. ff. loca. dans regulam, quod habens arbitrium ple-
num circa factum non cenſetur propter hoc poſſe proroga-
re terminum facti, ex quo decidunt ibi Bartol. & Bald. quod
ius dicens, non habet prorogandi terminum, & ita ſequitur
Roman. in conſi. 325. incip. In caſu propoſitæ conſultatio-
nis. & Pet. de Anch. in cap. canonum ſtatuta colum. 46. in
princi. de conſtitu. vbi allegat Bal. [illegible] in l. prima. ff. de
iure delibe. Et idem per dictã l. ſi in lege. [illegible] Angel. in l.
milites. C. de teſta. mili. & in l. prima poſ. [illegible] de teſta. mi-
li. Paul. de Caſt. in l. qui Romæ. §. Callimachus. ff. de verb. obli.
Roman. in l. ſecunda. ff. de re iudi. colum. 27. [illegible] in cap. cum
olim Abb. de offic. dele. [illegible] in l. obſeruare. §. proficiſci. ff. de
offic. proconſul. colum. 7. Pet. de Ancha. in clemen. prima. in
princi. de reſtitu. in integ. vbi dicit ſe idem tenere in dicta l. ſi
113 in lege. †Et poteſt aſſignari ratio, quia abbreuiare inſtan-
tiam eſt fauorabile, prorogare odioſum, dicit Bald. in dicto
§. proficiſci. in quæſt. 25. ergo quemadmodum habens libe-
rum arbitrium non poteſt terminũ inſtantiæ prorogare, ſed
debet infra illam cauſam terminare, ſic & iudex cognoſcens
ſine figura iudicij debet inſtantiam ipſam ſeruare, quoniam
vt dixi habere arbitrium in procedendo & procedere ſine fi-
114 gura procedit a pari. †Decimo, ne deſint auctoritates, dico
quòd hanc partem tenent Cyn. in addi. Saly. & Alberi. in 1.
colum. in verſi. pro declaratione, in dicta l. properandum. in
princi. & Bartol. in dicto §. & ſi quidem. in eadem l. dum di-
cunt, quod in cauſis, in quibus lis non conteſtatur, inſtantia
incipit ab eo die, quo merita cauſarum incipiunt tractari, per
not. in l. nulli. C. de procura. & ego dixi ſupra in ead. clem. in
§. non ſic tamen. in princi. ergo innuunt tales cauſas habere
inſtantiam. Eandem ſententiam tenent Bald. in l. prima. C.
de iuramen. calum. per text. ibi. Idem Abb. in cap. pen. de iu-
di. colum. fina. dicens ſe ita de facto reſpondiſſe, licet dicat ſe
non vidiſſe hoc tactum de iure ciuili. Idem etiam voluit
Paul. de Caſt. in l. ſecunda. §. quod obſeruari. C. de iuramen.
calum. domi. Anto. de Alexand. in dicta l. properandum. in
princi. Roman. in præallegato conſi. 174. quod incipit, Spe-
ctabilis domine collateralis, dicens hanc eſſe firmam opin.
ſicut Deus eſt, & ipſe eſt in mundo. Idem ſentit Roman. in
d. cõſi. 322. & domi. Flor. de ſancto Petro in dicta l. ſi in lege.
in princ. & Bald. in rub. C. de priuil. dotis. dicens, quod cauſa
dotis, in qua non conteſtatur lis & tractatur ſine figura iudi-
cij, habet inſtantiam triennalem. Et eandem opin. ſequitur
Benedictus de Barzijs in tracta. guarentigiæ, colum. 46. di-
cens, quod opinio Bartol. in dicta l. litibus. communiter eſt
per poſteros damnata: & ego eandam ſequor opin. veriorem
& magis communem, nec refragantur in oppoſitum dedu-
cta. Nam ad primum reſpondetur, quod non requiritur cau-
ſa tractanda ſine figura iudicij, & per conſequens redacta ad
ſolemnitatem iuriſgentium: ergo non eſt terminanda infra
tempus inſtantiæ. probatur hoc in dicta l. ſi in lege. in princ.
vbi licet habens plenum arbitrium cognoſcendi non tenea-
tur obſeruare ſolennitates iuris ciuilis, ſed iuriſgentium, de-
bet tamen terminare infra tempus inſtantiæ vt ſupra dixi in
nono argumento. Præterea id, ſcilicet quod cauſa intelliga-
tur redacta ad terminos iuriſgentium, debet reſtringi non ha
bere locum quo ad ea, in quibus repugnaret mens legis vel
hominis mandantis cauſam cognoſci ſine figura iudicij, per
dicta ſupra in 3. argu., quoniam in illis eſſet ſeruanda ſolen-
nitas iuris ciuilis. Comprobo hoc per text. in §. & quia, ſu-
pra ead. clemen. vbi diſponitur ſententiam debere in ſcriptis
proferri, licet illa ſit ſolennitas iuris ciuilis, l. 2. C. de ſenten.
ex peric. reci. quia ita de mente legislatoris conſtat: ergo idē
dicen-

dicendum, vbi tacita mens legiſlatoris idem ſtatuit, vt concluditur in caſu noſtræ quæſtionis per argumenta ſupradicta ad hanc partem, maxime tertio, ſexto & ſeptimo argumen. An autem text. in dicto §. & quia, in eo quod vult ſententiam in cauſis tractandis ſine figura fore in ſcriptis proferendam, procedat de iure ciuili, dixi in apparatu huius verbi, ſine figura quæſtio. 17. Ad ſecundum argumen. reſpondeo, quod immo eſt iudicium, ſed extraordinarium, ex quo forma iudicij ordinarij tradita a iure ciuili non ſeruatur, & ita dixi ſupra in princi. clemen. apoſtillando text. in verbo, ſine figura iudicij. hoc etiam probatur in cap. forus. §. iudicium. de verbo. ſigni. vbi in text. dicitur, quod iudicium dicitur vbi cauſa diſcutitur, ſed in iudicio ſine figura cauſa diſcutitur, vt hac clemen. §. non ſic tamen. cum & in eo ſit perſona actoris rei & iudicis, ex quibus conſtituitur iudicium, dicto cap. forus. & l. inter litigatores. & l. in tribus. ff. de iudi. & ita forte ſoluit & reſpondet Abb. in dicto cap. penul. colum. fina. de iudi. Præterea ex quo in tali iudicio ſeruatur ſolennitas ſtatuta in cauſis ſine figura tractandis debet ſufficere ſeruatam eſſe ſolennitatem, vt dicatur iudicium: facit quod dixi ſupra in apparatu verbi ſummarie, in quæſtio. fin. Præterea d. l. properandum, loquitur de lite, cuius appellatione compræhenduntur etiam cauſæ ſummarię, vt ſupra dixi in primo argumento. Ad tertium argumentum reſpondeo, quod licet exhorbitet, tamen etiam cauſas ſummarias compræhendit. Primo ex vi verborum in ola. in dicta l. properandum. in princi. vt dixi in primo & ſecundo argumento. Secundo ex viua ratione expreſſa in dicta l. properandum. Item ne inſurgat contrarius effectus, vt dixi ſupra in 3. argu. Tertio ex extenſione rationis, & dicta l. vt dixi in ſexto, ſeptimo & octauo argumento. Ad quartum reſpondeo, quod non ſequitur, in cauſis ſummariis non conteſtatur lis, ergo in ipſis non habet locum inſtantia triennij. Probatur primo, nam in cauſa dotis non conteſtatur lis, clemen. diſpendioſam, de iudi. & tamen ipſa habet inſtantiam triennij, vt expreſſe firmat Bald. in rubrica, C. de priuileg. dotis. veritas tamen huius ſolutio. pendet ab illa difficultate, an dicta clem. diſpendioſam, procedat, vbi cauſa dotis ſeparatim a matrimonio tractatur, de quo in l. prima. ff. ſolu. matrimo. per doc. & in dicta clemen. diſpendioſam. Secundo probatur prædicta ſolu. quia in cauſa appellationis non ſemper exigitur litis conteſtatio, vt not. in l. prima. C. ne li. in vna eademque cauſa. & in l. fina. §. illud. C. de tempo. appel. Bald. plene in authen. hoc ſacramentum. C. de iuramen. calum. Ioan. And. & doct. in cap. Raynaldus. de teſtamen. Et tamen ipſa cauſa appellationis habet inſtantiam vitæ annalis, & ex cauſa biennalis, authen. ei qui. C. de tempo. appel. cap. cum ſit romana. cap. ex ratione. de appel. & plene per Moder. do. meum Perulinum in cap. per tuas. & in cap. interpoſita. §. fin. de appel.

115 † Tertio, videmus cauſam depoſiti habentem executionem paratam, & conſequenter non exigentem lit. conteſt. vt eſt caſus ſingu. ſecundum Bartol. in l. ſi quis. C. depo. no. Bald. in l. exceptionem. C. de probatio. habere ſimiliter inſtantiam triennalem, vt probatur ex generalitate dictæ l. properandum. in princi. Bald. tamen in dicta l. ſi quiſque. eſt l. penult. dicit, quod immo cauſa depoſiti non habet executionem paratam, de quo per domi. Anto. de Canario latius in ſuo tractatu executionis inſtrumentorum, quæſtio. 7. & per Ioan. de Ana. in cap. penul. colum. pen. de accu. Et ſi dicatur, ex quo inſtantia incipit a lit. conteſta. quomodo eſt poſſibile, quod in cauſis, in quibus non conteſtatur lis, habeat locum inſtantia, cum deficiat extremum a quo incipere debet: Reſpondetur, quod & ſi vera litis conteſtatio expreſſe non fiat, ficta tamen conteſtatio fit eo ipſo, & eo die, quo de meritis cauſæ incipit tractari, vt dixi ſupra eadem clemen. in §. non ſic tamen. circa princ. & ſic non deficit extremum, a quo inſtantia triennalis inchoetur, quoniam hæc ficta litis conteſtatio ſufficere debet ad inducendam metam ipſam triennalem: probatur, quia ſimile videmus, quod ſi reus ſit contumax & abſens ante litem conteſt. quo caſu certum eſt veram litis conteſt. quæ requirit verbalem affirmationem vel negationem, l. prima. C. de litis conteſta. cap. primo. eod. titu. non poſſe interuenire: inducitur tamen ex ipſa contumacia, quæ facit contumacem haberi pro conſentiente vel negãte, prout ſibi eſt deterius, l. de ætate. §. qui tacuit. ff. de interrog. act. not. gloſ. in l. quandiu. la grande. ff. de acquiren. hæredi. quædam ficta litis conteſtatio eſt inſufficiens ad curſum annalis moræ, vt eſt caſus in authen. q̃ ſemel. C. quomodo & quan-

116 do iudex. † Præterea ficta litis conteſtatio ſufficit ad interrumpendum præſcriptionem ſicut vera. l. fina. C. de præſcri. 30. anno. l. ſi eum. §. qui iniuriarum. ff. ſi quis cautio. ita ſufficiet ficta litis conteſtatio ad inducendam metam triennalem. Et has rationes deduxit & tradidit Roman. in præalleg. conſil. Ex quibus apparet Bart. in dicta l. litibus. & ſequentes eum non bene dixiſſe, ſcilicet quod in cauſis, in quibus lis non conteſtatur, non currit inſtantia triennalis. Nec etiam (pace ſua ſit dictum) bene fuit locutus Bartol. ibi, dum dixit, quod petitio executionis inſtrumentorum & ſententiarum non habeat inſtantiam, vt patet per prædicta. Et cõtrarium expreſſe tenet Bald. in l. prima. C. de iuramen. calum. dicens, quod ſi petatur executio inſtrumenti guarentigati ex forma ſtatuti, habet locum inſtantia triennalis: quia in ea iuratur de calumnia, vt ibi. Ex quo infert ipſe, quod quilibet articulus cauſæ habet propriam inſtantiam, quod declarat Angel. in l. & poſt edictum. ff. de iudic. in §. circunducto, ſcilicet duraturam, quantum durat terminus ſtatutus ad illum articulum expediendum, de quo adde omnino quæ not. domi. Anto. de Canario in tractatu executionis inſtrumentorum, in quæſtio. 33. Poſſet tamen pro concordia & ſaluatione opinionis domi. Bartol. ſecundum Bald. in l. ſic cauſam. C. de execu. rei iudi. dici, quod ſi executio petitur actione in factum, habet inſtantiam, ſecus ſi officio iudicis, quia officium iudicis eſt perpetuum, vt dicit glo. ſingu. in l. ſicut. C. de præſcrip. 30. vel 40. anno. Et hanc concordiam ſequitur Roman. in rubri. ff. de arbi. colum. 15. Et de differentia, an executio petatur actione in factum vel officio iudicis, vide plene doc. maxime Ioan. de Imol. poſt Angel. in l. intra dies. ff. de re iud. Aduerte tamen, quia prædicta concordia Bald. quem ſequitur Roman. non videtur bene tuta, quia etiam vbi imploratur officium iudicis, habet locum inſtantia, ſecundum Cyn. & doc. in dicta l. properandum. Præterea lex adinuenit implorationem officij iudicis pro celeriore expeditione: ergo ne reſultet contrarius effectus, dicendum erit inſtãtiam triennij in eo habere locum. Vnico tamen caſu poſſet ſaluari opinio Bart. in dicta l. litibus, vt procedat, vbi aliquid ſummarie & ſine figura cognoſcitur, ita quod in eo non ſit pronunciãdum. Cogita. Ponderanda ſunt etiam verba Ioan. de Imol. hic in princi. cle. in tertio notabili, quia non dicit. quod cauſa ſummaria non habeat inſtantiam: nam licet dicit, quod acta litis & inſtantiæ poſſunt prætermitti, non dicit tamen quod ipſa inſtantia non habeat locum. Et ad glo. ſupra ead. cle. in §. & quia. in verbo, non obſtante. reſponde vt ibi clare dixi: quia non eſt verum, quod illa gloſ. dicat, q̃ in ſummariis productio teſtium admittatur poſt terminum ad probandum: dic vt ibi plene. Ad quintum argumentum reſpondeo verum eſſe illud eſſe iniquum pręſidium, quod capitur ex curſu temporis, quando ex illo curſu temporis perijt ius partis. Sed in caſu quæſt. noſtrę licet lapſa ſit inſtantia, tamen non perijt ius partis: quia poteſt illud de nouo in iudicio deducere, vt not. in d. l. properandum. Eſt enim conſtituenda magna differentia, an pereat ius partis ex curſu temporis vel non, vt probatur expreſſe in authen. ſi tamen. C. de tempo. appel. in clemen. quandiu. de ap. nam primo caſu partes poſſunt prorogare, ſecundo non poſſunt, vt ibi, & dixi late ſupra in princi. clemen. in materia dilationis legalis, quando poſſit prorogari vel non. Qualiter etiam intelligi debeat text. in dicta authen. vt eccleſia Romana, in eo quod ibi dicitur iniquum eſſe præſidium, quod capitur ex curſu temporis: vide omnino Ioan. de Imol. plures referentem in cap. fin. colum. 14. de præſcrip. Amplia etiam prędicta habere locum non ſolum in inſtantia triennali inducta per dictã l. properandum. ſed etiam in alia inſtantia minore ſubrogata loco illius triennalis per ſtatutum vel conſuetudinem: quoniam talis ſubrogata ſapit naturam eius, in cuius locum ſurrogatur, l. ſi eum. §. qui iniuriarum. ff. ſi quis cau. l. qui id quod. ff. de dona. l. prima. §. hæc actio. ff. ſi quis teſtamento liber eſſe iuſ. fue. cap. eccleſia. vt lit. penden. bene facit quod not. Bart. in l. 2. §. ſi rem. ff. de vſucap. pro emp. vbi dicit, quod pręſcriptio ſtatuti dicentis, quod qui non petierit infra 10. annos, cadat a iure ſuo, quia talis præſcriptio currit ex mera negligentia non petentis ſine titulo, interrumpitur per ſolam citationem, & Bart. ſequitur Roman. in conſi. 38. incipien. In caſu propoſitæ. & Abb. in cap. illud. in 5. colum. de præſcrip. licet Ioan. de Imol. ibi contradicat, fragili tamen ratione: facit etiã

quod pulchre ponit Bald. in cap. primo. quo tempore miles. vbi quærendo de paſſu illo difficili, qui ponitur in l. fina. C. in quib. cau. reſtitu. in inte. & per Innoc. & doct. in cap. conſtitutus. de in integ. reſti. per Bartol. in l. etiam de mino. ſcilicet an præſcriptio ſtatutaria currat minori: dicit eleganter fore aduertendum in locum cuius præſcriptionis editę & ſtatutę a iure communi, ſubrogetur præſcriptio illa per ſtatutum. Item facit quod dicit Bald. per illum text. in l. fina. C. de tempo. in integ. reſtu. peten. vbi inquit, quod præſcriptio 30. anno. eandem habet naturam quam habet illa, in cuius locum eſt introducta. Ex quibus habes plenius quam alibi diſcuſſum hunc articulum, an cauſe ſine figura iudicij habeant inſtantiam. Reliquum eſt, Deo ſummo gratias agere, quo auctor huic operi iam bis armis & peſtilentia Piſis intermiſſo, Georgius Natta iuris vtriuſque Doctor ciuis Aſtenſis, ac illuſtriſſimi & excellentiſſimi Marchionis Montisferrati conſiliarius, multis additis, & priori ordine in aliquibus mutato, extremam manum impoſuit anno dominicæ natiuitatis, 1482. quo tempore pro memorabili Guilielmo Montisferrati Marchione, ac ducali capitaneo generali Mediolani oratore agebat apud Illuſtriſſimum Ioan. Galeaz. Mariam Sfortiam vicecomitem Ducem ſextum Ludouico patruo mira integritate gubernante, quippe qui Mediolanenſium res iam tunc adeo grauiter ampliabat, & omni Italiæ pacem adeo largiter elargiebatur, vt nec ſuperior ætas optabiliorem habuerit, nec noſtra viderit præſtantiorem: profectò mira res, quod diuinus ille præſes Marti pariter & Mineruæ ſatisfaceret.

Tabula compræhenſorum in commento eleganti clemē. ſæpe. de verbo. ſignifi. omiſſo ordine alphabeti ſub certis particularibus rubricis, quia ſic operi magis conuenire, & facilius quæque ſingula poſſe inueniri viſum eſt.

De conſtitutionibus.
De reſcriptis & de officio delegati.
De officio iudicis.
De conſuetudine.
De aduocato & procuratore.
De pactis, cōuentionibus, promiſſionibus.
De renunciatione.
De in integrum reſtitutionibus.
De arbitris & arbitratoribus.
De iudicijs.
De citatione, nuncij relatione, & citati contumacia.
De foro competenti.
De libelli oblatione.
De mutuis petitionibus.
De litis conteſtatione.
De iuramento calumniæ.
De dilationibus.
De ferijs.
De confeſſis.
De poſitionibus & articulis.
De probationibus, teſtibus, inſtrumentis, iureiur. præſump.
De exceptionibus & præſcriptionibus.
De ſentētia, re iudicata, & eius executione.
De appellation. recuſationib. & relationib.
De teſtamentis.
De accuſationibus & inquiſitionib.
De priuilegijs.
De pęnis, intereſſe & expenſis.
De verborum ſignificatione.
De copula.

PRAELECTIONES
ALIQVOT
SINGVLARES
Præclariſsimi I. V. C. D. Guilelmi de Monte Lauduno,
In Conſtitutiones quamplurimas Clementis Papæ Quinti:

Quas inſeri hic curauimus, vt tanti viri elucubrationes exactæ, diuturnitate temporis quaſi deperditæ, priſtino ſuo nitori reſtituerentur: fœliciter incipiunt.

SVMMARIVM.

1 *Vnus doctor, vel vnus ſcholaris ſi legat, vel ſtudeat an conſequatur, vel recipiat gratiam, vel fructum ſalutationis Papæ & remiſſionẽ venialiũ.*
2 *Defectus, ſiue delictum perſonarum regulariter priuilegium locis cõceſſum non aufert.*
3 *Ius vniuerſitatis habitu ſaluatur in uno, licèt non actu.*
4 *Vniuerſitas an conſequatur fructum prædictæ ſalutationis.*
5 *Vniuerſitas eſt nomen iuris, non perſonarum.*
6 *Aliud eſt vniuerſitas, & aliud ſinguli de vniuerſitate.*
7 *Vniuerſitas non eſt corpus rationali anima formatum, & ſic non poteſt puniri pœna affligente animam, vt eſt excommunicatio.*
8 *Vniuerſitas an poſſit puniri, vel accuſari pœna ſaltem corporali, vel pecuniaria?*
9 *Doctores, vel ſcholares, qui actu deſierunt legere, vel ſtudere, morantur tamen in villa, vbi eſt ſtudium, an gaudeant beneficio aliorum, puta, in taxationibus domorum, vel ſolutione venalium.*
10 *Afflictio non eſt danda afflicto.*
11 *Ius poſitiuum quare ſic dicatur.*
12 *Ius poſitiuum an habeat aliquid perpetuitatis.*
13 *Iura licèt, prout ſunt poſita pro conſtitutione, deponi poſſint: tamen ratio eorum ſemper durat.*
14 *Ius ciuile licèt deſtruatur, ratio tamen ſemper durat.*
15 *Lex quotuplex ſit, & vnaquæque quid ſit.*
16 *Iudici an teneatur quis reuelare omnino occulta, etſi iurauerit.*
17 *Lex fomitis eſt, qua reguntur bruta.*
18 *Merita non ſolum, ſed etiam corpora de die in diem deficiunt.*
19 *Voluntates hominum ſunt variæ.*
20 *Diuerſitas animorum ſequitur ex diuerſitate corporum.*
21 *Diuerſitas varia unde proueniat.*
22 *Prædeceſſor immediatus, & mediatus qui dicantur.*
23 *Ambiguitas quotuplex ſit.*
24 *Prælati venientes ad concilium, vel vocationem papalem, an teneantur de omnibus reſpondere.*

Prohœmium.

1 IOannes epiſcopus. Quid ſi vnus † Doctor tñ ibi legat vel vnus ſcolaris ſtudeat: nũquid cõſequitur vel recipit gratiã vel fructũ ſalutationis Papæ.ſ. remiſſionem venialiũ de quo in 6.in prohęmio. Et dic ꝙ ſic, qa
2 cũ defectus † ſiue delictũ pſonarũ regulariter priuilegiũ locis cõceſſum nõ auferat, ſupra de excep.cum venerabilis. ſaltim habitu non actu, licet ad tp̃s ceſſet de verb.ſign.abbate. in fi.
3 Itẽ qa ius vniuerſitatis † habitu ſaluaꝫ ĩ vno, licet nõ actu nec in his quę vnus ſolus exercere põt ſiue docere ſiue eligere ſupra de poſtu.pręl.gratũ.nõ in cõſecratione epiſcoporũ.ff. qđ quiſq; iur.l. ſicut municeps, in fi. Guilelmus de mõte Laudu-
4 no. An vniuerſitas † fructũ iſtius ſalutationis cõſequaꝫ. vꝫ ꝙ
5 nõ, qa illa eſt † nomẽ iuris, nõ perſonarũ, qa aliud eſt vniuerſi
6 tas † & aliud ſinguli de vniuerſitate.12.q.2.qui manuminitur
7 & ideo cũ nõ ſit corpus † rõnali aĩa formatũ: ſic nõ põt puniri pęna affligẽte aĩam, vt eſt excõicatio. de ſen.excõ.romana.§. in vniuerſitatẽ.lib.6.ſic nec premiari fructu ipſam aĩam ſanãte, vt eſt peccatorũ venia, de pę.diſt.1.medicina.ideo dicendũ
8 eſt vniuerſis.i.de vniuerſitate ſingulis. An vniuerſitas † poſſit puniri vel accuſari, pœna ſaltẽ corporali vel pecuniaria.l.gñ de ſymo.dilectus.in glo.p Inno.& Spec.de execu. in fin. An
9 Doctores † vel ſcolares q deſierũt actu legere vel ſtudere, morantur tñ in villa vbi eſt ſtudiũ. gaudeãt beneficio aliorũ puta in taxationibus domorũ vel ſolutione venaliũ: vꝫ ꝙ ſic, per verbũ, cõmorantibus, ꝙ ſequitur, nõ dicit, ſtudentibus. facit ꝙ not.Hoſt.de fo.cõpe. quod clericis, maxime ſi propter ſenectutem vel infirmitatem vel aliam iuſtam cauſam deſinãt
10 ſtudere, cum afflicto † non ſit danda afflictio. de renun. c.1.de cor.vi.per totum. contra. C.de mag.oth.l.1.
11 Iuris. Quare dicitur ius poſitiuũ: † qa poniꝫ & deponitur put placet. ſupra de conſan.& : ſi aũt dẽt. in pm.
12 An hẽat † aliqd perpetuitatis. dic ꝙ ſic, qa licet ipſa iura † put
13 ſunt poſita p cõſtitutione, deponi pñt: tñ rõ eorũ ſemp durat ſuper qua fundata fuerũt & ipſum ſcire.ff.de cap.dim.l.capi
14 tis dim. quia licet ius ciuile † deſtruatur, ratio ſemper durat.
15 Sanctio eſt. † Lex ęterna: lex naturalis, tertia humana, quæ dꝛ ſanctio ſancta. quarta diuina vetus & noua, quæ iudicat de occultis, qa illa iudicio Dei ſunt relinquenda, 6.q.1.nõ oĩa, 22.diſt.erubeſcãt. de qbus nõ põt cognoſcere lex humana ſiue iudiciũ humanum. Ex quo
16 ſequitur ꝙ ſi iuraui † iudici dicere veritatem ſuper interrogatis a me per ipſum: non teneor ei reuelare illius iuramenti omnino occulta, quia in illo iuramento intelligebatur de his quę in foro illius venire vel cadere poſſent, & de quibus ille põt iudicare. ſupra de accu.c.qualiter.in fi. Quinta eſt lex fo-
17 mitis, † de qua 7.diſt. ſed penſandum. qua regũtur bruta, quæ eſt fomes ſeu inclinatio ſenſualitatis.
18 Varietatem. Quia de die in diẽ † nõ ſolũ merita ſed et corpora deficiũt.34.diſt.fraternita
19 tis. Itẽ varię † ſunt hoĩum voluntates.ff.ad treb.l.qa poterat.
20 & ex diuerſitate corporũ diuerſitas † ſequiꝫ animorũ, c.qa diuerſitatẽ, ſupra de cõceſ.præb. quapropter nõ eſt mirũ ſi aduocatus erret in traditione ſuę partis art.q hẽt mores ſpecia
21 liter & negocia tractare. Sed vnde veniũt iſtę † diuerſitates? dic ex eo ꝙ natura naturata nouas deproperat edere formas virtute infinita naturæ naturantis, in quibus idẽtitas immo & diſſimilitudo deficit & in animis perſonis & complexionibus & honoribus, & idem dicas in medico.
22 Prędeceſſor. † Immediat⁹ dꝛ pdeceſſor ſed mediatus dꝛ anteceſſor.11.q.3.anteceſſor.
23 Ambiguitates. Triplex eſt ambiguitas †.ſ. iuris, facti & perſonæ. 33. diſtin. habuiſſe.
24 Concilio. An prælati † venientes ad concilium vel vocationem papalem teneantur de omnibus reſpondere? videtur quod ſic, ac ſi citati eſſent, vt 17. diſt.pp̃ter.ibi, & quotquot ſe lęſos exiſtiment ſynodalẽ expectẽt miſſionẽ. Inno. diſtinguit in c.graue. de pręb. quia aut ſunt vocati pro aliquibus ſpecialibus negocijs in ipſa vocatione nominatis & tũc in alijs habebũt ius reuocandi domũ, ſupra de fo.cõpe.licet enim.de dila.c.fi. Si vero fuerit gñalis vocatio, & tũc ſi in criminalibus, habebunt ius reuocandi domum, nec tenebuntur reſidere, niſi ad hoc fuerint ſpecialiter

citati & expoſita eis crimina ſuper quibus accuſantur 5.q.2. cap.vlt. Si in ciuilibus & loquamur de conciliis archiepiſcopi vel epiſcopi: tunc indiſtincte habent reſpondere 18.diſt. quoniam.cum ſe. De concilio Papæ vniuerſali, duæ ſunt opiniones, quidã dicunt quod eis competit ius reuocandi dominum, vt in d.c.licet. Alij contra 2.q.6. Si monachus.

S V M M A R I V M.

5 Sectę principales ſiue leges quot ſint, & quo tẽpore vnaquęque incęperit.
2 Omnes prędictæ ſectæ, ſeu leges pręſupponunt vnum Deum pro fundamento, & in hoc conueniunt.
3 Dubius in fide an ſit infidelis & hæreticus cenſendus.
4 Plures an erunt, quam damnati.
5 Ianua, viaque eſt lata, & ſpatioſa, quę ducit hominem ad perditionem.
6 Via eſt arcta, quę ducit ad vitam & pauci inueniunt eam.
7 Puer an poſſit baptizari in vtero matris nondum perfectè egreſſus.
8 Cauſæ baptiſmi ſunt quinque.
9 Effectus baptiſmi ſunt quinque.
10 Virtutes ſunt habitus mentis bene conſtitutę remiſſiuè.
11 Virtutes ſunt partes gratię, & gratia totum.
12 Gratia operatur quando vult, in quo quo vult, & vbi vult.
13 Virtutes ſunt in duplici differentia, ſ. Theologicę, & cardinales.
14 Habitus eſt quędam qualitas, ſeu diſpoſitio, qua quis agit, dum tempus affuerit.
15 Habitus triplex eſt, ſ. innatus, infuſus, & acquiſitus.
16 Omne baptiſma an neceſſario habeat gratiam informantem.
17 Gratia gratum faciens eſt res tantum ſacramenti baptiſmi.
18 Opinioni modernorum ſtandum eſt.

De ſumma Trinitate. Rubrica.

FIdei catholicę fundamẽto.

1 Tres fuerunt † principales ſectę ſ. iudęorũ, quę incipit a traditione Moyſi quãtum ad legem. 7. diſtin. Moyſes. Item Chriſtianorum quæ incipit a tẽpore Chriſti. Tertia ſaracenorũ quæ incepit a tempore Machometi, de qua in iſta plena luna tranſacta proximè de qua nos compu
2 tamus 1319. fuerunt 319. anni, quod incepit. Omnes † enim leges iſtę pręſupponunt vnum Deum pro fundamento, & in hoc conueniunt.

3 **Firmiter.** An dubius † in fide ſit infidelis & hęreticus cenſendus: Diſtinguendũ eſt, aut loquitur de illa dubitatione, quę fit pertinaciter & animo indurato & deliberato cũ quadam complacentia, & talis dubitatio eſt hęretica, vt in c.dubius. de hæret. & 19. diſt. nulli. aut ſit ſine deliberatione, ſed nũ ex quodã ſcrupulo cõſcientiæ talis eſt potius pœna quã culpa & debilitas proprię imaginationis quã peccatum nec hęretica, ſupra de ſym. per tuas.

4 **Proomni,** An plures † erunt damnati quam ſaluati?
5 vr̃ ꝙ ſic, per illud Ma. 7. lata † eſt ianua & ſpacioſa via quę ducit hoĩem ad ꝑditionẽ & multi veniũt ꝑ
6 eã. & arcta eſt via † quę ducit ad vitã & pauci inueniũt eã. hoc credo pr̃em in ſua pr̃ate retinuiſſe, & ſic nõ eſt curãd. Guil.

7 **Regenerans.** An puer † vterũ matris ſuæ perfectæ non egreſſus poſſit baptizari? de hoc ſunt opiniones. Canoniſtę dicũt ꝙ ſi caput ſaltim fore appareat extra vterũ, põt baptizari, aliás nõ, ꝑ l. cũ i diuc. ff. de re. & ſump. ſu. Theologi tenẽt cõiter ꝙ niſi primo fuerit perfectè natus, ſicut Adã, nõ põt renaſci, vt de cõſe. diſ. 4. ſi ad matris, cũ talis nũ habeat adhuc eſſe diſtinctũ a cauſa ſuę intentionis. quare eccleſia militãs, de qua adhuc talis nõ erat membrũ bonũ vel malũ ſibi ꝓuidere nõ põt miniſtrãdo ei, q a rei quę nõ eſt, & ſupra de deſpon. impu. ad diſſoluẽdũ, cõſiliũ tñ eſt eorũ, ꝙ ſi aliqd appareat extra vterũ, oĩno baptizet ſi magnũ periculũ mortis eius ĩmineat, & hoc ꝑ ꝑ penetrabilẽ operationẽ ſpiritus ſancti q ſua clementia iſtũ põt ꝓuidere, ſicut ſanctificauit in vtero beatũ Ioan. Bapt. & Hieremiam.

8 **Nos attendentes.** Quinque cauſas † baptiſmi aſſignat. prima eſt efficiens principalis, ſ. vnus Deus. ſecunda diſponens, ibi, fides. tertia materialis, ibi, celebratum in aqua. quarta formalis, ibi, in nomine patris, quinta finalis ad perfectum. ſ. remedium peccatorũ, ad ſalutem & per hoc quod dicitur, vnicum baptiſma, remouetur error quorundam, dicentium, quod diſparitas baptiſmatis prouenit ex malicia vel bonitate miniſtri baptiſmi, quod eſt falſum 25. diſt. olim.

9 **Ad effectum.** Quinq; ſunt † effectus baptiſmi ſecundũ Ricardũ in quarto ſen. q. 1. peccati purgatio, ſup. eo. maiores, gr̃ę coll. vt hic, pęnę remiſſio, vt de cõſe. diſt. 4. ſiue caracteris impreſſio, vt i c. maiores. §. placet. ſomitis expreſſio, de conſec. diſt. 4. c. 1. & 2.

10 **Virtutes,** Quæ † ſunt habitus mentis bene conſtitutę. de conſe. diſt. 2. ſimile, & ſunt partes gratię
11 † & gratia totũ: gr̃a † tñ operatur quando vult, ĩ quo vult: vbi
12 vult, ſine facto hominis in quo operatur. de conſe. diſt. 4. gratia. ſecus eſt de virtutibus quæ non habẽt ſtatim ſuum effectum, vt patet in pueris qđ contingit ex defectu naturę agẽ
13 tis. Sciendũ ꝙ duplices ſunt virtutes † quædam theologicæ quaſi a verbis diuinis inuẽtę, & ſunt tres. ſ. fides ſpes & charitas. Alię cardinales, ſic dictę quia ſicut cardo regit totũ hoſtium, ſic iſtę regunt vitã noſtram, & ſunt quattuor, prudentia, fortitudo, iuſtitia, temperantia, primę dicuntur gratuitæ, quia a gratia immediate deſcendunt & infuſe. Alię per frequens exercitium acquiruntur.

14 **Habitum,** Habitus † eſt quędã qualitas ſeu diſpoſitio qua quis agit dũ tempus affuerit. Ex
15 hic triplex, † quidã innatus vt iſſibile a natura ineſt homini. quidam infuſus ſicut gratia & virtutes theologicę, quidam per magnam conſuetudinem & frequẽtem vſum acquiſitus, vt ſcientia & habitus & virtutes cardinales.

16 **Informantem.** An omne † baptiſma neceſſario habeat iſtam gratiam, dic ꝙ ſi nõ
17 quilibet recipiat gratiã † gratũ facientẽ, quæ eſt res tantũ ſacramẽti baptiſmi, recipit tñ gratiam gratis datam & hic caracterem baptiſmi, qui eſt res ipſius baptiſmi & eſt ſacramentũ ipſe caracter dictę gratiæ gratum facientis.

Modernorum. Not. in his & ĩ illis maxime quę cõcernũt practicã ſtãdũ eſſe opinioni modernorũ † ꝓ eo q a ſuccedẽte tp̃e, nõ modo corpora immo merita deficiũt. 34. diſt. fraternitatis, vnde cõſequens eſt vt ad mutabilitatẽ hominũ & cõplexionũ eorum rigores ſtatutorũ & traditiones philoſophorũ antiquorũ ceſſent, itaque nouis opus eſſet, ſupra de cõſtit. nõ debet in prin. qđ eſt cõtra quoſdã prælatos iudices & medicos, q rigores & aſperitates hactenus traditas cuſtodire pręcipiunt, digito tamen ſuo eas tangere nolunt. 26. q. vltima allegant.

S V M M A R I V M.

1 Abbas, vel prælatus an poſſit per litteras apoſtolicas per ipſum, vel cõtra ipſum impetratas conuenire, vel conueniri irrequiſito, communis opinio eſt quod ſic. Vide fallentias.
2 Qui non poteſt alienare rem, non poteſt in iudicium deducere.
3 Tutores curatores, & prælati non poſſunt voluntariè alienare, neceſſariò tamen poſſunt, & in neceſſitate bene poſſunt litigare agendo, vel defendendo.
4 Bona ſi tantum ad capellanum ſpectent, vel ad alios inferiores adminiſtratores. & tunc prælatus ſolus agere poteſt cum cautione de rato.
5 Collegium conuentus, vel adminiſtrantes an poſſint per ſe ſuper bonis diſcretis experiri.
6 Abbas & adminiſtrator ſi ſimul concurrunt, & velint quilibet offerre litteras de rato in bonis diſcretis ipſi collegio, quis præfertur?
7 Qui poteſt remoueri ab adminiſtratione totali, multo fortius ab agendo.
8 Hoc cap. an comprehendat ſeculares.
9 Verbum, alij, non facit quid ponere.
10 Actor non poteſt trahere reum extra ſuam diœceſim regulariter, cum ſint eiuſdem diœceſis per iudicem extraordinarium.
Vide eius fallentias.
11 Actor & reus quid ſi ſunt diuerſarum diœceſium, in diœceſi tamen alia eſt res, de qua contenditur, vel commiſſum delictum, vel ſolutio promiſſa fieri.
12 Quando in diœceſi actoris impetretur iudex.

De reſcriptis. Rubri.

1 **ABbates autem.** An prælatus † puta abbas per litteras apoſtolicas per ipſum vel contra ipſum impetratas poſſit conuenire vel cõueniri irreqſito ſuo cap. aſtenſu nõ ſolũ ſuper bonis cõibus, ſed ẽt & diſcretis. Et reſpondetur regulariter, ꝙ ſic, & in hoc cõcordãt oẽs moderni Doctores in c. edocere. ſupra, & verũ eſt regulariter ꝙ prælatus ſolus põt agere. Fallit primo in caſu tangente vniuerſalem ſtatum eccleſiæ vel monaſterij, vt quia agitur de eius ſubiectione ſeu libertate, tunc cap. eſt vocandum. ſic loquit, ſupra de maio. & obe. cap. ſi. de iud. cap. cauſam. Item fallit, vbi eſt caſus in quo poſſet facile contingere alienatio, ſicut in compoſitione vel tranſactione, quæ non poteſt alienatio, ſcilicet fieri directè vel indirectè, ſine tractatu cap. pręhabito, vt 12. q. 2. ſine exceptione.

2 ne. Et ſic non obſt. ſupra de tranſa. cõtingit. Et cũ dr̃, qui †nõ
poteſt alienare rem, nõ poteſt in iudicium deducere. ff. de iu
non extẽſiua, quia debetur ita in die, ſcilicet in feſto Paſchæ,
ſed non extenſiue, quia ſemel ſoluendo non plus extenditur,
& tunc non trahitur, immo puniretur, ſi plus peteret Hoſt. ſu
pra de plus peti. c. vnico. aut eſt dilatiua, & extenſiua, ſicut in
annuis petitionibus quæ annuatim reiterantur, & repetuntur,
& extenduntur, ſicut etiam in expenſis quæ multiplicantur
ſecundum continuationem moræ, & contumaciæ, & maliciæ,
& tunc poteſt fieri condemnatio in futurum. Sic intelligitur,
& notantur de offic. delega. quærenti. ff. ſi ſerui. vendi. harum.
& leg. ſi conditionalis. poteſt etiam fieri, vt ſupra de teſt. Ray
naldus. §. idem. ff. ad legem Aquiliam. l. in lege. & idem ſi pœ-
na, vel ſi petatur, ꝙ ille qui me moleſtauit ſemel à iure modo
amplius non moleſtet, vel amplius ius meum non vſurpet, ſu
pra de ſepul. in noſtra, vbi Hoſt. no. de hoc in lectura.

Fidelitatis recipimus iuramentũ
16 hoc eſt primum iuramẽtum, † quod fecit, & præſtitit per ſuos
nuncios, cum ſufficienti tamen mandato, & tale iuramentum
fuit in animam ipſius præſtitum, quod iuramẽtum in alterius
anima præſtitum ſemper quandam ſpecialitatem obtinet, &
ideo videndum eſt quid ſit. Et dic, ꝙ eſt oblatio animæ alicu-
ius ad aliquid aſſerendum vel promittendum, Deo ſuper hoc
in teſtem vocato, & licet omnia iuramenta recipiant, & obli-
gent animam cuiuſcunque iurantis, quia illud iuramentum
tendit ad obligandum alterius animam, ideo hic proprie fit
mentio de anima, vt ſupra de teſt. præſentium. lib. 6.

17 Sed nunquid iſtud iuramentum tangit † animam iurantis,
ſicut & mãdantis? Dic, ꝙ non, niſi ſpecialiter ipſam iurãs obli
garet, & ideo non deieraret iurans, ſi in hoc caſu ſciret illud,
quod iurat, eſſe falſum in aſſertorio, & non debere attendi in
promiſſorio: peccaret tamẽ in hoc, ꝙ præſtaret auxilium per-
iurio, quia per organum eius erit, & exit mendacium, argum.
47. diſtinct. ſicut non licet. per quod videtur directe iſte periu
rus ſicut, & alius in animam ſuam iurans, argumen. eſt, 37. di-
ſtinctio. ſi quis.

18 Poſtmodum. Nota hunc ordinem in promotio-
ne Imperatoris. † Primo eligitur in
Regem Romanorũ: deinde electio decreto domini Papæ præ-
ſentatur. Tertio examinatione canonice facta per Papã perſo
na approbata in regẽ ꝑ Papam aſſumitur. Quarto promouen
dus in Imperatorem pronunciatur. Quinto vngitur. Sexto cõ
ſecratur. Septimo in Imperatorem coronatur, quæ omnia ha
bes in hac decreta. & ſupra de elect. venerabilem.

19 Senſum confundens. Nota veritatem † non
eſſe in verbis ſcriptu-
rarum, ſed in ſenſu, non in cortice ſeu ſuperficie, ſed in medul
la, non in ſermonum folijs, ſed in radice rationis, 1. q. 1. Mar-
20 chion. Vnde dicit lex fides † veritatis verborum adminicula
non requirit, & vt ſe ad habendum ab ſa. mi. l. 1.

21 Firmauit. An iuramentum † interpoſitum faciat va-
lidum illud, quod alias non valeret? Vide-
tur, ꝙ ſic, quia alienatio rei dotalis non valet neque renuncia-
tio filiæ facta de bonis patris, & tamen iuramentum interpoſi
tum hoc validat, vt in capitulo cum contingat, ſupra eo. & de
pact. quamuis. libro 6. igitur econtra videtur per c. ſi diligenti,
ſupra de foro compe. de tranſact. conſtitutis. Vnde pone, de-
di donum commune inter viuos irreuocabiliter, omnia bona
mea hæredibus ſcriptis in teſtamento Titij adhuc viuentis, &
iuraui non venire contra, teſtator reuocat teſtamentum vel
alias efficitur ruptum vel deficiens, & de iure & de facto effici
tur nullum, nunquid valebit talis donatio virtute iuramenti
22 præſtiti? & dic, ꝙ non, quia ſi teſtamentum nullum, † & per
conſequens hæredes nulli, quibus ſub nomine appellatiuo do
natio facta erat, ſecus ſi nominibus proprijs fieret eis donatio,
23 quia multum differunt appellatiua & propria, ſupra de offic.
deleg. quoniam Abbas. Inſti. de ſti. ſer. per totum. Similiter ſit
donatio inter virum & vxorem, per quam alter efficitur di-
tior, & alter pauperior. An iuramentum ſuper hoc interpoſi-
24 tum hanc † confirmet? & dic, ꝙ non, pro quo diſtingue, aut iu
ramentum apponitur contra ius publicum auctoritate, & vti
litate, & tunc nihil operatur, vt in d. c. ſi diligenti. cum ſua glo.
Aut apponitur contra ius publicum auctoritate, ſed priuatũ
vtilitate, vt in c. cum contingat. & tunc aliquid operatur, & li-
cet illi contractus ſint inefficaces ad pariendum actionem de
25 iure ciuili, quia eis deficit forma, † & veſtimẽtum, de quo In-
ſtitu. qui mo. re contr. oblig. in prin. non ſunt tñ nulli de iure
naturali, quia in eis interuenit aliquis mutuus cõſenſus. Inſti.
de oblig. quæ ex conſen. per totum, & licet ſint nudi forma, &
ſpoliati certis formis, de iure ciuili, veſtiuntur tamen ex parte
iuris canonici, quod ciuili præualet in hoc caſu, propter peri-
culum animæ, & quædam noua, & ſpecialis forma ex par-
te illius iuris ab ipſo iuramẽto, & virtute eius introducitur, au
ctoritate, ſcilicet, Papæ, qui ſpecialiter in ipſo iure inuocatur
26 vt teſtis, ſupra eo. & ſi Chriſtus, ſicut ergo iure ciuili † auctori-
tate imperiali aliqui contractus informes de ſe, & nudi infor-
mantur, & firmantur per ſtipulationes, & acceptilationes in-
troductas pro certis formis ab Imperatore, ſic aliqui contra-
ctus nudi de ſe, vel à iure ciuili denudati à ſuis formis veſtiun
tur, & firmantur auctoritate Papali quæ in ipſis ſpiritualibus
præualet propter periculum animæ.

27 Succeſſorum. Quæ eſt ratio, quòd iuramentum
præſtitum † viuenti poſſit extendi
ad ſucceſſores, ſi hoc actum eſt, & tamen præſtitum per vaſal
lum pro ſe, & hæredibus ſuis non releuat hæredes quin mor-
tuo vaſallo habeant ipſi præſtare? Dic, ꝙ licet pactum poſſet
eſſe reale. ff. de pact. iuriſgẽtium. §. pactorum. Item cum pro-
miſſum, ſupra de arbitr. c. ſi. Item votum. ſupra de voto licet.
Item pollicitatio, ſupra de re iud. abbate. lib. 6. Iuramentum
28 tamen † cum omnino ſit perſonale, non tranſit cum effectu ad
hæredem, ff. de pact. l. & hæredi. niſi ad hoc hæres ſpecialiter
ſe obligaret, vel niſi hæreditas habeat hoc onus ſibi annexũ,
quo caſu non eſſet periurus vel voti trãſgreſſor, licet eſſet de
hæreditate repellẽdus, ſupra de vo. licet. Sed quid ſi ſucceſſor
dicat, ꝙ prædeceſſor tuus tantum pro ſe accepit non pro ſuc-
ceſſoribus, vaſallus dicit contrarium? Dic, ꝙ vaſallus habebit
hoc probare, qui dicit. ff. de proba. ei qui.

29 Sed nunquid totiens † poterit peti laudemium, quotiens re
nouatur ſucceſſor ſiue per mortem prædeceſſoris, per depoſi-
tionem, per permutationem, ceſſionem, tranſlationem, com-
mendationem coadiutoris procura. in ſpiritualibus, & tempo
ralib. adminiſtrationis ve dationem per Papã, ſeu alias quo-

quo

quo modo videtur hic ꝙ non, immo videtur durare per totã vitam emphiteotę qui ſemel ſoluit hoc, quia nõ eſt propriũ hoc hic diſputationi relinquo.

30 **Inſignijs** nota diademate, & birreto quem inſigniri quàm plurimum, dum tamen ex hoc ad humilitatem declinet, quod faciendum eſt, vt 100. diſtin. contra morem. Decorari tamen quandoque deſiderant moribus indecori, propter quos dicitur in Alexandro, nec quos humiles natura iacere præcipit exalta: nam cum pluuialibus intumuit torrens fluit acrior amne perenni.

SVMMARIVM.

1 *Terminus, an videatur aſſignari ad inſtantiam rei, qui habet exceptiones proponere.*
2 *Terminus an poſſit aſſignari in peremptorijs.*
3 *Exceptio competens contra papales litteras an ſit proponenda inter dilatorias.*
4 *Exceptio competens contra litteras apoſtolicas quando ſit proponenda inter dilatorias, vel peremptorias.*

De exceptionibus. Rubr.

EX communis aſſignato. Sed nun
3 quid ad inſtantiam rei † qui habet eas proponere, poterit iſte terminus aſſignari, videtur, quòd ſic, ꝑ c. cum cauſam. ſupra de appella. §. 1. & §. fin. Dic contrarium per Innoc. 3. c. paſtoralis. ſupra eod. quia poteſt dici tali, quod petis, intus habes, cũ tali ſit aſſignatus terminus iuris, ſcilicet viginti dierum, vt notatur 3. q. 3. offeratur, immo ſemper poteſt proponere quouſque conſenſerit in iudicem, ſupra de re
2 iudica. inter monaſterium. Sed nunquid poteſt terminus † aſſignari in peremptorijs? Dicit Innocen. quòd ſic, vt ſit litium finis, ſupra de probat. licet, & ſupra eod. paſtoralis. vbi de hoc per ipſum.

3 Sed nunquid exceptio competens † contra litteras papales, continentes gratiam, eſt inter dilatorias proponenda? Doctores ſuper hoc diſtinguunt in c. paſtoralis. aut ex reſcripto oritur actio, & ſic cum exceptio tangat litteras, & gratiam: verbi gratia: dixi me in litteris in quibus mandatur mihi dari beneficium clericum cum non ſim, aduerſarius excipit contra litteras de falſo expreſſo, planum eſt, ꝙ hęc exceptio lit. conteſt. impediens erit inter dilatorias proponenda, vt ſupra de reſcr. conſtitutus. verum ſi iudex vel pars tolerauit cum tali litem conteſtari, bene poterit poſt lit. conteſta. opponi, & appellari, nec ex hoc viciatur proceſſus. Si autem actio principalis cõpeteret ante reſcriptum, vt quia ſuper mutuo, quod mihi diu debebas, impetraui litteras à Papa: ita in hoc caſu, ſi excipiatur contra litteras, aſſerens eas eſſe falſas eo ꝙ non feci mẽtionem in impetratione de exceptione pacti facti de non petendo, quod feceram recipienti mutuum, iſta exceptio cum tangat tantum principalem cauſam, non eſt inter dilatorias proponẽda, immo expectabitur tempus peremptorium: alias nihil aliud eſſet niſi impetrare vel expectare principale negocium ante lit. conteſt. quod non debet fieri, ſupra de foro cõpet. ex parte in fin. & ſupra de lit. exceptionis. lib. 6. Si autem
4 proponatur contra aliquod † de ſubſtãtialibus litterarum puta, quia ciuitatenſes ſub clauſula de diocęſi faciebant citari cõtra c. Rodulphus. ſupra de reſcrip. vel vltra vnam dietam à fine diocœſis contra c. ſtatutum. de reſcri. lib. 6. Exceptio proponetur inter dilatorias, vt ibi patet, & infra eo. olim.

Quod vicarius perpetuus alicuius eccleſiæ certam portionem de bonis ipſius eccleſiæ tantum habens prioratu vel monaſterio omnes alias decimas poſſidente, & percipiente, nominat nunc ſe rectorem illius eccleſiæ vt poſſit vendicare decimas, & agit contra priorem vel abbatem cum diſt. illius c. 1. de deci. religioſi prior excipit contra eum dicens ipſum tantummodo eſſe vicarium perpetuum qui ſua portione cõgrua deberet contentari, nunquid hæc exceptio habebit inter dilatorias proponi ad impediendum litis conte. Et videtur, ꝙ ſic, cum ſit præiudicialis, quia de falſo contra iſtum excipitur inquantum nomen prælati cum ſit ſimplex vicarius perpetuus per dictum priorem ad curam animarum præſentatus, ſibi aſſumit, ſupra de præſcrip. quia non, C. de muta. no. l. vnica. 3. q. 9. aliquando, & maxime cum iſte erret in altero de ſubſtantialibus iudicij, ſcilicet in nomine actoris qui habet primo formare, fundare, & legitimare perſonam ſuã antequam ad alia iudicialia procedatur, ſupra de accu. c. 1. de reſcr. conſtitutus, contra, quia hæc exceptio vna de perempto. eſt ſupra de probat. licet, hoc diſputationi relinquo.

SVMMARIVM.

1 *Nullitas ſententia qualiter diffiniatur.*
2 *Iudex qualis de nullitate cognoſcet.*
3 *Appellatio habet tractari coram ſuperiore, remiſſiue.*
4 *Iudex appellationis poteſt pronunciare ſententiam nullam.*
5 *Auditor habet cognoſcere potius per viam ſimplicis querelæ, quàm appellationis de nullitate.*
6 *Supplicare intra quantum ſeu vſque ad quod tempus quis poſſit de nullitate.*
7 *Exceptiones omnes perpetuæ ſunt, exceptis de exceptione non numeratæ pecuniæ, & non numeratæ dotis.*
8 *Appellans à ſententia ipſo iure nulla an videatur eam facere aliquam, maxime ſi iudex appellationis eam confirmet, in tantum, quòd ex tunc de nullitate agere non poſſit.*
9 *Propoſitio nullitatis, ſicut coram iudice coram quo appellatio reperta eſt deſerta, an impediat executionem ſententiæ.*
10 *Iudices primi ſine alio mandato iudicis appell. & ſine aliqua certificatione ſuper deſertione prædicta, an habebunt ad ſolam requeſtam partis appellatæ ſimplici verbo, ei credere ſuper deſertione prædicta.*
11 *Tertius opponens in executione ſententię an ſit audiendus.*
12 *Renunciaſſe quando non videar primę appellationi propter duas appellationes. ſ. ab interlocutoria, & diffinitiua.*

De ſententia & re iudicata. Rubr.

VT calumnijs beneficiali, Vel alia ſiue actione reali vel pſonali, poſſeſſoria vel petitoria ſpirituali vel eccleſiaſtica temporali, vel ciuili, vel criminali.

Sententias ſu. in eadem cauſa. & quòd nihil mutetur in ſententia principali, ſed tantummodo confirmatur prius iudicatum: alias in cõfirmatorijs aliud immutaretur, vt ſit in c. Raynaldus, & Ranucius, ſupra de teſta. ſecus crederem, & dic ſentẽtias diffinitiuas vel interlocutorias, dummodo ſuper vna, & eadem cauſa licet in diuerſis inſtantijs ſit iudicatum.

1 **Nullitate** nullitas † eſt defectus qui propter omiſſionem aliquorum de ſubſtantialibus proceſſum iudicialẽ viciat penitus, nullumq; reddit ipſo iure, vt patet, ſupra de ſeque. c. vnico, in fi. & proprie dicitur nullus propter defectum iuris publici, vt ſi lata ſit ſententia lite non conteſt. ſupra de lit. conte. c. vno. ſecus, ſi contra ius priuatum vel propter defectum eius, quia tunc eſt annullanda. ff. rem ra. ha. l. 3. §. falſus. & in hoc habet locum reſtitutio in integrũ. ſupra de reſtitutio. in integrum. c. 1. & C. de præ. Impera. offer. auth. quæ ſupplicatio.

2 Sed quis de iſta nullitate † cognoſcet? Dic iudex qui de principali cauſa cognouit, & tunc iure ordinario pronunciabit. C. de ſenten. & interlocu. omn. iud. l. 2. & ideo non poteſt
3 vna cum cauſa appel. tractari. Quia appellatio † habet tractari coram ſuperiore, ff. quis, & a quo app. l. 1. de appel. Imperares. licet Innoc. videatur tenere in c. dilecto. de appell. ꝙ iudex
4 appellationis † poſſit pronunciare ſententiam nullam, arg. l. quædam mulier. ff. famil. erciſcun. Sed Spec. in ſecunda parte, cap. 1. §. iuſta. tenet quod dixi, & intelligo verum, ſcilicet, ꝙ iudex principalis cognoſcet de nullitate, & corriget errorem, ſi ſit ordinarius, vt ſupra de accuſa. qualiter. infra. C. quomodo quando iudex, ſi præſes, & tales reputo auditores curię Rom. vt dixi ſupra de reſcrip. auditor. potius tamen per viam ſim-
5 plicis querelę, † ꝙ appellationis de talibus auditor cognoſcere habet, vt ibi patet, ſed ſi eſſet annullãda cognoſceret per reſt. in integrum, ſupra de re iudi. cum Bertoldus. ſecus eſt in delegato qui in nullo de pręmiſſis cognoſcet cauſis, ſed recurritur ad delegantem, de offic. deleg. in litteris. C. quomodo, & quando iudex ſi, vt proponis, excepto hoc quod de executore graciarum notat Innoc. & Hoſt. in d. c. in litteris. & ſupra eod. c. 1. & quod dicitur de auditore, verum eſt, ſi agatur de nullitate tangente proceſſus habitos in curia.

Donec quaſi dicat, poſt executionem bene admittetur ſupplicando ſu. iudici. ordinario, & ſuper nulli-
6 tate, vt dictum eſt. Sed intra quod tẽpus † audiatur ad ſupplicandum? Dic, ꝙ ſemper, & ſine præſumptione temporis vbi eſt ipſo iure nulla, & in ea vertitur periculum animæ. 25. q. 9.

§. quia

§. quia ergo. & c. ſeq. & in ſimilibus in quibus non cadit præſcriptio, ſupra de præſcri. quoniam. In alijs autē intellige ſemper vſque ad 30. vel 40. annos, cum tale tempus omnē actionem tollat 16. q. 3. §. quas actiones. de præſcri. vigilanti, quod eſt verum niſi loci vel fori conſuetudo aliud inducat. C. ad legem Cornel. de ſal, ſicut, ſupra de procurat. in noſtra. Et hæc vera ſunt agendo, quia excipi poteſt perpetuo contra eam ſi ex ea agatur, vt ff. de dol; except. l. pure. §. ſi. cum omnes excep-
7 tiones perpetuę † ſunt exceptis de exceptione non numerata pecunia, & non numerata dote, Inſtit. de littera. ob. & C. de non numer. pecu. & non num. do. per totum. Sed nunquid ex
8 hoc, φ appellauit quis à ſententia † ipſo iure nulla videtur eā facere aliquam maxime, ſi iudex appellationis eam cōfirmat in tantum, φ ex tunc de nullitate agere non poſſit? videtur φ ſic, ff. rem ra. hab. l. 3. Dic contrarium, & hoc φ elegit appellationem, cum nullam poſſet dicere ſententiam, ſibi prȩiudicare non debet, ff. de inoffic. teſtam. mater. ff. de app. ſi expreſſim, quia vel ſententia erat nulla, & tunc non confirmatur per appel. aut erat aliqua, & tunc ſic, ff. de iud. licet. §. falſus. ſic dicit
9 Specu. Sed nunquid eſt idem ſi appellatio † propter lapſum fatalium penitus ſit deſerta, vt prouiſio de eccleſiaſtico beneficio facta, & proceſſus ſuper hoc habiti qui diu ſuſpenſi propter appellationem extraiudicialem extiterāt, debeant remitti ad exec. vel prouiſorem à quibus appellatū fuerat, nec debeant impediri, quia appellans coram iudice appel. puta auditore curiæ Romanæ proponit cauſam nullitatis ſententiæ vel principale negocium per viam ſimplicitatis querelæ proponit? Dic, quòd non debeat impediri prouiſionis prædictæ executio vel proceſſuum eius. Sed debet fieri remiſſio ad eos à quibus appellatum eſt per c. vt debitus. ſupra de appell. vel auditor plene exequetur, ſi de dicto negocio pronunciauit, ſup. de reſcrip. auditor. & ſupra de offic. deleg. c. paſtoralis. in glo. ſed pone: tamen partibus præſentibus poterit procedi in curia in negocio per vnam ſimplicem querelam coram auditore qui de negocio incępit cognoſcere, licet noo pronunciauerit ſuper eo, & poterit prohibere ipſe auditor ne procedatur vel aliud attentetur in ipſo negocio in præiudicium ſuum, p ru. vt lit. pend. & de conſt. cum M. niſi vellemus dicere, φ poſſet allegari coram eo, φ negocium penderet coram executore, & ita peteretur ius reuocandi domum, cautela tamen eſſet φ appellatus qui obtinuit deſertionem appellationis eueniſſe contra ſe reuocaret omnes procur. ſuos, & ſe à curia abſentaret ne per ſimplicem querelam poſſet agi contra ipſum.

20 Sed nunquid ipſi primi iudices † ſine alio mandato iudicis appell. & ſine aliqua certificatione ſuper deſertione prædicta habebunt ad ſolam requeſtam partis appellatę ſimplici verbo ei credere ſuper deſertione prȩdicta, & ſic dictam prouiſionem exequi? Dic, φ debent certificari per iudicem appellationis, primo antequam iuriſdictionem reaſſumant per capit. vt debitus. ſupra de appella. ibi remittat, & cætera, & ſic opus eſt facto iudicis.

21 **Demandetur,** an tertius ſe opponens † ne fiat executio prædictarum ſententiarum ſit audiendus? videtur quòd ſic, ſupra eodem cum ſuper. Diſtingue aut eſt præſumptio contra opponentem, & dic, φ non impedit talis oppoſitio executionem ſentētiæ, immo cautione præſtita fiet executio, ſupra de reſtitu. in integr. ſuſcitata, aut non eſt præſumptio, & tunc aut res de qua agitur, poſſeſſa erat per tertium, & tunc executioni etiam mandabitur præſtita cautione, vt ff. de re. ven. is a quo. Aut per nullum, & tunc aut opponeos erat præſens tempore ſentētiæ, & nihil dixit vel oppoſuit, & tūc impedietur, ſupra de re iudi. c. plurale. Si autem oppoſuit, ſed non fuit ſuam oppoſitionem proſecutus legitime, tunc fiet executio. Secus ſi per viam appellat. vel alias fuerit ius ſuum plene proſecutus, vt ſupra de re iud. cum ſuper. Si autem erat abſens cognito ſemiplene, φ ſua intereſt, impedietur executio, maxime vbi agitur de beneficio perſonali, vt in c. veniens. ſupra de teſt. ſaluo ſemper hoc, quod dicitur in hac decre. poſt trinam ſententiam.

Interlocutoria. Nota, quòd ſi appellē ab interlocutoria, poſtea iudex procedat contra me ad diffinitiuam iuxta decre. cum qui. de do. & contu. & ego ab illa diffinitiua appellem, & confirmatur illa diffinitiua, iterum ab ea appellem, φ ego non videor renunciaſſe
22 primę meæ appellationi propter iſtas duas appellationes, conſilium tamen eſt Speculatoris, quòd proteſtetur appellans ſe non velle recedere a prima appellatiooe ſuper interlocutoria lata emiſſa.

SVMMARIVM.

1 *Pax in miſſa defunctorum quare non detur.*
2 *Defunctus non facit verecundiam, nec ſibi aliquid adulatur, vt vulgo dicitur.*
3 *Defunctus quandoque afficitur iniuria.*
4 *Conſpiratio qualiter diffiniatur.*
5 *Crimen læſæ maieſtatis qualiter diffiniatur.*
6 *Multa ſunt ſpecialiſſima in crimine læſæ maieſtatis.*
7 *Omnes, qui alias repelluntur, in crimine læſæ maieſtatis admittuntur ad teſtandum.*
8 *Sententia diffinitiua in criminibus etiam ſub conditione poteſt ferri.*
9 *Tempus ſententiæ an trahatur ad tempus exiſtentiæ conditionis.*
10 *Pœna mortis quare non poſſit ferri in abſentem.*
11 *Pœna mortis eſt duplex.*
12 *Pœna omnis, quæ damnum æſtimationis continet, conditionaliter tamen ferri poteſt, licèt corporalem pœnam exigat inſtar excommunicationis affligentis animam corporaliter.*
13 *Sententia excommunicationis poteſt ferri ſub conditione.*
14 *Sententia regulariter non eſt ferenda ſub conditione.*
15 *Captiuus ſi de crimine capitali accuſatus in ſuam libertatem per phas, & nephas ſe receperit, non debet ſuis iudici ſe reſtituere occidendum, licèt hoc proprio iuramento promiſerit.*
16 *Teneor magis mihi naturaliter, quàm proximo.*
17 *Diſtrictus dioceſis, & territorium idem ſunt.*
18 *Diſtrictus, & territorium à quo deriuantur.*
19 *Territorium eſt duplex.*
20 *Territorium quis de iure communi habeat.*
21 *Lex vocat Imperatorem dominum totius mundi ex hoc ſolo, quòd iuriſdictionem exercet, vel obtinet ſuper toto vniuerſo.*
22 *Parochiæ, & dioceſes non præſcribuntur cum titulo.*
23 *Poteſtas legati Papę eſt reſtricta ad ciuitatem, vel dioceſim certam.*
24 *Epiſcopi inferiores an habeant territorium.*
25 *Monachi an poſſint excommunicari per Abbatem beneficij, qui impetratione, & diſpoſitione Papę in alijs monaſterijs ſui ordinis obtinent prioratus, & adminiſtrationes retinendo ſibi locum monachi in priori monaſterio.*
26 *Citatio emiſſa in territorio proprio an exterius arctet citatum.*
27 *Citatio duo continet.*
28 *Imperator an poſſit animaduertere in Papam.*
29 *Faciendo iuſtitiam, vel coadiuuando illam, hęc duo paria ſunt.*
30 *Si par in parem non habet poteſtatem, ergo nec in maiorem a fortiori.*
31 *Imperator habet imperium a Papa.*
32 *Serra quod exaltaretur contra eum, qui eam trahit, eſſet contra naturam.*
33 *Vaſallus tribus modis ſoluitur à fidelitate.*
34 *Vaſallus obligatur ſolum ad ea, quæ naturam feudi ſapiunt, & non ad alia.*
35 *Ligius quid ſit, & vnde dicatur.*
36 *Vaſallus, ſeu feudatarius quid ſit & qualiter differat à ligio.*
37 *Non ſubditus non poteſt committere crimen læſæ maieſtatis.*
38 *Omnes homines de mundo non ſunt ſubditi Imperatori.*
39 *Subditus quando non incidat in crimen læſę maieſtatis.*
40 *Solutio iuramento certo termino promiſſa, an ſit retardanda propter mandatum principis.*
41 *Obediendum eſt potius iuramento, & ſic Deo quàm Imperatori.*
42 *Imperator poteſt de iure ſupplere omnes defectus iuris poſitiui, & remotis prioribus formis, ſeu nouis ſolennitatibus nouas apponere, & ſic in talibus de nihilo facere aliquid.*
43 *Imperator non poteſt auferre ea, quę alicui competunt de iure naturali, niſi forte per ſententiam iuſtè, & ritè latam.*
44 *Defenſio quęlibet, cui competit debet reſeruari, ſiue ſit realis, ſiue perſonalis.*
45 *Vim vi repellere licet, omnia iura clamant, cum moderamine.*
46 *Aequalitas debet eſſe in iudicijs.*
47 *Defenſio legitima nemini debet tolli immo nec Diabolo quidem, ſi eſſet in iudicio.*
48 *Portio debita filijs iure naturę non debet eis de iure amoueri propter delictum patris, quamuis grauiſſimum.*
49 *Filij quando, ſeu quo caſu poſſint abſcondere & aſportare partem ſuam bonorum ſine peccato.*

PAſtoralis quondam. Aliter ſcribitur de mor-
1 tuis, & aliter de viuis, vt hic patet: mortui † enim honore huius ſeculi non indigent, ſed ſunt ad maius tribunal vocati, & ideo in miſſa eorum pax non datur, de
2 conſec. diſt. 2. pacem. Vnde vulgo dicitur, φ defunctus † non facit verecundiam, nec ſibi aliquid adulatur, vt hic patet,
3 quandoque defunctus iniuria † afficitur, Inſtit. quibus ex cau. manu. non lic. §. primo. & etiam laudibus extollitur, ſupra de reli. gloſ.

Con.

4 **Conſpirationes.** Conſpiratio † eſt machinatio
ſemel ab aliquibus facta in de-
trimentum alicuius perſonæ vel dignitatis eiuſdem, ſupra de
iureiur.petitio.
5 **Reum eſſe.** Crimen læſæ maieſtatis † eſt vbicunque
contra vrbem machinatur aliquid vel q
profugit ad hoſtes vel eos iuuat qualitercunque vel qui ſubie
ctas prouincias nititur facere rebelles, vel qui ſeditionem mo
uet in populo, vel ciuitate, vel qui procurat, q princeps magi-
ſtratus, ſenatus, illuſtres, & ſimiles qui pars eius ſunt occidan-
tur, vel hoc cogitat. ff. ad legem Iuliam ma.l.1.2.3. & 4. multa
6 † enim ſunt ſpecialiſſima in hoc crimine: nam omnes † qui a-
7 lias repelluntur in hoc crimine, admittuntur ad teſtificãdum,
ff. eo. famoſi. & ff. & C. ad leg. Iul. maie. per totum.
8 **Quando venirent,** quod eſt ſupra, & ſic ſen-
tentia diffinitiua † in cri-
minibus etiam ſub conditione ferri poteſt, vnde ſi quæras an
9 tempus ſententiæ † trahatur ad tempus exiſtentiæ conditio-
nis vel potius econtra? diſtingue, aut eſt talis actus qui natu-
ram ſuam accipit potius ex exiſtentia conditionis quàm ab
alio, puta ex conceſſione vel promiſſione, & tũc exiſtentia tra
hit ad ſe tempus ſententiæ, vt eſt in excommunicatione quæ
vires ſuas accipit à contumacia, vt 11.q.3. epiſcopi. Si potius
accipiat vires ex alio, diſtingue, quia aut interuenit fortius im
pedimentum ab homine, vel a iure tale, videlicet, quod poteſt
tollere primam obligationem, & tunc idem ab homine de re-
ſcrip. ſi parte lib. 6. à iure. ſupra de ſpõſ. c. vnico. Si autem nul
lum impedimentum à tali interuenit, vel ſi ab illo interuene-
rit, tamen qui non poterit immutare naturam obligationis pri
mæ, tunc exiſtentia conditionis trahitur ad tempus ſententię
vel conceſſionis, ff. qui po. in pign. habe. l. potior. & de peri. &
commo. re. ven. l. q ſi pendente.
10 **Promulgauit,** & ſic non pœnam † mortis ferri in
abſentem, contra, ff. de requir. re. l.
11 2. Dico duplex eſt pęna mortis, † quædam eſt pęna, ſ. corpora
lis, vt eſt capitis plectio, & fuſtigatio, & iſta non poteſt ferri in
abſentem, quia careret effectu. Alia eſt pęna quę non requirit
corporalem appręhenſionem, vt exilium, relegatio, & iſta po
teſt ferri in abſentem, ff. de pęn. l. abſentem. vel depo. benefi-
cij, vt ſupra de do. & contum. veritatis, & etiam omnis pœna
12 † quæ damnum æſtimationis continet, conditionaliter tamen
ferri poteſt, licet corporalem pœnam exigat inſtar excommu
13 nicationis affligentis corporaliter animam † quæ ſub condi-
14 tione fertur, de appellatio. præterea. licet regulariter † non ſit
ſub conditione ferenda, 2. quæſtio. 6. biduum. vel dic, vt in ca
pitu. veritatis.
15 **Notorium.** Nota q ſi captiuus † de crimine capita-
li accuſatus in ſuã libertatem per phas,
& nephas ſe receperit, non debet ſuo iudici ſe reſtituere occi
dendum, licet hoc proprio promiſerit iuramento: nam magis
16 naturaliter † teneor mihi quàm proximo, 23. quæſt. 5. ſi non
licet. de hoc dicetur infra, quod eſt verum, ſi timeret pati vio-
lentiam, ſecus, ſi expectaret iuſtitiam, vt infra patet.
17 **Diſtrictum imperij.** Sciendum eſt, q diſtri-
ctus † territoriũ & dio
cœſis pro eodem ſupponunt, vnde nihil aliud ſunt quàm vni
uerſitas agrorum, infra fines cuiuſuis loci exiſtẽs, vbi quis ius
obtinet imperandi, ſupra de proba. licet. ff. de verb. ſign. pupil
18 lus. §. territorium. Et dicitur diſtrictus † de ſtringo, & territo-
rium de terreo, quia ibi fit diſtrictus delinquentium ad terro-
19 rem, vt in d. l. pupillus. Item duplex eſt territorium, † quoddã
in quo exercentur ea quæ ſunt in foro animæ, ſicut ſacramen
ta miniſtrare, pœnitentiam imponere, indulgentiam dare, ſu-
pra de pœ. per totum. Aliud in quo exercentur ea quæ ſiũt in
foro cõtentioſo, ſicut ſedere pro tribunali, iudicare, ſententias
ferre, & eas exequi, vt de offic. ordin. de iud. de fo. competen.
per totum, quibus præſuppoſitis.
20 Quæro quis de iure communi habeat † diſtrictum ſeu terri
torium? Diſtingue, aut loqueris de principalibus ſcholaribus,
aut eccleſiaſticis. Si primo, dicit Hoſtien. quòd ſolus Impera-
tor cui à Deo mediante ſuo vicario gladius committitur, 8. di
ſtinct. quo iure, 7. q. 1. in apibus. Et ex hoc ſolo, q iuriſdictio-
21 nem exercet vel obtinet ſuper toto vniuerſo, lex vocat † eum
dominum mundi totius. ff. ad legem Rhod. de iacto. l. depreca
rio. quo ad ius. ſ. reddendum, & gladium exercendum de iure
communi, ſecus quo ad diuina, & proprietates rerum. ſupra
de iureiur. nimis, in lectura Hoſt. Cæteri vero reges, duces, &
comites, quantum regnorum, & comitatuum limites ſe extẽ-
dunt licet per occupationes, & præſcriptiones vſurpentur, &
confundantur, & in hoc ſufficit bona fides ſine titulo, ſecus in
22 limitatibus parochiarum, & diocœſis quæ non † præſcribun-
tur cum titulo, ſupra de procu. c. plene. & in his non ſufficeret
bona fides etiam quo ad præſcriptibilia, ſupra de præſcript.
epiſcopũ. lib. 6. Si de eccleſiaſticis, aut loqueris de Papa, & ſic
totus orbis eſt ſibi pro territorio, 9. q. 3. cuncta. Si de eius dele
23 gato, & tunc idem, ſed hodie poteſtas eius † eſt reſtricta ad ci
uitatem vel diocœſim certam, ſupra de offi. de lega. ſtatutum.
lib. 6. Tertio quibus deputatus eſt, ſicut exercitium eius, ſi de-
legato eius prouincia ſibi decreta, eſt ſibi territorium ſecun-
dum quod Papa ſibi limitat, & menſurat, ſupra de offic. lega.
nouit. Si archiepiſcopus Patriarcha, vel primas quo ad illa q
ſunt in ſua prouincia, illa ſola diocœſis in qua ſibi imminet in
cauſa appellationis vel alias iuriſdictio de facto exercẽdo, ſu
pra de offic. ordin. vt litigantes, quia in his nihil habent niſi ſe
cundum, q ius commune eis tribuit, ſupra de offi. ordin. dũo.
Si de propria diocęſi, dic, q tota eſt ſibi pro territorio, & in illa
fundat intentionem ſuam de iure communi, ſicut cæteri epi-
ſcopi, 16. q. 5. ſi forte, 9. q. 1. c. 1. & 2. niſi ſint prohibiti propter
exemptionem, ſupra de offi. ord. ſi epiſcopus. & intelligo quo
ad iura epiſcopalia, & quæ ad iuriſdictionem eccleſiaſticam
per epiſcopum exercendam ſpectant quantumcunque eccle-
ſiaſtica, ſupra de except. cum venerabilis. Si quæras de infe-
24 rioribus epiſcopis † an habeant territorium, ſunt de hoc opi-
niones. Quidam dicunt, q ſoli epiſcopi in ſua diocęſi habent
territorium quo ad cauſas eccleſiaſticas, & ſpirituales, alias eſ
ſet monſtrum quaſi idem corpus haberet duo capita, ſupra
de officio ordinat. quoniam. Et alij qui habent ea electione,
habent tantummodo iuriſdictionem in perſonas. Alij di-
cunt contrarium, quòd ſcilicet habuerit iuriſdictionem, ſed
tantummodo in locis certis. Sed Hoſt. ſic cõcordat dictas opi
niones, quia aut ſunt tales qui habent certam terram ſibi limi
tatam, in qua non eſt alius epiſcopus niſi ipſi, ſicut Abbas Caſ
ſinen. Aurelianen. & S. Dioniſij Pariſien. arg. ſupra de re iudi.
cum inter, & talis dicitur habere territorium. Alij vero pote-
runt ſolum ſubditos ſuos iudicare, & in ſuis locis, & in his in
quibus pręſcripſerunt, tales etiã habẽt iuriſdictionem in per-
ſonis, non autem in locis, & ſunt ordinarij ſine adminiſtratio-
ne, de his poteſt loqui, ſupra de teſti. in integ. c. plene. §. 1.
25 Sed quid de monachis † qui impetratione, & diſpoſitione
Papæ in alijs monaſterijs ſui ordi. obtinent prioratus, & admi
niſtrationes retinendo ſibi locum monachi in priori monaſte
rio, nunquid per abbatem beneficiũ poſſunt excommunicari?
Non videtur, cum in his non habeat prælationem veram quę
requiritur ad hoc, q clauis aliquid operẽt, 24. q. 1. audiuimus.
in contrarium videtur ad inſtar illorum qui mittũtur ad prio
ratus, ſupra de priuil. volentes cum ſint per Papam emancipa
ti. ſupra de ele. tamen inter diſputationem relinquo.
26 **Extra imperium.** An citatio emiſſa † in territo
rio proprio, exterius arctet ci
26 tatum? Dic, q citatio duo continet, ſ. † ſententiam interlocuto
riam, qui. ſ. iudex interloquitur talem citandum, & hæc habet
fieri in territorio iudicis qui eam fert, ſicut actus iudiciales, vt
C. de epiſc. & cler. omnes qui. §. verum. & §. præterea. Secun-
dum eſt ipſa denunciatio, ſeu executio, quãdo. ſ. iudex per ap
paritorem ſuum ipſam citationem mittit vel denũciat illi qui
debet citari, & hæc poteſt per alium, & etiam extra territoriũ
facere, ſicut apparet in citationibus iuris quas pars quæ nõ ha
bet territorium, facit cõtra partem aduerſam, ſupra de elect.
cum nobis olim. ſtatuimus. cupientes. lib. 6. Et idem poteſt ar-
biter qui non habet iuriſdictionem vel territorium. ff. de ar-
bi. ſi interpellatur. tutius tamẽ eſt, q fiat per iudicem ſub quo
degit citandus. Vel dic citationem quæ fit ſolis verbis poteſt
extra territorium totum facere, ſicut fit in contractibus. Sed
iſta quæ fit re, & verbis quæ fit in delictis, ſicut eſt remiſſio nõ
poteſt fieri extra, immo habet fieri per iudicem ordinarium
ſub quo degit citandus, vt in d. §. verum. Sed nunquid Impe-
28 rator poſſet animaduertere † in Papam vel ſaltem eum com-
pellere in temporalibus, ſi forſan Papa per eum requiſitus vo
let eum citare vel eum ſibi mittere? Videtur, q ſic, ff. de re iu-
di. a diuo Pio. §. 1. ſupra de treu. & pa. c. 1. in fi. quanto enim
29 celſior eſt, magis delinquit ſi negligens ſit in faciendo † iuſtitiã
vel coadiuuando, ſi opus fuerit qui duo pari paſſu ambulant
in hoc caſu 2. qõ. 7. negligere. Et propter talia frequenter mi-
nor ſeuit vel exercet iuriſdictionem in maiorem. ſupra de of
fic. ordi. ſignificauit. vbi de hoc. Contrarium verum eſt, quia
30 ſi non habet poteſtatem vel imperium † par in parẽ, ergo nec
in ma-

in maiorem à fortiori. ſupra de elect. Innotuit, 20. diſtinctio-
31 ne, inferior. Item cum Imperator † habeat imperium à Papa,
32 contra naturam eſſet, ꝙ ſerra † exaltaretur contra eum qui
eam trahit, vt in d.c. inferior.

33 **Feudorum.** In tribus caſibus † quis ſoluitur à fide-
litate domini. Si renunciet feudo, quia
34 vaſallus † obligatur dumtaxat ad ea quæ naturam feudi ſa-
piunt, & non ad alia. Secundo ſi propter hæreſim domini ab-
ſoluatur per Papam a ſacramẽto fidelitatis vel aliam cauſam
rationabilem, ſupra de hęret. c. fi. cum ſimilibus. Tertio ſi va-
ſallus interuertat poſſeſſionem feudi ipſi domino, & tunc non
dominus, ſed ordinarius cognoſcet de feudo. ſupra de iudi. c.
cæterum. de fo. comp. verum. per Innoc.

35 **Legius alias** Ligius, † proprie eſt qui Imperatori vel
Regi qui non recognoſcit ſuperiorem
ſuper ſe fidelitatem iurat, nulli alteri fidelitate ſalua, quia ſi di
ceret ſalua fidelitate quam tali præſtiti, non eſſet ligius, ſed a-
36 lias proprie vaſallus † vel feudatarius, & in fidelitate facta in-
feriori ſemper excipitur fidelitas ſuperioris expreſſe vel taci-
te, vt ſupra de iureiur. venientes. Et dicitur Ligius quaſi inſo-
lidum ſuo domino ſoli, & non alij ligatus vel dicitur a legali-
tate qua tenetur domino ſuo, 22. q. vlti. de forma. & fit pro re
temporali, non ſpirituali, ſupra de regul. iuris. indignum. &
iſte modus obligandi eſt introductus potius ex vſu, & mori-
bus quàm aliquo iure, fulcitur tamen iure per pacta, & ſti-
pulationes.

37 **Non ſufficit,** & ſic non ſubditus † crimen lęſæ ma
ieſtatis committere non poteſt. Item
38 nota, ꝙ omnes homines † de mundo non ſunt ſubditi Impera
39 tori. Item nota, ꝙ ſubditus † citra iura feudi delinquens licet
alias ſit vaſallus in ſuum dominum quamuis Imperatorem, in
crimen læſæ maieſtatis non incidit, vt hic.

In ſuis reſpondere debitis. Sed nũquid
poſito, ꝙ la-
40 ta † eſſet iuſta ſententia poſſent ex hoc debitores ſolutionem
iuratam certo termino fieri abſque pęna periurij retardare?
41 Dic, ꝙ non, cum potius ſit obediendum iuramento, & ſic Deo
quàm Imperatori, 11. q6. ... Iulianus. Sed appellent tales a tali
ſententia alias imputaretur eis, arg. ff. de minor. aut prætor. 1.
reſpon. niſi forſan per ſententiam rite, & iuſte latam bona ta
lia eſſent Imperatori vel alij confiſcata, quia tunc talibus, &
hęredibus eorum de bonis talibus eſſet reſpondendum. C. de
bo. dam. l. fi. ſupra de cenſi. ſignificauit.

42 **Nec prædicta** ſuppletio. Nota ꝙ licet Imperialis
poteſtas † poſſet de iure omnes de
fectus iuris poſitiui ſupplere, & remotis prioribus formis ſeu
nouis ſolennitatibus nouas apponere, & ſic in talibus de nihi
lo facere aliquid. C. communia. de leg. l. 2. de rei. vxor. l. vna.
43 non tamen poteſt auferre † ea quæ alicui competunt de iure
naturali, niſi forte per ſententiam iuſte, & rite latam, vel alias
ex iuſta cauſa. C. de bo. dam. per totum. & Inno. ſupra de con
44 ſtit. quæ in eccleſiarum. & ſic omnis defenſio † cui competit
debet reſeruari, ſiue ſit realis, ſiue perſonalis, quia vim vi re-
45 pellere † omnia iura proclamant cum moderamine, ſupra de
hom. ſignificaſti. de teſti. ſpol. olim. de exceptio. cum inter. &
46 maxime in iudicijs, vbi † debet eſſe æquitas, legitima defenſio
47 † nõ debet tolli, cum etiam ſi Diabolus eſſet in iudicio, debe-
ret ei legitima defenſio reſeruari, nec eſſet ipſi auferenda, vt
48 in c. cum inter. Ex quo ſequitur, ꝙ portio debita † filiis iure
naturæ, non debet eis de iure amoueri propter delictum pa-
tris, quamuis grauiſſimum ſi egeant, cum eis debeantur iure
naturali, ſupra de teſtam. Rainucius. Item eſt, argum. ꝙ ſi ſibi
49 audita † condemnatione patris ſui tim per vim vel doloſe ſuã
partem bonorum abſcindunt, & aſportant, ꝙ non tenentur in
foro animæ ſaltem ad reſtitutionem faciendam principalio-
ri, ex quo iure retinere poſſunt, ergo iuſte. ſupra. de verbo. ſi-
gnific. ius dictum.

SVMMARIVM.

1 *Factum à maiori parte an valeat.*
2 *Maior pars quando dicatur.*
3 *Quilibet iudicum eſt perſona inſolidum, & ſingulis iudex, & poteſt per ſe iudicare.*

De appellationibus. Rubr.

SI à iudicibus de facili hoc forte
ponit cau
ſa difficultatis, quæ quidem cauſa ſi ceſſaret, non
propter hoc ceſſaret effectus, licet videatur ma-
lis, quod eſt regulariter verum in omnibus cauſis, & finalibus
quæ occaſionem dederunt publicis vel priuatis legibus con-
dendis, vt ff. de poſt. l. 1. §. 1. & ratio, quia in talibus lex vel cõ
ſtitutio habet potius cauſam proprietatis ex parte principis
hoc perpetuo ſtatuentis quàm ex parte cauſæ, argumen. l. de
quibus. ff. de leg. ab omnibus. hoc habet locum regulariter in
his quæ ſunt communia pluribus collectis, & vt vniuerſis, vt
1 quod fiat † à maiori parte eorum valeat vel pro eis vel con-
tra eos. ff. de decr. ab ord. fa. l. 3. & §. quod cuiuſque vni. & plu
res. Et intellige maiore ſaltem in duabus partibus, vt ibi, alias
2 non poteſt † proprie dici maior pars, ſupra de elect. cum inte-
rea. Vel dic, ꝙ hic loquitur de maioritate facti, & ita ſufficit, ꝙ
in vno excedat, ſupra de elect. ꝙ circa, nec hoc habet locum
3 hic de communitate, quia quilibet iudicum eſt † perſona in-
ſolidum, & ſingulis iudex, & poteſt per ſe iudicare, ff. de offic.
conſul. l. vna. Vel dic, ꝙ hoc habet locum in ordinariis, ſecus
eſt in delegatis niſi aliud habeant in commiſſione ſua expreſ-
ſum, ſupra de offic. deleg. cauſam ma. hoc tamen non obſtat,
quia hic loquimur de vno actu communi, & indiuiſibili in ſi-
mul ab omnibus celebrato, vt ſupra eo. ſententia. Contrariũ
loquitur de habitu vel potentia quam habent plures ordina-
rii procedendi, vt ſingulares ſi opus eſſet.

SVMMARIVM.

1 *Apoſtolus qualiter diffiniatur.*
2 *Apoſtoli poſſunt conſiderari quinque modis.*
3 *Obſeruantia communis eſt optima legum interpres.*
4 *Roma quod fit, ſpectandum eſt.*
5 *Aequitas an præferatur rigori.*
6 *Nemo debet locupletari cum alterius iactura.*
7 *Petere Apoſtolos an ſemel ſufficiat.*
8 *Preces iterare an requiratur in apoſtolis petendis, & quare.*
9 *A quo tempore currunt triginta dies ad apoſtolos petendos.*
10 *Iudex quando aſſignat terminum certum, ſi appellans compareat in termino aſſignato certo, poſtea immediate poteſt proſequi appellationem.*
11 *Iudex ſi aſſignat terminum incertum, & appellans hora, loco, & tempore congruis petat apoſtolos, & iudex non dederit, tamen tenetur expectare per totum tempus iuris, ſi iudex ſuo motu vellet ſibi dare eos, vel offerre.*

1 **QVamuis rigor Apoſtolos.** † Apo-
ſtolus eſt breuis forma, iudicem ad quem appella-
tur inſtruens, motum animi iudicis appoſiti, & to-
tius appellationis circunſtantias compræhendens breuiter. 2.
quæſtio. 3. forma. & ff. de libe. dimiſ. l. vnica. Et ſunt quidam
2 † conuentionales, quidam dimiſſorii, alii refutatorii, & aliĩ re-
uerentiales, & alii repoſitorii qui negocium reponunt in ſtatu
in quo erat tempore ſententiæ ferendæ.

3 **Communem obſeruantiam,** † Talis
obſer
uantia eſt optima legum interpres, ſupra de conſuetu. cum di
lectus, maxime, ſi in Romana curia obſeruetur, quia quod fit
4 ratione † ſpectandum eſt, ff. de offi. præſi. ſed licet, & ſupra de
edituc. pri. l. cum dubitatur. quod eſt verum ſi mandetur per
alios obſeruari, vt hic, vel ſi non mandetur, dum tamen alias
ſpecialis locorum conſuetudo non refragetur, ſupra de con-
ſtit. ex litteris. Secus ſi prohibentur per alios obſeruari. de tem
po. ordin. ſubdiacon.

5 **Aequitatem.** An æquitas † præferatur rigori vel
econtra? Diſtingue, quia aut loquun
tur in diuerſis caſibus, & tunc vtrunque remanet ex quo ſta-
re non prohibetur, ſupra de his quæ fi. a præ. fine, cum apoſto
lica. Si aduerſantur aut vnum eſt ſcriptum, & alterum non, &
tunc ſcriptum præfertur. C. de iudic. tacuit. ſupra de tranſact.
c. fi. aut vtrunque eſt ſcriptum vel vtrunque non ſcriptum, &
6 tunc ſi vnum eſt genus, ſicut ꝙ nullus ditetur † cum alterius ia
ctura, & aliud ſpecies, ſicut in vſur. tunc ſpecies derogat gene
ri, ſupra de reg. iur. generi. Si vero vtrunque eſt generale, vel
vtrunque ſpeciale, tunc poſterius præfertur priori, ſupra de
offic. delega. ſuper quæſtionum. in princ. & de conſtitu. lib. 6.
Si autem inſimul ambo concurrunt, ęquitas pręfertur rigori,
vt hic, & c. ſuſcitata, ſupra de reſt. in integ.

7 **Petat,** & ſic duo debet facere, ſcilicet comparere, & pete
re. Sed quid eſt, quod hic dicit, ꝙ † iterum petat?
nunquid ſufficit, ꝙ in vno contextu ſæpe vel frequenter ſe-
mel petierit, vt ſupra proximo dicto, dic, ꝙ illud oportet quan
do iudex ſtatim eos concedit, vel expreſſe denegat, vel ſine
præfinitione temporis eos promittit, vt infra ſequitur. Secus
autem

autem quando certum terminum, vel infra terminũ iur. qui
ſemper eſt certus ipſos promittit, vt infra propter ſpẽ in qua
ponit iudex appellantem, adhuc habet ipſe iudicem excitare,
vel rogare, vt hic. Sed quæ eſt ratio, ꝙ tales inſtantes, & itera-
8 te preces † requirantur in petendis apoſtolis? Dic, quòd hoc
quaſi commune eſt, ꝙ iudex à quo appellatur, prouocatur, &
iraſcitur, ſupra de offic. delegati ſuſpicans. Vnde ad mitigan-
dum iracundiam eius ordinauerunt iura ipſum requiri, cum
reuerentia, & inſtanter, vt hic mitigatus velit præſtare ſuum
miniſterium ad alium iudicem informandũ, quod forſan non
faceret cum inſtantia, & arrogantia requiſitus, quia cum his
quæ diſplicet ad intercedendum mittitur, 49. diſt. 1.

9 Iuris terminum, qui eſt triginta dierum † ab ho-
ra, qua extitit appellatum, &
huius opin. ſunt Hoſt. Dominicus Lapus Rota deciſione 27.
& Panor. hic vel poſt à tempore ſententiæ latæ, & de tempo.
appe. l. 1. & l. iudicibus. & de appell. & ſupra eo. ab eo. in prin.
& in hoc tenet Io. And. & alij Doct. cum eo. Item not. ꝙ illud
quod eſt iure ſtatutum, certum eſt. Item quamuis debent ſci-
re, quod in iure ſtatutũ ſic arctat ac ſi ab homine ſtatueretur,
ſupra de elect. ſtatuimus. lib. 6. & c. cupientes. ſolo tamen exe-
cutore, ſeu executione hominis indiget, de præben. licet epi-
ſcopus. de hære. c. cum ſecundum leges. lib. 6.

10 Eundem terminum. Dic, ꝙ quando iudex
† aſſignat terminum
certum, ſi appellans compareat in termino aſſignato certo po-
11 ſtea immediate poteſt proſequi appellationem, ſed ſi † aſſignet
terminum incertum, & appellans hora loco, & tempore con-
gruis petat Apoſtolos, & iudex non dederit, tamen nihilomi-
nus tenetur expectare per totũ tempus iuris, ſi iudex ſuo mo-
tu vellet ſibi dare eos vel offerre. Sed quid ſi dicat iudex, aſſi-
gnamus tibi terminum iuris vel plene iure, pro Apoſtolis reci-
piendis, dic ꝙ forſan intelligitur de vltima hora diei, vel ter-
mini, ſcilicet, de triginta die, ita tamen ꝙ compareat tali hora,
quòd poſſit perficere, quod incumbit, ſupra de offi. deleg. con-
ſuluit, argum.

SVMMARIVM.

1 *Cauſam appellationis non ſufficit inchoare, ſed finire eam oportet.*
2 *Appellans nedum infra annum habet finire appellationem, ſed nec vltra progredi tenetur, niſi ex iuſta cauſa proroget.*
3 *Appellans, vel iudex à quo poteſt præfigere breuius tempus appellanti ad iter arripiendum, vel ad præſentandum ſe iudici appellationis.*
4 *Iudex a quo an poſſit appellante minime vocato ſententiam exequi ad requeſtam appellati.*
5 *Iudex a quo an poſſit ſententiam exequi ante tempus conſtitutum, viſo qui appellans non poterit infra terminum appell. proſequi.*

1 SIcut & finire. Et ſic non ſufficit † cauſam
appellationis inchoare, in-
2 fra annum, immo, & habet † finire, nec vltra progre-
di niſi ex cauſa iuſta prorogetur, vt ſupra eo. obla-
3 tis, poteſt appellans † vel iudex à quo præfigere breuius tem-
pus appellanti ad iter arripiendum vel ad præſentandum ſe iu-
dici appellationis, quod ſi nõ fecit, deſerta eſt appellatio, & ra-
ta manet ſententia, ſupra eo. perſonas. & c. ſeq. Sed nunquid
4 iudex † à quo ad inſtantiam partis appellatę aſſerentis appel-
lationem deſertam, poterit ſuam executioni demandare ſen-
tentiam, appellante minime citato, vel alias non certificato ſu-
per deſertione? credo ꝙ non, immo habebit eum vocare, & de
hoc ſe certificare, alias contra inauditam partem non eſt quid
iudicandum, quia cauſarum merita, ſupra de cauſa poſſeſſ. c.
primo. & de reſtitu. in integr. cum ex litteris. & ſic nota vnum
caſum in quo pendẽte appellatione ſaltem de facto iudex ap-
pellatus ſe intromittet. de hoc dixi, ſupra de ſeque. ad compe-
5 ſcendas. Sed quid ſi nondum † elapſus eſt annus, cum tamen
notorium eſt, ꝙ à tempore incepit procedere, non poterit fie-
ri negocium infra annum, quia forte non reſtat, niſi menſis,
nec habet aliquam excuſationẽ quare prius non incepit? Dic
ꝙ ſibi imputatur, vt hic, & 2. q. 6. eo, qui imputet ſibi qui tan-
tum ſe certauit. de offic. deleg. conſuluit. iudex tamen appel-
latus non poterit reaſſumere negocium vel cauſam donec to-
tum tempus fatale tranſactum fuerit, ſupra de ele. commiſſa.
Vnum tamen nota ꝙ licet iudex appellatus poſſit cogere ap-
pellantem iter arripere vel præſentare ſe iudici appellationis
congruo tempore, veruntamen non poterit cogere ipſum, vt
infra breuius tempus in cauſa procedat, vel eam diffiniat, vel
ab appellatione recedat, quia beneficium iuris, quod datur li-
bi annus non poteſt ſibi auferri, ſupra eodem Romana, ſua
de regu. iur. indultum. libro ſexto.

SVMMARIVM.

1 *Tempus conſtitutum in appellationibus fuit introductum ad fauorem partium.*
2 *Ius priuatum poteſt prorogari, vel abbreuiari, & omnino tolli, & quomodo ſit intelligendum.*
3 *Iudex à quo, quando, & in quibus caſibus poſſit compellere partes ad litigandum.*

QVamdiu expreſſo cõſenſu. Quid ſi ordinauerit inter ſe, ꝙ ambo vadãt ad ſan-
ctum Iacobum, vel inierunt duellum inter ſe qua-
propter fuerunt impediti per tres menſes, & amplius non ta-
men expreſſe dixerunt, ꝙ cauſa ceſſaret, current ne fatalia? Vi-
detur ꝙ non, quia ex eo ꝙ conueniunt in vno actu in ſimul, &
vnanimiter exercendo per ſe, per conſequens tacite ordinaue-
runt, & velle videntur ceſſare ab ipſis ſeu cum iſto actu illo
nunc non comparientibus, & per quos iſte actus poſſet impe-
diri niſi ceſſaretur ab illis penitus deſiſtere, & ceſſare, & ſic ab
actu proſequendi cauſam appellationis, & ſimilibus, argumẽ.
c. nonne. ſupra de præſumpt.

1 Nolumus, quia eſt introductum † in fauorem par-
2 tium, & ſic ius † priuatum poteſt proro-
gari, vel abbreuiari, vel omnino tolli, ſic eis patet, argumẽ. C.
de reſti. in integ. l. fi. quod eſt verum in his quæ compoſitione
pactum, vel compromiſſum recipiũt, alias non, ſupra de tran-
ſact. capitu. finali.

Periculum imminere, puta, quia intereſt
tertij, vt eccleſiæ
vel reipublicæ vel priuati, vel imminet periculum animarum
3 litigantium iudex † poteſt partes compellere litigare, C. quo-
modo & quando iud. aut qui ſemel, & quando hoc poteſt vel
non, vide ſupra de coll. detegere. c. 1.

SVMMARIVM.

1 *Expreſſio maior an requiratur in cauſis inſerendis in appellatione à grauamine, vel interlocutoria hodie, quam olim.*
2 *Aliud eſt dicere cauſas ſimpliciter, & aliud nominaliter.*
3 *Satis conſtat nominatim de aliquo, quando conſtat per circumlocutiones, & demonſtrationes.*

1 APpellanti. Sed nunquid † requiritur maior
expreſſio in cauſis inſerendis in
appellatione à grauamine vel interlocutoria ho-
die q̃ olim? Et videtur, ꝙ ſic, quia iura dicebant cãs
tm̃ exprimendas non addendo nominatum, vt patet in c. cor-
2 di. ſupra eo. Sed aliud † eſt differentię cauſas ſimpliciter, & a-
liud nominaliter, ſupra de excep. pia. & de do. & contu. ex lit-
teris, ergo, & c. credo tamen contrarium, nec obſtant contra-
3 ria, quia ſatis † conſtat nominatim de aliquo quando conſtat
per circumlocutiones, & demonſtrationes, ſupra de teſt. licet
ex quadam, quod etiam fiebat, lo. 1.

SVMMARIVM.

1 *Sententia quare, licet ſit contra ius partis lata in rem iudicatam tranſit, ſi ab ea infra decem dies non fuerit appellatum.*
2 *Dominia rerum, & penè omnes contractus ſunt de iure gentium.*
3 *Poteſtas eodem iure gentium data eſt regibus, & magiſtratibus. ſuper regimen vniuerſi, & executio gladij ad vindictam.*
4 *Poteſtas cum iudici data ſit iudicare inter partes, ſententia eius quoquo modo feratur, & de iure partium in ea ordinetur, iuſtitia eſt, ſi per omiſſionem appellationis approbetur.*
5 *Iudex eodem iure, quo habet poteſtatem iudicandi, eodem iure habet poteſtatem diſponendi.*

SI appellationem rẽ iudica-
1 tam. Sed quę eſt ratio, ꝙ † ſententia licet ſit contra
ius partis lata in rem tranſit iudicatam, ſi ab ea in-
fra decem dies non fuerit appellatum? Dic, ꝙ hoc eſt, quia do-
2 minia rerum † & penè omnes contractus ſunt de iure gentiũ,
3 & de eodem iure eſt data † poteſtas regibus, & magiſtratibus
ſuper regimen vniuerſi, & executio gladij ad vindictam, & c.
ff. de orig. iur. l. 2. §. poſt originẽ. 8. diſt. §. 1. & quo iure, & ideo
4 cum iudici data ſit poteſtas † iudicare inter partes ſententia
eius

eius quoquo modo ſeratur, & de iure partium in ea ordine-
1 tur iuſtitia &ſi per omiſſionẽ appellationis approbetur. ff.
de condi.ob tur.cau.l.1.ob turpem, quia eodem iure quo ha-
bet potestatem iudicandi, eodem iure habet poteſtatem di-
ſponendi prout ſibi videtur expedire de dominijs rerum, &
dare illi, vel iſti, & ſic pars grauata acquieſcendo ſententiæ
de fili. præ. c. ſe. 2. de præben. non poteſt. lib. 6. quandoque re
uelatiua & dilatiua ſed non peremptoria, vt ſupra de reſcrip.
ſi propter, quandoque eſt relatiua quo ad vnum & reuelati-
ua quo ad aliud, vt non obſtan. tali beneficio poſſit obtinere
aliud ſimile & aſſequi, quod poteſt cum tali retinere, ſupra
de reſcrip. præſen. is cui. quandoque eſt reuelatiua & perem-
ptoria, vt non obſt. tali conſuetudine quam omnino caſſa-
mus, ſupra de elect. quia ſæpe. lib. 6. Quid conceſſum eſt ali-
35 cui monacho † quod poſſit aſſequi primum beneficium, vel
officium vacans in aliquo monaſterio, non obſtante, quod
monachus ſit alterius monaſterii, an aſſecutõ beneficio in
ſecundo auctoritate ap. deſinat eſſe monachus primi mona-
ſterij, poſito quod Papa hoc ei non reſeruet? Credo quod ſic
cum non ſit a iure licitum, nec compaſſibile habere nomẽ in
diuerſis monaſterijs, vt ſupra de priuil. volentes. in fin. lib. 6.
Si autem Papa ei expreſſe reſeruauerit locum in primo: tu
dic vt notaui ſupra de re iudi. paſtoralis. §. verum. Et in hoc
caſu habebit nomen vocum in primo monaſterio, alias vero
in ſecundo, cum a primo videatur per Papam emancipatus,
& ad ſecundum tranſlatus, vt in cap. admonet. de renun. arg.
Sed quid ſi fiat alicui canonico gratia, quod non obſt. cano-
nia quam tenet. poſſet duas vel plures eccleſias curatas tene
re, ſi alias ſibi canonice cõferrerentur, nunquid aſſecutus poſt
modum pluribus eccleſijs curatis, poterit dictam præbẽdam
vel alteram de eccleſijs cum alia permutare, ita quod præben
dam & eccleſiam permutatam de nouo aſſecutus liceat ei cũ
alijs tenere & cum alia præbenda vel omnes eccleſias in ſim-
plicia beneficia transferre? Credo quod ſic. ſed in alia dupli
cia beneficia non credo, cum in ipſis eccleſiis duplicibus ſini
ta ſit gratia, ſupra de fili. prę. is qui. & c. ſo.

S V M M A R I V M.

1 *Poſſeſſio, uel terra quæ dicatur noualis.*
2 *Pratum factum arabile an ſit nouale.*
3 *Decimę quibus eccleſiis debentur.*
4 *Caſus, in quibus non debetur decima proprię eccleſiæ.*
5 *Decima animalium cui debentur.*
6 *Oblati qui dicantur.*

1 Religioſi noualium. Illa vero terra
† in qua fuit p
petuo nemus ſeu ſilua nondum cęſa, vel alias ſem
per fuit inculta & inutilis, & talis, de qua non ha
buit eccleſia parochialis de lignis, paſturis, vel alijs pro deci-
ma vnquam aliquos ſeu magnos prouentus, immo ſemper
quaſi inutilis fuit ſibi, & alijs quantum ad hoc talis poſſeſſio,
ſi ſemel excolatur ſemper erit nouale & perpetuo, ſupra de
2 priui. cap. fin. Sed nunquid † in illis partibus in quibus nõ ſol-
uitur decima de feno ſi de prato fiat terra arabilis, erit noua-
le? Videtur quod ſic, cum nulli fructus ſint ante de illa terra
percepti ab eccleſia, quod ſufficit ad hoc ꝙ dicatur nouale, vt
in c. quid per nouale. de verb. ſign. Contrarium videtur, quia
non quod fit, ſed quod fieri debuit inſpiciẽdum eſt, ſupra de
electi. cauſamque. Sed de feno debet ſolui decima, vt ſupra
c. peruenit. & imputet ſibi, qui hoc non petijt cum effectu ex
quo per ipſum ſtetit, ſupra de præſcri. vigilanti. Qualiter pro
bentur & improbentur noualia, dic per Innocen. & Hoſtien.
in d. c. quid per nouale.

3 Eccleſijs debitas. Debentur † ergo regulariter
eccleſijs decimę, infra qua-
rum limites vel parochias inſurgunt & etiam rectoribus ea-
rũdem, per quoſcunque excolantur terrę, ſiue per clericos,
laicos, religioſos, exemptos, vel nõ, ſupra c. ſtatuta. lib. 6. Fal-
4 lit primo † in dote alicui eccleſiæ aſſignata. ſupra eo. nouum.
ſecundo in portione epiſcopi, ſupra eo. dudum. Tertio vbi
non conſtat infra cuius parrochiam ſunt, ſupra eo. quoniam.
Quarto vbi eſt pactum vel compoſitio vel priuilegium ſuffi-
ciens etiam cum laicis. ſupra de tranſac. ſtatuimus. vel cõſue
tudo ſeu prę ſcriptio eum prima eccleſia nomine eccleſię. ſu-
pra de prę ſcri. auditis. ſupra eo. ſtatuto. lib. 6. Et not. ꝙ vbi al-
legatur conſuetudo, ꝙ non eſt neceſſe probare titulum, vt
per Hoſt. ſupra de conſue. cum tanto.

5. De animalibus. Si quæras cui debentur deci-
mę † animalium, diſtingue pro
concordia opinionum, quia aut loquimur de precio quod ha
bet venator de feris, & tunc eſt planum, quod tanquam de
perſonali decimam ſoluet, & hoc de excluſis ſupra eo. com-
miſſum, per Innocen. arg. §. feræ. Inſtit. de re. diui. Aut de fe-
riis incluſis, puta cuniculis, vel dammis, vel ceruis, & ſimili-
bus infra clauſuram, alicuius foreſtę exiſtentibus, tunc ſecus·
quia

quia ea prædialia cenſentur. ſupra eo. non eſt. per Innoc. ſi autem de precio paſcuorum & tunc ſoluet illi eccleſię cui eſt ſoluenda decima herbę ſi de ea fieret, & ſic c. commiſſum. ſupra eo. cum ibi notatis. per Inno. Si autem de agnis lana lacte vitulis animalium domeſticorum, in hoc credo opin. gloſ. veriorem. ſ. quod parrochiali eccleſię tanquam de prædialib. dari debeant, vt in cap. apoſtolicę, & ſic Hoſtien. in ſum. & Innoc. in c. non eſt. Si loquamur de mercede quam in eis cuſtodiendis paſtor lucratur, tunc tanquam de principali ſoluet, vbi audit eccleſiaſtica ſacramenta & percipit ſicut miles de militia. ſupra eo. non eſt, & ſic intelligitur opin. Hug.

6 **Oblator.** Sed qui dicuntur † oblati? Dic quod illi, qui nulla veſte mutata dederunt ſe, & ſua alicui de religionibus approbatis: conuerſi autem dicuntur laici, qui non modo ſe vt dictum eſt dederunt: ſed etiam habitum mutauerunt diſparem forte alijs litteratis religioſis, & de conuerſis loquuntur de ſen. excõ. non dubium. de elect. ex eo. lib. 6. de cõuerſis oblatis, ſupra de regula. cõſulti. 17. q. 1. qui bona. Sed quid ſi iſti oblati non dederunt ſe alicui religioni ſed eccleſię in communi generaliter, vel in vniuerſali, vel alicui ſpeciali eccleſiæ ſæculari? Dic quod non excuſantur ex hoc iſti religioſi, vt innuit littera, quę ſequitur religioſis, eiuſdẽ etiã, & hoc not. primum verbum, religioſi. Et qui iſtos percuteret, excommunicatus eſſet, vt in d. c. non dubium. de ſent. excom. per gloſ. oblatio tamen iſta non rumperet teſtamentum patris, iuxta opin. gloſ. ſupra de proba. in præſentia, licet Hoſt. contra. ibidem.

SVMMARIVM.

1 *Taxatio conſueta quæ ſit.*
2 *Taxatio beneficiorum impetratorum qualiter fiet.*
3 *Comparatio, uel compenſatio monetæ unius regni cum moneta alterius regni qualiter fiet.*
4 *Monetæ duæ quid ſi ſint, una carior altera.*

SI beneficiorum. Sed nunquid cadãt ſub hac taxatione altaria ſeu capellę quæ quotidie vix ſufficientes ſuſtentationi vnius per morientes conſtituuntur? Videtur quod ſic, quia eiuſdem iuris videntur eſſe, ſicut alia beneficia eccleſiaſtica. ſupra de reſcrip. poſtulaſti. de præben. ſignificatum.

1 **Taxationem.** Taxatio conſueta † eſt quæ ſeruata fuit p 40. annos, & ſi ſit cõſuetudo ſtandum, taxationi obſeruatę per minus tempus 40. anni. ſtabit illi vel taxabit in ſingulis annis ſecundum vbertatem fructuum, & habet iurare in taxatione facienda ille ad quẽ pertinet perceptio fructuum, & qui habet decimas ſoluere quantum poterunt valere fructus illius anni & ſtabitur iuramento eius, niſi alias legitime aliud probetur, & habent vocari ad hoc omnes quos negocium tangit, ſupra de offic. ord. ad hoc

2 de pręſcrip. attendentes. Sed quid facient impetrantes, † qui in gratia ſua habent beneficiũ ad collationẽ talem vſque ad valorem centũ libratum turon. paruorũ ſecũdum taxationẽ decimę? Dic ꝙ conſiderabitur decima illo modo quo in illis

3 partibus colligi conſueuit. Sed qualiter fiet cõpenſatio † vel comparatio in hoc de illa pecunia, quæ in illis partibus erit: puta de ſterlingis in Anglia cum illis turo. paruis, qui ſunt in littera expreſſi, dic ꝙ ſecundũ ꝙ conſueti ſunt cambiri iuxta pondus ſuum, licet vna excedat aliam in cambio, quandoque propter illius raritatem, vel cariſtiam, licet ſit de pondere diminuta, non tamen reprobata, ſupra de iureiu. quanto de cenſibus clerici, & cuius canonicis.

Currentem. Et ſic de curribili fiet moneta in patria ſolutio, vel de vſuali qđ idem eſt, de cle. male. c. ſi. & idem eſſet ſi nihil de hoc apponeretur, vt

4 ff. de leg. 1. l. ſi ſeruus. Sed quid ſi duę monetę currãt, † vna tamen eſt carior alia in cambio, ſicut in Francia Turonen. albi & nigri. In cathalana albi & minuti, collector aũt vult omnino albos? Dic ꝙ ſi ſint alij magis vſitati q̃ alij, fiet de magis vſitatis ſolutio, vt in d. l. ſi ſeruus. alias ſi communiter currãt, ſoluẽtis erit electio vel optio. de pę. diſt. 1. pęnę ſupra de reg. iur. in alternatiuis. lib. 6.

SVMMARIVM.

1 *Ordines mendicantium quatuor ſunt.*
2 *Tranſlatio non poteſt fieri ſine autoritate apoſtolica, cum fiat de maiori & arctiori ad minorem, ſeu laxiorem religionem.*
3 *Tranſlatio ſi ſit de pari ad parem ſufficit authoritas epiſcopalis.*
4 *Tranſeuntes de una religione ad aliam an poſſint conſtitui procuratores, yconomi, ſindici, uel ſimiles.*

De regula. & tranſeuntibus ad religionem. Rub.

VT profeſſores mẽdicantiũ.

1 Qui ſunt quattuor. ſ. prædicatores † minores, carmelitę, & hæremitę beati Auguſtini, & illi nõ poſſunt ſeu debent habere proprium in proprio ſeu communi, & de talibus primo fecerat Aug. ordinem ſuum, ſed poſtea eum reuocauit, vt 12. q. 1. certe ſunt.

2 **Apoſtolica.** Sine qua non poteſt † fieri tranſlatio, cũ fiat de maiori & arctiori ad minorem

3 ſeu laxiorem. Sed ſi de † pari ad parem, ſufficit epiſcopalis. De minori ad maiorem ſufficit petere, licet non obtinere licentiam. ſupra de renun. poſt tranſlationem, per Innoc.

4 **Vicarios.** Sed nunquid procur. † ſeu yconomi, vel ſindici, vel ſimiles iſti poterunt conſtitui? Credo ꝙ ſic, cum iſta conſtitutio interdicat eis tantummodo officia, quibus ſunt ſubiecti eccleſiaſticę perſonę ſeu mancipati. vt 1. q. 3. ſaluator. a contrario ſenſu, & de procura. maritus. licet multum cõtradicat verbum, miniſtros, quod ſequitur per dictum c. ſaluator.

SVMMARIVM.

1 *Religio quando ante annum etiam profeſſionis non poſſit dimitti.*

1 **EOs qui.** Nota aliquos caſus † in quibus non licet alicui dimittere religionem ante lapſum etiã anni. Primo quando quis primo emiſit votum alicuius religionis intrandę deliberate poſtea per interuallum ſuſcipit habitum ab illo tamen, qui habet poteſtatem aggregandi in illo monaſterio vel illi domui aut ordini, ſupra de ſrig. fraternitatis, in princ. per Innoc. Secundo ſi vno contextu emiſit votum & ſolenniter recipit habitum animo mutandi ſeculum. & de hoc plene conſtat, ſupra eo. conſulti. Tertio quando expreſſe profitetur tria ſubſtantialia ordinis, ſcilicet caſtitatem, obedientiam, & paupertatem, etiam in habitu ſeculari in religionibus non mendicãtium. Quarto quãdo infra annum profeſſionis ſuſcepit habitum profeſſorum ſcienter, & portauit ipſum per tres dies, obligatur religioni in genere ſupra eodem conſtitutionem lib. 6. Quinto in caſu huius decret. In iſtis caſibus Papa fingit aliquem preciſe conſenſiſſe: & eſt præſumptio iuris: & de iure, nec admittitur probatio in contrarium, ſupra de ſpon. is qui.

SVMMARIVM.

1 *Color niger inter cæteros eſt uilior, & magis fuſcus.*
2 *Color niger quare eſt in religioſis Beato Benedicto aſſumptus.*
3 *Status honeſtus in quibus conſiſtat.*
4 *Intemperatus ſui eſt, an ſuperſtitioſus, qui laxiora, uel auſteriora præ cæteris indumenta, uel alimenta quærit.*
5 *Bonum prævalet magis, quam pulchrum.*
6 *Conſtitutio tam Diui Benedicti, quam cęterorum ſanctorum, an poſſit aliquo modo relaxari, & tranſgredi.*
7 *Columna religionis eſt obedientia.*
8 *Abbas abbatiæ, in qua ſunt pauciores numero monachi, an portabit floccum?*
9 *Cucula, uel ſcapulare qualiter ferri debeant, ſiue poſſint.*
10 *Præſentia ſola an faciat in duellis quem irregularẽ, ſi mors inde ſequatur.*
11 *Collatio beneficiorum, & electio eſt de fructibus.*
12 *Collatio, uel præſentatio beneficij an deuoluatur ad collegium per negligentiam prælati.*
13 *Abbate mortuo an ſua adminiſtratio tota tranſeat ad conuentum.*
14 *Obediendum an ſemper ſit abbati.*
15 *Auferri non poſſunt alicui ea, quę ſunt iuris naturalis.*
16 *Arma ſunt in duplici differentia.*
17 *Differentia quæ ſit inter canonicos regulares, & monachos.*
18 *Monachus ſolus quando poſſit extra monaſterium tenere beneficium.*
19 *Clerici duo an requirantur ad ſeruiendum uni beneficio.*
20 *Monachi quibus ueſtibus uti debeant.*
21 *Monachus deſtitutus omni auxilio, & etiam nudus quid facere debeat qualiter ſibi prouidere poſſit de ueſtimentis.*
22 *Monachus quòd non debeat habere proprium, qualiter ſit intelligendum.*

De ſtatu monachorum & eorum regula. Rubri.

1 **NE in agro dominico nigrorũ.** Iſte enim color † inter cęteros vilior eſt & magis fuſcus:

2 ſcus,& ideo electus† eſt in iſtius religionis exordio ad deno-
tandum mortificationem carnis,& triſtem vitam quam de-
bent in ſe habere huius militiæ profeſſores. argumen.26.q.3.
quicunque.16.quæſtio,1.placuit,& ideo nigredinem in ha-
bitu ſuo fundator regulæ accepit. Adulterini ergo ſunt & ſuę
conditionis deſpectores, ac notoriè dementientes ſeipſos,
qui nigri verbo vocari cupiunt & deſpecti facto, tamen ful-
gidos & glorioſos ſeipſos manifeſte exterius oſtendentes, vt
accedat,quod legitur,de conſecra.diſtin.5.futuræ, de hoc ſu-
pra dixi.de vi.& hone.cleri.quoniam.

3 In veſtibus. Totus ſtatus hominis † conſiſtit in ci-
bis & veſtibus.ff. de verb.ſign.vel ver-
bo victus,& ideo mores hominum reformandi ſunt nedum
in cibis: ſed etiam in veſtibus: & ideo qui laxiora vel auſte-
4 riora præ cęteris indumenta,vel alimenta quęrit,aut † intem-
peratus ſui eſt,aut ſuperſtitioſus.

Coloris. Iſti tres colores ſunt magis natiui quam fa-
ctiui:quare textus potius concedit de iſtis,
quam de alijs: quia accipiendum eſt,quod vtilius, quia præ-
ualet quod bonum eſt,† quam quod pulchrum.quod nõ ſem
per in vxoribus quęritur: ex quo frequenter triſtes ſequun-
tur effectus,ar.32.q.7.quæritur.

Diſpoſitionem abbatis. Dicunt enim ali
qui, quòd nihil
eſt ita præceptum ſeu imperatum in regula beati Benedicti,
5 quin ad diſpoſitionem† & voluntatem abbatis proprij valeat
relaxari:quia ita beatus Benedictus monachorum pręceptor
almificus dicitur in regula ſua ordinaſſe. in titu. de obedien-
tia quadrageſimę.cap.49. in fine. nonnulli vero religioſi di-
6 cunt,quod regula ſeu conſtitutiones ſuorum maiorum non
obligant eos vltra præcepta diuina & alia communia ad cul-
pam, ſed dumtaxat ad pœnam : & ſic eſt in diſpoſitione cu-
iuslibet ſingulis per ſe vel facere quod ſibi ſpecialiter præci-
pitur, vel ex regula ſua, vel tranſgrediendo illud tantum re-
tunare vel aliquod opus ſatisfactorium inde facere . Sed iſti
7 volunt deſtruere veram columnam† religionis , ſcilicet obe-
dientiã & approbare quodam modo velle ſuum,contra illud
cap.12.q.1.non dicatis,de elect.quotundam.

8 Rurſus. An ergo abbas abbatię † in qua ſunt paucio-
res numero monachi portabit ſlocum ? Cre
do quod ſic,ſ.abbas verus vtens croſſa,& idem de priore con
uẽtuali,licet pauciores monachos habeat,& §. in alijs,qui ſe-
quitur, loquitur quando ibi ſunt monachi per modum aſſo-
ciationis & non per modum conuentus.

9 Scapulare. Dic quod cucula,vel ſcapulare † poſſunt
abſcondi ſub capa,vel ſub abbis, ſeu ſa-
cris veſtibus,ſed non ſub mantica ſeu rotundello, aliàs eſſet
tranſgreſſor huius conſtitutionis, & qui gerit ſcapulare licet
dimittat ſlocum & cuculam,non incidit in pœnam illius de-
cre.vt periculoſa qui cle.vel vo.

Intereſſe. Not.non licet intereſſe huic quod non li-
cet per ſe facere: etiam licet alias non con-
ſentiant: quia qui adeſt ibi quodam modo conſentit. de ex-
ceſ. præla.ex litteris. Nunquid ergo ſola præſentia in duel-
10 lis † câpallibus vel ſimilibus faciat quem irregularem ſi mora
inde ſequatur , poſito quod clericus ad aſſociandum & huno
rem faciendum alteri de pugnatoribus ipſis, & mortem ad-
uerſarij ſitiat quantum poteſt & gerit in animo quòd forſan
ſi auderet nedum animo:immo facto faueret eidem, videtur
quod irregularis fiat,ſupra de ho.ſicut dignum.§.illi.& §.cle-
ricos. alias autem ſola & nuda præſentia non faceret quem
irregularem, licet alias peccet,qui intereſt,vt not.in cap.ſen-
tentiam.ne cle.vel &c.

11 Collatione. Nota quod collatio beneficiorum, †&
electio eſt de fructibus, vt ſupra de re-
ſtitutio.in integ.c.cum veniſſent.

Adminiſtratione. Scilicet in temporalibus,
& nõ in ſpiritualibus, quia
ſic eccleſia poſſet defraudari ſeruitio ſibi debito.

Inhabilis. Sed nunquid quodcunque ſit, & in qui-
buſcunque rebus conſiſtat,ex quo eſt Deo
dedicatum,cenſetur beneficium eccleſiaſticum,per cap. pri-
ma. quæſtio 3. ſaluator,de except.cum venerabilibus ? Dic
quod ſic,& talis ſi ſuſciperet interim beneficium non eſſet ir
regularis: cum iſta inhabilitatio non procedat a claue, ſed
collatio non teneret, & non faceret fructus ſuos , & poſ-
ſet alias puniri,ſupra de elect.commiſſa. de cler.excom.mi-
ni.apoſtolicę.

12 Deuoluatur. An propter negligentiam † alicuius
prælati eccleſiæ collegiatæ vel con-
uentualis deuoluatur collatio vel præſentatio ad collegium
ſeu conuentum? De hoc multũ ante dubitaui : videtur quod
ſic,vt hic. contrarium credo, vt dixi ſupra de ſupplen. negli.
præla.quia irregulares, nec obſtat hæc decreta. quia ſpecia-
lem prouiſionem continet, ſupra de priuileg. ſane. nec bene
arguitur de ſuſpenſione ad negligentiam,ſupra de conceſſ.
præben.quia neceſſitatem,nec de morte ciuili ad naturalem.
16.quæſtio.prima,placuit. Sed nunquid mortuo abbate tran
13 ſit ſua tota adminiſtratio ſpiritualis, & temporalis† ad con-
uentum ſuum:videtur quod ſic, ſupra de conſuet. cum dile-
ctus . in princi. ſupra de regu. ſi ad ſolum, lib. 6. ſic ſeruatur
de facto: exceptis,tamen ſpecialibus caſibus , qui vacãte mo
naſterio prohibiti ſunt exerceri,ſicut alienare , litigare,bene-
ficia, quæ ad ſolum prælatum ſpectant,conferre,& ſimilia,vt
ſupra ne ſe. vacan. per totum. Sed nunquid præmiſſa vio-
lantes ad prædictas penas duntaxat, non ad aliquam culpam
obligantur , videtur quod ſic. ne duplici pœna & cęt. ſupra
de iudi. at ſi clerici , in fi. & alias videbantur eis licere cum
expreſſe non eſſent in regula prohibita. 16. quæſtio. prima.

Adminiſtrationẽ non habentes.
Nam alij adminiſtrationem habentes inquantum negocia
ſuæ adminiſtrationis , ſe extendunt a ſuis prælatis, emanci-
pati videntur, & ſic ſine alia licentia, ex quo de commiſſione
adminiſtrationis conſtat,admittuntur per ſe in negocijs & iu
dicijs. de iudi.cum deputati.de fideiuſ.quod quibuſdam.Sed
iſti nullam habent occaſionem vagandi extra,immo ſunt exi
ſtentes extra clauſtrum in periculo , ſicut piſcis ſine aqua,16.
q.1.ſi cupis,& c.placuit.

14 Licentia abbatum. Dum tamen† tales ſe red
dant erga ſuos monacos
quod ab eis ſit licentia poſtulanda, alias ſi eorum conſortiũ
pareret contumeliam creatoris, vel alias intolerabile,quid in
iunxerint,vel forſan ſine cauſa ſuos ſubditos perſequeren-
tur odio capitali cum in hoc caſu viui repellere liceret , & ea
15 † quæ ſunt iuris naturalis alicui auferri non debent in præ-
miſſis caſibus , vbi aliàs non poſſet reſiſti : nec remedium
adhiberi & eſſet de ſe notorium,credo quod ſine cauſa poſ-
ſent aſſumi, & etiam detineri 12. quæſtio. 3. Iulianus, & de
diuortijs , quanto, de re iudic. paſtoralis. ſupra de appel. de
priore .

16 Arma. Siue ſint arma defenſionis, † vt ſcutum galeæ,&
loricę,ſiue inuaſionis,vt lanceæ. gladij, & ſimi-
les & appellatione armorum continentur fuſtes & lapides,
Inſtit.de interdi.§.armorum,quia arma defenſionis audacio-
rem faciunt eum,qui eis munitus eſt,quam eſſet,argumen. ſu
pra de hoc,ſicut dignum, & requiritur hic continuatio tem-
poris,quia ſi ea haberent,non tamen animo retinendi non in-
ciderent in pęnam huius conſtitutionis.

Prioratibus. Qui per abbates conferuntur,ſecus in
illis eccleſiis in quibus tales monachi
præſentantur per abbates & inſtituuntur per epiſcopos ad
curam animarum. In quibus Papa maiorem hẽt vtilitatẽ,& ſi
alias non ſufficiunt facultates eccleſiæ commode ad duos:
vnus ſolus poterit poni ad inſtar canonicorum regularium,
vt ſupra eod.tit.quod Dei,ſed gloſ.ordinaria dicit in hoc diſ-
17 ferre canonicos † regulares a monachis , quia ſoli poni in hoc
poſſunt , ſed monachi non . Sed Hoſtien. in hoc concordat
contra gloſ.Hug.& Gauf. Et ſic eſt vnus caſus † in quo mo-
nachus ſolus ſecundum Hoſtien. poteſt extra monaſterium
tenere beneficium.

Secundus caſus ſi efficiatur epiſcopus alicuius eccleſiæ ſe-
cularis,vt ſupra de renun.niſi.circa fi.

Tertio ſi monachus habeat ſuam continuam habitationẽ
in monaſterio: ſed fructus ſuos habeat ſeparatos longe a mo
naſterio extra: & forſan habitationẽ ſeu dominium habeat,
in qua agricultores & aliam familiam ſuam tenet , ſicut ſunt
officiales monaſterii camerarii.

19 Duobus. Sed minime erunt neceſſarii duo † clerici
ſeculares ad ſeruiendum mihi, maxime ſi
curam habeat animarum, cum presbyter ſine ſcholari miſ-
ſam & alia ſacramenta commode non miniſtret,de filiis preſ-
byteri veniens.

Dic,quod ſi loqueris in beneficijs in quibus ad curam ani-
marum propter maiorem vtilitatem promouentur, & tunc
poterunt eſſe ſoli ſine ſocio, licet non ſine ſeruitore , ſecun-
dum

dum Hoſtien. vt ſupra dixi. Si autem de his, qui præſunt
alijs beneficijs: tunc ſi eque bene poſſunt viuere duo mona-
chi ſicut duo clerici, & ad hoc ſe obligant: vel cum artificio
ſuo, vel cum adiutorio parentum, tunc non remouebitur, ſu-
pra de cap. mo. cap. fin. ver. vbi de hoc per Hoſ. Si vero nullo
modo poſſent viuere duo & inueniatur vnus presbyter, qui
velit per ſe locum regere, tunc monachus expelleretur, &
presbyter poneretur, vt hic.

20 **Nec ſericis.** Nunquid ergo † veſtibus factis de co-
tono quod alias vocatur fuſtana, vti
poterunt: vel gracilibus, & delicatis factis de lana? non vide
tur, per prædicta. Contrarium tamen credo cum omnia quæ
non ſunt expreſſe prohibita in regula beati Benedicti: &
alias ſint monachis honeſta: eis liceat. vt. 16. quæſtio. prima
ſunt nonnulli.

Abdicationem. Proprietatis alicuius quantun
cunque modicę. vt capit. cum
ad monaſterium, ſupra eod. Quid ergo faciet miſer mona-
21 chus † orphanus parentibus, & omni temporali auxilio deſti-
tutus, qui in monaſterio degens, & denudatus, forſitan vſ-
que ad oſtenſionem pudibundorum, non inueniet aliquem
intus, vel extra (tantum hodie refrigeſcit charitas) quæ extẽ
dat ſibi vnam pinctam, pro calciamentis, vel veſtimentis, &
veſtiarium, quod ſibi eſt dari cõſuetum. Quod etiam tarde,
& male ſoluitur, pro medietate anni non ſufficiet tantũ ſunt
cariora tempora? Nunquid ſi ſibi proſpexerit in futurum, cõ
ſeruando aliquid, vel de hoc quod de victu ſuo ſibi ſupereſt,
vel alias. Incurrit ne prædictas pœnas contra propietatios
22 † vel proptium habentes introductas? Dura eſt lex quam ni
ſi ille qui per experientiam ſuſtulit, bene nouit, & ſi quidem
beatus Benedictus proſpexiſſet tempora futura, non eam ſic
duram feciſſet, vel mitigaſſet forſan eandem: quia melius fuiſ
ſet ei habere luſcos quàm cęcos: quia hodie pauci ſunt ſine
hoc vicio. Circa hoc videtur dicendum, quòd ſi ſcienter, &
ſic doloſe & fraudulenter ſeu contra voluntatem abbatis pe
cuniam teneat, maxime vſque ad mortem tali non eſt miſe-
randũ: imo dictas pœnas incurrit. ſupra eo. ſup qđ, & capitu.
cum ad monaſterium. alias autem ſi ſciente abbate teneatur
& paratus ſit quotiens ab abbate requiſitus fuerit hoc ei te-
nelare. & tradere cum effectu: maxime ſi nomine abbatis de
expreſſo permiſſu ſuo hoc faciat: tunc non eſt proprietarius,
vt aliqui dicũt, per capitu. prædictum ſuper quodam, verbo,
latenter, a contrario ſenſu. Non obſtat dictum capit. cum ad
monaſterium, ibi nec exiſteret abbas, quòd ſuper habenda
proprietate, & c. hoc verum eſt vt eam poſſideat nomine pro
prio. Secus autem ſi nomine abbatis ſeu monaſterij, & tamen
ſi videret, eos mori fame non daret eis pinctam. Quia certus
eſt, quòd Abbas in extrema neceſſitate non porrigeret ei bu
cellam panis vltra conſueta ſibi dari. In his enim, & ſimilibus
penitus eſt charitas extincta: ſed tamẽ propter hoc edicta re
gularia non ceſſant, vt credo.

S V M M A R I V M.

1 *Status monialium triplex eſt.*
2 *Papa an poſſit auferre religioſo ea, quæ ſunt de bonis naturæ, quid de bo-
nis fortunæ.*
3 *Benedictio monialium, vel monachorum an aliquid addat.*
4 *Abbates habentes benedictionem, an poſſint benedicere veſtes, &
altaria.*
5 *Benedictio quam recipiunt abbates, non eſt ordinis, ſed honoris tantum.*
6 *Plus requiritur in benedictione rei, quæ eſt quædam eius conſecratio, quã
in benedictione verbali.*
7 *Papa quod permittit, non approbat.*

ATtendentes quòd nulli alij.
1 Nota triplicẽ ſtatum † monialium, quædam ſub-
ſunt immediate Papæ, quędã diœceſanis: aliæ
vero ſuis inferioribus prælatis, ſicut ſunt plura monaſteria
quæ ſubſunt abbatiſſę fontis ebrardi.

2 **Excedere.** An papa poſſit alicui religioſo † conce-
dere vel auferre ea quæ ſunt de bonis
naturæ? Dic quod non, ſupra de iudi. paſtoralis, nec con-
ferre, ſupra eodem, cum ad monaſterium, quid de bonis
fortunæ? Videtur quòd ſic, quia poterit moderare & aſtrin-
gere, & laxare prout vult, demptis ſubſtantialibus reli-
gionis, quia illę ſolennitates de iure poſitiuo ſunt interdi-
ctę, ſupra de vo. & vo. re. cap. vnico, libro ſexto, quas Papa
prout vult tollere poteſt ſupra de electio. innotuit. de con-
ſang. non debet. bona gratiæ & conſequentiæ non eſt eius
dare effectu: ſed eius, qui ipſum vicarium conſtituit, licet
bene diſpoſitiuę, prima quęſtione prima, eos. cum ſequen-
tibus capitul.

Solitę benedici. An aliquid addat benedi-
3 ctio † ipſo facto? non vide-
tur: nam ante quamuis benedictionem, quis abbas voca-
tur, ſupra de ſupplen. negligen. prælato. ſtatuimus. de accu.
meminimus. Credo, quod benedictio potius ſit de ſolenni-
tate & de bene eſſe, quam de eſſentia, & ſubſtantialibus. Et
ideo ante ipſam benedictionem poterit vti baculo paſto-
rali, qui ſibi datur ad ſuſtentationem ſui ordinis, & labo-
ris ad quæ aſſumptus, in officium ſuum hoc requiritur, vt
notaui ſupra de reſcrip. abbates, in principio.
4 Sed nunquid abbates † habentes benedictionem poterunt
in eccleſijs ſibi pleno iure ſpectantibus ſaltim veſtes ſacer-
dotales vel altarium cruces, vel imagines benedicere, ſal-
tem quæ ad vſus eccleſiarum ſuarum neceſſarię erunt? Dic
5 quod non, quia benedictio quam † recipiunt abbates non
eſt ordinis: ſed honoris tantum: nec differt vacationem be-
neficiorum quæ obtinebat abbas conſecrandus. Sed ade-
pta poſſeſſione abbatiæ vacant non expectato tempore con
ſecrationis ſuæ. In benedictione epiſcopi ſecus eſt: quia eſt
ordinis epiſcopalis & differt vacationem beneficiorum eius,
vt in capit. cum in cunctis. ſupra de electi. nec valet ſi dica-
tur, quod benedicit perſonas, ergo a fortiori res: quia plus
6 requiritur in benedictione rei, quæ eſt quędam eius conſe-
cratio quam in benedictione verbali quæ quolibet die fieri
poteſt, ſicut eſt illa quam faciunt Cardinales presbyteri
tantum.

Approbare. Quia ſtatus earum eſt periculoſus,
& quaſi pernicioſus. 18. quæſtio. ſe-
cunda, pernicioſam. ſupra de religio. dom. periculoſę. nam
cum virorum cętui ratione ſui officij ſe non habeant im-
miſcere, & plurimorum ſe conſpectui præſentare, & hoc
ipſe & ſine cauſa appetant & procurent iuxta verſum: Spe-
ctatum veniunt ſpectentur, vt ipſe puellæ. Ille locus caſti
damna pudoris habet. Merito earum ſtatus poteſt dici per-
nicioſus & periculoſus. Et hic nota hoc quod Papa permit-
7 tit, non † approbat, quia dicit canon. Quod enim tantum per-
mittimus, nolentes permittimus: quia malas hominum vo-
luntates ad plenum prohibere non poſſumus. 31. quæſtio. pri
ma. hac ratione.

S V M M A R I V M.

1 *Profitens religionem in genere an ſit compellendus intrare religio-
nem.*
2 *Deus, cum quo contrahitur matrimonium ſpirituale, ſemper eſt
certus.*
3 *Ordines Beati Franciſci quot ſint.*
4 *Epiſcopus in quibus poſſit diſpenſare.*
5 *Iudex excommunicatus, an poſſit dare poteſtatem alij abſoluendi ſe
ipſum.*

De religioſis domibus & vt epiſcopi ſint
ſubiectæ. Rubtica.

CVm de quibuſdã aliquã.
regulam nominando eam expreſſe puta ordi-
nem ſancti Benedicti. Sed pone quod dicat.
Profiteor vnam de religionibus † approbatis, an valeat ma-
trimonium ſpirituale? videtur quod non, quia non valet il-
lud carnale. Contraho cum vna de filiabus Titij vel mun-
di. de quo ſupra de ſponſa. ex litteris. 2. Contra, immo vi-
detur religioſus in genere & compellendus aliquam de reli-
gionibus approbatis quam voluerit intrare. ſupra de regu.
conſtitutionem. §. placet, lib. 6. Quod videtur verum, cum
2 Deus † cum quo contrahitur matrimonium ſpirituale: ſem-
per ſit certus, & ſic tenet pollicitatio, ſibi facta, arg. 27. q. 1.
cap. 1. & 2. ff. de pollic. per totum.

Approbatam. Per hoc excluduntur fratres, &
ſorores tertii ordinis ſancti † Fran
ciſci

ciſci approbati per Nicolaũ quartũ & per Ioan. Papã 22. ſe-
cundũ quem omnes tam mulieres, q̃ viri, q̃ coniugati, q̃ ſo-
luti, clerici vel laici non renuociantes proprio, nec continen-
tiam vouentes, aut obedientiam promittentes, ſed ſolũ pro-
mittentes, ꝙ ſeruabunt mandata Dei & alia, quæ in ſua regu-
la continẽtur, poſſunt eſſe. In ſecũdo ſunt ſorores minoriſſę,
& de ſancta Clara, forſan quæ habent proprium in commu-
ni. De primo ſunt fratres minores, qui non habent propriũ
in proprio, neque in communi.

Fortius. Sed nunquid epiſcopus, vel alij ſeculares ſi
faueant in hoc vel inducant: incurrent hanc
pęnam? De epiſcopo crederem: cum religioſior cæteris ſuæ
diœceſis reputetur. arg. de elec. ex eo. lib. 6. qñ. t. viliſſimus.
De alijs credo, quod non incurrent, cum ſi Papa de aliis vo-
luiſſet, de ipſis, ſicut de iſtis, expreſſiſſet, ſupra de decimis, ad
audientiam, & quia quod de religioſis dicit, de aliis videtur
denegare, l. maritus. C. de procurat. Sed quis abſoluet ab iſta
ſententia? Dic ꝙ epiſcopus, ex quo Papa non reſeruauit ſibi
abſolutionem. cap. nuper. de ſenten. excom. Item quia epiſco
4 pus eſt diſpenſator in ſua diœceſi. Diſpenſat enim † cum ex-
communicatis beneficia in ſua diœceſi ſuſcipientibus, vt no.
glo. in cap. poſtulaſtis. de cleri. excommu. & Innocen. de tẽ-
po. ordi. dilectus. & Spec. titu. de diſpen. etiam ſi titulum ha-
buerint a Papa. Cum defectus non veniat ex parte tituli, vel
ex cauſa alia quæ reddat collationem nullam: ſed potius ex
parte inhabilitatis perſonæ, cuius diſpoſitio iudicando ſeu di
ſpenſando epiſcopo relinquitur. de maio. & obed. per tuas,
ex quo Papa ipſam expreſſe non retinuit, vt ſupra dicitur,
quia retinuiſſet ſi voluiſſet, ſicut fecit in aliis excommunica-
tis ordines recipientibus, ſupra de ſenten. excom. cum illorũ,
& ſimilibus, & hoc verum eſt ꝙ epiſcopus diſpenſat cum eis,
qui excommunicati receperunt beneficia in ſua diœceſi: ſi a
Papa vel ab ipſo ordinario motu proprio conferantur ipſa
beneficia. Secus autem ſi per reſcripta vel litteras impetran-
tur, maxime vacatura: quia ſi talis taciturnitas, ſcilicet excõ-
municationis viciaret reſcriptum ad lites, ſupra de reſcrip.
cap. t. lib. 6. multo fortius ad gratias, eod. titu. ad audientiã. a.
Sed quid erit de illo, qui tempore datę litterarum per quas
habuit tantum ius ad rem, non erat excommunicatus: ſed tẽ-
pore collationis quo habuit ius in re, & aſſecutus eſt, repet-
tus eſt excommunicatus? hoc diſputationi relinquo. Quæ-
5 ritur an excommunicatus † poſſit dare poteſtatem alij abſol-
uendi ſeipſum excommunicatum? Et videtur ꝙ ſic per cap.
duobus. de ſenten. excom. & per not. ſupra de offic. delega.
ſane, quia Papa poteſt ligari ab eo cui peccata ſua confitetur.
Contrarium credo, ſicut nec excommunicatus quantumcũ-
que occultus poteſt alium per ſe, vel per alium excommuni-
care, vt not. gloſ. 24. quæſtio 1. in ſumma. de epiſcopo qui re
nun. epiſ. cap. 2. cum ipſe ſit precisus ab eccleſia, & precisus
ab exercitio interdictionis: quare quod non habet, non po-
teſt in alium transferre, ſupra de offic. vicat. romana. lib. 6.
de iure patron. quod autem 32. diſtin. §. ad hoc. 1. quæſtio. 2.
Daybertum.

SVMMARIVM.

1 *Conuertentes bona eccleſiæ in alios vſus faciunt inhumanitatem.*
2 *Tenentur ad reſtitutionem, qui bona eccleſiarum procurant tradi non idoneis.*
3 *Ordinatio teſtatoris, an præferatur ordinationi epiſcopi, & capituli.*
4 *Hoſpitalia, ſiue leproſaria, an poſſint fundari, quod epiſcopus non habeat ſe intromittere.*
5 *Antiquitas, ſeu conſuetudo valet, quòd aliquis a presbytero alieno recipiat ſacramenta eccleſiaſtica.*

QVia contingit inhumani-
1 ter. Nota magnam inhumanitatem † commit-
ti per iſtos, qui bona eccleſiarum quæcunque
vel alterius loci per illos, qui hoc poterant, or-
dinata ad ſuſtentationem egentium, in alios vſus conuertũt,
de rebus eccle. non alien. qui res eccleſiæ, ibi plene, de re. per.
mancipia. Sed quid erit ? quotidie magna loca conuentua-
lia in quibus conſueuerunt eſſe 20. 30. vel 40. homines plu-
res continue Deo in diuinis ſeruientes, & etiam reficere pau
peres vltra alia bona quæ ibi fiebant: nunc applicantur filiis
regum, ducum, vel baronum, qui adhuc neſciunt forſan ter-
gere naſum ſuum, vel aliquibus perſonis. Nunquid hæc fa-
2 cientes, procurantes † & ad hoc conſilium, auxilium, vel fa-
uorem impendentes ad reſtitutionem Deo faciendã & Chri
ſti pauperibus tenebuntur? Non audeo præcipitare ſenten-
tiam. Sed ſi Deus voluerit obſeruare præcepta ſecundæ ta-
bulę, vt ſcilicet niſi reſtituatur ablatum non dimittatur pec-
catum, ſcilicet proximo reſtituatur quem quis debet dilige-
re ſicut ſeipſum multominus dimittatur ſi non reſtituatur,
quod eſt Deo indebite ſubtractum cum ex toto corde & ex
præcepto primæ tabulæ obſequi teneamur. 32. q. 7. quid in
omnibus, & ibi notatur.

Statuto. Pone ordinatum eſt in eccleſia Barch. per epi
ſcopum & capitulum illius eccleſię, quòd pan
ni ſerici omnes, qui ſuper defunctorum corpora eccleſię offe
runtur ſit pro paramento maioris altaris ipſius ſacriſtæ & eſt
3 ab antiquo obſeruatum. Quædam tamen teſtatrix † quæ ibi
vnum particulare altare conſtruxerat ordinauit in ſuo teſta-
mento ꝙ panni, qui portarentur ſupra ſepulchrum ſuum tam
franci quam alij eſſent ſui ſpecialis altaris, an eius voluntas
præferetur antiquę ordinationi in dicta eccleſia diutius ob-
ſeruatę, & videtur ꝙ ſic, per præſens cap. hic. & ſupra dum
dicit: ad illum debeat non ad alium &c. contrarium videtur
per dictum cap. requiſiſti. ſupra de teſta. & quia ordinatio epi
ſcopi, & ſic in talibus eſt lex. 10. quæſt. 2. viuo. Primum vide-
tur verius.

4 **Non omittunt.** Nunquid ergo poterũt iſta ho-
ſpitalia, ſiue leproſarię fundari
taliter quod epiſcopus non habeat viſitationem vel quouis
modo ſe intromittere? Credo quod non licet: cum ſit prin-
cipaliter ędificatum ad miſſam celebrandam ſeu ad alia ſa-
cramenta ibi miniſtranda: nec tamen ibi ſit inſtitutus vica-
rius perpetuus ſeu dos aſſignata pro eo, licet ſit ibi altare, &
de licentia epiſcopi celebretur ibidem, non tamen in magnis
feſtiuitatibus. Et eſt duntaxat ædificatum pro oratorio vel
pauperibus leproſis ſeu alijs ſupportandis nihil poteſt epiſco
pus ſibi vendicare quamdiu viuit fundator: nec etiam poſt
mortem, niſi inquantum poſſet de aliis piis legatis pro ani-
ma fundatoris relictis, hæc probantur de conſecra. diſt. pri-
ma vnicuique, & cap. ſi quis. extra parochias, ſupra de teſta.
ſi hęredes. cum ibi notatis. nec talis locus cum non ſit vere re
ligioſus, gaudebit immunitate eccleſiæ, ſecundum Hoſt. licet
Gauſ. contra ſupra de cenſi. auctoritate, & degentes ibi perci
pient eccleſiaſtica ſacramenta ab eccleſijs infra quarum pa-
rochias fundata ſunt talia loca. ſupra de ec. ędi. ad audientiã.
de pœni. & remiſ. omnis.

Ab antiquo. Nota quòd antiquitas ſeu conſuetu
5 do antiqua † valet quòd aliquis ab
alieno presbytero recipiat eccleſiaſtica ſacramenta, & valet
conſuetudo ꝙ vnus presbyter parrochialis ex conſuetudine
recipiat ad ſacramẽta eccleſiaſtica parrochianos alterius par
rochiæ, ſupra de parrochia. c. fin.

SVMMARIVM.

1 *Præſentatus quid conſequitur ex præſentatione.*
2 *Clericus patronus vnum primo præſentat vicario non habenti plures, alium ſecundo præſentat epiſcopo eſt præferendus.*
3 *Præſentare eſt cum effectu præſentare præſentibus tribus perſonis.*
4 *Religioſi quando dicantur veri prælati.*
5 *Patroni, & non alij poſſunt diſponere de temporalibus eccleſiarum. remiſſiue.*
6 *Diſſenſio quando eſt inter religioſos & epiſcopum de portione curato aſſignanda, an ſit deferendum appellationi religioſorum appellantium.*
7 *Conſideratio quæ habenda ſit in aſſignatione portionis.*
8 *Epiſcopus quam portionem poſſit aſſignare ex ſuo mero officio.*

De iure patronatus. Rubrica.

VT conſtitutio ne pręſenta-
1 tũ, qui ex ſola pręſentatione † acquirit ius ad rẽ
per perſonam eccleſiaſticã facta, vt hic patet, dũ
dicit factũ eorũ noceat &c. ſecus eſt in laico, qui poteſt varia-
re de licentia epiſcopi, vt in c. paſtoralis. ſupra eo. & ſi epiſco
pus ſcd̃m præferat primo ſine cauſa, tenebitur ſemper ei, vt
in d. c. paſtoralis, & hoc quando duo ſunt pręſentati ab vno.
Si vero ſint duo pręſentati a diuerſis & alter pręſentantiũ ſit
in poſſeſſione prædicti iuris, licet fortiſan non habeat ius, ob-
tinebit tamen ſuus præſentatus, ſupra eod. conſultationi-
bus, aut nullus aut ambo ſunt in poſſeſſione: & tunc ob-
tinebit

tinebit à vero patrono præſentatus, ſupra de re iudica. cum
Bertoldus. & ibi plene per Innocen. Sed pone patronus cleri-
2 cus † præſentat prius, vicario generali epiſcopi diocœſis, qui
non habebat poteſtatem ad hoc, demum præſentat ſecundũ
ipſi epiſcopo, & admittatur per ipſum, quis obtinebit? Et vi-
detur, quòd primus, ex quo patronus eſt pſona eccleſiaſtica,
cum iam nominando eum publice animo præſentandi, li-
cet ille cui ſit præſentatus poteſtatem non habuit admitten-
di, functus ſit officio ſuo, argumen. ſupra de renuncia. quod in
3 dubijs. In contrarium videtur: nam præſentare † eſt cum ef-
fectu præſentare, id eſt, præſentibus tribus perſonis, ſcilicet,
præſentante, præſentato, & illo cui ſit præſentatio, & hoc ſo-
nat verbum, præſentare, de quo loquitur, quorum altero de-
ficiente actus præſentandi non eſt completus, niſi tres perſo-
næ concurrant, ſcilicet, iudex, actor, & reus, vt ſupra de verb.
ſignif. forus. Primum verius eſt.

4 **Neglexerint.** ſup. vel per eos ſteterit, & ſic nota, ꝗ religioſi habentes † vicarias ſepara-
tas a ſe, & perpetuos in eis vicarios ad ſuam præſentationem
ſunt veri prælati, rectores, & domini ipſarum eccleſiarum in
quibus ſunt vicarij. Ita, quòd ipſi, non vicarij habent de bo-
nis ipſarum eccleſiarum diſponere, ordinare, & aſſignare, ni-
ſi etiam propter negligentiam eorum hoc amittant, & hoc
eſt, quod dicunt iura, quòd ad ipſos patronos, † non ad a-
5 lios ſpectat de temporalibus talium eccleſiarum diſpone-
re, vt ſupra de exceptio. cum venerabilis. de præben. in La-
6 teranen. Sed quid ſi † religioſi dicant portionem eſſe con-
gruentem, & ſufficientem, vel etiam illam quãtitatem quam
de nouo addiderunt antiquę ſufficere, epiſcopus autem in
vtroque dicit congruum, & ſic termino elapſo per eum aſ-
ſignato epiſcopus vult portionem augmentare: Ipſi vero re-
ligioſi appellant: nunquid epiſcopus habebit appellationem
deferre? videtur, quòd non, cum epiſcoporum cõſcientijs ſte-
tur, vt in fin. huius. §. & quia huiuſmodi appellatio fit contra
prohibitionem domini Papæ indiſtincte, cui magis ſtandum
eſt quàm voluntarię appellationi partium, ſupra de appel-
latio. cum ſpeciali, de iureiuran. venientes. Contrarium vi-
detur, argum. huius litteræ. infra ibi, niſi aliud canonicum. 2.
q. 6. omnis oppreſſus. cum ſimilibus. maxime cum libenter
diocœſani vicarios in hoc foueant contra religioſos cupien-
tes locupletes habere ſubiectos. Ad hoc credo dicendum, ꝗ
ſi epiſcopo appareat, ꝗ probabiliter contradicant appellatio-
ni, eſt deferendum, vel alias reuocet grauamen, ſupra de ap-
pel. cum ceſſante. 2. q. 6. ad Romanam. alias appellationib. fri-
uolis non eſt deferendum. Sed properet iudex alias ad aſſigna-
tionem faciendam antequam ſit per ſuperiorem inhibitus, ſu-
pra de appell. cum appellationibus, & cap. Romana. §. ſi vero.
& §. ſequen. lib. 6.

7 **Sufficientem.** Et in hac † ſufficientia debet habe-
ri ratio nobilitatis, 41. diſtinct. non
cogantur. Item ſcientiæ. de præben. de multa. in fi. Item digni
tatis. ff. de var. & extraordina. cog. l. 1. §. in honorarijs. & ff. de
vſur. ſed & ſi quis.

Compelli. An in hac compulſione portionis aſſi-
gnandæ habeat locum clement. diſpen-
dioſam, ſupra de iudic. Dic, quòd non, cum hic non agatur
de beneficio, vt beneficium eſt, ſed potius contenditur inter
patronum, & vicarium ſuper proprietate.

Sed pone, vicarius hoc non requirit, nunquid epiſcopus
8 hoc † requirere poterit ex ſuo mero officio? Dicitur, quòd
ſic, per hanc litteram, nam etiam vacante eccleſia hoc epiſco
pus facere poteſt ex officio ſuo ſine requiſitione cuiuſquam.
vt patet ſupra præſumitur enim talis vicarius cum patrono
colluſiſſe, & reſpublica ex hoc non debet pati detrimentum,
vt ſupra de colluſione detegenda. per totum.

Non obſtat in nullo volumus. Hoc eſt ꝗ
dixi, ſupra de ſepultu. dudum. in fine, quòd aut vltra non ob-
ſtantibus per ſe poſitas quis procedit vltra infirmando, & tũc
pęnitus eneruatur, vt hic, & ſupra de electio. quia ſæpe. lib. 6.
aut non procedit, ſed ſtat in terminis, & tunc non eneruatur.
Sed reddunt gratiam non ſurreptitiam, & ſic loquitur, cap. ſi
propter. de reſcrip. lib. 6.

SVMMARIVM.

1 *Patronus eſt, cui inſolidum ſpectat ius patronatus uel ex fundatione uel ex ſucceſſione.*

Plures ab vno ex patronis. Nota
1 qđ dicit ex patronis, & nõ ex patrono, q̃a ſecus ſi
ex patrono cui † inſolidum ſpectat ius patronatus
vel ex fundatione vel ex ſucceſſione, quo caſu ſi plures hære-
des ei ſuccedãt, in capita vidẽtur ſuccedere, & inſolidũ apud
quemlibet illorum quo ad honorem onus, & emolumentum,
& alios oneris eius effectus, argum. ff. de bo. libe. ſi libertus. in
fine. & hic, præter hunc caſum, ſcilicet ſacerdotis præſentatio
nem quæ eſt apud eos inſimul, ita ꝗ apud nullum per ſe, ſu-
pra eodem in gloſ. capitu. 1. Sed vbi ſuccedunt plures, illi qui
erant patroni inſolidũ oneris, habebunt vocem, vt innuit hoc
verbum, patroni, quod denotat, quòd plures erant vocem
habentes, & non diſtinguit an eſſent patroni per fundatio-
nem vel ſucceſſionem.

Admitti. Et hoc credo verum de patronis laicis in ꝗ-
bus erat idem etiam de præſentatis ſucceſ-
ſiue. ſ. ꝗ epiſcopus poterat recipere. ſ. quem volebat, vt ſupra
eo. paſtorali. & dixi in c. præcedenti. Sed iſto caſu vltimo epi-
ſcopus tenebitur primo ſi eum repulit ſine cauſa, vt ſup. eod.
paſtoralis. In caſu vero huius decre. talis nulli tenebitur cum
nulli faciat iniuriam iure ſuo ex hac decre. competente vten
do. ſupra de electio. vulterana.

SVMMARIVM.

1 *Procuratio legatorum apoſtolicorum non continetur ſub iuribus epiſcopalibus.*
2 *Percipiens maiores fructus, ad onera tenetur.*
3 *Onera, & emolumenta pertinent ad religioſos de iure communi eccleſiarum, & monaſteriorum quocunque titulo ſibi ſpectantium.*
4 *Vicarij licèt ex ordinatione antiqua teneantur ad iura epiſcopalia, non tamen ex hoc tenentur ad procuratores legatorum.*
5 *Iura archiepiſcopi an contineantur ſub iuribus epiſcopi.*
6 *Res tranſit cum ſuo onere ad quemlibet poſſeſſorem.*
7 *Laycus homicida poſtea factus clericus an puniatur per iudicem ſecularem, vel eccleſiaſticum.*
8 *Iura epiſcopalia ſunt quatuor quæ epiſcopus à ſe abdicare non poteſt.*
9 *Procuratio legatorum Papæ non poteſt remitti ſine auctoritate Papę tacita, vel expreſſa.*
10 *Honor, qui legatis Papæ impenditur, eſt Papæ, non legatorum.*
11 *Compoſitio aliquando valet, vbi non ualeret pręſcriptio, uel conſuetudo.*
12 *Procuratio an poſſit pręſcribi.*

De cenſibus. Rubrica.

Cum ſint iura. Epiſcopalia. Et ſic no. pro
1 curationes † legatorũ ſedis
apoſtolicę non contineri ſub iuribus epiſcopali-
2 bus. Item ille qui percipit † maiores fructus, & pro
uentus eccleſiarum, regulariter tenetur ad onera omnia ſub-
cunda, & ille qui particulariter percipit, ad nihil, cum vix con
tingat, quin perpetui vicarij in talibus eccleſijs reperiantur
ad inſtar vniuerſalis hæredis. Qui ſoluit omnia debita, &
particularis nihil. Inſtitu. de hęred. quali. & differ. §. licet.
3 & §. ſed illud intereſt. Item onera, & emolumenta † pertinent
ad religioſos de iure communi eccleſiarum, & monaſterio-
rum quocunque titulo ſibi ſpectantium, non autem ad eorũ
vicarios, niſi quantum ad ſuam portionem, vt ſupra de cap.
4 mon. vt conſtitutio. Et ſi vicarij † ex ordinatione antiqua te-
neantur ad iura epiſcopalia, non tamen ex hoc tenentur ad
procuratores legatorum, vt ſupra dixi.
5 Sed an iura archiepiſcopi † contineantur ſub iuribus epi-
ſcopi? Dic quod ſic, cum ad ea quæ ſunt ordinanda, nõ plus
habeat archiepiſcopus quam epiſcopus.

6 **Ad eos peruenissent.** Quia res † tranſit cum
ſuo onere ad quemli-
bet poſſeſſorem, ſupra de decimis. paſtoralis. & de foro com-
petenti. propoſuiſti. Facit hoc ad quæſtionem. An commit-
7 tens homicidium exiſtens laicus, † deinde antequam conuin-
catur, efficiatur clericus, debeat per ſecularem, an potius per
eccleſiaſticum iudicem condemnari. Et an fideiuſſores qui
ſub pœna mille librarum promiſerunt ipſum coram ſecula-
ri iudice præſentare, in pœnam incidant cum amodo, vt lai-
cum ipſum nequeant præſentare, vel teneantur ipſum ſal-
tem, vt clericũ nunc præſentare, necne. pro prima parte facit,
quia res tranſit cum onere, vt in dicto capitulo propoſuiſti.

facit de appellatio.præterea. Pro altera parte facit,quia per al
terationem ſtatus per ſe mutauit forum in tantum , quòd nec
principaliter, nec incidétaliter poteſt amodo per iudicem ſe-
cularem corporaliter diſtingui,ſupra de cler.coniuga.capitu.
vno.lib.6.de ordin. cogn. tuam.qui fil.ſint legiti.lator.de ſen
tent.excommun.ſi iudex.lib.6.quod videtur verius per c.de-
cernimus,ſupra de iud.nec obſt.l.quotiens.C.de iud.quia ibi
per ſe mutauit ſtatum, ſed non forum .

Exemptione, & not.quòd poteſt eſſe compoſitio
inter prælatos, & religioſos de non
dando procurationem, ſcilicet, à tanto , ſed non à toto, quia
8 quattuor ſunt † iura epiſcopalia quæ epiſcopus non poteſt à
ſe abdicare quantumcunque voluerit tacite vel expreſſe,quæ
ſunt viſitatio,procuratio,correctio,& cathedraticũ,quę qua-
tuor continentur ſub imperio epiſcopali mero, quod non po
teſt quis à ſe abijcere.argumen.ff.de offic.præ.legatus.& ff.de
pact.ius agnationis . Item idem in legatorum Papæ procura-
9 tione, quia non poteſt remitti † ſine auctoritate Papæ , tacita
10 vel expreſſa,argu.ſupra de at.cum tempore.quia honor † qui
legatis Papæ impenditur,ſit Papæ non legatorum, 97. diſtin.
11 nobiliſſimus . Item not.quòd aliquando valet cõpoſitio † vbi
non valeret præſcriptio,vel conſuetudo,& ſic expreſſus con-
ſenſus vbi non valeret tacitus,vt in cap.perpetuo.cum capit.
ſequen.ſupra eo.libro ſexto .

12 Seu exemptiones. An procuratio † poſſit prę-
ſcribi? Dic aut præſcribitur
contra procurationem quæ debetur ratione conſuetudinis ,
vel inſtitutionis,& tunc poteſt,ſupra de præſcrip.accedentes.
ibi in vltima gl. Aut ratione viſitationis,& tunc aut contra il-
lum qui eam non obtinet iure communi, puta contra abbatẽ
vel Archidiaconum , & tunc valet , vt in capitu. cum ex offi-
cijs,in gloſ.ver.quid ſi Abbas. Si contra eum qui obtinet iure
communi , aut præſcribitur per eum qui vult ſe liberare per
præſcriptionem,& tunc non poteſt,& eſt ratio,quia procura-
tio accedit viſitationi , & viſitatio habet ius annexum publi-
cum auctoritate,& vtilitate, contra quod præſcriptio intro-
ducta non tenet , ſicut nec expręſſum pactum , ſupra de pact.
ſi vnus , & illud . Si autem per tertium, poteſt bene , puta per
Archidiaconum,ſic intelligunt quidam c.dilecto.ſupra de of-
fic.archidiaco.

SVMMARIVM.

1 *Monachus factus epiſcopus habens canes venaticos an incurrat pęnam. cap ne in agro.*
2 *Continentia,& humilitas,ſine quibus non debent eſſe monachi etiam facti epiſcopi,non poſſunt in eis eſſe cum delicatis cibarijs, & veſtibus fulgidis,& voluptuoſis venationibus.*
3 *Cauſa viſitationis debetur epiſcopis de cõſuetudine Archidiaconis ex priuilegio: Nuncijs vero,& patronis ex inſtitutione.*

AD noſtrum regularibus ci-
bis,quæ ſunt oua,& caſei quandoque tamen ipſi
faciunt ad fallaciam compachich.id eſt falſos ſo-
cios erudiri ſermone prohibito deſcribẽte , quòd tales plures
exeunt ventes lautis,id eſt,delicatis conuiuijs, & epulis mul-
to labore proquiſitis intrinſecus in abſconſo,25.diſtinct.cap.
eccleſiæ principes.non bene ſeruantes verſum. ſul.proprium
niſi ſit vicium,cõmunia quæque, ſed illum, ſic loquimur, ſed
non fruimur communibus æque.

1 Venaticos. Sed nunquid monachus † factus epiſco-
pus habens canes venaticos incurreret
veram pœnam illius cap.ne in agro,de ſtatu mon.§.porro. &
videtur, quòd ſic,cum alijs tantum ſint laxati ſine quibus ſol-
licitudo epiſcopalis,& vita actiua commode exerceri non po
teſt,ſiue ſilentium clauſtri,reſidentia,obedientia,proprium,&
ſimilia,igitur in omnibus alijs remanent pares, tam in veſtib,
quàm comeſtionibus, quàm venationibus, & alijs, alias fru-
ſtra portarent ſuum habitum,de vita & honeſta.clerico. cleri
2 ci officium. Et quia continentia , † & humilitas ſine quib. nõ
debent eſſe ipſi etiam facti epiſcopi non poſſunt in eis eſſe cũ
delicatis cibarijs,& veſtibus fulgidis, & voluptuoſis venatio-
nibus,vt 15.diſtinct.eccleſiæ principes , ergo tenentur ad ip-
ſa,& ſi non ratione regulę a qua cenſentur emancipati,tamen
tenentur virtute iuris communis cui ipſos non eſt dubium
ſubiacere, vt ſupra de electio. ſignificaſti . Contrarium vide-
tur , nam ratione ſecularium hominum inter quos neceſſario
habet conuerſari,& quotidie participare aliqua ſibi licẽt quæ
alias ſibi non licerent propter ſcandalum euitandum. Ex quo
poteſt ſine mortali peccato,ſupra de non obe. inter.ex iniun-
cto,de ſenten.excommunic. ſi vero.41.diſtinct. per totum.&
hoc vltimum credo verum quo ad pœnas ſuſpenſionis, in di-
cto cap.ne in agro, contentas. Sed quod prius dixi,verum eſt
in alijs pęnis,& ideo ſententia illius capitu.clerici. in fi. de vi,
& honeſt.clerico.vt periculoſa,ſupra ne cleri. vel mona. cre-
derem incurrere , & cõuerſans alias pœnas vel ſuſpenſionem
in alijs caſibus in quibus non ſunt à ſua regula liberati ,ſupra
de vi.& honeſt.cleric.clerici.16.q.1.c.1.

Speciali, puta compoſitione pacto ſeu inſtitutione re
renta in fundatione eccleſiæ per epiſcopos ,
3 & ſicut quandoque debentur de iure , ſicut † cauſa viſitatio-
nis debetur epiſcopis de conſuetudine Archidiaconis ex pri-
uilegio,ſicut nuncijs qui mittuntur per ſe,apo. ex inſtitutione
ſicut patronis qui hoc ſibi retinent in fundatione eccleſiæ, vt
ſupra eo.rationa.lib.6.de offi.ar.capit.1.

SVMMARIVM.

1 *Bona,quæ habent religioſi communia ſibi,et fratribus,vel alijs extraneis an dicuntur propria.*
2 *Informatio,ſeu inqueſta qualiter habet fieri.*
3 *Multa dicuntur notoria,quæ non ſunt.*
4 *Citatio,& ſententiæ prolatio eſt neceſſaria in omni notorio .*
5 *Ordinarius an poſſit ſuper exactoribus.*
6 *Epiſcopus an poſſit animaduertere in conuicinos epiſcopos requiſitos denegantes,auxilium.*

PRæſenti diocęſanis proprijs.
Scilicet , eccleſiarum vel perſonarum, ne obijciatur
de ſuperioribus minoribus , vel alijs religioſis quorum bona
ſunt ordinis vel ſaltem Papæ vel vniuerſalis eccleſiæ, quæ eſt
vna,infra de exceſſi.præla.frequens.

Sed nunquid bona quæ habent communia ſibi, & fratrib.
1 vel alijs extraneis dicuntur † propria ? Videtur, quòd ſic,arg.
de poſ.præ.cap. 1.maxime ſi ſint indiuiſibilia, argum.ſupra de
appel.Romana vna ſententia,cum ibi notatis.

2 Conſtiterit. Supple legitimè vocatis quorum in-
tereſt in informatione † ſeu inqueſta ,
quia alias non poſſet de hoc bene conſtare,cum cauſarum me
rita partium aſſertione panduntur, ſupra de in integr. reſtitu.
tum ex litteris, quod denotat hoc verbum conſtare , etiam ſi
per paſſum damnum vel iniuriam diceretur notorium,adhuc
3 pars eſſet vocanda , quia multa † dicuntur notoria quæ non
ſunt,de appella.conſuluit,& in omni notorio eſt neceſſaria ci
4 tatio, † & ſententię prolatio, ſupra de iureiuran. ad noſtram.
3. & idem credo faciendum in omni quocunque caſu in quo
habet ordinarius exequi ſententiam iuris, ſupra de præben. li
cet enim. de hære.cum ſecundum.lib.6.Sed poſito, quòd gra
uatus nollet cõqueri ſuper iſtis exactoribus,nec curat de hoc,
5 nunquid ordinarius † ex officio ſuo, & per ſe poterit hoc face
re? Videtur , quòd ſic cum hoc non ſit tantum introductum
in fauore iſtius grauati,ſed in fauorem totius orbis clericalis,
& quia eſt reſpublica, quia res ſacra, 1.diſtinct. iuſpublicum.
& epiſcopus reipub.defenſor eſt in ſua diocœſi, de offic. ordi.
pernicioſam, in contrarium videtur , quia tali iuri priuato in
fauorem perſonæ, & eccleſiæ priuatæ introducto renunciare
quis poteſt,de foro competen. dilecti. Credo , quòd inquan-
tum epiſcopus ipſe eſt offenſus, & vniuerſalis eccleſia ex offi
cio ſuo,& per ſe poteſt procedere,maxime, ſi conſtet ei ipſos
exactores iacere in notorio crimine,2.q.1.viſum,& multis c.
ibidem.& c.ad audientiam.2. ſed inquantum tãgit priuatum
ius clerici vel eccleſiæ,non,vt in d.c.dilectus.argum.in li.feu.
de cap.cor.cap.ſi clericus.

6 Subditis. Sed nunquid in conuicinos † epiſcopos iu-
ſte requiſitos denegantes auxilium animad
uertere poterit iſte epiſcopus? dic,vt dixi, ſupra de foro com
peten.capitu.vnico.

SVMMARIVM.

1 *Seruitium diuinum ſufficienter dicit,ſi primò mentem ad illud applicat, licet poſtea mentem ab illo recedat.*
2 *Seruitium diuinum an,& quando ſit reiterandum .*
3 *Bonum eſt,quòd in horis dicendis fiat mentio de peccato omiſſionis.*
4 *Conſtitutus in peccato mortali an melius faciat , ſi dicat horas , quam ſi non dicat .*

5 *Ligatus minori excommunicatione publice poterit dicere cum alijs horas*
6 *Horę canonica quid ſit.*
7 *Horas canonicas dicere quis teneatur.*
8 *Illi,qui ad horas dicendas tenentur, qualiter ratione ordinis, & ratione beneficij.*
9 *Beneficiati quibus ex cauſis excuſantur ad huius horas dicendas.*
10 *Laici,vel moniales ſi dicant horas, non debent dicere, Dominus vobiſcũ, nec dicere Euangelium,vel miniſtrare in altari.*
11 *Horę canonicę quot ſint.*
12 *Quantum ſit dicendum pro horis.*
13 *Suffragia ſanctorum, matutina Beatę Marię, vigilię mortuorum an ſint de neceſſitate dicenda.*
14 *Miſſa an ſit de integritate horarum.*
15 *Qui non dicit horas an poſſit ſufficienter ſatisfacere abſque hoc, ꝙ dicat.*
16 *Recedendum quando ſit à miſſa.*
17 *Perfectum aliquod factum non dicitur,dum aliquid remanet agendum.*
18 *Corona clericalis qualiter diffiniatur.*
19 *Votum,non vox,cor,& amor pulſat in aure Dei.*
20 *Cor ſi non orat,in vanum lingua laborat.*
21 *Reconciliatio eccleſię pollutę ad cuius expenſas ſit.*
22 *Expenſę an ſoluentur epiſcopo,quas faciet eundo, & redeundo à reconciliatione.*
23 *Redditus epiſcopatui quare epiſcopo ſunt aſſignati.*
24 *Decanus,vel prępoſitus eccleſię collegiatę non cathedralis an poſſint cum illis diſpenſare ſuper non reſidentia.*
25 *Quis poſſit habere iuriſdictionem,& ſpiritualem, & temporalem.*

De celebratione miſſarum. Rubr.

GRaui fructum labiorum ſuorũ.
1 Nota ex hoc ſecundum quoſdam, ꝙ ille † qui ad ſeruitium diuinum dudum tenetur, ſufficienter illud dicit, ſi ab initio mentem applicauit, & poſtea ſolis labijs dicat mentem ſemper ad illud non applicando, ſicut de illo qui vouit ire ad ſanctum Iacobum,& pergit licet non habeat mentem in ſancto Iacobo.

Et ad ſciendum an clericus, & quando habeat reiterare horas? Diſtingue, quia aut loquimur de illo qui immiſcet ſincopas, & reſcindit horas, puta quis dimittit vnum vel uerſum vel Pſalmum, vel aliquam partem magnam,vel modicam,& tunc,aut dicit cum alijs in choro, & tunc nõ reiterabit chorus totus propter ſcandalum,ſed ipſe ſolus ſub ſilentio,vel ad partem ſupra de præſcript.nihil. Aut ſolus dicebat,aut tunc erat tempore omiſſionis,ita infirmus, quòd non poterat commo-
2 de dicere,& tunc non tenetur † reiterare ſecundum Hoſtien. ſed Innocen. contra. Si autem non erat infirmus, & debebat dicere per ſe,& ſolus,& tunc aut omittit de affectata negligẽtia quo caſu indiſtincte tenetur ad eas reiterandas vel ad dignas pœnitentias iniungendas perficiendas,nihilominus peccato omiſſionis, & fraudis punietur, quia poteſt remoueri ab adminiſtratione,ſupra de offic. cu. capitu. 1. Et ſic intelligitur illud,Io.48.capitu.maledictus homo qui facit opus Dei domini deſidiosè. Si autem hoc facit præter propoſitum non peccat, ſecundum Innoc.quod eſt verum mortaliter, ſed venialiter ſic,ſecundum Hoſtien.quod intellige, ſi fiat magna interruptio,vt 25. diſtinct.§.alias. Alij dicunt aut ceſſauit in bono temporali,& tunc tenetur, aut in bonis eccleſiæ, & tunc non, Theologi dicunt,aut dabat operam ſuæ cogitationi,ſicut ponendo ſe inter fabulas aliorum,& tunc tenetur,alias autem,ſi præter voluntatem captus ſit ad aliud cogitandum,non tenetur,ſupra de homicid.dilectus,de iureiuran. cap.fina. vel dic, quòd & ſi præcepti ſit,vt vnuſquiſque qui ad hoc tenetur,dicat de nocte,& de die horas ſuas deuotioni,& intentioni in ipſo ſua Sicut tamen non ſubſunt præcepto,ſed gratiæ Dei,ſecundum quòd ipſam dare voluerit,ſunt relinquendę quaſi ex homine non eſt, quòd ipſa gratia habeatur, & in tali reſidet
3 Hoſtien.ſupra eodem dolentes,& ideo bonum eſt, † quòd in horis dicendis fiat mentio de peccato omiſſionis: ſi autem de illo loquamur qui bene, & completè omnia verba recitat,nõ tamen ad hoc aduertit ſi accurate, & ex malicia fiat idem, vt ſupra.Si autem præter propoſitũ,tunc dic, vt in ſecundo membro dixi, poteſt tamen diſtingui inter idiotas qui minus peccant,& litteratos qui magis,40.diſtin.homo.& ſupra eod. dolentes.per Innocen.& Hoſtienſem.

4 Puritate. An melius faciat † qui eſt in peccato conſtitutus mortali, ſi taceat,quàm ſi dicat horas? Credo,quòd tenetur dicere, & melius facit dicendo, ſicut & ſi alia bona pœnitentialia, vt ſcilicet, Deus citius illuſtret cor eius,de pœn. & rem. quod quidam. & ne de malitia reportet commodum,& ideo in modum ſuffragij priuati poterit dicere horas ſuas, Dominus vobiſcum,inſtar laici ſicut de excommunicato depoſito,& ſimilibus, de cle. exc.ſi quis presbyter.
5 Ligatus tamen † minori excommunicatione publice poterit dicere cum alijs,vt not.Hoſtien. in ſumma de ſent. excomm. §.vltimo.verſiculo nunquid.

6 Horas canonicas. Hora canonica † eſt ſacrificium,ſeu hoſtia laudis quam quis de fructu labiorum ſuorum offert Deo pure pariter, & deuote,vt hic: vel ſic,horę canonicę ſunt certa penſio diuino cultui ſoluta ab his qui in ſortem domini ſunt electi, pro qua in ſuſtentatione propria ſuſcipiunt patrimonium crucifixi, ſu
7 pra eo.cap. 1. Quæro quis ad illas horas † teneatur dicendas? Dic,ꝙ quilibet ad ſacros promotus, vt ſubdiaconus diaconus & presbyter.Item quiſque beneficiatus de patrimonio Chriſti, & ſi beneficium fuerit de patrimonio ſuo:ſi tamen intitulatus fuerit ad illud,& promotus,92.diſtinct.c.fin. & imputet ſibi ſi beneficium illud non ſit competens, ex quo facit ſe ad illud intitulari,quia nihilominus tenebitur ad horas conferendo illud,91.diſtinct.clericus victum: alibi enim ęquiparantur iſti ordines quantum ad aliud,ſupra de poſtul. c. 1. Differunt
8 tamen quia † alij qui tenentur ad horas ratione ſuſceptionis ordinum,non poſſunt eas per alios dicere infirmitate ceſſante ſola,ſed beneficiati bene,ſupra de appellat. peruenit. Item quia conſtitutum in ſacris cuius perſona eſt obligata,excuſat ſola infirmitas corporis,91.diſtinct. §. 1. & c.1. & ſequen. Sed
9 alij excuſantur † multis de cauſis, primo propter conſuetudinem,vt ſupra de conſue.cum omnis.Item propter appell. vel aliam arduam cauſam.de appell. peruenit. vel propter ſtudiũ ſeu aliam rationabilem,ſupra de electio.cum ex eo. Innocen. etiam dicebat, ꝙ ſimplex clericus debebat dicere vel audire diuina,vt 93.per totum.Hoſtien. reſtringit hoc ad beneficia-
10 tos, vt idem eſt. Si autem laici † vel moniales dicant horas, non debent dicere, Dominus vobiſcum, nec dicere Euangelium vel miniſtrare in altari,vt not.per Hoſtien. in c.presby-
11 ter.Quæro quæ ſunt iſtæ horæ † & quot? Et dic,ꝙ ſunt ſeptem iuxta hos verſus.

In matutino damnatur tempore quarto.
Quando ſurrexit primum canit ordo fidelis.
Tertia cum canitur tunc eſt cruciamina paſſus.
Sexta eſt dum tenebrę per mundi climata factę.
Emiſſus nona diuinus ſpiritus hora.
Veſpere clauduntur,ſed Chriſti membra ſepulchro.
Chriſti biſſena cuſtodia clauditur hora.

12 Si in completorio ſecundũ Gauf. Quęro quantum ſit † dicendum. Dic ſequendus eſt mos Roman. vel mos prouincię,aut regionis eccleſię,quia hic non eſt iure determinatum. Sed nunquid
13 ſuffragia Sanctorũ, † matutinę B. Mariæ, vigiliæ Mortuorũ,& ſimilia ſunt de neceſſitate dicenda ad horas ſic, ꝙ ea prætermittens ſit puniendus? dic,ꝙ ſi vno,& eodem modo oẽs illius eccleſiæ ſeruitores,conſueuerunt oĩa præmiſſa pro horis, & loco horarum dicere,ꝙ ad hoc quilibet teneat, ſup.de cenſi. ex parte. Secus autem ſi aliqui dicerent & plures, & alij non, & hoc intelligo verũ in reſidentib.& officialib. in eccleſia.Secus in alijs qui cauſa ſtudij vel alia rationabili habent extra vaga
14 ri,arg.infra c.prox.Sed nũquid † miſſa eſt de integritate horarũ? Credo,ꝙ non,cum etiam in epĩs. & ſuperiorib. ſit de ſola decentia,ſupra de priuil.quando epi. lib.6. Sexto quæro an ne
15 gligenti † vel omittenti dicere. horas poſſit interponi cõpetẽs ſatisfactio abſque ꝙ non teneatur reddere eas,nõ vr̃ cum hoc ſit penſum,id eſt,cenſus ſeu debitum retentum à Deo,in perſonas eccleſiaſticas de ſuo patrimonio ſpecialiter viuentes,quia ſicut ſeruus ad tributum ſic clericus ad diuinum officiũ obligatur,ſup.eo.c. 1.45. diſt.omnis. Sicut enim obſequiales operę ſerui manumiſſi nõ ſunt de ſe remiſſibiles,ita nec iura ſuperioritatis præſcriptibilia ſaltem illa quæ in honore ſtatus, & perſonæ ſuperioris retinuit,54.diſt.frequens. Dic ꝙ ſi confeſſori magis videatur expediens, ꝙ aliam agat pęnitentiam quàm ſi reiteraret horas forte ꝑꝑ magnam multitudinem ad quam tenetur,& ſic eſt concul.atio.ff.de ver.ſigni.nepos proculo.arg. de re. iur. impoſſibilium, vel quia forte indeuote leuius dicit, tunc poterit in aliam pęnam conuertere ꝑꝑ peccatum omiſſionis,arg.81.diſt.præſens.in fin. Septimo quæro in quo loco ſunt dicẽdę? dic,vt infra §.ñ.in ver.eccleſiaſticis. excludo quo
16 nõ licet,nã in miſſa † nõ dẽt añ bñdictionẽ ſacerdotis recedere,vt de cõſe.diſ. 1. miſſas.part rõne,nec ab alijs horis,donec, bñdicamus dño,ſit dictũ,quia non dicitur † aliquid pfecte factum

ctum dum aliquid remanet ad agendum. C. de his qui. vt indign.l.placet. & ſic ante recedentes carebunt diſtributionib. quotidianis, de cle.non reſi. c.vnico .lib.6.

18 **Corona clericalis.** Corona † eſt circulus capillorum qui remanet in capite clericali facta raſura vel tonſura de ſuper in cacumine, vel inferius circa aures, 12.q.2. duo.

19 **Deuotæ** non vox, ſed votum, † nõ muſica cordula, ſed cor, non clamor, ſed amor pulſat in aure Dei.

20 Si cor non orat, in vanum lingua laborat.

Violationes, propter effuſionem ſanguinis vel ſeminis. Sed ad cuius expenſas fiet re-

21 conciliatio? † Dic, quòd illius qui damnum dedit, argu. ſupra de iniur. & dam.da. c.fina. ꝙ ſi non conſtet quis vel alias non ſit ſoluendo: tunc ſi ſit ſtatutum in illa terra vel conſuetudo quis talia maleficia emendet ſtabitur illis, 9.queſtio.3.conqueſtus.his ceſſantibus, & contribuent parochiani cum rectore ſicut in alijs oneribus parochialibus quæ eccleſijs incumbunt, ſupra de eccle.ędific. capit.1. nec iſte caſus computatur inter onera epiſcopalia ad quæ inſolidum tenetur presbyter, cum ſit caſus fortuitus, & ſi iſti alias nõ ſint ſoluendo, epiſcopus tenetur hoc facere gratis, 1.q.2.placuit, 10.qõ.3.cauendum. in Authen.de man.prin.§. id tamen, coll.3. & de exceſ. præl. fre-

22 quens. Sed pone, quòd epiſcopus diſtat ab illa eccleſia † per tres dietas, & plus, nunquid ſoluentur ſibi expenſę quas faciet veniendo, & redeundo, & ibi ſtando propter huc, & ſic forſan procurabitur per ſex dies, & plus? Videtur, quòd ſic inſtar teſtium, ſupra de reſcrip.ſtatutum in fi.lib.6. Contrariũ videtur: Nam pro vno actu tali, puta pro viſitatione non debetur niſi vna procuratio, vt ſupra de ſimon. cum ſit ratione, quia pro conſecratione eccleſiarum nõ debetur niſi vna procuratio per quod dicas, quòd vadat, vt in dicto c.cum ſit Ro-

23 mana. Et ratio, quia redditus epiſcopatus † ſunt ſibi aſſignati, vt cum eis currat per diocœſim, & neceſſaria onera epiſcopatus ſupportet, & iſtud eſt verius, de vita & hone.cleric.cum ab omni.de præſcrip.ſtatutum.

24 **Illi à quo pertinet.** Sed nunquid decanus vel † præpoſitus eccleſiæ collegiatæ, vel cõuentualis, non cathedralis poſſit cum illis de collegio diſpenſare ſuper reſidentia, vt ad ſtudium vel peregrè vadant vel alia cauſa rationabili ſe abſentent, vel potius ſit ab epiſcopo talis licentia requirenda, Ber. Compo. in capit. cum omnis.ſupra de conſtitu. Dicit, quòd ab epiſcopo eſt requirenda, cum in hoc tangitur totus ſtatus eccleſiæ. Et dic ẽt, ꝙ licet talis non poſſit ſtatuere de reſidentia ſuper vniuerſis, vt de conſecra. diſtinct.5. non oportet. poſſet tamen aliquos licentiare pro cauſa rationabili, dum tamen ex hoc eccleſia nimis non deſtitueretur miniſtris, ſupra de cler. non re.oportet.& c. contumaces.loquuntur in cleri. immediate ad ipſum epiſcopum ſpectantibus, vt patet ibi.

25 **Exercere pertineat.** Si vis ſcire † quis poſſit, & debeat habere iuriſdictionem ſpiritualem, & temporalem? Diſtingue, quia aut loquitur de ſpirituali, aut tẽporali. Si de ſpirituali, aut eſt ſibi cura animarum tradita inſtitutione auctorizabili, aut iuris approbatione, aut confirmatione, aut benedictione vel delegati commiſſione, aut non. Si primo modo, vel loquitur de fœminis, aut de viris. Si de fœminis, non poteſt talia exercere, infra de maio.dilecta. Si de viris, ſubdiſtingue, quia aut loquimur de his quę ſunt iuriſdictionis, & auctoritatis epiſcopalis, vt anathematizare, & tunc nõ poteſt niſi epiſcopi, 24.q.2.corripiantur. Aut de conſuetudine, aut de iure. Si primo, quaſi in pluribus locis non habent, niſi ſoli epiſcopi, vel ab eis delegati. Et eſt ratio, quia iam præſcripſerunt contra inferiores prælatos, vt 2.q.1.nomen, exceptis prælatis collegium, ſeu conuentum habentibus, vt communiter ſuper ſuis proprijs religioſis conuerſis ſeu clericis exercitium illius iuriſdictionis retinuerunt, & ea quotidie vtuntur, vt ſupra dictum eſt, ſiue talis ſit prior, vt ſupra de maiorita. & obedien.cum in eccleſijs, ſiue Abbas, vt de ſimon.cum in cunctis, ſiue quilibet alius collegiatus etiam ſecularis, ſupra de vita.& honeſt.clerico. quoniam.vt ait. Aut de iure, & tunc poſſunt, vt ſupra de offic. ordina. cum ab eccleſiarum.& capit. ſi ſacerdos. de quo dic, per Hoſtien.in ſumma, de ſenten.excommunicati. §. quid poſſit. Aut loquimur de illis quibus non eſt cura commiſſa per epiſcopum vel ſuperiorem, vel de mandato eorum, & tunc aut loquimur de iuriſdictione ſpirituali, aut temporali, publica eccleſiaſtica, vel ſeculari. Si primo, non poteſt, & eſt ratio, quia tales per ſe habere non poſſunt niſi per epiſcopum vel ſuperiorem, vel forte habentes ab epiſcopo alijs hoc committunt ad tempus de iuriſdict. omn.iudic.cap.plane. Si de temporali, aut de illo cui eſt iuriſdictio commiſſa à vero domino. Aut de illo qui creatus eſt per electionem. Si primo, poteſt bene, vt infra eod.cap.vltimo. Aut de alio, & hic ſubdiſtingue, quia aut iſti qui elegerunt, non faciunt corpus in collegium, nec vniuerſitatem, aut factum. Si primo modo, non poteſt iuriſdictionem habere, ſupra de exceſſib. prælar. dilecta. Si faciunt vnum corpus, puta quia fuerunt approbati per dominum temporalem, vel epiſcopum expreſſe, vt quia dominus conſtituit certam villam vel caſtrum, in quo homines habitent, vel vocat illud caſtrum, vel admittit eorum ſindicum, vel dat eis rectorem vel epiſcopus vocat collegium, ſupra de eccle. ędific. ad noſtram, & tunc electus à talibus ſuper eligentes habet iuriſdictionem quam dat ſibi lex eoipſo, quòd electus eſt, ff. de iuriſdictio.omnium iudic.& quia ſubditi ei debent ibi obedire. C. de iuriſd.om. iudic.l.fina. vbi de hoc. Et hoc verum dicitur, tamen in præiudicium vel contra rationem, vel contra iuſtitiam non attentet. C. de epiſcop.& cleric.conuenticula.11.q.1.conſpirationem.

SVMMARIVM.

1 *Quis debet ſe conformare his, cum quibus conuerſatur.*

2 *Cathalani in ſtudio Tholoſano exiſtentes comedentes carnes die Sabbati, an peccent.*

3 *Papa poteſt diſpenſare ſuper horis non dicendis, à tanto, & non à toto.*

1 **DIgnum coaptare.** Debet enim † quis ſe conformare his, cum quibus conuerſatur, 12.diſtinctio. illa, & ſibi licent propter illos aliqua, quæ alias ſibi non licerent, de ſenten.excommunica.ſi vero. Nunquid ergo peccant

2 Cathalani † in ſtudio Tholoſano comedentes die Sabbati carnes, licet non peccarent in ſua patria exiſtentes propter conſuetudinem quæ eſt ibi de comedendo carnes illue per capitu.quia dies.de conſecratio.diſtinctio.5.Credo, quòd ſic, per capitu.illa.11.diſtinctione.a contrario ſenſu, ſicut ècontrario non peccant Tholoſani, in Cathalonia comedentes propter rationem dictam huius capit.niſi alias voto vel obſeruatione regulari ad abſtinendum ſint aſtricti, ſupra de obſer. ieiu. c.fi. de conſecr.diſt.5. carnem.

3 **Ad dicendum.** Et ſic, nota, ꝙ Papa † poteſt diſpenſare ſuper horis non dicendum a tanto, & non à toto.

SVMMARIVM.

1 *Qui contineantur nomine principum.*

2 *Præſentes in facto damnato pro facientibus habentur, quando ſit verum.*

De Baptiſmo, & eius effectu. Rubr.

PRæſenti principum, deferendum eſt enim talibus dignitatibus, & perſonis, de offic.delega.paſtoral.in prin. & de præ. de multa, in fin. Sed qui ſunt

1 qui hoc nomine principum † continentur? Videtur quòd omnes potentes, & diuites, ſupra de maiorita.omnes. & maxime cum legatur eccleſiaſti.11.capitu.quòd Regina omniũ eſt pecunia, quod bene videmus de facto, nam propter affluentiam pecuniæ Reges, & Principes ſuas in matrimonio collocant filias, & pereuntes ſibi vilium ruſticorum ſequentes, verbum, Hoſtienſ.poſitum in eius lectura. ſupra de conſangu. tua nos. de præbend. venerabilis. vbi dicit ſi diſputas de nobilitate ſiue de nobili genere, diſputa de nobili ſtercore. Sed ſalua eius pace propagatio alti, & clari generis ſiue ſeminis proculdubio poſteritatem eius nobilitat, & attollit, ſicut vilis ſuam vileſcit, argum.56. diſtinct.ſi gens Anglorum.98. diſtin. affros. Credo, ꝙ hoc arbitrio baptizantis relinquetur, argu. eorum. quæ nos. ſupra de ſepul. eos.

2 **Suam præſentiam.** Nota, quòd præſentes † in facto damnato pro facientibus habentur, quod eſt verum ſi facientibus videntur in aliquo conſentire, ſupra de homicid.ſicut dignum. de clan. deſ. cum inhibitio.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Dominus an poſſit agere pro iniuria irrogata familiæ ſuę, vel moleſtia.*
2 *Iudices conſtituti ab aliquo domino iuriſdictionem habente an poſſint ipſum dominum punire.*
3 *Perſona loquentis in generali ſermone intelligitur eſſe excepta.*
4 *Quot beant.*
5 *Sacramenta ſumere, vel dicere diuinum officium ſumpta cęna an ſit malum.*
6 *Completorium non debet dici, nec à ieiunio, nec poſt.*
7 *Effectus caracteris presbyteratus quotuplex ſit.*
8 *Officia diuerſa apoſtolorum.*
9 *Conuerſio panis, & vini in corpus, & ſanguinem Chriſti an ſit poſſibilis.*
10 *Quid fiat de ſubſtantia panis.*
11 *Chriſtus quantus, & qualis fuit in cruce, an tantus, & talis ſit in hoſtia.*
12 *Corpus Chriſti an ſit totum ſub qualibet parte hoſtia.*
13 *Corpus Chriſti an frangatur ad fractionem hoſtia.*
14 *Corpus Chriſti an poſſit eſſe totum in cælo, & totum in hoſtia.*
15 *Bona mortificata plus valent, quam gratis bona facta.*
16 *Indulgentia qualiter diffiniatur.*
17 *Theſaurus eccleſia quid ſit.*
18 *Theſauri eccleſię diſpenſatio cui ſpectet.*
19 *Papa dedit poteſtatem epiſcopis vſque ad certam ſummam faciendi de theſauro eccleſia.*

De reliquijs & venerationibus ſanctorum. Rubr.

1 SI dominum. Nunquid † ergo domino competit actio pro moleſtia vel iniuria familię irrogata? videtur quòd ſic, vt ſupra de proba.licet.in fi. In contrarium videtur ſupra de priuil. auctoritate.lib.6. Dic, quòd ſi ex grauamine illato familiæ ipſi impediatur vtilitas domini, ſiue in ſeruitio perſonali, ſiue reali per familiam domino impendendo poteſt agere dominus contra moleſtātes familiam ſaltem actione de dolo cum alia deficiat, ff.ad municip.de iureiuran.C.de decur.generali.lib.11.de Iudæis.c.2.de appell.dilectus.vbi de hoc per Innoc.& Hoſtien.ff.de do.l.1.non ob.e.auctoritate. quia ibi illi exempti conſtituebant ſe, vt actores principales in cauſis ſuorum hominum, vt aduerſariorum corū cauſam duriorem conſtituerent, & redderent volentes ſuam exemptionem exercere aduerſus, quod non licet. Sed pone quidam do
2 minus habens omnimodam † iuriſdictionem in aliquo caſtro conceſſit ſuis conciuibus quos ibi de nouo creauit perpetuo ſingulis mutandis, vt cognitionem primam omnium cauſarum totius caſtri, & eius territorij haberent exceptis dumtaxat cauſis feudalibus, nunquid iſti conſules dictum dominum ſuum vel eius familiam condemnare poterunt ſi eos infra dictum territorium aliquod crimen commiſiſſe inuenerunt? Videtur, ꝙ non, quia dominus licet velle non poteſt à ſe abdicare quæ naturaliter concernunt dominium, quæ ſunt prælatio, & ſubiectio aliàs deſinit eſſe dominus, ſicut nec epiſcopus ea quæ ſunt ordinis epiſcopalis, ſicut viſitationem etiam, de dona. paſtoralis. per Hoſtien. nec ordinarius iuriſdictionem ordinariam. ff.de iuriſdictio.omn.iud. Et quia. Item quia perſo
3 na loquentis † in generali ſermone intelligitur eſſe excepta. ſupra de iureiur.petitio cum ibi notatis. Et ſi perſona eius excepta per conſequens, & illorum quæ pars corporis ſunt, & ſine quibus ſtatus eius non poſſet eſſe integer, nec honorabilis homo.de offic.Archidia. dilectus.6. q.1. quiſquis. Contrarium videtur: nam transferendo in conſules pręmiſſa nihil videtur transferre de ſuo, immo potius ſui ſuperioris cum ſi ipſi eum non puniant ab aliquo ſuperiore punientur, ergo melius videtur ei per iſtos iudicari, & condemnari quæ cum eo mitius ſe habituros præſumuntur qui zelantur bonum, & ſalutem ipſius, ſupra de re iudica.apoſtolicę, in princ. lib.6. Primum tamen eſſe videtur verius, quia per factum ſuum iſte dominus ſuo ſuperiori domino præiudicare non potuit, ſupra de iureiuran. eam te, de præſcrip. ſi diligenti, niſi forſan iſti conſules præſcripſiſſent contra dominum, ꝙ poſſent, argum. ſupra de præſcrip.auditis, cum ibi notatis.

4 Memoria corporis ſpernere † mundum, ſpernere nullum, ſpernere ſeſe, ſpernere ſe ſperni quattuor iſta beant.

5 Sumpta cœna. Nota quòd ſumere ſacramenta, † vel exercere ipſa, ſeu celebrare, ſeu dicere diuinum officium commeſtione, ſeu cęna facta non eſt regulariter malum, vt hic, fallit hoc in miſſa propter ſacramenti excellentiam, & reuerentiam, vt ſtomacus ieiunus nullo alio cibo excepto tantum cum maiori reuerentia recipiat ſacramentum, de conſec.diſtinctione 2.liquido.& de celebra. miſſatum.ex parte.

Item fallit in matutinis quæ de ſe in ieiunio debent dici, vt ſupra de celebratione miſſarum, capitu.1. Signa ergo, quòd
6 completorium non debet dici † nec à ieiunio, nec poſt ipſum completorium debet ſeruari ieiunium vſque ad miſſam craſtini dici, quod aliqui obſeruant, ſcilicet, quòd poſt completorium, nec comederent, nec potarēt, ſi eſſent in craſtinum miſſam dicturi quorum deuotionem non reprobo, ſed nec neceſſitatem laudo, dum tamen alias ſint digeſti. licet tota nocte non dormierint, vt tenetur de conſecratio. diſtinctione 1. ſacramentum.

Summum ineſſe baptiſmus magis ſummus in effectu. Vnde verſus.

Maior in effectu baptiſmus corpus ineſſe.

Facite vt presbyteri ſu. Et hoc quantum ad primum effe-
7 ctum caracteris presbyteratus † qui eſt conficere corpus Chriſti verum.

Sed quantum ad ſecundum effectum qui eſt ſoluere in fo
8 ro pœnitentiæ à peccatis, † quod ad ſolos presbiteros pertinet, eos fecit presbiteros poſt reſurrectionem, dū dixit eis, accipite Spiritumſanctum quorum re.&c.24.quæſtione, prima. fiant, inde eos ordinauit, ſeu conſecrauit in epiſcopos die Penthecoſtes hora tertia, quando miſit eis Spiritumſanctum, de conſecratio.diſtinctio.1. nocte. Apoſtoli vero tunc inceperūt vti miſterio conſecrationis cum 72. diſcipulos ordinauerunt in presbyteris, & propter exuberationem Spiritusſancti non curabant de aliqua certa forma inſtar electionis quæ per gratiam Spiritusſancti fit, de electio.quia propter. Sed poſtea cęperunt vti certa forma, cum Paulum, & Barnabam, ordinauerunt in epiſcopos imponēdo eis manus, & Iacobum fratrem domini conſecrarunt.

Sub alia quidam forma. Quæro primo, an ſit poſſibilis
9 talis † conuerſio? Et dic, quòd licet ſit impoſſibilis agentis artificioſe, vel naturaliter quę ſemper præſupponunt materiam eſſe, eſt tamen poſſibilis agentis ſuper naturaliter, quod ex nihilo poteſt facere omnia, ergo à fortiori mutare aliam ſpeciem, in aliam ſpeciem.

10 Quæro ſecundo, quid fiat † de ſubſtantia panis quæ ibi erat. de hoc eſt triplex opinio. Primi dicunt, quòd ſubſtantia conuertitur. Alij, quòd remanet in hoſtia, vna cum corpore. Tertij, quòd conuertitur in corpus, quia licet verba ſucceſſiue proferant, vno inſtanti tamen conuertitur panis diuinitus, & ſupernaturaliter in verum corpus Chriſti, ſubſtantia eius omnino conuerſa commutata in veram ſubſtantiam corporis, nihil remanendo ibi de ſubſtantia panis, vt hic in gloſ. & hoc communiter tenetur.

11 Quæro tertio, an quantus vel qualis † fuit in cruce, tantus, & talis ſit in hoſtia? Dic, quòd eſt in cœlo tantus, & talis quantus, & qualis fuit in cruce. Eſt tamen in cęlo ſub corpore glorificato, ſed in hoſtia male quæris, quia quantitas, & alia accidentia propriam naturam amiſerunt ſic, quòd ſunt in ſacramento mediante ſubſtantia, & non econtrario, vnde in cœlo eſt mediantibus dimenſionibus proprijs, ſcilicet, quantitate, menſura, & qualitate, quibus fuit in cruce, vt dictum eſt, ſed in hoſtia non eſt mediantibus dimenſionibus proprijs, ſed ipſa quantitas, & alia accidentia ex naturali concomitantia ſunt ibi mediante ſubſtantia ſic, quòd ſubſtantia ibi dominatur, & accidentia omnino accedunt, & ſequuntur ipſam per omnia.

Et ſic ſubſtantia cum indiuiſibilis, & inuiſibilis ſit, per conſequens, & accidentia quæ omnino, & per omnia ipſam in hoc caſu habent ſequi.

Secus autem in alijs rebus, in quibus ſubſtantia regulatur ſecundum ſua accidentia, quia ſecundum quantitatem diuiditur, & ſecundum qualitatem: videtur hic ecōtrario, vt dictum eſt, quia regulantur accidentia ſecundum ſubſtantiam, vnde hic ipſum corpus Chriſti non eſt punctabile, nec pun-
12 ctatur, nec locum occupat. Sed quæritur an totum ſit † ſub qualibet parte hoſtiæ, ſicut ſub totum? Et dic, quòd ſic.

Et ponitur exemplum de ſpeculo, eo fracto ſic apparet tota imago hominis ſub qualibet parte, ſicut ſub toto, ſicut, & in animalibus annuloſis quorum quælibet pars, per ſe mouetur, ſicut totum. Quæro an ad fractionem hoſtiæ

13 frangatur† corpus Chriſti? Dic,ꝙ non,quia cum ſint ibi acci
dentia mediante ſubſtãtia quę eſt indiuiſibilis, vt dictum eſt,
non diuiditur neque frãgitur corpus,nec obſtat c. ego Beren
garius,de conſecra.diſt. 1. quia intelligitur de ſpeciebus panis
14 quæ franguntur, & atteruntur. Quæro an ſit poſſibile,ꝙ † ſit
totum in cœlo,& totum in qualibet hoſtia? Dic ꝙ ſic,quia di
uinitas Dei totum mundum replet. Quæro quare non con-
ſumptum ex quo totiens ſumitur? Dic,ꝙ conſumptio panis,
neque augmentum,neque diminutionem corpori pręſtat,q̃a
quotiens panis, & verbum ſacerdotis, & eius intentio ſimul
inucoicotur,totiens fiet, nec ex hoc fit corporis conſumptio,
vt dictum eſt.

Iniungentes. Nota bonam doctrinam pro audien
tibus confeſſionem,vt ſemper confi
tentibus eis peccata ſua iniungant bona omnia quæ ipſi pec-
catores alias faciebant, & erant facturi,vt ſunt ieiunia,miſſę,
horę diuinę,eleemoſinæ,peregrinationes,& illa bona quæ fe-
ceritis ſint in remiſſionem peccatorum ſuorum, ſic dicendo,
tales pœnitentias vobis iniungo,& nihilominus volo,ꝙ miſ-
ſę quas celebrabitis elemoſinæ,peregrinationes, & ſimilia bo
na quæ feceritis ſint vobis in remiſſionem peccatorũ veſtro-
15 rum: Plus enim valent † ad ſalutem talia bona ſic iniuncta in
confeſſione propter virtutem ſacramẽti pœnitentiæ quæ mul
tum in talibus operatur quàm ſi gratis fierent, de pœn. diſt. r.
quem pœnitet. Et etiam propter bonum obedientiæ qua ho-
mo propter dominum ſupponit ſe ſuo pari,argum. 42. diſtin.
Valentinianus. & de hoc intelligitur auctoritas Petri poſita,
ſupra de maiorita. & obedien. ſolitę. ibi, ſubditi eſtote, omni
humanæ, &c.

16 Relaxamus. Talis relaxatio † eſt liberalis & gratio-
ſa donatio de theſauris eccleſiæ facta
per vicarium Chriſti,peccatoribus pro ſuis pœnis ad quas iu
ſte obligati ſunt redimendis, quæ relaxatio dicitur remiſſio
17 vel indulgentia. Sed quid eſt † ille theſaurus eccleſiæ? Dic,ꝙ
eſt ſuperabundantia meritorum quæ multi ſancti vltra men-
ſuram debitorum ſuorum ſupererogauerunt etiam impende
runt tribulationes quas iniuſte ſuſtinuerunt,quorum merito
rum tanta eſt copia, quòd excedit omnem pœnam debitam
nunc viuẽtibus,& præcipue paſſio Chriſti, & meritum cuius
minima gutta ſanguinis ſufficit ad expiationem omnium pec
catorum quæ vnquam fuerunt, quia eius reſpectu omnia ni-
hil ſunt, ſupra de ſumma Trinita. damnamus. circa fi. quæ om
18 nia recluduntur in ſcrinio eccleſiæ,& theſauro,cuius † diſpen
ſatio tradita eſt vicario Chriſti, qui habet ſolus indulgentias
facere,quia habet adminiſtrationem generalem, & integram
19 illius theſauri. Sed † dedit poteſtatem epiſcopis vſque ad cer
tam ſummam faciendi,& diffundendi de ipſo theſauro, vt in
capitu. indulgentiæ. de pœn. lib. 6. quæ diſtributio non pro-
cedit ex claue ordinis,ſed iuriſdictionis, ideo eam habent alij
confirmati.

S V M M A R I V M.

1 *Dimittenda quæ ſint, & quæ non ſint propter ſcandalum.*
2 *Veritas eſt triplex.*

De immunitate eccleſiæ. Rubr.

1 QVoniam ex conſtitutis ne de-
cla
rationibus ſcandala. Nota † hic quatuor regulas.
Prima eſt,ꝙ pro vitando ſcandalo omittenda non
ſunt quæ ſine peccato mortali omitti non poſſunt,vt baptiza
ri,dicere horas,& ſimilia. Secunda eſt,ꝙ pro vitando ſcanda-
lo committenda non ſunt quæ ſine peccato mortali commit
ti non poſſunt, vt committere adulterium pro homicidio vi-
tando vel peccato ſodomitico. Tertia, ꝙ pro vitando ſcanda
lo quis poteſt committere quæ ſine peccato mortali commit
ti poſſunt,vt portare habitum non cõgruum ordini ſuo. Quar
ta eſt,ꝙ pro vitando ſcandalo omitti poſſunt quæ ſine pecca
to mortali omitti poſſunt,vt correctionem propter multitudi
nem, ſupra de cler. ex. latores. Item eſt veritas triplex, ſcilicet
2 † bonæ vitæ,& iſta nunquam eſt dimittenda pro ſcãdalo. Eſt
veritas iuſtitiæ,& iſta eſt duplex, quædam iuris naturalis, vt
in Euangelio in lege continetur, & hæc non eſt dimittenda
pro ſcandalo vitando, vt hic. Eſt veritas iuris poſitiui quam
quis poteſt,& debet deſerere pro ſcandalo vitando,& tempe
rare,vt de vo. & vo. re. c. 1. Vnde primam iſtarum non tollit
conſuetudo, ſecundam ſic, ſupra de conſue. c. vlti. quod fit ex
cauſa magna,non alias,vt ſupra de re iud. cum ęternum. lib. 6.
Eſt & veritas diſciplinæ ſiue doctrinæ quæ pertinet ad præla
tos quę quandoque omittitur propter ſcandalum vitandum,
vbi multitudo eſt in cauſa, non tamen deſenditur auctoritate
ſua, & intellige de veritate ipſa.

S V M M A R I V M.

1 *Ignorantia facti an excuſet aliquem.*
2 *Ignorantia iuris poſitiui regulariter neminem excuſat, & in quibus caſi-
bus fallat.*
3 *Ignorantia iuris naturalis neminem indiſtinctè excuſat.*
4 *Matrimonium eſt de iure naturali.*
5 *Taxatio graduum vltra primum, & ſecundum eſt de iure poſitiuo.*
6 *Sciens, vel ignorans an quis præſumatur, quando licet ignorare ius.*
7 *Ignorantia qualiter probatur.*
8 *Præſumitur ſemper aliquem non velle deierare, nec eſſe immemorem ſuæ
ſalutis.*
9 *Mulier promoti ad ſacros ordines an teneatur continere.*
10 *Abſolutio in quibus caſibus non datur recognoſcenti.*

De conſanguinitate & affinitate. Rubr.

1 EOs qui ſcienter. Dic hic, ꝙ ignorantia
† facti probabilis in fa
cto alieno excuſat, ſed non craſſa, & ſupina. Item
in facto proprio non excuſat. Item ignorantia iu-
2 ris poſitiui † nullum excuſat, niſi in quatuor perſonis, ſcilicet
in ruſtico muliere milite, & minore quibus ꝑmiſſum eſt igno
3 rare ius poſitiuum. Sed ignorantia iuris naturalis † neminem
indiſtincte excuſat,niſi ſit tale ius per abuſum offuſcatum vel
diſſuetudinem obnubilatum, vt quia tunc excuſaret dictas ꝑ-
ſonas, ſupra de deſpon. duo. c. fi. per Hoſt. ſuper verbo de cæ-
tero. Sed nunquid in hoc caſu erit excuſabilis ignorantia iu-
4 ris poſitiui vel naturalis: Dic, quòd licet matrimonium † ſit de
iure naturali, vt ſupra de vo. quod votum. lib. 6. tamẽ taxatio
5 graduum vltra primum & ſecundum ſunt de iure poſitiuo, ſu
pra de reſt. ſpo. litteras. & idem de ordinibus, & religione qui-
bus eſt continẽtia annexa de iure poſitiuo, vt in dicto c. quod
votum. & ideo eſt potius ignorantia iuris poſitiui quàm natu
6 lis. Sed nunquid in caſibus, in quibus, licet ignorare † ius, præ-
ſumatur quis ſciens vel ignorans? Dic, quòd ignorans præ-
ſumitur quis regulariter in facto alieno, niſi probetur ſciens,
ff. de probatio. verius. de cler. exco. mi. apoſtolicę. de temp. or-
dina. cos. libro ſexto. Fallit in his, in quibus quis tenetur ad-
hibere diligentiam ex officio ſuo, ſicut in facto beneficiorum
& ſubditorum, & electionum eccleſiarum, ſupra de elect. in-
notuit. de conceſſio. præbend. cap. cum ei. Sed qualiter proba
7 bitur ignorantia † iſta? Credo, quòd per iuramentum, cum
agatur de his quæ de facto intrinſeco ſunt, arg. ſupra de elec.
vt circa, & nulla, libro 6. In his autem quæ ſunt facti alterius,
non requiritur, quòd ſit nimis diligens vel nimis negligens,
ff. de iuramen. & fact. ignoran. l. nec ſupina. Sed quid ſi timea-
tur de dicta ignorantia veriſimiliter an fuerit affectata, tamen
hoc probari non poteſt, dic quòd nõ præſumitur affectata, ex
8 quo iurauit, cum ſemper † præſumatur aliquem non velle de-
ierare, nec eſſe immemorem ſuæ ſalutis, ſupra de præſump.
capitulo littera.

Monialibus. Sed quid de illis quæ per votum ſo-
lenne ſunt tãtum aſtrictę religioni in
communi, non huic vel iſti? An contrahens cum eis pœnas
huius capitu. incurrat? Et dic, quòd ſic, vt ſupra eodem con-
ſtitutionem in fine. lib. 6. quia iam per factum matrimonium
ſpirituale contraxerunt, & indiſſolubiliter ſunt Deo copula-
tę. 22. quæſtione 1. capitu. 1. & 2. Sed quid de iſta quæ mari-
tum ſuum ſcienter, & voluntariè permiſit ad ſacros ordines
remanẽs in ſeculo promoueri, deinde mortuo eo ipſa contra-
hit, nunquid ipſa, & cum ea contrahens ſcienter hanc pęnam
incurrat? Videtur, quòd ſic, 28. diſtinctione. ſeriatum. quæ
videtur hoc expreſſe dicere, & etiam, quia ſciens hoc permi-
ſit, quare videtur etiam tacite promittere. & vouere cõtinen-
tiam. Contrarium videtur, quia ſi Papa intellexiſſet hoc de
vouẽtibus, ſine mutatione ſtatus, quod dixit de matrimonia-
libus, dixiſſet de vouentibus. de decim. ad audientiam. quod
credo verius, cum ſit pęnalis, per capit. quod votum. ſupra
de vo. libro ſexto. Sed alias, vt tranſgreſſores voti puniuntur,
argumen. de conuer. coniuga. quidam. & capitulo vxoratus.

Eſt ta-

9 Eſt tamen in vxore † promoti dubietas propter naturam ma
riti qui ei communicauit ſuas actiones ſpirituales, tioo quia
ſit monialis. Ideo ſic diſtingue, quia aut facta eſt viri promo-
tio ad ſacros ordines ipſa ſciente, & reclamante, aut neſcien-
te, & tunc non tenetur continere, immo poterit reclamare. 27.
quæſtio. 2. agatoſa. Aut fit ipſa ſciente, & conſentiente ordi-
ni, ſed non voto, immo expreſſe contradicente, & dic. quòd in
illo caſu nō debet promoueri vel ordinari maritus, & ſi fieret,
redderetur ſibi, nec in vita, nec poſt mortem continebit, vt in
decre. præterea. Si autem conſentit vtrique, ſ. ordini, & voto,
ſed ſtatutum deneget de voto continentię in vita ordinati ha
bebit continere, ſed poſt mortem non, aut conſentit expreſſe
vel ſaltem tacet, tunc nec in vita ordinati, nec poſt mortē con
trahet, quia præſumitur vouiſſe, 28. diſtinctione. qui vxorem.
32. diſtinctio. ſeriatim.

10 **Recognoſcentes.** Alias non daretur † abſolu-
tio. de offic. ordina. ſignifica-
uit, quod eſt verum regulariter, fallit in c. demens. ſupra de te
ſtib. 2. verſic. depoſitio exiſtenti eſt neceſſaria, ſed ſtatim poſt
depoſitionem reincidit in eandem ſententiam. Alius caſus eſt,
ſupra de offic. delega. c. prudentia. in fi. & idem in latronibus,
& nuncijs alicuius principis qui venientes ad curiā cauſa pa-
cis tractandæ abſoluuntur, nec eſt mirum ſi abſolutio excom
municationis impediatur inuito, quia illa pęna in inuitum fer
tur. Secus de alijs peccatis mortalibus quæ à voluntarijs tan-
tum contrahuntur, aliàs non ſint peccata. 15. q. 1. §. 1.

SVMMARIVM.

1 *Aliquis an poſſit facere aliquid boni abſque diuina gratia.*
2 *Gratia diuina quid ſit.*
3 *Gratia diuinę quot ſint ſpecies.*
4 *Tria requiruntur ad habendam gratiam diuinam.*

6 De magiſtris. Rubr.

INter ſollicitudines coope-
6 rante gratia. Not. quòd nō eſt ita aliquis ſummus
† ſiue in cœlo, ſiue in terra, qui poſſit aliquid boni
operis facere niſi diuina gratia cooperante, de conſecr. diſt. 4.
placuit. Vnde ſcholares qui ad ſtudium veniunt, dēnt primo
inquirere diuinam gratiam, quia in animam maliuolā non in-
troibit ſapientia, neque habitabit in corpore ſubdito pecca-
tis, neque cum ſcelerato homine poteſt habere commercium
2 Sap. 1. Et eſt † iſta gratia ſpiritualis influentia, participem fa-
ciens æternæ beatitudinis rationabilem creaturam, de conſe-
cra. diſtin. 4. eccleſiæ charitas. de ſu. tri. c. fidei. Item quot ſunt
8 ſpecies † eius? Dic, quòd tres. Eſt enim quædam gratia generaliſ-
ſima, ſine qua nihil agere poſſumus, nec intereſſe noſtro ſubſi
ſtere, aut durare. Item eſt ſecunda gratia gratis data quæ ex-
citat, & admonet arbitrium noſtrū ad bonum, & ad ſuſcipien
dum donum Spiritusſancti, de conſec. diſt. 4. placuit. vlt. Item
eſt tertia gratum faciens quæ nihil aliud eſt quàm ipſum do-
num Spiritusſancti, de conſecr. diſtinct. 4. c. quomodo. §. 1. &
1. q. 1. numeratę. quas tres recitat Paulus per ordinem in ſe eſ
ſe, cum dicit, gratia Dei ſum, id quod ſum, i. eſſe meum ab ea
eſt. & gratia Dei in me vacua non fuit, immo ad eius præmiū
inſtinctum, & pulſatum habilitaui me, & gratia eius ſemper
in me manet, i. ſemper in me manet Chriſtus, & donum Spi-
ritusſancti gratum me faciens. Nota tamen, quòd ad haben-
4 dam iſtam tertiam gratiam, † & donum ſpiritusſancti habita-
re in homine multa ſunt neceſſaria. Primo Deus efficiens.
Secundo gratia, gratis data. Tertio liberum arbitrium ſe ha-
bilitans ad hoc, quibus præcedentibus ſtatim infunditur do-
num Spiritusſancti in homine, & ſic accipitur gratia, vt diffe-
rat à virtutibus. ſupra de ſumma Trinitate & fide catholi. fi-
dei. §. finali.

SVMMARIVM.

1 *Inſignia doctorum conſiſtunt in quatuor.*
2 *Scientia ciuilis precio non eſt dehoneſtanda.*
3 *Doctor an peccet recipiens precium pro ſalario, vel conſilio.*
4 *Multa accipiuntur ſi gratis offerantur quæ turpiter peterentur.*

CVm ſit nimis ad honorem.
Iſte honor eſt ſine fructu, & effectu inſtar epiſcopi
qui renunciat epiſcopatui qui tantum honorem
epiſcopalem retinet, ſupra de epiſc. qui renun. c. 1. de renunc.
poſt tranſlationem. Ex tali enim honore inflato paſcuntur
domini prælati noſtri hominis.

1 **Inſignia quæ conſiſtunt** in † quatuor.
Primo in aſſi-
gnatione cathedrę, de quo 40. diſtin. militi. Secundo in dona-
tione birreti, de quo 30. diſtin. ſi quis virorum. Tertio in tradi-
tione libri, de quo 16. diſt. habeo librum. Quarto in cōceſſio-
ne oſculi, de conſecra. diſt. 2. pacem. De iſtis inſignijs, dixi ſu-
pra de foro compe. quamuis ſacris. in fi.

Grauari. Supra debitis, quod eſt graue onus, & iugis
ſollicitudo, argu. 10. q. 2. hoc ius porrectum.
2 Scientia enim † potiſſime ciuilis pręcio nummario, nec in ac-
quirendo vel alijs monſtrando non dehoneſtanda, ff. de vari.
3 & extraord. cri. l. 1. Nunquid ergo peccat doctor † recipiendo
pecuniam pro ſalario lecturę, vel pro concilio à ſcholaribus,
vel clericis ſuis. De doctore dicit Io. quòd non. ſi alias ſua nō ſup-
petant. Sed Bartholomęus dicit, quòd ſic indiſtincte, vt not. glo.
37. diſt. de quibuſdam. Hoſt. dicit in ſumma ſua iſto titulo, in
fi. §. verum a ſcholaribus, quod ſi gratis offerant data, quòd alias
abundet, poteſt accipere, ſed alias agere non poteſt, quia mul-
4 ta † accipiuntur, ſi gratis offerantur quæ turpiter peterentur,
ſupra de ſimo. ad quæſtiones. 28. diſtinct. eulogijs. De aduoca
cato, dic indiſtincte, quia poteſt recipere, vt 14. quæſt. 5. non
ſane. Crederem tamen quòd ſi tales poſſent de bonis eccleſiæ ho
norifice ſuſtentari, nihil deberent petere, ſed bene gratis obla
tum recipere, ſecundum Io. & Ho. arg. ſupra de reſcri. ſtatim.
in fi. lib. 6. Alias autem audacter petant à prælatis, & ſcholari-
bus, ſed obtinendo ab vno alius liberatur, arg. ſupra prox. in
fi. & ſupra c. placet.

Suſpenſum. Sed nunquid taliter ſuſpenſus ſi immi
ſceat ſe diuinis iterum durante tali ſu-
ſpenſione ab officio magiſtrandi irregularitatē incurrat? Cre
do, quòd non, cum non ſit diuinum officium, quod requiri-
tur ad hoc, quòd tranſgreſſor habeat irregularitatem incurre
re, vt 11. quæſtione tertia, ſi quis epiſcopus, & c. ſeq. Et dixi in
ſacramen. in tit. de irregularitate propter contemptum. & in
capitulo de ſuſpenſione.

SVMMARIVM.

1 *Mulieres nunquam intrant cum hominibus Meſquitas, id eſt, eccle-
ſias Paganorum, & alijs membris ſuis.*
2 *Sarraceni vnde dicantur.*
3 *Machometus quando fuit nutritus, & qualiter fuerit inſtructus.*
4 *Machometus quando incępit.*
5 *Priuilegia legis Machometi.*
6 *Maumetani colunt diem veneris loco diei Dominici.*
7 *Sarraceni, ſeu Maumethani quid ſentiant de lege Chriſtiana, & de
Chriſto.*

De Iudæis, & Sarracenis. Rubr.

CReditquid mundi. Sicut eſt in Ar-
ragonia, Valen-
tia, Miſſina, & in illis maritimis regionibus, de nouo
captis per Chriſtianos.

1 **Sarraceni.** Bene dicit de iure, quia mulieres † nun-
quam intrant cum hominibus Meſquitas,
id eſt, eccleſias Paganorum, & aliis membris ſuis, & dicuntur
2 Sarraceni † à Sarra vxore Abrahę, quia aſſerunt ſe exiuiſſe de
libera, nos de ancilla, quod eſt falſum, vt patet, ſupra eodem,
& ſi Iudæos.

3 **Machometum.** Iſte enim tempore † Bonifacij
Papæ Quarti, fuit nutritus per
quendam nobilem clericum qui exiens de curia Romana in-
dignatus pro eo, quòd impetrare non poterat, quod volebat
apoſtatatus eſt, qui fidem Catholicam accedens ad Regiones
Perſides, & Alexandriæ, mittunt ad eum iſtum Machome-
tum, & cum eo, quandam columbam quæ accipiebat grana
de aure Machometi imponendo os in aure eius, ſicut erudi-
ta erat quotiens dictus Machometus volebat, aſſerens dictus
clericus, quòd iſta columba erat Spiritusſanctus qui dicto
Machometo loquebatur, deinde iſte Machometus inſtru-
ctus fuit per quendam monachum Sergium, nomine qui
propter hæreſim Neſtoris, fuit expulſus ab aliis fidelibus
monachis. Iſte enim Machometus † de conſilio dicti mo-
nachi, dedit legem Sarracenis mixtam, & textam de lege
veteri, & noua, à noſtra extractam, multa noua, & extra-

nea, & per ſe ponens. Et incepit ab incarnatione Domini, millesimo ſeptingenteſimo decimonono, quem incipit, in illa lunatione Martij, & Aprilis, quo nos computamus milleſimo treceteſimo decimonono. Iſti enim Sarraceni cauſa recreationis per ſingulos annos habent accedere ad domum Dei, quæ eſt in Meta, ſiue Meſqua, vbi iacet Machometus. Sunt
5 enim inter alia priuilegia † quæ ipſe habebat dum vixit, & quæ poſtea poſt mortem ſucceſſoribus ſuis reliquit, & dimiſit, vt poſſent vti pro voto vxoribus aliorum, vt viros virtuis, & Prophetas generarent, Gabriele Archangelo hoc ei nunciante, vt hoc plenius in hiſtorijs inuenitur eccleſiaſticis.
6 Colunt † enim iſti diem veneris, ſicut nos diem dominicam
7 aſſerentes Venerem eſſe deam planetarum. Dicunt † inſuper quòd Moiſes fuit magnus propheta, ſed Chriſtus maior ſummus prophetarum ex Maria Virgine, virtute Dei, ſine ſemine virili vel hominis, tamen dicit ipſum non vere paſſum vel reſurrexiſſe, ſed alium hominem ſimilem ſibi hoc egiſſe, vel paſſum eſſe hoc docuit.

SVMMARIVM.

1 *Moniales qualiter debent loqui ſuis amicis.*
2 *Cautela contra ſollardos ſcholarium.*
3 *Graue eſt non extirpare contagia hæreſis.*

De hæreticis. Rubr.

MVltorum corporaliter. Et ſic, ſi eſſent præſbyteri iſti cuſtodes non ſufficeret leuare manum verſus eccleſiam, vel ponere ad pectus, ſicut mos in Francia, prout presbyteri iurant: immo oportet, quòd corporaliter iurent cum manu vel cum lacerto, vel cum capite, ſi manum non habent, ſic ſupra de electio. vt circa libro ſexto, vbi de hoc.

1 Quòd alicui. Hoc eſt ſecundum cap. audiat alter cultos, iſto modo loquātur † moniales ſuis amicis, & minoriſſę per feneſtras, & foramina ad hoc ſpecialiter deputata, quia ſemper dēnt habere auſcultratrices vetulas ne poſſint machinari malum, ſæpe tamen auris, & oculus fallitur talium vetularum, ſupra de probatio, cauſam matrimonij.

Diminutionem. Non contra Sollardos, & Garſiſtros ſcholarium qui pictaminant, & diminuunt quotidie pecuniam eis traditam pro negocijs ſuis dominis emendis, qui iurauerunt hoc non facere, quod intelligunt per ſe, & ideo hoc fieri faciunt per ſuos conſocios pro quibus etiam ipſi faciunt illud idem, contra quod eſt littera quæ ſequitur ibi, & idem iuramento, &c. Cautela
2 eſt † tamen, quòd iurent, quòd per ſe vel per alios non pictaminabunt, vt ibi patet, tamen propter hoc non ceſſabunt cū talis exactio eorum maliuolum animum non immutat, ſed potius craſtandi poteſtatem augebit, argumen. Inſtitu. de ſuſp. tu. §. nouiſſimè.

3 Prauitatem, Sicut graue eſt † non extirpare contagia huius criminis, vbi hoc faciendum eſt, ſic eſt graue, & malicioſum hoc contagium quærere in inſontem, & eis imponere falſo: in dubio tamen pro hæreſi præſumetur ſaltem ad pœnitētiam ſalutarem imponendam, ſupra de præſum. litteras. ſic regulariter omnibus alijs tangentibus periculum animæ, ſupra de homi. ſignificaſti.

SVMMARIVM.

1 *Delictum perſonæ redundat in damnum eccleſiæ.*
2 *Prælatus ſi commiſit feloniam contra dominum, feudo priuatur.*
3 *Fiſcus eccleſiæ quid ſit.*
4 *Clerici non debent ſe percutere, vel occidere.*

1 NOlentes delictum. Nota delictum perſonæ † in dānum eccleſiæ redundare non debet, ſupra de except. cum per venerabilem, & hoc eſt verum in committendo, ſecus in omittendo, quia negligentia iſtorum nocet eccleſiæ, vt de præſcript. placuit. Fallit primum in cau-
2 ſa feudi vbi ſi prælatus † commiſit feloniam cōtra dominum feudi priuatur, vt in lib. feu. de cap. cora. regis. capi. ſi clericus velut epiſcopus.

Bona applicari cum eccleſia non derelinquit, vt in glo. pręced. & not., eccleſiam, id eſt, prælatos eccleſiæ fiſcum habere: hic autem vocatur fi-
3 ſcus † theſauraria ſeu burſa quæ appellantur prælaturæ, ſeu prouentus alicuius prælati; ſicut res, & bona imperij dicuntur fiſcus, non autem propria bona Imperatoris vel prælati, arg. eorum quæ leguntur, Inſti. de vſuca. §. fi. & penul.

Portationis armorum. Nota, quòd in hoc caſu clerici nō de-
4 bent per ſe † percutere vel occidere, ſed bene alios hortari, & admonere, & ſuos officiales inducere, vt 23. quęſtione 8. hortari, cum multis capitu. ibidem poſitis, de reſtit. ſpoliato, olim perdat, de iureiuran. ſicut.

SVMMARIVM.

1 *Charitas perfectiſſima non poteſt haberi in hac vita.*
2 *Oſculum eſt peccatum mortale, ſi fiat cauſa libidinis adimplendę, vel dilectionis libidinoſæ.*
3 *Monachi non debent habere commatres & quare.*

AD noſtrum impeccabilis: Quod eſt contra illud, quod legitur in prima dominica 40. vbi dicitur: natura enim noſtra adhuc manente immortalitate mutabilis, &c.

Amplius perficere. Quod eſt contra Auguſ. dicētem, quòd perfectiſ-
1 ſima charitas † in hac vita haberi non poteſt, nec aliquis, ita perfectus quin alius perfectior poſſet haberi, de pœn. diſtin. 2. charitas. quicquid placet hoc ſæpe faciunt prælati noſtri de bonis eccleſiæ impinguati qui omnibus voluptatibus corporis ſeipſos exponunt.

Humanę creaturæ ſubiecti. Quod eſt cōtra Petrum Apoſtolum dicentem, ſubditi eſtote omni humanę creaturæ. de maiorita. & obed. ſolite.

Beatitudinem. Contra Pſalmum, tunc ſatiabor cum apparuerit gloria tua.

2 Eſt mortale. † Quod credo verum, ſi fiat cauſa libidinis adimplendę vel dilectionis libidinoſę cum longa temporis mora, iuxta verſum.

Viſus, & alloquium tactus poſt oſcula factum.

Cum ad hoc inclinat. Tamē ad illud, quod frequenter procedit hoc, & ideo hoc, ſcilicet, oſculum non propter ſe, ſed propter libidinoſam affectionem quę ex illo ſeruetur fiat, & ideo non hoc, ſed illud potius imputatur, argu. 15. qō. 1. c. merito. Alias ſi propter aliam cauſam oſculum fieret, non eſſet peccatum mortale, licet forſan in aliquibus veniale, & ideo præcipitur
3 monachis † ne faciant commatres, vt ipſas non habeant oſculari vel alias fœminas, de conſe. diſt. 3. monachi. corporis dulia ſi domino debetur, latria ſeruo.

SVMMARIVM.

1 *Dormiens an comparetur furioſo.*
2 *Dormitio qualiter diffiniatur.*
3 *Angelus quidam quid fecit dormiendo Pariſijs.*
4 *Loth dormiens filias ſuas impregnauit.*
5 *Irregularitas qualiter diffiniatur.*
6 *Irregularitas a iure poſitiuo introducta fuit.*
7 *Irregularitas quotuplex ſit.*
8 *Irregularitas a quo iure fuerit introducta.*
9 *Cauſa inſtitutionis irregularitatis quęnam fuit.*
10 *Charitas ordinata incipit a ſe ipſo.*
11 *Timor, vel conſectura an excuſet accidentem ab irregularitate.*

De homicidio voluntario vel caſuali. Rubr.

1 SI furioſus dormiens, Iſte † enim furioſis cōparatur, vt ſupra de bap. maiores, in fi. & etiā dormitio † quædam infirmitas eſt quæ hominem reddit totaliter extra mentem: ſed, quia tenet eum in quiete, & extaſi, ideo dicitur dormiens inſtar alterius naturaliter dormientis, & in hoc differunt a furioſo qui furorem laborando, & vexando ſuſtinet, iſte vero inquiete de quo in dicto capitulo maiores. Sed quid de illo ſocio meo, † anglico

qui

qui naturaliter dormiens in ſopore ſui ſomni, ſic fortiter in-
uolutus,Pariſius iuit de eccleſia Beati Benedicti,vſque ad flu-
uium ſequanę de nocte,& ibi quēdam puerum interfecit,de-
inde reuerſus adhuc dormiens poſuit ſe in lecto, nunquid eſt
4 irregularis? Vī,quòd non,exēplo Lothis † qui dormiens filias
ſuas impręgnauit, vt legitur 15.quæſtio.1.inebriauerunt Lo
this, quod ebriati non inceſtui imputatur,; plures etenim ita
profunde dormiunt, ꝙ in nullo ab iſtis dormientibus differūt
à quibus ęque ſicut ab amentibus vel iſtis dormientibus eſt
tempore ſomni caoendum, ſicut pluries vidi de facto.

Mutilet. Aliquod de principalibus membris, de cleri. pu.in cap.1.

Irregularitatem. Su. homicidij cum plures ſunt irregulares, de quo plene dixi
in ſacramentali in titulo de irregul.propter homic. Quæro ta-
5 men quid eſt † irregularitas? Et dic,quòd eſt impedimentum
ſeu repulſio executionis diuini officij quæ ipſo mox infligitur
occiſori. de tempor.ordin.capit. fina. Et dicitur irregularitas
quaſi extra regulam aliorum, & homicidium quaſi hominis
6 ceſſio. Et hæc introducta † eſt à iure poſitiuo, 2. quæſtione 6.
Item Daniel.licet fuerit à iure veteri, & in veteri teſtamento
præordinata in perſona Dauid de conſecra.diſtinctio.1.capi-
tulo primo. nec obſtat, 50.diſtinctio. Se contra. quia illa fue-
7 runt facta antequam eſſet irregularitas † per eccleſiam intro-
ducta. Item quot ſunt eius ſpecies? Dic quòd tres, quædam
quæ prouenit ex inciſione, ſeu deformitate proprij corporis,
& de tali nihil ad nos, & de ea tractatur de corpore vici. & de
cler. egro per totum. Alia eſt quæ prouenit ex deformitate
corporis alieni, & iſta triplex eſt, quædam quæ prouenit ex
morte,quædam ex membri mutilatione tantum, quædam ex
ſimplici iniectione cum propoſito occidendi. De duabus pri-
mis,ſupra capitu.per totum,de tertia,de conſecr.diſtinctio.1.
8 quàm periculoſe.Itē quæro à quo iure † fuit introducta? Dic,
quòd à Deo præordinata in perſona Dauid qui fuit præſina
tor noui teſtamenti,licet fuerit in veteri, ſed in nouo introdu
cta eſt à iure poſitiuo,vt ſupra patet.

9 Item quæ fuit cauſa inſtitutionis † illius? Dic, quòd error,
& ſcandalum exinde oriens,quia error eſt,quòd qui intinxe-
rat manus ſuas in ſanguinem humanum, intingeret manus
ſuas in ſanguinem Chriſti, & Hoſtiam immaculatam offerre
præſumeret, vel aliquod officium Chriſto exhiberet, vt 23.
quęſtione vltima,his à quibus,maxime cum in Dei imaginē,
ita ſeuit qui eſt homo. Sed hæc ratio ceſſat in muliere, quæ
non eſt imago Dei, ſed hominis,33.quæſtione 5. hæc imago,
& quia circa pacem habemus inſiſtere,23.quæſtio. 1.niſi bel-
la. non vindicare ad Roman. 12.Et quia contra charitatem fa
cit qua quis tenetur,diligere proximum ſuum,ſicut ſe ipſum.
Et ideo,quia fortius tenetur quis diligere ſeipſum quàm aliū,
10 quia ordinata charitas † incipit, a ſeipſo,l.præſes.C.de ſer.&
aqua,ideo fortius in hanc pœnā incidit mutilans ſeipſum quā
alium,licet vbique incurrat homicidium,23.q.5. ſi non licet.
de corp.vici.ex parte.

Vitare non valens, vt quia non venerat contra eum in manu potenti,
& brachio excelſo in tantum, quòd niſi ille aggreſſus vim vi
repellendo alium occiderit, veriſimile erat, quòd occideretur
ab eo, quod poterat ſuſpicari ex eo, quòd ipſum prius odio
perſequebatur capitali, vel quia talis erat qui facile tales fel-
lonias reducebat ad effectum, vel alia aliqua erant quæ indu-
cebant ſibi timorem mortis, & ſic non habebat expectare pri
mum ictum, quia forſan fuiſſet lętalis, & ſibi merito poſſet di
ci,tardi venere bubulci, contra ea quæ notat Hugo. cum ſuo
rigore,ſupra de ho.ſi perfodiens vbi de hoc.

11 Sed qualiter probabitur iſte † timor, quòd eſſet cautus, ꝙ
deberet conſtantem aduertere? Credo,quòd probabitur per
proprium iuramentum cum de intrinſeco eius agatur,ſcilicet
timentis, quod alias probari non poteſt, ſupra eodem ſignifi-
caſti,& de ſenten.excommunicatio.ſi vero, 2. de reſcript. ſta
tim. lib.6. cum etiam, quia eius periculum tangit, & quia de
ſtatu promotionis eius, & periculo animæ eius agitur,& non
alterius idcirco ſimplici confeſſioni eius ſtatur.de homi.ſigni-
ficaſti.2.cum de cæteris credendum eſt ſibi,&c.

Quid autem ſi aliquem vulnerauit, & propter imperitiam
medici mortuus eſt vel propter culpam vulnerati,videtur ni-
hilominus irregularis, ex quo cauſa fuit vulneris, & ſic per
conſequens mortis,argumen. ſupra eodem Petrus. Præterea
ſi illi qui eſt vulneratus ad mortem cum ſagitta ſagittam ex-
traham, vt citius moriatur ex hoc irregularitatem incurro
ex eo, quòd fui cauſa accelerationis mortis,licet non mortis,
multo fortius hic.

SVMMARIVM.

1 *Vſura reprobatur ex omni teſtamento,& iure.*
2 *Vſura reprobantur per concilium Nicenum.*
3 *Vſura reprobantur propter ſex cauſas.*
4 *Iurantes an poſſunt ſibi inuicem remittere iuramentum.*
5 *Concedentes,& ſtatuentes exactionem,& ſolutionem æquiparantur, niſi ſolutio fuerit iurata.*
6 *Chriſtiani,& Iudęi etiam prohibiti ſunt exercere vſuras.*
7 *Iudæi an poterunt immediatè citari ſuper vſuris ad inſtantiam chriſtianorum per iudices eccleſiaſticos, & per eos cogi ad reſtitutionem, vel remiſſionem earum.*
8 *Sſciens quòd parum lucretur pro vſura, ſi exerceatur, an permittat vſuras.*
9 *Eccleſia an,& quando de omnino occultis habeat iudicare.*
10 *Simonia mentalis,quæ in mente conſiſtit,damnatur.*
11 *Crimen vſurarum per difficile probatur ex eo quòd latenter, & occulte fit.*
12 *Vſurarij habent ſemper ſuas proxenetas,& mediatores.*
13 *Qualiter proceditur contra vſurarios.*
14 *Quando aliquis cogatur litteras,quas habet apud ſe, edere.*
15 *Vſura quid ſit.*
16 *Debitor an poſſit gratis creditori remittere vſuras,& ſponte.*
17 *Fautor vſurarius an ita puniatur,ſicut eas exercens.*
18 *Vſurę in quo foro habent petí.*
19 *Vſura eſt triplex.*
20 *Papa an vbi recipere vltra ſortem aliquid voluit non eſſe vſuram, ita voluerit non eſſe peccatum,& ita poſſit facere in omnibus caſibus.*
21 *Emptor an in emptione pura,reſoluenda tamen ſub conditione,faciat fructus ſuos ſi reſoluatur.*
22 *Res conſiderandę,& appreciandę ſunt non ex affectu ſingulorum,ſed communi æſtimatione.*

De vſuris. Rubr.

1 **EX graui iura diuina,** tam † veteris teſtamenti, vt
in Pſalm. qui pecuniam ſuam non dedit ad vſu-
ram, & Deuteronom.18. in lege Moiſi,vbi dicitur
neque inquit, vſuram eſcarum accipies,quàm in nouo,Lucę
6.vbi dicitur mutuum dantes nihil inde ſperantes.

Quàm humana. Vt patet per iura,ſupra poſita canonica,& de iure ciuili in au
thenti.de eccle.tit. quæ approbat concilium Nicenum vbi re
2 probantur † vſuræ,14.q.4.quid dicam.

Prauitatem. Sed vnde hæc prauitas ſeu reprobatio † vſuræ? Dic, quòd ex multis cau
ſis inſtitu.

Primo, quòd ex paupertate, quia quàm plurimum proxi-
mi,& maxime pauperes per hoc trucidantur, & depauperan
tur,vt 4.quæſtione 3.quid dicam.

Secundo, ex fame. Nam laborantes, & ruſtici prædia co-
lentes libentius ponerent ad vſuras pecuniam quàm in labo-
rationem,cum ſit tutius lucrum, & ſic non curarent homines
ſeminare,ſeu metere, quare pane noſtro quotidiano fruſtra-
rentur,& ſic fames totum mundum deuaſtaret.

Tertio, ex idolatria cum plus diligeretur pecunia quàm
Deus.46.diſtinctio.ſicut hij, ſupra de præbend. auaritiæ quæ
eſt idolorum ſeruitus.

Quarto, dilectio fratrum, nā charitas quæ eſt diligere pro-
ximum,ſicut ſeipſum,hic extinguitur,cum nō eſſet vera com
paſſio ſubuenire ei amore pecuniæ vel lucro eius.

Quinto, res aliena ex quo in mutuo res mea tua facta eſt,
tibi non mihi debet ſeruire, & eius vſus debet eſſe tuus,non
meus, & ſic in mutuo habet tantum locum, non in aliis con-
tractibus,vt infra patebit,& probat hoc plane 14. quæſt. 3. ſi
fęnerariis, & ſupra eo.conqueſtus.Et dic, vt ibi.

Sexto, abuſus rei, nam vtendum eſt aliquo quo ad illum
vſum ad quem fuerit deputatum ſeu inſtitutū, 12. quæſtione
ſecunda,is autem,& 45.diſtinctione, licet, & ſupra de appel-
latio. perſonas, in prima glo. Sed ita eſt, quòd pecunia non
eſt inſtituta ad germinandum,ſicut nec ſal, ergo contra natu-
ram eſt ipſam facere germinare.Et ſic ſunt ſex cauſæ propter
quas reprobatur vſura. Verſus.

Paupertas fames idolatria dilectio fratrum.
Res vetat vſuras aliena rei vel abuſus.

Iuramento. Immo eſt potius periurium, de iureiur. contingit in nonnullis, lib. 6. Sed poſito
4 quòd illud iuramentum eſſet licitum, nunquid poſſent ei † renunciare motu proprio iurantes? Videtur quòd ſic. ſupra de iureiuran. c. 1. & c. debitores. de reg. iur. omnis. dic. quòd ſi aliqui iurant ſe facturos aliquid, quod pertinet ad cultum Dei, aut religionem vel pietatem, nequeunt iurantes ſibi remittere talia iuramenta: ſi verò iurarẽt duo ire vltra mare in ſimul, poſſent tamẽ ſibi remittere, quòd non irent ſimul, vel ſi iurarent religionem intrare, vel pro inuicẽ pſalteria dicere vel aliquid dare eccleſiæ de ſuo communi eiſdem. Si autem iuramentum reſpicit temporale commodum, aut iurant illud ad quod ſine iuramento nihilominus tenebantur, puta carnifices iurant non vendere carnes infectas pro ſanis, vel mercatores nihil carius vendere pro expectatione termini, &c. non poſſunt remittere ſibi inuicem tale iuramẽtum, quia propter ſalutem animarum videtur eſſe iuratum hic. Aut iurant illud, quod alias ſine iuramento non tenebantur ſeruare: & tunc ſubdiſtingue, aut obſeruantia iuramenti ſpectat tãtum ad commodum vel incommodum iurãtium, quia iurant de dando vel faciendo aliquod ſibi inuicem, & tunc poſſunt ſibi inuicem remittere tale iuramentum propria auctoritate, puta iuro tibi ſcribere librum, & tu iuras mihi ſoluere pro hoc 10. Si vero non iurant ſuper aliquo faciendo, vel dando ſibi inuicem, ſed alias iurant aliquid ſe facturos vel daturos, tunc nõ poſſunt ſibi inuicem remittere. Similiter cum iurant, & non intendũt Deo ſe obligare, ſed homini, nihilominus non poſſunt abſolui ab homine. Si iurant ſe aliquid facturos in fauorem Dei, ſicut ſi iuraſſem tibi, quòd darem quinque Titio in fauorẽ Titij, non poſſes mihi hoc iuramentum remittere.

5 **Repetentibus.** Nota hic æquiparari † concedentes, & ſtatuentes exactionem, & ſolutionem, niſi ſolutio fuerit iurata, ſupra de iureiuran. debitores. Item compulſionem ad ſoluendum, & impedimentum repetitionis quocunque colore, nunquid ergo Rex Aragoniæ, vel eius officiales leuãtes tributum à Iudæis quibus permittunt vſuras excipere impedientes repetentes vſuras a Iudæis ne repetant inciderint ne in hanc ſententiam. Dic quòd non
6 eſt dubium, quòd non ſolum Chriſtiani † immo, & Iudæi prohibiti ſunt vſuras exercere, vt ſup. dictũ eſt in l. veteri. maxime Chriſtianis eodem c. quanto. & c. poſt miſerabilem. Sed nun-
7 quid poterunt immediate † citari Iudæi ſuper hoc ad inſtantiam chriſtianorum per iudices eccleſiaſticos, & per eos cogi ad reſtitutionem vel remiſſionem earum. Credo, quòd nõ, immo primo ſunt compellendi per iudices ſeculares ad requeſtam eccleſiæ per c. poſt miſerabilem, ſupra eod. Sed ſi fuerint negligentes, tunc procedet iudex eccleſiaſticus, ſupra eo. quanto. & de iu. poſtulaſti. cum concordantijs.

8 Sed nunquid ſtatuentes, † quòd ſubditi ſui nõ poſſint pro libra in anno recipere vel vltra duos ſolidos in anno, & hoc ſub pœna non tamen dicunt, quòd faciant vſuras. Sed ſi faciant, non plus capiant, nunquid incident in pœna infra ſcripta? Videtur, quòd ſic, cum quodammodo audaciam, & colorẽ fenerandi, dent ſaltem indirecte, quòd denegando de maiori videtur concedere de minori, argum. l. maritus. C. de procu. Contrarium videtur, quòd negatio præpoſita ſigno vniuerſali omnia negat ſecundum logicos, ideo talia ſtatuens nedum de maiori, immo de minori negaſſe videtur, & qui illud permittat, vt magis malum euitetur, hoc tamen propter, hoc nõ concedit, 14. diſtin. c. 1. 31. q. 1. cap. hac ratione, quod credo verius dummodo tamen fraus eſſet in hoc.

Facere. No. iſta ſinonima. ſ. facere, dictare, ſcribere, ſententiare, idem credo ſi legat iudicatum, quia omnes iſti infraſcriptam pœnam incurrunt.

9 **Occulte.** Nota iudicem eccleſiæ, & eius pœnam † ad actus omnino occultos extendi, quod eſt verum, ſi duo concurrant, ſcilicet, ſi pœna procedat ex claue, ſicut eſt cenſura eccleſiaſtica, & ſecundum eſt, ſi peccatum ſit pro quo fertur cenſura eccleſiaſtica, diuina l. prohibitum expreſſe, & damnatum, ſicut eſt vſura, & etiam vera ſimonia, vnde ſola ſpes quæ omnino poteſt eſſe occulta hic damnatur, ſu-
10 pra eo. conſuluit, & etiã ſimonia mentalis † quæ in mente conſiſtit, damnatur, ſupra de ſimon. cap. ſi. Secus autem eſt in alijs peccatis ſeu pœnis in quibus alterum iſtorum ceſſat, in quibus actus omnino occultus, vt credo, non cadit ſub præcepto militantis eccleſiæ, ſupra de hæreti. volentes. §. placet.

Vix conuinci poſſunt. Quod vix fit tamen fit, ſupra de cog. ſpi-
11 ritua. per cathechiſmum. Et no. crimẽ † vſurarum difficile ad probandum pro eo, quod latenter, & occulte fit, & iſti vſura-
12 rij ſemper † habent ſuos proſenetas, & mediatores per quos committunt ſuas vſuras ita, quòd pignora quę recipiunt tranſeunt per tres vel quattuor manus antequam poſſint peruenire ad eos, vt ſecretius, & magis occulte ſuas vſuras exerceant,
13 † qua proceditur contra eos ſummariè, & de plano, non ſeruata forma, & ſtrepitu iudiciorum, ſupra de iudic. diſpendioſam. Et ſi iſti non poſſunt clare cõuinci, procedat iudex contra eos ex perſpicuis indicijs, recipiendo teſtes contra eos proſenetas, & mediatores, & eos cum quibus dicitur crimen cõmiſiſſe, argumen. de teſt. quoniam aliqui, & pręcipiet ſub pœna excom. quòd quicunque hæc ſcit, diuulget, & dicat in publico vel alias procedet cõtra eũ per alias legitimas probationes, puta per teſtes vel inſtrumenta vel per conſtitutionem, ſupra de iureiuran. ad noſtram. vel his deficientibus per argumenta, puta per famam, vt ſupra eod. in c. cum in diocęſi, vel quia conſueuit prius eas exercere.

Suarum codices. quibus ſtandum eſt, vt no. gl. 24. quæſtio. 3. ſane ij, quod eſt eſt ſpeciale propter periculum animæ alias nulli dicẽdum, vt ea quæ contra ſe ſunt apud ſeipſum debeat quærere, in mentemque proferre, ſupra de probatio. cap. 1. vel dic contrarium regulare verũ. Sed fallit in rationibus quæ ſunt communes. ff. de iure fiſci. in fraudem. §. ex his. ff. de edendo. l. ſi quis. §. ex
14 ratione. & l. argentarius. Sed nunquid fiet † editio iſtorum codicum cum die, & conſule? Credo, quod ſic, cum ſint communes, vt dixi, & ad ſciendum quando & qualiter debet fieri talium editio, ſic diſtingue, quia aut quæris de litteris apoſtolicis, ſeu quibuslibet alijs iudicialibus quę ſunt communia, & talia ſunt edenda omnia, vt ſupra de reſcriptis. capitulo ſi autem. & capitu. plerunque. Aut de alijs, & tunc aut ſunt communes, aut non. Si ſint communes, tunc ſunt edendæ cum die, & conſule, vt hic. Aut propriæ, & tunc aut vis vti eis, aut non. Si non, licet aduerſarius velit ex his fundare intentionem ſuam, tunc nullo modo ſunt edendę. ſupra de probationib. capitulo primo. Aut vis vti, & ſic ſubdiſtingue, quia aut vult dicere, quod ſint falſa, & tunc omnia ſunt edenda, ſupra eo. inter dilectos. aut non vult ea dicere falſa, & tunc ſunt edenda ſine die, & conſule ne præſtetur materia fabricandi falſum. ſupra de fide inſtrumen. cap. 1. recepto primo ſi vis iuramento, vt ibi notatur de triplici editione. Dic Inſtit. de inutili. ſtipula. §. item verborum.

Exercere vſuras. Non eſt dubium quin vſura in quo eſt vſura vera, ſit peccatum mortale, & in hoc dubitare eſt periculum. Sed dubitare, an in hoc caſu ſit vſura vel non vel in iſto, non eſt periculum, vt in capitulo nauiganti. ſupra de vſuris. Vnde ſi vis ſcire quid ſit vſura in caſu noſtro? Dicas, quòd quic-
15 quid vltra ſortem † requiritur in contractu mutui eſt vſura, quod quidem mutuum conſiſtit in numero, vt in pecunia in pondere, vt eſt piper, æra, & aliæ res ponderabiles: in menſura, vt eſt frumentum, & bladum, & vinum, & ſimilia, 14. quæſtio. 3. plerique. & eſt ſpeciale in mutuo, quia ex quo res mea tua facta eſt, non mihi, ſed tibi amodo debetur commoditas illius rei, & tibi ſeruire debet, vt ead. quæſt. ſi fœneraris. Eſt etiam vſura vſus rei vel vſus reus. Vnde verſus.

Quicquid adeſt ſorti ratione rei mutuatę.
Si petat exigat intendat ſit ſemper vſura.

Item dicitur vſus vſura rei, quia vel reus vſus, ergo quicquid plus receperis, vltra dederis, vſura eſt, vt eadem quęſtione. capitu. vſura. Quod intellige ſi cauſa lucri capiendi illud receperis. Secus autem ſi cauſa vitandi damnum ſuum, verbi gratia. Tu debebas mihi ſoluere ducentas libras in feſto Paſchæ, cum quibus debebam ire ad nundinas cauſa emendi merces, tu diſtuliſti ſoluere per longum tempus, ex quo non potui ire ad nundinas, quapropter multum ſum damnificatus. Certe poſſum petere ducentas libras, & nihilominus totum damnum, quod paſſus ſum, ratione retardationis ſolutionis, maxime in contractibus bonæ fidei, quia tunc non petitur vſura tanquam vſura, ſed tanquam intereſſe non iure actionis, ſed officio, vt reddatur indemnis. ff. pro ſocio. ſocium. ſupra de fideiuſſ. capitu. primo. 14. quæſtione tertia. quoniam vbi de hoc intereſſe notatur 12. quæſtione ſecunda, ſi quid de clericis.

Item etiam ſi contraham ſocietatem, ita quod vnus ſocius præſtat pecuniam, & alius laborem ſuum tantum, & lucrum, & damnum ſpectet inſimul ad vtrunque, licitę ſit, vt

ff. pro

ff. pro ſocio. l. quinta, inter alios conſueuit dubitari, an de
26 bitor poſſit gratis † creditori remittere vſuras, & ſponte Hoſtien. not. ſupra de ſenten. excommuni. cum deſideres. §. 3. ꝙ ſic, quàmuis ipſe feudator eam in actu debitori nō reddat vel offerat, de hoc etiam not. ipſe Hoſtien. in ſumma huius titu. §. quæ pena. ſub. §. eſt autem vſura. Aliqui tamen theologi tenent quod nullomodo poteſt remitti in odium vſurarū. Gauf. videtur innuere quòd ſi timore nullę ſolutionis fiat conuētio vel pactū de certa parte retinēda vel etiam timore aliquo non valet, ſed ſi alias oblatam ei pecuniam det gratis, bene valet, de quo alias per Hoſtien. in locis ſupradictis.

Hæreticum puniendum. Nota vnā penā cōtra vſu-
27 ſurarios licet non exercentes in quo † magis punitur fautor auctoritatis ſiue defenſionis quàm fautor operis, de quo de offic. deleg. cap. 1. ſunt non exercentes per ſe ſed cooperantes in exequendo, & producendo ad effectum, ſicut ſunt illi de quibus in princip. & §. 1. qui etiam magnam incurrunt excommunicationem, ſed non tantum quantum iſti. Sunt, & tertij qui non per ſe ſed cum eorum domibus eis fauent de quibus, & eorum pena habetur in capit. vſurarum. ſupra eo. lib. 6. Sunt quarti qui per ſe pro alijs vſuras exercent vel per alios pro ſe, & iſti non tantum delinquunt quantum ſuperiores quantum ad quid, niſi quandoque credāt peccatum eſſe vſuras facere, tamen magis diligunt pecuniam lucrari quàm peccatum euitare, 15. quæſtio. 1. cap. merito. & iſti diuerſas penas incurrūt quandoque, quia carent eccleſiaſtica ſepultura. Item ſi clerici ſunt, deponendi ſunt ab officio, & beneficio eccleſiaſtico, & multas alias de quibus legitur ſupra eod. quia in omnibus, & cap. vſurarum. & cap. quamquàm. lib. 6. de vi. & ho. cleri. cleri
28 ci. cum ſimilib. Si quæras in quo foro habent peti vſurę? † Dic
29 quod triplex eſt vſura, † quædam vera deducta in pactum vel aliàs expreſſa, ſupra de exceſſu prælat. inter dilectos. vbi dabantur 11. & 12. quo caſu petuntur in foro eccleſiæ per quē vſuræ ſunt prohibitę, & repetuntur condictione indebiti vel officio iudicis. ſupra eod. vſurarum. Eſt & alia mentalis quæ ſola ſpe committitur, capit. fina. de ſi. nec aliud de exterius apparet, & talis non poteſt peti iure fori, ſed tantum iure poli in foro animę, niſi aliqualiter per aliquas coniecturas poſſit exterius reuelari, quia tunc ſecus, ſupra eod. conſuluit. & capit. in ciuitate. de pig. illos vos. de empti. ad noſtram. Et intellige, ꝙ per viam ſupplicationis in foro animæ poterunt repeti gratioſę ab executoribus, vel hæredibus defuncti ſi emolumentum receperit hæres. Sed ſi nihil receperit hæres, ſufficit de mente corruptā agere poenitentiam. ſupra de ſi. cap. fin. Tertia eſt quæ licet ſit augmentum vel acceſſio ad ſortem, non tamen eſt vſura, ſicut in caſu ſocietatis, & vbi etiā quis certat de damno vitando ad intereſſe, vt dictum eſt, & hoc debet peti foro ſuo proprio in quo actor habet ſequi forum rei, & ſic ſi reus fuerit laicus habebit actor illud petere in foro ſeculari, ſupra de foro competen. ex tenore. Quid ergo erit in caſib. his in quibus iura permittunt vſuras, ſicut in dote vel decimis mille a laico detentis. ſupra eo. cap. 1. & cap. conqueſtus. & 14. quæſt. 3. in ſumma. Dic quod ſi aliquis a viro laico exigat, & ille vir excipiendo replicet hoc eſſe in caſu a iure ſibi permiſſo, & ſic ſuper hoc petit remitti, credo, quòd mille petat, cum de re eccleſiaſtica agatur, & ſic iudicis eccleſiaſtici erit cognitio, an ſua ſit iuriſdictio. ſupra de ſenten. excommun. ſi iudex,
30 libro ſexto. Sed nunquid ſicut † remouit vſuram ita, quod voluit, & ordinauit non eſſe peccatum recipere vltra ſortem in illis ſpecialibus caſibus, ita poterit in omnib. de mundo omnino, & ſic de peccato vtraq; lege dānato, poterit facere nō peccatum. Credo quod non, quia aliqua licent in ſingulis quę nō licēt in vniuerſali: ſicut Papa prohibere poteſt aliquas perſonas particulariter ne contrahant, & tamen non poſſet vniuerſaliter prohibere omnes tollendo matrimonij ſacramentum, aliàs eſſet peruertere totum ſtatum fidei, quod non licet, ſed
31 quid fiet † de illa emptione quæ quotidie fit pure, & in ſua forma reſolutiua, tamen ſub futura conditione ſic vendo tibi caſtrum iſtum, ſed ſi precium quod modo mihi das, obtulero cū effectu citra quattor annos vel plures vel pauciores, emptio reſoluatur, & caſtrum ad me reuertatur, nunquid ſi paru modico precio fiat ad illum finem vel quia penes emptorem res remaneat, vel ſi ego recuperem eam ipſe poterit interim lucrari fructus quod eſt de natura iſtius contractus, vt patet. C. de pac. inter empto. & ven. l. 2. Nunquid potero aliqualiter fructus petere ſi rem recuperem vel ſi remaneat penes emptorē, & vēditio duret, potero agere ad ſupplementū iuſti precij, cū citra dimidium iuſti precij fuero defraudatus, & ſic nō habet locum l. rem maioris precij. C. de reſcin. vend. Ad hoc credo dicendum, quòd iure fori in contentioſo, ſcilicet iudicio nihil poſſit peti, cum ex forma ſua non ſit contractus vſurarius, vt ſupra de pign. illo nos, & ideo ipſo viuente non poſſet idem compelli niſi alias gratis, & ſponte ipſe per ſe vel aliquid ex deuotione ſibi facere conſcientiam iure poli, potius ꝙ iure fori, vt decimaſeptima quæſtione 3. quicunque. Si autem mortuus ſit & non præcepit hæredi vel executoribus ſuæ vltimę voluntatis ſuas iniurias emendari, vel aliena reſtitui, & tunc idem, niſi hæredes vellent aliàs gratis habere conſcientiam, vt in iuribus ſupra dictis. Si autem ab hæredibus vel executoribus præcepit præmiſſa fieri, credo, quòd tunc in foro cōtentioſo ad hoc non poſſit compelli: bene tamen facient ſi aliqualem emendam faciant, contra res tamen valet quantum vendi poteſt. ff. ad l. fal. l. quærebatur. & l. in l. lege. & ad l. aq-
22 li. ſi ſeruus. Vnde non ex affectu † ſingulorum, ſed communi æſtimatione res conſiderandæ & appręciandę ſunt. ff. ad l. fal. l. pręcia. Sed hic non fuit emptio facta communi ęſtimatione quo ad ſupplementum poteſt procedere. ar. eorum quę leguntur. ſup. de vſur. c. in ciuitate, de empt. & vend. c. cū cauſa.

SVMMARIVM.

1. *Interminatio an contineat comminationem vel ſententiam.*
2. *Oblationes quę ſint prolegioſis.*
3. *Domini intereſt non grauari ſuum ſubditum.*
4. *Reus in criminibus, de cuius fuga timetur, an ſit remittendus per iudicē appellatum ad iudicem appellationis, ſi ab interlocutoria grauamine, vel diffinitiua fuerit legitime appellatum, an potius pendente appellatione iudex appellatus habebit cuſtodire eundem.*
5. *Epiſcopi poſſunt leuare caritatiuum ſubſidium.*
6. *Eccleſia polluta cuius expenſis ſit reconcilianda.*
7. *Defenſio legitima, quæ nō poteſt in his eſſe, quę iuris ſunt ſine aduocatis, etiam diabolo denegari non poteſt.*
8. *Religioſi poſſunt habere eccleſias curatas ad menſam ſuam, in quibus faciunt ſeruiri per ſuos uicarios, quos ad menſam ſuam tenent.*
9. *Eccleſia non uacat per mortem emptoris fructuum eius, uel firmarij.*
10. *Pręſcriptio qualiter differat in his, in quibus reſiſtit ius commune, & in quibus non.*
11. *Pręſcriptio differt à conſuetudine.*

De exceſſibus prælatorum Rubr.

FRequens nō conceſsis a iure. Conceſſum eſt eis in cauſis hæreſis. ſup. de hæreti. ad abolendam. & dixi ſupra de hære. c. multarum, in fi. Item in caſu decre. volentes. ſupra de priuil. in prin. in caſu cap. ſuſcepti. de præben. lib. 6.

1 **Interminationem.** Si vis ſcire, an tales interminationes † comminationem vel potius ſententiam latam contineant? Diſtingue, quia aut primo erat lata ſententia excom. puta per ſtatutum, & poſtea interuenit talis comminatio, tunc infert ſententiam excommuni. ita quod erit duplici ſententia ligatus. ſupra de ſenten. excommuni. a nobis, aut non præceſſit ſtatutum, & & tunc ſubdiſtingue, quia aut eſt prolata a canone, & tūc nūquàm excommunicationem infert, 30. diſtin. per totum, aut ab homine, & tunc reſpicitur iudex, nam ſi ferat ſic, prohibeo ſic ſub pena excommunicationis ne tale quid fiat ſi poſſit probari per circunſtantias, quòd animo fecerit promulgandi ſentētiam, tenet. Vel ſi aliquis ſic ferat, & ipſe dicat ſe habere animū ferendi ſententiam, tenet, quia eius eſt interpretari cujus eſt & c. ſupra de ſenten. excommuni. inter alia, & etiam antequam fuerit interpretatus tenet ſententia, & tunc eſt excommunicatus. ſupra de homic. ſignificaſti. & dic vt hoc notat Hoſtien. ſupra de bapt. cap. vno.

Miſſas. Quas audire poſſunt, dum tamen in diebus dominicis, & alijs ſolennibus diebus annu ſuas matrices eccleſias non deſerant. ſup. de parochia. cap. vt domi-
2 nicis. & eſt religioſorum, † quicquid eis a fidelibus illis diebus offertur illis miſſis. ſupra de ſtat. mon. capit. 1. in fi. præter ꝗ de canonica portione debita eccleſijs matricib. & epiſcopis, de contradic. vt ſupra de ſepult. capit. 1. & capitu. ſequen. de teſta. requiſiſti.

3 **Ob prædicta.** Et ſic nota ꝙ domini † intereſt non grauari ſuum ſubditum, & pro grauamine illato ſubditis dominum poſſe appellare, & maxime

ſi in-

ſi intuitu domini grauamen inferatur ſubiecto. De quo plene per Innocen. de appel. dilectis. de probat. licet cauſam. in fine. & dixi. ſupra de reliquijs. ſi dominum.

Carcere mancipari. In hoc caſu videreť potius recurri debere ad iudicem appellationis, ſi prius erat per iudicem appellatū car
4 cere mancipatus. Nunquid ergo in criminibus† reus de cuius
ſuga timetur, eſt remittendus per iudicem appellatum ad iudicem appellationis ſi ab interlocutoria grauamine vel diffinitiua fuerit legitime appellatum, an potius pendente appellatione iudex appellatus habebit cuſtodire eundem, magna eſt quæſtio in tholoſano, & fuit antiquitus in Narbonen. archiepiſcopatu, & de facto quare nolo præcipitare ſententiam.

Deferentes. Maxime ſi aliàs rationabilis erat quòd ſi non differat ſi iudex ſit eccleſiaſticus non deferens debet deponi. 2. quæſt. 5. decreto. ſi laicus in 30. pondo auri multari. C. de appell. iudices.

5 Subſidia. Nota hic, quod epiſcopi poſſunt† leuare charitatiuum ſubſidium nedum a rectoribus immo, & a prioribus, & alijs prælatis etiam religioſis exemptis, quod credo verum ſi curam animarum per ſe vel per alios exerceant ſuos vicarios perpetuos dum tamen non ſint exempti tam in ſe quàm in membris, ſupra de officio ordina. conquęrente.

Excedant. Et ſic ſolus exceſſus hic reprobatur, non autem ipſa exactio, & ſic nota quòd nedum ſubſidium, vt hic, ſiue hoſpitalitas, vt ſupra de præſcrip. cum ex officij, immo etiam procuratio annexa viſitationi, vt ſupra de cen. Romana. vel conſecrationi eccleſiæ ſeu altarium, ſupra de ſimo. cum ſit, vel etiā reconciliationi eccleſiæ quę ex pollutione eccleſiarum ſequitur exigi poſſunt, & ſic intellige, ſupra de cenſi. cum venerabilis. in fine. nec propter hoc data ſunt bona menſę ſuę epiſcopo, ſed potius propter onera ordinaria, & officia quæ ſibi incumbunt, ſed ſolum ille qui cauſam pollutioni dedit, hoc ſoluet, vt dixi, ſupra in capitu. graui. de celebra. miſ. argum. ſupra de offic. ordina. ſi canonici. libro
6 ſexto. §. placet. & de iniur. capit. vlti. vel eccleſia quæ eſt †reconcilianda cum ſuis parrochianis, vt ſupra de eccleſia. edic. capitu. primo, & ſi non ſunt ſoluendo faciet epiſcopus, vt notatur, 10. quæſt. 3. cauendum. 1. quæſtio. placuit. in Authenti. de manda. principum.

In cauſis. Hoc enim fit perperam. cum iſti notarij, & iudices publicum gerant officium, 23. quęſ. 2. per totum, & quæſt. 5. adminiſtratores, & ſupra de fide inſtrumen. capitu. ſi inſtrumenta. nec alij denegandus eſt aduocatus ſi petierit, ſupra de offic. iudic. ex litteris. nec in facto hęreſis ſeu fidei, dum tamen ea contra quæ ſunt facti principales perſonæ per ſe reſpondeant, niſi forſan multū indiſcrete
7 fuerint, ſupra de iudic. paſtoralis. legitima enim defenſio †quæ non poteſt in his eſſe quæ iuris ſunt ſine aduocatis etiam Diabolo denegari non debet, ſupra de except. cum inter, vbi excommunicato qui hæreticus cenſetur. 3. q. 1. ca. 1. omnis legitima defenſio reſeruatur, vt ibi.

8 Curam animarum. Nota quod religioſi† poſſunt habere eccleſias curatas ad menſam ſuam in quibus faciunt ſeruiri per ſuos vicarios quos ad menſam ſuam tenent, ſupra de capell. mo. vt conſtitutio. §. ſanè. vbi de hoc dixi. Ita quod epiſcopus nihil in eis habeat, neque ea quæ ſunt iuriſdictionis, dignitatis, ſeu ordinis epiſcopalis, quod eſt quādo iſti religioſi curatos ſuos faciunt a quo valuerint epiſcopo ad ſacros promoueri, & ſacramenta epiſcopalia inibi impendi, & iſti curatos ſuos inſtituunt, & deſtituunt, ſicut habet abbas claunicen. & hoc poſſunt habere vel ex priuilegio Papæ, quod oportet oſtendere, ſupra de priuileg. recepimus. Item de conſuetudine præſcripta, ſi tamen inueruertendo poſſeſſionem vice Papæ vel alterius ſuperioris fuerit introducta, ſupra de præſcript. auditis. non tamen vice ſua, ſupra de præſcript. cum non liceat. nec poſſes hoc habere ex collatione illius epiſcopi, ſupra de cenſi. cum ſit, vbi de hoc dixi.

9 Non vacent. Nota eccleſiam non vacare†per mortem emptorum fructuum eius ſeu ad firmam tenentium etiam vſque ad tempus totum vitæ ſuæ, vel ad aliud tempus, quia iſti non habent titulum. Item neque etiam per mortem penſionarij, immo illis conſolidatur, ſupra de præben. quamuis. lib. 6.

Memoria. In tali enim pręſcriptione non eſt curandum de titulo etiam in his in quibus ius
10 commune eſt in cōtrarium, †multominus in his in quibus ius commune non eſt contra, vt probatur ſupra de verborum ſignificatio. ſuper quibuſdam. de præſcript. epiſcopum. libro ſexto. Sed vbi conſuetudo valeat, ſufficiunt in talibus vel ſimilibus pręſcriptio. 10. vel 10. annorum, exceptis his in quibus eſt ius commune in contrarium vel præſumptio, in quibus requiruntur 40. & ſufficerent ſine aliquo titulo, & in hoc
11 differt conſuetudo a præſcriptione, † vt not. Hoſtien. & Innocent. de præſcripti. capitu. fina. & dixi. ſupra de conſue. capitu. cum in tua. libro 6.

SVMMARIVM.

1 *Presbyter curatus poteſt aſſumere ſibi vicarium in adiutorium, quem voluerit.*
2 *Mitius agitur cum canone, quam cum homine.*
3 *Sententia per modum ſententię non poteſt ferri pro futuris culpis, ſed bene per modum ſtatuti.*
4 *Culpa peccati qualiter diffiniatur.*
5 *Rancor ſiue offenſa generata in animo Dei ex ipſo peccato, ab ipſo ſolo & non ab aliquo eius vicario remiſſibiles ſunt.*
6 *Verbum ſolum Dei dimittit peccatum.*
7 *Quis meretur pęnas inimicę iuxta quantitatem offenſæ.*
8 *Deus miſericors qualiter abſoluat peccatorem.*
9 *Abſoluens peccatorem a peccato, non autem ab excommunicatione, an ſit excommunicatus per præſentem clemen.*
10 *Nemo excommunicatus debet admitti ad ſacramentum pęnitentię, vel ad alia ſacramenta, niſi primo fuerit abſolutus.*
11 *Nemo ſaluatur exiſtens extra vniuerſalem eccleſiam.*
12 *Deteriores qui ſint, qui mores corrumpunt, vel qui bona.*
13 *Papa ſolus quando in pęna iuris diſpenſet, & quando etiam epiſcopus.*
14 *Pęnitentię in foro animę ſunt arbitrarię.*
15 *Eccleſia an teneatur ex contractu, vel delicto perſonę.*

De priuilegiatis, & exceſ. priuilegiatorum. Rub.

Religioſi ſolennizare. Non dicit fędus contrahere quod poteſt fieri, dum tamen aliàs ſolenniter bāna edantur in locis quibuſcunque, & tempore interdicti, & per excommunicatos, & in temporalibus ad hoc a iure deputatis vel alijs. argumen. eorum quæ notantur ſupra de eo qui dux. in ma. ſignificaſti. de ferijs. capellanus. Sed ſolennizari in eccleſia non poſſunt niſi certis temporibus, & per ſuos proprios ſacerdotes, vt hic, & in dicto capitulo capellanus, quod eſt contra religioſos exemptos qui non verentes ſuos ordinarios propter ſuam exemptionem celebrāt pro voto in ſuis eccleſijs matrimonia ſuſpecta, & interdicta.

1 Licentia ſpeciali. Ergo presbyter † parrochialis curatus quantumcunque ſimplex ex quo eſt ſibi cura commiſſa in adiutoriū ipſius curę poterit aſſumere ſibi ad tempus presbyterum quemcunq; religioſum vel alium ſine cuiuſquàm ſuperioris licentia, vt ipſum iuuet forſan in 40. pro confeſſionibus audiendis ſuorum ſubditorum vel pro adminiſtranda eis euchariſtia in die paſchę, vel pro miſſis celebrandis, & vel in officio prædicandi. Dum tamen ſit ſufficiens, & conſtet de ſufficientia eius vt notat Innocen. in cap. tua. de cleri. pere. de hęret. excommunicamus. 1. §. quia vero, quia ex quo ſunt ordinati, poſſunt adminiſtrare ita bene, ſicut alij, ſi materiam haberent, de hoc dictū eſt, ſup. de offi. vica. c. vno. circa ſecundam partem.

Canonum. Sed nunquid eandem ſententiam incurrunt, ſi abſoluant a ſententia lata ab homine, puta per os proprium Papæ, vel per litteras aliorum inferiorum? non videtur a contrario ſenſu. Et quia ſi de hoc intellexiſſet, hoc dixiſſet, ſupra de deci. ad audientiam, ſicut dixi de canone vel ſtatutis, & præterea cum ſit pęnalis reſtringenda eſt ad ſuum caſum, ſupra de elect. ſtatuimus. libro ſexto. Et contrarium videtur, quod ſi hic prohibetur hoc in ſententia canonis vel ſtatutorum, ergo multofortius eſt in ſen-
2 tentia hominis prohibendum cum minus † agatur cum canone quàm cum homine. ff. de arbit. celſus. ſupra de re iudic. cum ęterni. in fine.

A iure expreſsis. Qui ponuntur, ſupra de ſentē. excomm. cum illorum. de vita & honeſtate cleri. c. o. quoniam vt ait.

Per ſtatuta. Non dicit per archiepiſcopos vel epiſcopos lata, ſed per ſtatuta quare non videtur iſte canon per homines ad ſententias latas extendi.

Pro-

3 **Promulgatis.** Per modum ſtatuti † non autem per modum ſimplicis ſententiæ, nã iſto
modo poteſt ferri ſententia pro futuris culpis, ſupra de con-
ſti. cum animarum. libro ſexto, & ab iſta ſententia quacun-
que abſoluit pœnitentiarius domini Papæ. Sed a ſententia la
ta per modum ſententiæ ab homine non abſoluit regulariter
alius quàm ferens, nec ipſa poteſt ferri niſi pro præteritis, vel
præſentibus culpis, non autem pro futuris, vt ſupra de ſenten.
excomm. Romana. lib. 6. vbi de hoc, ratio diuerſitatis eſt, q̃a
ſententia per modum ſententiæ ſuper certis præteritis, vel p̃-
ſentibus bene rimatis tantummodo eſt ferenda, vt Inſtitu. de
act. §. curare. 30. quæſt. vlti. iudicantem, & ſimilibus, ſed ſtatu
tum ſuper incertis infertur, quia pro futuris, ſupra de conſti-
tu. cognoſcentes. cap. quoniam.

4 **Culpa.** Culpa peccati † eſt illa macula ſeu ſordes reatus vel obfuſcatio, quæ generatur ſuo modo in ani
ma cuiuslibet peccatoris, qui peccando mortaliter diuertit ſe
ſcienter a bono incommutabili, & a ſuo creatore propter bo-
num commutabile, & propter rem creatam. Et ex tali cul-
pa in Deum commiſſa ipſo anima ſpoliatur bonis ſibi gratis
datis. 1. quæſtio. 1. ventum eſt, & remanet corrupta, & vulne-
5 rata in talibus bonis. Vnde rancor ſiue offenſa generata † in
animo Dei ex ipſo peccato ab ipſo ſolo, & non ab aliquo eius
vicario, remiſſibiles ſunt, quia vicarius alicuius domini ſine
mandato eius ſpeciali iniuriam irrogatam domino remittere
non poteſt, & hoc eſt quod dicitur, de pen. diſtinctio. 1. ver-
bum. de conſecratio. diſtinctio. 4. nemo, quod ſolum verbum
6 † Dei dimittit peccatum: & quamdiu remanet iſta offenſa in
anima, & remanet maculatæ, & vulnerata ex hoc vulnere, &
rancore pœna quæ pro eo debetur, eſt perpetua, quia offenſus
7 eſt perpetuus, & iuxta quantitatem offenſæ † metitur quis pę
8 nas iniuriæ, ſed Deus eſt intantum miſericors, † quòd cum vi-
det aliquem dolere de ſua offenſa, & contrarium eſſe, pœnam
quæ erat perpetua remanente offenſa, commutat in tempo-
ralem hic, vel in purgatorio luendam. 16. quæſtio. prima. pla-
cuit. Et quòd ſolus Deus poſſit eam culpam remittere, patet:
quia aut anima perſeuerat in malitia, & tunc non poteſt re-
mitti, quia non poteſt fieri vis animo alicuius, nec eius mali-
tia immutari niſi a ſolo Deo. Aut eſt plene contrita, & tunc
ſaltem ſublata eſt ab ipſo miſericorde Deo, cui faceret iniuriã
ſi quantum ad hoc factum ſuum ſuppleret, quia falcem ſuam
poneret in meſſem alienam, ſupra de re iudica. cum olim. de
apo. capitu. ſecundo. de electio. venerabilis.

Abſoluere. Quid ergo erit ſi frater prędicator vel minor in confeſſione aliquem inteſe-
ſtorem abſoluit, non autem ab excommunicatione illius
9 caſus, 17. quæſtione quarta, ſi quis ſuadente, nunquid hanc
pœnam incurrit? videtur quòd non, quia aliud eſt abſoluere
a peccato homicidij, & aliud pœnam ſeu vinculum excom-
municationis relaxare. Quia ſæpe plures ab excommunica-
tione abſoluuntur remanẽtes in ipſo peccato mortali. ſup. de
teſti. veniens. 2. in fine. ſicut excommunicatus, & irregularis
ab excommunicatione abſoluitur, & remanet irregularis. de
ſenten. excommunicatio. cum illorum. in princip. Præterea ſi
intelligeret de peccato, dixiſſet, ſupra de deci. ad audientiam.
ſicut expreſſit extrauagan. Benedicti Papæ, inter cunctas quẽ
non debere abſolui a peccato propter quod erat effectus irre-
gularis durãte irregularitate, cuius ſit ſequela peccati per quã
videtur contrarium dici, & tenere. Quia nemo excommuni-
10 catus † debet ad ſacramentum pęnitentiæ admitti vel ad alia
ſacramenta niſi primo fuerit abſolutus, quia eſt extra vniuer
11 ſalem eccleſiam, extra quam nemo † ſaluatur. ſupra de ſum.
Trinita. firmiter. §. vna. ergo iſte cum excommunicatum ad
pœnitentiam admittens, pœnam incurrit. Diſtingue, aut iſte
admittens facit ignoranter, & ignorans probabiliter factum,
ſcilicet, cum excommunicatum, vel etiam ſententias facti,
quæ in facto conſiſtunt, vt ſunt ſententiæ ſtatutorum prouin
cialium vel ſynodalium. Cum iſti ſint exempti, & ſic non te-
neantur ire ad concilia epiſcopalia vel archiepiſcopalia, pu-
ta quia ignorabat ſacrilegium, furem, vel ſodomitam in diœ-
ceſi in qua erat excommunicatum eſſe. Et tunc crederẽ iſtum
excuſatum, cum tales ſententiæ poſſint ab exemptis ignora-
ri, ſupra de conſtitu. licet. de cleric. excommu. mi. Apoſtolicę.
Aut erat iſte abſoluendus ſententia canonis ligatus quam nõ
licet alicui ignorare regulariter, maxime iſtis qui talibus offi-
cijs applicantur. Videtur, & ſi non hanc pęnam excommu-
nicationis, illam tamen quam alter incurrit, in ſe extendere
fauendo quodam modo ibi in crimine criminoſo, ſupra de
ſenten. excommunicatio. ſi concubinę, & ſi nullam illarum
incurrat, tamẽ non eſt dubium illum grauiter delinquere eo,
quòd peccatorem decipit, cum quædam vmbra ibi oſtenda-
tur in opere veritatis, cum non tranſit in effectu, argum. ſupra
de conſuet. quanto.

Excommunicationis. Iſte eſt duodecimus caſus quo quis per
iſtas conſtitutiones ſententiam excommunicationis incurrit
per ſed. apoſtoli.

Suffragante. Hic eſt nonus caſus in quo ceſſat om ne priuilegium.

12 **Detrahunt.** Iſti enim deteriores † ſunt qui docto-rum vitam moreſque corrumpunt his
qui ſubſtantias aliorumque prædia diminuunt, quia bonam
famam quæ eſt vita animæ, ſurripiunt. Alij vero tantum ali-
mentum corporis, & ideo ſunt ab eccleſia extores. 6. quæſt.
prima. deteriores, & tenentur ad reſtitutionem bonæ famæ
per omnia loca per quæ detraxerunt, & per alia ad quæ infa-
mia conuolauit, cum dictum vnius ſæpe ſequatur multitudo.
Vnde verſus. Fama repleta malis velocibus euolat alis. Fama
boni lente, volat inuidia retinente.

Duos menſes. Sed ſi infra iſtos menſes in quibus agit pęnitentiam dictam, commit-
tat vnum vel plura frequenter, & ſępius de prædictis crimini
bus vel vno contextu plura committat. Nũquid habebit iſta
pęna toties duplicari, & replicari: hoc diſputationi relinquo.
Licet in hoc caſu non videatur magis neceſſitas, ne in deſpe-
rationem talis poſſit cadere. Videtur poſſe commutari in
aliam pœnam, 82. diſtinctio. presbyter, & eſt propter impoſ-
ſibilitatem adimplendam, ſicut de horis canonicis, ſupra de
celebra. miſ. c. graui. dixi.

Diſpenſari. Nota quod vrgente, neceſſitate poteſt diſpenſari in pęna a canone, ſi tamẽ ex
eodem canone concedatur diſpenſatio, vt hic, & ſup. de iudi.
at ſi clerici. §. de adulterio. Et dic quòd in canonibus pęnam
13 † epiſcopis ſeu legem imponentibus, & eorum ſuperioribus
ſolus Papa diſpenſat, niſi aliud in ipſo canone ſit cautum, vel
alio, vt de tempo. ordina. dilectus. In canonibus vero legem
abbatibus, & inferioribus pœnam ve imponentibus epiſco-
pi diſpenſare poſſunt ſuo iure, per capit. nuper, de ſentent. ex-
communica. ſupra, niſi expreſſe hoc ſibi Papa reſeruauit, vt
17. quæſtione quarta, ſi quis. Sed nullus alius inferior epiſco-
po hoc poterit, niſi expreſſe in illo canone vel alio ſit ſibi con
ceſſum, & hæc ſunt vera in foro contentioſo, quia in foro
14 animæ pœnitentiæ † ſunt arbitrarię, 26. quæſtione vltima tem
pora pęnitudinis.

15 **De his quæ occaſione.** An eccleſia teneatur ex cõtractu vel
delicto perſonæ? Diſtingue, quia vel talis habebat mãdatum
ab eccleſia vel maiori parte contrahendi vſque ad certã ſum-
mam, & tunc vſque ad illam debet fieri executio in bonis
eccleſiæ, vt ſupra de fideiuſ. quod quibuſdam, & idem ſi non
habeat mandatum. Competit tamen ſibi ius obligandi eccle-
ſiam vſque ad illam ſummam, ſupra de donatio. apoſtolicæ
de iure vel conſuetodine, & capit. cęterum. Si aliàs non com-
petebat ſibi, aut poteſt debitũ probari verſum in vtilitatem
eccleſiæ, aut non. Si primo, aut probatur verſum durare ver-
ſum ſicut ędificia, & tunc idem, vt dicto capito. quod quibuſ-
dam, aut probatur verſum, ſed non durat, vt in cibis mona-
chorum, & tunc ſunt opiniones, vt de hoc diſputat Inn. in di
cto capitulo quod quibuſdam. Tu diſtingue, aut illud verſum
fuit factum probabiliter, vt competentes cibos monachis ad
miniſtrare, & tunc tenetur, ſecus ſi ſuperfluos adminiſtrauit,
hæc probantur ſupra de procura. capit. 2. in fine. & capit. fina.
in fine. Si non probetur verſum, diſtingue, quia vel eſt obliga
tus ex ex delicto vel quaſi, ex contractu, vel quaſi. Si primo,
aut exceſſit circa iura feudi, & tunc fit executio in bonis ec-
cleſiæ, quia dominus accipiet feudum quamdiu delinquẽs re
manebit prælatus eccleſiæ, & non plus, vt in li. feu. de ca. co-
ra. cap. ſi clericus. Aut circa iura adminiſtrationis conceden
do pro alienis debitis litteras vel ſigilla, & tunc ſuſpenſus eſt
ipſo iure ab adminiſtratione ſpiritualium, & temporalium, &
ſi interim adminiſtret, erit irregularis, vt in cap. ſi quorundã.
Aut circa alia, & tunc ſi habeat alias, vnde ſoluat, poterit pu-
niri in alijs bonis, non in bonis eccleſiæ, ſupra de appel. repræ-
henſibilis, vel ſi ſit tale crimen, poterat poni ad quæſtiones,

vel

vel affligi niſi aliàs procedat de conſenſu eccleſiæ, vel de fru-
ctibus ſuorum beneficiorum fiat executio, ſupra depo. grauis.
Si eſt obligatus ex contractu vel quaſi, aut habet bona patri-
monialia, vnde ſoluat, & tunc fiat executio in illis, ſupra de
pigno. ex præſentium. Aut non habet, & tunc aut eſt tale eius
beneficiũ, quòd ipſius fructus poteſt facere ſuos, ſicut eſt ſim-
plex præbenda, & tunc in ipſis poteſt fieri executio, ſupra de
fideiuſ. peruenit. Si non ſit tale ex conuentione partium non
poterit in eis fieri executio, ſed ex officio iudicis bene vt ibi
notat gloſ. Si autem nulla bona, habet ſufficit, quòd credat
bonis. in cap. odoardus. ſup. de ſolu.

S V M M A R I V M.

1 *Archiepiſcopus quantum plus honoris habeat, quàm epiſcopus.*
2 *Audire diuina aliud eſt, & aliud eſt auctoritatem celebrationi præbare.*
3 *Archiepiſcopi qualem interdictionem habeant in ſubditos ſuffraganeorũ.*
3 *Subditi duo alicuius epiſcopi ſi litigant, vel epiſcopus contra ſuum ſubditũ agat, tunc archiepiſcopus non poteſt niſi per appellationem adiri.*

1 ARchiepiſcopo. Si quæras † quantum habeat plus honoris,
& ordinis archiepiſcopus vel eius ſuperior quã
epiſcopus ſimplex. Dic quod inquãtum ordo epi
ſcopalis reſpicit ſuam ſubſtantiã, reſpectu creatoris nihil, q̃a
de ordine vel de ſubſtantia ordinis epiſcopalis nihil plus reci
pit Papa quàm ſimplex epiſcopus. Si loqueris de iſto ordine
inquantum reſpicit partem ſolicitudinis, & exercitij, & exe-
cutionis, & maiorem populi habent materiam, & ſolicitudi-
nem quam epiſcopi. Tunc quãtum ad interdictionem addũt,
nam Papa ſuper omnes patriarchas, primates, & archiepiſco
pos eſt, qui ſunt idem re, ſed differunt nomine, 99. diſt. §. 1.

2 In ſua præſentia. Et ſic not. quòd aliud eſt ſim-
pliciter audire † diuina quo ca-
ſu ſi excommunicatus eſt, non incurrit ex hoc irregularitem,
ſecus autem ſi faciat celebrari coram ſe, auctoritatem celebra
tioni præſtando, nam hic Papa iſta duo diuerſificat. Sic intelli
gunt quidam illum textum, ſup. de cleri. excom miniſtr. illud.
Simili. Nota ſimilitudinem de archiepiſcopo ad ſuam
totam prouinciam, & de epiſcopo ad ſuam dice
ceſim, ergo tantum habebit archiepiſcopus in ſua tota prouin
cia, quantum epiſcopus in ſua diœceſi: ſed hoc eſt falſum, q̃a
quandoque fallit ſimilitudo veritatis, 21. quæſtio. 2. nuptia-
3 rum. §. proinde, cum nihil habeant archiepiſcopi † in diœceſi
ſuorũ ſuffraganeorũ, niſi inquantũ ſacri canones concedunt,
& in eorũ officiales principales, inquantũ gerũt officiũ, imme
diatam interdictionem in eos exercent. de offic. ordina. paſto
ralis. in princip. de offic. vica. Romana. Sed in ſubditos ſuffra-
ganeorum nullam interdictionem obtinent regulariter, quod
fallit in caſibus notatis in dicto cap. paſtoralis. Et ideo quicun
que habens querelam cõtra epiſcopum vel eius officialẽ po-
teſt adire ſuperiorem, ſcilicet archiepiſcopum eius ordinariũ
per ſimplicem querelam, ſupra de ſenten. excommu. venera-
4 bilibus. §. 1. libro 6. Sed ſi duo ſubditi † alicuius epiſcopi litigãt
vel epiſcopus contra ſuum ſubditum agat, tunc archiepiſco-
pus non poteſt niſi per appellationem adiri, vt in dicto ca. ve-
nerabilibus. in princip. ſaluo notorio quod viſitando reperi-
tur, ſup. de cenſi. Romana. circa medium, & ſaluis his quæ le-
guntur in cap. Romana. ſupra de pœnis. Si quæras quando, &
qualiter archiepiſcopus vel eius officialis poſſunt abſoluere
excommunicatos ſubditos ſuffraganeorum ab excommuni-
catione, dic vt in prædi. c. venerabilib. quicquid dicant alia iura.

S V M M A R I V M.

1 *Apponens manus violentas in res clerici an incidat in canonem, ſi quis ſuadente.*
2 *Satisfacto pro interdicto an ceſſet interdictum.*

De pœnis. Rubrica.

SI quis ſuadente percuſſerit.
In hoc caſu, & in captione, & in his fauentibus in
currit quis ſententiam canonis, ſi quis ſuadente,
qui exigit iniectionem manuum violentam. Sed nunquid ca-
1 pientes † equum quem equitat vel alias veſtes, vel res quę epi
ſcopo adhærent vel ſuper ſe portat, hanc pœnam incurrunt?
Dic, quòd, aut res eſt talis quã licet propria auctoritate acci-
pere de iure, aut non: ſi eſt talis res, vt quia mihi debebat cleri
cus cenſum pro domo in qua habitabat, & ceſſauit ſoluere
per triennium, & ſic mihi licet expellere talem propria aucto
ritate, vt ſupra de loca. potuit. Et in hoc caſu non incurro ſen
tentiam excommunicationis expellendo ipſum cum modera
mine, & vim vi repellendo, vt ſupra de reſtitutio. ſpolia. olim.
Aut non eſt talis, & tunc ſubdiſtinguit, quia aut inducitur cle
ricus per metum ad tradendum res alicui, vt quia dicitur cle-
rico, niſi des ſacramentale, des equum in quo ſedes, & in hoc
caſu inferens metum non incidit in canonem, quia ad hoc q̃
incidat in canonem, oportet, quòd iniiciat manus violentas
in clericum vel in res, quæ circa perſonam eis ſunt vel quas
tenet. Si autem non per metum, ſed per violẽtiam, diſtingue,
quia aut committitur in res quę non ſunt circa perſonam vel
non tenentur per clericum, vt in equum qui eſt iuxta ipſum,
& tunc non incurrit ſententiam per rationem proxime dictã.
Si autem res eſt circa perſonam clerici, vt quia teneatur ab ip
ſo, & tunc ſubdiſtingue, quia aut extorqueo tales res ab eo
quodammodo furtim, & eo non ſentiente, aut eo ſentiente. in
primo caſu, quia aut remoueo furtim ſibi zonam qua erat cin
ctus, vel caputium quando dormibat, etiam malo animo, &
tunc non incurro. Ratio eſt, quia nulla eſt violentia perfectę
quæ non ſentitur, & in talibus voluntas conſideratur. ff. de
fur. vbi etiam ad l. Corn. de ſicc. diuus. Si vero eo ſciente, &
ſentiente, vt quia accepit per frenum equum cui inſidebat cle
ricus vel occidi eũ ſub ipſo, vel tenebam clericum per veſtes
vel dilaniabam eas ſuper dorſum eius, & tunc incurro ſenten
tiam excommunicationis. ff. de iniur. l. eorum. in princip. Hæc
eſt mens Innocen. in cap. nuper. de ſenten. excommun. vt di-
cit per Hoſt. in ſumm. de ſen. excom. §. quis poſſe..

2 Donec ſatisfecerit. Ergo videtur quod ſta-
tim ſatiſfactione facta ſi-
ne alia relaxatione ſeu abſolutione ceſſet hoc interdictum.
Dic quòd non, immo neceſſaria erit ſuperioris ſententia, vt
ſecunda quęſt. 6. presbyter. Secus autem ſi vſque ad certum
tempus vel modum eſſe latum: nam tunc elapſo tempore vel
modo ceſſante, ceſſat puta ad annum, ſupra de ſimo. cap. pla-
cet. vel quandiu retinebitur captus, ſupra eod. in quibus ca-
ptus. & ſupra de ſpon. non eſt nobis. Ratio diuerſitatis eſt, nã
in caſu iſto poſſet dubitari, an plene ſatisfactum eſſet necne,
ſed in alijs caſibus non poteſt eſſe defectus, quin ſit tempus
elapſum vel modus completus, de quo dic per Innocen. &
Hoſtien. de ętat. & qualita. cum bonę.

Cito commode. Sic ſupra de ſenten. excomm.
eos qui. lib. 6. & cap. de cęte-
ro. ſupra cum dicit, quàm citius oportunitatem habuerit &c.
Sed quis arbitrabitur illud commode? videtur quòd iudex,
vt ſupra de electio. cupientes. libro ſexto. in princip. ibi enim
quàm cito commode, forte enim fraudulenter diceret ſe nũ-
quàm commode poſſe ire tempore ęſtatis propter calores, tẽ
pore hyemali propter frigora, ſupra de dolo & contum. cum
dilecti. iuxta ver. Frigora torpemur nos: ęſtus ad ocia traxit.
Et ſic deſidibus tempus vtrunque nocet. Nos genus ignauum
tecto gaudemus, & vmbra. In contrarium videtur, q̃ illud cõ
mode relinquatur ſuæ conſcientię cum de re occulta menta
li, & ſolum periculum animę ſuę tangente agat, & ſic ſoli ſibi
credendum eſt, ſupra de ſent. excom. ſi vero. infra de homic.
ſignificaſti. 2. Credo quod ſi quàm cito dictat ſibi ſua conſciẽ
tia, quòd ſine periculo per ſe poteſt ire, ſi nõ vadat paratis ſuis
ſarcinulis, ſtatim in ipſam ſententiam incidat. argum. 1. quæ ſt.
prima, quidam maligni. cũ ibi notatis. 1. q. 8. quia Papa. ff. de
ma. teſtat. libertas. ff. de condi. & dem. conditio. & in hoc re 1
linquitur arbitrio iſtius. Sed tunc denunciabitur primo per
iudicem reincidiſſe dum conſtabit, & præſumet violenter de
fraude, eo tamen prius vocato, & informatione ſummaria
ſuper hoc facta. argumen. dicti capitu. cupientes. & in hoc ar-
bitrabitur ſuperior, vt ibi, & alibi, ſupra de ſenten. excommu
nica. eos qui. Et ſic not. quod non eſt neceſſitate canonis. ſi-
mile de cohabi. clerico. & mulic. vera. 45. diſtinctio. §. huic. &
alibi. vbi de hoc.

S V M M A R I V M

1 *Indefinita ęquipollet vniuerſali.*

MVltorũ ſuorum diſtrictuũ.
Hoc introductuum eſt a paucis temporib. propter
execra-

execrabilem, & immundiſſimam cupiditatem quæ quàm plurimos excecauit, maxime in regno Francię, cuius limites, ſeu exitus aliqs viator indigena vel aduena ſummus vel ſimplex clericus vel laicus negociator, vel ſimiles tranſire non poteſt, per peſſimos cuſtodes, immo potius depredatores, & tyrannides qui ſe dicunt guardiatores pōtium ſeu portuum vel exituum regni, cogantur ad alterum duorum, vel ſe ad voluntatem eorum redimere, vel per eos erit vſque ad camiſiam, & femoralia, & vſque ad oſtenſionem membrorum pudibundorum ſpoliatus. Et quod turpe eſt dicere indagatus, quod vulgariter (iuſques au deſchauſſer) appellant. A quibus cuſtodibus regni Franciæ alij de alijs regnis ſumpſerunt exemplum. Propter quod alij mercatores tali ſpoliatione perterriti a ſuis mercimonijs, & negociationibus retrahuntur. Ex quibus ſequitur ſumma cariſtia rerum de quibus eſſet optimum forū, vnde proh dolor, quòd inter Chriſtianos licita prohibeātur commercia Chriſti fidelibus neceſſaria quæ prohibitio plus afficit quàm ſi Saracenis portarentur commercia illicita. De quibus, ſupra de Iudęis ita quorundam. Et ſcio quòd nequiſſimi clerici de bonis eccleſiæ impinguati conſilijs principum aſſiſtentes hoc fieri procurant, contra quos, & eorum conſiliū vtinam hic iſtum caſum pro quarto addidiſſet conſilium præſens. Et illud fuit factum maxime tempore quo Bonofacius viij. voluit conſilium ad ſe.

Reſignent beneficia. Et ſic de tribus tantū caſibus loquitur, primo de illis qui compellunt clericos ad reſignandum ſua beneficia. Secundo de his qui per captionem impediunt clericos citatos ab homine vel a iure ad ſedem apoſt. adeundam. Tertio de illis qui fraudulenter quadam cauillatione procurant ſibi impedimentum apponi ab homine, ſupra de do. & contuma. cum dilecti. de accu. veniens.

Quod ſi inferiores. Vocat hic prælatos largo modo quo ad poteſtatem conferendi, & inferiores quo ad affectum recipiendi. Sed pone quòd alius prẹlatus quàm ordinarius illius bñficij vel alius quàm ille cui habet dictum beneficium conferri, hanc procurant reſignationem fieri, nunquid incidat in hanc pœnā quānim ad impeditionem citationis, non eſt dubium quod ſic, cum ſit eadem ratio vbique omnium talium, vt infra patet. ergo erit idem ius. ſupra de conſtitu. translato. & in alio caſu hoc videtur, cum indiſtinctè hæc littera loquitur, vt indefini-
2 nita † ęquipoleat vniuerſali, ſupra de priui. quia circa. Sed
plus puniuntur inferiores quàm prælati, cum contrarium deberet fieri per c. 40. diſtin. homo. ſupra de transla. inter corporalia. §. ſanè. vbi tanquam maiores plures exceſſerunt &c. Dic quòd minor pęna nō pecuniaria magis afficit prælatos quàm alios. de offic. deleg. paſtoralis. in princip. 24. quæſtione tertia. qui contra.

Receptę. Aliàs etiam ſponte factę non valent quo ad ſuperiores, licet valeant quo ad reſignantes, maxime ſi ſint factę in manibus laicorum, ſupra de renuncia. bonę. & c. quod in dubijs. & ca. fina.

SVMMARIVM.

1 *Baptizatus de nouo, cui ſine planctu, & gemitu peccata ſunt dimiſſa, ſine pęnitentia ſaluari non poteſt, ſi bonum non faciat, cum poteſt.*
2 *Peccatum negligentię, & omiſſionis eſt grauiſſimum peccatum.*
3 *Sermo die paſchę, & natalis Domini quare non ſit.*
4 *Retinere decimas eſt peccatum mortale*
5 *Peccatum non admittitur, niſi reſtituitur ablatum.*
6 *Mendicantes non habent proprio in proprio, vel communi.*
7 *Quilibet debet proſpicere, vt melius poteſt, animę illius, cuius confeſſionem audit.*

1 **CVpientes.** Non ſufficit. Et ſic videtur ꝙ baptizatus † de nouo cui ſine planctu, & gemitu peccata ſunt dimiſſa, de conſecra. diſtinct. 4. ſine pęnitentia ſaluari nō poteſt ſi bonum non faciat cum poteſt, licet abſtineat a malo, cum pecca-
2 tum negligentię, † & omiſſionis ſit grauiſſimum peccatum, vt
dixi ſupra de celebra. miſ. graui. in princi. & ideo dicit pſalmus. Declina a malo, & fac bonum. q. d. non ſufficit per ſe.

3 **Matris Dei.** Si quęras quare de feſto paſchę, & natalis Domini non fit † hic mentio. Dic, quia communiter non prædicatur in illis diebus propter communionem fidelium in feſto paſchę: & propter tres miſſas in natali circa quæ fideles habent inſiſtere, & impediri.

Loca tenentibus. Clericis vel laicis. Sufficit enim, quod tradatur religioſis memorię requirendo per quemuis, nomine tamen rectorum, & ſic ſufficit ſimplex requeſta. licet reiquirere ſit reiterā do quærere, ſupra de capell. mo. cap. quamuis. §. fina. quia hoc ſcire dicimus, quòd ab alijs audiuimus, qualitercunque, 12. quæſt. 5. hoc dicitur.

Non omittant. Et ſi quos repererint detentores earum, & in eadem voluntate ꝑmanere non abſoluant cum ſint in continuo mortali pecca-
4 to ſicut eſt retentio † decimarum, ſupra de deci. prohibemus,
5 & non dimittitur † peccatum niſi reſtituatur ablatum. de vſur.
cum tu.

6 **Percipientium.** Et ſic de mendicantibus † qui non habent propriū in proprio
vel communi, loquitur hoc totum in caſu iſto. Sed quare etiā
7 alios non extendam, cum quilibet † debet proſpicere, vt me-
lius poteſt animæ illius cuius confeſſionem audit. Dic ꝙ iſti magis quàm alij circa hoc delinquebant.

SVMMARIVM.

1 *Loca quę pręſtant immunitatem damnandis.*
2 *Quis gaudet immunitate eccleſia.*
3 *Violentia, vel iniuria non fit volenti.*
4 *Qui excipiantur ab immunitate eccleſię.*
5 *Furtum nunquam fit bona intentione.*
6 *Neceſſitas nulla debet arctare illum, qui clauibus dominicis ſe defendendum commiſit.*
7 *Frangentes immunitatem qua pęna puniantur.*
8 *Corpus Chriſti an præbeat immunitatem.*
9 *Clericus an poſſit extrahi ab eccleſia per epiſcopum.*
10 *Mors illa eſt magis afflictiua, quę longiori languore fit.*

De pęnitentijs & remiſſionibus. Rub.

CVm ſecundum deputādis.

1 Quæro quis locus præſtat † immunitatem talibus
ſeu damnandis. Dic quod eccleſiæ ad cultum diuinum rite, & de conſenſu epiſcopi vel ſuperioris ędificatę q̃uis nondum conſecratę, licet diuina officia adhuc in eis non ſint celebrata, & earum cimiteria, vt C. de his qui ad ec. confug. l. 1. & ſupra de immu. eccle. inter alia. & c. placet. in fine. & etiam poſito quòd ſint interdictę, quia Deus in cuius honorem hoc inſtitutum eſt, non delinquit, & hæc libertas data, argum. ſupra de his quæ fiunt a maio. par. ca. quæſiuit. Sic Hoſtien. in præallega. cap. placet. licet glo. ibi teneat ꝙ oportet quod ſint ibi diuina officia celebrata iam, quia alij tenent in contrarium. Secus autem in ſimplicibus oratorijs quæ non præſtant immunitatem, licet ibi ſint diuina officia celebrata, vt notat Hoſtien. poſt Gaufre. ibi, & de cenſi. capit. finali. Itē etiam ſecundum aliquos palatium epiſcopi, dato quod ſit extra ſepta eccleſiæ. 19. quæſtio. 5. id ſtatuimus. Item ſtatua præfect. vrbis. Inſtitu. de his qui ſunt ſui, vel alie. iur. §. fin. Sed in hoc multum attendi debet conſuetudo quæ tanquam fauorabilis extendi debet, vt notat Innocen. in capit. inter alia. Se
2 cundo quæro quis gaudeat? † Dic quod quicunque cuiuſcun
que conditionis, penitus, vt dicit l. fina. C. de his qui ad eccle. qui velit gaudere. Et ſic ſi nolit, & ſponte ſe offert, non ſit eccleſiæ iniuria ſi ſuſpendatur. Nec poſſunt puniri, cum volen
3 ti non fiat violentia vel iniuria, † & ſola violentia hic punia-
tur. Sic notat Hoſtien. poſt Goffred. in capitulo finali. etiam ſit liber vel ſeruus, iuxta diſtinctionem capitu. inter alia. Et Iudęus etiam dum tamen ficte vel ſimulate nō currat, nec petat ſuffragium, vt in l. prima. Et etiam excommunicatus, cum eius delictum non reſpiciatur vel attendatur, ſed potius fauor Dei cui iſte honor competit, vt ſupra dicitur. Canon ta-
4 mē excipit tres perſonas, † publicum latronem, ſcilicet depo
pulatoremque agrorum, in capitulo inter alia. Item illum qui confiſus de eccleſia vel de cimiterio infra illas, vel de prope inſidioſe committit exceſſum, vt in capitulo finali, cui canoni ſtatur, & per quem lex quæ videtur plures perſonas excipere, corrigitur, vt notatur in capi. inter alia, licet Hoſtien. cōcordet legem ipſam quæ eſt in Auth. de manda. prin. in prin. §. ſi delinquentes. colla. 3. dicens, ꝙ omnes iſti caſus intelligūtur exceptis duobus primis, quādo ſunt commiſſi intra eccle

ſiam

ſiam vel cimiterium ſeu de prope inſidioſe, vt in capit. finali.
Et ſic non contradicunt canonibus, immo concordant. Vn-
de ſi aliquis occidat hominem in eccleſia, & appareat, quòd
non fecit inſidioſe, eccleſia habet eum tueri, maxime ſi ſit cō
ſuetudo, vt notat Innocen. in capit. inter alias. Et ſi aliàs com
mittat furtum in eccleſia in ipſa non tuebitur, nec eſt diſtin-
5 guendum de intentione, quia furtum † nunquàm fit bona in-
tentione niſi in caſu, ſupra de fur. capit. ſecundo. ſecundum
Gauf. in capitu. fina. licet. ibi contra. Tertio quæ immunitas
erit iſta? Dic quòd alicui de iſtis confugientibus vſus victua
lium rerum, veſtis aut quies non vetetur vel negetur, vt in l.
fina. nec ad latrinas exire ad locum debitum ita quòd vltra
6 30. paſſus nō exeat ſacra. nam nulla neceſſitas † debet arctare
illum qui clauibus dominicis ſe defendendum commiſit 17.
quæſt. 4. diffiniunt, & prouidebit interim iſtis eccleſia in qua
ſunt, vt in l. fina. in fine. ſicut rector carceris captiuis. C. de epi
ſcop. & cleric. audient iudices. Quarta qua pœna punientur
7 frangentes † immunitatem, puta victum vel veſtitum vel q̄e
tem talibus detrahendo, vel eos corporaliter extrahendo to-
taliter? Dic quod ſicut qui de crimine lęſę maieſtatis reus eſt,
vt C. de his qui ad ecc. l. ſecunda. capitali. & vltimi ſupplicij,
animaduerſione plectendi ſunt vt in l. fi. iſte, & hoc tenet niſi
vbi nudam cogitationem ſuper hoc molitus ſit, vt ibi. Sed nū
8 quid corpus Chriſti † ipſum liberabit, ſic, ſecundum Hoſtien.
vt plene not. ſupra de celebratio. miſ. ſanè. licet alij contra, vt
9 quæſt. 1. capit. finali. Sed nunquid epiſcopus vel † eius officia
lis poterit clericum homicidam extrahere ab eccleſia ad po-
nendum eum in monaſterio arcto ad pœnam peragendam?
Dicit Innocen. quòd ſic, argum. 50. diſtin. ſi epiſcopus. C. de
adulte. authē. ſed nouo iure, vt notat Innocent. in capit. inter
alia. Et idem videtur notare Hug. 17. quæſt. 4. rerum, quia a
ſola pœna ſanguinis defendit eos canon, & alijs eos expo-
nit, vt in capitulo inter alia. Quod crederem verum, vbi non
eſſet arctum nimis, nec eſſet in carcere perpetuus, maxime
cum hodie carcer pro pœna introductus ſit, vt ſupra eodem,
quamuis. libro 6. & in eo non detur niſi panis doloris, & aqua
anguſtię, vt ſupra de appella. appo. cap. placet. de verborum
ſignifica. nouimus, & ſpecialiter in aliquibus locis in quibus
tales ſic incarcerati non viuunt vltra ſex dies vel octo pro-
pter arctationem carceris, ſicut habet epiſcopus pictauēſis in
caſtro ſuo dechannico. Tales enim ſic incarceratos peius re-
putarem quàm poni in patibulo. Cum peiori, & longinqua
morte plus lāguēdo intereant, & officiales tali morti aliquos
exponentes homicidas, & irregulares reputarem, magis eſt
10 enim † afflictiua illa mors quæ longiori languore fit, de con-
ſecratio. diſtinctio. 5. vbi enim nihil. Sed quid fiet de princi-
bus, & alijs ſecularibus qui indifferēter talem immunitatem
violant, non permittentes eos comedere, vel veſtiri, vel dor-
mire, vel alias affligunt tales fugientes, vel parentes, ſeu ami-
cos, vel clericos eccleſiarum fauentes eiſdem? Credo quòd
in hoc caſu bene feciſſet hoc concilium ſi poſuiſſet pęnas gra
uiores, ſicut ipſi ſeculares nolūt eos affligere in ſeipſos, & om
nino adinuicem ſe defendunt, de hoc not. Hoſtien. in cap. in-
ter alia, & plene per ipſum in ſum. de immuni. eccle. Si quęras
quid proſunt animę? Dic quòd quantumcunque quiſquis cē
ties relapſus in hæreſim vel quod vis aliud nephandiſſimum
peccatum commiſerit, dum tamen in fine ſacramentum pœ-
nitētię acceperit vel per ſufficientia ſigna appareat ipſum vo
luiſſe recipere ſi potuiſſet de peccato contritus ſic contrito
viaticum non negetur, & pro eo orationes, & diuina alia offi
cia poterit dicere eccleſia, & oblationes recipere ab amicis, vt
plene legitur, & notatur. 23. quæſtio. vlti. capitu. fina. de ſen-
ten. excommunicatio. a nobis. de rap. capit. ſecundo. & ſi de
licentia principis procedat, poterit corpus tradi eccleſiaſticę
ſepulturę, ita ſolēniter, & honorifice ac ſi in lecto fuiſſet mor
tuus. 24. quæſt. vlti. capitu. fina. 24. quæſtio. quinta. res. ff. de
cadaueribus. pu. l. ſecunda.

SVMMARIVM.

1 Pecunia longis temporibus malè acquiſita uno momento euaneſcit.

2 Archiepiſcopus an pro fabrica matricis nedum eccleſię, immo etiam pro quolibet pio opere poterit ſuos quęſtores per totam prouinciam mittere, & eis indulgentias concedere.

Buſionib. aurum ſubtili. Hoc for-
te putabant ſibi licere iuxta legem quæ dicit, quòd
ſubtiliter aurum extorquendum eſt a Barbaris, reputantes
quoslibet diuites ſibi Barbaros. C. de commer. & mercat. l.
tertia. quod hodie multum ſibi vendicat locum in officiali-
bus prælatorum, & principum ſubitò impinguatis quibus
cum ab eis aliàs non poſſit extorqueri pecunia eorum domi
ni imponuntur rabiem, & ſic pecunia longis temporibus ma
1 le † acquiſita vno momento euaneſcit ex ſic produnt, & ani-
mam, & pecuniam, & Barbari facti ſunt poſſeſſores earum,
vel credunt hoc ſibi licere ex pręcepto domini q̄ iuſſit Iſraeli
tis recedere furtim cū auro, & argento Aegyptiorum, Exo.
cap. 4. vel etiam quia hoc faciunt de præcepto ſui maioris, &
ita excuſati ſunt, vt dicunt, decimaquarta quæſt. 5. dixit do-
minus, vbi de hoc, & ita dicunt potius imputandum eorum
dominis qui emolumentum recipiunt, & ſanctuaria Dei ven
dunt, quàm illis, cum de ſe ſint viles, arg. 63. diſt. ſalonitane.

Epiſcopi. Scilicet vel archiepiſcopi. Sed pone, q̄ epi
ſcopus nō permittit malicioſe, & ſine cau
ſa, vel etiam non vult facere, quia non placet ſibi, queſtores
archiepiſcopi ire per ſuam diœceſim. nunquid ex hoc pote-
rit punire archiepiſcopus vel eius officiales circa hoc delin-
quētes vel etiā negligentes concedere ſibi litteras? in hoc ca
ſu videt̄ quod ſic, maxime ſi ſine cauſa palam, & publice hoc
faciant, cum in hoc videatur ipſum, & eius iuriſdictionem
ſaltem voluntariam offendere, quare poterit animaduertere
de iure in ipſum, vt ſupra de pe. Romana. in fine. lib. 6. vbi de
hoc: licet enim in hoc caſu archiepiſcopus non habeat exe-
cutionem, cum natura facti de quo agitur non requirat hoc,
ſed duntaxat charitatiuam, & exhortatiuam, nec etiam can-
cellaria Papæ dat litteras compulſorias, ſed exhortatorias
dum taxat iuxta formam, capitu. ex eo. ſuper eo. tamen cum
non ſit dubium, hoc ſaltem exhortando ſibi de iure compe-
tere in diœceſi ſuffraganei, parum ſibi valeret ſi compulſio-
nem aliquam contra impedientes non haberet ſupra de offi.
delega. ex litteris. Sed nunquid pro fabrica matricis nedum
eccleſiæ, immo etiam pro quolibet pio opere poterit archi-
2 epiſcupus † ſuos queſtores per totam prouinciam mittere, &
eis indulgentias concedere? videtur per dictum ca. Romana.
quod nun, quia videtur ab fabricam refugere. Sed contrariū
videtur, cum non ſit in hoc poteſtas ſua mutata, nec obſtat
quod dicit, quia hoc gratia exempli poſitum eſt, quod ius ſpe
cialiter non aſtringit. argumen. ff. de legi. non poſſunt, quod
credo verius.

Purgatorio. Sed nunquid clauis ſeu poteſtas eius
ſe extendit ad eos de purgatorio? de
hoc not. gloſ. 24. q. 2. legebatur, ſupra de ſenten. excommu.
a nobis, 33. q. 2. quod Deus, quidam dicunt, quòd non, cum
vocati ſint ad maius tribunal. & relicti diuino iudicio, 23. di.
quorundam. alij dicunt contrarium, ar. 25. diſtin. qualis. In-
ter quos eſt frater Thomas aſſerens, quod ſi ad hoc intendat
ille, qui poteſt dare indulgentias, vt ſupra, nedum ad viuos,
immo etiam ad mortuos, qui ſ. ſunt in purgatorio, de hoc no.
gloſ. 24. q. 2. legebatur, dum tamen exprimat, quòd illi, qui-
bus concedit nedum pro ſe, immo pro defunctis, poſſint, fa-
ciendo aliquod opus pniæ, lucrari eas, alias ſi eſſet factum,
quod haberet totum exerceri per viuos, cū mortui non poſ-
ſint hoc facere, tunc non proſunt mortuis, facit quod not.
Innocen. ſupra eo. quod autem. licet Hoſti. ibi, contra. de hoc
dixi. de reliq. ſim. dominum. in fine.

SVMMARIVM.

1 Interdictum non ſeruans, ſi religioſus ſit, excommunicatus eſt, & excommunicationem incurrit.

2 Tranſgreſſio interdicti ſit cum maiori ſcandalo, quàm aliarum pœnarum.

3 Tranſgreſſor propter maiorem contemptum & maius ſcandalum grauius puniendus eſt.

De ſententia excommunicationis ſuſpenſionis,
& interdicti. Rub.

EX frequentibus religioſi. Et ita
tamen ad religioſos tantum extenditur cum ſit
pęnalis. ff. de pe. reſcriptum. Sed quæ eſt ratio ſpe
cialitatis? Dic q̄ multis craſſantibus opus eſt exemplo. ff. de
pe. aut facta, in fi. & etiam quia plures fuerunt ſeculares in cō
poſitione harum conſtitutionum quàm regulares.

Matri-

Matricem. Scilicet parrochiã, licet ſit ſub vicaria, & de præſentanone, & ẽt plena collatione
monaſterij ſeu eccleſię collegatę vel regularis illius loci cum
propter populoſitatem maior in hoc alijs cenſeatur, argumen.
ſupra de reliq. ſi dominum.

Non ſeruantes. Nota, q̃ nõ ſeruans interdictum
1 † ſi religioſus ſit, excõicatus eſt, &
excõicationem incurrit, vt hic. Item eſt ſuſpenſus ipſo iure re
ligioſus vel ſecularis, vt ſup. de exceſ. pra lat. tanta. Itẽ eſt ſibi
ingreſſus eccleſiæ interdictus. ſup. de priui. epiſcopoiũ. Item
excõicatus ſi non ſeruat ſepeliendo in terra interdicta, vt ſu-
pra de ſepul. eos. Itẽ eſt irregularis, & ineligibilis actiuè, & paſ
ſiuè, ſup. eo. is cui. lib. 6. Sed quare pluribus pęnis punitur quia
violando interdictum, quàm alias cenſuras eccleſiarum, ſcili-
cet ſuſpẽſionẽ, & excom. cum oĩa iſta tria ſint eadẽ in eſſen-
tia, & gñe, licet plures in ſpecie, vt de verb. ſign. quęrentię Dic
q̃ hæc eſt rõ, quia aliqui credebãt interdictũ vilius, & mitius
cęteris ſpeciebus cenſuræ, & ideo vilipendebant, & neglige-
bant ipſum quare vt magis appreciaretur, grauior pœna ap-
ponitur, vt ſic quis nõ dubitet ſceleratius commiſſum qd eſt
grauius vindicatum. 23. quæſt. 1. ne conferamus. ad inſtar pec
cati in ſpiritũſanctũ. 2 2. diſt. qualis. de pę. diſt. 1. §. hæc eſt, vel
2 trangreſſio † interdicti fit cum maiori ſcandalo quàm aliarum
pęnarum pro eo, quia in plures, vt communiter fertur, & ma-
gis publice quàm cęterę, vt ſup. de poſt. præ. c. 1. de offic. ordi.
3 nouit, & ideo tranſgreſſor † propter maiorem contemptum, &
maius ſcandalum grauius puniendus eſt, argum. 40. diſtin. ho
mo, ſupra de ho. ex litteris.

SVMMARIVM.

1 *Clerici debent potius pati omnia mala quam malo conſentire, & malromi nus facere.*
2 *Abſolutio vna, an ſufficit ligato pluribus excommunicationibus.*

Grauis capellis. In quibus minus vr̃ de-
linquere, arg. ſup. de pri-
cum capella, & q̃ a tanq̃ acceſſorię licet ipſę nobilio
res dependent tñ a locis, & cũ eis trãſeũt, & fieret locorũ vẽ-
ditio, vt legiĩ, & notatur maxime per Inn. ſup. de iure patr. ex
litteris. Vnde in illis abſtinendũ eſt tempore interdicti, maxi-
me ſi fuerint Deo dedicatę per põtificẽ. de conſe. diſt. 1. eccle
ſia. Inſtit. de re. di. §. ſicut. ſupra de reli. do. ad hoc, ſecus forſan
in priuatis oratorijs ſimplicibus in quibus ex ſpeciali iſti do-
mini ex cauſa potius inanis glorię, & delectationis quàm de-
uotionis in ſuis domib. in aliquo angulo faciunt celebrari, &
licet in nullo loco tpe interdicti debeat celebratio fieri, & ſic
non in illo, tamen ille locus non eſt religioſus, ſupra de pęnit.
cum ſecundum. de hoc dixi.

Compellentes. Iſti tamen clerici pro nulla com
pulſione debent hoc facere, cum
1 debeant † potius omnia mala pati quàm malo conſentire, &
multominus facere, ſup. de his quæ vt me. ſacris. de conſe. di.
4. eos. de viut. ſuper eo. eſto ẽt, q̃ ſint de familia iſtorum prin
cipum, cũ in talibus non debeant obtemperare, ſupra de tẽp.
ord. ad aures. ergo in hoc non excuſat auctoritas ſuperioris,
12. q. 3. quicunque. & c. de rebus.

Incompleta. Bene tñ quantũ ad celebrãtes, cum
ſtatim aduenientibus excõicatis de
beant ceſſare a diuino officio, ẽt iã inchoato, & ſe exuere ſa-
cris veſtib. 11. q. 3. excõicatos. 24. q. 1. omnes, niſi forſan cano
nem incepiſſent, vt 7. q. 1. nihil. ille tñ qui ſic turbat diuina, ca
pite plectendus eſt, ſecundũ l. de epi. & cle. C. ſi quis in hoc ge
nus, nec expellens tales de eccleſia ſiue ſint clerici vel religio-
ſi, & licet manus iniectio interueniat, ſententiam excomm. in
currit, ſupra eo. veniens.

Excõicaionis ſententia. Et ſic no. excom
municatum poſ-
ſe iterato excõicari, quia licet per primã ſit extra eccleſiã pe-
nitus, tñ ibi põt fortius ligari. Quęro an pluribus ſentẽtijs ex-
2 com. ligato † ſufficiat vna abſolutio vel ſint neceſſarię plures?
ſi vna ſñia, & propter vnam cauſam, vna ſufficit abſolutio: ſi
pp plures cauſas, aut conſtat, q̃ propter quamlibet intẽdebat
ſingulas ferre ſententias, aut pp omnes in ſimul vnam, aut eſt
dubium. in primo caſu erũt neceſſarię tot abſolutiones quot
ſunt cauſæ. in ſecundo ſufficit vna abſolutio, dũ tñ omnes cau
ſę ſint expreſſę in ea, aliàs nõ ſufficeret, & tertio recurrendum
eſt ad iudicẽ, vt hic legiĩ, & ſup. eo. cum pro cã, Si pro plurib.
ſententijs, ant ferens intendebat iſtum ligare plurib. & tũc plu
res abſolutiones neceſſarię erũt. ff. de no. ope. nun. de pupillo.
ſi autem intendebat eum vna ligare, ſic dicendo, excõico, ana
thematizo, & tunc ſufficit vna abſolutio, ſup. de iudi. ad deli-
berandũ, ar. ff. de accep. l. pluribus. Si autem a pluribus iudi. ſit
ligatus, ſi omnes habent vnam iuriſdictionẽ, valet qd ab vno
fit, & vna abſolutione dum tamen hanc poteſtatẽ ab alijs ha-
buerit, ſupra de offi. deleg. cauſam matrimonij, & c. vno. Aut
habent diuerſas iuriſdictiones, & tunc tot erunt abſolutio-
nes neceſſarię quo ſunt excom. ſup. eo. officij. nec eſt neceſſe,
q̃ omnes in hoc ſint præſentes, ſed ſufficit q̃ dicat ordinario,
domine ego ſum excommunicatus a canone, & ab alijs: vnde
abſoluatis me a ſentẽtia veſtra, & poſtea ab alijs abſoluar ſuc-
ceſſiue, & ſic debet eum abſoluere ita, ſed non denunciare ab
ſolutũ donec ab omnibus fuerit abſolutus, ſic intelligitur di-
ctum cap. officij. cum materia ſua. in fine.

SVMMARIVM.

1 *Diuus Franciſcus tres ordines inſtituit.*
2 *Vir vnde dicatur.*
3 *Veriſimile non eſt vnum delictum diuerſis æſtimationibus coherceri.*
4 *Quis non debet cohercere duplici pęna.*

Cum ex eo fratres minores. 16 iſti
ſunt prohibiti ſpãliter, quia maiorẽ hñt affectionẽ
circa pęnitentes pp almificũ pceptorem ſuum Sã
ctũ Franciſcũ qui volens oẽm hominem ſaluũ fieri, & nullum
1 deperire prout in eo erat, cõſtituit primo † ordinẽ fratrũ mino
norũ ſub vna arcta regula in paupertate, caſtitate, & obedien
tia viuentiũ, prout patet in eorũ regula, poſita inf. & 1. ca. exi
ui. Secũdo cõſtituit ordinẽ Deo dedicatarũ virginũ caſte, &
ſub paupertate non tamen ita arctè, & ſub obedientia arctiſ-
ſima viuentium, qui vocatur ordo Sanctę Clarę. Tertio volẽs
circa cõiugatos, & alios laicos ſeu clericos proſpicere conſti-
tuit ordinẽ tertium qui dr̃ cõtinentiũ, vel de pęnitentia, vt in-
fra patet, quem quidam dicebãt reprobatum, p decre. de reli.
do. cum de bigamib. & male, cum tñ ibi loquiĩ de illis qui pro
fitebanĩ regulã approbatã, ſed iſti profitenĩ regulã beati Fran
ciſci datã tertio ordini approbatam per Nicolaũ Papã iiij. cu-
ius approbatio declarata eſt hodie per iſtum Papam Ioan. 22.
cõfirmata. prout ambas confirmationes ſub bullis vtriuſque
pontificis oculis proprijs conſpexi. & ſic merito cũ eiuſdẽ or
dinis ſint, non eſt mirum ſi magis afficiunĩ ad iſtos. De ordine
enim charitatis eſt q̃ pluris nos, & noſtros diligamus quam
alios, 86. diſtin. non ſatis, vbi de hoc. vnum tamen no. ex præ
miſſis, q̃ iſti non ſunt clerici nec religioſi vere religati, nec ve-
re conuerſi ſeu ppetuo religati vel obligati, cum non habeãt
ſui corporis poteſtatẽ, ſed vxores, nec ſunt laici cũ ſint de ter
tio ordine. vt hic patet. Quare concludo, q̃ nec in perſona nec
in rebus gaudent priuilegio clericali ſeu religionis, vt inf. pa-
tet. & ſic ſunt ſine rege, ſicut locuſtę, niſi ipſimet ſibi faciant,
vnde iudicabo eos vt nudos omni priuilegio clericali, quaſi
de de nouo egreſſos de vtero matris ſuæ, & ſic per omnia iu-
dicãdos remunerãdos per curiã ſecularẽ, niſi alia pateãt p ſua
priuilegia, q̃ nũc mihi latent, ergo iſte ordo eſt enormalis, non
ſequens regulã aliorum, & ideo tercius poniĩ, per quem om-
nis certitudo & imperfectio denotaĩ, vnde vt cum eorum pa-
ce loquar, non eſt proprie ordo, dũ bene cogitauerim. ſed ſem
piternus horror inhabitans nec delector in ipſis ſicut in com
municationib. ſecularib. de quibus fit mẽtio ſup. de elect. c. in
dẽnitatib. in fi. lib. 6. & c. attendentes. §. illos. de ſtatu. mo.

Continentes. Quo ad aliquos cũ inter illos plures
ſint vtentes coniugio vel quo ad ali
quid, quia & cõiugati per aliquos dies in ſeptimana abſtinẽt
a thoro cõiugali, ſed caueãt ne alijs parent locũ, quia qualdã
mulieres vidi fingentes ſe velle abſtinere a thoro coniugali
certis diebus, vt beguinas, & hoc aſſerentes maritis ſuis mi-
ſerrimis, duplicare tamen fenus thori cum amatoribus ſuis
non ſine ſuarum, & mariti animarum periculo, vt dixi in ca-
2 pit. cum de quibuſdam. ſupra de relig. do. vir enim † cum ſit ca
put mulieris, vel vxoris a virtute dictus, eã tanquàm mollem
& ad malum cito flexibilẽ, debet totis viribus cuſtodire, & de
bet ei merito imputari ſi ſtultitiam faciat, id eſt maxime eo oc
caſionem præſtãte, & ideo in tota cathalonia & in multis alijs
partibus, vir cucuruitatus p vxorem, licet inuitus, & ignorãs
hoc patiatur quod eſt credibile. 40. ſolidos ſoluit de proprio
& pęna tẽporali dño propter cucuruitationẽ vxoris. Pariſius
vero ducitur ſedẽs ſup aſinum verſa facie verſus, caudã & ſic
per totam villam vxore trahente aſinum, & præcone añ eos
clamante qui ſic faciet ſic accipiet, canon etiam infligit talib.
etiam inuitis & ignorantibus pœnam irregularitatis. 33. diſt.
ſicut

ſicut,& ideo clericia vxoratis cōceditur, vt vxores tales poſ-
ſint in compedibus tenere,& priuatos facere carceres, 33.q.
2. placuit.omnia iſta faciunt, quia illas bene non cuſtodiunt,
& propter hoc dicit canon,ꝙ tales mulieres non debent rela-
xare vel remouere a ſe crines ſuos in ſignum ſubiectionis, vt
mariti habeāt,& in eis inueniant crines per quos poſſint tra-
hi,& ligari 30.diſt.quæcunq;. Dicit tamen alibi,ꝙ ille lauat la-
terem qui caſtigat mulierem,dum plus caſtigat plus in amore
ligat:ſunt enim tales inter duo perplexi,quapropter eos ſuæ
perplexitati relinquamus.

Subiacere. Sed nunquid incurrent illas pœnas quas
notaui ſup.co.ex frequentibus: Nō vide
3 tur,cum non ſit veriſimile vnum † delictum diuerſis ęſtimatio
nibus coherceri.ff.de pe. ſancimus. Item non debet quis du-
4 plici † coherceri pœna, ſupra de iud.at ſi clerici.

S V M M A R I V M.

1 *Summitas, & celſitudo omnis eſt in Papa qui non hominis, ſed veri Dei vices gerit in terris.*

1 **SI ſummus.** Omnis enim ſummitas, & cel-
ſitudo † eſt in Papa qui non ho
minis, ſed veri Dei vices gerit in terris, ſupra de
transla.inter corporalia,& ideo dicitur a Papæ in-
teriectione admirantis quaſi quid admirabile in terris ſicut
hæc dictio, Deus, eius enim ſententia pręfertur ſententijs alio
rum omnium hominum, 35. quæſtione 9. vera, de hoc nota-
tur 4. diſtinct. in iſtis.

Participet. Sed nunquid ex quo Papa non vult iſtū
abſolui cum quo participat vel abſolutū
fore, ipſe Papa incurrit minorem excommunicationem parti
cipando cum eo, iuxta capitulum 11.q.3.cum excommunica
cato? Videtur ꝙ ſic, cum videatur eſſe ſententia Dei, Mat-
thæi decimooctauo capitulo ibi. Si peccauerit frater tuus in
te,&c.& ſequitur ſit tibi tanquàm ethnicus,& publicanus. ſu
pra de iudi.nouit. Et etiam apoſtoli ad Corinthios quinto ca
pitulo, vbi dicit. Si quis fuerit ſupernominatus, &cęt. ſecun-
da quæſtione prima, multi in hoc reſidet Hoſt. quantum ad
hanc tōnem qui dicebat Papam in hoc peccare, quia vel ſcie
bat ipſum excōicatum, & tunc cum abſoluebat: aut ignora-
bat,& excuſabatur, ſup.cod. nulli. quod eſt correctum, vt hic
quantum ad ſcientem, glo.tenet vero in c.nulli.ꝙ non incidit,
licet alias malefaciat: vix autem Papa ſcienter cum excōicato
participat, quia de ſtilo curię tales licet non no.contriti, ſi ne-
gocia vel tractari cum Papa habeterent per ſe vel per alios, ab
ſoluuntur durante tractatu ad cautelam,& eo finito reducun
tur in eandem ſententiam inſtar teſtium excommunicatorū,
arg.ſup.de teſt.veniens.in fine.per Hoſtien.

Litteris. Et ſic not. quod non refert loqui per litteras
verbum,& oſculum. Item per nuncium, ſupra
de elect. vbi §. nulli. lib. 6. Sed nunquid ſi quis loquatur nutu
cū excōmunicato vel forſan nutus eſſet vel fraudulose omit
tat ei loqui vel etiam ſi quis loquitur ſicut faciunt aliqui reli-
gioſi inter ſe, nūquid incidit in excōmunicationem? Vr quod
ſic, ſupra de ſepul. animarum. lib. 6. de ſpon.cum apud.nec. n.
refert qualitercunq; aliquis animū ſuum exprimat, cum ali-
qualiter videatur ſibi in hoc fauere. 11.q. 3. excōmunicatos.
34.quæſt.3. omnis qui.ad hoc facit quod ſequitur ibi, ſeu alio
quouis modo, vnde verſus. Os orare vale communi menſa
negatur. Vnde ſi orando in eccleſia eandem incurro, multo-
fortius in caſibus prædictis.

Nominet. Contra, quia ſi quis in actis ſeruū filium
nominet, liber erit, inſti.de adop.in fi. Dic
ꝙ illud in fauorem libertatis,& idem eſt ſi quis illum quem in
domo ſua cum vxore nutriuit filium nominet, ſemꝑ præſu-
metur filius, niſi plene probetur contrariū, ſup.de probat.per
tuas, q. filij ſint leg. tranſmiſſę. vbi plene de hoc. Sed illa om-
nia ſunt fauorabilia, ſed iſta non propter intruſionē, & inſuf-
ficientes titulos cum quibus tales frequenter beneficia eccle
ſiaſtica detinent in graue ſuarum animarum periculum, cre-
dentes ſuas conſcientias per tales obfucatos colores, & friuo
los purgare,& ideo ſtatutum eſt, vt quis habeat docere de ti-
tulo requiſitus, ſup. de offic.ordin.capitulo ordina.3.lib.6. le-
ge, cogi. C.de pet.hæredi. Sic eſt etiam in matrimonio carna-
li, pro quo non præſumitur, ſi coniuges ſe nominent, niſi de
matrimonio doceatur, ſecundū canones, 30. quæſt. capitulo
1.licet ſecus ſecundum leges, vt ff. de ritu nupti. libera. Sed
canon obtinet propter periculum animæ.

Quouis alio modo. Et hoc videtur ſolui quę
ſtio, An ſi Papa vel cācel
laria dat iudices cum cōuenientia Tholoſæ, inter quos ponat
vnum doctorem legentem vel reſidentem ibi, qui tamen eſt
capax iuriſdictionis delegatę niſi propter canonicatum quem
habet caturci vel albię, obtinet quod iſte canonicus poteſt de
cauſa delegata Tholoſę cognoſcere per c.ſtatutum.ſup.de re-
ſcrip.lib.6. §. in nullo. per tales enim narrationes ſeu locutio-
nes per Papam vel eius officiales in litteris ſuis factas non in-
tendit Papa a iure cōmuni recedere, nec ipſum reuocare nec
ei in aliquo derogare, arg.ſup.de priu.ſi Papa.de præben. ſi di
gnitate, de confirmatione vti. vel inuti.porrecta.de cap. mo.
ex parte.cum ſi.arg.contra ſup.de priui.cum olim.2. vbi fuit
cauſa commiſſa ſimplici monacho. Sed gloſ.ibi ſoluit, qa non
dico hic, quòd non valeat commiſſio, dum tamen decre. ſtatu
tum ſeruetur, alias qcqd ſit contra, nullū eſt, vt in fi. eius pa-
tet. Sed dic, quod poteſt cognoſcere cum per conuenientiam
partium deuietur in hoc caſu a prædic.ſtatuto.

Noui iuris neceſſaria. Eſt enim intentio ex
preſſa facientis gra-
tiam ad hoc quod ius ex talibus litteris acquiratur, cum ſint
de ſe odioſe,& ſtricte accipiendæ, ſup. de ſciſma. fraternita-
tis, de pręben.quamuis.lib.6.

S V M M A R I V M.

1 *Libellus dandus non eſt non petenti.*
2 *Libellus, qui eſt origo cauſę, & fundamentum, ſi poſſit omitti, multo fortius litis conteſtatio.*
3 *Longęuus vſus poteſt allegari in cauſis.*
4 *Iuſtum ſolum non eſt in ſe perfectus actus.*
5 *Actus perfectus conſtat ex principio, medio, & fine.*
6 *Priuilegium tollitur ex .o actu.*
7 *Comparendo ſemel coram iudice appellato quis appellationi renunciat.*
8 *Partes ordinis iudiciarij plures ſunt.*
9 *Condemnatio debet eadem de qua lata eſt ſententia diffinitiua ſuper principali fieri ſuper expenſis, quę debentur ex officio.*

De verborum ſignificatione. Rub.

SAepe contingit taliter cau-
ſam. Sed nunqd in alijs cauſis quam ſic ſibi dele-
gatis, poterit ſic iudex procedere de cōſenſu par-
tium? Dic ꝙ non, vt iudex, cū talia ꝓꝑ vtilitatem publicā reipu.
ſint inuenta,& ideo neceſſaria acta iudicibilia habebit facere
ſ. libellum offerre, litē conteſtari,& ſimilia, ſed partialib. actis
poterit renunciari, ſicut teſtium productio in inſtrumentorū
editionib. poſitionib.& articulis, de hoc notat ſup.de offi.de-
leg.de cauſis. Sed ſi partes eligant, ꝙ ꝓcedat vt arbitrator ſeu
amicabilis cōpoſitor, oēs ſolēnitates tūc poterit omittere, vt
ſup.de ꝓſump.liras, de arbi.cū eo tpe, i Auth.vt differ.iud. §. ſi
vero cōtigerit, coll. 9. Si.n.partes ſi velint poſſint toti liti cede
re, ſanè poterūt figurā tollere, dū tñ extraordinariè iudex ꝓce
dat, arg. 2.q.6.ſi qs libellos. ſicut tenet Spe.in prin.2. partis, nā
1 nō petēti nō eſt dādus libellus † imo tacite omitti pōt, dū tñ ali
qualiter petitionē in ſcriptis det vt ipſe notat ibi in §. vlt. Sed
nunqd in caſib. in qb. ſaltē libellus offerri nō dēt, ſicut qñ eps
cognoſcit inter ſuos clericos in cā ciuili in Auth. vt cle.ap.ꝓ-
pri.epi.in prin.coll.6. 11.q.1.ſi qs cū clerico. q itelligit Specu-
lator in cauſis minorib. nunqd in hoc caſu vel ſimilib. de qb.
Speculator no.in prin.4.partis ſui Spe.poterit iudex ēt inuitis
partib.in iudicio ꝓcedere ꝑ iſtā formā? Vr ꝙ ſic, quia ſi libel-
2 lus † q eſt origo cāę,& fundamenū poſſit omitti, multo fortius
litis cōte. q habet ſ ꝑ petitione formari,& ſiuę inſcriptio q hēt
iuxta cōtēta in libello, formari, ſup.de accu.qualiter.n. & de
ſi. licet heli. ſicut alia ſacramenta ſine fundamento baptiſmi
nulla ſunt, vt ſup.de presby.non bapt.veniens. Sic alię partes
iudiciales ſine libello, ſup.de libel.oblat.c.1.ad obſeruandum
ordinē iudiciariū, ergo vbi libellus omittitur cætera ſunt ex-
traordinariè peragenda, vt ſup.dr̄. In contrarium eſt, qa plu
res caſus ſunt, in quibus non requiritur libellus, & tamen eſt
neceſſaria litis conteſt. vt patet in dicta parte 4. Specu.

3 **Vſus longęuus.** Nota longęuum † vſum in cau-
ſis allegari poſſe,& hoc ſiue talis
vſus tendat ad litē ordinandā, vt hic, ſiue ad litem decidēdā,
vt ſupra de eo de qui mit.in poſſ.capitulo, cū veniſſet, & hoc
dum tamen ſit rationabilis, alias non, vt ibi,& ſup. de ſenten-
tia & re iud.cum cauſa, & ſi tendat ad litem ordinandam, re-
ſpicitur locus, vbi cauſa ducitur. ff. de teſti. l. 3. Sed ſi ad li-
tem decidendam,& contractus ſit realis, reſpicietur conſuetu
do illius loci vbi eſt res, vt in capitulo cum veniſſet. Si ve-
ro eſt perſonalis, vbi eſt contractus initus, vt ſupra de foro
competen. Romana. §. contrahentes. libro ſexto. Sed crimi-

nalis

nalis vbi eſt co mmiſſum delictum, ſup. de fo. compet. poſtula
ſti.& c. licet. 1 a. diſt. illud. vbi de hoc, & ibi peteſ dos vel dona
tio iuxta conſuetudinem loci, vbi eſt contractũ matrimoniũ
licet contrahentes vel aliter eorũ ſint aliunde, quia licet circa
ſubſtantialia matrimonij non valeat conſuetudo, vt ſupra de
ſpon. c. 1. de ſpon. du. c. ſi. bene tamen valet circa accidentalia,
vt ſup. de do. inter vi. & vxo. donatio. Sed q d erit in teſtamen
tis, pone, quòd conſuetudo eſt tholoſę, quòd valeat teſtamen
tum cum duobus teſtibus fide dignis, ſed in caſtella non ſuf-
ficiunt de conſuetudine niſi ſeptem, in Nauarra vero non
valeat teſtamentum niſi fiat in præſentia epiſcopi vel officia-
lis ſui quæ conſuetudo non eſt in alijs locis: nunc quidam ſco
laris caſtellanus habens in caſtella bona, in nauarra, & tholoſa
condit teſtamentum ſuum tholoſę cum duobus teſtibus iux-
ta conſuetudinem tholoſę, nunquid iſtud teſtamentum ſuffi-
ciet quo ad alia bona? Videtur quòd ſic, quia vbi dominus, ibi
omnia bona videntur eſſe, & dicuntur, cum dominum bona
ſequuntur, ſupra de vita, & honeſta. cleric. capitulo fina. de
immun. eccleſiæ non minus. Credo quòd illa conſuetudo ca-
ſtellę quæ tendit ad ordinationem teſtamẽti, & ſic cõtractus
duntaxat trahaſ ad iſtã conſuetudinem tholoſę, & ſic valeat
factũ teſtamentũ cum ſolis duob. teſtibus, non ſolũ de bonis
tholoſę, immo etiã de bonis caſtellę ex quo cõtractus tholoſę
factus eſt, ſ. teſtamentum, quia conſuetudo Nauarræ non cõ-
cernit ordinationem contractus, immo potius afficit rem, ſu-
per qua ſeu de qua contractus fit, illa omnino conſideran-
da eſt, & obſeruanda, ex quo ſubſtantiã contractus tangit, ſi-
cut dictum eſt de modo, ſup. & ideo quãtum ad illa bona Na
uarræ teſtamentum non valebit per iura prædicta.

In cauſis. Et ſic ſtillus curię Romanæ in cauſis atten-
dendus eſt, de conſti. ex litteris, de re iudi. in
cauſis, de ſenten. ex. per tuas, ſicut in ſacramentis. de temp. or-
dina. capitu. 11. & 12. diſtin. per totum.

Terminum. Qui ſic dãdus eſt, vt ſit communis, &
ſufficiens ambabus partibus, nec da-
tur primo vni ſecundo alij, ſed vtrique vnus ſolus, vt dixi.

Diem certum. Scilicet alium pro teſtibus, proba
torijs vel reprobatorijs, perempto
riam. ſ. quia hic credo iura communia ſeruari. ſ. illa, ſupra de
teſtib. licet nobis, & capit. præſentium. libro ſexto. & de pro-
batio. licet cauſam.

Legitimum produci. Quia etiam tranſa-
ctis omnib. alijs ter-
minis, & dilationibus vſque ad renunciationem probationũ,
vbi etiam ordo iuris ſeruandus eſt, talia poſſunt produci, vt
ſupra de fide inſtrum. cum dilectus, in princi. nec credo quod
ſine cauſa iudex poſſit arctare partes ad producẽdum omnia
ſua inſtrumenta infra certum diem ante renunciationem, cũ
hoc ſit in iure cautũ ſicut de except. dilatorijs. ſup. de except.
paſtoralis. & de effrenata multitudine teſtium. ſupra de teſti.
ſignificauit, nec periculum ſit ſubornationis, ſupra de teſtib.
fraternitatis.

Peremptorie. Hoc eſt ſpeciale. alias autem citatio
non valeret ad ſententiam audien-
dam, niſi poneretur quòd peremptoriè, veniret ſentẽtiam au-
diturus. ff. quæ ſen. ſine app. re. l. 1. §. Item cum ex edito, quod
eſt verum, quando citatur pars abſens, ſecus autem ſi ſint præ
ſentes in diei aſſignatione ad ſententiam ferendam, nec con-
tradicunt, quia tunc valebit ſententia lata contra abſentem,
licet in aſſignatione de peremptorio nulla mentio habeatur
expreſſa vt C. quomodo, & quando iudex, l. a. ſic ſupra de of-
fic. deleg. conſuluit.

Conſtitutione. Supra de iudic. diſpendioſam
vel Papæ reſcripta qui ſolus Pa
pa poteſt hoc concedere cum nullus alius poſſit tollere ius cõ
mune publicum auctoritate, & voluntate expreſſe vel tacitè, vt
eſt illud. 25. diſtin. ſi autem.

Obſeruetur. Sed pone, quòd iudex non contradi
cẽtibus partibus vel forte expreſſe cõ
tradicentibus conſentientibus partibus incepit ſolenniter ſer
uando rigorem iuris procedere, deinde oblato libello, & ſic in
choato iudicio partes vel alteram ipſarum pęnitet huius, &
petit ſine figura procedi iudicij. Quæritur vtrum poſſit? & vi-
4 detur quod ſic, cum initium ſolũ † nõ ſit in ſe perfectus actus,
5 cum perfectus actus † conſtet ex prin. medio, & fine. & nil dica
tur actum. &c. C. de his qui vt indig. l. pen. ſup. de bap. maio-
res in medio. Sed quis non renunciat priuilegio ſuo per actũ
imperfectum, vt ſupra de conſti. cum acceſſiſſent. ergo &c. In
contrarium videtur, nam vno actu non dico perfecto vel im-
6 perfecto † tollitur priuilegium. ſupra de conſtit. cum acceſſiſ-
7 ſent, cum ibi notatis. Præterea ſemel comparendo † coram iu
dice appellato quis appellationi renunciat, ſup. de appel. ſoli
8 citudinem. Item plures ſunt partes ordinis iudiciarij † quarum
quælibet perfecta eſt in ſe. ſupra de proba. quoniam. ſicut pa
tet per rubricas illas de libelli oblatione, lit. conteſta. & ſequẽ
tibus. Vnde quod ſemel placuit. ſ. procedere ordine iuris ſer-
uato, amplius diſplicere non debet. ſupra de reg. quod ſemel.
lib. 6. quod verius credo. Quid ergo erit de iudice qui inſtigã
te aduerſario, & proteſtante, quod non intendit ſe facere par
tem vel ex motu ſuo proprio procedat ex officio ſuo contra
aliquem ſuper crimine vel exceſſu? Quidam autem amicus
iſtius delati fingens ſe inimicum illius dicit iudici, domine iu
dex non procedatis via extraordinaria contra iſtum, ego vo-
lo ipſum accuſare, & ſic nõ debetis procedere via extraordi-
naria, ex quo poteſtis procedere per ordinariam, nunquid de
bet audiri? Credo ꝙ ſic, per dictam l. & ſi minor. § vlti. & l. in
cauſæ. ff. de mino. & tunc accuſator poterit teſtes qui nihil
ſciunt producere, ſed caueat de colluſione, & fraude, alias pu-
nietur, vt ſupra de collu. deteg. per totum. 2. quæſt. 3. §. notan
dũ. Quid de inſtigatore qui proteſtatus ſe nolle facere partẽ,
informat tamen iudicem quantum poteſt, adminiſtrando ſibi
teſtes, & alia, nunquid delato vel accuſato ſi abſoluatur con-
demnabitur in expenſis? Videtur per actum ſuum contrariũ
renunciaſſe ſuę proteſtationi, cum ſit talis qui ſemper præſu-
mitur calumnioſus, cum deficit in probatione, arg. iur. ſup. de
conſti. cum M. de elect. cumana. de cenſi. olim. de do. & con-
tuma. finem. de pe. calumniam. & ſic. condemnabitur inſti-
gator. vt ff. ad Turpillia. l. 1. §. intendit. & ff. de his qui no. infa.
l. hęc verba. cum gl. ſua. idem de denunciatore, vt ſupra de ca
lum. c. 1. & 2. Idẽ de nominatore. C. de ſump. recuperatione.
l. vna. li. 10. C. de excuſ. tut. l. de ſemine. Idem de iudice ſi cul
pa ſua dolo vel negligentia aliquis coram eo iniuſte fuerit ve
xatus, ar. 24. q. 2. dominus. & 4. q. 7. qui ſine. in Auth. vt diffe-
rentes iudices. §. vlt. col. 8. C. de appel. cos. ff. de iud. filius fa. in
li. inſti. de obliga. quę ex quaſi delic. naſ. in prin. ſupra de re iu
di. cum ęterni. li. 6. 24. q. 5. adminiſtrationes. Idem de arbitrio
de quo notatur. 2. q. 6. hoc etiam eſt, & idem de teſte calum-
niatore videtur, vt no. 2. quęſtio. 4. in ſum. & debet eadem die
9 † qua lata eſt ſententia diffinitiua ſuper principali fieri cõdem
natio ſuper expenſis quæ debentur ex officio, vt ff. de re iud.
Paulus. Si tamen non fiat ille pro quo lata eſt ſententia nõ po
terit ex hoc ſolo appellare. C. de fruc. & lit. expen. l. 2. licet ſit
argum. contra. ſup. de excep. ſignificauerunt. ille vero ꝙ d. bẽ
tur ex aliqua conſtitutione conditione ſeu conſuetudine ex-
preſſe, poſſunt quandocunque peti ante præſcriptionem ex
vi illius cõſtitutionis ſeu conſuetudinis ex qua debenſ, & fie
ri condemnatio ſuper ipſis, ſicut eſt in caſu ſupra de electio.
ſtatuimus. & capit. cupientes. libro ſexto. & de hoc no. per In-
nocen. & Hoſtien. ſupra de reſcript. ex parte. & de app. repræ
henſibilis.

Expliciunt Commentaria Clementinarum.

REPETITIONVM
IN IVRE CANONICO
IN NONNVLLAS
CONSTITVTIONES
EXTRAVAGANTES,

Tum Ioannis XXII. tum Pauli II.
Summorum Pontificum,

Quæ à præclariſsimis Iuris vtriuſque conſultis concinè pertractantur,

TOMI SEXTI PARS II.

REPETITIO
IN EXTRAVAGAN. SEDES APOSTOLICA.
De officio delegati.

Præclariſsimi I.V.C. D. Guilelmi de Monte Lauduno.

SVMMARIVM.

1 *Veritas inualeſcit in æternum & viuit & obtinet in ſecula.*
2 *Papæ poteſtas in vniuerſali eccleſia.*
3 *Paſtor bonus debet cognoſcere vultum pecoris ſui cuiuslibet.*
4 *Faciendum nihil eſt cum ſcandalo aut damno alicuius.*
5 *Ordinare, verbum eſt generale comprehendens quemuis modum, quo quis de re ſua propria iure ſuo diſponere habet.*
6 *Prælato magis competit ius in conceſſione, quam patrono in præſentatione.*
7 *Canonicus per Papam effectus ſub expectatione præbendæ, an poſſit in iudicem delegatum impetrari, & iuriſdictionem exercere.*
8 *Conditio non cadit in beneficijs eccleſiaſticis.*
9 *Impetrans, ſi fecit ſibi de certa eccleſia prouideri, & inuenit ſuper illa quæſtionem inter duos motam, quid iuris.*
10 *Executor an poſſit errorem ſuum corrigere vbi errauit in facto.*
11 *Executor quis dicatur.*
12 *Executor quem ordinem ſeruare debeat. nu. 13.*
14 *Executoris officium quæ perſonæ exercere poſſint & ad illud deputari.*
15 *Intellectus c. cum olim. 2. de priuilegijs.*
16 *Prior conuentualis licèt religioſus, poteſt ſine certa ſcientia Papæ iudex delegatus conſtitui.*
17 *Seruus & monachus licèt poſſint inſtitui hæredes per quemcunque, non tamen poſſunt præſtare conſenſum, niſi prius miſſi fuerint.*
18 *Ordinarius ſuccedens executori negligenti, an reputabitur per omnia ordinarius, uel potius delegatus, an merus executor.*
19 *Executor an poſſit inuocare brachium ſeculare.*
20 *Iudex quid differat ab auditore.*
21 *Executor mixtus & executor merus.*
22 *Diuiſio facta de aliqua re operatur tantum illum effectum, pro quo facta eſt, nec ad alia ſe extendit, nec in alijs caſib. præbet præiudicium alicui ſeu iuuamen.*

SEdes apoſtolica. Hic poteſt intitulari titu. de reſcript. vel de offic. delega. vel de parochi.

1 Veritatem. Hęc foris † eſt res de mũdo. Hæc eſt enim ſecundum Eſdram, quæ valet & inualeſcit in ęternum & viuit & obtinet in ſecula ſeculorum. 8. diſtin. conſuetudo, & merito, cum veritas ſit dominus. ea. diſt. ſi conſuetudinem. hanc cauſam neſciunt aliqui pręlati temporis noſtri, qui volentes plus placere hominibus quàm Deo, infinita ſine complemento promittunt, vnde hanc ignorant: & ideo interrogant cum Pilato, quid eſt veritas. Ioan. 18. c. in fi.

Detrimentum. Sed nunquid epiſcopo Pictauien. & Albien. & ſimilib. qui multa de menſa & de emolumento ſigillorũ amiſerunt quã
2 de alijs, nunquid iſtis & ſimilibus † poterit ad detrimentum reputari? non videtur, cum totius eccleſiæ vniuerſalis quæ eſt vnica & honoris eiuſdem plenaria diſpoſitio ęſſe Papę noſcatur, vt ſupra de præbendis, licet. de exceſſib. prælato. ſi quis. concil. Vienen. §. 13. Et ideo ipſe nedum potuit immo debuit imminente populi multiplicatione, de quo infra §. proximo, augmentate per annos, & ſedes ipſis congruas collocare, ac diſpendijs ſufficientibus miniſtrare, 21 g. a 1. diſt. in nouo. ſupra de offi. ord. quoniam. etiam cum detrimento aliorum: vt ſic minor vtilitas cedat maiori & priuata communi, ſupra de poſtu. prælat. bonę. 7. q. 1. ſicut. ſupra de maio. & obed. cum inferior.

3 Vultus. Debet enim bonus † paſtor agnoſcere vultum pecoris ſui cuiuslibet, vt legitur Eccleſiaſt. 32. Et hęc eſt vna ratio quam allegant curati contra prędicatores & minores, quod ſcilicet ad minus ſemel in anno quilibet parrochianus habeat ſuo proprio rectori cõfiteri omnia ſua peccata, licet eis etiam ſit confeſſus. Secũda eſt neceſſitas illius canonis, omnis de poeni. vere, quæ non eſt ſublata propter voluntariam ordinationem illius conſtitutionis ſuper cathedram, vbi plene de hoc dixi. Sed ad hoc poteſt reſponderi, quod licet Papa ordinauerit in dicto conſilio, omnis. ſemel in anno confitendum eſſe proprio ſacerdoti, non tamen alligauit poteſtatem ſuorum ſucceſſorum, quin poſſent ſubrogare vel adiungere ſocios & dare coadiutores ipſis ſacerdotibus in illo caſu, qui ſimili poteſtate vterentur in huiuſmodi cum illis, quod fecerunt, & dictos fratres adiunxerunt in concilio Vienen. Et ſic cum ambo cõſilia ſint eiuſdem auctoritatis, poſterius derogat priori, licet de ipſo non faciat mentionem. Sed nunquid illi, qui confeſſi ſunt proprio epiſcopo vel archipresbytero, vel illi de quo per pœnitentiarios Papæ dictum eſt in litteris ſuis, quod poſſint vſque ad triennium eligere confeſſorem, habebunt neceſſario ſemel in anno confiteri proprio ſacerdoti? videtur quòd ſic per ſupradictã rõnem per rectores cõtra fratres ſuperius allegatam: contrariũ tñ fit quotidie. i. non curant proprijs ſacerdotibus cõfiteri ex quo alteri de iſtis ſunt ſemel cõfeſſi.

4 Ereximus. Sed † quid erit, ſi interſit Imperatoris vel alterius principis vel perſonæ ſecularis, puta quia ſunt patroni vel defenſores talium non

mutari ſtatum talium eccleſiarum ſeu ciuitatum vel diœceſiũ: Nunquid poterit ſe opponere cum effectu? Et videtur quod ſic, quia nihil cum ſcandalo, nihil cum damno alicuius eſt faciendum vel attentandum, ſupra de præſcript. nihil. & ſupra eodem capit. in princip. Vnde durum eſt ſi ipſe ex hoc ius patronatus, vel alia commoda ſine culpa amittat cum iura imperialia, etiã in bonis eccleſiarum ſemper remanſerunt ſalua. 11. quæſt. 3. ſi tributum cum ſequentibus? In contrarium videtur, quia propter maius bonum, quis iure ſuo etiam ſine culpa ſua punitur, 22. diſtinctio. de conſtantinopolitano. ſupra de electio. ſacroſancta. de poſtu. prælа. bone. In ipſa enim fundatione hoc euenire poſſe proſpicere debuerunt ſibi cauere, argumen. ff. locat. ſi quis domum. §. primo. 22. diſtinctio. in nomine domini. Quod credo verius: ita tamen, quod fiat cum minori præiudicio eorum quo poterit.

5 **Ordinationem.** Hoc verbum, † ordinate, & iſte actus, qui ordinatio dicitur, eſt multum generalis, compræhendens quemuis modum, quo quis de re ſua propria iure ſuo diſponere habet. Et ideo ſi quis impetrauerit beneficium ſpectans ad ordinationem alicuius, poterit petere beneficium ſpectans ad collationem, præſentationem ſeu quamuis aliam diſpoſitionem talis, vt probatur, ſupa de officio delegat. ſuper eo. de iure patrona. cam te. de offic. ordina. ordinarij. in fine. Sed nunquid epiſcopo fieret præiudicium, ſi prouideretur tali de beneficio ſpectante ad ſolam præſentationem illius, contra quem impetratur, cum epiſcopus habeat inſtitu-
6 tionem? Videtur quod ſic: cum magis habeat ius in conceſſione prælatus quam in præſentatione patronus, ſupra de offic. lega. capitu. dilectus. Item non videtur, quod Papa velit præiudicare epiſcopo, niſi hoc innuat expreſſe: quod faceret ſi diceret ad poſitionem talis, quia tunc exprimeret Papa quod penes alium eſſet inſtitutio, cui, quantum ad hoc, derogare intendebat. Sed per hoc verbum, ordinationem, non videtur derogare velle niſi illi contra quem ſcribit: & hæc eſt ratio illius text. ſupra de præben. cum in illis. §. cum autem. libro ſexto. Dic contrarium, cum in nullo quantum ad hoc præiudicetur inſtituenti, qui ad motum ſuum nunquam diſponit de tali beneficio, & ſi in aliquo præiudicatur, in modico tamen, argumen. ſupra de reſcrip. auditor. ſed patrono duntaxat. Vnde patronus motu ſuo mouetur ad præſentandum quem voluerit alias idoneum. vnde illi ſoli quorum principaliter intereſt, audirentur contradicentes talibus impetrantibus, & non alij, argumen. ſupra de electio. cum inter. de teſt. veniens. de excep. eccleſiaſticæ. de præben. pro illorum conſimilibus, nec obſtat dictum capit. dilectus, quia non dicit de inſtitutione, quæ ſemiplenum ius denotat, ſed de conceſſione, quæ plenum ius dicit, vnde non eſt dubium quin plenior ſit poteſtas concedendi inſolidum beneficia vacantia, quoniam ſolum præſentandi eis: vel ſi vellemus ibi, conceſſionem recipi pro inſtitutione, deberemus plus iuris habere, cũ plus iuris confert epiſcopus in inſtitutione illi, qui recipit beneficium, quia ius adminiſtrandi, quam patronus in præſentatione, ex qua parum acquiritur præſentato, maxime ſi præſentans ſit laicus cui variare licet, vt ſupra de iure patrona. paſtoralis. Sed ex hoc nõ ſequitur, quin liberius quem vult, præſentet patronus quam inſtituat epiſcopus.

Ius ad rem. Et ſic eſt ſpes tantum in debitum iri, quare talis non poteſt dici beneficiatus, ſupra de conceſſio. præben. quoniam ex conteſt. ſimile & de filio, qui in bonis paternis dominus eſt ſæpe viuente patre, & vxor conſtante matrimonio in bonis dotalibus, ex quo ſequitur, quod iſtud ius non poteſt commutari cum alio, nec propter beneficia ſibi incompaſſibilia facit vacare, nec ſub ipſo quaſi pro certo titulo poterit ordines recipere, ſupra de reſcrip. in noſtra, & in extrauagan. do. Io. execrabiles. §. per hoc.

7 †Quid ſi canonicus per Papam effectus fuerit in aliqua eccleſia cathedrali ſub expectatione præbendæ: nunquid in iudicem delegatum poterit impetrari & iuriſdictionẽ exercere eandem? Videtur quod non, cum non habeat ius in re, ſed ad rem, ſupra de conceſſio. præben. quoniam conſtitutio. libro ſexto. Contrarium credo, cum omnia quæ ad iura canonicatus pertinent, ſibi debeantur. licet nondum ſit ibi præbendatus niſi conſuetudo refragetur, per iura, ſupra de electio. in Geneſi. de renunc. capit. ſecundo. nec decret. ſtatutum, ſupra de reſcriptis, dicit præbendatum, ſed canonicum tantum.

Quid ſi ego ſic expectans cum vacaret in altera dyœceſi eccleſia, feci mihi prouideri de eadem, mota lite ſuper ipſa contra me in limine poſſeſſionis adipiſcendæ, acceptaui ſecundam in alia diœceſi, ſuper qua modo eodem lite mota faciam mihi in tertia diœceſi de tertia prouideri, & ſic facio de pluribus. Nunquid poſſum? Vidi de quodam, qui de decem præbendis in eccleſia beatæ Mariæ Pictauienſis fecit ſibi iſto modo prouideri, vbi eſt ſtatutum, quod fructus præbendæ litigioſæ nunquam aſſignantur alicui, per capit. obtinenti per ſententialem victoriam reſeruantur, quod ſtatutum ſatis innititur æquitati illius capituli, de ſequeſtra. ad compeſcendas. in fine. concil. Vienen. Nunquid ergo talis multiplicatio & variatio poteſt tolerari de iure? Videtur quod non. per ea, quæ notat Innocentius de reſcrip. in noſtra. vbi dicit, quod ſi pendẽte quæſtione ſuper eccleſia curata, cuius poſſeſſionẽ nõ habet, accipiat poſſeſſionẽ alterius eccleſiæ ſimilem curam habentis, hoc ipſo videtur renunciare liti motæ ſuper eccleſia prima: & eſt ratio: quia aut recipiendo ſecundam intendebat renunciare primæ, & tunc habet propoſitum: aut non intendebat renunciare, ſed intendebat, ſi obtineret primam, dimittere ſecundam & accipere primam, & ſic videtur ipſam ſecundam ad tempus recipere & ſub conditione, quod totum reprobatur in benefi-
8 cijs †eccleſiaſticis, quæ debent eſſe perpetua, nec cadit in ipſis conditio, quia in ea vocatione & cæt. 70. diſtin. cap. ſecũdo, ſupra de electio. in electionibus. lib. ſexto, prima quæſtio. ſecunda. quam pio. quæ procedunt, vt credo, vbi ſecundam cum proteſtatione recipit, vel alias conſtat de intentione eius per quam non intendit renunciare primæ vel liti eius. alias ſimpliciter admittendo poſſeſſionem ſecundæ non litigioſæ primæ, eo ipſo renunciat, vt ſupra de præben. de multa. In caſu vero noſtro, quem poſui credo contrarium, quod ſemper poſſim mihi facere prouideri de omnibus quotquot vacabant, cum proteſtatione ſi non habeam ius in iam receptis & in illis quæ recipio nunc ius mihi competat, & non aliàs, quia tales conditiones, quæ de iure inſunt, non faciunt rem conditionalem quamuis exprimantur, ſupra de electio. ſignificaſti, cum ibi notatis. 18. quæſtione ſecunda Eleutherius, recipiendo tamen corporalem, & pacificam poſſeſſionem vnius omnibus alijs & litibus motis ſuper eis renuncio, & ſic intelligitur per Innocen. ſupra ſed ante pacificam poſſeſſionem ſecus, ſupra de electio. commiſſa. libro ſexto, & in hoc ſatis concordant ea, quæ notat
9 Hoſtien. in dicto cap. in noſtra. † Sed quid ſi impetrans, qui fecit ſibi de certa eccleſia prouideri, inuenerit quæſtionem ſuper illa eccleſia inter duos motam, vel inter ordinarium, & alium impetrantem: & ſic litigioſam, quod tamen ignorabat: tempore ſuæ prouiſionis: nũquid hoc declarato per ſuum executorem poterit illa dimiſſa de alia ſibi facere prouideri. hoc ſolo, quia litigioſè accepit, per cap. ſupra vt lite pendente. ſi hi contra. lib. ſexto.

10 †Item nunquid valebit declaratio primi executoris non vocatis ordinariis aliarum eccleſiarum vel cæteris impetrantibus quos hoc tangere videtur? Hoc vidi de facto. Et videtur quod executor poſſit errorem ſuum corrigere, vbi errauit in facto, ſecundum Innocen. & Hoſtien. Et etiam vbi in iure, ſecundum Hoſtien. prout not. per eos ſupra de re iudi. cap. primo. de offic. delega. in litteris. de reſcrip. cum in multis. in fine lib. ſexto. Et quod propter litem non poſſit dimitti, videtur: quia non agebatur de dominio eccleſiæ, cum non ſit apud aliquem, Inſtit. de rer. diui. §. ſacra. quod requiritur, ſcilicet quod litigetur de dominio ad hoc quod res litigioſa dicatur. C. de litig. authentica litigioſa. Dic contra, per c. ſi hic contra. Nec obſtat dictus §. ſacra. qa intelligitur nullius, ſcilicet perſonæ ſingularis ſecularis, ſed eccleſiaſticæ bene ſic. notat Innocen. de eo qui mit. in poſſeſſio. cap. primo. videtur, quod ſi in illa, de qua eſt ſibi prouiſum, impetrans habeat ius, licet non poſſit habere poſſeſſionem facti, vlterius ſibi non poterit de alia prouideri: aliàs ſequeretur, quod ex vna gratia duo vel plura beneficia conſequi poſſet, de quo per Inno. de offi. dele. in litteris. Sed quid ſi litigium erat tãtum ſuper poſſeſſione, idem crederem per c. hi contra. quod indiſtincte loquitur, maxime, cũ de matrimonio carnali vel ſpirituali nõ poſſit ita ſimpliciter agi de poſ-

ſeſſio-

ſeſſorio,qui aliquid de proprietate habeat immiſceri,vt legi-
tur & not.de reſti.ſpolia.ex tranſmiſſa.

11 Executores. †Executor eſt is, qui gratiam a prin-
cipe factam vel iuſſam fieri ad effe-
ctum deducit. Si quæras quot ſunt genera eorum? dic quod
duo. Nam quædam dantur ad prouidendum: quædam ad
compellendum,ſupra de reſcrip. abbatem, & de conceſſio.
præben.ſi capituli, & cap.ſi ſoli.lib. ſexto. Et talis dicitur ha-
bere litteras authoritatis. Quandoque dicitur habere litte-
ras facultatis vt quando datur poteſtas ordinario quod ali-
quem poſſit recipere, vt ſupra de reſcrip.cum aliquibus, & di
cto capit. ſi ſoli.

12 Quæro quem †ordinem habeat iſte executor ſeruare?
Dic quod dum tamen non excedat fines mandati: nec ni-
mis feſtinet ſine aliqua alia cauſæ cognitione: etiam ſum-
mariȩ poteſt in executione prouiſionis vel compulſionis pro
cedere, cum ſit merus executor. Et ideo quotidie tales exe-
cutores ſuos proceſſus faciunt in abſentia partium & eis
non vocatis vbicunque & quotieſcunque placet, vt ſupra
de re iudi. de cætero,& cap.quod ad conſultationem, in fin.
Tamen ſi aliqua proponuntur non ad recuſandum perſo-
nam eius cum hoc fieri non poſſit, vt ſupra de appel.nouit.
ſed ad probandum reſcriptum ſurreptitium, vel falſum,be-
ne poteſt admittere & cognoſcere ſi voluerit. ſupra de of-
fic.delega.paſtoralis.§. quia vero. vel ſuo ſuperiori intima-
re,vt dicto cap.de cætero. poterit tamen procedere execu-
tor ad prouidendum, & prouidere ſi voluerit, non obſtante
contradictione cuiuſcunque appellationis ſeu propoſita ex-
ceptione: quia ex hoc quod non admittit exceptionem pro-
babilem, non poterit approbari, niſi aliàs conſtet de verita-
te, licet aliud ſit in iudice. ſupra de appel.interpoſita. in prin-
cipio.argumen.ſupra de appel.nouit.quod ſic probo. pari vel
maiori poteſtate confert Papa per ſe vel alium beneficia to-
tius mundi vacantia, quam ordinarius habet conferre illa
ſuȩ diœceſis, vt ſupra de præben. licet. & capitu. is qui. lib.
ſexto. Sed ordinarius propter aliquam appellationem non
omittet conferre beneficium ſi quod vacat vel aliquam con-
tradictionem cum ſine cauſæ cognitione non debeat ſpo-
liari ſua poſſeſſione in qua eſt conferendi ſua beneficia, vt
ſupra de elect.cum inter canonicos.de ſupplen.negligen.præ
lato.cap.fina.de in integ.reſtitu.cap.primo.de iure patro.con
ſultationibus.multominus executor.argumen. dicti capit. hi.
in extraiudicialibus aut appellatio ſeu partialis contradictio
non impediunt alicui poſſeſſionem, vel quaſi in qua eſt, nec
attentata poſt reuocare faciunt donec prius de veritate con
ſtet,vt in dicto cap. cum inter. & de appel. bonæ. per Inno-
cen. hoc fallit in caſu illius cap. accedens. & in caſibus quos
not. gloſſ. ſupra de re iudi. quod ad conſultationem, & per
Innocen.& Hoſtienſem,ſi tamen cõſtet quod exceptio pro
poſita coram eo fuerit probata vera & legitima reuocabi-
tur, quia per ipſum factum fuerit ſi ex hoc fuerit approba-
tum,vt in cap.cum inter. non tamen reuocabitur ex hoc tan
tum quod exceptio non fuit admiſſa quantumcunque eſſet
de ſe probabilis niſi probata fuerit prius vera, & ſic non ven
dicat ſibi locum in executore principium illius decret. inter-
13 poſita, ſupra de appel.vt ſupra dixi. Sed nunquid †executor
habebit expectare caſſationem collationis factæ per alium
executorem ſeu ordinarium de illo beneficio de quo ſuo im-
petranti prouidere intendit? credo, quod non: dum ta-
men tempore propriæ collationis ius conferendi habeat per
ea quæ ſupra dixi, & idem de electio. ſi duæ fiant vno con-
textu, vt ſupra de electio. congregato. Si autem ex inter-
uallo,diſtingue, quia aut perſona eſt nulla vel annullanda:
vnde ſi eſt nulla & cauſa nullitatis eſt notoria, tunc poterit
fieri ſecunda perſona non caſſata, ſupra de elect. auditis. In
alijs omnibus non, vt ſupra de elect. conſiderauimus, & dic.
ibi per Innocen. & Hoſtien. etiam in cap. capitulum. de re-
ſcri. per Compoſtel. Item ſi velit prouidere impetranti de be
neficio quod vacat de iure,non tamen de facto,quod poteſt:
tunc debet præmittere cognitionem ſaltem ſummariam, &
vocare poſſidentem,& ſi inueniat,ipſum non habere ius,non
feret ſententiam,ſed coget detentorem de facto dimittere ſi-
cut de facto tenebat, & reſignare vel renunciare poſſeſſioni
facti,& poſt exequatur mandatum: alias ſi iſtum ordinem in
hoc omitteret, viciaretur & caſſaretur proceſſus.de quo per
Innocen.ſupra de conceſſio. præben. propoſuit.ſuper verbo,
executorem.facit ſupra de præben.licet epiſcopus.lib.ſexto.

Ex quibus videtur ſoluta quæſtio facta, ſupra eodem. ſuper
ver.ius ad rem, ſcilicet, quod talis executor in corrigendo
ſuum errorem, & ſic prouidendo de ſecunda, declarato
primo quod prouiſio prius per eum facta nõ tenuit,vel etiam
declarando primo tale beneficium poſſe cadere, vel non ca-
dere ſuper gratia in qua datus eſt executor, non habebit ne-
ceſſario partes vocare,vel alias iuris ordinem ſeruare: debuit
tamen audire partes,ſi aliqua rationabilia propoſuerint con-
14 tra eum,vt ſuperius dictum eſt. Quæro† quinto, quæ per-
ſonȩ poterunt deputari executores? Planum eſt quod illi
qui poſſunt delegati conſtitui,de quibus ſupra de reſcrip. ſta-
tutum,& etiam rectores ſimplicium beneficiorum & cleri-
ci etiam in minoribus beneficijs conſtituti, ſicut fit quoti-
die in talibus executoribus gratiarum, & ſententiarum, in
quibus non vendicat ſibi locum dicta decre. ſtatutum, vt ibi
not. non credo tamen,quod laici vel bigami ſeu alias caren-
tes priuilegio clericali poſſint eſſe executores, vt ſupra de
judi.decernimus. de arbit.contingit.96.diſtinctio. bene qui-
dem.89. diſtin. iudicatis. licet ſit argumen. contra ſupra de
procur.nõ indiſcrete.lib.ſexto,nec religioſi ſine licentia ſuo-
rum prælatorum.ſupra de teſtamen.religioſus,libro ſexto, &
de procur. religioſus. concil. Vienen. de re iudi. cum infra
& a.niſi cum diſtinctione illius cap.de reſcrip.& ſi principa-
15 lis. Contrarium† videtur per illam decretalem. nam ex quo
vicecancellarius ipſum talem inſtituit, perſonam eius vide-
tur emancipare a poteſtate ſui prælati, & ſic intelligitur illud
cap.ſupra de priuilegijs. cum olim.ſecundo quod non requi-
ritur certa ſcientia Papæ, ſecundum quod aliqui intellige-
bant illud capitu. cum omnis olim: nam non poteſt negari
16 quin prior conuentualis† licet religioſus poſſit ſine certa ſciẽ
tia Papæ iudex delegatus conſtitui, & tamen non eſt du-
bium quin ſit ſub poteſtate & imperio ſui abbatis, ſicut cæ-
teri ſimplices religioſi. vt ſupra de ſta. re. cum ad monaſte-
rium,§.tales.& ſupra de ſupplen. negligen. præla. quia regu-
lares.§.placet.non obſtant dicta cap. religioſus. & religioſos,
quia aliud poteſt princeps, vel ille, qui ſuper hoc a principe
habet poteſtatem & eius gerit vices, fauore maxime rei pri-
uatæ,quod non poſſet priuatus,arg.18.quæſtio.4.§.quod au-
tem.teneas,quod volueris. Sed pone quod requiratur licen-
tia proprij prælati ſicut in illo cap.religioſus. nunquid opor-
tet,quod præcedat ipſa licentia conſtitutionem procuratorij
vel executoris vel habebit in ipſo actu interuenire ſeu ſuffi-
cit, quod ſubſequatur? Videtur quod habeat præcedere cum
oporteat petere & obtinere, vt dictum eſt cap. religioſus. de
teſta.ff.de acquiren.hæredi.l.ſi quis.§.iuſſum. vbi habet iuſ-
ſus præcedere. vel dic,quod videtur quod habeat concurre-
re in illa inſtitutione,vel cum conſtitutione. argumen. Inſtit.
de aucto.tuto.§.tutor.& ff.eod.l.obligari.ſupra de reb.eccleſ.
non alien.dudum.lib 6.De hoc per Innocen.r a.quæſtione 2.
ſine exceptione: immo videtur,quod ſufficiat ſubſequi, vt ſu
pra de pactis,quotiens.de his quæ fi. a præla.cum pridem. vbi
de hoc. Credo quod adhoc,quod poſſit conſtitui per quem-
cunque,non ſit neceſſe tunc licentiam eſſe petitam vel obten
tam,quia in hoc nihil agit ipſe religioſus,nec eius perſona eſt
penitus inepta vel infecta ſeu inhabilis de iure naturali ad
alia ſuſcipienda: immo bene eſt ſuſceptiua, de ipſo iure natu-
rali talium,ſcilicet electionum & ſimiliũ.ſupra de elec.quam
ſit eccleſijs,lib.6.licet de iure poſitiuo ſit inepta,ſicut diximus
de milite.ff.de procur.l.filius fam.§.veterani. Vnde non con-
ſtitutio ſed ſuſceptio & exercitium procuratorij ſine licentia
prohibeatur, vt patet in dicto cap. religioſus. de procur. nec
deputare tales executores eſt prohibitum etiam ſine licen-
tia,ſed quod ſic deputati poſſint ſuſcipere vel exequi officiũ
eis deputatum,ſine licentia, hoc bene eis prohibetur, vt in c.
religioſus. de teſtamen.ſi autem ſine licentia ſubſtituunt ali-
quem ſuſcipiendo procuratorium, vel aliquid aliud fecerit,
hoc non poterit per ſubſequentem licentiam ratificari cum
ab initio non tenuit. ſupra de reg.iur.nõ firmatur.lib.6. Sicut
17 dicimus†de ſeruo & monacho,quod licet poſſint inſtitui hæ-
redes per quemcunque, non tamen præſtare conſenſum,niſi
prius miſſi fuerint,vt dicta l.obligari. non obſtant iura in con
trarium allegata,quia loquuntur de illis,quæ requirunt deli-
berationem, & tractatum auctorizantium in limine ipſius
actus, ſicut eſt in alienationibus minorũ vel rerum eccleſia-
rũ vel ſimiliũ. Itẽ & quia aliud eſt licẽtia,de qua hic loquitur,
& aliud auctoritas, de qua loquuntur ſupra allegata iura.
Sed cum tales executores gratiarum admittendo exceptio-

nes rationabiles propoſitas contra reſcripta ſeu gratias, & cognoſcendo. de ipſis quaſi iudices eſſe & iuriſdictionem contentioſam habere incipiant, quod poſſunt, iuxta §. præterea. cap. paſtoralis. de offic. delaga. nunquid hoc poterint, quãuis inter rectores ſimplices clerici, & ſic alij ab ipſis quos ordinat dicta decre. ſtatutum. de reſcrip. lib. 6. & nunquid etiam citare poſſunt & pro tribunali vel alijs committere quantum ad hoc etiam extra ciuitatem & diœceſim, quibus ſunt deputati contra prædi. decret. ſtatutum. quotidie hoc faciunt. ſed quo iure non video, niſi quia frequenter licet acceſſoriæ, quod principaliter non liceret, ſicut video de eccleſia curata annexa præbendæ quam etiam multiplicatam licet alicui, citra ſacerdotium & reſidentiam, poſſidere acceſſoriè, quod principaliter non liceret, ſupra de præben. de multa. per Innocen. & capitu. expoſuiſti. & cap. ſuper eo. libro ſexto. C. de iudic. quotiens. & ſic fallit in hoc caſu dictum capitulum ſtatutum. & etiam in alio caſu, quando ſcilicet iudices cum conuenientia in audientia impetuntur, quia non poteſt excipi de loco, vel de conditione perſonarum iudicum, vt ibi notatur. facit, ſupra de offic. deleg. cum olim. a. Vnde iuriſdictionẽ quã exercẽt tales executores, non principaliter ſed potius acceſſoriè tanquam mixti exercent, vt in dicto §. præterea. cap. paſtoralis. cum potius in eis reſpiciatur quod eſt principale, & vt tales iudicantur. ſupra de regu. iuris, acceſſorem. libro ſexto, tamen licet ſint principales habito reſpectu ad executionem acceſſorij, tamen ſunt habito reſpectu ad gratiam, ſupra quam dati ſunt, vt ſupra de offic. deleg. ſuper eodem libro ſexto. Alia ratio eſt, nam cum iſti ex ſpontanea contradictione illius contra quem dati ſunt vel contra quem gratiam exequuntur & ad eiuſdem inſtantiam & de conſenſu ipſius proponentis coram eis ſuas exceptiones voluntarie hanc iuriſdictionem aſſumant, & quicunque, contra quem eſt impetratum reſcriptum, poſſit renunciare quantum ad hoc dictę conſtitutioni ſtatutum, merito de conſenſu ipſius contradicentis poterit iſte quamuis ſimplex partes iudicis ſimpliciter aſſumere, & iuriſdictionem etiam vbique exercere, eandem per rationem ſupra immediate po-
18 ſitam. †Sed nunquid ille ordinarius, qui ſuccedit talibus executoribus in eorum officium propter negligentiam impetrantis, reputabitur per omnia vt ordinarius vel potius, vt delegatus, vel vt merus potius executor, de quo ſupra de præben. ſi clericus in fine? Videtur vt ordinarius, cum ſit adminiſtrator iuriſdictionis & executor & ille impetrator ipſam gratiam petat de iure communi ſibi debitam, vt dicit ibi textus, & ſic eſt excitatiua iuriſdictionis tantum, argumen. ſupra de offic. delega. licet. Quare poterit ad archiepiſcopum appellari ab eo? Vnde videtur, quod vt ſpiritualis delegatus ſeu executor proprie hoc faciat, & ſic ad Papam eſſet appellandum, cum ex collatione Papæ canonicatum obtinear, vigore cuius & non alias conſequitur præbendam, vt ſic, vbi vnum propter alterum, vtrolibet vnum tantum. t. q. t. ſi quis pro quo. facit de ordi. irrefragabili. §. cęterum.

19 Si quæras† an tales executores poſſint inuocare brachium ſeculare? Dic vt dixi ſupra de offic. deleg. iudices. in concilio Vien. Si vis plenius ſcire de iſtis executoribus, quęre plene per Innocen. & Hoſtien. de offic. deleg. in litteris. de re iudi. c. primo. de conceſſ. præben. propoſuit. cap. cum noſtris, & c. litteras. de deſpon. impub. ad diſſoluẽdum. de exceſſ. præ. inter dilectos, & per Compoſtel. c. capitulum. & c. mandatum, vt in glo. ord. de offi. dele. paſtoralis.

20 Iudices. Et ſic nota † quod alius eſt iudex, vt hic & alius auditor, ſupra de offic. deleg. ſuper quęſtionum. §. porro, in fine. de reſcrip. auditor. concil. Vienen. Alius conſeruator. ſupra de officio delega. ſtatuimus, lib. 6. Alius arbiter iuris, ſupra de officio delegati. ſuſpitionis, & ca-
21 pitulo ab arbitris. libro ſexto. Iterum alius executor † mixtus, de quo ſupra proxi. §. dictum eſt. Alius merus de quo ſupra de appel. nouit. de quibus plene dic. ſupra de re iudi. quod ad conſultationem, per gloſ. Innocen. & Hoſtien. Alius referendarius, ſcilicet ad certum articulum cauſæ referendũ datus. ſupra de offic. delega. vide in concil. Vienen. & in dicto cap. ſuper quæſtionum. omnes iſti & ſimiles ſunt ordinati ad cauſas apoſtolicas expediendas in curia Romana, & extra. Vnde iudex delegatus eſt proprie is qui mandatam ſibi iuriſdictionem vice delegantis exercet dictus à delego as. quod idem eſt quod mando. Quare rubrica. ff. dixit de eo cui mandare eſt iuriſdictio.

22 Remanſiſſet. Not. ergo† quòd diuiſio facta de aliqua re operatur tantum illum effectum, pro quo facta eſt, nec ad alias ſe extendit, nec in alijs caſibus prębet præiudicium alicui ſeu iuuamen, vt 10. diſtin. lege. quod præſtat arg. quod diuiſio rei emphyteoticę vel feudalis ſeu debitorum inter hæredes facta, non noceat dominis vel creditoribus ſuper integra ſolutione penſionis vel debiti eis facienda, vt prius, cum particularis actio ſeu ſolutio multa incommoda habet, non modica. ff. famil. erciſcun. l. plane.

REPETITIO

IN EXTRAVAG. VNICAM. De vita & honeſt. cleri.

Præclariſſimi I. V. C. D. Ioannis Ant. de Nigris Campani.

SVMMARIVM.

1 *Sacerdotes ſemper Deo ſupplicant.*
2 *Sacerdotium, ſi inculpabile ſit, maxima à Deo nobis dona dabuntur.*
3 *Interceſſor, qui populo ad Deum paratur, neceſſe eſt vt bene viuendo eius gratiam mereamur.*
4 *Cherubinus Caetanus Epiſcopus Campanenſis.*
5 *Cherubin ſcientiæ plenitudo interpretatur.*
6 *Clerici in minoribus non incedentes in habitu & tonſura, an ſint curiæ ſeculari ſubiecti.*
7 *Delegatus repręſentat perſonam Papæ, & ſicut Papa honorandus.*
8 *Delegatus principis vel Papæ in cauſa ſibi delegata maior eſt ordinario.*
9 *Nuncius dicitur legatus ſedis apoſtolicæ.*
10 *Nuncius de quo hac clem. loquitur, eſt inferior legato de latere, & de nuncio habente magnam poteſtatem, remiſſiue.*
11 *Nuncius delegatus principis ſeu Regis.*
12 *Nuncius ponitur pro iurato, ſeu apparitore.*
13 *Nuncius multifariè capitur.*
14 *Collector quis dicatur.*
15 *Conſtitutio an extendatur ad futura.*
16 *Iudex debet facere mentionem de ſigillo, & an eius omiſſio vitiet reſcriptum.*
17 *Citatio an debeat habere ſigillum, & quid ſi fuerit alieno ſigillo ſigillata.*
18 *Teſtis an debeat ſe ſubſcribere in teſtamento in ſcriptis, & ipſum ſigillare, & quid in teſtamento ceci.*
19 *Notarius debet diligenter inſpicere & tranſcribere priuilegium, & reſcriptum & aſſerere non eſſe corruptum vel in aliqua ſui parte ſuſpectum.*
20 *Reſcriptum ex quibus detegatur falſum.*
21 *Notarij cautela ut falſum caueat.*
22 *Inſtrumentum faciens mentionem de alio non abolito nec cancellato ſi reperitur cancellatum, an habeat executionem.*
23 *Inſtrumentum cancellatum an habeat executionem.*
24 *Inſtrumentum cancellatum in parte ſubſtantiali, an habeat executionem, & alia remiſſiue.*
25 *Raſura materia remiſſiue.*
26 *Raſura an noceat ſi reſcriptum, ſeu litteræ ſunt clauſæ.*
27 *Inſtrumentum vituperatum, abraſum, cancellatum, ſupraſcriptum, interlineatum, corroſum, inciſum, & raſum, an dicatur nullum.*
28 *Raſura in quibus locis inducat ſuſpicionem.*
29 *Delegatus debet cum reuerentia recipere litteras ſui ſuperioris depoſito bireto a capite.*
30 *Delegatus an teneatur recipere reſcriptum ſi non falſum nec de falſo ſuſpectum fuerit.*
31 *Delegatus niſi inſerat in ſuis litteris uel citatione tenorem ſuæ commiſſionis, reus an teneatur comparere.*
32 *Delegato non oſtendenti litteras ſuę commiſſionis an credatur.*
33 *Cardinali ſine litteris, an & quando credatur.*
34 *Papa inferiores epiſcopo vocat filios.*
35 *Papa qualiter vocat epiſcopos, Archiepiſcopos, Cardinales & Patriarcas,*
36 *Papa qualiter vocet reges, & alios principes.*
37 *Papa quos fratres vocat, an illos ſibi parificet.*

38 Papa in ſalutatione an & quando ponat in Chriſto, puta, dilecto in Chriſto filio.
39 Regnum Neapolitanum de Sicilia citra Farum ad differentiam inſulæ Siciliæ.
40 Benedictio Papæ quid operetur, & an per eam remittantur venialia.
41 Maledictio Papæ quid operetur.
42 Papa reſcribens hæreticis ſchiſmaticis & excommunicatis, & rebellibus, an eos benedicat.
43 Papa qualiter vocet Imperatorem, & regem.
44 Papa an in ſalutatione ſuarum litterarum in Chriſto, & quid ſi reſcribit vniuerſitati, & quare quandoque cardinales filios vocet.
45 Papa ſcribens abbatiſſæ & monialibus an in ſalutatione apponat verbũ, in Chriſto, quid ſi ſcribat regibus & reginis, & nu. ſeq.
47 Carolus nomen Imperatoris noſtri temporis & eius vitæ aliqua hic.
48 Rex Hiſpaniæ dicitur catholicus, & ſimiliter fides dicitur catholica.
49 Eccleſia ſancta dicitur catholica.
50 Collegium ſiue concilium clericorum & monacorum, qualiter dicantur.
51 Catholicus qualiter exponatur.
52 Eccleſia & fides catholica dicitur quia vbique porrecta.
53 Papa multifariè vocat Imperatorem regem Hiſpaniæ, & Regem Francorum.
54 Orator vel ambaſciator qualis eſſe debeat, & quot qualitates habere debeat.
55 Munus ambaſciatæ eſt publicum.
56 Clerici qualiter incedere debent, & à quibus debeant abſtinere, vt gaudeant priuilegio clericali, nu. 60. 63. 68.
57 Clericos oportet per habitus decentiam extrinſeci, morum intrinſecam honeſtatem oſtendere.
58 Veniens contra canonum prohibitionem non debet canonum beneficio iuuari.
59 Clerici an & quando habitum dimittere poſſint.
60 Diaconi & clerici primæ tonſuræ debent vbique & aſſidue incedere in habitu & tonſura & alia multa facere.
61 Clerico an liceat ſeruire in ruralibus.
62 Clericus an poſſit præſtare ad arandum & fodiendum.
63 Clerici coniugati an teneantur ad functiones fiſcales.
64 Pragmatica quæ ſit & quæ dicatur.
65 Lex principis præiudicialis eccleſiis, an & quando ad eccleſias extendatur,
66 Pragmatica edita a rege vel principe ſeculari diſponens ſuper clericos & eccleſiaſticas perſonas, an valeat & ſeruari debeat.
67 Pragmatica edita per Regem an liget clericos, & valeat. 68.
69 Priuilegia clericorum ſunt multa.
70 Priuilegium clericorum in ſpiritualibus vſque ad nu. 73.
71 Priuilegium clerici quia in omnibus dubijs iuris, quæ per inferiorem rationem humanæ iuriſdictionis terminari non poſſunt, ad eccleſiam recurritur.
72 Priuilegium clerici in primitijs & oblationibus, quæ ſunt clericorum
73 Priuilegium clerici quia ſolus res eccleſiaſticas miniſtrare debet & de ſpiritualibus iudicare poteſt.
74 Priuilegium clerici quia non poteſt verberari & ipſum verberare eſt ipſo iure excommunicatus.
75 Priuilegium clerici, quia ſolus poteſt beneficia obtinere.
76 Priuilegium clerici, quia non poteſt conueniri coram iudice ſeculari.
77 Clericus etiam cum iuramento cur non poſſit fori priuilegio renunciare.
78 Clerici in quibus caſibus poſſint coram iudice ſeculari conueniri.
79 Clerici an poſſint coram alio eccleſiaſtico iudice quam eorum epiſcopo conueniri.
80 Clerici citati coràm iudice incompetente qualiter annullabunt proceſſum.
81 Priuilegium clerici, quia eius familia gaudet priuilegio fori ex eius perſona.
82 Priuilegium conceſſum officialibus, an ſit conceſſum eorum ſubditis.
83 Cauſæ ſeruorum & ruſticorum eccleſiæ ad quem pertineant.
84 Familiares clericorum non deferentes habitum & tonſuram an priuilegio clericali gaudeant.
85 Vaſallus an poſſit renunciare priuilegio fori abſque domini conſenſu.
86 Dominus an poſſit inhibere ſubditis, ne coram aliquo litigent.
87 Familiæ clericorum conductitia an clericorum priuilegio gaudeant.
88 Serui clericorum perpetui an fori priuilegio gaudeant.
89 Familia epiſcopi gaudet priuilegio fori tam in ciuilibus, quam in criminalibus.
90 Familia epiſcopi an poſſit portare arma.
91 Famuli clericorum conductitij, & non perpetui, an gaudeant priuilegio clericali ſi fuerit ab Imperatore conceſſum
92 Priuilegium conceſſum perſonæ non extenditur ad eius miniſtros vel familiares temporales. fallit, vt nu. ſeq.
93 Famuli aliorum quam clericorum, an gaudeant priuilegio domino, ſi aliter dominus non poterit commode uti ſuo priuilegio.
94 Familiares neceſſarij militum, an gaudeant priuilegio militum.
95 Familiæ appellatione quæ contineantur.
96 Litteras familiaritatis à Rege vel Cardinali habentes niſi exerceant officium Papæ quod dantur litteræ, an gaudeant priuilegio.
97 Magna curia & vicarij cognoſcit de cauſis curialium tam ciuilibus quã criminalibus.
98 Famuli officialis regis ſi non aſſiſtant ſeruitijs regis, an gaudeant priuilegio domini.
99 Seruiens principi ſi delinquat intra iuriſdictionem baronis, baro cauſæ cognitionem habere debet.
100 Inferior an poſſit punire officialem ſuperioris in eius territorio delinquentem.
101 Delegatus principis ſi delinquat in territorio ordinarij, ſeu eius iuriſdictione, an poſſit ab eo puniri.
102 Priuilegium exemptionis habens negociando in aliquo loco, an poſſit ibidem conueniri.
103 Coloni & ſerui principis ubi conueniantur.
104 Seruitor regiæ audientiæ delinquens in territorio baronis, an poſſit ab ipſo puniri.
105 Vxor clericorum græcorum an gaudeat priuilegio fori.
206 Concubina clericorum an gaudeat priuilegio fori.
107 Conuerſi an gaudeant priuilegio fori.
108 Oblati an gaudeant priuilegium fori.
109 Statutum laicorum puniens damnum dantes in alienis agris, an comprehendat cuſtodes animalium clericorum.
110 Cuſtos animalium clericorum, an poſſit puniri & accuſari ſi damnum dederit.
110 Libertas eccleſiæ non conſiſtit in crimine.
112 Priuilegium clerici, quia nedum ſtatuẽtes contra ipſum ſunt ipſo iure excommunicati, ſed & facientes obſeruari ſtatuta.
113 Domini temporales interdicentes vendi neceſſaria clericis, an ſint excommunicati.
114 Statutum prohibitorium ſimpliciter loquens, an comprehendat clericos.
115 Statuta contra libertatem eccleſiaſticam, quæ.
116 Priuilegium clerici, quia per clauſulam generalem in reſcripto principis poſitam non poſſunt clerici conueniri.
117 Clerici non tenentur ſoluere ſportulas.
118 Iudex ordinarius habens ſufficiens beneficium & redditus, an poſſit petere ſportulas à litigantibus, & an idem in delegato.
119 Iudex non habens ſalarium an poſſit ex publico accipere.
120 Iudex ordinarius uel eius familia ad alios videtur locum proficiſcens, an poſſit a partibus expenſas habere.
121 Notario debent ſolui ſportulæ & ſalaria pro ſcripturis & labore.
122 Sportulæ quando ſolui debent ſiue iudici ſiue notario à pauperibus non ſoluuntur.
123 Pauperes litigantes an teneantur ſoluere ſportulas.
124 Subditus litigans contra prælatum debet habere expenſas ab eccleſia.
125 Pauperes litigantes cum rege uel fiſco ſi non habent vnde erogent expenſas, an debeant eis a rege uel fiſco fieri.
126 Pauperum cauſa, an gratis agitanda.
127 Magiſtri actorum debent gratis examinare teſtes pupillorum & miſerabilium perſonarum.
128 Notarius conficiens inſtrumentum de aliquo actu uel contractu pauperis nomine ſalarij nihil recipere debet.
129 Diues litigans cum paupere, an & quando ſoluere debet pro paupere expenſas.
130 Iudex in ſummarijs cauſis ſportulas habere non debet.
131 Aduocati recipere non debent ſalaria a pauperibus.
132 Actio an competat pauperi contra aduocatum vt ſibi patrocinetur.
133 Medicus an cogatur gratis mederi.
134 Pauperum cauſa in primis, & ante omnia eſt expedienda quam diuitas.
135 Paupertatis priuilegia.
136 Sportulæ an debeant ſolui à pauperibus in foro eccleſiaſtico & quid in foro ciuili.
137 Priuilegium clerici, quia de acquiſitis ſub patria poteſtate diſponit.
138 Priuilegium clerici, quia in iudicio eſſe poteſt abſque patris conſenſu.
139 Priuilegium clerici, quia poteſt facere collegium.
140 Priuilegium clerici, quia ſeruus ordinatus in clericum ſtatim liberatur à dominica poteſtate, & quid in adſcriptitijs contra domini voluntatem ordinatis.
141 Priuilegium clerici, quia licet alias patrem poſſet vendere filium propter famem, non tamen poterit filium clericum.
142 Priuilegium clerici, quia poteſt vendicare rem conceſſam ante traditionem.
143 Priuilegium clerici, quia non poteſt eſſe tutor.
144 Clerici an & quando tutores datiui eſſe poſſint.
145 Priuilegium clerici, quia regulariter laici non admittuntur ad ipſum accuſandum.
146 Laici quibus caſibus admittantur ad accuſandum clericos.
147 Laicus regulariter non poteſt clericum etiam primæ tonſuræ accuſare,

etiam notorie delinquentem & criminoſum ſallit tamen in ſemptem caſibus.
148 Fornicatori notorie tolerato an obedire teneamur.
149 Clericus per ſe non cogitur iurare de calumnia, ſed per alium.
150 Clericus filius pleno iure ſibi acquirit, quod ex aduentitia iam contemplatione ſua acquirit.
151 Priuilegium clerici, quia licet collectę & datia cum aſſenſu regis impoſita omnes adſtringant, tamen clerici ad dictas collectas non tenentur.
152 Clerici an ſint immunes à collectis gabellis, & exactionibus.
153 Bona clericorum patrimonialia an gaudeant priuilegio bonorum eccleſię.
154 Clerici an teneantur ſoluere gabellas pro bonis emptis pro quibus laici tenebantur.
155 Res quę peruenit ad priuilegiatum in alterius prȩiudicium an mutet ſuam naturam.
156 Priuilegiatus ſuccedens non priuilegiato an poſſit uti ſuo priuilegio.
157 Fiſcus prȩgrauari non debet occaſione priuilegiorum eccleſię.
158 Regis iura abſque diminutione ſoluenda ſunt.
159 Poſſeſſio ſi alicui eccleſię donata fuerit, intrata fiſcalium nomine, illud damnum in cuius prȩiudicium redundabit.
160 Fiſcus an impediatur agere contra poſſeſſionem prȩdij tributarij.
161 Res emphiteutica an tranſeat cum onere ſuo.
162 Fiſcus, reſp. & eccleſia pari procedunt.
163 Clerici an teneantur ad fiſcalia ordinaria uel extra ordinaria de prȩdijs proprijs.
164 Chriſtus ſoluit tributum Cęſari.
165 Chriſti actio noſtra eſt inſtructio.
166 Pater bonus quę facit debet deuotus filius imitari.
167 Reddite quę ſunt Cęſaris Cęſari, & quę ſunt Dei Deo.
168 Omnis anima ſublimioribus poteſtatibus debet eſſe ſubiecta in tributis.
169 Anima quomodo opponatur.
870 Eccleſia an teneatur ſoluere tributum de agris tributarijs ab eccleſia poſſeſſis.
171 Locus ubi fundatur eccleſia uel eius officina debet eſſe liber.
172 Clerici an teneantur ſoluere tributum, quia impetrantur eos defenſat.
173 Bona eius qui ſoluere tenetur tributum, qualiter pro tributis ſint obligata.
174 Bona ſemel in cataſto deſcripta, qualiter pro ſoluendis gabellis cenſeantur, & an ſint tacitè obligata
175 Bona illorum, quibus imponuntur prȩſtantia & collecta tacitè ſunt hipothecata, ubi infertur.
176 Clericus ſuccedens laico, ad quas collectas teneatur.
177 Bona clericis uendita in cataſtro deſcripta & onere tributi affecta qualiter ad clericos tranſeant.
178 Res an tranſeat cum ſua cauſa & uitijs.
179 Vendens rem alteri, quę oneri tributario erat annexa, quid cenſeatur vendidiſſe.
180 Eccleſia, ad quam deuenit res oneri annexa, an ad illud onus teneatur.
181 Eccleſia eſt mater & fons iuſtitię.
182 Clericus ſcienter emens rem onere fiſcalium oneratam, an teneatur ad gabellas.
183 Poſſeſſor an teneatur ſoluere functiones fiſcales prȩdij, pro qua antequam ad eius perueniſſet, ſoluebantur.
184 Tributa dicuntur onera realia, & cum rebus ambulant.
185 Poſſeſſio per eccleſiam acquiſita ſi adſtricta ſit dare pro ſolido & libra ad collectas an tranſeant cum ſua cauſa ad eccleſiam.
186 Statutū quod omnia prȩdia ſint tributaria, an liget eccleſiam ad tributum pro prȩdijs ad eam deuenientibus.
187 Conſilium ut eccleſia teneatur ad tributum pro bonis ad eam deuenientibus.
188 Communitas an poſſit facere prȩdia tributaria.
189 Pacta quę fieri poſſint.
190 Statutū quod omnia prȩdia ſint tributaria, an dicatur contra eccleſiaſticā libertatem & an ualeat.
191 Eugubienſium cantela ad illaqueandum eccleſiam tributis & collectis.
191 Eccleſia an teneatur ad onera ordinaria mere realia quę prȩdijs de conſenſu principis imponuntur.
192 Extraordinaria quę hodie a rege imponūtur, ſunt ad inſtar ordinariorum realia, & an iura loquentia de ordinarijs habeant locum in extraordinarijs.
194 Onera quę imponuntur perſonis pro rebus ſunt extraordinaria.
195 Eccleſia an teneatur ſoluere onera extraordinaria, cum hodie dicantur ordinaria.
196 Superindictum hodie effectum eſt ordinarium
197 Prȩdium ſemel in collectis deſcriptum quod prius erat tributariū an tranſeat ad eccleſiam cum onere ſuo.
198 Prȩdium datum in dotem uel prȩ fundamento eccleſię ſi per prius fuerat tributarium, an remaneat tributarium.
199 De totalia tributi regis non debet confundi, nec minui.
200 Fiſcus non debet ſuis tributis defraudari.
201 Bona omnia debent poni in appretio exceptis clericis & bonis eccleſiaſticis quę in beneficium tenent.
202 Incluſio unius excluſio alterius, & econtra
203 Clericus etiam in ſacris ſi emat ſtabilia cataſtata prȩ collectis tenetur pro illis ſoluere collectas regias.
204 Camera regia pluries decreuit quod clerici pro bonis emptis teneātur contribuere in collectis.
205 Reges imperatorum an ligent clericos.
206 Eccleſia a munere ordinario reali non excuſatur.
207 Excommunicatio an incurratur ſi clerici collectantur pro bonis emptis per prius onere fiſcalium affecti,
Prȩdia Italię an de iure ſint tributaria.
209 Italia non eſt prouincia ſed prouinciarum domina.
210 Clerici an ſubditi ſint laicis.
211 Clerici & eccleſię ſunt immune à collectis & impoſitionibus laicorum, immo imponentes eas & moniti non deſiſtentes, excommonicatur.
Collecta dicitur munus extraordinarium.
213 Clericus hodie ad quę munera teneatur.
214 Debiti alieni adſolutionem nemo urgetur.
215 Collecta quibus imponatur.
216 Sacerdotium eſt maius ſeculari honori.
217 Bona ad pium uſum deſtinata, an gaudeant priuilegio quod non poſſint collectari.
218 Clericus an gaudeat priuilegio pro bonis.
219 Collecta impoſita perſonę prȩ rebus ut hodie imponitur, an tranſeat ad clericos.
220 Collecta quę imponitur perſonis pro rebus, non poteſt imponi eccleſijs.
221 Eccleſia an teneatur ad onera mere realia.
222 Eccleſia an teneatur ad datia, & gabellas ſi ſint impoſitę pro refectione uiarum & murorum.
223 Sacerdotes an in aliquo ſint obnoxij poteſtate ſeculari.
224 Mutata perſona, mutatur rei ſtatus.
225 Fiſcus ſuccedens priuato pro tempore prȩterito cenſetur iure priuati,
226 Laicus habet quadrimeſtre tempus ad prȩſentandum cappellanum, eccleſia vero ſemeſtre.
227 Clerici quando teneantur contribuere in collectis, & quę debeant concurrere.
228 Pars quę pro libertate eccleſiaſtica facit, tenenda eſt.
229 Priuilegium ſpecialiter conceſſum, an tollatur per legem generalem poſtea factam.
230 Clerici & eccleſię an teneant ad collectas pro bonis emptis.
231 Onus ſoluendarum collectarum non inhȩret rei ratione rei ſed perſonę.
232 Separata perſona an ceſſet ſtatutum.
233 Rex an habeat poteſtatem condendi legem contra eccleſiaſticam libertatem.
234 Collecta an tranſeat ad eccleſiam.
235 Bulla Papę honori, & capituli regni, item ſtatuimus, intellectus.
236 Argumentum a contrario ſenſu an & quando ualeat.
237 Pactum quod eſt non inſpicitur, ſed quod fieri debuit.
238 Tributum quod per prius ſoluebatur, ſi res deuenit ad eccleſiam, an illud ſoluere teneatur.
239 Tributum, cenſus & annua prȩſtatio quid, & quare dicatur tributum. nume. 247.
240 Tributum ſeu cenſus non varietur, ſed ſit ſemper uniforme & perpetuū, tunc enim res tranſit ad cauſam cum onere ſuo.
241 Tributum & cenſus an ſoluuntur de primitijs & oblationibus eccleſię.
242 Tributum, an debeatur de locis ad diuinum cultum deputatis.
243 Poſſeſſiones gentilium ſacerdotum erant liberę à tributis.
244 Tributum, an debeatur de loco, ubi fundata eſt eccleſia.
245 Fundans eccleſiam ſcienter & mala fide ſuper agro tributario, an teneatur ad tributum.
246 Cenſualis res, vel emphyteutica vel quę debet aliquam certam annuam prȩſtationem ordinariam, an tranſeat ad eccleſiam cum onere ſuo.
247 Clerici eccleſię pro bonis emptis & alijs ad eos peruentis, non tenentur ſoluere collectas, nec gabellas cum laicis, etiam ſi ſint deſcripta in eſtimo ſeu appretio.
248 Collecta non eſt perpetua, nec certa, ſed variabilis.
249 Tributa dici non poſſunt quę uariantur, nec ſunt uniformia, nec certa.
250 Onus perpetuum rei annexum & inuariabile, ſi res tranſit ad eccleſiam, an tranſeat cum onere ſuo,
251 Eccleſia ſi tenetur ſoluere gabellas, de quibus tenetur.
252 Clericus, ſeu eccleſia pro prȩdio tenetur ad collectas, ubi pactum ita eſſet inter ipſum & laicum uenditorem.
253 Eccleſia, an teneatur ſoluere collectas de bonis ad eam peruentis ex teſtatoris prouiſione.
254 Clerici an teneantur ſoluere mercedem, ſi impoſuerint animalia in locum paſturę communitatis.
255 Baro, an ſtatuere poſſit ut animalia clericorum ſuis uel priuatorum paſcuis arceantur.

Clericus

256 *Clericus non viuens clericaliter an gaudeat priuilegio.*
257 *Clerici non deſeruientes diuinis, an lucrentur fructus ſuorum beneficiorum.*
258 *Beneficium conſequens non intendens ad ſacros ordines promoueri, an lucretur fructus ſui beneficij.*
159 *Clericus, qualiter dicatur clericaliter viuere.*
260 *Clericus ad collectas tenetur, ſi in fraudem collectorum eſſet in eum poſſeſſio translata*
261 *Fraus qualiter probetur.*
262 *Donans partem ſuorum bonorum clerico, in fraudem collectarum, qualiter puniatur.*
263 *Clericus habens bona communia cum fratre, an teneatur contribuere ad collectas.*
264 *Clerici an teneantur ad gabellas, & quibus gaudeant priuilegijs.*
265 *Eccleſia an teneatur ad collectas pro re quæ in perpetuum fuerit ſibi translata.*
266 *Eccleſia an teneatur ad collectas pro certis annis impoſitas, ſi bona ad eam peruenerint.*
267 *Clericus an ſoluat gabellam pro rebus eccleſiaſticis quæ maneant penes eccleſiam.*
268 *Vaſalli clericorum, an à collectis excuſentur.*
269 *Clerici vtrum debent ſtatutis laicorum ut diſponunt.*
270 *Familiares ſeruitores, & domeſtici clericorum, an excuſentur à collectis.*
271 *Clericus, an excuſetur à munere reali ordinario.*
272 *Clericus, an teneatur ad collectas pro feudis, quæ a principe tenet.*
273 *Clericus an ſuccedat in feudo, & poſſit ipſum habere.*
274 *Clericus ſolitus ſoluere gabellas, an ad illas teneatur.*
275 *Clericus, an teneatur ad collectas ex conſuetudine legitimè præſcripta.*
276 *Patientia tacita temporis, cuius memoria in contrarium non extat, an habeat vim conſtituti.*
277 *Clericus, an teneatur ad collectas pro communi vtilitate & laicorum & clericorum.*
278 *Clericus, an teneatur ad collectas impoſitas, vt patria ſe liberet ab hoſtili vel praua ſocietate.*
279 *Clericus volens conſentire ad contribuendum ei, quod ſua intereſt, an cogi poſſit.*
280 *Excuſare ſe nullus poteſt a neceſſitatibus occurrentibus propter guerram.*
281 *Publica vtilitas, an ſit cuilibet priuilegio præferenda.*
282 *Collecta quando impoſita eſt propter magnam neceſſitatem, & clerici tenentur, item quando repentina neceſſitas occurrit.*
283 *Clerici in caſum, in quem tenentur ad collectas, ad cuius deliberationem imponatur collecta.*
284 *Iudex laicus in cauſa gabellæ, an ſit competens inter laicum & clericum.*
285 *Clerici, an teneantur ad collectas pro reficiendis aggeribus, foſſatis, pontibus, vijs, & alijs.*
286 *Clerici an teneantur ad munera extraordinaria, quæ pietatem vel publicam vtilitatem reſpiciunt, & nu. ſeq.*
288 *Imperator tempore, quo erat Romanus Imperator, imperabat etiam in ſpiritualibus, at nunc ad ſolum Papam ſpectat.*
289 *Legi imperiali ſtandum, niſi contrarium de canonica iure reperiatur, vel lex fuerit eccleſiæ damnoſa.*
290 *Clericus, an teneatur pro pontium refectione & murorum.*
291 *Communitatis facultates ſi pro pontium refectione, murorum et ſimilium ſufficiunt, clerici & eccleſiæ non tenentur.*
292 *Clerici & eccleſiæ regulariter non tenentur pro pontium, murorum & ſimilium refectione.*
263 *Clerici, an teneantur pro ſalario cuſtodum ciuitatis tempore guerræ.*
294 *Gabellarij, an ſint excommunicati, ſi ſponte & non per extorſionem collectas recipiant.*
295 *Excuſatur nullus a munere in aduentu principis, vel quando vadit ad expeditionem.*
296 *Clericus negociator, an pro illis rebus teneatur ad collectas, & an perdat priuilegium abſque monitione.*
297 *Negociatio clericis interdicta.*
298 *Clericus negociator, ut peſtis fugiendus eſt.*
299 *Fratres mendicantes, an ad decimas teneantur.*
300 *Epiſcopus de rebus conductis pro mercimonijs, an teneatur ad collectas.*
301 *Nobilis, an perdat nobilitatem, ſi eius manibus operabitur in eius poſſeſſionibus, & quid ſi faciat mercantias.*
302 *Clericus ter monitus ſi non deſiſtat gabellas ſoluere tenetur.*
303 *Emptores redditunm eccleſiæ, an eccleſiaſtica immunitate gaudeant.*
304 *Locans fundum in pecunia, an ad collectas teneatur.*
305 *Onus collectæ ad eos, qui fructus percipiunt, ſpectat.*
306 *Coloni partiarij eccleſiæ an ad collectas teneantur.*
307 *Collecta, an ſoluatur pro bonis feudalibus & pro quibus.*
308 *Feuda quæ non præſtant ſeruitium, ſed cenſus pecuniarios, an & quando habeat feudi naturam.*
309 *Vaſallus comitis, vel Baronis, an teneatur regi ad pub. functiones pro bonis etiam, pro quibus domino ſuo ſeruit in pecunia vel redditibus.*
510 *Immunitas non ſoliti pro aliqua re ſoluere collectas, quanto tempore præſcribatur.*
311 *Priuilegium non ſoluendi collectas, per quem concedi poſſit.*
312 *Clericus negociator, quis dicatur, & quæ negociatio ei ſit interdicta.*
313 *Mercator, an dicatur ex unico actu mercandi.*
314 *Eccleſia nō tenetur ſoluere gabellam de uena ferrea effoſſa, ſi eam ad ciuitatem portat, ut ſolet.*
315 *Artificium an ſit clericis interdictum & quod.*
316 *Clericus emens vinum ut reuendat, an ad gabellas teneatur.*
317 *Clericus emens uinum & frumentum ad uictum de eius præbenda, an teneatur ad gabellas.*
318 *Clericus, an teneatur ſoluere gabellam de equis, quos ad pompam tenet.*
319 *Clericus, an teneatur ad gabellas pro rebus, quas ex ſua neceſſitate de loco ad locum tranſuehit.*
320 *Officialis, an teneatur ſoluere gabellam pro libris, quos ſecum portat.*
321 *Iuramento cuius ſtabitur, ſi fuerit dubium inter publicanum & laicum res portantem ſui uſus gratia.*
322 *Clericus, an teneatur ad gabellam a laicis impoſitam ſuper carne & uino.*
323 *Priuilegium clerici, quia non tenetur ire ad bellum.*
324 *Priuilegium clerici, quia non tenetur hoſpitari in ſua domo, vel eccleſia.*
325 *Officialis, an poſſit capere lectos & alia, ac etiam domos clericorum eis inuitis.*
326 *Clerici non ſunt immunes ab hoſpitalitate pia, ſed oneroſa*
327 *Priuilegium clerici, quia non conuenitur in pluſquam facere poteſt*
328 *Clericus an poſſit cum iuramento beneficio capitu. Odoardus, renunciare.*
329 *Clericus dicitur miles cœleſtis militiæ*
330 *Verbum, in quantum facere poteſt, qualiter intelligatur.*
331 *Clericus negans debitum, an perdet priuilegium c. Odoardus, & an tranſeat ad fideiuſſorem vel hæredem tale beneficium, num. 332*
333 *Exceptio, ne quis conueniatur in pluſquam facere poſſit, quæ ſit.*
334 *Clericus pro debito ciuili non poteſt capi nec carcerari. & nume 344. vide reg. & fallentias, num. 353. 354. 355.*
335 *Clericus impotens ad ſoluendum, vel ſuſpectus de fuga, an carcerari poſſit.*
336 *Priuilegium clerici, quia pro debito ciuili non carceratur.*
337 *Clericus, an poſſit carcerari facta excuſſione.*
338 *Clericus obligatus cum iuramento elapſo termino ratione periurij, an poſſit carcerari.*
339 *Periurium eſt graue peccatum in clerico, & an maius adulterio.*
340 *Detinens inuitum clericum in compedibus an ſit excommunicatus. & quid ſi ſponte clericus permanet.*
341 *Caro & corium liberi hominis, an poſſint eſſe in obligatione.*
342 *Iuramentum executionem paratam habet ſicut ſententia.*
343 *Obligatio penes acta, an executionem paratam habeat. & quid ſi iurata non fuerit.*
345 *Accuſatus de periurio, quia non ſoluit, an excuſetur propter neceſſitatem.*
346 *Clericus criminaliter accuſatus, vel ſi ei pœna in obligatione contenta fuerit accuſata, an carcerari poſſit.*
347 *Periurus an dicatur non ſoluens in tempore.*
348 *Carcer non ſoluit debitum, ſed burſa, facit tamen prouentum.*
349 *Obligatio penes acta iurata habet executionem paratam, ſicut ſententia & qualiter ſententia executioni mandetur.*
350 *Clericorum cauſa qualiter determinari habeant.*
351 *Clericus qualiter carceretur: & an poſſit coram laica ad perſonalem diſtractionem obligari.*
352 *Clericus qui laici negocia geſſit, an carcerari poſſit, donec rationem reddiderit.*
356 *Clericus malefactor, an capi poſſit: & volens dare fideiuſſores, an liberari debeat.*
357 *Priuilegium clerici, quia non poteſt contra ipſum ſuper breuiaria exequi: nec contra ſcholarem ſuper libris, nec contra militem ſuper armis.*
358 *Priuilegium clerici, quia ſi excommunicatur ut teſtis vacillans non poteſt torqueri.*
359 *Priuilegium clerici, quia etiam præcedentibus indicijs torqueri non poteſt.*
360 *Vita leuitas & vilitas contra inquiſitum conſtare debet.*
361 *Priuilegium clerici, quia contra eum tales admittuntur teſtes, quales ad ſacerdotium promoueri poſſunt.*
362 *Deformitas corporis an impediat clericum ad ſacerdotium promoueri.*
363 *Priuilegium clerici, quia impunè de manu familiæ eripi poteſt.*
364 *Priuilegium clerici, quia tanquam filius non patitur pœnas in crimine læſæ maieſtatis.*

365 *Privilegium clerici, quia licèt ex aliqua cauſa poſſit exhæredari, ſecus erit eo effectu clerico.*

366 *Privilegium clerici, quia promotus ad clericatum præcedentem infamiam amittit.*

367 *Privilegium clerici, quia ſtatuta laicorum non ligant eum.*

368 *Statutum, quod ſi clerici aliquid non faciunt, an eorum conſanguinei teneantur.*

369 *Privilegium clerici, quia non tenentur conferre libros cum fratribus.*

370 *Privilegium clerici, quia quocunque principe dignior dicitur.*

371 *Clerici hodie propter eorum illiteraturam contemptibiles facti.*

372 *Aſinorum appellatione, an veniant clerici.*

373 *Illiteratus eſt magis exoſus canoni quam homicida.*

374 *Collatio facta illiterato, an valeat.*

375 *Clerici plerunque ſunt lenones potentum, & alia de clericis illiteratis.*

376 *Privilegium clerici quia ei non imponitur ſolennis pœnitentia.*

377 *Privilegium clerici, quia quilibet extraneus ei oppreſſo auxilium præſtare debet.*

378 *Privileg. clerici, quia litigans pro reb. eccleſiæ prius audiri debet, & quid de rebus ſuis.*

379 *Clerici pro reb. eccleſiæ habent privilegium eligendi forum, nō autem pro bonis proprijs*

380 *Privileg. clerici, quia non poteſt niſi per clericum torqueri: alias ſi per laicos, in excommunicationem incurritur, niſi neceſſitas vel conſuetudo aliud ſuadeat.*

381 *Privilegia clericorum multa alia.*

382 *Iudex laicus, an poſſit clericos in minoribus conſtitutos punire.*

383 *Conſuetudo iuriſdictionem tribuit.*

484 *Conſuetudo, an poſſit privilegium clericale tollere.*

385 *Clericus artifex ratione artis, an poſſit coram iudice ſeculari conveniri.*

386 *Clericus negociator, an teneatur ſervare ſtatuta loci, ubi negociatur.*

387 *Clerici in minoribus conſtituti in habitu & tonſura non incedentes privilegio clericali non gaudent.*

388 *Clericus in prima tonſura aliquem mutilans vel occidens, an perdat privilegium, & a quo iudice puniatur. nu. ſeq.*

390 *Clericus de prima tonſura exercens chirurgiam, an perdat clericatum.*

391 *Clericus in minoribus coniugatus, an gaudeat privilegio?*

392 *Clericus coniugatus, ut privilegio gaudeat, qualiter incedere & qualis eſſe debeat, a quibus abſtinere.*

393 *Fallentiam allegans, probare debet.*

394 *Clerico neceſſe eſt, ut unicam tantum ducat uxorem, nec viduam, vel ab alio corruptam, ut privilegio gaudeat.*

395 *Clericus coniugatus, ut privilegio gaudeat, matrimonium canonicè contrahere debet.*

396 *Clericus coniugatus de prima tonſura, an diſtringi & condemnari à iudice laico poſſit.*

397 *Iudex laicus aſtringens clericum coniugatum ſuper eo, ad quod iudex eccleſiaſticus non poterat, an ſit excommunicatus.*

398 *Clericus coniugatus de prima tonſura probare debet unicam tantum & virginem accepiſſe & incedere in habitu & tonſura.*

399 *Lex una per aliam diſtinguitur & limitatur.*

400 *Clericus coniugatus, quid probare habeat, ut remittatur.*

401 *Iudex ſecularis, an ſtatim debeat clericum coniugatum remittere.*

402 *Clericus coniugatus, ſi tempore deprehenſionis incedit in habitu & tonſura, an privilegio gaudeat.*

403 *Pars citari debet a iudice eccleſiaſtico, qui cognoſcit ſuper remiſſione clerici coniugati.*

404 *Inſtrumentum ſeu littera clericatus eo ipſo quod coram iudice laico producitur (ſufficit ut iudex laicus remittere debeat ad epiſcopum cognitionem) ſi gaudet privilegio, necne.*

405 *Iudex eccleſiaſticus cognoſcere debet, an clericus coniugatus remitti debeat, vel ne.*

406 *Probatio de clericatu, eſt quid ſpirituale.*

407 *Iudex ſecularis qualiter clericum remittere debeat.*

408 *Iudex ſecularis detinens clericum coniugatum, an poſſit a iudice eccleſiaſtico puniri.*

409 *Mulier clerici coniugati detenti, an poſſit procuratorem conſtituere.*

410 *Coniuncta perſona pro coniuncta procuratorem conſtituere poteſt.*

411 *Coniuncta perſona, an appellare poſſit ſine promiſſione de rato.*

412 *Uxor clerici coniugati ſine agnatis decedentis, an eccleſia præferatur.*

413 *Libelli forma, quando clericus coniugatus non vult ſe ſubijcere ſtatutis & taleis laicorum.*

414 *Audacia in malum ſonat*

415 *Delictum grave, gravius & graviſſimum, quod dicatur.*

416 *Crimina enormia quæ.*

417 *Crimina excepta, quæ.*

418 *Monetæ falſæ criminis ſpecies ſex.*

419 *Monetam falſificans, crimine læſæ maieſtatis tenetur.*

420 *Monetas falſificans, ſi non eſt ſubditus, non dicitur committere crimen læſæ maieſtatis.*

421 *Laici ſi plures ſint, & unus clericus, omnes coram eccleſiaſtico conveniri debent.*

422 *Continentia cauſæ, an dividi debeat.*

423 *Dignius ad ſe minus dignum trahit.*

424 *Sanguinis pœnam imponens, an ſit irregularis.*

425 *Maleficia, impunita remanere non debent.*

426 *Nequam nequiores ſiunt propter impunitatis ſpem.*

427 *Venia facilitas incentivum delinquendi eſt.*

428 *Extravagans hæc ex multis neceſſaria fuit.*

429 *Libido, quid, & quotupliciter capiatur.*

430 *Facinus impunitum relinquens alijs quod ad ſimilia perpetrandum præſtat exemplum.*

431 *Exemplo quod eſt pernicioſum, revocandum eſt*

432 *Pœna propter frequentia delictorum augetur.*

433 *Reſcriptum de aliquo delicto impetratum actione de primo non facta, an valeat.*

434 *Delinquere conſuetus, qui alias pœna pecuniaria puniendus veniebat, an pœna mortis puniri poſſit.*

435 *Ius canonicum cum æquitate procedere debet.*

436 *Sanguinis pœna per ius canonicum non imponitur.*

437 *Scandalo obviandum.*

438 *Iudex partes cogere poteſt ad præſtandam cautionem de non offendendo, ſi ſuſpicio ſcandali extet.*

439 *Uxor ſi viri timeat ſævitiam, an cautionem a iure de non offendendo petere poſſit, & an propter ſævitiam fieri poſſit thori ſeparatio.*

440 *Scandalum mala inducit.*

441 *Tumultus periculum quando imminet, culpabiles pœna mortis an puniri poſſint abſque ordinato proceſſu.*

442 *Iudex licèt ad populi tumultum ad pœnam corporalem procedere nō poſſit, an & quando executionem ſententiæ accelerare poſſit.*

443 *Papa minoribus epiſcopo ſcribens dicit, diſcretioni: epiſcopis autem, fraternitati.*

444 *Extravagans hæc præceptum continet, ideo negligens eam mortaliter peccat.*

445 *Extravagans hæc de quibus clericis intelligatur: & an habeat locum in clericis in ſacris conſtitutis.*

446 *Extravagans hæc eſt localis & lex generalis in regno.*

447 *Conſtitutio papalis ſcripta, vel non, à quo tempore liget.*

448 *Clericus coniugatus, qui uxorem duxit an teneatur ad gabellas præteriti temporis.*

449 *Clericus in minoribus ſi diu non ſolvit gabellas, an præſcriptione iuvari poſſit, & quantum tempus requiratur.*

450 *Citatio ad pœnam infligendam an una pro duabus ſufficiat.*

451 *Monitio per modum legis facta ab habente poteſtatem legis condendæ ad infligendam pœnam, an ſufficiat una pro omnibus.*

452 *Monitio trina eſſe debet, vel unica cum comminatione ſub privatione privilegij clericalis.*

453 *Monitio merè extraiudicialis, non requirit tertiam.*

454 *Monitio vindictam præcedere debet.*

455 *Clerici in minoribus ut amittant privilegium, quot requirantur.*

456 *Clericus de prima tonſura etiam ſi non incedat in habitu & tonſura, fori privilegio gaudet.*

457 *Clerici coniugati licèt ſe ſecularibus negocijs immiſceant interdictis clericis, quando amittitur privilegium.*

458 *Verbum, ipſo iure, quid importet.*

459 *Iuriſdictio vera alteram iuvare debet.*

460 *Epiſcopus facilis ad monendum clericos eſſe debet, ut à ſceleribus reſipiſcant. Et quid ſi negligens fuerit. & nu. ſeq.*

461 *Iudex ſecularis, an iudicis eccleſiaſtici negligentiam ſupplere poſſit. & nume. 464.*

462 *Contemptor canonum, an deponendus.*

463 *Pœnitens homicidas, an ſit ſanguinis effuſio.*

465 *Clericus in minoribus honeſtum habitum deferre debet.*

466 *Morum honeſtas per extrinſeca habitus decentiam oſtenditur.*

467 *Corporis incompoſitio mentis qualitatem indicat.*

468 *Clericalis ordinis decus attendi debet.*

469 *Talis quis præſumitur, qualem ipſum veſtes indicant.*

470 *Veſtis eſt cauſa honoris.*

471 *Advocati incedere debent in habitu ornato.*

472 *Milites militaria inſignia habere debent.*

473 *Mulieribus, an & quando liceat fucatis coloribus uti, ut pulchriores videantur.*

474 *Clericus portans extrinſecus veſtes condecentes, intrinſecus autem non, an gaudeat privilegio.*

475 *Clericorum honeſtas in calciamentis conſiſtat.*

476 *Clericorum honeſtas in quibus conſiſtat.*

Panni-

477 Panni rubei, frena & calcaria deaurata Papæ inſignia ſunt.
478 Rochetum, quibus prælatis portare liceat.
479 Veſtes nimis fulgidæ ad elationem, & iactantiam pertinent.
480 Clerici vnguentis ad redolendum vngi non debent.
481 Clerici veſtimentis nimis ſcisſis & ſordidis vti non debent, quia potius bubulci viderentur quàm clerici.
482 Clericus vbicunque locorum debet vti veſte conuenienti ordini clericali: & quæ dicatur veſtis conueniens.
483 Veſtes ſpecialiſſimè clericis ſunt interdictæ.
484 Clericus ſine cappa ambulans ſacerdotium deturpat.
485 Clerici non portantes habitum conuenientem, qualiter puniantur.
486 Clericalis habitus quis, & an ſit à iure determinatus.
487 Conſuetudo regionum multum ſpectanda eſt circa clericorum veſtes.
488 Monachus dimittens habitum, an ſit excommunicatus.
489 Monachi an habitum transformare poſſint.
490 Clericus an poſſit habitũ transformare, & in quibus caſibus & an requiratur ſuperioris licentia.
491 Clericus propter paupertatem excuſatur ſi vilibus veſtibus, vel diuerſi pannis & coloris eis vteretur: item ſi ex humilitate veſtem non conuenientem portarent, & pileum ad vitandum frigus: numero ſequenti.
492 Panni rubei, purpurei, frena & calcaria deaurato, & ſimilia ornamenta licèt ſint Papæ inſignia, Cardinales tamen de conſuetudine vtantur eis.
493 Clericus in minoribus etiam coniugatus, qui rerũ ſumpſit habitum diu dimiſſum pro præteritis delictis, an gaudeat priuilegio. & num. 499. cum ſeq.
494 Placitum ſemel diſplicere non poteſt: & electo vno in incompatibilibus non datur ad aliud regreſſus.
495 Clericus coniugatus nõ incedens in habitu & tonſura, quo ad quid amittat priuilegium.
496 Priuilegium ſemel amiſſum, an poſſit amplius reaſſumi.
497 Virginitas ſemel amiſſa recuperari non poteſt.
498 Actio ſemel extincta non reuiuiſcit.
501 Aſſumptio clericatus in fraudem criminis, an opituletur.
502 Fraus quomodo probetur.
503 Clericus præuentus à iudice ſeculari ante reaſſumptionem habitus, an gaudeat priuilegio.
504 Clericus coniugatus, qui mortua vxore reaſſumit habitum, an priuilegio gaudeat, et quid ſi duxit aliam.
505 Clericus in minoribus, an cogi poſſit habitum deferre, & quid de clerico coniugato.
506 Clericus habitum dimittens, an dicatur apoſtata, & an deprehenſus in apoſtaſia ipſo facto priuilegio priuetur.
507 Clericus, qui dimiſſo habitu immiſcet ſe enormitatibus, an perdat priuilegium.
508 Clericus in minoribus ut perdat priuilegium, quæ requirantur.
509 Monachus, qui relicta religione in qua profeſſit, vxorem duxit, an priuilegio gaudeat.
510 Clericus effectus poſt delictum commiſſum, a quo iudice puniri poſſit. & quid ſi in fraudem præſ.num.ſeq.
511 Veniens religionem, qui poſt commiſſum delictum ipſam intrauit, an poſſit à iudice laico puniri.
512 Fraus in dubia non præſumitur.
513 Iudex ſecularis, qui præuenit antequam delinquens effectus fuiſſet clericus, an ſemper ſuper eo cognoſcere poſſit.
514 Votum, an retrotrahatur.
515 Præuentio an fiat per ſolam citationem.
516 Clericus vt poſſit à iudice ſeculari puniri, an degradari debeat.
517 Clericus incedere debet detonſo capite & patentibus auribus, & quare?
518 Tonſura prima, quid.
519 Tonſuræ, raſuræ & coronæ differentia.
520 Clericus incedere debet in habitu & tonſura copulatiuè: & ſi alterum deſiit, an priuilegio gaudeat.
521 Clericorum honeſtas conſiſtit à planta pedis vſque ad verticem capitis & in quibus.
522 Vnctio capitis, quid ſignificet.
523 Clericus alijs detrahentes audire non debet.
524 Clericus debet habere caſtos oculos, quia impudens oculus impudici cordis eſt nuncius.
525 Diſcretio per naſum conſideratur.
526 Labia ſacerdotis iuſtitiam cuſtodire debent.
527 Loquens inconſiderate, mala ſentiet.
528 Clericus, an barbam nutrire debeat.
529 Gibboſus, an poſſit eſſe clericus.
530 Venter mero æſtuans de facili in libidinem ſpumat.
531 Venter pinguis groſſum generat ſenſum.
532 Luxuriæ ſedes eſt in lumbis virorum, & vmbilico fœminarum.
533 Teſticuli continent in ſe omne incentiuum luxuriæ.
534 Clericus non debet crura denudata portare.
535 Maturitas mentis per itineris grauitatem oſtenditur.
536 Clerici non debent cum ſuſpectis fœminis conuerſari, nec monialium monaſteria viſitare.
537 Monachi mundo mortui licèt dicantur, quandoque impregnant commatres
538 Clericus, an poſſit habere concubinas, vel vxores
539 Clerici in minoribus, an poſſint vxores ducere.
540 Clericus an poſſit eſſe venator.
541 Venator, quare nullus ſanctus reperiatur.
542 Clericus debet incedere in habitu, & tonſura ſecundum conſuetudinem locorum.
543 Clericos iniquos Deus non exaudit.
544 Clerici non debent eſſe ioculatores, nec buffones.
545 Clerici non poſſunt eſſe laniones nec tabernarij.
546 Clerici an poſſint negociari.
547 Clerici, an poſſint ludibria exercere & ad aleas ludere, tabernas viſitare & exercere, & macellariorum artes agere, & alia multo prohibentur eis.
548 Clerici non debent publicè locare operas ſuas ad arandum, & ſimilia ſordida.
549 Clerici proprias vineas putare fodere, domusque reficere non prohibentur.
550 Clericus quas artes poſſit exercere, & à quibus abſtinere.
551 Clericis ſunt interdictæ iudicaturæ ſeculares, aſſeſſoriæ, procurationes, & comercia ſecularia.
552 Clericus chirurgiam exercere an poſſit.
553 Clericorum negligentia eſt punibilis, ſimiliter epiſcoporum circa eorum officium.
554 Præſtandi ius amittitur ob negligentiam.
555 Collatio beneficiorum ad Papam ſpectat propter eius negligentiam intra ſemeſtre tempus.
556 Eligendi ius amittitur propter negligentiam.
557 Beneficiorum conceſſio ad ſuperiorem pertinet ob negligentiam.
558 Beneficia vacantia epiſcopus conferre propter negligentiam poteſt intra ſex menſes, & eo negligente intra ſex alios ad ſuperiorem ſpectat.
559 Præſcriptio contra negligentes currit.
560 Officialis negligens iuſtitiam facere, an puniatur, & intra quantum tempus negligens eſſe dicatur.
551 Iudex de negligentia accuſatus, an debeat perſonaliter comparere.
562 Negatiua affert multa incommoda, & quæ afferat.
563 Clericus non incedens in habitu, & tonſura, an ſit priuandus priuilegio perpetuo, an vero recuperabiliter.
564 Forum in neutro genere, & forus in maſculino.
565 Clericus ut tradatur iudici ſeculari, quæ debeant præcedere.
566 Incorrigibilis, quis dicatur.
567 Clericus in minoribus, cum ſit res ſpiritualis, an poſſit coram iudice laico conueniri.
568 Qualitas tribuens iuriſdictionem contra clericos, an debeat per prius apparere.
569 Cognitio de clericatu, an debeat ad iudicem eccleſiaſticum remitti.
570 Clericus captus à iudice ſeculari ſine habitu & tonſura, donec fuerit cognitum de clericatu, an debeat penes ipſum remanere.
571 Clericus pendente dubio quod inceſſit in habitu & tonſura, vel non, an debeat remitti.
572 Clericus captus à iudice ſeculari, ſi oſtenderit litteras clericatus, an ſtatim remitti debeat.
573 Clericatus probatio quomodo, & coram quo fieri debeat.
574 Epiſcopi litteris, an credatur aliquem eſſe clericum.
575 Cardinalis aſſertioni aliquem eſſe clericum, an credatur.
576 Clericus coram iudice ſeculari dicens ſe clericum, an excuſet iudicem in ſindicatu.
577 Clericus coniugatus, qualiter probabit ſe clericum, & an à iudice eccleſiaſtico poſſit ex officio repeti à iudice laico.
578 Dictio, &, quandoque ſtat implicatiuè.
579 Ultimum ſupplicium, quomodo capiatur.
580 Papa promulgans legem, quæ imponit pœnam mortis, an efficiatur irregularis.
581 Omnia noſtra facimus, quibus noſtra impartitur authoritas.
582 Clauſula, authoritate noſtra, vel vice noſtra, quid importet.
583 Canone impoſite imponente pœnam ipſo iure, an requiratur monitio, vel ſententia.
584 Clauſula, non obſtantibus quid operetur.
585 Datæ materia.
586 Annus pontificis, an poni debeat.
587 Annus emergens, & annus communis, quando incipiat, & quot dies habeat.

De

DE VITA ET HONESTATE Clericorum. Rubrica.

CLEMENS VII. Hieronymo Centelles in Regno Siciliȩ citra Farum nuncio & cõmmiſſario Apoſtolico.

a Don Hieronym.[a] Cẽtelles, iuris vtriuſque
doctor, Sãctiſſimi Domini noſtri Clemẽtis
diuina prouidẽtia Papæ vij. & ſedis Apoſto-
b licȩ in toto Regno Neapolitano, nũcius,[b] &
c Collector[c] generalis ad infraſcripta ſpeciali
ter deputatus: vniuerſis & ſingulis prȩſentis
noſtri publici generalis edicti ſeriem inſpe-
d cturis tàm præſentibus quàm futuris[d] ſalu-
tem in domino. Notum facimus, quod San
e ctiſſimus dominus noſter Clemẽs[e] Papa vij.
nobis direxit infraſcriptas litteras apoſtoli-
f cas in forma breuis[f] in charta mebrana ſcri-
g ptas, ſub anulo piſcatoris ſigillatas, ſanas
h & integras,[h] non vitiatas, non cancellatas,
non

REVERENDO In Chriſto patri, ac Domino, Domino Cherubino Cayetano de Cayeta, Dei & Apoſtolicȩ ſedis gratia Cãpanenſi Epiſcopo digniſſimo, Ioannes Antonius de Nigris eiuſdem ciuitatis Campaniæ. vtriuſque iuris Doctor immeritus, cũ recommendatione ſui ad intellectus exercitium & acutiem, prȩſens opuſculum dirigit.

CVm Reuerendiſſime Antiſtes & domine maxima habẽda ſit ſollicitudo & cura circa vera Dei dogmata & ſacerdotum honeſtatem, quȩ vitam humanam exornat & cum honore gubernat: nihilq; ſic erit ſtudio
1 sè agendum, ſicut ſacerdotum honeſtas, † qui ſemp Deo ſup
2 plicant: & † ſi ſacerdotium inculpabile ſit, maxima nobis a
Deo dona dabuntur· quia bene vniuerſa geruntur, ſi principium fiat decens & amabile Deo, probantur hæc omnia in Auth. quo. opor. epi. in princ. coll. 1. per clericos enim & ipſorum orationib. ſummi numinis veniam ſperamus, vt in epi-
3 ſtola inter claras. C. de ſum. Trini. & fid. catho. † qui enim intercelſores pro populo ad Deum parãtur, neceſſe eſt vt eius gratiam bene viuendo mereantur: ne qui placare poſſe iram Dei creditur, hanc ipſe ex proprio reȩtu mercatur: quia cum is, qui diſplicet, ad intercedendum mittitur, irati animus ad deteriora prouocatur. c. 1. 49. diſt. & c. in grauibus. 3. q. 7. Cũ itaque fȩlicis recordationis Clemens Papa vij. modernus ad ſupplicationem Caroli imperatoris pro reformando clericorum ſtatu & honeſtate in regno Siciliæ citra Farum conſtitutionem hanc nouam ediderit: quæ cum paucis innoteſceret, paulatim clerici eam deſerere & contemnere cȩperũt: pedetẽntimq; poſt exordia boni operis, ad mala reuerſi ſunt, & in vitia ruere, exindeq; ſubſequutæ ſunt morum corruptiones & deformitates ſtatus eccleſiaſtici, ac honeſtationes & decolorationes grauiſſimȩ: quotidieque in iudicijs diſceptandi occaſio prȩbetur, nunquid clericali priuilegio tales gaudere debeant, nec ne? Magiſtratuſque & cæteri Iuriſperiti, quibus interprȩtandi conſulendiq; facultas tribuitur, plurimum hæſitant, de eaque frequens in iudicijs concio fit. Id circo Ego Ioannes Antonius de Nigris de ciuitate Campaniæ iuris vtriuſq; Doctor, licet immeritus, ſperans in eo, qui dixit ad Moyſen, ero in ore tuo & docebo te quid loquaris, vt habetur Exo. 4. c. ſtatui pro ſimplicium faciliori intelligentia, prout mei ingenij tenuitas patitur, aliqua per modum cõ
4 menti ſuper ea in ſcriptis redigere. † Vobis igitur Reuerendo, Domino Cherubino Cayetano, Campanenſi epiſcopo, hãc interpretationem corrigendam offero· tuum namq; nomen
5 cum ſit conſonum rebus, & ſcientia plenus exiſtas: † Cherubin enim, ſcientiæ plenitudo, interpretatur, extra de pȩn. diſt. 2. in prin. poſt mediũ, & Spe. in prȩm. col. 2. Tu itaque, qui pudicitia ornatus, honeſtate decoratus, temperantia compoſitus, charitate ſplendidus, & ſcientia plenus exiſtis: opuſculũ hoc, quale ſit, libenti animo accipere & protegere non dedigneris, vt pro tui nominis authoritate vita honeſtaſque clericorum iuxta Canonicas ſanctiones a ſubditis non immeritò obſeruetur. Vale, & iterum atque iterum vale.

6 DOn Hieronymus. † Clerici in minoribus cõſtituti nõ incedentes in habitu & tõſura, & alia iuxta canonicas ſanctiones non obſeruantes, tanquam laici ſunt curiȩ ſeculari ſubiecti, & a iudice ſeculari vſque ad vltimũ ſupplicium puniri poſſunt, nulla alia ſuper hoc declaratione requiſita. h. d.

Et diuiditur in tres partes principales: in prima ponitur iudicis delegati narratio, vſq; ibi, dilecto: in ſecunda ponitur pontificis conſtitutio, vſque ibi, poſt quatum. In tertia ponitur mandati apoſtolici exequutio. Item ſecunda ſubdiuiditur: quia primo ponitur facti narratio. Secundo Pontificis prouiſio. Secunda ibi, nos igitur.

a Hieronymus[a]. Nomẽ eſt proprium iudicis delegati. & nota
7 ex hoc, † quòd delegatus ſe prȩmittit in litteris: & hoc, quia
repræſentat perſonam domini Papȩ. 94. diſt. ca. 1. Et quo ad negotium ſibi commiſſum, ſicut Papa, honorandus eſt. 93. diſtinc. c. fin. 7. q. 1. c. omnis. Spe. in titu. de cita. §. iam de citatio
8 ne, colum. 4. verſic. quod autem. Et † delegatus Principis vel
Papæ maior eſt ordinario in cauſa ſibi delegata. c. paſtoralis, & ibi Doct. extra de offi. ordi. de quo per Alex. & alios in l. 1. col. 23. verſi. quarto. ff. de offi. eius, cui man. eſt iur. in illa quæſtione, an delegatus Principis poſſit cauſam meri imperij ſibi delegatam delegare, tex. in c. ſanè, extra de offi. deleg.
b Nũcius. ideſt legatus ſedis Apoſtolicȩ, vt habetur in pro-
9 œmio Pragmaticȩ ſanctionis, in verbo, nuncios. † Aduerte
10 tamen, † quod iſte nuncius, de quo loquitur iſta clem. eſt inferior nuncio, ideſt legato de latere: & de iſto nuncio ſeu legato habente magnam poteſtatem loquitur totus titulus extra de offi. deleg. & tex. in c. ad Apoſtolicȩ, in princ. extra de ſen. & re iudi. in 6. & text. in extrauag. viam ambitioſè: extra de
11 regu. & in extrauag. ſuper gentes, de conſue. † Similiter etiã
dicitur legatus Principis, ſeu Regis, de quo loquitur text. in l. diem functo. ff. de offi. aſſe. & ff. de offi. prȩſi. l. legatus, cum
12 ſi. † Alibi tamen nuncius ponitur pro apparitore ſeu iurato,
& de iſto loquitur conſtitutio Regni, quæ incipit, in ciuilib. cauſis, ſub rub. de apparitoribus & eorum ſalario: late Paris
13 in ſindi. in verbo, nuncius. † Et de multiplici nomine talis nũ-
cij, vide Spe. in titu. de cita. §. ſequitur, colum. 2. verſic. quandoque per nuncium.
c Collector.[c] i. collectas & decimas ac alia tributa Põtifici de
14 bita capiens: † & de iſto loquitur tex. in extrauag. poſtulaſti,
de præb. in extrauag. commu.
d Futuris.[d] Per hoc patet, quòd conſtitutio iſta extẽditur ad
15 præſentia & futura, † non autem ad præterita, cum de eis nõ
fiat ſpecialis mentio. l. leges & conſtitutiones. C. de legi. c. fi. extra de conſti. & Doct. in d. locis. Alber. de Roſa. in quæſt. ſta. in prima parte, q. 70. col. 1. cum ſequen. & in c. cognoſcẽtes, extra de conſti. late de iſta materia per Fely. in d. c. fi. extra de conſtitu. & per Iaſ. in l. non dubium, colum. 3. cum ſequen. C. de legi.
e Clemens.[e] Iſte fuit Florentinus de familia de Medicis.
f Breuis.[f] Breue dicitur, quia ſub compẽdio & breuitate omnia continet.
g Piſcatoris:[g] & ſic nota, q. Iudex debet facere mẽtionem de
16 ſigillo & eius impꝛeſſione ſeu ſigno, † de quo & p Spe. in tit. de
reſcri. pꝛeſenta. in prin. col. 1. in verſi. in noĩe Dñi nõ tamẽ eius omiſſio vitiat, dummodo non ſit falſum reſcriptum: quia ſi dubitaretur, poſſet principale inſpici, vt dicit Spe. vbi ſupra in fine Ad prædicta etiam vide Fely. in ca. tertio loco, col. 1.
17 extra de proba. † & ibi, an in citatione debeat apponi ſigillũ:
& ſi eſt ſigillata alieno ſigillo, an debeat fieri mentio, de quo etiam vide per Innoc. Io. And. & alios in c. 2. extra de fid. inſtru. vbi Fely. late, col. antepen. vſq; ad fi. vbi multa de materia ſigilli: & per Guil. de Cu. & Bart. in l. ad teſtium. §. 2. ff. de
18 teſta. † Et an in teſtamento in ſcriptis debeant teſtes ſe ſub-
ſcribere, & ſigillare, vide in l. hac conſultiſſima, & ibi Doct. C. de teſta. & quid in teſtamento cȩci, vide in l. hac conſultiſſima. C. qui teſta. fa. poſſ.
h Integras,[h] non vitiatas, &c. No. q. Iudex & Notarius, quan-
19 do tranſcribit reſcriptum, † vel priuilegium, debet diligenter
illud

non abolitas,nec abraſas,aut in aliqua earũ
parte ſuſpectas:quas ea,qua decuit,reueren
a tia,[a] ſupra caput recepimus.[b] Huiuſmodi
b ſub tenore[c] a tergo.[d] Dilecto[e] filio Hierony
c mo Centelles,in regno Siciliæ[f] citra Farum
d Nuncio & Commiſſario noſtro.Intus vero:
e Clemẽs Papa vij: Dilecte fili ſalutem & apo-
f ſtolicam benedictionem[g] Exponi nobis nu
g per fecit dilectus filius nobilis vir Ludoui-
h cus de Corduba, Dux Sueſſæ, chariſſimi[h] in
Chriſto

---

illud inſpicere & aſſere vidiſſe illud ſanum & integrum,non
corruptum,non cancellatum,non abolitum,nec in aliqua ſui
parte ſuſpectum:alias ſi reſcriptum eſſet corruptum, vel can
cellatum & c.non probaret & eſſet ſuſpectum de falſo.c.li-
cet,extra de cri.fal. c.inter.§.inſtrumentum,extra de fid. in-
ſtrum.c.cum olim,verſus fi.extra de priuil.facit l.fi.C.de edi
diui Adri.toll.l.1.§.ſi hęres.ff.ſi tab.teſt.nullę exta.& Doc.in
d.locis.Spe.in tit.de reſcrip.pręſen.§.primo igitur,col.2.ver.
20 item excipit.† Et ibi etiã ponit,ex quibus detegit reſcriptum
21 falſum,de quo in d.c.licet.† & Spe.in d.titu.in prin.col.2.ver.
fit quoq; ponit cautelam ꝓ notario,vt bene inſpiciat reſcri-
ptum: alias ſi dixerit in ſuo inſtrumento illud incorruptum,
& c.Si poſtea apparet contrarium,eius.inſtrumentũ redargui
tur de falſo,niſi vitium probetur poſtea ſubſequutũ, vt ibi ꝑ
22 eũ,† & Iaſ.in d.l.fi.col.3.in fi.vbi ponit,An tale inſtrumentũ,
in quo dr̃ de alio,ꝙ nõ eſt cãcellatũ, nec abolitũ, & c. ſi illud
reperitur cancellatũ, an habeat exequutionem, vide ibi per
23 eũ.† Intellige ſup. dicta, qñ vitiũ eſt viſibile,ſecus ſi eẽt inuiſi
bile,l.2.& ibi glo.C.de edic.diui Adri.tollẽ ſentit glo.in d. l. fi.
eo.tit.in ver.vinatũ,& ibi Iaſ.in 1.col.in fi.ver.3.requiritur.
24 Itẽ intellige,† qñ eſſet in parte ſubſtantiali,alias ſecus, vt per
Iaſ.ibidem,vbi ponit multas alias limitationes,in col.7.cum
25 concor.ibi,vbi † ponit & multa de raſura reperta in inſtrumẽ
to,ad quod vide etiam tex.& glo.in d.c.licet.§.quinta,in ver
bo,tenuem.extra de cri.fal.& ibi gl.ponit nota. limitationẽ,
26 ꝙ † licèt raſura noceat qñ eſt in parte ſubſtantiali : tamen qñ
reſcriptum ſeu litterę eſſent clauſę,& intus reperitur raſura,
in quocunq; loco fuerit,nõ nocet:quia nõ eſt pręſumptio cõ
27 tra impetrantẽ, vt ibi per glo.& vide Doc.ibidem.† Ad pre-
dicta vide etiã Spe.in tit.de inſtru.edi.§.inſtrumentum, col.
4.verſi.item excipitur.vbi ponit,qñ inſtrumentũ eſt vitupe-
ratum,abraſum,cancellatũ,ſupraſcriptum, vel interlineatũ,
vel corroſum,vt l.1.§.ſi roſę.ff.de bo.poſſ.ſecũ.tab. vel quan
do eſt inciſum,vel raſum ita,ꝙ legi nõ põt,an tali caſu dicat
28 nullũ vel falſum.† & Spe.eo.tit.§.oſtenſo,col.4. ver. & colli-
ge.& eo.tit.§.reſtat,circa princ.vbi ponit,in quib.locis raſu-
ra,vel alia ſupradicta inducant ſuſpitionẽ,vel dicatur in par-
te ſubſtantiali,vide ibi per eum.

a Reuerentia.[a] Not.ꝙ delegatus debet cũ reuerentia recipe-
29 pere litteras ſui ſuperioris,† & Pontificis depoſito bireto a ca
pite,vt dicit Spe.in tit.de reſcri.præſentatio.in prin.& ibi Io.
And.in addi.in verbo, exhibitio, allegat etiã ita tenere Egi.

b Recepimus.[b] Iudex enim delegatus tenetur recipere re-
30 ſcriptum,non falſum,nec ſuſpectum,† vt hic;& per Spec. in
titu.de reſcrip.præſen.in prin.col.2.verſic.his igitur.quando
enim delegatus eſt ſubiectus deleganti,cogitur obedire. c.pa
ſtoralis,extra de offic.delega.c.paſtoralis,extra de offic.ordi.
& glo.& Doct.in dictis locis.

c Recepimus.[c] Iudex enim delegatus debet inſerere tene-

d Tenore.[d] Patet ergo, ꝙ delegatus debet inſerere tenorem
31 ſuę,† cõmiſſionis in ſuis litteris,vel citatiõe,vt ſciatur q̃s,&
qua authoritate illud faciat:alias reus nõ teneretur compa-
rere,q̃a ignorat eũ eſſe iudicem,C.de ſuperindi.l.1.li.10. c.
32 præterea,extra de dilatio.& Doct.in dictis locis.† Nec ei cre
deretur,ſi aſſereret habere litteras ſuę cõmiſſionis, niſi illas
oſtenderet.l.vnica.C.de mand.Princip.c.cum in iure, extra.
de offi. deleg.c.1.extra de electio.in extraua. Bonifacij VIII.
in extrauag.cõmu.ꝑ Bar.& Doc.in l.2.in prima lectura,col.
2.ver.ſed iuſta.ff.ſi quis in ius voca.nõ ierit.Spe.in tit. de ci-
ta.§.iã de citatione.verſi.cæterum,col.j.& col.3. in ver.viſo.
vbi ponit formã in ſpecie cũ inſerto tenore de verbo ad ver-
bum:& idẽ Spe.in tit.de iud.deleg.§.ſequit,col.5. ver. cõmiſ
ſin autẽ.& in tit.de reſcrip.præſen.in prin.col. 2. latè ꝑ Doc.
33 vbi d.Fely.in d.cap.cum in iure.col.2.vbi ponũt etiam, † An
& qñ credatur Cardinali ſine litteris: & q̃d de ſtilo Romanæ
curię, vide quotas ibi allegatas,& ꝑ Iaſ.in repe.l.admonẽdi,
in ſecunda lectura,col.73.ff.de iureiu. & Ang.in conſil. 182.
incipiente,mandatum Principis, & in c. nobiliſſimus, & ibi
Doc.97.diſt.Fely. in c. quod ſuper.extra de fi.inſtru. Bal.in l.
ſi qua per calumniã,col.fi.C.de epi.& cle. & in quæſtionibus
Parla.Delfi.quæſtione 445.incipiente,an valeat.

e Dilecto[e] filio.Not.ꝙ Papa inferiores Epiſcopo vocat dile
34 ctos filios,vt hic,& c.quã graui,extra de cri.fal. & c. miratus,
93.diſt.vnde Abbas etiam vocatur filius.c.cum olim,el.1.in
princ. extra de priuil. Similiter rectores eccleſiarum, & alij
vocantur filii,vt in extrauag.Ioan.22.quę incipit,frequẽtes,
extra de iudi.in extrau.comu.Similiter fratres Prędicatorũ,
& aliorum ordinum vocantur dilecti filii,vt in extrauag. Six
ti IIII.quæ incipit,vices,extra de treg.& pa.in extrauag. cõ-
35 mu.† Epiſcopi vero & alii ſuperiores prælati, vt ſunt archie-
piſcopi,Cardinales & Patriachę,vocantur fratres.d.c.quam
graui.& d.c.miratus,& in dictis extrauagantibus,& in extra
uag.ex debito.§.huiuſmodi.extra.de electio. in extrauagan.
commu.& in c.fundamenta.§.ne autem.in tex.& gloſ.in ver
bo,fratres,extra de electio.lib.6.& in epiſtola,inter claras.C.
de ſum.Trinitate,Spec.de reſcrip.præſen. §. ratione formæ,
in prin.& Docor.in dictis locis.Sed incõtrarium videtur tex.
in c.ad apoſtolicę,in princ. extra de ſen.& re iu.ĩ 6.vbi vocat
36 Cardinalẽ,dilectũ filium,† reges vero & alios Principes Pa
pa vocat dilectos filios, vt hic,& in extrauag. vices.§.nuꝑ.&
in extrauag.ad vniuerſalis, circa princ. extra de treg.& pa.in
extrauag.col.& in c.hæc quippe.3.q.6.& in extrauag.Io.22.
prodiens de cri.fal.& in d.c.quam graui.& ibi Doc. & Spec.
vbi ſupra:& ſi aliter reperitur in reſcripto, redargueretur de
37 falſo.d.c.q̃ graui,cum ſup.allegatis.† Et nota,q̃a quos vocat
fratres,videtur Papa illos ſibi parificare,vt probat tex. iũcta
glo.in l.victor.§.fi.in verbo,fratrẽ.C.de ſum.Tri. quos vero
filios,ſecus:q̃a pr̃ maior eſt filio:& ẽt reges vocat fratres, vt
38 in dictis iuribus,& gl.in d.extraua.ꝓdiens,in verbo,filii.† Et
aduerte,ꝙ in ſalutatione lr̃arum Papę non ponitur, in Chri-
ſto:puta,dilecto in Chriſto.filio,& c. niſi vt infra dicã in alia
gl.in verbo,in Chriſto,qñ vero Papa ſcribit vniuerſitati, ap-
pellat omnes filios,vt dicit.Abb.in proęmio Decreta.in 2. le
ctu.col.2.in prin. verſi.item colliget Ad prędicta etiam vide
glo.in c.1.in verbo,fratribus.extra.de renun.in 6.& in ca. 1.
eod.verbo,de de offi.deleg.in 6.vbi patet ꝙ Papa loquens ꝑ-
mixtim de Cardinalibus,appellat eos fratres. Ad text. in ca.
ad apoſtolicę.de ſen.& re iud.in 6.quem ſupra allegaui in cõ
trarium,reſponde ꝙ ibi loquitur in presbytero Cardinali, ꝓ
pterea vocat filium:ſed Epiſcopos Cardinales vocat fratres,
colligitur etiam iſta differentia ex dictis per Fely. in proęm.
decreta.ibi,Gregorius epiſcopus,in 2.lectura.col.1.

f Sicilię[f] citra Farum,ideſt in regno Neapolitano. & dicit
39 citra Farum,ad differentiam Inſulę Sicilię,quæ eſt vltra Farũ
& nota,ꝙ hic eſt poſitus locus,vbi erat nuncius,quia ſemper
poni debet locus vnde eſt,puta abbati talis eccleſiæ & c.vt
dicit Spe.in tit.de reſcrip.pręſent.§.ratione,col.1.in fi.

g Benedictionem.[g] Quid operetur talis benedictio,& an re
40 mittãtur peccata venialia,† vide glo.& Doc.in proęmio ſex
ti,in verbo,benedictionem:& ibi ponit quot modis remitrã-
tur peccata venialia,vbi etiam vide Philipp.Fran. & Abb.in
41 proęmio Decreta.in 2.lect.col.2.ver.quid autem.† Et de ma
ledictione Papæ, quem effectum operetur, vide in c.1, circa
42 fi.extra de cenſi.in 6.& per glo.in c.1.de vſur.in 6.† Quid au
tem ſi ſcriberetur hæreticis, ſciſmaticis, excommunicatis,
vel rebellibus,an tunc Papa eos benedicat, uel ſalutet, uide
Ioan.And.in procem.Decreta.in fi.ubi dicit, ꝙ non ſalutat,
nec benedicit:ſed dicit ſpiritum conſilii ſanioris,uide ibi per
eum,ubi etiam ponit,quare dicitur,apoſtolicam benedictio-
nem.Limita prędicta,niſi Papa ſalutaret ad captandam beni
uolentiam,prout fecit Gregorius XII.ſcribens fautorib.Bñ-
dicti,quos pro ſciſmaticis habebat,ut dicit Ant.de But.in ꝓ-
ęmio Decreta.& ibi Felyn.in 2.lectu.colum.6.verſicu. & ad-
de,cum concor.ibi.

h Chariſſimi.[h] Nota,ꝙ Papa uocat Imperatorem & regem,
43 chariſſimum filium,ut hic,& in cap.ad uniuerſalis, in princ.
extra de treg.& pace.in extrauag.commu. & in ca. prodiens
de cri.fal.in extrauag. Ioan.XXII.

In

Chriſto a filij noſtri Caroli b Romanorum &
a Hiſpaniarũ Regis catholici c in Imperatorẽ
b electi d orator, e quòd liceãt in Regno Siciliæ
c citra Farum clerici primæ tonſuræ & mino-
p rum ordinum, tam iuxta canonicas f ſanctio
e nes, quàm ipſius regni pragmaticam g ſan-
f ctionem, habitũ & tonſurã honeſtè defer-
g re clericales, & alia, ſolenia ſeruare, alias pri
uile·

a In a Chriſto. Nota unam differentiam, quia in ſalutatione
45 litterarum Papę non ponitur, in Chriſto: † puta, veneralibili
in Chriſto fratri, & c. vt patet ſupra eo. ibi, dilecto filio: alias
illud reſcriptum poſſet redagui de falſo. c. q̃ graui, extra de
46 cri. fal. † Fallit hoc, niſi ſcribatur abbatiſſę, & monialibus, quia
tũc apponitur, in Chriſto, extra de reſcrip. c. cùm dilecta. ex-
tra, de confir. vti. vel inuti. c. cum dilecta. extra de excep. c. di
lectæ. † Fallit ſecundo, quando Papa ſcribit regibus, vel regi-
nis: quia tunc ponit̃, chariſſimo in Chriſto filio: vel chariſſi-
mæ in Chriſto filię. extra de conuer. coniu. c. chariſſimis, cla
rius in d. extrauag. ad vniuerſalis, in prin. de treg. & pa. in ex-
trauaga. commu. & in tit. de reſcrip. præſen. §. ratione formę,
col. 1. & d. Prępo. in c. hæc quippe, col. 2. 3. q. 6.
b Caroli. b Iſte Carolus eſt de inclita nobiliſſima, & Impe-
47 riali progenie de † Auſtria, & coronatus & cõfirmatus Ro-
manorum Impator, & dictus eſt Carolus V. Romanorũ Im-
perator inuictiſſimus, & glorioſiſſimus: & multum auxit im-
perium, & vicit Africam, & eius dictioni, & Romano Impe-
rio ſubiecit: & perſonaliter bello Africano interfuit in anno
proximo prætento nonæ indictionis, 1535. & Deo auſpice
triumphum, & victoriam reportauit: repoſuitque verum re-
gem Tuneti in regno, qui fuerat expulſus: hodieque dictus
Rex Tuneti eſt ſubditus, & tributarius Imperatori: dictuſq;
Tuneti Rex amicus, & ſubditus Imperatori, venit perſonali-
ter in ciuitatem Neapoli cum quinq; nauibus: fuitq; hono-
rificè receptus a Prorege regni, de menſe Iunij primæ indi-
ctiunis 1543. miſſitq; ad Imperatorem Carolum, qui erat in
partibus Lombardiæ.
c Catholici. c Not. q Rex Hiſpanię, dicitur catholicus, vt
48 hic, ſimiliter † fides noſtra dicitur catholica, extra de ſum. Tri.
& fi. cath. in rub. & in 6. & Clemẽ. eo. tit. & l. fi. §. in præſenti.
C. de epi. & cleri. & in auth. de ſan. epi. in princ. & C. de ſum.
Trin. in rub. & l. liquet. eo. c. excommunicamus, in prin. ex-
tra de hęre. & in auth. iuſiu. quod præſt. ab his, in princ. ibi, cõ
49 municato, & c. † Similiter ſancta eccleſia dicitur catholica, vt
in c. hęc eſt. 24. q. 1. & in c. omnis. 21. q. 4. & in extrauag. vnã
ſanctam, de maio. & obed. in extrauag. com. & in l. ſi quis in
hoc genus. C. de epi. & cle. & d. l. fi. & l. decernim?. C. de epi.
aud. & l. 2. C. de ſum. Tri. & l. 1. C. de his, qui in eccle. manu.
50 Similiter † collegium, ſiue cõcilium clericorum, & monacho-
rum, dicitur catholicum. l. 1. C. de ſacroſan. eccle. Et religio
etiam dicitur catholica. l. mathematicos. C. de epi. aud. l. ne-
mo. C. eo. l. 2. C. de ſum. Tri. Similiter clerici dicuntur catho
51 lici. l. cum clericus. C. de epi. & cle. † Et dicitur catholicus, id
eſt, generalis & vniuerſalis ac perfectus in fide, cui nihil defi-
cit, vt colligitur ex dictis per gl. in d. extrauag. vnam ſanctã,
in glo. ſuper verbo, ſponſo. benefacit text. in d. l. 2. C. de ſum.
52 Trin. † Dicitur etiam eccleſia, & fides catholica, id eſt vniuer
ſalis & vbique porrecta, vt not. glo. in rub. C. de ſum. Trin. &
gloſ. in d. auth. iuſiurã. quod præſtatur ab his, in verbo, catho
licè: & Azo in ſum. cod. tit. de ſum. tri. §. item quid, Archid.
in c. fundamenta, in princ. extra de electio. lib. 6. & Alber. in
53 ſuo dictiona. in verbo, catholica. † Alibi tñ Papa vocat Impe
ratórem Iuſtinianũ, Chriſtianiſſimum & glorioſiſſimum, vt
in epiſtola, inter claras. C. de ſum. Trin. alibi vero vocat Ca-
rolum regem Frãcorum glorioſum: & ſic Imperator dicitur
Chriſtianiſſimus & glorioſiſſimus: Rex Hiſpaniæ dicitur ca-
tholicus: ſimiliter Imperator vocatur catholicus. c. ſi Impera
tor. 96. diſt. Rex Frãcię dicit̃ glorioſus: & vocatur etiã Chri-
ſtianiſſimus, vt dicit Iaco. Bonaudi. in ſuo panegirico, col. 18.
& col. 41. & licèt iura per eũ allegata non probent, quia vo-
cant eum chariſſimum: tñ de facto vocatur Chriſtianiſſimus.
d Electi. d Nunc verò confirmati, & coronati.
e Orator. e i. Ambaſciator. & talis debet eſſe vir magnæ au
54 thoritatis, † bonus, fidelis, & eloquẽs, arg. in c. ad apoſtolicę,
in princ. extra de ſen. & re iud. in 6. 1. q. 1. c. eſtote, & dẽt eſ-
ſe gratus, vel ſaltem non odioſus illi, ad quem mittitur, vt in
epiſtola, inter claras, in fi. C. de ſum. Trin. quia, cum is, qui di
ſplicet, ad intercedendum mittitur, ita ſi animus ad deterio-
ra prouocat̃. c. 1. 49. diſt. 3. q. 7. c. in grauibus, & gloſ. in d. c. ad
55 apoſtolicæ. in verbo, ſalutem. † Et munus ambaſciatæ, eſt pu-
blicum. l. 1. C. ex quibus cau. ma. & illud cogitur ciuis pro ci-
uitate ſuſcipere, no. in l. ſi qs decurio. C. de decu. lib. 10. & ibi
Bar. & Domi. in d. c. ad apoſtolicę. Aliqñ etiã ſumit̃ orator ꝑ
aduocato, vt in prima cõſti. ffforũ. Ad p̃dicta etiã videlatè Lu
cã de Pen. in rub. C. de legatio. li. 10. vbi ꝑ multas col. ponit
viginti qualitates, & ꝑfectiões, qb. dẽt eẽ munitus legatus,
ſeu ambaſciator & orator. vide ibi, q. a lõgũ eẽt hic ſcribere.
f Canonicas f ſanctiones. Vt in c. in audiẽtia. extra de ſent.
excom. c. clerici officia, extra de vita. & hone. cle. c. ſi quis. c.
clericus, el 1. & c. clericis, eo. tit. clem. 1. & 2. extra de vita &
56 hone. cler. † In quib. iurib. probatur, q clerici incedere debẽt
cũ habitu, & tonſura: alias ſi tertiò moniti nõ deſiſtant, priuã
tur priuilegio clericali, d. c. in audientia, & d. clem. j. idem eſt,
ſi negociationibus ſecularib. non abſtineãt. c. fi. extra de vita
57 & hone. cler. & d. clem. 1. & 2. & Doc. in dictis locis. † q. a opor
tet clericos ꝑ decentiã habitus extrinſeci, morum intrinſe-
58 cam honeſtatem oſtendere. d. clem. fi. §. dignitatem. † Vñ ve-
niendo contra canonũ prohibitionem, nõ debent canonum
beneficio iuuari, quia fruſtra legis implorat auxiliũ, qui com
mittit in legem. l. auxilium, in fi. de mino. c. fi. extra de immu.
eccle. cum concor. ibi, per gloſ. & glo. in c. 2. in verbo, ab ec-
cleſia, extra ne cle. vel mo. benefacit glo. in c. trãſmiſſam, ex-
59 tra de electio. † Intellige, niſi rationabilis cã eos excuſet, pu-
ta ad euitandum ſcandalũ, quia tunc poſſet dimittere habi-
tũ. c. Deus, qui, extra de vita & hone. clerico. vel quia cã ne-
ceſſitatis in itinere cõſtituti, d. c. clerici officia puta, q. a ſubeſ
ſet cauſa timoris, vt d. clem. 2. in princ. & ibi, glo. in verbo, ra
tionabilis, & Doc. in dictis locis.
g Pragmaticã g ſanctionem, vt eſt in regno regia pragmati-
ca Regis Ferdinãdi, quæ incipit, Ferdinandus, & c. vniuerſis,
& c. ſub rub. q diaconi vulgò dicti ſiluarici, vadant in habitu,
60 & tonſura. † in qua diſponitur, q diaconi, & clerici primę ton
ſuræ debent vbiq; aſſiduè & continuè incedere in habitu &
tõſura clericali, & eccleſię ac diuinis officijs horis cõgruis in-
tereſſe, & deſeruire & a ſecularib. negocijs abſtinere, aliàs nõ
gaudent priuilegio clericali: ſed ciuiliter, & criminaliter corã
ſecularib. iudicib. pñt conueniri: & tenentur ſoluere functio-
nes fiſcales, & alia munera & onera ciuilia ſubire, q. a in frau
dẽ illud facere pręſumitur: & ſimiliter ẽt ſtatuit̃ in alia prag-
matica ſequenti, quæ incipit, magnifici, ſub rubrica, contra
diaconos ſiluaticos: & eſt alia prag. quæ incipit, Ferdinãdus,
& c. Illuſtriſſimo Don Henrico, in qua eſt inſerta bulla Papę
Honorij, & incipit, Honorius epiſcopus ſeruus ſeruorũ Dei,
ad perpetuã rei memoriam: ſub rub. quib. immunitatib. dẽnt
gaudere clerici, in qua ſtatuitur, q illi qui ſe clericos aſſerũt,
ſi clericaliter nõ viuunt portando habitum, & tonſuram, & a
negociationib. & quæſtub. clericis interdictis ſe abſtineãt, vel
ſe vilib. & inhoneſtis ac prohibitis ſe immiſcent, & ſordida,
& vilia exercent, vel publicè operas ſuas locant ad arandum
& ſimilia ſordida faciendum, tenentur ad functiones fiſcales,
& non gaudent priuilegio clericali: ad prædicta vide etiam
61 clem. 1. & 2. extra de vi. & hone. cleri. † Et ad materiam, an li-
ceat clerici ſeruire in ruralibus, vide in l. quiſquis cenſibus.
C. de epi. & cler. & Spe. in titu. de cle. coniug. col. 2. verſic. ſed
62 quam dices, in fi. vbi dicit, † q eſt interdictũ clericis publicè
operas ſuas locare ad arandum, vel fodiendum, & ſimilia ſor
dida: vt calcis coquendæ, & arenę fodiendę, vt dicit glo. in c.
63 generaliter. §. nouarum, in verbo, ſordidorum, 16. q. 1. † Quid
autem ſit de clericis coniugatis, & an teneantur ad functio-
nes fiſcales, & an gaudeant priuilegio fori in criminalibus, ſi
vadunt in habitu, et tonſura, vide in c. 1. extra de cleric. cõiu.
lib. 6. & ibi Doc. & quę dicit Spe. eo. tit. & in regno eſt regia
pragma. quæ incipit, Ferdinandus, & c. magnifico viro Briſię,
ſub rub. q clerici coniugati cõtribuãt fiſcalib. functionibus,
& eſt ritus magnę curię Vicariæ, q. incipit, Item q ſi aliquis,
ſub rub. clericus coniugatus non admittitur ad priuilegium,
vbi dicitur, q contra dictum clericum proceditur tamquam
contra laicum, & non admittitur ad priuilegiũ: tamen ille ri-
tus, quando clericus incedit cum habitu, & tonſura, videtur
contra iura ſup. allegata: & ideo non ligaret de iure, per ea
quę

a uilegio · clericali minimè gaudere deberent,
& foro ſeculari ſubijciantur : tamen dicto-
rum clericorum ſine habito & tonſura in-
cedentium , delinquendi adeo pullulauit.
auda-

quæ ſtatim dicam: reſpectu priuilegij fori, non dico reſpectu
functionum fiſcalium, vt etiam probat d.prag. proximè alle-
64 gata.†Quid autem ſit pragmatica, vide glo.in l.iubemus nul-
lam.C.de ſacroſan.eccle.& in authē.qua in prouincia.C.vbi
de cri.agi opor.& Iaſ.in l.fi.in princ.C.ſi contra ius, vel vtil.
65 pub. †Sed nunquid dictę pragmaticę editę a rege & Prin-
cipe ſeculari diſponentes ſuper clericos & perſonas eccleſia
ſticas, valeant & ſint ſeruandæ : reſpondeo q̀ nō, quia lex aſ
ſumit vires a poteſtate condentis legē.l.fi.ff.de iur.om.iud.c.
a nobis, extra de ſenten.excom.c.vt animarū, extra de conſt.
in 6.ſed Rex non habet poteſtatem ſuper eccleſias, nec perſo
nas eccleſiaſticas, vt in c.cum ad verum, & cap.ſi Imperator.
96.diſt.facit c.eccleſia ſanctæ Marię, cum ſua materia, extra
de conſti.& in auth.caſſa.C.de ſacroſan. eccle. ergo Rex ex
defectu poteſtatis non potuit leges ſeu pragmaticas condere
66 contra eccleſiaſticas perſonas.†pro hoc facit, quia lex princi
pis præiudicialis eccleſijs, non extēditur ad eccleſias, niſi ex-
preſsè approbetur per Papā, vt eſt cōis theorica Doc.in c. fi.
extra de ſol.& Abb.in d.c.eccleſia ſanctæ Marię, col.4.verſi.
vna.& col.5.Ad prędicta benefaciunt, quæ dicit Alex. cōſi.
355.incipiente, Ponderatis his, col.pen.verſ.benefacit.2.vol.
67 alias ſecundū alium ordinem eſt conſilio 210. †Et ſi diceretur,
q̀ tales pragmaticę valent, cum ſe conforment cum iure
canonico, per dicta per Abb.vbi ſupra, dico q̀ tunc habēt a
canone poteſtatem, non autem ab ipſa lege: ſed iſtę pragma-
ticæ non conformant ſe cum canone, quia clericus non ince-
dens in habitu & tonſura: vel clericus negociator, vt perdat
priuilegium fori, requirebatur trina monitio.c.ſi.extra de vi
ta & hone.cle.c.2.extra ne cler.vel mo.c.in audientia, extra
de ſen.excom.clem.1.& 2.de vi.& hone.cle. cum ſimilib. de
quo tamen vide quæ infr. plenius dicam, ſed per dictas pra-
gmaticas ſtatim abſq; monitione perderet priuilegium cleri
cale, igitur &c. Et propterea fuit neceſſaria iſta clem.& extra
uagans conſtitutio, per quam fuit facta trina monitio: & ſta-
tutū illud, quod ioca, & in dictis pragmaticis continetur. Ad
prædicta vide quæ dicit Abb.in d. c. eccleſia ſanctæ Mariæ,
col.5.& ibi Fely.col.16.in fi.verſi.prima eſt, vbi ponunt, an
leges, quę habentur C. ſacroſan.eccle.& de epi. & cle. p to-
tum, ſint ſeruandę. bñfaciūt quæ dicit Matth.de Affli. con-
ſtitutione, Comite, primo not. & in regno Siciliæ vltra Fa-
rum eſt alia pragmatica ſuper hoc edita, vt dicā infra in glo.
ſequenti, in fin.

a Priuilegio.[a] Notaq̀ clericus non deferens habitum, & ton
68 ſuram, †nō gaudet priuilegio clericali, vt hic, & iuribus ſupra
allegatis in glo.in verbo, canonicas. intellige pręcedente tri-
na monitione, vt dictis iuribus: licet in regno per iſtam cle.
extrauagantem, non requiratur alia monitio, cum ſit in hac
conſtitutione per edictum facta: & ratio aſſignari poteſt, q̀a
clericus qui nō incedit in habitu, & tonſura, vr̄ indignus pri
uilegio clericali, maximè ſi ſe immiſcet enormitanb.c.cū nō
ab homine, extra de iud.c.perpendimus.extra de ſent. excō.
c.ex parte, el 3.extra de priuil.c.2.extra de apoſt.ſaltem, quā
do ſunt ī minorib.cōſtituti, Doc.in dictis locis, & Alex. cōſi.
8.incipiente, Videt̄ ſuper primo, in primo volum. quia cū ele
gerit vitam ſecularē ipſius vitę iudici ſubijci debet, iuxta il-
lud, Dignū eſt, vt quicunq; alijs ſimilem vitam ſcipiunt, ſimi-
lē in legib. ſentiant diſciplinā, extra de ſta.mona. c. recolen-
69 tes, vt per Alex.conſi.58.quia ſępiſſimè, in fi.4.vol.†Sed quę
ro, quæ ſunt priuilegia conceſſa clericis, & ordini clericali:
Dic q̀ ſunt multa, quæ cōſiſtunt tam in ſpiritualib.q̄ tempo-
70 ralibus.†Primum eſt in ſpiritualibus, q̀ non poteſt cōcedere,
niſi ſolus Deus, vel eius Vicarius, quale eſt illud, quodcunq;
ligaueritis ſuper terrā, erit ligatum & in cœlo: & quodcun-
que ſolueritis ſup terrā, erit ſolutū & ī cęlo, vt habet̄ Matth.
c.18.& Io.c.20.hoc enim priuilegiū Chriſtus conceſſit Pet.
in perſona eccleſię, vt per Inn.in c.nouerit, circa princ. extra
71 de ſen.excō.& tex.& Doc.in c.quodcunque.15.qō.1.†Secū
dū priuilegiū eſt, q̀a in omnib. dubijs iuris, quæ p inferiores
ratione iuriſdictionis humanę terminari non pñt, ad eccleſiā
72 recurrit̄, c.per venerabilem, prope fi.extra q̀ fil.ſint legi.†Ter
tiū eſt priuilegiū de decimis, primitijs, & oblationibus, q̄ ſunt

73 clericorū.16.q.1.c.reuertimini.extra de deci.c.tua.†Quartū,
quia ſola eccleſia res eccleſiaſticas miniſtrare debet, & de ſpi
ritualib.ius ſtatuere, & iudicare poteſt.96.di.c. ſi Imperator.
74 c.cum ad verum, & c.denique.†Quintum, q̀a verberans cle-
ricum, eſt excōicatus ipſo iure.17.q.4.c.ſi quis ſuadente, de
quo vide Hoſt. in ſum.extra de ſen.excom.§.qualiter profe-
ratur, col.3.in fi. cum plurib. ſequen. vbi multas quęſtiones
ponit ad hanc materiā peroptimè facientes, & neceſſarias, &
per Aſtes.in ſum.lib.7.tit.3.§.ſequitur videre de ſecūdo. Di-
cta tamē regula, q̀ percutiēs clericum eſt excōicatus, fallit in
multis caſibus, de quib.vide Aſtes.in d.ſum.lib.7.titu.13.§.
ciſio,& eam etiam refert & ſequitur Fely.in c.eccleſia S. Ma-
riæ,col.32.verſi. 3 .nota extra de cōſti.& Alex.in addi.ad Bar.
in l.Titio.ff.ad municip.allegat Bal.in cōſilio incipiēte,quidā
176 laicus, vbi dicit † ꝙ clericus ſuccedens laico cogit̄ ad collectas
in pręteritū impoſitas ſuꝑ illis reb.ſecus ſi in futurū impone-
177 rentur in rebus illis frāchis,vt ibi ꝑ eos.Quintodecimo † addu
citur,quia ex quo tales poſſeſſiones venditę eccleſijs ſeu cleri
cis per prius erant tributariæ & affectę onere tributi & colle-
ctarū,ex quo erant deſcriptæ in extimo,tranſeunt ad eccleſiā
& ad clericos cū onere ſuo.10.q.1 .c.ſi qs,extra de deci.c. pa-
ſtoralis.extra de pigno.c.ex litteris.tex.& gl.in cle.1.extra de
cēſi.& d.c.ſi tributū.11.q.1 .& c.tributū.23.q.8.extra de cēſi.
c.1.extra de immu.eccle.cap. 1.lib.6.C.de epi.& cle.l.3.ꝓbat
tex.in l.peto.§.frē.ff.de leg.2.& dicit Bal.cōſi.148.incip. Præ
178 miſſo ſtatuto primo, † ꝙ ad clericos trāſit res cū ſua cā ſuiſq;
vitijs.l.Pōponius.§.cum quis adminiculo.ff.de acquirē. poſſ.
179 Sextodecimo † adducit̄ , quia vēdēs ſeu cōcedēs rē obligatā
& annexā oneri tributorū , intelligit̄ vendidiſſe & cōceſſiſſe
ius,qđ habebat ī re.ff.de cōtrah.emp.l.qui tabernas. extra de
hære.c.accuſatus.§.ſi vero.lib.6.& qđ notat Inn.in c.verū,ex
tra de fo.cōp.& nemo pōt plus iuris in aliū trāsferre,ꝗ̃ ipſe ha
beat l.traditio.ff. de acqui. rer. domi.ſed laicus habebat poſ-
ſeſſionem pro functionib.fiſcalib.obligatam, ergo liberā ab il
la obligatione trāſferre nō potuit,ſed ſicut ipſe hēbat,qa q in
ius alterius ſuccedit,eo iure,quo ille,vti dēt,vt in regula, ſi qs
180 ſucceſſit,extra de regu.iur.in ſexto. Decimoſeptimo † addu-
citur illud,quod ponit Inn.in c.non minus. de immun. eccle.
vbi dicit , quod ſi ad eccleſiam perueniat poſſeſſio , cuius ra-
tione debet præſtare perſonale munus ſeu militare,puta exer
citium vel hoſpitium , eccleſia ad illud tenet̄ tamquam te-
nens

181 neus rem oneri annexam. Decimooctauo † adducitur, quia
non eſt dicendum ꝙ eccleſia, quæ eſt mater & fons iuſtitiæ,
velit negare aut auferre alicui quod ſuum eſt,& non ſoluere
tributum de bonis, de quibus ſoluere tenetur, vt dicit Pro-
182 po.in d.cap.ſi tributum,col.2.Decimono † adducitur, quia ſi
clericus vel eccleſia ſciebat rem illam, quam emebat onera-
tam onere fiſcalium functionum, & ipſe ſi oneratam accepit,
ſibi debet imputari, quia ſcienti & conſentienti non fit iniu-
ria,vt in regula,ſcienti,extra de regu.iur.in 6.& damnum, qđ
quis ſua culpa ſentit, ſibi debet imputari, vt in regula, dam-
num,extra de reg.in 6.ſi vero ignorauit eſſe ſic oneratam, in-
tereſſe a venditore conſequitur,vt C. de imponen. lucra. de-
ſcri.l.1.§.res vero,lib.10. benefacit text.in §.ſi vero quidam,
183 in Authētico de alie.& emphi. Vigiſimo † adducit text. quaſi
in terminis l.ſi diuina.C.de exa.trib.l.10.vbi probatur,quod
ſi alienaui prædium,pro quo ſoluebantur fiſcales functiones,
poſſeſſor qualicunque prærogatiua munitus ſit,etiam ſi fuerit
eccleſia,debet pro eo ſoluere fiſcales functiones, vt ibi in tex.
184 ratio aſſignatur, † quia vt dicit ibi gloſ.in verbo prior, iſtæ pu
blicę functiones & tributa dicuntur onera rerum, & ideo cū
res ambulant & tranſeunt vt ff. de publi.l.Imperarores. & C.
de fun.patri.l.vniuerſi, li. 10.& C.de p̄di. & omnibus reb. na
uicula.l.2.lib.10.& ff.de cenſi.l. forma. & facit extra de deci.
cap.cum non ſit in homine,& C.de anno.& tribu.l.1.lib. 10.
& l.apud Iulianum.§.hæres.ff.de lega.1.& Bart.l.1.C. de mu
185 lie.& in quo loco. Vigeſimoprimo † adducitur illud,quod di
xit Ioan.And.in cap.1.extra de immuni.eccle.lib.6.vbi dixit,
quod ſi poſſeſſio per eccleſiam acquiſita erat aſtricta dare pro
ſolido & libra ad collectas, quia quandoque patrimonialia
munera poſſeſſionibus inducuntur.ff.de mune.& ho.l. reſcri-
pto,& l.munerum. §.patrimoniorum.tunc res illa eſt onera-
ta,& cum illo onere tranſit ad eccleſiam,l.omnes.C.ſine cen.
186 vel reliqui. Vigeſſimoſecundo † adducitur,quia ſi eſſet ſtatu
tum in ciuitate quod omnia prędia ſint tributaria, tunc ſi præ
dium perueniret ad eccleſiam,ex quo habet iſtud onus reale
annexum,teneretur eccleſia,vt tenet Bar.in l.reſcripto. §. fin.
ff.de mune.& hono.& in l.placet.C.de ſacroſen.eccle. in qui
bus locis etiam dicit,qnod ita fecerunt Eugubienſes & Peru-
187 ſini. Et † p̄p̄ ea ſecundum eum, in dictis locis eſt dare conſi-
lium,quo mediāte eccleſia ſemper tenebitur ad collectas, ſci-
licet vt fiat ſtatutum,quod omnia prædia ſint tributaria,quia
ſi poſtea tranſeunt in eccleſiam,tranſeunt cum onere collectā
di & eandem opin.tenuit Barto.in l.fina. C. de exa. tribu.lib.
10.& in l.1.circa fin.C.de mulie.& in quo loco,lib.10.& Bal.
in cap.quæ in eccleſiarum,colum.4.extra,de conſtit.& in titu
lo de pace conſtan.in quinta colum. Abb. in cap. quod cleri-
cis,colum.8.verſicu.& pro hac,extra de foro compet. & pro
iſta parte conſuluit collegium Peruſinum, cui conſilio ſe ſub
ſcripſit Gaſpar de Cald.vt patet in eius conſilio 2. incip. Sta-
tuto Peruſino cauetur,in titu.de cenſi.& in conſi.7.in titu. de
188 conſti.† quia communitas poteſt facere p̄dia tributaria,dum-
modo ceſſet fraus,ſecūdum eum,quod patet,quia facere mu
nera ordinaria pendet a iuriſdictione,quam quis habet ſuper
re,extra de pręb.c.ſignificatū,& extra,de ſepult.c.de his. Itē
189 pactum & lex ęquiparanť,† quia quod pōt fieri per pactū,pōt
ēt fieri per legē.8.diſt.c.quæ contra mores. 10. q.3.c.pen.20.
q.1. c.puellę. extra de deci.c.a nobis.ſed nulli dubium, quod
hoc munus reale & ordinariū poſſet priuatus rei ſuæ adijcere.
d.c.de his,& extra de cōdi.appo.c.verū.& extra de dona. ca.
cum dilectus.ergo pōt fieri p ſtatutū.& cū opi. Bar.tenuit etiā
Ang.conſi.24.incip.Eccleſia non teneť ad munera,& pleniſſi
mè Pet.de Anch.conſi.303.incip.hoc ſtatutum cōis Piſtorij.
vbi pro hac parte multas rationes allegat,& inter alias,quia ſi
ſinguli pñt hoc facere, ergo & vniuerſi.ar.l. loci corpus. ff.de
leg.3.Tamen iſta cautela & cōſilium Bar.& eius opi.cōiter nō
190 tenetur,† quia tale ſtatutū diceretť factū in fraudem & indire
cte contra libertatē eccleſiaſticam, & tale munus eſſet extra-
ordinarium,ad quod non tenetur eccleſia.& contra Barto.in
caſu propoſito tenet Bal.in l.neminem.C.de ſacroſan. eccle.
Bal.& Pau.de Caſt.in d.l.placet.C.de ſacroſan. eccle. Archi.
Ioan.And.& Gemi.in c.1.extra,de vita,& hon.cle. Lud. Ro.
in l.ſi publicanus. ff. de publi.& vecti.Bar.conſi.180. ſi aliqua
poſſeſſio.Iaſ.in d.l.placet, in prima lect.col. pen. & in ſecūda
lectu.col.ſi. Fely.in c.eccleſia ſanctę Mariæ,col. 31. extra,de
conſtit.Alber.Bur. in tra.de conſtit.decre.ſtatu.& c.in ver.tri
buta,col.1.in tertio volum.cum concor.in d. locis, in quibus
cōcludunt,tale ſtatutum non valere.Ad p̄dicta vide ēt Petrū
Bellugam in ſpeculo Principū, in titulo de donatiuo curię, in

191 prin.car.214. verſi.item & quit vbi etiam refert alium modū
quem fecerūt Eugubij magis ſecurum,quod quilibet ciuis &
Comitatenſis donant communi omnes poſſeſſiones,quas ha-
bent, nominatim diſtinguendo per cōfines, & illas poſſeſſio-
nes capiebant poſtea a cōi ſub tributo & cenſu collectarum,
& quod ſemp in qualibet alienatione vel teſtamēto intelliga
192 tur exemptum ius cōmunitatis. Vigeſimotertio † adducitur,
quia eccleſia tenetur ad onera ordinaria mere realia, quę im-
ponuntur ipſis prædijs de cōſenſu principis,vt tenet Bar. in l.
placet. C.de ſacroſan.eccle.& ibi Saly.col.1.& Archi.in cap.
placet 16.q.1.& Iaſ.in d.l.placet,in 2.lectu. col. pen. qui dicit
ꝙ omnes Legiſtæ & Canoniſtę tenent iſtā opi.per d.l.placet,
canonizatam in d. c. placet. quia illa non eſt correcta per au-
thenticam,item nulla cōmunitas.C.de epiſc.& cleri. quæ lo-
193 quitur in extraordinarijs. † modo hodie iſta extraordinaria
imponuntur a rege,ex quo ſunt reducta ad ordinaria oīa iu-
ra, quæ loquuntur in ordinarijs habent locum in extraordi-
nario,vt C.de legi.hæred. l.penulti.& l.meminimus,in fin. vt
tenet Iaco.But.& Guil.de Cun.in dicta l.placet, & Barto. in
l.reſcripto.§.fina.ff.de mune.& hono.& Calderinus in conſi.
2.de cenſi.& conſil.7.de conſtitu.& eſt caſus in l.ſecunda. C.
de indicti. lib. 10. Et propterea Calderi. vbi ſupra & alij di-
194 cūt,† licet onera,quæ imponuntur p̄ſonis pro rebus,ſunt ex
traordinaria, ſicut ſunt collectę,& propterea ad illas non te-
195 neatur eccleſia.† tamen quia talia munera extraordinaria ſunt
facta ordinaria & omni anno ſoluuntur,qđ fieri poteſt,vt d.l.
1.C.de indicti.lib.10.& talia munera conſtat eſſe tributa & p̄
ſtationes ordinarias & reales & rei cohærentes,& qñ fuerunt
ſcripta in extimo,ſeu appretio,poſſidebātur per laicos,ſi poſt
modum perueniāt ad eccleſias, tranſeunt cum onere ſuo, vt
196 vt dicunt doct.vbi ſupra. Et dicit Sali.in d.l.placet,† ꝙ hodie
ſuperindictum eſt effectum ordinarium, niſi aliud extraordi
narium caſualiter imponeretur,de quo latè per eundem Sali.
in l.ſi.C.ſine cenſu,vel rel.& ab extraordinarijs tātum eſſe im
munes eccleſias,vt per Saly.in d.l.placet. Ad prædicta etiam
vide Bal.in d.l.ſi.C.ſine cenſu,vel reli.col.2.verſi. ſed hic po-
teſt dubitari.vbi dicit,ꝙ quando lex municipalis diſponit ſol
ui collectas,dicitur munus ordinarium,de quo tamē vide Fir
197 ma.in rep. in ver.collecta, in prin. Vigeſimoquarto † adduciť,
quia prędia quę prius erant tributaria & ſemel aſcripta in col
lectis,tranſeunt in eccl.cū onere ſuo,vt tenet Cardin. Flor.in
cle.2.in 1.ſecūda opp.extra,de immu.eccl.Arch.in c.ſi tribu-
tū,11.q.1.Dy.Iac.But.& Saly.in d.l.placet,col.2.in prin.Cal
198 de.in d.cōſi.2.de cēſi.& cōſi.5.de cōſt.† niſi tale p̄diū dareť p
dote,vel fundamēto eccl.d.c.ſi tributū,& 23.q.8 c.tributū,&
199 c.ſecūdū,& ibi gl.& Card.vbi ſup. Vigeſimoquinto † adduci-
tur,qa ſi pro bonis emptis p eccl.a laicis nō ſoluerenť tributa
& collectæ,paulatim diminuereť & cōfundereť tributū debi-
tū regi,qđ eſſe nō debet,ne tributorū præſtatio cōfundať, vt
200 dicit Spe.in tit.de loca.§.nūc aliqua,verſi.71.† & ne fiſcus ſuis
tributis defraudetur,vt ſup.in prin.dixi.& facit quod in ſimi-
li dicit Io.Fab.Inſtit.de excuſation. tuto. in princ. Vigeſimo-
221 ſexto † adducitur c.regni,quod incipit, porrecta.verſi. exce-
ptis clericis & bonis eccleſiaſticis,q̄ in bñficiū tenēt.ergo a cō
trario ſenſu alia bona debēt poni in ap̄p̄cio, qa argū a cōtra-
rio ſenſu,validū eſt ī iure.l.1.& ibi Doc.ff.de offi.eius, bñfacit
tex.in c.nōne, extra de p̄ſump.& excluſio vnius eſt incluſio al
202 terius.l.cū p̄tor.ff.de iud. Vigeſimoſeptimo † adduciť regia pra
gmatica, q̄ incipit,rex Sicilię ſpectabilis & magnifici viri vbi
hoc in terminis decidiť p iſta parte. Vigeſimooctauo adduciť
c.regni,qđ incipit,Itē ſtatuim⁹,ꝙ poſſeſſiones,nu.97.ſub rub.
203 qđ poſſeſſiones & res alij nō obligatæ,&c. Vigeſimonono † ad
duciť deciſio ī terminis huius qōnis,& hāc opi.in terminis te
nuit Matth.de Affli.in cōſtitione regni, hac edictali la 2. col.
1.cū ſeq.verſi.& ex hoc infero,li. 3. vbi in p̄prijs terminis te-
net,ꝙ ſi clericus ēt in ſacris emat res ſtabiles,q̄ ſunt ſcriptæ in
cataſto p collectis,teneť p illis bonis ſoluere collectas regias,
p rōnes ibi allegatas.eādē opi.tenuit ēt idē Matth.de Affli.in
cōſtitutione regni,ſtatuimus,la 2.in 7.not.col.6.in 4.qō. & in
terminis ēt hoc tenuit D.Pet.Pic.in forma ap̄p̄cij, ver.clerici.
vbi dicit,ꝙ clerici de bonis patrimonialib.nō dn̄t ſoluere ap̄p̄
ciū,ſed de bonis emptis,ſic,allegat d.c.regni. Itē ſtatuimus.eā
dē opi.tenuit Luc.de Pen.ī l.hi q.col.2. C.de p̄dijs & oīb.reb.
naui.li.11.q dt,ꝙ licet cōtraria opi.nimiū placeat cupidis ca-
noniſtis,ipſe tamen tenet contrarium contra clericos. & ſub-
dit quod forte magis expediret clericis non ſic faciliter eo-
rum priuilegia in eorum perniciem dilatari,argumen. l.ſi mu-
lier.ff.ad Velleia. & ſic p̄dicti Docto.in terminis decidūt qō-

204 nē noſtrā. Trigeſimo & vltimo pro iſta parte†adducit̄, q̄a re-
gia camera ſummariè pluries ſecundū iſtā partē ſtatuit & de-
creuit, faciendo legē vniuerſalē in regno, & pluries vidi ema-
naſſe litteras a dicta regia Camera, vt clerici pro bonis emptis
cogerent̄ ad ſoluēdū collectas & gabellas. & mouet̄ regia Ca-
mera ꝑ bullā Papæ Honorij, quę eſt poſita īter regias pragma
ticas & incipit, Honorius ep̄s ſeruus ſeruorū Dei: Ad perpe-
tuā rei memoriā, &c. & facit ibi dū dicit, idē q̄d res, q̄ nō ſunt
ī aliquo curiæ vel alijs obligatę dari, donari poſſunt eccleſijs &
legari, ſed ſi ea obligatione tenent̄, ꝑ quam datio & legatio
vel donatio de iure impediri nō poſſit, hoc caſu res & poſſeſ-
ſiones huius modi p̄dicti titulis cū onere ſuo ad eccleſiā trāſ-
ferāt, & iſta ſunt formalia verba bullæ Honorij, & concordat
cū d.c. itē ſtatuimus. Ex quib. infert̄, q̄ bona q̄ fuerūt laicorū
deſcripta in cataſto & exnimo ſeu apprętio, ſunt curiæ obliga
ta pro tributo & fiſcalib. functionib. ſoluendi, ergo clerici pro
illis ſoluere tenentur, q̄a res tranſit ad eos cum onere ſuo. Et
205 tenēdo iſtam partem, †nō obſtaret ſi diceretur q̄ leges Impe
ratorū, non ligāt clericos vel eccleſias, q̄a ex quo hoc fuit ſta-
tutū cū authoritate Papæ Honorij, & cū eius bulla, iō ligāt cle
ricos, & contrariū nō obſtat. Et magis ſpālitet rńdēdo. Non
obſtat tex. in auth. itē nulla cōitas. C. de epiſ. & cleri. q̄a ibi lo-
quitur de munere extraordinario, non autem de ordinario,
vt dicit Saly. in d. l. placet, col. 2. in tertia oppo. C. de ſacroſan.
206 eccl. †quia a munere ordinario reali non excuſat̄ eccleſia, ſe-
cundū cōem opi. de qua ſup. dictū eſt, & Iaſ. in d. l. placet, in 2.
lectu. col. pen. de ſacroſan. eccl. cum cōcor. allegatis, ſup. ver-
ſicu. vigeſimotertio. Alio ēt mō ad illā authē. rńdet Matth. de
Afflictis in d. conſti. hac edictali. q̄a debet intelligi illa authē. niſi
bona ꝑ prius eſſent affecta illo onere per pactū, vel quaſi, vt ꝑ
eximiū, vt ibi per eum. Nec obſtat tex. in auth. caſſa. C. de ſa-
croſan. eccl. vbi probat̄ q̄ ſtatuta cōtra libertatē eccleſiaſticā
ſunt caſſa, &c. quia reſpōdēt Doct. Peruſini in d. conſt. cap. 2.
de cēſi. & c. 7. de conſti, q̄ ex quo tale onus tributi erat impoſi
tū rei anteq̄ veniret ad eccleſiā, nō dr̄ cōtra libertatē eccleſia
ſticā, quia res trāſit ad eccleſiā cū onere ſuo, ſed tunc demū di
ceret̄ cōtra libertatē eccleſiaſticā, qn̄ imponeret̄ aliq̄d onus rei
eccleſię, quæ non eſſet affecta onere tributorū anteq̄ ad eccle
ſiā veniret. Et ita ēt loquit̄ tex. in c. 1. de immu. eccl. in 6. ſecus
qn̄ onus tributi eſſet impoſitū anteq̄ veniat ad eccleſiā, q̄a il-
lud eſt ſecundū diſpoſitionē iuris canonici. d. c. tributū. ita rń-
dent p̄dicti Doct. vbi ſupra, & Feli. in d. c. eccleſia S. Marię, co
lum. 31. in prin. extra, de conſti. Et dicit Ang. in d. conſil. 206.
col. pen. q̄ nō obſtat, q̄ tale onus non imponit̄ pijs locis, nec ꝑ
ſonis eccleſiaſticis, quia dicit ipſe, iſtud cōcedo de plano, ſed
illa onera, quæ ſunt impoſita laicis, trāſeunt in ꝑſonā eccleſia
ſticā & ad illa tenentur eccleſiæ, quia res trāſit cū onere ſuo.
207 Et ex prædictis ēt infertur, †q̄ non incurritur aliquo mō excō
municatio, nec aliud de contentis in cle. 1. de immu. eccl. quia
vt dictū eſt, non imponitur clericis, nec eccleſijs, nec trāſit cū
onere ſuo, & q̄d fit lege ꝑmittente, non meretur pęnā. l. Grac-
cus. ff. de adul. cū ſim. Nec obſtat illud, quod dicit Bar. in l. re-
ſcripto. §. fi. de mune. & hon. & Bal. in l. 1. §. nemo. ff. q̄d cuiuſ-
que vni. no. vbi dicunt, q̄ qn̄ imponit̄ collecta ꝑſonæ pro re-
bus, prout eſt hodie, tunc non tranſit res cum onere ſuo in cle
ricos vel ꝑſonas eccleſiaſticas ſecus in ꝑſonas ſubditas, vt l. q̄
ro. ff. de vſufru. leg. & Bar. in l. neq; ſtipendium. ff. de im pēſ. in
reb. dot. fa. & in l. Lucius. §. idē rńdit. ff. ad muni. quia reſpōdet
Matthę. de Affli. in d. conſti, hac edictali, q̄ ex quo illa bona
ſunt tacitē obligata pro collectis, ſecūdū Bal. in d. l. 1. §. nemo,
per l. murileguli. C. de murileg. lib. 10. & Bal. in tit. de pace Cō
ſtan. in verbo, nos Romanorū, & Pau. de Caſt. in l. apud Iulia
nū. §. hæres. ff. de leg. 1. & ſup. dictum eſt, ergo talis obligatio
& res taliter obligata, trāſit in ſubditos, & nō ſubditos, vt ibi
ꝑ eū, quia ex quo ante acquiſitionē erat affecta illa tacita oblī
gatione pro ſoluēdis tributis & collectis, tranſire dēt in cleri-
cos cū onere ſuo. ff. de cōtrah. emp. l. alienatio. & ibi Bal. ff. de
acq. re. do. l. traditio. C. ſine cenſu vel reli. l. omnes. vbi ēt ſi eſ-
ſet factum pactū inter emptorē & vēditorē, vt poſſidens p̄dia
tributaria non teneret̄. ſed venditor, non obſtante tali pacto
208 emptor poſſidens tenet̄, vt ibi, & ſup. dictū eſt. Nec obſtat, †q̄
p̄dia Italica non ſunt tributaria ſeu ſub titu. vel. 1. iuncta glo,
209 C. de epiſ. & cle. gl. in d. l. omnes. C. ſine cenſ. vel reli. quia †Ita
lia nō eſt prouincia, ſed prouinciarū dn̄a, vt ibi per gl. quia rń-
deo, q̄ licet iſtud ſit de iure, tn̄ de cōſuetudine vniuerſali in to
ta Italia imponuntur collectę, vt dicit Bar. in l. 1. in antepenul.
col. C. de mulie. & in qua loco. & refert Alex. cōſi. 68. incipiē.
Viſo, col. 4. verū. his conſonant. 2. volum. Pro parte vero con
210 traria, †q̄ clerici & eccleſiæ nō tenent̄ pro bonis emptis ſolue
re collectas ſeu gabellas, adducitur, quia eccleſia & clerici nō
ſunt ſubditi laicis, vt no. Bar. in l. vna. C. de mulie. & in quo lo
co. lib. 10. ſed collecta non imponitur, niſi ſubiectis, hoc eſt ci
uibus & incolis. ff. de mune. & hono. l. reſcripto. §. fi. & ibi glo.
& no. C. de anno. & trib. lib. 10. ſuper rubr. & collecta eſt mu-
nus, quod imponit̄ perſonis pro patrimonio, & non debet im
poni, niſi ſubditis, ſed clerici non ſunt ſubditi laicis, ergo eis
211 imponi non poteſt. Secundo adducitur, † quia regulariter cle
rici & eccleſiæ ſunt immunes ab omnib. collectis laicorum &
impoſitionibus, immo imponentes tales collectas clericis, ſi
moniti non deſiſtant, cum ſuis fautoribus excommunicātur,
c. non minus, extra de immu. eccl. & ibi Abb. in tertio nota. c.
q̄quam extra, de cenſi. in 6. in c. 1. extra, de immun. eccl. in 6.
Alex. conſi. 68. incipien. Viſo & dudum diſcuſſo, col. 1. 2. vol.
Immo laici tales collectas imponentes & ſcriptores & prębē-
tes conſiliū, auxilium & fauorem, ipſo facto incidunt in cano-
nem & excommunicationē, cle. 1. extra, de immun. eccle. & ci
uitas incurrit poenā interdicti. c. clericis, extra de immu. eccl.
in 6. & in duplū tenent̄ reſtituere, quod acceperunt a clericis,
vt no. Archi. in c. voo, extra de biga. in 6. & Nico. de Neap. in
c. Regni, Item ſtatuimus, q̄ clerici. ſub rub. q̄ clerici clericali-
212 ter viuentes, &c. Tertio adducitur, †quia collectæ dicunt mu
nus extraordinarium, ex quo imponunt̄ a lege ſenatuſcōſul-
to, vel cōſtitutione Principis. l. 1. C. de va. pu. mu. lib. 10. & ibi
gl. & l. in onerib. §. qui munera. ff. de vaca. mu. ſed clerici ad ex
traordinaria non tenent̄, vt per Iaſ. & alios in l. placet. C. de
213 ſacroſan. eccle. ergo clerici ad eas non tenent̄. †Quarto addu
citur text. in authen. item nulla communitas. C. de epi. & cle.
& gl. in l. de his. C. eo. titu. vbi probatur, q̄ hodie clerici ad nul
la munera tenētur, licet de iure cōmuni clerici ad munera or-
214 dinaria tenerent̄. d. l. de his. Quinto †adducitur, quia nemo po
teſt vrgeri ad ſolutionem debiti alieni. C. ne vxor pro mari. l.
fi. & ꝑ totū titulū. C. ne fil. ꝑ patre. ſed ſi clerici tenerent̄ ſolue
re collectas, cogerent̄ ad ſolutionē debiti vniuerſitatis, ergo
215 ad collectas & gabellas cogi nō debent. Sexto adducit̄, † quia
habēti honorē collecta imponi nō pōt. l. honorē, & ibi not. ff.
216 de mune. & hono. † ſed ſacerdotiū eſt maius ſeculari honore.
c. ſolutę extra. de maio. ergo ſacerdotib. collecta imponi non
217 pōt. †Septimo †adducit̄ illud, quod not. conſuluit Pet. de An-
cha. cōſilio. 129. Incipiente, ſuper primo, vbi per multas ratio
nes cōcludit, q̄ ſi laicus dimittit omnia bona ſuo pro alendis
pauperibus, & adminiſtrationē bonorum relinquat alicui cōi
tati ſęculari cū adiectione, q̄ epiſcopus uel alia ꝑſona eccle-
ſiaſtica ſe nō intromittat in dictis bonis, ēt ſi nō interueniret
auctoritas epiſcopi, nihilominus gaudēt priuilegio, & nō poſ-
218 ſunt collectari, ut ibi latius per eū. Octauo† adducit̄ illud, q̄d
ſup. in pręcedēti q̄ſtione eſt adductū & cōcluſum, q̄ clerici ꝑ
bonis patrimonialibus gaudēt priuilegio. Nono adducit̄, q̄a
in caſu iſto nō pōt dici q̄ ſit onus rei annexū & ſic res ſit tribu
taria, quia de iure prędia Italica nō ſunt tributaria. l. 1 & l. fi. &
vtrobiq; not. ff. de cenſi. & Alex. in d. cōſi. 68. co. 2. in prin. In-
cipiente, & Viſo. ſcd̄o volu. cū cōcor. ſupraallegatis. Decimò
219 †adducit̄, q̄a qn̄ imponit̄ collecta ꝑſonę ꝑ rebus ꝑut eſt ho-
die: tūc nō trāſit res cū onere ſuo in clericos, ut dicit Bart. in
220 d. l. reſcripto §. fi. cū cōcor. ſup. Vndecimò †adducit̄ quia regu
lariter collecta, quę imponit̄ perſonis ꝑ rebus, nō pōt imponi
221 eccleſijs † q̄a eccleſia tenet̄ ad onera mere realia tm̄. l. placet,
& ibi not. Pet. & Cy. & Saly. in ulti. col. C. de ſacroſan. eccle.
Innoce. in c. non minus, extra de immu. eccle. Fulg. in l. ad in-
ſtructionē. C. de ſacroſan. eccle. qui dicit, q̄ ita vident̄ Do. Io.
cōmuniter intelligere, & Alex. i d. cōſi. 68. col. 5. in prin. uerſi.
222 prętetea ēt, ſcd̄o volu. & Iaſ. in d. l. placet. Duodecimo †addu-
cit̄ illud, q̄ voluit Saly. in d. l. placet, col. fi. verſi. ex quo uidet̄:
vbi dicit, q̄ hodie eccleſia nō tenet̄ ad dacia vel gabellas, niſi
quatenus impoſita eſſent ꝑ refectione viarū, murorū. Tertio
223 decimo †adducit̄ illud, q̄d habet̄ Matthei, c. 17. dū interroga-
uit Chriſtus Reges terrę, a quibus ſuſcipiunt tributū vel cen-
ſum à filiis ſuis vel ab alienis, & reſpōſū accepit q̄ ab alienis,
dixit Ieſus, ergo liberi ſunt filij, & Hyero. ibi in gloſ. dicit, er-
go liberi ſunt filij regis, ſub quo ſunt omnia regna. ex quo col
ligitur, †q̄ ſacerdotes nō ſunt obnoxij in aliquo poteſtati ſæ-
224 culari. Quarto decimo †adducit̄, q̄a mutata perſona mutatur
rei ſtatus, vt C. de impo. lucra. deſ. lib. 10. à contrario ſenſu:
ſed res deuenit à laico non priuilegiato ad clericum priuile-
giatum, ergo res ēt dicitur effecta priuilegiata, & dicitur exē-
pta ab omni exactione, vt per Pet. de Ancha. conſi. 129. incip.
225 Su ꝑ primo, col. 2. Quintodecimo † adducit̄ in ſimili, q̄d dr̄ in
fiſco

fiſco, quia ſi fiſcus ſuccedit priuato, pro tpe præterito cenſe-
tur vti iure priuati, & tenet ſoluere collectas pteritas, ſed pro fu
turo tpe poſtq̃ ad fiſcũ puenit, vtitur priuilegio, & nõ tenet. l.
fiſcus. ff. de iure fiſci, & p Pet. de Anch. in d. cõſi. 120. ſup pri-
mo, col. 2. ſic ẽt eſt dicendũ in eccleſia & clericis, qa a pari p-
cedunt. l. fi. C. de ſacroſan. eccl. vt ad collectas p tpe pterito,
qñ erat in poſſe. laici teneat, pro futuro nõ teneat. Sextodeci-
226 mo †adducit tex. in c. vnico. §. fi. extra. de iure patro. in 6. vbi
ſi laicus cõfert ius patronatus alicui eccleſiæ, licet laicus hẽat
quadrimeſtre tps ad pſentandũ, tñ eccleſia habebit ſemeſtre,
qa nõ cenſet vti iure laici, ſed iure eccleſiaſticę pſonæ, vt ibi
in tex. ſic in caſu caſu nro, licet clericus ſeu eccleſia habuiſſet
rẽ a laico, tñ poſtq̃ peruenit ad clericũ, nõ cenſet iure laici vti
ſed eſt imunis ipſe clericus ſeu eccleſia & gaudebit priuilegio
eccleſię. Decimoſeptimo p iſta parte bñfaciũt dicta p Imo. in
c. fi. extra. de vi. & hon. cler. vbi late diſputat & multa pro iſta
227 parte adducit. Decimooctauo †adducit, quia in caſib. in qbus
clerici & eccleſiæ cõtribuunt vna cũ laicis in collectis ad hoc
vt teneant, debẽt plura cõcurrere. primo cõſenſus epi & cler.
ſecũdo q imminente maxima neceſſitate, vel vtilitate ciuita-
tis, tertio tenent in ſubſidiũ, qñ laicorũ facultates nõ ſuppe
tunt. quarto q fiat Romano Põtifice prius cõſulto, vt plenius
p Abb. in c. nõ minus, col. 1. in nota. extra, de immu. eccle. cũ
228 iurib. ibi allegatis. Decimonono †adducit, qa cũ iſta pars, vt
eccleſia nõ teneatur, ſit pro religione, & eccleſiaſtica liberta-
te, tenenda eſt, cũ non parua ſit rõ, quæ pro religione facit, vt
l. ſunt pſonę. ff. de religio. & ſump. fune. Vigeſimo adducitur,
229 †qa pro iſta parte, q clerici nõ teneant ẽt pro bonis quibuſcũ
que fuit deciſum in ſexionib. cõſilij Lateranẽſis, & prohibet
ſub cenſuris ne tali caſu collectę exigant, vt ibi latius apparet
in nona ſexione cõſilij Lateranẽſis, in nona bulla Leonis inci-
pit, & cũ oĩs ętas, verſi. & cũ a iure, ſub rub. reformationes cu
riæ & aliorũ, & fuit poſt bullã Papæ Honorij, & ſic illa deter-
minatio Lateranenſis cõcilij tanq̃ poſterior derogat bullę Pa
pæ Honorij, arg. §. igit. & quæ ibi habent per gl. & doct. in pro
hœm. inſtitu. & per ea quę habent in l. pacta nouiſſima. C. de
pact. & in l. ſed & poſteriores, vbi p Doc. ff. de legi. ſed ad hoc
poſſet rñderi qđ nõ pcedit in Regno, ex quo p bullã Papę Ho
norij ſpãliter fuit cõceſſũ, vt clerici teneant, ſtatutũ in cõcilio
Lateranẽſi nõ nocet, ẽt, ſi eſſet gñaliter ſtatutũ, qa illud pri-
uilegiũ Honorij ſpãliter cõceſſum in regno, nõ tollit per legẽ
gñalem poſtea factã, p ea q̃ dicit Decius in l. in toto iure. ff. de
reg. iur. Itẽ nõ obſtat ex alio, qa non loquit de bonis emptis
accataſtatis, & ſic intelligit de bonis, de quib. clerici nõ tenen
230 tur ad collectas. Vigeſimoprimo †adducit authoritas tenẽtiũ
iſtã partẽ, quã tenuit Spe. in tit. de cler. cõiug. col. 2. & 3. verſi.
ad huius aũt. & ibi Bal. in add. & Arch. Io. And. Gemi. Imo. &
Philip. Fran. in c. 1. in prin. col. 2. extra, de immu. eccl. in 6. Bar.
cõſi. 180. incip. Si aliqua poſſeſſio, Bal. & Feli. in l. placet. C. de
ſacroſan. eccl. Abb. in c. fi. in vlt. col. extra, de vi. & hon. cleri.
cũ concord. inf. allegandis. Et tenẽdo iſtã partẽ, q clerici & ec
cleſiæ nõ teneãtur ad collectas pro bonis emptis, ad cõtraria
rñderi põt, q oĩa in cõtrariũ allegata loquuntur in prædijs tri-
butarijs & onerib. merè realib. vt dicit Bart. in d. cõſil. 180. in
fi. & Bal. in d. l. placet, Imo. Gemi. & Phili. Frã. in d. c. 1. in prin.
col. 2. extra, de immu. eccl. in 6. ſed collectæ quæ imponunt p
ſonis reſpectu bonorũ, nõ dñr onera realia, ſed pſonalia, habi
ta cõſideratione ad bona, vt dicit Gemi. in d. c. 1. col. 1. in no-
ta. & ſic dñr onera mixta & nõ mere realia. Nec obſtat, q res
231 trãſit cũ onere ſuo, qa, vt dicit Bart. in d. cõſi. 180. †tale onus
ſoluẽdarũ collectarũ nõ inhæret rei rõne ipſius rei, ſed rõne p
ſonæ. l. reſcripto. §. fi. de munę. & hono. ergo qñ res non eſt ta
lis pſonæ, quę teneat ad collectã, minime ipſa res tenebit, nec
232 obligabit. l. 1. C. ſine cenſ. vel reli. †qa qñ aliqd ſtatuitur rõne
pſonæ, ſeparata pſona, ceſſat ſtatutũ. l. 1. §. pmittit. ff. de aqua
333 quo. & ęſti. Nec obſtat regia pragmatica, †qa Rex nõ bẽt po
teſtatẽ cõdẽdi leges cõtra eccleſiaſticã libertatẽ, niſi fuerit ap
probata a Papa, vt dñt Doc. in c. fi. extra, de ſolu. Abb. in c. ec
cleſia S. Mariæ, col. 4. & ibi p Mod. extra, de cõſti. dixi ſup. in
334 gl. pcedẽti, in verbo, pragmatica. †Nec obſtat bulla Honorij
Papę, & c. regni, itẽ ſtatuimus, q poſſeſſiones. vbi eſt ſimilis lit
tera de verbo ad verbũ, & vltra rõnẽ ſup. poſitã, rñdeo, q il
la iura loquunt, qñ poſſeſſiones tenent cum onere merè rea-
li, puta qa tenent ad tributũ, vel ad aliud ſimile onus reale, vt
plene hoc declarãt Nic. de Neapo. & Sebaſt. de Neap. in d. c.
regni, item ſtatuimus. & iſte eſt verus intellectus dictæ bullæ,
& d. c. itẽ ſtatuimus: aliàs ſequeretur, q nulla bona burgẽſati-
ca poſſent donari eccleſijs: ſed collecta nõ eſt onus reale, ſed
mixtũ, d. l. reſcripto, in fi. & ſup. dictũ eſt, ex quo ipſa bona ſeu
prædia nõ ſunt obligata ad collectas, ſed ipſi hoĩes tenent pro
pdijs, ideſt ſecũdũ quãtitatẽ poſſeſſionũ & rerũ. & ſic collecta
quantũ ad cõſiderationẽ quantitatis bonorũ, eſt munus rea-
le, quãtũ ad obligationẽ, eſt pſonale, qa pſonis imponit, & p
ſonę ſunt obligatę pro reb. & pptereà dr mixtũ, vt latius per
Nic. de Neap. & Sab. in d. c. regni, itẽ ſtatuimus, vbi latius hoc
335 examinant, & alia exẽpla ponũt, & ſi tale onus pſonale non
trãſit ad eccleſiã, vt dictũ eſt, & probat ex dictis p Bal. in l. via
cõſtitui. ff. de ſer. ruſt. pdi. vbi dicit, q onus rõne ſoli trãſit ad
236 eccleſiã: ſecus, ſi eſt rõne pſonę. †Nec obſtat aliud c. regni, por
recta. qa vltra ſupradictas rñſiones dr, q argm a cõtrario ſen-
ſu nõ procedit, qñ reſultaret intellectus cõtra alias leges, vel
qñ reſultaret legũ correctio, vt latè p Alexã. in l. 1. col. 11. in
prima limit. ff. de offi. eius. Et ex pdictis ẽt rñdet ad illud, qđ
facit regia camera, ſummariè expediẽdo puiſiones, vt cleri-
ci pro reb. emptis contribuant in collectis, qa intelligit & in-
telligi dẽt, qñ eſſet onus merè reale, vel pro aliquo caſu, pro
237 quo clerici tenent contribuere, aliàs eſſet cõtra pdicta, †& nõ
dẽt iſpici. qđ factũ eſſet, ſed qđ fieri dẽret. l. ſed licet. ff. de offi.
pſi. cũ ſi. Quid igit dicendũ in hoc tã ambiguo articulo, in quo
ab vtraq; parte ſunt validiſſimæ rõnes & Doct. authoritates?
certè dici poſſet q articulus iſte egeret declaratione ſummi
Pontificis, vt dicit Cald. in d. cõſi. 2. in fi. de cẽſi. & in d. conſi.
7. de cõſtit. & dicit Sal. in ſumma, in verbo, imunitas, col. 12.
circa mediũ, q licet iſta vlt. opi. ſit tutior, tñ alia opi. nõ eſt cõ
dẽnanda. Tu autẽ in hoc artic. pro veritate & clariori doctri-
nã facias infraſcriptas cõcluſiones, cũ limitationib. in eis poſi
238 tis. Prima cõcluſio, † clerici & eccleſiæ pro bonis tpalib. quæ
tenẽt titulo emptionis vel alterius cõceſſionis, de quib. anteq̃
ad clericos vel eccleſiã pueniſſent, ſoluebat tributũ vel cen-
ſus, & ſic illa res erat tributaria vel cẽſualis, & habebat certũ
& deminatum tributũ ordinariũ. hoc caſu clerici & eccleſia te
nent ſoluere tributũ vel cenſum cõſuetũ p illis bonis, ſicut ſol
uebat qñ erat in poſſe laicorũ, qa res trãſit ad clericos vel ec-
cleſiã cũ onere ſuo, pbat iſta cõcluſio in c. ſi tributũ. 11. q. 1. &
10. q. 1. c. ſi qs. cũ cõcordãtijs ſup. pro prima parte allegatis,
iuxta illud, reddite q̃ ſunt Cęſaris Cęſari, &c. & de talib. agris
& poſſeſſionib. tributarijs loquit. 23. q. 8. c. tributũ. cũ ſuperius
allegatis iſtã cõcluſionem tenuit Card. & d. Præpo. in d. ca. ſi
tributũ. 11. q. 1. & Luc. de Pen. in l. ſi diuina. C. de exactio. trib.
lib. 10. & Cy. in auth. itẽ nulla. C. de epi. & cler. rõ, qa eccleſia
tenet ad onera ordinaria merè realia, q̃ iponunt ipſis pdijs, &
iſtã opi. tenet Bar. & Sal. in l. placet, col. 1. C. de ſacroſan. eccl.
Arch. in c. placet. 19. q. 1. & iſtã cõcluſionẽ ſequunt oẽs legi-
ſtæ & Canoniſtę p d. l. placet, canonizatã in d. c. placet. ita di
cit Iaſ. in d. l. placet, in 2. lect. col. pen. cũ cõcor. ibi. & ita pce-
239 dũt oĩa ſup. p iſta parte allegata. †Et munus merè reale dr p
priè tributũ, ſeu cẽſus, & annua pſtatio, quę ponunt vt ſinoni
ma in caſu. Et dr tributũ, qñ pprie & ordinariè tribuit Princi
pi oĩ anno, vt declarat Iaſ. in d. l. placet, col. 2. in 2. lect. Et dicit
Abb. in c. nõ minus, col. 3. extra de immu. eccl. q munera ordi
240 naria dñr, q̃ hẽnt certã & determinatã pſtationẽ. Intellige † ſu
pradictã cõcluſionẽ procedere, qñ res q̃ trãſit in clericũ vel ec
cleſiã, hẽt onus ppetuũ annexũ & inuariabile, & ſic q tributũ
ſeu cẽſus nõ variet, ſed ſp ſit vniforme, & ppetuũ: tunc. n. res
trãſit ad eccleſiã cũ onere ſuo, & teneret ſoluere tributũ, ſeu il
lã annuã pſtationẽ ppetuo annexã. ita dicit Abb. in ca. fi. col.
extra, de vi. & hon. cleri. & in d. c. nõ minus, col. 3. extra, de im
mu. eccl. & Iaſ. in d. l. placet, col. 2. in 2. lect. C. de ſacroſan. ec-
cle. & tãgit Philip. Fran. in c. 1. col. fi. extra, de immu. eccl. in 6.
241 & inf. ſeq. cõcluſione. †Limita ſcđo, dictã cõcluſionẽ nõ pro-
cedere in his, q̃ eccleſia poſſidet iure ſpirituali, vel iure diuino,
vt ſunt decimę, primitiæ, & oblationes, vt hr Nu. 18. ibi, ecce
dedi, tibi cuſtodiã primitiãrũ mearũ, oĩaq; q̃ ſanctificant a filijs
Iſrael, tibi tradidi p officio ſacerdotali & filijs tuis: & ſubdit,
oĩs oblatio & ſacrificiũ, & qcqd pro peccato reddit, tuũ erit,
& filiorũ tuorũ: nã de iſtis nõ ſoluit tributũ, nec cẽſus, vt hr p
Alex. de Ales in tertio, & refert ſequit Card. & d. Prępo. in d.
c. ſi tributũ, col. 2. 11. q. 1. & tex. & gl. in c. ſecũdũ. 23. q. 8. Limi
242 ta tertio, †nõ procedere in locis deputatis ad diuinũ cultũ &
in territorijs & alijs locis deputatis ad officiũ ſpirituale, vt eſt
cimiteriũ, ſeu locus ſepulturę, & domicilia eccleſiarũ & cleri-
corũ, & breuis hortus iuſta eccleſiã, vñ Nu. 18. dr, ſacerdotib.
excubare in cuſtodiã tabernaculi & i miniſterio altaris, oĩa q̃
ad cultũ altaris pertinent, per ſacerdotem adminiſtrabunt, ſi
quis externus acceſſerit, occidet, de iſtis nullo mõ eſt ſoluẽdũ
tributum, nec cẽſus: ſed omnino iſta libera ſunt a tributo, &

243 Immunia ab oī ſeruitio,niſi eccleſiaſtico,† qa ſi terra & poſſeſ-
ſiones gentiliū ſacerdotū liberæ erant a tributo,multo fortius
ſacerdotes Chriſti in rebus ꝓdictis liberi eſſe debent, vt tenēt
Card.& d.Præpo.vbi ſup.& probatur in d.c.ſecundum,& ibi
244 gl.23.q.8.Limita quarto,† nō procedere in manſo & agro ec
cleſiaſtico , ideſt ꝙ de agro ſeu loco, in quo eſt fundata eccle-
ſia & atrium, nō debet ſolui tributū.nec cenſus, quia non de-
bet dotem recipere,niſi ſit libera.Probanť omnia in ca.ſecun-
245 dū , & ibi glo.23.q.8.† Immo ſi eccleſia eſſet fundata in agro
tributario , & fundator eſſet malæfidei,quia ſciebat agrū tri-
butarium, adhuc nō dēt ſolui tributū,ſed eſt cōpellendus ad
æſtimationem,vt dicit gl.in d.c.ſecundū,allegat text. 14.q.6.
c.comperimus.ad prædicta ēt vide glo.in c.ſi tributum. 11 q.
1.vbi dicit, quod de prædijs, in quib.eſt fundata eccleſia vel
officinę eius,debent eſſe liberæ,& non debet ſolui tributum,
extra de cenſi.c.ſanctum.& ibi gl.& doct.Inn.Ioan. And. &
Abb.in c.non minus,col.4.circa prin.extra de immun. eccle.
Card.& do.Præpoſi.in d.c.ſi tributum,col.2.11.q.1.& ad ꝓ-
dicta vide ēt Aſteſa.in ſum.lib.6.tit.30.c.4.col.fi.& tenet Ber
ta.Firma.in trac.de gab.in 7.parte principali,col.6.in prin.ver
ſicu.& ſic.Quinto & vltimo limita,& intellige ꝓdictā conclu-
ſionem procedere in ꝓdijs extra Italiam,vbi ſunt prædia tri-
butaria,qa illa tranſeunt cū onere tributi:ſed in Italia,ex quo
prędia nō ſunt tributaria,d.l.1.& l.fin. & vtrobiq; nota. ff. de
cenſi.& ſupradictū eſt , tali caſu ſupradicta cōcluſio reſpectu
tributorū nō procederet,vt tenet Alb.Bru.in tra.de conſti.de
cre.ſtatu.&c.tertio vol.in verbo,tributa,col. 1.in 3. q. & hoc
246 intellige,de iure,ſecus ſi eſſet cōſuetudo in cōtrariū. † Itē in-
tellige, niſi ꝓdia Italica haberēt aliqd aliud onus mere reale
annexū,puta ſi res eſſet cenſualis vel emphiteutica , vel dēret
aliquā certā annuā ꝓſtationē ordinariā , quia tūc tranſiret in
clericos vel eccleſiā cū onere ſuo,vt dictū eſt,non obſtante ꝙ
247 eſſet in Italia.Secūda concluſio eſt.†Clerici & eccleſiæ ꝓ bo-
nis emptis & alijs bonis ad eos peruentus non teneňť ſoluere
collectas,nec gabellas cū laicis , ēt ſi ſint deſcripta in extimo,
ſeu apprecio.iſtā opi.tenuit Spec.in tit.de cler. cōiug.col.2.&
3.verſi.ad huius aūt.& ibi Bal in addi.iſtā ēt opi.tenuit Arch.
Io. And Gemi.Imo.& Philip.Frā.in c.1.in princi.col.2.extra,
de immu.eccl.Bart.cōſi.180.incip.Si aliqua poſſeſſio , Gemi.
in c.1.§.in cęteris,extra de cler.cōiug.in 6. Bal.& Saly.in l.pla
cet,col.fi.C.de ſacroſan.eccl.Ant.de Butr.Imo. & Abb. in c.
fi.in vlti.col.extra.de vita & honeſt.cleri.Bal.in fi. C. ſine cēſ.
vel reli.Bar.in l.reſcripto.§.ſciendū.ff.de mune. & hono. Inn.
& doct.in c.non minus.extra,de immu.eccl.Io, de Lig. in cle.
ꝓſenti,de immu. eccl. Luc. de Pen.in l. obſiſtere.C.de ann.&
tribu.lib. 10. & in terminis hanc opi.clariſſimè tenuit Nic.de
Neap.in c.regni,item ſtatuimus,ſub rub.quod clerici clerica-
248 liter viuentes,&c.rō eſt,ſecūdū ꝓdictos docto.† quia collecta
nō eſt perpetua,nec certa.Immo ſecūdū varietatē negociorū
& tēporum imminentiū imponitur & interdū in minori,inter
dū in maiori quantitate,ſecundū qđ neceſſitas requirit, & ſic
nō eſt ꝑpetua,ſed variabilis qñq; plus,qñque minus : propte-
rea tale onus cū non ſit perpetuū , non dī durare, poſtq̄ res ꝑ
uenit ad ꝑſonā priuilegiatā.d.c.1.extra,de iu.pat. in 6. & d.l.
fiſcus.ff.de iu.fiſci.& ꝙ debeat eſſe certa,ſpecifica & determi-
nata,aliàs nō efficitur tributaria,tenuit ēt Iaſ.in d.l.placet, in
249 1.& 2.lectu.in vlt.col.C.de ſacroſan.eccle.†ea enim quæ va-
riantur,nec ſunt vniformia,nec certa non pñt dici tributa, vt
ꝑ Innoc.in c.verū,extra.de fo.cōp.& Bald. in l. neminē.C.de
ſacroſan.eccl.& Alber.Bru.in trac.de cōſtit.decre.ſtat.&c.in
3.vol.in verbo,tributa,in prin.cū cōcord.in d.locis. Fateor ta
mē , ꝙ ſi eſſet aliqua gabella ſeu collecta quę ſingulis annis in
ꝑpetuū imponereť,& duraret ꝑpetuo,ſine vllo emergentium
negociorū neceſſitate,& imponereť pro bonis immobilib. &
eſſent ſingulæ poſſeſſiones taxatæ in certa & ſpecifica ſumma
in ꝑpetuū,& eſſent ꝑ ꝑ illā ſummam ipſę poſſeſſiones ad hoc
obligatæ,hoc caſu cōcurrentib.oībus ꝓdictis, ſi talis poſſeſſio
ꝑueniret ad priuilegiatū,trāſferreť cū talib. onerib. annexis.
prout in terminis tenet Luc.de Pen.in d.l.ſi diuina,col.3.vet.
nūc aūt.C.de exa.tribu.lib.10.& eſt de mēte omniū doct.ſu-
pra relatorū.Et ex ꝓdictis poniť regula,ꝙ eccleſiæ & clerici re
gulariter nō tenent ſoluere collectas,nec gabellas, ſeu alias ꝓ
ſtationes cū laicis,nec ꝓ bonis patrimonialib.nec ꝓ bonis em
250 ptis, cū de eccleſiaſticis nō ſit dubiū.†Quā regulā † Limita pri
mo nō ꝓcedere,qñ eſſent ꝓdia tributaria vel cēſualia,vel hē-
rent aliqđ onus ꝑpetuo annexū , vt ſup.dictū eſt , qa tunc ex
quo res tranſiret cum onere ſuo,eccleſia & clerici tenerenť,vt
tenent Doct. ſup.relati,& Bar.in l.ad inſtructionē.C.de ſacro
ſan.eccl.eſſet.n.onus reale,ad qđ ēt eccleſia teneť,vt dicit Iaſ.
in d.l.placet,col.fi.in prin.C.de ſacroſan.eccl. & Berta. Firm.
in trac.de gabellis,in 7.parte principali,col.7.& d.Præpoſi. in
251 d.c.ſi tributa,col.2.11.q.1.Limita ſecundò,† niſi gabella fuiſ-
ſet impoſita pro onerib.ad quæ tenereť eccleſia & clerici , qa
tūc ex quo talis gabella ſuccedit loco onerū, vt tenet Iac.But.
in d.l.ad inſtructionē.C.de ſacroſan.eccl.tali caſu eccleſia &
clerici tenerentur ad gabellā,vt tenet Abb.in d.c.nō minus,
in fi.extra de immu.eccl.Firma.in trac.de gab.in 7. parte prin
cipali,col. 5. Aſteſa.in ſum.lib.6.titu.30. & Silueſt.in ſum.in
252 verbo , immunitas, el 1.col.fi.Limita tertio, † niſi tpe quo res
laici peruenit ad eccleſiā,vel ad clericos,eſſet factū pactū ex-
preſſum inter venditorē & clericū emptorē,ꝙ clericus ſeu ec
cleſia pro tali ꝓdio tenereť ad collectas & gabellas , quia tunc
interueniente tali pacto expreſſo bñ tenereť ad gabellas , ſeu
collectas,ſecundū Inn.in c.verū,extra de fo.cōp.& Bal.in l.ne
minē.C.de ſacroſan.eccle.Iaſ.in l.placet,in 1. & 2.lectu. in fi.
C.de ſacroſan.eccl. Firma.in trac.de gab.in 7.parte principa-
li,col.6.licet referat quoſdā tenere contrariū, tñ dicta limita-
tio cōiter teneť,quā etiam tenuit Io.And.in c.nō minus, col.
2.verſi.ſed nec tunc,extra.de immu.eccl.& Aſtes.in ſum. lib.
6.tit.30.de immunitate & aliorū pertinentiū ad eccleſiā. c 4.
col.3.& Bal.in auth.ſed periculum.C.ſine cen. vel reli. Nic.de
253 Matt.& Bal.in l.fi.in fi.eo.titu. Limita† quarto dictā regulam
non procedere,qñ teſtator legaſſet fundū eccleſiæ ſeu clerico
& diſpoſuiſſet,ꝙ pro dicto fundo eccleſia teneať ſoluere colle
ctas,quia tūc eccleſia teneretť ſoluere, vt tenet Pet. de Ancha.
cōſi.217.incip.Dubiū facit in prędicta qōne.& ſequiť Felyn.
in c.eccleſia S.Marię,col. 32.verſi.1.ꝙ teſtator.extra, de cōſti.
quia licitū eſt cuicunq; priuato donāti res ſuas eccleſiæ addi-
cere cōditiones & onera,quæ vult,& eccleſia teneť illa ſerua
re.c.verū,cū materia,& ibi doct.extra,de cōdi.appo.Et in tm̄
ꝓdicta ſunt vera,ꝙ bona trāſferātur in eccleſiā ſub prædicta
cōditione,& eccleſia nō ſubeat onera impoſita,licitū eſt laico
ꝓpria authoritate capere,vt tenet Hoſt.in ca.cū dilectus. ex-
tra de don.Hoſt.& Io.And.in c.verū.extra,de ſo.cōp.Pet. de
254 Anch.in d.cōſi. 217.& Feli.in d.c.eccleſia S.Mariæ.col.3.†Li
mita quinto,niſi cōitas hēret aliqua loca paſturæ,puta defen-
ſam,in qua nemo poſſet ponere animalia ad paſcēdū, niſi ſolu
ta certa mercede,qa tali caſu eccleſia & clerici nō poſſet imit
tere eorū animalia ad paſcēdū,niſi ſoluta mercede,ſicut mere
laici,ita cōſuluit Abb.cōſi.6.incip.Caſus ſup quo qrī,fuerūt
allegationes,1.vol.refert & ſequiť Iaſ.in d.l.placet , in 1. & 2.
255 lect.in fi.C.de ſacroſan.eccl.& dixi ſup.in hac eadē gl.†An āt
Barones poſſint ſtatuere,vt aīalia clericorū,arceātur a ſuis pa
ſcuis priuatorū,vide Matth.de Afflic.in ꝓlu.cōſtitu.in 6. q.in
256 fi.& in cōſtit.cū partes Apulię,col.5.nu.9.Limita ſexto† non
procedere,ſi clericus nō viueret clericaliter,qa tūc nō cōpetit
ei hoc bñficiū , ſeu priuilegiū.l.ſi qua ꝑ calūniā, & l. gñaliter.
C.de epi.& cler.C.de hęre.l.1.& in c.regni,ſtatuimus,ſub ru-
bri.ꝙ clerici clericaliter viuētes,& in d. Bulla Papæ Honorij,
& ꝓbať in iſta cle.& teneť Nic.de Neap.in d. c. itē ſtatuimus,
& ibi Sebaſt.de Neap.qđ maximè ꝓcedit in clericis minori-
257 bus,vt in iſto tex.huius cle.†Ad ꝓdicta faciunt,q̄ dicit Bal. in
l.1.in primo nota.ꝑ illū tex.C.de his,quib.vt indig. vbi dicit,
ꝙ clerici q nō ſeruiūt in diuinis,nō debēt fructus beneficiorū
lucrari,immo tanq̄ indigni teneňť ad reſtūnē omniū fructuū.
facit tex.in c.fi.in prin.& ibi ad hoc no.Gemi.extra,de reſcri.
in 6.& tex.in rōne ſui,in c. 1. & ibi pōderat Io.Cal.extra, de
celeb.mi.bonus tex.ī c.ſi canonici.§.ſcitū.& ibi Gem.in prin.
extra,de offi.ord.in 6.Pet.de Anch.cōſi.228.incip.primo inq
rendū eſt,Iaſ.in l.ſcriniarios.C.de teſta.milit.ſed cōtra hoc vl
timū tenet Abb.in c.1.in vlti.col.poſt Card.ibi, in 9. q. extra
de celeb.miſ.de quo vide Cal.in c.cū tu, in verbo,circa diui-
nū officiū,extra de vſu.Gem.40.diſt.in glo.ſummę. & Philip.
258 Frā. in c.cōmiſſa.§.porro.extra de elec.in 6.vbi dicit,†ꝙ ſi ali
quis cōſequiť bñficiū nō intēdēs ꝓmoueri ad ſacros ordines,
nō facit fructus ſuos,& nō pōt ſalua cōſciētia tenere bñficiū,
& teneť tā in foro cōſcientię,q̄ in foro iudiciali ad reſtōnē fru
259 ctuum, ſi de hoc conſtare poterit.†Qui autē dicanť clericali-
ter viuere,poniť Nico.de Neap.in d.c.itē ſtatuimus,vbi dicit,
ꝙ dī clericaliter viuere , q oībus alijs Dei oīpotentis inhæret
260 miniſtris,de quo inf. diceť.Limita† ſeptimo,niſi in fraudē col
lectarū eſſet trāſlata poſſeſſio in clericū,qa tūc teneret ad col
lectas.l.ſacroſancta.& l.q ſub ꝓtextu.C.de ſacroſan.eccle. &
C.de epi.& cleri.l.de his clericis.& tenet in terminis Bar.in d.
cōſi.180.& Spe.in tit.de cler.coniug.in vlt.col.verſi.ſed quid
ſi fratres.vbi tenet,ꝙ ſi frater vel nepos donat clerico partem
ſuam

ſuã vel bona ſua, ſi talis donatio eſt facta in fraudẽ collecta-
rum, nõ gaudet priuilegio, & ſequitur ibi Bal. in addi.& ibi
261 Spe.† ponit quõo probetur fraus. Et dicit Luc.de Pen.in l.fi.in
262 fi. C. de anno.& trib.lib. 10.† q ſi quis alienaret fraudulenter
bona ſua in clericum vel aliũ, vt propterea poſſit collectas vel
alia ciuilia munera euitare, perdit bona quæ alienauit, & ſunt
fiſco applicãda, & tantũdẽ is, q huiuſmodi rei miniſter fuerit,
ſoluere dẽt ex ſuis bonis, p iura ibi p eum allegat. Limita octa
263 uo, † niſi clericus hẽret bona cõia cũ fratre vel alio pro indi-
uiſo, qa pro parte fratris teneẽ ſoluere collectas, vt tenet Spe.
in d.tit.de cler.coniug.col.pen.verſi.quid ſi clericus. Lucas de
Pen.in d.l.fi.in fi.C.de anno.& tribu.lib.10.& Fely.in c.1.col.
5.extra, de pſcri.& Decius in l.ſi emancipati, col.4.in prin. C.
de colla.& Decius in auth.caſſa.col.2.C.de ſacroſan.eccl. vbi
tenet, q fratres clerici teneñẽ ad onera ciuitatis, licet clericus
pro parte ſua nõ teneaẽ, qñ materia eſſet diuidua, ſecus ſi eſ-
ſet indiuidua.l.ſi cõem, & ibi Ang.ff.quemad.ſer.ami.& Lud.
Ro.conſi.195.In caſu pmiſſo. in fi.cũ cõcord.allegatis p De-
264 cium, vbi ſup. Limita nono, † non procedere in clerico coniu
gato. quia talis clericus teneẽ ad gabellas, vt tenet Abb. anti-
quus in ca.ex parte, extra de cleri.coniug.Bal.in Marg.in ver-
bo, clericus, verſi.fi.Firma.in tra.de gabell.in 7.parte principa-
li, col.5.verſi.item verum & eſt regia pragma.quæ incipit Fer
dinandus magifico viro Garſiæ. pro hoc facit tex.in c.1. ex-
tra.de cleri, coniug.in 6. vbi clericus cõiugatus, qui contraxit
cum vnica & virgine & incedit in habitu & tonſura, in duob:
tñ gaudet priuilegio, ſ.reſpectu fori & reſpectu canonis, ſi qs
ſuadẽte.17.q.4.& nõ in alijs, vt ibi p Doct.& per Lapũ allega
tione.41.incip. An priuilegiũ, in titu.de fo.cõp.in tit. de cleri.
265 cõiug.in fi. Limita decimo dictã regulã † procedere, qñ aliqua
res eſſet relicta vel tradita eccleſiæ pleno iure & in perpetuũ,
tũc de ea non eſſet ſoluẽda collecta ſeu gabella, ſecus ſi eſſet
traditus ſolus vſufructus illius rei, vel eſſet tradita ad tps & ñõ
in perpetuum, q a tunc de ea ſolui dẽret gabella, ſecundũ Flo.
ſing.in l.pẽdentes.§.ſi q d cloacarij.ff.de vſufru.& ſeqtur Ber
ta.Firma.in trac.de gab.in 7.parte principali, col.6.verſi. Item
266 verſi.† Limita vndecimo nõ procedere, qñ eſſet ĩpoſita in po
pulo aliqua colecta ſeu pſtantia pro certis annis, & eis nõ cõ-
pletis bona alicui' ciuis pueniãt ad eccleſiã, q a eccleſia teneẽ
ad reſiduũ illorũ annorũ, ſecundum Ang.latè in cõſi.202.in-
cip. Inter ordinamenta & Fely.in ca.eccleſia S.Mariæ, col.32.
verſi.3.nota.extra, de cõſtitu. q a licet collecta nõ poſſit de no-
uo imponi eccleſiæ p re in eã trãſlata, tñ ſi añ erat impoſita,
trãſit ad eccleſiã cũ illo onere, vt ibi per eos. Immo hoc caſu
ſi eccleſia nõ ſoluit, pt hẽri recurſus cõtra vẽditorẽ, vt ſoluat,
nec ab eius extimo ſeu cataſto eleuari debẽt illa bona. niſi ec-
cleſia in extimo ponat & ſoluere promittat, vt dicit Bal.no.in
auth.ſed periculum. C.ſine cenſu vel reliquis, & ibi hoc ẽt te-
nẽt Bar.Sal.& Pau.de Caſ.in l.ſi negociũ.de nego.geſt. & Fir
ma.in tra.de gab. in 7.parte principali, col.6.verſi.itẽ verum.
267 † Limita duodecimo dictã regulã procedere in re eccleſiaſti-
ca, quæ manet penes eccleſiã ſeu clericũ, quia de ea nõ ſoluiẽ
gabella. Secus ſi illa res eccleſiaſtica eſſet effecta pro ſana, pu-
ta q a eſt alienata in laicũ, tunc.n.de ea dẽt ſolui gabella, vt te-
net Bar.in l.Paulus, alias incipit, p procuratorẽ.ff.de acq.hæ-
re.& doct.in l.licitatio.in fi.ff.de publi.& vectig.Bal. in Mar-
garita, in verbo cõtractus, verſ.fi.Firma.in tra.de gab.in 7.par
te principali, col.6.verſi.ecõtra vero. quia mutata pſona, mu-
tat ſtatus rei. C.de impo.lucra.deſcri.l.1.& c. 1. extra, de iure
patro.in 6.& no.Io.And.in c.1.extra, de immu. eccle.in 6. ad
finem, & tangit Pet. de Anch.in conſi.217.incip. Dubium fa
268 cit, circa prin. † Limita tertiodecimo, dictam regulã non pro-
cedere qñ p aliqđ ſtatutũ laicorum eſſet impoſita gabella, &
clerici vellent vti bñficio illius ſtatuti, p qđ eſſet impoſita ga-
bella, quia tunc ẽt clerici teneñẽ ad gabellã, ſecundũ Bald.in l.
1.circa fi.C.de cõtrahẽ.emp.& Abb.in cõſi.6. & tenet Phili.
269 Decius in c.eccleſia S.Mariæ, in finalib.verbis, extra † de cõſti
tu. q a clerici dẽnt vti ſtatutis laicorũ prout diſponũt, vt per
270 eum, & tenet Decius in l.ex qua pſona.ff.de reg.iur. † Limita
quartodecimo, nõ procedere in familiarib.domeſticis ſeruiẽ-
tib.& vaxallis clericorũ, qui non excuſanẽ a collectis ordina-
rijs iuſte impoſitis, vt p And. de Iſer.in titu. de ſtatu. & cõſu.
cõtra liber.eccl.cõd.§.eccleſiaſticã pſonã, in vſi. feu. ad qđ vi
de eũdẽ And.in titu.quæ ſint rega. §. extraordinaria collatio.
col.2. ſicut nec excuſanẽ a patrimonialib. vt p And.in d.§. ec
271 cleſiaſticã, q a eſt munus ordinarium, vt ibi per eũ. † Limita
qntodecimo, nõ procedere in onerib. ordinarijs merè realib.
quæ ĩponuntur ipſis pdijs de cõſenſu Principis, q a ad illa te-

neẽ eccleſia & clerici pro bonis in eos a laicis tranſlatis, q a trã
ſeũt cũ onere ſuo, vt tenet Bar.& Saly.in l.placet, col.1. C.de
ſacroſan.eccl. Archi.in c.placet.16.q.1.Iaſ.in d.l. placet. in 2.
lect.col.pen.qui dicit, q oẽs legiſtæ & Canoniſtæ tenent iſtã
opi.de quo ẽt ſup.dixi, circa prin.huius qõnis. Limita ſexto-
decimo, dictã regulã non procedere in clerico, q ſuccedit lai
co, q tenebaẽ pro pterito ſoluere collectas pro aliquib.rebus,
quæ poſtea ex ſucceſſione puenerũt ad clericũ vel eccleſiam,
q a pro collectis pteritis impoſitis tenebiẽ clericus, nõ aũt pro
futuris, vt tenet Spe.in tit.de cle.cõiug.verſ.ad huiuſmodi. &
Cald.cõſi.7.incip. An ſi ſtatuto, col.1.circa finẽ.in titu.de con
ſtitu.& Alex.in addi.ad Bar.in l.Titio.ff.ad muni.allegat Bal.
272 cõſi.incip. quidã laicus. † Limita decimoſeptimo, niſi collecta
imponereẽ a Principe rõne feudorũ, vt eſt qñ iponitur adoha
in regno, quod tunc eccleſiæ & clerici tenentur ſoluere p feu
dis, quæ tenẽt a Principe, ſeu Comite, vel Marchione ſub eo,
vt tenet Hoſt.in ſum.extra, de immu.eccl.§.a quib.col.6.ver.
itẽ hæc vera. & Aſtes.in ſum.lib.6.tit. 30. de immunitate, &
aliorũ ptinentiũ ad eccleſiã, in 4. arti.col.pen.verſi.hæc autẽ,
quia qñ eccleſia accipit feudũ, teneẽ ſeruare qđ ſeruant alij ſeu
datarij, vt dicit Bal.in l.fi.in fi.C.ſine cẽſu, vel reli.& rõne feu
di efficiẽ de iure dñi, vt ibi per eũ, quæ dicit eſſe mirabile. Cõ
firmanẽ pdicta ex his, quæ dicit Io.And.in c. non minus, col.
2.extra de immu.eccl. vbi dicit, q ſi ad eccleſiã veniãt poſſeſ-
ſeſſiones, quarũ rõne dẽt pſtari pſonaliter munus ſeu milita-
re, puta exercitus, vel hoſpitiũ, vel q d ſimile, eccleſia teneẽ il-
lud pſtare tanq̃ tenens rẽ oneratã. Nec obſtat c.nõ minus, pal
legatũ, q a Hoſt. vbi ſup.rñdet, q illud ius nõ imponit legẽ Im
peratori, nec hoc Papa facere debet, extra de elec.c. venerabi
lẽ.extra, de iudi.c.nouit.extra de priuil.c.1. ſicut.n.ad Impera
torẽ nihil de decimis, extra de deci.c.tua. ita nihil ad Papã de
feudo, niſi rõne violẽtiæ vel peccati, quia cognitio ſpectat ad
Imperatorẽ. extra de fo.cõp.c.ex parte.c.trãſmiſſa, & c.verũ,
273 extra de iudi.c.nouit. † An aũt clericus ſuccedat in feudo, vel
poſſit hẽre, vide in cõſtit.regni, errores, & ibi doct. & Matth.
de Affli.deciſio.320. incip. Ioannes de Magiſtrillis. & ibi ẽt,
q ĩ caſu, quo admittiẽ, ad feudũ, pſtat adohã, ad pdicta vide ẽt
274 Anto.Capi.deciſio 32. In cã magnificę Matiellæ. † Limita de
cimooctauo, niſi clericus ſit ſolitus pro fundo pprio ſoluere
collectas, q a tũc teneẽ, vt tenet Firma.in tra. de gab. in 7.par-
te principali, col.5.ver.itẽ niſi pro fundo. allegat Spe. in tit. de
cleri.cõiug.col.2.verſ.in quibuſdã aũt locis, & Bal.cõſi. incip.
per cõmune ciuitatis ducalis, ſed Spe. vbi ſup. nihil de hoc di-
milia ornamenta,ſunt inſignia Papæ,& ſui legati,cũ profiſci
tur vltra mare,ſecundum Hoſt.in c.antiqua , extra de priuil.
& ſic innuitur,ꝙ alij talibus vti non debent.Limita hodie nõ
procedere in Cardinalibus,qui de conſuetudine talibus ve-
ſtibus purpureis,& talibus ornamentis deauratis vtuntur, &
Papa ſcit,& tolerat,& talis conſuetudo eos excuſat . ita dicit
Abb.in d. c.pen.col.2.extra,de vita & honeſta.cleri. An au-
tem clericus portãs ſolas caligas partitas,ſi defert alias veſtes
clericales principales,amittat priuilegiũ, vide Guil. & Imol.
in d.clem.fin.col. 1. in fi.Et ibi etiam col.ſequen.ponit , quid
ſi aliquo momento temporis, non cauſa vſus proprij , ſed ex
aliqua accidenti cauſa,non defert habitum clericalẽ,an amit
493 tat priuilegium,vide ibi.† Iuxta prædicta quęro,pone,cleri-
cus in minoribus ſiue fuerit coniugatus,ſiue non,dimiſit ha-
bitum,& tonſuram clericalem,& incedebat,vt laicus , dein-
de pœnitentia ductus reaſſumpſit habitum, & tonſuram cle
ricalem,dubitatur an gaudeat priuilegio clericali, ita ꝙ ſi cõ-
miſiſſet aliquod delictum gaudeat priuilegio fori , & debeat
ad eccleſiaſticum iudicem remitti , an verò poſſit per iudicẽ
ſecularem puniri: illa quęſtio eſt dubia,& quotidiana, ideõ ple-
nius attingenda.l.legaui.ff.de lib.leg. Et pro parte negatiua ,
ꝙ nõ debeat gaudere priuilegio fori adducitur.Primo , quia
494 ex quo ſemel vitam,& profeſſionem laicalem elegit , † quod
ſemel placuit,amplius diſplicere non licet,vt in regula, quod
ſemel,de reg.iur, in ſexto.Secundo adducitur , quia in incõ-
patibilibus pręiudicialibus, & contrarijs facta vnius electio
ne non datur regreſſus ad alterum,extra de poſtu.præla. c. 1.
in ſexto.c. vt qui duas,de electio.in ſexto.electo igitur habitu
ſeculari,non poteſt redire ad eccleſiaſticum . facit text. in l.
495 quod in hæredem.§.eligere.ff.de trib.actio. † Tertio certum
eſt,ꝙ tunc cum incedebat, vt laicus,non gaudebat priuilegio
fori.clem.1.extra,de vita & honeſt.clerico.& in tex.noſtro.
& ſic fuit priuatus priuilegio per non delationem habitus ,
& tonſurę,ergo per reaſſumptionem habitus,& ſic per factũ
ſuum ſe habilitare non potuit,extra de iure patro. c. per no-
496 ſtras.24.q.1.c.didicimus.ff.ad Trebel.l. 1.§.fuit.†Quarto,qa
incedendo , vt laicus tacitè videtur priuilegio renunciaſſe.
7.q.1.c.quam periculoſum , extra de his , quæ fiunt a maio.
497 par.cap.c.ex ore.†Cum itaque ſemel priuilegiom fuit perdi
tum,non poteſt vlterius recuperari,ſecundum Innoc.in c.2.
extra,de ope.no.nunci.Sicut virginitas amiſſa non poteſt re
cuperari. l.1.C.de rap.virg.c.vnius,& c.acutius.26.diſtinct.
ad prædicta adducitur etiam.ff.de ædil.edi.l. quid ſit fugiti-
uus,in princip.Quinto pro iſta parte adducitur deciſio in ter
minis And.de Iſer.& Matth.de Afli.in conſtitu.regni,apoſta
tantes,col.4.verſic.Item quarto,pone.vbi tenent,quod ſi fa-
cta fuit monitio,vt clerici vadant in habitu,& tonſura , alias
ſint priuati priuilegio eccleſiaſtico , ſi clericus poſt monitio-
nem non vadit in habitu , & tonſura , & ſic perdidit priuile-
gium clericale , ſi poſtea pœnitentia ductus vadit in habitu
& tonſura,non reaſſumit priuilegium clericale, allegat dicta
per Inno.in c. 1.extra de apoſt.Sexto pro iſta , parte adduci-
tur tex.in c.ex parte tua,cl.3.extra,de priuileg.& text.in cle.
1.§.qui ſi taliter.extra,de vita,& honeſta.cleric.Septimo ad-
ducitur illud,quod dicit Cardi.in d.clem.fi.col.3. vbi recitat
plures opi.& concludit,quod clerici coniugati amittunt pri-
uilegium quo ad bona, & res, non quo ad perſonam reaſſu-
mendo habitum,aliàs amittunt in totum , vt ibi per eum , &
Sil.in ſumma,in verbo,clericus, tertio,col. 5. in quinta quę-
ſtione. Vltimo pro iſta parte adducitur tex. huius extrauagã
tis,quæ continet ius nouiſſimum in regno: vbi probatur, qđ
clerici ſi habitu clericali decenti incedere,& tonſuram defer
re neglexerint foro ſeculari ſubiectos fore , & tanquam lai-
cos per curiam ſecularem puniri poſſunt, & ſeculares decla-
rantur, vt latius in tex.ſi ergo ſunt effecti ſeculares, non gau-
dent priuilegio,maximè quia in text. ponitur monitio cum
comminatione,quo caſu amittunt priuilegium clericale , vt
tenet Abb.in c.in audientia.in tertio not.extra,de ſentẽ. ex-
commu.& Anto.de But.in cap.Ioannes.extra de clerico cõ-
iuga.Et dicit Anto.de Butr.in dicto cap.ex parte , lo 3. ante
fin.extra de priuil.referendo Goff. quod ſi clericus in mino-
ribus conſtitutus dimittit habitum , & reputatur , vt laicus,
etiam ſi nõ ſit monitus,ꝑdit priuilegiũ.qđ dictũ refert etiam
Cępo.in d.conſi.11.col.15.num.40.dicit tñ , hoc procedere
ſi alia quatuor interueniant, vt ibi ꝑ eum.& ſic cum ſit amiſ-
ſum priuilegiũ,amplius nõ reaſſumit,ꝑ dicta ꝑ Inn.in d.c. 2.
498 de op.no.nũc.& actio ſemel extincta,† amplius ñ reuiuiſcit.
l.ſi res.§.areã.ff.de ſolu.& ad ꝓdicta faciũt,q̃ dicit Abb. in c.
499 tuæ.extra de apoſt.†Pro parte vero cõtraria, ꝙ talis clericus
gaudeat priuilegio fori,& ſit eccleſiaſticę iuriſdictionis,facit
tex.cũ glo.in d.cle.1.de vit.& hone.cleri.nam illis caſibus cle

ricus eſt priuatus poſt monitionem priuilegio clericali,& ta-
men ſi illam artem dimittit,& vt clericus incedit, recuperat
priuilegium,& ibi not.glo.in verbo , quandiu. Similiter not.
Innoc.c.ſi.extra de vita,& hone.clerico.vbi dicit, illos cleri-
cos priuatos priuilegio clericali,dum ſe negociationibus im-
plicant:& reaſſumere priuilegium,dum illas dimittunt:& vi
detur probari in c.vnico,extra de cle.coniug.in ſexto, q tex.
non dicit,perdant priuilegium,ſed q non gaudeant . Et ideo
dicit Ioan.de Ligna.q de iure antiquo iſtud priuilegium cle-
ricale erat conceſſum caracteri ordinis,& ordini clericali.cũ
cum igitur Bonifacius Papa in d.c.vnico,de cleric. coniuga.
in ſexto,non diſponat de nouo,ſed loquatur declaratiuè, in-
telligitur,q gaudeat priuilegio cũ illa moderatione,vt ſi non
portat habitum,ſuſpendatur priuilegium,& non perdat , vt
tenent Archi.Io.Mona.& Gemi.in d.c.vnico.§.& cum . col.
fi.de cleri.coniug.in ſexto & Anto.de But.in d. c. cum Ioan-
nes,extra,de cleric.coniug.Et ſic ex prędictis patet,q nõ ob-
ſtat d.cle.1.ſupra in contrarium allegata:quia ſi iſtud priuile
gium eſt conceſſum ordini,& cauſa propter quam non gau-
det,eſt non deferre habitum,ſi reaſſumit habitum,ceſſat cau
ſa excluſiua priuilegij,& ſic ceſſante illa cauſa , ceſſat priua-
tio.ar.c.cum ceſſante,extra de app.l.adigere.§.quanuis.ff. de
iure patro.& iſtam partem tenuit Alex.cõſi.149.in cauſa in-
quiſitionis,in 6.volu.vbi dixit,q ſi talis clericus coniugatus
aliquo tempore inceſſiſſet ſine habitu, & tonſuta , & poſtea
reaſſumpſiſſet habitum,& tonſuram,ſi commiſiſſet delictum
tempore quo incedebat in habitu,& tonſura,gaudet priuile-
gio,etiam ſi poſt delictum commiſſum dimitat habitum, &
tonſuram,quia inſpicitur tempus,quo commiſit delictum, ſi
incedebat in habitu,& tonſura,vt ibi latius per eum.allegati
ita tenere Ioan.And.in d. c.Ioãnes,in quarta quæſtione.ex-
tra de cleri.coniug.qui dicit ita fuiſſe Paduæ Iudicatum,& ſe
quuntur ibi communiter Doct. & tenet Bal.in l.affinitati, in
fi.C.com.de ſucce.& etiam tenẽt Io.Monac.Archi.Io. de Li
gna.Gemi.& Philip. Fran.in d.c.vnico.§.& cum . col.penul.
& fin.extra,de cler.coniug.in ſexto,& Pau.de Leaz.in d. cle.
1.de vita & honeſt.clerico.& ſequitur idem Alexand. conſi.
8.videtur ſuper primo,in vltima colum.1.volu. & aliquid p
Alexand.conſi.58.quia ſępiſſime.4.volum. per Imol. in cle.
1.& 2.extra,de vita, & honeſt.clerico. Et tenendo iſtam par
500 tem,†quæ magis communiter teneretur, ad contraria reſpõ
deri poteſt,& ad clem.1.de vita, & honeſta.clerico. eſt ſupra
reſponſum.ad auctoritatem And.de Iſer.& Matth.de Affli.
dicitur,quod communis opin.eſt contra eorum deciſionem.
Nec obſtat c.ex parte,de clerico coniug.quia ſecundũ Ant.
de But.ex reaſſumptione habitus,ille qui aliàs gaudebat pri
uilegio reaſſumit priuilegium, quia paria ſunt portare , vel
nõ portare,& reaſſumere quo ad tempus reaſſumptionis, p
hoc videtur caſus in c.clericus,lo.2.de vita & hone. clerico.
nam ibi aſſumpſerat vxorem , & dimiſerat tonſuram, & ta-
men dicitur,quod iterum tondeatur,& ſic videtur velle , qđ
gaudeat priuilegio,reaſſumpta tonſura.Nec obſtat c. ex par
te,el 3.extra,de priuil.quia illi, qui reaſſumebant habitum ,
hoc faciebant in fraudem,& eluſionem obſequiorum,& p-
pterea eis non opitulatur,& ita illum text.intelligit Arcbid.
& Gemi.in d.c.vnico.§. & cum,col.fi.extra,de cleri.coniug.
in ſexto.& ibi Philip.Fran.& ideo talis fraus eis opitulari nõ
debet , quia malitiis hominum eſt obuiandum,d.c.ex parte,
de priuil.Alio etiam modo ad illum text. reſpondet Thom.
Gram.in d.voto.33.col.antepe.quod procedit,quando non
conſtabat,eos eſſe verè clericos, licèt aliquãdo aſſumpſerint
habitum, & tonſuram clericalem , & poſtea illam depoſue-
rint, vt ibi latius per eum.Nec obſtat, quod dicitur de incõ-
patibilibus,quia illud argumentum non habet locum in his,
in quibus,via electa ceſſat,quæ erat cauſa perditionis priui-
legij clericalis , quia reſtat caracter , & ſic reuiuiſcit priuile-
gium, & illius effectus,quia ceſſante cauſa perditionis priui-
legij,ceſſat perditio.d.c.cum ceſſante , de ap. ſed reaſſumpta
tõſura ceſſat cauſa perditionis priuilegii,igitur,&c.Nec ob-
ſtat,quod actio ſemel extincta amplius non reuiuiſcit , quia
reſpondeo,quod ſi remouetur cauſa extinctionis,& perditio
nis,etiam extrinſecus reuiuiſcit:patet, quia ſi res data in ſo-
lutum euincitur per hypotecariam actio reuiuiſcit. l. ex ſex-
tãte.§.Laurus Largus.ff.de excep.rei iud.Nec obſtat , quod
facto amiſit priuilegium,quia vt dictum eſt , non eſt amiſſũ,
ſed ſuſpenſum priuilegium, & ceſſante cauſa ſuſpenſionis re
uiuiſcit.Nec obſtat tex. huius extrauagantis,qui tex. multũ
vrget, dum dicit,eo ipſo ſint effecti, vt meri , & puri laici , &
ſic videntur amiſiſſe priuilegium : quia reſponderi poteſt , q
intelligitur, quod reputentur laici , & amittant priuilegium
recuperabiliter, & ſuſpenſiuè vſque ad reaſſumptionem ha-
bitus,& tonſurę:& iſta reſponſio colligitur ex dictis per Ge
mi.& Philip.Franc.in d.c. vnico.§. & cũ, col. fi. verſicu.vel ſi
vis,extra,de clerico coniug.in 6.licèt aliquantulum videatur
ſuppleri ad tex.
501 †Et tenendo iſtam communem opi. quod clericus reaſſu
mendo habitum,& tonſuram gaudeat priuilegio.Limita ni-
ſi talis clericus in fraudem reaſſumpſiſſet habitum,& tõſurã,
puta ſi facto crimine,vel cõſcius de crimine reaſſumpſiſſet ha
bitum,& tonſuram ad euadendum punitionem iudicis ſecu-
laris,quia tunc non recuperat priuilegium, & ita loquitur c.
ex parte,el.3.extra,de priuil.& quod talis reaſſumptio habi
tus facta in fraudem,non proſit, tenet Archi.in d.c.1.de cle.
coniug.in ſexto.& ibi Philip.Fran.§.& cum , in fi.& Per. Bel
luga in ſpeculo principum , in titulo de propoſitione graua-
minum.§.videamus,col.2.in fine, cum ſeq.& eſt bonus text.
in l.ſi maritus.§.legis.ff.de adul.& l.hos accuſare,in fi. princ.
ibi,ſi non detractandi.ff. de accuſ. l.qui ſub prætẽ. C. de ſa-
croſanct.eccle.l.ſi aliquis.ff.de dona.ca.mor. & in Authẽ. de
mona.§.ſancimus.& §.ſi verò intra,& ibi gloſſ.pro hoc,quia
de iure aſſumpto clericatu in fraudem criminis, commiſſi nõ
multum confert,vt not.per Bart.in l.1.ff.de poenis, & ad prę
dicta vide quæ not.Per.& Cy.in l. ſi qua per calumniam. C.
de epi. & cleri.& etiam quia fraus ei opitulari non debet,quia
malitiis hominum eſt obuiandum,d.capitu.ex parte,el. 3. de
502 priuileg.& dicta l.qui ſub prętextu.Et † quomodo probe-
tur fraus vltra prædicta,vide quę dicit Bart.in d. l. 1. colũ. 2.
ff. de pen.& in l.poſt contractum.ff. de dona.& Iaſ. in §.item
503 ſi qs in fraudem,Iuſtitu.de actio.†Secundo limita , niſi talis
clericus fuiſſet præuentus per iudicẽ ſecularẽ ante reaſſum-
ptionem habitus, quia quo ad illa ad quæ eſſet præuentus ,
non prodeſſet reaſſumptio habitus,puta ſi in cauſa crimina-
li eſt conuentus coram ſeculari,cogetur coram eo rñdere, vt
tenet Philipp.Franc.in d.ca.1.§.& cum.col.fin.de cleri. con-
iug.in ſexto,& Pet.de Anch.in d.c.ex parte.extra,de cler.cõ
504 iug.Aduerte tamen†q licèt clericus coniugatus mortua vxo
re ſi reaſſumat habitum clericalem gaudeat omnibus priuile
gijs clericalibus,vt tenet Philip.Franc.in d.c.1.§.fin. col. 1. de
de cleri.coniug.in ſexto,vbi etiam ponit,an cõſuetudo de no
uo inducta,vt clerici coniugati gaudeant omnibus priuilegijs
valeat: & quid de vxoribus clericorũ , an gaudeant priuile-
gio, dic vt ibi:Tamen prædicta intellige , niſi mortua prima
vxore duxiſſet aliam,quia ex quo eſſet effectus bigamus,per
deret omne priuilegium.c. 1.de biga. in ſexto . Idem ſi duxiſ-
ſet viduam,vel corruptam ab alio.84.diſt.c. quiſquis. de quo
etiam per Matth.de Afflict.in d.cõſtitutione regni,apoſtatã-
505 tes,col.4.verſi. ſed iuxta hoc. † An autem clericus in mino-
ribus poſſit cogi deferre habitum & tonſuram , vide Abb. in
d.c.tuæ.extra, de apo. & Hoſt.in ſum.extra,de cleri. coniug.
§.quam pœnam,col. 1.in fi.Et quid in clericis coniugatis, vi-
506 de Abb.in d.c.Ioannes,extra,de cleri.coniug. † An autẽ cle-
ricus dimittens habitum,dicatur apoſtatare , vide Abb. in d.
c.tuæ.Et an clericus depræhenſus in apoſtaſia,ipſo facto per-
dat priuilegium clericale,vide Abb.in d.c.in audientia, in ſe-
507 cundo not.extra,de ſen.excom. †Quid autem de clerico, qui
dimiſſo habitu & tõſura immiſcet ſe enormitatibus,an amit-
tat priuilegium clericale.vide And.de Iſer.in d.conſtitutione
regni,apoſtatantes,& Abb.in c.perpendimus,extra de ſentẽ.
excom.&in c.ex parte,lo 3.extra,de priuil.Innoc. & Abb.in
c.1.& in c.tuę.extra,de apo.Doct. in c. cum non ab homine ,
extra de iudi. Anto.de Butr.in c.fin.extra,de vita & honeſta.
cler. Pet.de Anch.in repet.c. ea quæ. in 11.quæſtio.extra de
reg.iur.in ſexto.Cardin.in d.c.perpendimus,circa fi.D.Præ-
po.in c.clerici.23.diſt.Sil.in ſumma in verbo,excommunica-
tio,ſexto,col. 19. verſi. tertia clericus, vbi latè: Alex. conſi.8.
videtur ſuper primo,volu. & conſil.58.4. volu. vbi latè , &
508 Cępo.conſi.11.incip.In Chriſti nomine,caſus talis eſt†& ibi
in col.12. ponit quinque requiſita, vt perdat priuilegium , de
quibus ſupra feci mentionem,& Tho.Gram. d. voto 33. col.
antepen.cum ſeq.& in quæſt.parlam.Delfi.quæſt.138. vbi vi
509 de,& Anto.Cap.deci.161.in cauſa Curſconi.†An autem de
iure communi clericus in minoribus ad hoc vt perdat priuile
gium,ſufficiat ſolum ſi cõuerſatur laicus,an verò requiratur,
vt faciat actum contrarium actui clericali, vt quia ducat vxo
em ſecundam vel corruptam, vel effectus ſit miles & ſæua
exerceat,& an tunc etiam ſine monitione amittat priuilegiũ,

vide

& tonſuram. honeſtæ, ac alia
ſolem-

vide Hoſtien.& alios in cap.1.extra,de apoſt. & quod habe-
tur 84.diſtin.c.quiſquis.& in c.1.de biga.in ſexto. Alex.con-
ſil.8.col.pen.1.volu.Matthę.de Affli.in conſtitutione,apoſta-
tantes,& Thom.Gram.vbi ſupra, & vide Alber. de Roſa. in
quæſtionibus ſtatu.in 3.par.quæſt.42.quę incipit,a prædictis
ſumpta occaſione,vbi ponit de monaco, qui intrauit religio-
nem,& fecit profeſſionem,ſt cępit apoſtatare,& habitu depo
ſito vxorem viduam accepit, & enormitatibus & delictis ſe
immiſcuit,an ipſo iure perdat priuilegium clericale, vt poſſit
a iudice ſeculari condemnari & puniri, de quo etiam per Do
ctor.in c.1.extra,de apoſta. & maximè ſi ſit factus ioculator,
vel goliardus,vel buffonus,vt in c.1.de vita & honeſt.cleri.in
ſexto,& ibi per omnes, & ad prædicta vide Gandi. in tracta.
maleſi.in rub.de pęn.reorum,colum.13.ver.quęſtio talis fuit,
vbi latè: & ad prædicta vide Anto.Capi.in d. deciſio. 101. in
510 cauſa Cruſconi. †Quid autem ſit de eo,qui poſt delictum eſt
effectus clericus, a quo iudice debet puniri, a ſeculari, an ab
eccleſiaſtico: vide Bart. Brixien. in quęſtion.vener. quęſt.32.
quę incipit,aliquis litigabat,Gandi.in tract. maleſi. in rub.de
pęn.reo.colum.9.Alberi.de Roſa. in quæſtionibus ſta. in ter-
tia parte,q.41. Archi.in c.nemo.11.quæſt.1.Dyn. in l.itē Vl-
pianus.ff.de excuſ.tuto.Io.And.Abb.& Doct.in c.vnico. ex-
tra,de oblig.ad ratio.Bart.in l.1.col.2.ff.de pęn. & ibi Alexā.
in addi.vbi ad multa alia infert:Oldr.conſi.4.incip. Quod lai-
cus.Marian.Socin.in cap.propoſuiſti,colum.12.extra, de fo-
ro competen. Bart.in l.adulter.§.ſi eo tempore.ff. de adulter.
Iacob.de Are.in l.iam tamen.ff.iudi.ſol.Imol.conſi.118.cum
ſequen.D.Præpo.in d.c.nemo.11.q.1.Iaco.de Are. in authē.
cauſa quæ fit cum monaco.C.de epiſ.& cleri.Bart. in l.ſi ſer-
uum.ff.ſi ex nox.cau.aga.Bart.in l.cū quædam puella, in prin.
ff.de iur.om.iudi.& ibi Iaſ.Fely.in c.fi.col.pen.extra,de con-
ſtit.Ant.de But.in d c.1.de oblig.ad ratio.Bald.& Ang.in d.l.
1.ff.de poen.Bald.in l.officiales.C.de epiſ.& cler. & in d.l. cū
quædam puella.& in l.1.C.an ſer.ex ſuo facto.& in d. authē.
cauſa quę cum monaco.C.de epiſ.& cler.Ang.in l. ſiquis po-
ſtea.ff.de iudi.Pet.de Anch.in regula,ea quę.col.54.ver. ter-
tiò quæritur.extra,de reg.iur.in ſexto,& in c.ad falſariorum,
colum.13.& ibi Ioan.de Ana.extra,de cri.fal.Card.in clemē.
ne in agro.§.quia verò.in 7.quæſt.de ſta.mona.Spec. in tit.de
reo,in prin.ver.quid ſi pendente.Iacob. Butri. in d.l.pen.ff. ſi
ex nox.ca.aga.Bald.in c.cum non ab homine,io vlt.colū. ex-
tra.de iudic. & in c.1.de mil.vaſ.qui belli.ar. de po.glo. Bald.
Ang.& Imol.in l.nemo poteſt.ff.de leg.1.Bald.in l.affinitatis.
C.commu.de ſucce.& in l.2.C.vt in poſ.leg.& in l.quædam.
C.de fideicom.Iacob.Butrig.in l.quiſquis, la 2. C. de epiſ.&
cleri.Imol.in c.eam te.in 2.col.extra,de reſcrip.Abb.in c.cle-
ricis,in 12.colum.de foro competen.Bald.in dicta l. idem Vl-
pianus.ff.de excu.tuto.Pet.de Anch.latiſſime in diſputatione
incip.Laicus quidam,& Alexan.in d.l.nemo poteſt, col. fi.ff.
de leg.1.Feder.de Sen.in conſi.97.quoniam.Paul. de Caſt. in
l.addictos.C.de epiſ.audien.Bart.Cæpo.conſi.11. caſus talis
eſt,col.3.tangit Deci.in d.l. cum quędam puella, in fin. And.
Barba.conſi.52.colum.6.2.volumi. Et pro certo iſta quæſtio
eſt ſubtilis,antiqua & dubitabilis,& per multos diuerſimode
tacta,vt dicit Alb.de Roſa.in quęſtionib.ſtatu. in 3.par.q.41.
incip.Subijcio etiam talem quæſtionem,colum.2.vbi latè di-
ſputat hanc quæſtionem ad partes,& ad contraria reſpondet,
& longum eſſet referre, ſed breuiter ſecundum magis cōmu
nem opin.conclude, quod regulariter committens homici-
dium,vel aliud delictum,ſi poſtea efficiatur clericus, vel mo-
nacus nō pōt cōueniri,niſi in foro eccleſiaſtico,vt tenuit Bar.
Brixien.in d.q.32.incip. Aliquis litigabat,Iac.de Are.in d.au
then.cauſa quę fit cū monaco, Arch.in d.c.nemo.11.q.1.Ol-
dra.in conſi.4.Iac.de Aret.in d.l.iam tamen.Ricar.& Dyn.in
d.l.item Vlpian.Ioan.And.& alij.in d.c.1.extra.de obli. ad ra
tio.Bart.in d.l.1.ff.de poen.& dicit Alb.de Roſ.in d.q. 41. co
lum.pen.in prin.ꝙ iſta opin.eſt cōis,& tenet Alexā. in d.l.ne-
mo poteſt,col.pen.in fi.cum ſeq.ff.de leg.1. cum concordan.
in dictis locis,& Cæpol.conſi.11.col.6.nu.12. cum ſeq. & ad
prædicta vide Bald.in c.at ſi clerici,colū.3.in fi.extra, de iudi.
vbi dicit,quod clericatus aſſumptus poſt citationem nō pro-
deſt: ſed ſi petit delegationē ante iudicium,prodeſt,niſi a pro
511 prio epō fuiſſet depoſitus,vt ibi. Limita,†niſi in fraudē fuiſſet
effectus clericus vel monacus ad euadendū poenam Iudicis ſę
cularis,quia tunc poſſet a iudice ſęculari puniri, & contra cū
procedi, vt in l. qui ſub prætextu.C.de ſacroſan. eccleſ.& in
Authen.de mona.§.ſi verò intra,& ibi gloſ. cum iurib. ſupra
in alia quæſtione allegatis,Bart.in d.l.1.ff. de pęn. & Alexan.
in d.l.nemo pōt,col.pen.& ſi.ff.de leg.1.& Alb.in d.quęſt.41.
cū concord.& Old.d.conſi.4.& Ioan.And.in d.c.1.de obl ad
512 ratio.& Cæpo.vbi ſupra. †Et in dubio nō præſumitur fraus,
niſi fuiſſet de crimine accuſatus,vel diffamatus,vel cōuictus,
vel in eo deprehenſus,arg.l.fin.§.1.ff.de bon.eo. qui mor.ſibi
conſci.& tenet Alber.in d.quæſt. 41. in fi. & Bart.in d.l.1.ff.
de poen.col.2.& Gandi.in d.tract.maleſi.in rub.de pęnis reo
513 rum,col.12.in fi.& Dyn.vbi ſupra,& Old.conſi.4. Limita ſe
cundo,niſi fuiſſet pręuentus à iudice ſęculari antequam eſſet
effectus clericus vel monacus, quia tunc iudex ſęcularis non
impeditur proſequi & cognoſcere de crimine, non obſtante,
ꝙ fuerit effectus clericus vel monacus. l. ſi quis poſtea.ff. de
iud.c.propoſuiſti,extra de foro competen. & tenet Alexā. in
d.l.nemo poteſt,col.pen.& fin.ff.de leg.primo,Alber. de Ro-
ſa. vbi ſupra,Ioan.And.& alij in d.c.1.de oblig. ad ratio.& in
hoc caſu loquitur Iaſ.in d.l.cum quædam puella,in prin.colū.
pen.ff.de iur.om.iudi.& doct.in locis ſupra alleg. Iſtud tamē
intelligitur & limitatur,non procedere quando feciſſet votū
faciendi ſe clericum vel intrandi religionem antequam com
miſiſſet delictum,quia tunc nullo modo poſſet per iudicē ſę-
514 cularem contra eum procedi, nec puniri †quia votum retro-
trahitur,vt tenet Iaſ.in d.l.cum quædam puella, allegat Bald.
in l.1.C.an ſeruus ex ſuo facto, & de hoc ſtaretur iuramento
ſuo,ſicut in alijs quæ dependent ex animo,vt dicit gl.in §.alię
Inſti.de actio.ita tenet Iaſ.in d.l.cū quædam puella, quod di-
cit eſſe notandū,& tenet additio ad Felyn.in d.c.fin.col.pen.
extra,de conſti.An autem prædicta habeāt locum in eo, qui
eſt infra annū profeſſionis,vel in eo qui eſt factus de tertio or
dine,vide Bart.in d.l.1.ff.de pęn.& ibi Alex.in addi.& Iaſ. in
d.l.cum quędā puella.in princi.col.pen.ff.de iur.omn.iudi. Et
515 †an per ſolam citationem dr̄ facta præuentio,vide Alb. in d.
quæſt.41.in fi.Gandi.vbi ſupra,& Deci.in d.l.cū quædā puel
516 la,& ibi per alios.†Et in caſibus, quando poteſt per iudicem
ſęcularem puniri,requiritur degradatio,vt per Iaſ.in d.l. cum
quędam puella,& in c.degradatio.de pęn.in ſexto,& in c.no-
uimus.extra de verb.ſignifi.

a Tonſuram.a †tōſura ex parte inferiori capillos tondet vſq;
517 ad releuationem ſenſuum.ſ.viſus & auditus: ne per capillos
oculi vel aures impediantur,& hoc ſignificat, ꝙ præſcindēda
ſunt vitia cordis & corporis,ne intuitum & contemplationē
diuinorum impediant, & ex his debetur corona cœleſtis &
clerici incędere debēt detonſo capite & patentibus auribus.
23.diſt.c.pen.ita tamen ꝙ oculos intuentium nō offendat, vt
ibi per doct.& Hoſt.in ſum.extra,eo.tit.§.& in quibus vbi vi-
de,& ad prædicta vide Cæpo.conſi.11.incip. Caſus talis eſt,
Aloyſius.col.12.verſi.de tonſura. Et ibi etiam ponit, qualis
debet eſſe tonſura,& quare clerici eam portent: de quo vide
in c.duo ſunt 12.q.2.& glo.in clemen.fin. de vita & honeſta.
518 cleri. Et †quid ſit prima tonſura, Imol. in c. clerici officia, de
519 vita & honeſta.cleri.col.1.in fi.Quæ †autem ſit differentia in-
ter tonſuram,raſuram & coronam, vide glo.in d.clemen.1.&
Imol.col.5.& ibi per alios,Hoſtien.& alios in d. c. clerici.ex-
tra,de vita & hone.cleri. Quid autem ſi clericus in minoribus
deferat veſtem clericalem, tamen non portat clericam,& va-
dit cum longis crinibus: vel econtra portat clericam, ſed non
veſtem clericalem,an amittat priuilegium? iſtam quęſtionem
tangit glo.in d.clem.fin.in verbo,& tonſuram,& ibi Imol.co
lū.5.circa fi.vr̄ tenere ꝙ ſi in publico clericus ſe exhibet cū ta
li veſte non clericali,vel ſine tonſura, ꝙ incidat in poenam d.
clem.aliàs non de facili haberet locū,quia ratò vel nunquam
euenit vt omnia interueniāt. hoc in regno firmatur per iſtam
extrauagantem, & per regiam prag. quæ videtur approbara
520 per iſtam conſtitutionem extrauagan. †adeo ꝙ ſi nō vadit in
habitu & tonſura copulatiuè,reputatur laicus,& amittit pri-
uilegium,vt hic dicitur,& ſic vt gaudeat priuilegio,iſta copu
latiuè requiruntur. faciunt quæ dicit Gemi.in c.1.§. fi. extra,
de cleri.coniug.in ſexto.

b Honeſte.b Sed in quibus conſiſtit honeſtas clericorum.Spec.
in ſuo reperto.de vita & honeſta.cleri.dicit ꝙ conſiſtit a ver-
tice capitis vſque ad Plantam pedis 6.q.1.c. ſunt plurimi. Et
in multis conſiſtit,quæ ferè infinita ſunt, ſecundum Spec.vbi
ſupra Hoſt.in ſum.extra,de vita & hone.cleri.§.& in quibus.
Ioan. And.& Gemi.in rub.extra,de vita & honeſta.cler. in 6.
521 Et primò cōſiſtit in capite c.vnico,extra de ſacra vnctio. †Et
quid ſignificet caput & vnico capitis,vide ibi in text. Item in
ton-

tonſura & corona,cap.penult.extra,de vita & honeſta. cleri.
c.non liceat,el 2.23.diſtin.not.in clem.fin. de vita & honeſt.
cleri.Et quid iſta ſignificent,vide glo.magnam in clem.fin.de
vita & honeſta.cler.Item in crinib.c.clericus,extra de vita &
523 honeſt.cleri.23.diſt,c.prohibete.eum duob.ſequen.†Item in
auribus,quia alijs detrahentes audire non debet,6.q.1.c.ex
merito,quia non ſolum reus eſt, qui falſum de alio profert,
ſed etiam is qui aurem cito criminibus præbet,c.non ſolum,
in princ.11.quæſt.3.Item in facie,c.excõmunicamus,in prin.
extra,de hære.50.diſtin. c. in capite,in princi.ibi,vultibus in
terram demiſſis.Item in ſupercilijs.15.diſtin.c. canones. pro-
pe fin.facit c.diaconi ſeptem.93.diſtin.Item in fronte 50. di-
ſtin.c.domino.§. quod dixit.facit c. 1. §.per frontis. extra, de
524 ſacra vnctio.†Item in oculis, quia oculos caſtos habere de-
bent.6.quæſt.1.c.ex merito, nec debent vagis oculis incede-
re.23.diſt.c.his igitur,quia impudicus oculus impudici cor-
dis eſt nuncius,c.nec ſolo.32.q.5.Item in palpebris & pupilla
oculi.49.diſt.c.hinc etenim.§.lippus.& §.albuginem.Item in
525 naſo.d.c.hinc etenim.§.paruo.facit glo.fin.in c.ſi.43.diſt.†&
526 per naſum diſcretio conſideratur,vt ibi.Item in labijs, †quia
labia ſacerdotis cuſtodire debent iuſtitiam.11.q.1.c. ſacerdo
tibus.& 43.diſt.c.ſit rector.circa medium facit tex.in c.diaco
ni,qui.93.diſt.& c.nolite timere.11.q.3.& 5.q.5.c.fin.§. item
labium.Item in ore,quia qui cuſtodit os ſuum, cuſtodit ani-
527 mam ſuam.†qui autem inconſideratè loquitur, ſentiet mala,
Prouerb.31.6.q.5.c.fina.§.pen.facit tex.in c.inter. 11.q.3.iũ-
cta glo.in verſi.verbo.& tex.in c.niſi.§. pro graui,iuncta glo.
extra.de renun.Item in dentibus,ne aliquod non licitum vel
amarum vorent,vel comedant. de conſe.diſtin.2. c.vtrũ. 37.
diſt.c.vino.in fi.Item in lingua,vt in c.ſi qui vero.in fi.32.di-
ſtinct.quia alijs detrahere non debet,c.ex merito.6.q.1.de cõ
ſe.diſtin.5.c.nihil.extra ne cleri.vel mona.c.1.& 23.diſt.c.his
igitur.quia non ſolum oculos caſtos, ſed linguam ſeruare de-
bemus.d.c.ex merito.& Lucas de Pen. in rub. de ſilentia.col.
3.lib.12.& dicitur eccleſia.c.5. honor & gloria ĩ ſermone ſen
ſati,lingua verò imprudentis ſubuerſio eſt ipſius.& eccleſia.
4.in lingua ſapientia dignoſcitur. & ſenſus, & ſcientia & do-
ctrina in verbo ſenſati. Item in ſermone.43. diſt.c. ſit rector.
Et in voce,vt ibi,& in c. cantantes, cum ſeq 92. diſt.Item in
528 Geneſ.43.d.ſt.c.1.Item in barba,quia clericus barbam nutri
re non debet,c.clericus,el 1.& c.clericis.extra de vita & hone
ſta.cleri. Item in gutture & faucibus,c.cantantes.92.diſtinct.
Item in gula.c.1.44.diſtinct. Item in collo, quia non debent
colla dura habere,ſed Deo ſubmittere.de conſecr.diſtin. 4.c.
eos,quos.93.diſt.c.diaconi.el grande.§.certe,in fi. Item in hu
meris & armo,in quo etiam reges vnguntur,c.vnico.§.vnde.
extra,de ſacra vnctio.quia bonus paſtor ouem, quæ remãſit,
humeris ſuis aduehit.c.importuna,extra de pœn.diſt.1.quod
ſignificat, quod ſacerdos debet fortiter cum ſuis viribus co-
nari acquirere gratiam a domino pro ſe & grege ſibi cõmiſ-
ſo: & debet eſſe munitus armis iuſtitiæ contra proſpera & ad
uerſa,ſecundum Archy.in c.eccleſia.23. diſtin. Item in dor-
529 ſo.37.diſt c.ideo.§.vt ita.32.q.5.c.ſi Paulus,in fi.†Non enim
debet eſſe giboſus.49.diſt.c.hinc etenim.§.giboſus.ſignificat
enim gibbus,ꝙ a terrenis ſollicitudinibus,diuitijs & volupta-
tibus incuruatur & ſuffocatur, vt ibi latius. Item in pectore,
quia in pectore ſacerdotis manifeſta debet eſſe cognitio veri-
tatis,c.qui eccleſiaſticis.§.ecce,diſtin.37.& vt abijciat errorẽ
& ignorantiam & ſuſcipiat fidem rectam,c.vnico.§. quia ve-
rò.extra,de ſacra vnctio.facit ad prædicta tex.in c.nunquam.
de conſe.diſt.5.Item in brachijs & manibus. c.vnico.§.vnde.
extra,de ſacra vnctio.& c.hinc etenim.§.claudus.& §. fracto.
49.diſt.de conſe.diſt.5.c.nunquã.& 91. diſt.c.1. & c. presby-
ter.cum duobus ſeq.in quibus probatur,ꝙ licitum eſt clericis
aliquid cum manibus laborare, ne ſint otioſi,& vt victũ quæ-
rant cũ aliquo artificiolo,& vt diabolus ſemper inueniat eos
occupatos & non otioſos.d.c.nunquam.Item in vẽtre ſeruã-
530 da eſt honeſtas,†quia vẽter mero æſtuans facilè deſpumat in
531 libidinem.35.diſt.c.1.†& pinguis vẽter groſſum generat ſen
ſum,vt ibi per glo. ad prædicta concordat tex.in c.1.44. diſt.
12.quæſt.2.c. gloria. Item in lumbis & renibus,de pœni. di-
ſtin.1.c.qui ſanctus.& de pœni.diſtin.2.c.ſi enim inquit,ver-
532 ſus fin. †quia in lumbis virorum,eſt ſedes luxuriæ: & in fœ-
minis,in vmbilico,vt ibi declarantur glo. Item in cute ſeu co
rio,cap. hinc etenim.§.ingem. diſtin.49. cutis enim,prurigo,
& feruor luxuriam deſignat,vt ibi. Item in genitalibus ſeu te
ſticulis.13.diſt.c.nerui.44.diſt,c.1.49.diſt.c.hinc etenim.§.põ
533 deroſus.†teſticuli enim continent in ſe omne incentiuum li-
534 bidinis,vt dicit glo.in d.c.nerui.Item in cruribus, † quia non
debet crura denudata portare.32.q.5.c.ſi Paulus. Item in ge-
nibus,quia inter Paſca & Pentecoſten genuum flexio fieri nõ
debet,niſi ex deuotione & ĩ ſecreto. c.2.extra,de fer.76.diſt.
c.ſcire.30.diſt.c.fina.de conſec.diſt.3.c.quoniam.& vide in d.
c.hinc etenim.§.claudus.49.diſtin. Item in tibijs & pedibus,
greſſus enim rectos facere debent.49.diſtin.c. hinc etenim.§.
claudus.cum verſi.præcedenti.& in §.fracto.32. diſtin.c.ho-
ſpitiolum,& 5.q.5.cap.fin.Item in corpore toto.c.ſiqui vero.
32.diſt.& in omnibus membris.c.hinc etenim.§. impetiginẽ.
verſi.ſed decor.49.diſt.Item in moribus & mente. d. c. ſi qui
vero.31.diſt.& c.his igitur.23.diſt.Item in inceſſu & geſtu,d.
535 c.his igitur.& 41.diſt.c.2.& c.fin.†quia grauitate inneris mẽ-
tis maturitatem oſtendit, vt ibi.Item in vita,quia eius vita de
bet eſſe bona & honeſta & irreprehenſibilis, vt in Authen.
quomodo opor.epi.§.ſancimus.& §.igitur, col.1. Item in fa-
ctis,quia eius facta debent eſſe bona.d.§. ſancimus. & ibi gl.
in verbo,bonis.Item in cibis & potu.c.a crapula.extra,de vi-
ta & honeſta.cleri.& 41.diſtin.c.ſi.Item in veſtibus & omni
ornatu.c.clerici officia,de vita & honeſta.cleri.clemen. ſi.eo.
titu.41.diſt.c.1.c.parſimoniam,& c.fina.& 21.q.4.per totum,
de hoc latè dixi ſupra glo.in verbo,habitum.Item ꝙ arma nõ
portent,extra de vita & honeſta.cleri.c.2. & clem.1. eo. titu.
& limita vt ibi. Item quia continenter & caſtè viuere debent,
c.vt clericorum.extra,de vita & honeſta.cler.c. nec ſolo. 32.
536 q.7.& 32.diſtin.c.1.& per totum Item †ꝙ cum fœminis ma-
ximè ſuſpectis non conuerſentur,nec monaſteria monialium
viſitẽt,extra de vita & honeſta.cleri.c.monaſteria,& toto tit.
extra,de coha.cleri.& mul.& 31.diſt.c.interdixit. & c. hoſpi-
tiolum.& 34.diſt.cap.quorũdam. & per totum,& hoc ad eui-
tãdum turpem ſuſpicionem, vt dicit Hoſtiẽ. in ſum.de coha.
cleri.& mulie.§.vtrum.in prin. Et idem eſt dicendum de mo-
537 nacis.†immo monaci licèt dicantur mundo mortui, tamen
quandoque impragnant commatres,vt dicit Ioan.And.in c.
538 ſicut,extra de homi.Item†concubinas habere non debẽt 32.
diſt.c.nullus.extra de coha.cleri.& muli.c.veſtra.& in Auth.
de mona.§.ſi quis autem.col.1. Item vxores habere non de-
bẽt.31.diſt.per totum.quod de occidentalibus clericis intelli
gitur,quia occidentalis,non orientalis eccleſia,votum caſtita
tis obtulit,c.aliter,& cap.Nicena.31. diſt. & toto titu. extra,
de cleri.coniug.dummodo vnicam & virginem ducant vxo-
939 rem.c.1.de cleri.coniug.in ſexto. † Et ſimiliter conſtituti in
minoribus ordinibus,vt lectores,cantores & accoliti, vxorẽ
ducere poſſunt,c.ſanè.15.q.3. Itẽ ludibria & theatrales lu-
dos exercere non debent in eccleſijs, c. cum decorem, extra
de vi.& honeſta.cleri. Item vſuras exercere non debent.c.2.
extra.de vita & honeſta.cleri.Item ad aleas & taxillos ludere
non debent,c.clerici officia,de vita & honeſta.cleri.Item mi-
mis,ioculatoribus & hiſtrionibus intendere non debent,d.c.
clerici.Item tabernas euitare debent,niſi neceſſitatis cauſa,d.
c.clerici.Item verſatur etiam clericorum honeſtas in artibus
& exercitio,quia officium carnificum,macellariorum,aut ta-
bernariorum publicè exercere non debent, clemen.1. extra,
de vita & hone.cleri.Item negociationes, vel commercia ſe-
cularia clericis non conuenientia exercere non debent.cap.1.
extra,ne cleri.vel mo.clemen.1.extra,de vita & honeſt.cleri.
vel mo.clem.1.extra,de vita & honeſt.cleri. quia clericus ne-
gociator,vt peſtis eſt euitandus.c.negociatores.88.diſt.Ioan.
And.in c.quamquam.in fi.extra,de cenſi.& ibi Archi. & Phi
lip.Fran.ponunt,quis proprie dicitur negociator, de quo la-
540 te ſupra in glo.in verbo,priuilegio,†Item a venatione beſtia-
rum & accipitrum ſeu falconum abſtinere debent,c.quorun-
dam,cum duobus ſeq.34.diſt.c.qui venatoribus,cum ſeq.86.
541 diſt.†quia nemo venator reperitur ſanctus,c.Eſau.86.diſt.ra
tio eſt,quia in venatione eſt magna delectatio, & non poteſt
de diuinis cogitare,vt dicit glo.in d.cap.Eſau.de quo latè ex-
tra,de ele.vena,c.1.vbi per Abb. ad quem me remitto. Item
conſiſtit etiam clericorum honeſtas in ſocietate,quia ſæpe cõ
ſortia malorum,bonos mores corrumpunt.28.q.1.cap.ſæpe,
quia cũ ſancto ſanctus eris,& cum peruerſo peruerteris,vt per
Hoſt.in ſum.de vita & honeſta.cleri.§.fina.col.3. Item mori-
bus & verbis pudorem indeſinenter exhibere debent, vt per
Hoſtien.vbi ſupra.facit c.cum in cunctis,extra de electio.Sed
hodie dici poteſt,quis eſt hic,& laudabimus eum? vt in ſimili
dicitur Eccleſia.31.& Ioan.And.in c.ex tenore, col.1. extra,
de tempo.ordi.ſed eſt ſciendum, quod non omnia dicuntur
eſſe de præcepto,ſed de conſilio,vt not.Docto.maximè Car-
dina.in clemen.1.in fi.extra,de vi.& honeſta. cleri. & not.30.
diſt.

a ſolemnia ᵃ iuxta canonicas ᵇ ſanctiones deferant: alioquin dicto duorum menſium ter-
b mino elapſo, ſi in habitu decenti clericali
incedere, & tonſuram deferre, ac alia ſolem
nia obſeruare, vt ſupra neglexerint: & eoſdē
c foro ᶜ ſeculari ſubiectos fore, & tanquam lai
cos

542 diſt.c.ſiquis virorum. Et ſideo quo ad hoc vt gaudeat priuile
gio clericali, ſufficit ſi incedit in habitu & tonſura conuenien
ti: & multum ſpectanda eſt conſuetudo regionis, 12. diſt. c. 1.
& fin. & per Alexan.conſi.8.videtur ſuper primo, in fi. 1. vol.
& ſupra tetigi. Et hęc in foro contentioſo, ſed in foro Dei &
cōſcientię quilibet ſacerdos ſtudere debet circa honeſtatem
clericorum, qui ſemper Deo ſupplicant. vt dicit text. in Au-
543 then.quo.opor.epiſ.in prin.colum.1. Si enim fuerint iniqui,
Deus eos non exaudiet, quia imolantis ex iniquo, oblatio eſt
maculata, & non ſunt beneplacitæ ſubſanationes iniuſtorū,
vt dicitur eccleſia.34.& dona iniquorum non probat altiſſi-
mus, nec reſpicit in oblationibus iniquorum, nec in multitu-
dine ſacrificiorum eorum propitiabitur peccatis, vt ibidē di-
citur. Et propterea quilibet debet ſollicitè curare ſe probabi-
lem exhibere Deo operarium inconfuſibilem, rectè tractan-
tem verbum veritatis & profana & inaniloquia deuitare, vt
dicit Apoſt.ad Thimo.cap.2. & oportet teſtimonium habere
bonum ab his, qui foris ſunt, vt non in opprobrium incidat
& in laqueum diaboli, vt ad Thimo.c.3. Et propterea boni ſa
cerdotes ſeruare debent quæ dicit Paul. Apoſt.ad Theſſalon.
c.4. Rogamus autem vos fratres, vt abundetis magis & ope-
ram detis, vt quieti ſitis, & vt veſtrum negotiū agatis & ope-
remini manibus veſtris, ſicut præcepimus vobis, & vt hone-
ſtè ambuletis ad eos, qui foris ſunt: & nullius aliquid deſidere
tis: ne contra eos dici contingat, ſicut dixit Paul. Apoſt. con-
tra Cretenſes, vt patet ad Titum, c.1. vbi dicit, Cretenſes ſem
per mendaces, male beſtię, ventres pigri, & oportet Epiſcopū
eſſe irrepræhenſibilem vnius vxoris virum, ſobrium, orna
tū, &c. vt habetur ad Thimo.c.3.& ad Titum c.1.
a Solemnia, ᵃ quia clerici non debent eſſe iocularores, nec go-
544 liardi, nec buffones, & talibus artibus ignominioſis vti nō de-
545 bent, c.vnico, extra de vita & honeſta.cleri. in ſexto. † Nec de
bent eſſe laniones ſeu carnifices, nec macellarij, nec taberna-
546 rij, nec negotiationibus vel commercijs ſęcularibus vel offi-
cijs non conuenientibus clericali, nec arma portare, clemē.1.
547 de vita & honeſta.cleri. † nec tabernas frequētare. c.pen. ex-
tra, de vita & honeſta, cleri. niſi peregrinationis & neceſſitatis
cauſa, c.clerici.44.diſt. nec ad aleas & taxillos ludere, nec tali-
bus ludis intereſſe debent, d.c.pen. nec vſuras exercere.66.di-
ſtin.c.ſeditionarios, & c.ſeq. extra, de vſur.c.prætera. Itē nō
debent eſſe publici fabri, nec pelles vel coria parare & apta-
re, & huiuſmodi vilia & immunda exercere, vt dicit Spec. in
titu.de cleri.coniuga.col.2. licet glo.in clem.1.de vita & hone
ſta.cleri. videatur aliquantulum obſtare, quia non compræhē
ditur in illa conſtitutione, ſed clerici ſordida tractare non de-
bent, quæ dedecent etiam in profanis. extra, de cuſto. Eucha.
548 c.2. in fi. † nec debent publicè locare operas ſuas ad arandū,
vel fodiendum & ſimilia ſordida, vt calcis coquendę & arenę
fodiendę vt in cap.generaliter.§.nouatum, & ibi glo.16.q.1.
Spec.in d.titu.de cleri.coniug.colū.2. & eſt regia prag. Regis
Ferdinandi, quæ incipit, Ferdinandus Illuſtriſs. Don Herrico.
in qua eſt inſerta bylla Papę Honorij, & in l.quiſquis cēſibus.
C.de epiſ.& cler.& tetigi ſupra in gloſ. in verbo, pragmaticā
549 ſanctionem: † verum ipſi clerici non prohibentur corū vineas
proprias computare, vel fodere, vel domos ſuas reficere, &
quodlibet iuſtum negotium decēs exercere propter diuerſas
eorum neceſſitates: nam legimus Apoſtolos negociatos fuiſ-
ſe, & manibus proprijs victui neceſſaria quæſiuiſſe, extra ne
cleri.vel mona.c.1. in fi.11.q.3.c.cauēdum.91.diſt.§.1. extra,
550 de conſe.diſt.5. c.nunquam. † Similiter etiam clerici poſſunt
fiſcellas & caniſtros facere, ſeminare, plantare, rigare, arbores
inſerere, apum aluearia fabricare, retia texere, libros ſcribere,
& ſimilia, d.c.nunquam. & poſſunt honeſtam mercaturā exer
cere & emere honeſte, & vendere, dum tamen eccleſias om-
ninonon negligant. 91.diſt.c.clericus, lo.2. & ex artificio ho-
neſto victum quærere, vt ea.diſt.c.2.& 3. & ad prædicta vide
latius Spec.in dicto titu.de cleri.coniug.colum.2.& per Sum-
miſtas in verbo, clericus, per Sil.in ſum.in verbo, clericus, ter
551 tio per totum, vbi latè. † Item clericis ſunt interdictæ iudica-
turæ ſęculares, aſſeſſoriæ procurationes & commercia ſęcu-
laria, vt dicit Ioan.And. in cap. fina. de vita & honeſta. cleri.
pro clariori tamen doctrina, quando clerici prohibeantur po
ſtulare & quando non, vide in c.1.& in c.fina.extra, de poſtu.
& ibi Doct. Et a prædictis debent clerici abſtinere, ne contin-
gat de eis dici poſſe iuxta illud vulgare, quod habent clami-
dem ad omnem ventum, & vti volunt duorum officio con-
trario, clericorum ſcilicet & ſęcularium, quod eſſe nō debet,
552 vt per Ioan.And.in d.c.fin.de vita & hone.cleri. An autē cle
ricus de prima tonſura poſſit chirurgiam exercere, an verò
exercendo perdat ipſo iure clericatum, an verò requiratur
ſententia, vide Cardin.Flor. in c. ſententiam ſanguinis, pen.
quæſtio.extra, ne cleri.vel mona. Innoc.in c.tua extra de ho-
mi. Matthę.de Afflict.in conſtitut.Regni, apoſtatantes, col.fi.
& concludunt, q non perdit ipſo iure clericatum, ſed requi-
ritur ſententia. vt ibi per eos.
b Canonicas ᵇ ſanctiones, vt in cap.2.& cap.pen.extra, de vita
& honeſta.clerico.cap.vnico, eod. titu.in ſexto. clemen.1.&
2.eod.titu.& c.1.extra, ne cleri.vel mona. & c.contingit, ex-
tra de ſen.excon.
553 Neglexerint. † & ſic negligentia clericorum non inceden-
tium in habitu & tonſura punitur, vt hic. Similiter negligen-
tia epiſcopi circa officium ſuum punitur. cap.1.extra, de ſup-
554 plen.negli. præla. Similiter propter negligentiam præſenta-
tionis, amittitur ius præſentandi pro illa vice, c.2.extra, eod.
titu, de ſupple.negli.præla. facit text. in c.nulla, extra de con-
555 ceſſio.præben. Similiter propter negligentiam collationis be
neficiorum infra tempus ſemeſtre, collatio ſpectat ad Papam
556 c.licet, extra, de ſupple.negli.præla. † Similiter propter negli-
gentiam amittitur ius eligendi, c. fina. extra, eod.titu. de ſup-
557 plen.negli.præla.& c.fin.extra, de electio. † Similiter propter
negligentiam conceſſio beneficiorum pertinet ad ſuperiorē,
558 extra, de conceſ.præben.c.quia diuerſitatem. † Similiter pro-
pter negligentiam infra ſex menſes epiſcopus poteſt confer-
re beneficia vacantia, & eo negligente infra alios ſex menſes
559 ſpectat ad ſuperiorem.c.nulla.extra, de conceſſio. pręb. † Si-
militer contra negligētes currit præſcriptio extra, de præſcri.
560 cap.vigilanti. † Similiter officialis negligens facere iuſtitiam,
punitur, & infra quantum tempus Iudex dicatur eſſe negli-
gens in faciendo iuſtitiam, & multa alia, vide latè per Par. in
tract.ſind.in verbo, negligentia, per totum, & eundem Par.in
titu.de modo & for.ſindi.colum.2.cum pluribus ſeq. & in §.
ſindicantur.cum ſeq.& Alex.in l.4.§.in q̄ū.ff.de dam.infec.&
Matth. de Afflict. in cōſtitutione regni, ſtatuimus, la 2.nu.43.
561 † cum ſeq. vbi ponit, † an iudex accuſatus de negligentia de-
beat perſonaliter comparere, & qua pœna puniatur, & ali-
quid per Pari.in d.tract.ſindi.in verbo, inſtantia.§. iudex. co-
lum.2. Et ad materiam de negligentia, vide late Felyn. in c. ſi
autem, col.3. verſi.negligentia. extra, de reſcri. vbi etiam po-
nit, an dicatur negligens, ſi non pręceſſit monitio, ſeu inter-
pellatio. Item negligentibus iura nō ſubueniunt, vt no.ff.quæ
in fraud.cred.l.1.& l.Pupillus.& ff.ex quibus cau.maio.l.non
enim.& glo.in §.quorum.in verbo, vigilijs. Inſtitu. in proœ.
562 † & ſic qui negligit, ſua iura perdit, quia negligētia omnia lę-
dit. Vnde verſus ſcriptus litteris aureis ſuper oſtio camerę Re
gis Roberti ſic dicebat.

Negligentia par de danno
Hoggi farò, doman farò,
Caccia altrui fuor de guadagno,

vt dicit Bald.in c.fi.col.pen.in fi.extra, de electio.
c Foro ᶜ ſęculari, ideſt tribunal iudicis ſęcularis, vel coram iudi
563 ce ſęculari. Et per hoc patet, quod ſtatim talis clericus non
incedens in habitu & tonſura fuit exutus & priuatus priuile-
gio clericali, ex quo fuit effectus de foro ſeculari, vt hic patet,
& in c.nouimus, & ibi Abb.in ſecundo not.extra, de verbo.
ſign. An autem ſit priuatus perpetuò, an verò recuperabiliter
ſi reaſſumpſerit habitū & tōſuram, vide ſupra in gl.in verbo,
564 habitū. † Quid autem, ſit forum, in neutro genere, & quid ve-
niat eius appellatione: & quid ſit forus in maſculino genere,
vide Hoſtien.in ſum.extra, de foro competē.§.quid ſit. Abb.
& alios in rub.extra, de foro competen.& in cap.forus, extra,
565 de verb.ſignifi.glo.3.quæſt.6.c.1.cum concord. † Item oppo-
nitur, quod tales clerici non incedentes in habitu & tonſura
non poſſunt tradi iudici ſęculari, nec fieri de foro ſęculari, ni-
ſi primò præcedentibus alijs pœnis eccleſiaſticis, ſcilicet de-
poſitione, excommunicatione & degradatione & enormita-
te criminis, & alijs, vt in c.cum non ab homine, extra de iudi.
& in

& in c.degradatio.extra,de pęn.in ſexto.Immo dicit Bald. in
d.c.cum non ab homine, col.2. quod clericus puniendus, qñ
pœna incipit a crimine primò deponitur,ſecundo excommu
nicatur minori excommunicatione,tertiò maiori, quartò tra
ditur iudici ſęculari,quintò punitur pœna exilij vel alia pęna
legitima.Sed reſpondeo,quod in caſu noſtro tractatur de per
dendo priuilegio,non autem de alia pœna imponenda, & cũ
præceſſit monitio peremptoria,ſvt in iſta extrauaganti,habe-
tur loco trinæ monitionis,vt hic patet, & cum ſe non corre-
xerint incedendo ſine habitu & tonſura dicuntur effecti in-
corrigibiles & amittunt priuilegium,c.cõtingit, extra de ſen.
excom.& c.ſi.de vita & hone.cleri. & poſſunt relinqui curiæ
566 ſęculari,d.c.cum non ab homine,& ibi Doct. † Et quis dica-
tur incorrigibilis,vide Bal.& Doct.in d.c. cum non ab homi-
ne,vbi latè Decius ponit in pen.col.Item opponitur & vide-
567 tur,† ꝙ clerici etiam in minoribus non debeant conueniri co
ram ſęculari,c.2.extra,de foro competen.ſed coram ſuo epi-
ſcopo.11.q.1.c.inolita,& c.placuit,extra, de foro competen.
c.ſi diligenti, ſolus enim epiſcopus habet de iure contentio-
ſam iuriſdictionem in clericos ſuę diœceſis,c.quanto,& c. cũ
ab eccleſiarum.extra,de offi.ordi.11.q.1. c. de perſona. & ſic
non poſſunt coram iudice laico conueniri , cum clerici ſint
exempti a iuriſdictione Imperatoris & ſic iudicis ſęcularis,
quia clerici ſunt res ſpirituales,ex quo ex toto corpus & ani-
mam deputauerunt & aſcripſerunt in ſeruitiũ & ſortẽ Chri-
ſti.12.q.1.c.cui portio.not.Inno.& Ioan.And.in c.2.extra,de
maio. & obed. & in c.ſignificantibus.extra, de offic.deleg. &
Maria.Soci.in c.ſi quis clericus,col.1.in fi.extra,de foro com
peten.ſed reſpondeo,ꝙ prędicta procedunt,quãdo clerici in-
cedunt in habitu & tonſura,aliás ſi non incedunt, ex quo cõ-
petens monitio præceſſit per iſtam extrauagantem & obedi-
re nolunt,nec ſe corrigere & incedere in habitu & tõſura cle-
ricali,ſunt effecti de foro ſęculari,vt hic,& conſequẽter ſunt
priuati priuilegio clericali,d.c.nouimus,de verb. ſign. & d.c.
contingit.de ſen.excom.quia ipſo facto tacitè renũciant eo-
rum priuilegio, ca.fina.extra,de vita & honeſt. cleri.extra de
cleri.coniug.c.pen.& fi. licèt verbo renunciare non poſſent,
c.cõtingit,el 1.extra de ſen.excom.& hoc tenet Hoſt.in ſum.
extra,de vita & honeſta.cleri.§.& in quibus,col.2.verſi. item
clericus,& in titu.de cleri.coniug.§.quam pęnam, col.2.in fi.
568 cum ſeq.†Sed nunquid iſta qualitas tribuens iuriſdictionem
laico cõtra clericum debeat primò apparere.ſ.quod talis cle-
ricus non incedit in habitu & tonſura , vel quod ſe immiſcet
enormitatibus & ſimilia? Reſpon.quod ſi negetur,debet pri-
mò de illa apparere,niſi ſit notorium : & de ea primo cogno-
ſci debet,per ea quæ dicit Innocẽ.in c.ſuper litteris, extra de
reſcri.Archi.& Ioan.And.in c. Romana.§. contrahentes,ex-
tra,de reſcri.in ſexto.pro quo facit,quod dicit Innoc.in c.cæ-
terum.extra,de iudi.Et ad materiã,an prius de qualitate fun-
dante iuriſdictionem debet apparere,vide Bart.in l.2. colũ.2.
cum ſeq.ff.ſi quis in ius voca.non iet.& ibi Alex.col.4.& ibi-
dem Iaſ.Bart.& Iaſ.in l.præſcriptione.C.ſi cõtra ius,vel vtil.
pub.latiſſimè Maria.Soci.in c.ſi clericus,col.5. cũ multis ſeq.
extra de foro competen.& in c.dilecti,col.9.eod.tit.Felyn.in
c.ſuper litteris,verſi.an ſua ſit iuriſdictio.extra, de reſcrip. la-
tę Hip.in l.ſi quis ne quæſtio,col.26. cum ſequen. ff. de quæ
569 ſtio.cum concor.in dictis locis. Sed pone clericus in minori-
bus conuenitur coram ſęculari iudice criminaliter vel ciuili-
ter,ille opponit ſe clericum & non poſſe coram ſæculari con-
ueniri.c.2.& c.ſi diligenti,extra de foro competen. cum con-
570 cord.ſupra allegatis:replicatur ex aduerſo, † ꝙ ex quo nõ in-
cedit in habitu & tonſura amiſit priuilegium,vt in iſta extra-
uag.facit c.pen.& fin.extra de vita & honeſta.cleri.c. contin-
git,de ſen.excom.& ſic poteſt coram ſęculari iudice cõueni-
571 ri,vt hic in text.noſtro. †replicat clericus, non eſſe verum ꝙ
non inceſſit in habitu & tonſura , immo dicit ſe in habitu &
tonſura inceſſiſſe & petit ſe remitti ad iudicem eccleſiaſticũ
ſuper iſto incidenti,ex quo laicus non poteſt de hoc cogno-
ſcere,cum ſit quid ſpirituale & eius cognitio ſpectat ad eccle
ſiaſticum iudicem,c.tuam,extra,de ordi.cogni.c. per venera-
bilem,& c.lator.extra,qui filij ſint legi. & in terminis eſt text.
in c.ſi iudex.extra,de ſen.excom.in 6.& ibi glo.in verbo,fece
rat.& Doct.ibid. ex aduerſo dicitur ꝙ clericus in minoribus,
vt gaudeat priuilegio , debet incedere in habitu & tonſura,
alias reputatur laicus,vt hic,& notorium eſt,dictum clericum
non inceſſiſſe in habitu & tonſura,& ſic tali priuilegio funda-
re ſe non poteſt,nec hoc dubio pendẽte iudex laicus cogitur
clericum remittere ad eccleſiaſticum , nec cum relaxare pen-
dente tali proceſſu,vt eſt tex.in d.c.ſi iudex.§.fina. & ibi Do-
cto.maximè Philip.Fran.in tertio not.& Inno. in c. vt famæ,
extra,de ſen.excom. In hac quæſtione conclude : Si clericus
tempore quo fuit captus vel citatus corã ſęculari incedebat
in habitu & tonſura,ſed erat dubium,quia fortè de pręterito
non inceſſerat in habitu & tonſura,& hoc caſu debet talis co
gnitio ad iudicem eccleſiaſticum remitti,quia eſt in quaſi poſ
ſeſſione clericatus,a cuius quaſi poſſeſſionis cõmodo vel pri-
uilegio non poteſt excludi per iudicem ſæcularem , vt in d.c.
ſi iudex,& tenuit Iaco.Butri.& Bald.in l.ſi qua per calumniã,
col.1.ver.ſed iuxta.C.de epiſ.& cleri. non curando de diſtin-
ctione Pet.& Cyn.ibi,hanc etiam opin. tenuit Barth. Cępo.
conſi.11.col.3.verſi.de prima,& tota deciſ.202.incip. ſi cleri
cus ſub rub.de cleri.coniug.in nouis deciſ.& Philip. Fran. in
c.1.§.1.col.2.extra,de cleri.coniug.& ibi Gemi.§. fin. & in d.
c.ſi iudex.in prin.col.1.Et dicit Alex.in conſi.8. incip. Vide-
tur ſuper primo,col.fi.1.volu.ꝙ cognoſcere , an ſit clericus &
gaudere debeat priuilegio clericali , & an duxerit vnicam &
virginem,ſpectat ad iudicem eccleſiaſticum. Si verò clericus
eſt captus per ſęcularem iudicem ſine habitu & tonſura , ſed
ipſe allegat ſe clericum & petit ad epiſcopum remitti, hoc ca
ſu ex quo eſt notorium notorietate facti, ꝙ incedebat ſine ha
bitu & tonſura,ex quo apparent veſtes laicales,& diſcooper-
to capite apparet non habere tonſuram:ante cauſæ cognitio
nem non debet ad eccleſiaſticum remitti, quia poteſtas ſecu-
laris interim eſt in poſſeſſione,& donec cognoſcitur de cleri-
catu coram eccleſiaſtico , & ſi gaudere debet priuilegio, nec
ne, debet remanere in poſſe iudicis ſęcularis:debet tamẽ po-
teſtas ſęcularis interim ſuperſedere in cauſa,quia pẽdet quę-
ſtio præiudicialis ſuæ iuriſdictionis,& interim neſcit ſe iudi-
cem,vt tenet Ioan.And.in d.c.ſi iudex.de ſen.excom. in ſex-
to,& Bald.in d.l.ſi qua per calumniam,col.1. verſi. ſed pona-
mus,& ita intelligitur,quod dicit Gemi.in c.1.§.fin. col.fi. de
cleri.coniug.in ſexto,& ibi Philip.Fran.§.1.colum.2.Ad præ
dicta vide,quæ latè dixi ſupra in glo.in verbo,priuilegio,ver-
ſus fin.vbi vide,quia hic non repeto.Aduerte tamen, ꝙ ſi cle
ricus in aliquo caſu permiſſo non portaret habitum & tonſu
ram,non propterea amitteret priuilegium,vt dixi ſupra in gl.
in verbo,habitũ. Et ad proximè dicta,adde ꝙ clericus qui nõ
vadit in habitu & tonſura, ſi ſit captus ꝑ iudicem ſęcularẽ de
bet remanere penes ipſum,donec fuerit cognitum per iudi-
cem eccleſiaſticum de clericatu:& cognitio de clericatu de-
bet remitti ad iudicem eccleſiaſticum,& ita ſeruatur, vt dicit
Matth.de Afflict.in conſtitutione regni,apoſtatantes,colũ.3.
& Alex.in d.conſi.8.col.fi.1.volu.& faciunt not.in c.in audiẽ
tia,extra de ſen.excom.& tex.in c.quicunque ex clero,13. q.
8.Gemi.in c.licet canon,extra de electio in ſexto.Card.in re-
pet.c.perpendimus,extra de ſen.excom.& vide Alexand.cõ
ſil.149.6.volumi.
572 Sed pone,†clericus captus a Poteſtate ſęculari dicit ſe cle-
ricum,& oſtendit litteras clericatus Poteſtati ad inſtructionẽ
iudicis & ad inducendum in eo ſcientiam clericatus , vt ſi eũ
detinet,ſit excommunicatus,iuxta c.ſi iudex, de ſen. excom.
in ſexto,& c.ſi quis ſuadente,17.q.4.an hoc ſufficiat, vt ſęcu-
laris debeat illum remittere ad eccleſiaſticum. Bald. in d. l. ſi
qua per calumniam,colũ.1.in fi.C.de epiſ.& cler.tenet ꝙ ſic,
& in tali oſtenſione litterarum clericatus non oportet aduer-
ſarium citari,quia non fit in modum probationis, ſed inſtru-
ctionis:cum probatio clericatus debeat fieri coram epiſco-
po , non autem coram ſeculari , vt ibi per eum , & ad prædi-
573 cta vide Philip.Franc.in d.c.ſi iudex.§.fi.Sed† quæro,quomo
do probetur,aliquem eſſe clericũ,cum in dubio quis nõ præ-
ſumatur clericus,niſi probetur,vt tenet Bal.in c.fi.colũ.2.ex-
tra,de præſump.& in c.at ſi clerici, in fi.extra,de iudi.Et an ta
lis probatio,ꝙ ſit clericus,poſſit fieri per teſtes,an verò requi-
ratur ſcriptura ? in quo dicas ꝙ de iure ciuili videtur requiri
probatio per ſcripturam,d.l.ſi qua per calumniam.C.de epiſ.
& cleri.not.glo.in c.1.extra,de cenſi.in ſexto. Sed de iure ca-
nonico poteſt fieri probatio etiam per teſtes.c.2.& 3.& vtro-
bique not.extra,de cleri.peregri. & iſtud cõmuniter tenetur,
vt not.Pet.Cyn.Alberi.& Bald.in d.l.ſi qua per calumniam,
& Alexan.conſi.107.videatur circa ſuperius, col.fina.7.volu.
Matth.de Affli.in d.conſtitu.apoſtatantes,col.3.in fin. & ibi
574 etiã ponit,an vnus teſtis ſufficiat†vel an credatur litteris epi-
ſcopi aſſerentis illum eſſe clericum.de quo etiam vide Bal. in
d.l.ſi qua per calumniam,col.1.in fi.cum ſequen. Nec obſt.d.
l.ſi qua per calumniam,quia loquitur in clericis peregrinis , q
debent oſtendere litteras comendatitias, vt ibi, & per Doct.
vbi

a eos per curiam ſæcularem &[a] vſque ad vindi
b ctam ſanguinis vltimique[b] ſupplicij pœnã,
puniri poſſe in dicta monitione auctorita-
c te[c] noſtra declares,& denunties:& quos etiã
nos exnunc prout ex tunc,& econuerſo, de
d claramus ſæculares[d] & per curiam ſęcularẽ
e puniendos decernimus ipſo iure,[e] nulla alia
noua declaratione ſuper hoc requiſita vel re
f quirenda: non obſtantibus[f] conſtitutionib.
& ordinationibus Apoſtolicis, cæteriſq; cõ
g trarijs quibuſcunque. Datum[g] Romæ apud
ſanctum Petrum, ſub annulo piſcatoris, die
19. Ianuarij. 1524. Pontificatus noſtri anno
primo. Be.El. Cremonen. Poſt quarum quidem litterarum præſentationem, earumque receptionem, & per nos vt præmittitur factas & receptas, volentes ad ipſarum executionem procedere: Id circo auctoritate Apoſtolica prædicta, qua fungimur, prædicta omnia & ſingula ſignificamus, & præſenti edicto intimamus, & intimari mandamus omnibus & ſingulis clericis primæ tonſuræ & minorum ordinum omnia & ſingula in dictis litteris Apoſtolicis cõtenta, ac omnes & ſingulos clericos prædictos pretendentes priuilegio clericali gaudere, monemus & requirimus, primò, ſecundò, tertiò & peremptoriè. vt infra terminum duorum menſiũ a die affixionis & publicationis præſentiũ cõputandũ, & in dictis litteris Apoſtolicis contentum: quos ipſis & vnicuique ipſorũ pro termino perẽptorio, & trina monitione canonica aſſignamus, vt habitum & tonſurã honeſte, & alia ſolẽnia iuxta canonicas ſanctiones deferãt, & de cætero deferre debeãt, & alia omnia & ſingula in dictis litteris Apoſtolicis contenta obſeruare debeant, iuxta canonicas ſanctiones, & ipſarum litterarum ſeriem & tenorem. Alioquin dictorum duo-
rum

vbi ſupra. ad prædicta vide etiam Cæpol. in d.conſi. 11. col. 3. cum ſequen. ver. de ſecundo. Et vltra prædicta, qualiter probetur quod ſit clericus, vide Bald. in procem. decreta. ibi, Gregorius, colum. 5. vbi dicit, quod probando quod publice portat habitum & tonſuram clericalem, & facit alios actus clericales, & pro clerico communiter reputatur, & eſt in poſſeſſione clericatus, & cum ſit in poſſeſſione clericalis habitus, debet per iudicem haberi pro vero clerico, vt not. Archid. 17. quæſt. 4. c. ſiquis ſuadente, & 100. diſtinct. c. contra morem.
575 †Et creditur etiam aſſertioni Cardinalis, ſi dicit aliquem clericum, Arch. in c. nobiliſſimus. 96. diſt. & Bal. vbi ſupra. Et prędicta procedunt, quando non poteſt verè probari per litteras clericatus, vel per teſtes, qui interfuerunt, quando fuit ordinatus. Et econtra, qui non portat habitum, neque tonſuram, non præſumitur clericus, ſed profanus: non ꝙ habitus ſit cauſa eſſendi vel faciendi clericum, ſed eſt ſignum eſſentiæ con-
576 ſuetum, vt dicit Bald. in d. procę. decreta. An autem ſi clericus confitetur coram Poteſtate ſe eſſe laicum: an excuſet poteſtatẽ, qui ſcit, vel ſcire debet eum clericũ. Inno. in c. vt famę,
extra, de ſen. excom. tenet ꝙ non, & idem tenet Ioan. And. in d. c. ſi iudex. de ſen. excom. in 6. & Bald. in d. l. ſi qua per calũniam, col. 2. ver, ſed ponamus, quia illa confeſſio eſt facta corã iudice incompetenti, & ideo non præiudicat, vt extra de iudi.
577 c. at ſi clerici, & Bald. vbi ſupra. †Et an clericus cõiugatus debeat non ſolum oſtendere inſtrumentum clericatus, ſed probare inceſſiſſe in habitu & tonſura, & contraxiſſe cum vnica & virgine, vide Rotam in d. deciſio. ſi clericus. 202. in rubri. de cleri. coniug. & Philip. Franc. in d. c. 1. §. 1. de cleri. coniug. in ſexto, & ibi Gemi. Et an iudex eccleſiaſticus etiam ex officio poſſit talem clericum a iudice ſęculari repetere. & multa alia vide glo. & doct. in d. c. ſi iudex.
a Et[a] †pro, etiam, & ſtat implicatiuè. l. 1. & ibi glo. in verbo, &
578 reipublicę. ff. ſolu. matri. quaſi dicat, vt talis puniri poſſit non ſolum pœna pecuniaria, ſed etiam pœna ſanguinis, prout delicti qualitas popoſcerit.
b Vltimique[b] ſupplicij, ideſt mortis, quia vltimum ſuppli-
579 cium mortem interpretamur. l. vltimum ſuppliciũ, ff. de pęn. l. capitalium, in prin. eod. titu. ſed contra hoc oppo. ꝙ non debuit declarare taliter puniendos pęna ſanguinis vel mortis: immo eccleſia debet verè & non fictè, ſed efficaciter intercedere, vt ille qui traditur curiæ ſęculari, non puniatur pœna mortis, ſed vt pœna moderetur. c. nouimus, vbi gloſ. & Doct. extra, de verb. ſig. Io. And. & alij in c. cum non ab homine, col. 1. extra, de iudi. nec poteſt ſententiam ſanguinis proferre, c. ſententiam. extra, ne cleri. vel mo. cum concordan. ibi p gl. aliàs eſſet irregularis, vt ibi: ſed reſpondeo ꝙ licèt in hoc iſta extrauagans videatur aliquantulum rigida, non tamen propter hoc Papa hic condemnat aliquem ad mortem, vel ad aliquam pœnam corporalem, licèt declaret huiuſmodi clericos poſſe per ſęcularem iudicem puniri. ita declarat Inno. in d. c.
580 nouimus verſus fin. & ſic non dicitur irregularis. †Immo Papa faciẽdo legem, in qua diſponeretur quod delinquenti imponatur pęna mortis, licèt auctoritate illius legis aliqui eſſent morti traditi, non efficitur irregularis, quia cum eam promulgauit non animaduertit incertam perſonam, nec voluit homines incidere in illam conſtitutionem, ſed illud fecit propter bonum, vt homines a maleficijs arceret, vt dicit Archi. in c. officia. 13. q. 5. & Præpo. in c. in primis. §. de perſona, col. fin. a. q. 1. dixi latè in meo tractatu de irregularitate, in quæſtione, quæ incipit, quæro an Papa vel princeps faciendo legem, vbi vide.
c Auctoritate[c] noſtra. †quia meritò omnia noſtra facimus, q-
581 bus a nobis impartitur auctoritas. l. 1. §. omnis. C. de vere. iur.
582 enucle. facit l. 1. §. deieciſſe. ff. de vi & vi arma. †Et de iſta clauſula, auctoritate noſtra facias, vide Gemi. & Doct. in c. cũ aliquibus, extra, de reſcrip. in 6. Ioan. And. Abb. & alios in c. licet, & in c. graue. extra, de offi. ord. tex. & glo. in c. 1. extra, de cleri. ægro. in ſexto. Doct. in c. ſi eum, & in c. hi qui. de præbẽ. in ſexto. Et de clauſula, vice noſtra, vide glo. iuncto text. in c. fin. extra, de ſta. monacho. & ibi Abb.
d Seculares[d] ſimiliter ĩ Auth. quo. opor. epiſ. §. ſed neq;. col. 1.
e Ipſo iure, & ſic importat priuationem priuilegij abſque alia
583 monitione, & abſque ſnĩa: quia †vbi canon imponit pœnam ipſo iure ex facto negatiuo, qñ illi adijcitur certum tempus, non requiritur alia monitio, vt tenet Gemi. in c. 1. colum. 2. in prin. extra, de vita & honeſt. cleri. in ſexto. nec requiritur ſententia vt ibi: tamen licèt non requiratur ſententia condemnatoria, requiritur tamen ſententia declaratoria, talem clericum amiſiſſe priuilegium ob non delationem habitus & tonſuræ, & poſſe per iudicem ſęcularem puniri, quia licèt pœna imponatur ipſo iure, tamen requiritur ſententia declaratoria, per text. in c. cum ſecundum. §. fin. extra, de hære. in ſexto, & ibi Doct. & Fely. in c. cum non ab homine, col. 4. cum ſequentib. extra de iudi. & per alios. Aduerte tamen, quia in caſu noſtro non requiritur alia declaratoria, ſed ſtatim poteſt per iudicẽ ſęcularem puniri, per tex. noſtrum hic, ibi, nulla alia declaratione ſuper hoc requiſita: nec requiritur alius iuſſus iudicis eccleſiaſtici, cum ex iſto text. ſit hoc inductum, faciunt quę dicit Philip. Fran. in d. c. cum ſecundum. §. fina. in verſi. not. & gloſ. in clem. 1. in verbo, eo ipſo. extra, de vita & honeſt. cleri. cum ibi allegatis.
f Non obſtantibus.[f] †quid operetur iſta clauſula, non obſtã-
584 tibus, vide latiſſimè per Felyn. in c. nonnulli, colum. 3. cum pluribus ſequen. extra, de reſcrip. vbi per plusquam viginti colum. hoc examinat, vide ibi.
g Datum,[g] †de materia datæ vide gloſſ. Ioan. And. & Philip. Fran. in fine ſexti libri decretalium, in data.

Igno-

rum menſium termino elapſo, ſi in habitu decenti clericali incedere, & honeſtè tonſuram deferre & alia ſolemnia iuxta canonicas ſanctiones, vt præfertur obſeruare neglexerint, & alia non adimpleuerint, prout in dictis Apoſtolicis litteris continetur: eoſdem clericos, & quemlibet ipſorum, ex nũc prout ex tunc, & econuerſo, abſque alia declaratione facienda foro ſæculari ſubiectos fore, & tanquàm laicos per curiam ſæcularem & vſque ad vindictam ſanguinis vltimique ſupplicij pœnam, vt ſæculares, & per curiam ſæcularem puniri poſſe, auctoritate ſupradicta Apoſtolica, qua fungimur, decernimus & declaramus iuxta vim, formam & tenorem dictarum Apoſtolicarum litterarum, nõ obſtantibus conſtitutionibus et ordinationibus apoſtolicis, cęteriſque contrarijs quibuſcunque. Præſens quoque edictũ, vt omnibus innoteſcat, ne quis valeat per
a ignorantiam ᵃ ſe excuſare, in ualuis maioris eccleſiæ Neapolitanæ et regij Conſilij, magnæ curie Vicariæ et regię Cameræ ſummariæ tribunalium et aliarum eccleſiarum cathedralium et locorum publicorum huius regni affigi mandamus, ibidemque publicari per quaſcunque perſonas eccleſiaſticas et mundanas ad id requiſitas, ad inſtar publi-
b corum edictorum, quæ olim in albo ᵇ prætorio affigebantur. Datum Neapoli in domibus noſtræ ſolitæ reſidentiæ, ſitis prope parrochialem eccleſiam ſancti Ioannis maioris, die et menſe prædicto duodecimæ indictionis. 1525, pontificatus ſanctiſſimi domini noſtri Clementis diuina prouidentia Pa-
c pæ ſeptimi, anno ᶜ primo. Don Hieronymus Centelles, nuncius et collector Apoſtolicus.

---

a Ignorãtiam ᵃ ſe excuſare. ſimiliter ponitur in c. omnis, extra, de pœni. & remiſ.

b Albo prætorio, vt ff. de iur. om. iud. l. ſi quis id quod, primo reſpon, & glo. in §. prætorum. Inſtit. de iure natu.

586 Anno ᶜ primo. † An debeat poni annus Pontificis: & a quo
c tempore incipiat annus, an a die electionis, vel coronationis, & de multis alijs vide glo. & Doct. in data ſexti libri decreta-
587 lium, in fi. † Et quando incipiat annus emergens, & quando annus communis: & quot dies habeat, vide Alex. in l. de diuiſione, in prin. ff. ſol. matri. cum ibi allegatis, & Iaſ. in §. rurſus, col. 14. & ibi etiam Angel. Aret. Inſtit. de actio. & Ang. Aret, in §. qui hoc anno. Inſtit. de de inut. ſtipul. In notatis & ſcriptis per me ſuper materia huius clem. & extrauagantis conſtitutionis, & alijs omnibus vbicũque per me dictis vel ſcriptis ſubmitto me correctioni ſacroſanctæ Romanæ eccleſiæ, qualitercunque me contingerit erraſſe in eiſdem, quæ ſcripta, licet minima ſint; tamen vt dicit Phil. in 2. Metaphy. alijs veritatis inueſtigandæ materia præparatur. Finiſq; impoſitus eſt per me Ioan. Anto. de Nigris de Ciuitate Campanię propè Silerem, Iuris vtriuſq. Doct. immeritum, die 7. menſis Martij nonæ indictionis. 1536. in die Sabbati, quo die fuit feſtum beati Thomæ de Aquino, ad honorem & laudem omnipotentis Dei, eiuſque matris Virginis glorioſæ, & beati Hieronimi, & beati Thomæ patronorum meorum, qui pro nobis intercedant, Amen. Laus Deo. Sit benedictus Deus, & iterum ſit benedictus Deus.

REPETITIO
IN EXTRAVAG. EXECRABILIS.
De præben.

Præclariſſimi I. V. C. D. Gulielmi de Monte Lauduno.

SVMMARIVM.

1 *Ignis ardor tanto magis accenditur, quanto magis de lignis in eo ponitur.*
2 *Amor in animam amantis nunquam vacat.*
3 *Dignitas & perſonatus an ſint ſynonima.*
4 *Diuerſitas ad quid introducta.*
5 *Prioratus nomine quid contineatur.*
6 *Prioratus clauſtrales an ſint beneficia incompatibilia.*
7 *Opus magnificum quis dicatur exercere.*
8 *Beneficia plura an quis poſſit retinere.*
Beneficium eſſe eccleſiaſticum requirens reſidentiam de iure communi vel ſpeciali, ſtatuto, priuilegio vel conſuetudine non poteſt cum alio inſimul retineri. ibid.
9 *Beneficium triplex eſt.*
10 *Paupertas ſola an ſufficiat, ut quis poſſit plura beneficia cum diſpenſatione epiſcopi retinere.*
11 *Beneficia ſimplicia an quis poſſit plura habere.*
Et quid de conſuetudine nu. 12.
13 *Conſuetudo per 40. annos ſeruata an poſſit uniuerſa incompatibilia facere compatibilia.*
14 *Diſpenſare an quis poſſit cum habentibus plura beneficia.*
15 *Notarij officium an ſit uoluntariæ iuriſdictionis, ita quod extra territorium creantis ualeat exerceri: uel ſit contentioſæ iuriſdictionis.*
16 *Sigillum autenticum epiſcopi uel alterius prælati an ſit loco publici teſtimonij.*
17 *Conſtitutio ſuperueniens priuatiua fortius operatur in beneficijs realiter poſſeſſis, quam ubi eſt ius ad rem.*
18 *Beneficia plura obtinens incompatibilia ſine diſpenſatione an habeat uocem in electione.*
Et an poſſit eligi.
19 *Viſitare,*
Inquirere,
Procurare,
Suſpendere,
Excommunicare,
Abſoluere ab exco. & ſuſpenſione.
Interdicere.
— *Spectat ad forum ſpirituale contentioſum.*
20 *Canonici, uel alij clerici an poſſint unum beneficium curatum tenere cum alijs beneficijs ſimplicibus.*
21 *Religioſi non dicuntur curati ex eo, quod decimas & primitias alicuius parochiæ percipiant ex aliquo iuſto titulo.*
22 *Conſuetudo dat iuriſdictionem.*
23 *Ius adminiſtrandi licèt per electionem acquiratur, non tamen exercitium, donec confirmatio facta ſit.*
24 *Viſitare quinam de iure poſſint.*

EXecrabilis. Hæc decre. poteſt poni in tit. de præ. & dig.

1 Inſatiabilis. Ad inſtar ignis † materialis, cuius ardor tanto magis accenditur quanto magis de lignis in eo ponitur. Ratio, nam talium dilectores vbi magis talibus abundant magis in amore
2 inflammantur eorũ corda, quia nunquã vacat amor † in aĩam amantis, immo quantum delitijs magis abundat magis accẽditur, & crematur. 45. diſt. omnes, & ideo dicit Seneca. Cum cętera omnia vitia homine ſeneſcente ſeneſcant, ſola auaritia iuueneſcit, maxime cum de rebus mundanis non poſſit naturaliter anima fidelis, cum ibi apparuerit gloria Dei, vt in Pſal.
3 Perſonatus. Quidam † dicũt, iſta nomina, ſcilicet perſonatus & dignitates ſynomina & pro eodem poni. tex. tñ ſupra de præb. de multa, vñ differentiã inter ea ponere aliqualẽ, in quo dũ facta mẽtione in prin. de dignitate ſubiungit in fi. idẽ in perſonatibus, quod crederẽ verũ. ſ. q ponerer differentiã ſi dixiſſet ſimile. vt ſupra de cõſti. translato, quod non facit, ſed idẽ fortius quod differunt multum

tum a ſimili, vt ſupra de transla.inter corporalia.§. ſicut autē.
ibi,dum dicit p p expreſſam ſimilitudinem,immo potius idē-
4 titatem.&c,quaſi dicat aliud ſimile & aliud idē. † Diuerſitas
autem introducta eſt ex diuerſo modo loquendi & diuerſis
conſuetudinibus eccleſiarū,facit ad hoc de conſti.cum acceſ-
ſiſſent.vbi primitiatus quandoque dignitas quandoque per-
ſonatus inter officiū dr̃. Et idē credo de adminiſtrationibus
& officijs.ſ.q vnū aliud apprehendit:ſicut de hoc vidi dubita
ri in eccleſia tholoſana,vbi impetrans habebat in litteris ſuis
officiū & non adminiſtrationem, vacabat operalia,quā quidā
dicebant adminiſtrationē,tū impetrans obtinuit. Vnde non
video q iura inter alia beneficia gradum ſeu diſtinctionē ali-
quā ponant,quod facerēt,vt credo ſi eſſet ſicut faciunt in ſua
propria materia inter curatum & non curatum & ſimilia. ſu-
pra de pręben.cum in illis.lib.6.nec obſtat q de ſtilo curię om
nia talia in litteris & cōſtitutionibus ſpecificā tur,quia hoc fa
cit ad cautellā & ex ſuperabundanti,cū talia non vicient,ſed
proſunt potius ad exceptiones ſuperfluas citius elidendas vel
vt diuerſis locutionibus gentiū ſatisfaciat,arg. ſupra de magi.
inter concil.Vien.37.diſt.qui de mēſa.Quid ſi Papa dicat, cō
ferimus tibi talē dignitatem,non obſtāte q alia beneficia te-
neas qualiacūque ſint,quæ oīa cū iſta volumus,q ex diſpenſa
tione noſtra poſſis habere & licite tenere:nūquid prima qua-
liacunque ſint etiam ſi per electionem ad ea aſſumantur pote
rit cū iſta retinere? Videtur q ſic,ſupra de præben. ſi Roman.
in verbo,qualiacūque. Vnde vr̃ q iſta duo operetur,quia.ſ.pri
mo tollant omnem ſurreptionē quotquot & quæcunque ſint
prima beneficia. Item q inſimul retineri valeant & obtineri
quæcunque & quodcunque ſint cum tantum valeat genus in
generali quātum omnes ſpecies in ſpeciali,ſupra de maio. ſo-
lite.in fi.de offi.ordi. ſi ſacerdos. nam qui dicit, qualiacunque
nihil excipit. 19.diſt.ſi romanorum.

5 Prioratus. Dicunt quidam, nomine † prioratus conti
neri ſolas adminiſtrationes, quaſdam di-
gnitates monachorum & regulariū,vt ſupra de offi.ord. præ-
ſenti.lib.6.de præben.cum ſingula. lib.6. Vſus tamē obtinuit
in aliqbus partibus,rectores eccleſiarum dici priores & recto
res eccleſiarū ruraliū & curatarū ſcholares vt in carcaſſeſo &
ageneſo,& de talibus loquitur ſupra de præben.c.fi.Sed quid
6 dices † de prioratibus clauſtralibus q ſunt in iſtis monaſterijs,
de quibus decreta.ſupra de reſcri.& ſi principalis cōcil. Vien..
Nunquid iſta cadunt ſub edicta illorū iurium ſupra de cōſu.
c.cōſuetudinē.de præb.cū ſingula.lib.6. & iſtius c. & ſint in-
compatibiles? Dic quod non, & ratio:quia tales prioratus cō
muniter nullas adminiſtrationes ſeu tp̃ales redditus habent
vel prouentus,ſed ſolūmodo habent ſpiritualē iuriſdictionē
ſeu officium in pſonas monachorū, abbatibus duntaxat ab-
ſentibus & in eorū defectū, &c. pōt dici officiū ſine admini-
ſtratione,inſtar illorū iudicū de quibus ſupra de in integ.teſt.
c.cauſam. Vnde non vr̃ repugnare qn̄ habentes adminiſtra-
tiones poſſint tales prioratus tenere ſicut alias beneficiati
poſſent eſſe officiales ēt principales vel vicarij gn̄ales & vice
dn̄i in curia vel alibi.de hoc no. ſupra de cōſue. cōſuetudinē.
1.q.3.ſaluator.79.diſt.iudicatū, quia non ſunt perpetui.

7 Magnificentia. Not. † magnificum opus exerce-
re,qui nobile officiū erigit in lo-
co ſibi cōmiſſo: iſtud.n.proprie dicitur verſum in vtilitatē ec
cleſiæ & durare verſum,vt not. Inno.de fideiuſ.quod quibuſ-
dam,& ſic eſt ar.per locum a contrario ſenſu quod in illis qui
per negligentiam ſuam talia permittunt collabi,cum ſint per-
petua,de dilapidatione poſſunt accuſari:merito & idem de il-
lo qui nemora antiqua non cędua ſine ardua neceſſitate eccle
ſiæ ſcindit vel deſtruit:talia.n.bona de ꝓprietate eccleſiæ ſa-
tis poſſunt dici,cum emphyteotę vſufructuatio nō liceat vel
vaſallo,ar.ff.de vſufru.arboribus.in princ. cum l. pręcedenti,
etiam l.hactenus,in fi.cum l.ſeq.& de cenſi.fore.

8 Abſque diſpenſatione licite. An tali
qs poſ-
ſit tenere inſimul plura beneficia? Et videtur quod non, quia
per Innocen.& Hoſtien. & fere per omnes doctores traditur
circa hoc talis regula. Omne beneficium eccleſiaſticū requi-
rens reſidentiam de iure communi vel ſpeciali ſtatuto priui-
legio ſeu conſuetudine non poteſt cum alio ſimili inſimul te-
neri,ſupra de cle.non reſi.relatum.& cap.extunc.& cap.qa
nonnulli, & c.fi. Sed omne beneficium etiam valoris 20. ſol.
turo.requirit regulariter reſidentiam, vt in c.conquerente.cu
ius ratio eſt,quia propter officium diuinum datur beneficiū,
ſupra de reſcri.c.fi.lib.6.Sed officium diuinum habet fieri in
propria perſona,nec in hoc habet aliquis excuſationem, niſi
propter infirmitatem.91.diſt.per totum.de cele.miſ.c.1. ergo
nullum poteſt cum alio in ſimul retineri. In contrarium vide-
tur q omne beneficium poteſt cum alio licite retineri, quia
quis poteſt tenere duas canonias in diuerſis eccleſijs ſine ali-
qua diſpenſatione de iure communi, quia hoc eſt ad honorē
& fauorem eccleſiarum, licet in abſentia vtriuſque præben-
das non debeat recipere,ſic ſeruat curia romana,vt per Inno.
cum iandudum,de pre.de cle.non reſi.ca.fi. Sed ita eſt q præ-
benda in talibus reſidentijs vincit eccleſiam curatam cui eſt
annexa.de præben.extirpādę & c.ſi pereo.lib.6. Item omnes
eccleſiæ vna eccleſia ſunt.21.diſt.quod non.ad cuius euiden-
tiam ſciendū eſt,q quædam ſunt beneficia ſuprema,quædā
duplicia quædā ſimplicia.Suprema ſunt epiſcopatus & ſimi-
lia ſuperiora in quibus non eſt dubium, q aſſumpto ſecundo
cum auctoritate Papę,vacat aliud primū ipſo facto. ſupra de
tranſa. c. 2. Si ſine auctoritate Papæ, vtroque caret, ſupra de
9 transla.quanto.Duplicia † ſunt,dignitates inferiores,perſona
tus & beneficia curam animarum habentia,in quibus aſſumē
do pacifice poſſeſſionem ſecundi cum titulo ipſo facto vacat
primum.ſupra de præben.de multa.& in hoc caſu & in præ-
cedenti ſolus Papa diſpenſat, nec valet conſuetudo in cōtra-
rium,vt in c.de multa,niſi eſſent dependentes eccleſiæ inter
ſe vel vnitę ſeu tenues, vt ſupra de æta.& qua.cam te. 10.q.3.
vnio,vel niſi vna commendata eſſet & altera intitulata, iuxta
10 c.neceſſario. ſupra de elect.lib.6. Sed nunquid ſola † tenuitas
ſeu paupertas eſt cauſa ſufficiēs q epiſcopi per ſe poſſint plu-
res confirmare vni, vel plures poſſint ab vno ſine alia diſpen
ſatione a Papa impetrari? Videtur per iura ſupra alleg. q ſic.
Credo potius cōtrariū,vt quia dictis iuribus ſit derogatū per
c.de multa.& ideo expedit quod epiſcopi ipſas vniant ſi præ-
dicta adſit paupertas: alias caderent ſub iſta pœna. Sed nun-
quid dependentes vel vnitę præſumentur tales eſſe,ſi alias de
hoc non doceatur expreſſe,tamen per 40.annos ſic fieri con-
ſuetum,non credo,q ſit actus præſcriptibilis cum ſine cano-
nica inſtitutione hęc talia teneri nō poſſint,ſicut dicitur de ca
11 nonicatibus & eccleſijs curatis. Omnia vero † alia ſunt ſimpli-
cia,& an ſint iſta cōpatibilia, & an duo poſſit quis inſimul re-
tinere? Diſtinguitur. Aut quis tenet ea,non vt intitulata, ſed
alias vt ſimplicia vel vt commendata. In quo caſu talis nō cē-
ſetur clericus illius eccleſiæ, qua quis intitulatus non eſt,licet
beneficiatus inibi ſit,vt notatur 21.q.1.c.1. Et voco hic bene-
ficiatum ſine titulo iſtos aſſiſſios portionarios præſtimona-
rios habētes altaria vel capellas pro miſſis defunctorum cele-
brandis,ſupra de cle.non reſi.c.pen.de præbē.ſignificat.& idē
de habentibus poſſeſſionē ad vitam.16.q.1.poſſeſſiones. & in
hoc caſu crederē,aliquem de iure cōi poſſe habere plures, ma
xime vbi alias per ſe non ſufficerent niſi forte ex iure ſpeciali
priuilegio vel conſuetudine eſſet alias prohibitus. Sunt alia
ſimplicia & intitulata,ſicut ſunt eccleſię rurales ſine cura, &
præbendę alicuius eccleſię collegiatæ vel cathedralis.70. diſt.
ſanctorum.71.diſt.clericos.21.queſt.1.c.1.nec talis ſic intitu-
latus recedere debet ab illa ī qua vocatus eſt. 7.q.1.epiſcopū.
quo caſu dr̃ proprie clericus talis eccleſiæ. Sed in iſtis duobus
vltimis caſibus. Quęro primo, an de iure quis poſſit duo talia
beneficia vel vnum duplex cum alio ſimplici inſimul retine-
re? Et dicendum eſt quod tam titulata q̃ intitulata,vel vnum
de illis cum vno duplici quis de iure tenere pōt,& de conſue-
tudine romanę curię,ſupra de pręben.extirpandæ,§.quia.no.
per Innoc.& de præben.ſuper eo. lib.6. Fructus tamen illius
præbendæ ſeu beneficij ex quo non reſidet, non percipiet, &
ſic erit canonicus & non præbendarius, & ſic quaſi onerarius
canonicus inſtar tutoris onerarij.ff.de admin.tut.cum plures.
§.2.Iſte tamen vocabitur ad communes tractatus, vt not.Ho
ſtien.in c.ſuper inordinata,nec in hoc caſu ille qui ſciēter dat
tali beneficiato ſecundo beneficium,poterit ipſum cogere ad
reſidentiam perſonalem,quia ſuper ea videtur tacite diſpen
ſare cum eo,vt not.Innocen.de cle.non reſi.c.fin.de præben.
12 cum iandudum.Quid ergo † erit de conſuetudine in talibus?
Diſtingue,quia aut loqueris in eadem eccleſia, vel in diuerſis.
Si primo,non poteſt diuerſa ſeu plura habere, ſupra de con-
ſue.c.1.lib.6.quę decre.videtur intelligi de intitulatis perpe-
tuo inibi,quouis nomine dictum beneficium cōferatur, quia
ſecus crederem de alijs præſtimonijs,puta officialibus,priora-
tibus tēporalibus, ſeu clauſtralibus, ſindicatibus vel alijs of-
ficijs ſimilibus. Si autem loqueris in diuerſis eccleſijs, hic non
poſſet dari certa doctrina de conſuetudinibus priuilegiis ſeu
ſtatutis ſpiritualibus vel temporalibus, cum ſint facti, & in
facto

facto conſiſtunt,ſupra de conſti.licet.lib.6.Quid ſi ſtatutū di-
cat,quòd talis compellatur dimittere primum, vt eſt in eccle
ſia Barchionen.nec crederem ꝙ preciſe poſſet eṗs compelle-
te,vel agere contra talem ad dimittendum primū, ſed condi-
tionaliter ſi velit retinere ſecundū, ex quo aſſecutio ſecundi
nec de iure nec ſtatuto aufert ſibi,primū ſic intelligitur ſupra
13 de pręben.referente. † Sed nunquid conſuetudo per 40. an-
nos ſeruata poterit viceuerſa incompatibilia facere compa-
tibilia,& a pœna huius decre.excuſare? Videtur quod ſic, qa
excuſat a ſacris eccleſiæ quod eſt fortius.15.diſtin. peruenit.
Item in matrimonijs ſupra de ſpon.du.c.fin.de cog.ſpi. ſuper
eo.Contrarium credo per tex. præſentem & etiam in talibus
non cadit pręſcriptio nec poſſeſſio vnius iuuat alium, cum in
talibus nō cadat ſucceſſio iuris vel facti. ſupra de præc. licet.
in caſu cadat ſucceſſio litis ſeu cauſæ , vt ſupra de lite pen. ſi
14 hi.in fi.lib.6. Quæro, an poſſit & quis cum habentibus plura
beneficia diſpenſare incompatibilia? Et videtur ꝙ nullus ci-
tra Papam,quia ex quo ſunt facta incompatibilia de iure vel
conſuetudine aut ſtatuto, & ipſæ cōſuetudines & ſtatuta aſſū
munt vigorem a Papa , qui in eis videtur tacite vel expreſſe
conſentire,& eis firmitatem dare.ſupra de ma.& obed. cap.ſi
quis.& de hoc no.ſupra de conſti. licet. lib.6. ergo citra Papā
nemo poterit diſpenſare : non enim ipſi ſtatuentes per ſe ſta-
tuunt ſed ipſe Papa.qui in ſuo canone dedit eis poteſtatē ſta-
tuendi.arg.ſupra de transla.inter corporalia.circa mediū ibi,
præſertim.cum non ſine auctoritate Romani Pontificis.

Diſpenſationis ſufficientis. Sufficiens erit diſpē-
ſatio , ſi quicquid erat impedimenti relatum eſt in ea & ex-
preſſe ſuper omnibus fuerit diſpenſatum,alias non , vt ſupra
de elect.dudum.2.in fin. de conſan.quod dilecto. de præben.
non poteſt.lib.6.

Publico. Scilicet tabellione Papę vel Imperatoris vel
alio creato ab illo qui poteſtatem habet creā
di de conſuetudine vel de iure,ſupra de fid.inſtru. c.1. & 2.&
c.cum dilectus,& c.fi.de elec. vt circa.de offi. ordi. ſi canoni-
15 ci.lib.6. An†officium tale ſit voluntarię iuriſdictionis intantū
ꝙ extra territorium creantis ipſum valeat exercere vel potius
contentione iuriſdictionis, & ſic non poterit,niſi in materia
16 propria,ſatis de hoc not.Hoſt.ne cle.vel mo . ſic te. Sed nun-
quid authenticum ſigillum epiſcopi vel alterius prælati erit
teſtimonium publicum:nō videtur, quia ſi Papa hoc voluiſ-
ſet,adiecisset,ſicut fecit in dicta decre.ſi canonici, & c. vt cir-
ca.adiecit litteris, quod exponit ſigillo authentico ſignatis .
Credo quod authenticum ſigillum ſaltem faciat teſtimoniū
dum tamen illum cuius eſt ſigillum,principaliter non tangat,
ſed potius alios,maxime ſubditos ſuos.ar.ſupra de ꝓba.poſt
ceſſionem, & c. quoniā.& de teſti.a nobis cum ſi. Vnde licet
in iudicialibus non credatur regulariter vni vel eius ſigillo.ſu
pra de proba.qm̄.in extraiudicialib.tamen talibus miniſtris,
& eorum ſigillis circa officiū ſuum creditur. ar.ff. de re.corū.
l.magis.§.illud.ſic Compoſt.ſupra de reſcri.capitulum.

17 **Expectent.** Vnde no.hic†ꝙ ſuperueniens conſtitu-
tio priuatiua fortius operatur in benefi-
cijs realiter poſſeſſis,quam in his vbi eſt ius ad rem , quod eſt
contra decre.quoniam. ſupra de cōceſſ.præ.ſed dicitur quod
non obſtat,quia ibi ſimpliciter reuocabat expectantes ius ad
rem ſolum obtinentes,hic ſub conditione .

Plurima. Quę alias obtinet canonicè,niſi eſſet illa plu
ralitas, quæ impedit tantummodo, ne ob-
ſtet ſupra de offic.ordi.cap.ordinarij.in fin. Quæro , an obti-
18 nens†plura beneficia de ſe incompatibilia ſine diſpenſatione
habeat vocem in electione:& ſic eligere actiue : vel an poſſit
eligi:& ſi fuerit electus,an poſſit cum eo per inferiorē à Pa-
pa ſine reſignatione diſpenſari. Vnde planum eſt ꝙ talis cum
ſit in peccato mortali vt no.glo.de elect.dudum.ſcd̄o, in fin.
& ſic quo ad ipſum tantum ſuſpenſus non quo ad alios.non
debet in officio ſuo vitari,vt legitur,ſupra de vi.& hone. cle-
ri.immo ſi acquiſiuit beneficium poterit cum eo per ſuū epi-
ſcopum diſpenſare,prout videtur notare Innocē.& Hoſtien.
ſupra de tempo.ordin.dilectus,& de cleri.excom.poſtulaſtis,
in gloſ. in verbo diſpenſare, quod credo verum vbi dictum
peccatum non habet infamiam publicam vel reſtitutionē rei
alienæ ſibi annexam,nec ſit tale, quod aliàs impediat execu-
tionem ordinariam vel officij poſt peractam pœnitentiam.de
quo per Innoc.de deſpon.impu.ad diſſoluendum.& de renū.
ſicut eſt iſte : niſi forſan aliud poſt dimiſſionē illorū beneficio
rū quæ iniuſte detinet,obtinuerit,vt in c.dudum.Sed an poſ-
ſit eligere vel eligi quęritur, & quod poſſit eligere.eſt arg. ſu-
pra de ele.cum Vinton.vbi ſuſpenſus per triennium a benefi
cijs pro eo,quia inſufficientem eligit ſi interim immineat ele
ctio eligere poteſt,facit & eo.tit.c.perpetuo.lib.6.Item etiam
quod eligi poſſit facit ſupra de iureiur.ſicut noſtis.

Inhabiles. Scilicet ꝑpetuò, ex quo infra ſex menſes
non compleuerunt pręmiſſa,& in hoc ad-
ditur ad decre.dudū.per q̄ idē tenebat Innoc. ꝙ ſtatim libera
dimiſſione facta de illis beneficijs quę iniuſte detinebat,deſi-
nebat eſſe ſuſpenſus ineligibilis & infamis, reſtitutione tñ an
nua facta de fructibus male perceptis.ſecd̄m Hoſt. in c.poſtula
ſti. ſupra de reſcri.qui .n. ſimpliciter deponitur, ꝑpetuo depo
nitur.5 1.diſt.c.1.in fi.quod crederem verum ſi pœna impone
retur pro crimine cum cauſæ cognitione & diffinitiue,& be-
neficia talis ſtatim poſſunt cōferri,ex quo per ſententiā dam-
natus eſt:ſi vero interloquendo non expreſſa cauſa , tūc vſq;
ad abſolutionem intelligitur eſſe ſuſpenſus, ne rumpatur ner
mis eccleſiaſticę diſciplinę . Si vero fuerit cauſa expreſſa, vt
quia pro contumacia vel offenſa,tunc vſquequo de illis ſatiſ-
faciat:ſed quia pro contumacia hic videtur, tunc non eſt per
petua ſimpliciter appoſita, ſed temporalis tantum.i. quandiu
contumacia durat.ſupra de conſti.ex litteris,vbi de hoc.qua-
re hæc decre.videtur intelligenda ſecundum opi.doct.ſed pri
ma videtur verior.ſ.ꝙ pœna ſit perpetua, pro hoc quod poni
tur infra in ver.alioquin extunc ipſi &c.

19 **Viſitare.** No.hic conſequenter†ſex, quæ ad ſpiritua-
le forum eccleſiaſticum contentioſum ſpe-
ctant.ſ.viſitare,inquirere,procurare,ſuſpendere, excommu-
nicare,abſoluere ab excommunicatione, & ſuſpenſione,& ſe
ptimum apponit decre.dudum.§.tandem.ſ. interdicere quo-
rū alterū per ſe nſi ſufficeret quantū ad pœnam huius conſti-
tutionis.Quid ergo erit de iſtis prælatis religioſis ſecularibus,
qui eccleſias in quibus habent perpetuos vicarios quos præ-
ſentant epiſcopis & ibi ratione temporalium de quibus habēt
eis reſpondere ſemel in anno viſitant ab antiquo de conſue-
tudine & procurant? Non videtur habere locū hæc decreta-
lis,cū ratione alicuius ſpiritualitatis hoc nō faciāt : ſed ratio-
ne tēporalitatis duntaxat,& ideo cū attingāt aliquid qđ ver-
ſetur circa ſubiectionem regulę non habet locum hæc decre.
Secus autem ſi hæc decretalis tenderet ad aliquid diuinū tan-
gens officium quantumcunq; modicū ſicut, faciunt aliqui ar
chipresbyteri, qui nō habent dum viſitant inquirere, niſi de
cuſtodia Euchariſtię,& de pānis altaris & ſimilibus. Itaquòd
nec excōmunicāt,nec corrigūt, nec abſoluūt. de quo per In-
nocen.& Hoſtien.c.auctoritate.de cenſi.

20 **De conſuetudine.** Sed quid erit † de ſingulis
canonicis vel alijs clericis
ciuitatis Beluacen. vel diœceſis,qui ex conſuetudine vel ſta-
tuti indulgentia habēt iuriſdictionem ſuper ſeruitores ſuos:
non tamen ꝙ poſſint excōicare vel alias ſpiritualiter ſeu cor-
poraliter cohęrcere eoſdē ſupra de fo. compe. cū contingat.
vel de illis , qui habent parrochiales eccleſias præbendis ſuis
annexas in quibus ſpiritualē iuriſdictionē , & ēt curā aīarum
ſecundum quoſdā de quibus loquitur,ſupra de pręben.ſuper
eo.lib.6. Nunquid tales poterūt vnū beneficiū curatū tenere
cū talibus præbendis,vel beneficijs aliàs de ſimplicibus ? Cre
do ꝙ ſic:maxime ſi exponas in c.cum cōtingat,cohęrcere ſub
tēporali,nō ſpirituali cohęrtione iuxta c. ſupra de verb. ſign.
quærenti,prout ibi exponit Hoſt.quia iuriſdictio temporalis
non reddit beneficium curatū eccleſiaſticū,nec alias incompa
tibile alijs:hoc idem facit pro archidiaconis vel alijs benefi-
ciatis , qui licet habeant villas vel caſtra alias ſuis beneficijs
ſimplicibus annexa. In quibus iuriſdictionem obtinent tan-
tummodo tēporalē:non tamen ꝑꝑ hoc eorū beneficia cura-
ta dicentur. Et idem credo de iſtis eccleſijs ruralibus in qbus
rectores ibi percipiunt decimas & primitias:nullam tamē ibi
rectores curam animarum exercent. Vel quia nō ſunt ibi par
rochiam, vel quia ſi ſint, quia forte ſuperuenerunt ibi aliqui
bordalarij,vel alias ab antiquo ſunt ibi pauci ignes : cura ta-
men animarum illorum per vicinos presbyteros ab antiquo
exercetur,& oblationes & funeralia ipſis ſoluunt , quod po-
teſt fieri de iure,ſupra de deci.cum ſint homines. Et ſic in ali-
21 quibus.in fine. Sicut† nec religioſi dici poſſunt curati , licet
decimas & primitias alicuius parrochię percipiant ex aliquo
titulo iuſto ſupra de deci.ſtatuto. lib.6.in clemen.co.titu.reli-
gioſi.concil.Vien. Et ad decre.ſuper eo. dic quod illa cura vel
ſpiritualis iuriſdictio non ineſt in præbendis , quæ ſunt prin-
cipales, ſed eccleſijs potius,quæ ſunt acceſſorię,& ſic eccleſia
non

non iudicatur, vt principale.argu.ſupra de præben.extirpan-
22 dæ.§.quia vero. † Et ſic conſuetudo dat iuriſdictionem,& ne-
dum dat ipſam inſtitutionem in dignitatibus,immo etiam pri
uatis perſonis, vt in decreta.cum cõtingat. Nec alibi eſt ita ex-
preſſum,vt no.Hoſtien. non tamẽ poteſt dare poteſtatem ex-
communicandi talibus priuatis perſonis. de offi. Archidiaco.
cuiuſq; ſatis. Nec degradandi,ſeu deponendi,vt ſupra de ele-
ctio. tranſmiſſa.ſecundum Hoſtien.ibi, nec etiam capiẽdi cle
ricos ſeu corporaliter puniendi,vt credo,argumẽ. ſup.de cle.
coniug.clerici.lib.6.

Deiure. Sed quis eſt ille qui de iure poſſit pręmiſſa vel
eorum alterum exercere,ſatis eſt dubium,hic
videtur dicendum,quòd in hoc caſu illi dicuntur habere pręmiſſa de iure,qui eliguntur ab aliquibus, ſupra ſe in prælatos,
& per ſuperiores ſuos confirmantur. Nam licet per electio-
23 nem † ius adminiſtrandi quis ſibi acquirat : non tamen exer-
citium donec ſit confirmatus,maxime in exercitio cenſurę ec
cleſiaſticæ.63.diſtinct.quanto. & per Innocen. & Hoſtien. de
offic.ordin.cum ab eccleſiarum,& c. quanto. & quod dixi, de
electio.idem confirmatur,idem de inſtitu.per epiſcopos,dico
inſtitutione auctorizabili. Dum tamen præfini perſonis col-
legiatis,& curam animarum in ipſis exerceant, de quibus lo-
quitur cap.de reſcript.& ſi principalis. concil. Viennen. & de
off. Archidiacon.cum ſatis.per Hoſtien. Et idem de approba-
tione à iure ſicut ſunt electi in concordia.de quib. ſupra de ele
ctio. nihil eſt,in fine.& cap.indemnitatibus.libro 6.licet quan
tum ad veritatẽ iſte pœnę ſpirituales nõ poſſint ferri per mo-
niales,vt le.& not.ſupra de exceſſ.præla.tanta.& de pœniten.
noua.& de verbor.ſignificatio.quærenti.cum ſimilibus. De iu
re enim ſeu conſuetudine non proprie cadunt iſtæ pœnæ ſpiri
tuales in ſingulares perſonas. vt ſupra dixi.

Sed quid de curatis eccleſiarum parrochialium? Nunquid
poſſunt iſtas ſpirituales pœnas exercere, ſcilicet excommu-
nicare,ſuſpẽdere, vel interdicere,de hoc nihil ad nos ad præ-
ſens,ſed dic per Innocen. & Hoſtien.ſupra de offic.ordinar. ſi
ſacerdos.& in ſumma Hoſtien.de ſenten.excommuni. §.quis
poſſit excommunicare.& 2.q.1. nemo.

24 Viſitare. Sed qui ſunt hi qui † de iure poſſunt viſitare,
& à viſitatis procurationes recipere, de epi-
ſcopis,& archiepiſcopis non eſt dubium : dum tamen ſint lo-
ca alias de ſe viſitabilia, vt ſupra de ſenten.excommun. aucto
ritate.& c.perpetuo.lib.6.

Sed nunquid patroni clerici, idem videtur cauſa tempora-
lium prouentuum de quibus eſt eis per ſuos vicarios reſpon-
dendum, vt ſupra de app.bonæ. & de præbend.in Lateranen.
de his non reperitur cautum in iure, & ideo ſi talia exerceant
credo, ꝙ magis hoc faciant de conſuetudine vel ex inſtitutio-
ne fundationis quàm de iure,argum. 18.quæſt.2.eleutherius.
& talia exerceant non propter hoc ſolum cadent ſub edicto
huius decret. cum tempotaliter potius quàm ſpiritualiter vi-
deantur hoc facere,ſicut in recipientibus albergas, hoc idem
notauit plenius,ſupra quare,dic vt ibi.

R E P E T I T I O

I N E X T R A V A G A N.

Io.Papæ xxij.Suſcepti regim. ne ſede vacante.

Præclariſſimi I.V.C.D.Guilhelmi de monte Lauduno.

S V M M A R I V M.

1 *Cultus diuinus eſt iuris publici.*
2 *Monaſteria ſeu loca collegiata an comprę̃hendantur nomine eccleſiarũ.*
3 *Eccleſia collegiata quę dicatur.*
4 *Fructus habens beneficij vacãtis, an habebit per duos annos,ſi bis in anno vacat beneficium.*
Et quis pręferatur in collectione fructuum beneficij vacantis.nu.5. & 6.
7 *Beneficium vacans quid dicatur.*
8 *Mors omnia ſoluit.*
9 *Ius beneficiale eſt adeo perſonale,quòd perſonam non tranſgreditur.*
10 *Poſſidens ſemel ſemper pręſumitur poſſidens.*
11 *Beneficia permutata an legitimè vacare dicantur : & permutatio vnde initium capiat.*
12 *Beneficium in plura diuiſum an cenſeatur vacare.*
13 *Separatorum ſeparata eſt ratio.*
14 *Beneficia de nouo creata an vacent.*
15 *Inferior a Papa an poſſit facere priuilegium.*
16 *Rusticus permittens totam ſuam ſegetem deſtrui an teneatur ad decimas.*
17 *Fructus tẽpeſtate vel alias pereuntes an pereant beneficiato an collectori.*
18 *Collectores fructuum beneficiorum an habeant aliquam iuriſdictionem.*
19 *Collectores an poſſint declarare beneficium vacare.*
Et qualiter puniantur ſi dicant beneficium vacare quod nõ vacat. nu. 20.
21 *Collectores qualiter cognoſcant,an poſſeſſio ſit iure fulcita vel non.*
Et an poſſint ſcindere nemora vel ſiluas,vel piſces de ſtagnis extrahere. num. 22.
23 *Dictio,tunc,vltimam temporis horam denotat.*
24 *Epiſcopus an poſſit taxare collectoribus decimam ſoluendam.*
25 *Fructus quinam ſint pro quibus eccleſia non ſoluit decimam collectoribus.*
26 *Canonici quotidianas diſtributiones an faciant ſuas.*
27 *Iuri ſibi quęſito non cenſetur quis facile renunciare.*
28 *Taciturnitas in appetibilibus habetur pro conſenſu, in odioſis autem pro diſſenſu.*
29 *Par in parem non habet imperium.*
30 *Procuratoris factum an & quando noceat domino.*
31 *Menſis quot diebus ſit conſtitutus.*

SVſcepti regiminis. Facta eſt ad declarationem ſupra vt eccl.ſ.benefi.c.vno.de reſcri.ſi propter. de
præb.ſi tibi cõced.ne ſede vac.c.1.& põt poni ſub
u.de reſcr.Vel,ne ſede vac.Vel,de ver.ſig.Vel,vt eccl. benef.

Miniſtrorum. Generi.n. talium miniſtrorum intendit prouidere,non ſingulis per
ſonis:& ſic eſt ius fauorabile & perpetuum,ac in fauorem di-
uini cultus introductum,vt infra parebit.

1 Cultus diuinus. Vnde † cùm cultus diuinus ſit
iuris publici, 1.diſt. ius publi-
cum.ei renũciari, vel pacto priuatorũ tolli non põt,ff.de pact.
ius publicũ.ſup.de fo.comp. ſi diligenti. maximè cùm videaẽ
inhærere pceptis primæ tabulæ,32.q.7.qđ in omnib.Ex quo
ſequitur,ꝙ Papa non poſſit ſuper hoc ſine magna cã diſpenſa
re,cũ ſola infirmitas in hoc excuſet,ne vicarius tollat penſum
à dño ſibi ſpãliter ſuper quẽlibet viuentẽ reſeruatum:de eius
priuileg.ſup.de celeb.miſſ.c.1. Sed nũquid poterit bñficio hu
ius c.renunciari? Credo ꝙ ſic,inq̃tum reſpicit ius priuati:ſed
inquantum tangit ius eccleſiæ,non,ar.ſup.de arbitr.cum t.pe.

Eccleſijs. De quib. in priuilegio vel ſtatuto expreſſe
actũ eſt expreſſioni ſtabitur,ſupra de priuil.
accepimus. 19.q.3.conqueſtus.ſaluo hoc quod legitur contra
conſuetudines vel ſtatuta inferiorũ,ſup. de elect.ſæpe.de off.
2 ordi. pñti. lib.6. † Alias vſus obtinuit, ꝙ monaſteria ſeu loca
collegiata non compræhenduntur noĩe eccleſiarũ, multomi-
nus ipſe eccleſiæ cathedrales,arg.ſup.de præb.c.ſi. de conceſ.
3 præb.dilectus.Si quæras quã eccleſiam? Dices † collegiatam
vel cõuentualem: q̃tum ad hoc credo, ꝙ illã duntaxat in quo
duo vel plures tanq̃ facientes vnum corpus conſueuerunt cõ
uentus vel capitulũ vocari vel collegiũ,& ſic nihil mihi faciet
pluralitas vel paucitas perſonarũ,dum tñ ſint duo vel tres:ſed
ipſa realitas,ſ.ꝙ ibi conuerſantur,vt vnũ corpus facientes in-
ſimul.Itẽ credulitas gentiũ, & opinio.ſ.ꝙ cõmuniter agentib.
conſueuerunt ſic vocari,& haberi, vt tales, hoc dico per iura
ſup.de elect.nullus,de exceſ.præl.dilecta.de prob. per duas.q
fil.ſint leg.trãſmiſſæ.3.q.7.§.tria. quia ſi ſint ibi plures per mo
dum aſſociationis, & non per modum collegij vel cõuentus,
tunc collectores non deberent à talibus beneficijs excludi, vt
ſunt prioratus Mon.Dun.Caſe.Dei Granden.maioris mona
ſteri Præmonſtraten.& huiuſmodi.

4 Velalterius. Hic quæro,ſi † cõtingat in primo anno
idẽ beneficiũ bis vacare,an ille cui pri-
mi anni fructus competunt,habebit eos per duos annos? Di-
cunt quidam ꝙ habebit à tempore vacationis primæ vſq; ad
ſecundã,& a ſecunda p totũ cõpletum annũ,per l.in ſenatus.
§.q̃q̃.ff.ad ſena.conſ.Turp.Secundo q̃ro,poſito ꝙ de conſue-
tudine mortuus primo anno,fabrica ſecũdo fructus inibi col
ligerent,ſi Papa pro ſe vel p paſſagio hoc ſimpliciter leuandũ
iuſſum per alios ex certa ſcientia confirmauit. Quæro, quo
5 † ordine iſti leuabunt? ſi eſſet hoc verbum,anteferri,non eſſet
dubium,immo etiam dato, quòd non ſit,adhuc vr̃, ꝙ apoſto-
licus debeat præcedere, & in primo anno leuare,licet vltimus
in conceſſione,ex quo cum alijs concurrit,iuxta ea quæ legun
tur ſupra de præben.hi qui.libro 6. maxime ſi adiecerit Papa

in ſua conceſſione vel priuilegio non obſtantibus, de quibus
legitur, ſupra de reſcripi. ſi Papa. lib. 6.
6 **Vacantium.** Scilicet, ſimpliciter, & † quocunq; mo
do, & ita in titulo etiã de permutatis,
vt infra dicetur, & dixi ſupra de præbend. ſi plures, in concil.
Viennen. & credo, quòd pacifica adeptio ſecundi ſufficit ad
hoc, ꝙ primum incompaſſibile ſibi vacet ipſo iure ad lucran-
dos in hoc caſu fructus in quocunq; beneficio minori epiſco-
patu, ſiue ſit ſolẽnis abbatia, ſiue quodlibet aliud beneficium,
dum tale ſub tali forma caderet, per iura, ſupra de præben. de
multa, de elect. commiſſa. lib. 6. 21. q. 2. ſi quis. excepto epatu
propter quem quis non amittit priora beneficia adepta paci-
fica poſſeſſione eius, niſi poſt tempora de conſecrandis epiſco
pis, quod eſt ſpeciale in ipſis, ſupra de elect. cum in cunctis. §.
inferiora. in princ.
7 Sed quæ beneficia dicentur † vacantia in hoc caſu? Dic va
cans propriè dicitur, quod à nemine poſſidetur ſeu occupa-
tur, & ideo hæreditas iacens vacare dicitur, nec in ea furtum
committitur vel committi poteſt ex quo adita non eſt, ff. de
effrc. & expil. l. 2. ff. de fur. l. hæreditariæ. & poteſt dici vacans
de iure & de facto. Item de iure tantum non autem de facto,
vt ſupra de reſtit. ſpoliat. cap. 2. Item de facto tantum, non au
tem de iure, ſupra de conceſſi. præben. cum noſtris. ſi in primõ
caſu hoc contingit multipliciter, ſcilicet, morte, depoſitione,
8 renunciatione, & permutatione: Mors † enim naturalis omnia
ſoluit, in tantum, ꝙ & ſi in inſtanti miraculoſe reſuſcitetur, ſi-
cut Lazarus, non recuperabit beneficium, immo ipſum colle
ctores leuarent, argum. eorum quæ leguntur, 32. q. 7. licite.
nec in beneficialib. aliquid de iure mortui ad ſucceſſorem trãſ
mittitur, ſeu ius vnius continuatur in alium: niſi ſola lis ince-
pta prius cum mortuo, & hoc ſit quadam æquitate non de ri-
9 re, cum ius † beneficiale adeo perſonale ſit, quòd perſonã non
tranſgreditur: immo in ſucceſſore ius nouum creatur per om
nia: ſecus in ſucceſſoribus hæreditarijs in quibus ſucceſſor
ſecundus in iure primi ſuccedit, continuando ius primi, ſupra
de præbend. capit. 1. & idem in iure proprietario reali, & per-
ſonali quamuis eccleſiaſtico, ſupra de offic. delega. quoniam.
vt lite penden. eccleſia. maxime in vniuerſali, ſupra de teſtam.
ſignificauerunt, in princip. cum ibi notatis, & dicetur infra eo.
execrabilis. In alijs autem modis, puta in ceſſione, & ſimilib. li
cet perdatur ius, dum tamen alius legitime fiat, non tamen ip-
ſa poſſeſſio, niſi hoc per ſententiam iudicis declaretur, vel niſi
euidenter appareat poſſidentem habuiſſe pro derelicto facto
10 vel verbo, cum ſemel poſſidens † ſemper poſſidens præſuma-
tur. hæc probantur, ſupra de hæretic. cum ſecundum. de præ-
bend. licet epiſcopis. In quo ergo caſu de præmiſſis habebit
vacantem collector? Dic, ꝙ in his quę conſtat verbo, & facto,
vacare non eſt dubium, ſed, quia de aliquib. eſt dubium, ideo
hic primo.
11 Quæro † an beneficia permutata legitime vacare dicãtur?
Et videtur ꝙ non. Primo per rationem c. ſi tibi conceſſio. de
præbend. lib. 6. nam permutatio initium efficax non capit ex
conſenſu permutantium vel voluntate, ſed ex traditione rei:
nam antequam ego habeam tuam præbendam, & tu meã, nõ
eſt completa permutatio, licet ſecus in emptione, & vẽditio-
ne, quæ habent intuitum efficax ex ipſo cõſenſu. ff. de re. per.
l. 1. §. item emptio. ſi ergo adeptio ſola hunc contractum per-
ficiat, clarum eſt, ꝙ antea nihil eſt quod poſſit ibi vacans repe
riri cum ſit in pendenti, nec etiam re adepta cum ſit iam poſ-
ſeſſum, & ſic nõ inuenitur aliquod inſtans, vel momentũ quo
iſta beneficia vacauerunt, & ſic non debentur collectoribus
iſtis. Contrarium patet, nam in reſignatione reperitur libera
iuris proprij refutatio vtriuſque quæ ambæ confuſæ, & vno
ſpiramine inſtar perſonarum diuinarum fieri non poſſunt, im
mo ad diuerſitatem ſuppoſitorũ habet ſequi diuerſitas actuũ,
ita ꝙ in exercẽdis iſtis actibus impoſſibile eſt quin ſit dare ali-
quod inſtans in quo vacans extat vnum antequam aliud ſub-
ſequatur, quod de rigore iuris credo verius, ſed de æquitate
prius per ca. præd. ſi tibi conceſſio. & de rerũ perm. licet. lib. 6.
12 Sed quid erit ſi ſine † vacatione diuidatur vnum beneficiũ
in plura, iuxta decre. cum accesſiſſent, ſupra de conſtitu. ſicut
fuit factum de præpoſitura Cæſaraugustana, quæ diuiſa fuit
in 12. nunquid aliæ partes remotę a prima dicãtur vacare? vr̃
ꝙ in quacunq; parte quantumcunq; modica ſoluetur totus ti
tulus, quia talia nomina quæ ſunt potius iuris q̃ facti in qua-
libet parte integra perſeuerãt, vt ſunt dignitates, nobilitates,
corpora, & ſimilia maxime in his quæ in honoribus conſiſtũt,
per iura de iur epat. c. 1. ff. de ſerui. vrb. 16. q. 7. pie mentis. ff. ad
municip. municipiũ. §. vlt. de conſec. diſt. 4. vbi pars. In contra
13 rium vr̃, quia † cum ſeparatorum ſeparata ſit ratio, & aliud ſit
de parte ſeparata a toto, & de ſpeciebus ſubtractis à genere q̃
eſſet de ipſo toto ſubſiſtente integre. Et nõ poſſit dici quin ex
quo partes diuiſę, & ſeparatæ fuerunt per momentum anteq̃
alicui conferrentur, vacantes exiſterent, & ſic affectę fuerunt
per iura ſpecialia alicui de contentis in hac decr. ar. iur. alle. fa
cit, ſup. de reſcr. c. paſtoralis. de off. deleg. præterea. in fin. glo. a
contrario ſenſu, de reg. iur. in toto li. 6. primum tñ verius eſt:
ſi enim ante vacantiũ cõceſſionem eccleſia aliqua ſit vnita ali-
cui dignitati vel præbendæ poſt ceſſum vel deceſſum rectoris
eiuſdẽ, iuxta decr. cũ veniſſent, ſup. de re. ſpo. & de re. eccl. nõ
alien. ſi vna. in concil. Vien. ſi poſt talẽ conceſſionẽ moriatr̃ re-
ctor vel cedat, non habebit eã collector, ſup. de reſcri. eam te.
14 Quid de altaribus, & † bñficiis aliis quæ ex voluntate decedẽ
tium, & aliorũ quotidie poſt dictam conceſſionẽ de nouo cõ
ſtruuntur perpetuo, & dotantur, nunquid ipſa ipſi collectores
habebunt? vr̃ ꝙ non, de conſti. quũ conſtitutio. de reſcri. litte-
ras in conci. Vien. Contrariũ vr̃ per c. dilecto. de off. Arch. vbi
illa conſuetudo quæ ſtricti iuris eſt, ad monaſterium, quod de
nouo creatur, ſe extendit. Credo ꝙ vbi cauſa priuilegij ſtatuti
vel conſuetudinis hmõi de ſe extenſiua ſit in futurũ, vt hic fu
tura reſpiciat, maxime in realibus quæ quaſi ſunt fauorabilia,
vt in ſecundis concord. Secus qñ cauſa eſt actu tranſiens, ma-
xime in his quæ fauore perſonarũ fiunt, quę quaſi ſunt odio-
ſa, vt in primis concor. quod credo verũ, niſi fructus vel pro-
uentus dictorum bñficiorum eſſent ad certos vſus pios depu
tati, puta ad vitam ſacerdotis, & ſuæ familiæ, & cæterorũ pau
perũ hoſpitalib. vel monialium, aut aliorum religioſorum qui
via de illis poſſent ſuſtentari, nec alias habent, vnde viuerent,
arg. ſup. de relig. do. quia contingit. in concil. Vien.
15 **Priuilegio.** An inferior † Papa, puta eps̃ hoc facere
poſſit? & diſtingue, quia aut hoc priuile-
gium fit maxime per modũ ſtatuti pro alio pio vſu, & neceſſa
rio, vt in caſib. præd non tñ vtilitati menſę vel capituli appli-
cando, Et tunc vr̃, ꝙ hoc poſſint facere epĩ ſecundũ ꝙ decimã
vel aliam partem bñficiorum ſuorũ, ibi poſſeſſorũ, poſſet eps̃
nedum cũ maiori parte c. immo cum minori, cũ ſit in hac par
te ſanior, & inuitis alijs, deputare, vt in c. ex parte, de his quæ
fi. a maio. par. c. alias pro vtilitate menſæ ſuæ vel c. vel ſua nõ
poſſent ſine expreſſa licentia Papæ. vt ſup. vt eccl. bene. vt no
ſtrum, & de his quæ fi. a ma. par. c. ſi. excepto tñ hoc, quod eps̃
poterit de vno vel de duob. certis beneficiis, & ex cã ante col
lationẽ cum ſuo c. vt eccl. bene. c. vt noſtrũ. in fi. hoc dico pp
decre. ſi vna in conci. Vien. de reb. ecc. non alien. Et idẽ dic, de
aliis inferioribus ordinariis ſaltem in beneficiis ad eos pleno
iure ſpectãtibus, vt ſunt prioratus dignitates officia, &c. cum
diſtinctione tamen facta de epiſcopo, & ca.
Sed nunquid vigore priuilegii vel ſtatuti epiſcopi, & capi-
tuli poterunt iſta leuari a beneficiis ſpectãtibus ad inferiores
prælatos ipſius diocœſis? Planum eſt de exemptis quòd non,
de offi. deleg. graue. de priuileg. ex parte. quia ſolus Papa, vel
eius legatus de latere poſſet eos ad hoc adſtringere. ſup. de of.
leg. c. 1. de ver. ſig. veniens. Et idem vr̃ de non exemptis in be-
neficiis quæ ad eos pleno iure ſpectant. 16. q. 1. in ſumma. &
c. de monachis. & q. 2. viſis. In aliis aũt in quib. habent inſtitu-
tionem, ſeu cõfirmationem, vr̃, ꝙ poſſint, ſicut de propriis hoc
ſtatuere, cum plus habeat in talibus epiſcopus q̃ patronus, ſu-
pra de off. dele. dilectus. de pri. cum & plantare. §. in cauſis.
In totum. Nota, ꝙ dicit hic in totũ, & quod nihil in-
de percipiunt, & integro, & cum integrita-
te percipere, infra in tex. Ex quo poteſt concludi, ꝙ Papa non
intellexit hic prouidere, nec proſpicere, niſi in caſu in quo be
neficiati ex toto amittebant fructus, & obuẽtiones annorum
primi, vel ſecundi. vel vlterius: ergo à contrario ſenſu, vbi ali-
quid remanebat beneficiatis, quod collectores non percipie-
bant non prouidet hæc decret. Pone ergo, Prior ſancti Euſe-
bii Altiſiodorenſ. qui conſueuit ab antiquo accipere groſſos
fructus præbend. primi anni in caſu Altiſiodoren. ex integro
reſeruatis quotidianis diſtributionibus nouis canonicis, nun-
quid dictis canonicis inibi reſidentibus, vel in ſeruitio Papæ,
ſeu Cardinalium exiſtentibus, habebit iſte prior iuxta hanc
decretalium ſummam, pro qua dictæ groſſæ præbendæ ſol-
uit, decimam vel reſiduum, quod maluerit eligere vel potius
poterit, prout hactenus conſueuit totam groſſam præben-
dam accipere, relictis illis quotidianis diſtributionibus illis ca
nonicis reſidentibus: Videtur quòd totam groſſam præben-
dam habeat, per ea quæ dixi in princip. & quòd ſufficere ſa-
tis

tis debent quotidianæ diſtributiones illis qui reſident, alij autem abſentias, & impedimenta voluntaria quærentes, quæ neminem excuſant, ſupra de accuſa. veniens. de appellatio. cum parati, ſibi, imputent. Contrarium videtur, quia Papa in vtroque caſu huius decretal. intelligit prouidere ipſis beneficiatis, qui commode nequeunt ad impediendum ſeruitium diuinū ibi reſidere, vt infra ſequitur: ſed iſti nequeunt impendere ſeruitium, cum illud dicatur fieri commode in talibus quod fit conſideratis nobilitate ſciētia, & dignitate, de reſtitutio. cum adeo. Item Papa hic loquitur tantummodo de fructibus decimalibus prouidendo beneficiatis circa eos, vt patet infra dum dicit, quos in decima cōſueuit ſoluere, &c. modo diſtributiones quotidianæ non ſunt decimales: ergo de illis nō curat Papa: ſed de groſſa præbenda, quæ eſt decimalis in qua decima etiam eſt ab antiquo taxata, vel non: vnde tenetur eligere iſte prior alterum quod maluerit inter illos, maxime, qui cauſa neceſſitatis vel abſentię probabilis ſunt abſentes, vt 7. quæſt. 1.
16 §. ambitionis. durum † enim eſſet ſi rector eccleſiæ poſſet exigere totam decimam integram à ruſtico, qui non fraude vel dolo, ſed negligētia vel maiori ſua vtilitate permiſit ſuam ſegetem deſtruere, nec paſſus fuit eam ad perfectionem venire, ſicut in propoſito de iſtis quotidianis diſtributionibus, quę ſine frauda ſua & culpa iſtis deficiunt, durum eſſet, ſi ſua groſſa eis auferretur, & alijs tribueretur, & ſic punirentur quod eſt contra omnia iura, & hoc eſt verius.

Sed quid de illo reſiduo, quod habent canonici de fructib. quos habent ad partem ſolutis groſſis præbendis, & diſtributionibus quotidianis quolibet anno, propter abundantiam nimiam canonicorum in illo anno, vel alias propter receptionē, & huiuſmodi, nunquid illud computabitur inter groſſas prębendas, ita vt abſentes cauſa rationabili habeant partem vel inter diſtributiones quotidianas, vt tantū præſentibus detur? Crederem, quòd vbi fructus, & redditus ſunt diſtincti de quibus ſoluuntur groſſę, & illi de quibus ſoluuntur quotidianæ, tunc abſentes tales haberent partem de ſolo reſiduo groſſorum, ſed vbi totum eſt inſimul indiuiſum, tūc de toto reſiduo deberēt habere abſentes, ex quo à ſolis diſtributionibus quotidianis, & non ab alio ſunt excluſi: fauorabile eſt enim priuilegium eorum ſaltem in caſu de cler. non reſid. cum dilectus. de mag. ca. fin. & per conſequens excluſio eorum eſt odioſa, vnde in hoc caſu de toto reſiduo habebunt partem ſuam dicti canonici, & per conſequēs collectores iuxta ordin. huius decretalis.

Vendicabant. Quę conſuetudo hic requiritur, & an præſcriptio minor quadrageſima hic ſufficiat ſuper certa, & indubitata quantitate cōtinuo ſoluta: & an ligat partes inuitas ad ſui obſeruationem? diſputationi relinquo: breuiter de facto eſt.

Sed nūquid collector iſte poterit dicere, volo ꝙ ſummam, pro qua conſueuit ſoluere decimam, quam ego eligo, ſtatim mihi ſoluas. Alter dicit ꝙ nihil faciet, niſi prout euenient fructus, & prout poſſit gaudere de ipſis. Credo ꝙ bene dicat: nā ſufficit, quod infra annum ſibi ſoluent ex quo totus annus cedit, ſupra de offic. ordin. præſenti. lib. 6.

17 † Sed quid erit, ſi illo anno pereant tempeſtate vel incurſu hoſtium fructus, vel contingat tranſitum Papæ, vel legatorū ipſius fieri qui maiorem partem horum conſumant, nunquid totum damnum vel periculum erit beneficiati vel contribuet collector cum ipſo, hic videtur dicendum, quòd ſi omnes fructus illius anni abſorberent in ſumma conſueta ſolui pro decima, non haberet locum iſte §. ſed ſequēs, maxime vbi nihil remaneret beneficiato, quod innuit verbum ſequēs totali reſiduo, &c. vel ſaltim, ꝙ ille beneficiatus diceret collectori, ego nihil volo, accipias tu omnia, & ſupportes mihi onera, & alijs neceſſaria miniſtrando, argum. ſupra de offic. ordin. præſenti. lib. 6. cum mihi ſit licitum renunciare quatenus me tangit renunciare huic quod fauore mei introductum eſt. C. de legib. quod fauore.

Summa. De hac habebunt ipſi beneficiati onera ſuæ eccleſiæ ſupportare, & ſi ad hoc non ſufficiāt ponant de proprio vel propria manu ſibi quærant, arg. ſupra de celeb. miſſ. cum Marthæ. 2 t. diſt. c. t.

18 **Collector.** An huiuſmodi collectores † habeant aliquam iuriſdictionem vel compulſionē? Dic, ꝙ ad hoc non poſſet bene reſpōderi cum hoc dependeat ex ſuis priuilegijs, & ſtatutis, & ex poteſtate in eis ſibi conceſſa vel per conſuetudinem, quæ facti eſt.

Sed poſito, ꝙ data ſit eis plena compulſio cum clauſula contradictores, &c. nunquid poterunt eam alij cum eadem cōhertione committere? Non videtur: cum certum miniſterium ſit eis commiſſum. de off. deleg. quoniam apoſtolica. Sed poſito,
19 † ꝙ tales dati ſint à Papa, nunquid poterūt abſq; alio ſpeciali mādato beneficia quæ vacant de iure, nō tamen de facto, declarare vacantia partib. vocatis, & talia occupare? hoc vidi de facto in præpoſitura Cęſarauguſtana: Dic, ꝙ non, niſi amplius contineret eorum litteraꝗ̃ eorum officium requirat, cum ad colligendum vacantia ſimpliciter dati ſunt, & compeſcēdum contra hoc rebelles: & res poſſeſſa per aliquos nō dicatur plene vacare, dum eorū poſſeſſio ſit aliquo iuris adminiculo fulcita, forſan ſecus ſi poſſeſſio eſſet nuda, vt dixi ſupra, & ſupra de reſtit. ſpol. ex parte. in fi. glo. de conceſ. præb. cum noſtris. Nec ob. c. officij. de off. leg. lib. 6. & de præb. c. licet eps. quia in
20 caſib. ſpecialib. non loquuntur. Quid dices † de iſtis collectorib. qui volentes fauere Imperatori fingenti vacare beneficiū, quod non valeat ad eius inſtantiam, cum potētia regis cui data ſunt annalia, & etiam ipſi regales expellunt per violentiam poſſeſſorem de beneficio, & frequenter iniuſte ad hoc, vt ipſe impetrans poſſit poſtea citius poſeſſionē adipiſci, ex quo multa mala ſequuntur. Crederem in hoc caſu, ꝙ impetrās incideret in pœnam illius c. ſupra de præb. eum qui, lib. 6. & ꝙ etiam collectores ſic publice in ſuo officio delinquentes, inciderent in crimen concutionis. ff. de concuſ. l. 1. & 2. 23. q. 1. militare.
21 1. q. 7. ſcimus. vbi de hoc. Sed † qualiter cognoſcit iſte collector ſi poſſeſſio talium ſit iuris adminiculo fulcita vel nuda penitus: nūquid ipſe cognoſcet de hoc cum nulla cognitio, ſed ſimplex executio, & compulſio ſit ſibi in hac parte cōmiſſa? Credo ꝙ in hoc caſu habebit per omnia ſeruare doctrinam illius c. de reſcr. cū contingat, vt ſcilicet, ſi ſibi ſit liquidū vtriuſque partis documentū, ꝙ ius habeat, & hoc ſit notoriū, & certum ſecundū hoc accipiet vel non accipiet vacāte: alias ſi dubium eſt, faciet hoc per ſuos iudices declarari ad quam partem declinabit ſuper dubio, ne ponat falcem ſuam in meſſem alienam, ſupra de off. deleg. ſed ſi qñ, & c. paſtoralis. & de elec.
22 venerabilis. in princ. Sed nunquid † collectores poterunt ſuo tempore ſcindere nemora cædua, & alia vel putare arbores vel euacuare ſtagna de groſſis piſcibus per multos annos nutritis? Videtur, quòd ſic, quia quicquid fructuum nomine ſuo tempore euenit, ſuum eſt totum cum oneribus ſupportatis, de offi. ordin. præſenti. lib. 6. In contrarium videtur, quia talia eſt quibus deterioratur proprietas, non cadunt ſub fructuum nomine, vt ff. de vſufr. arborib. & l. poſt. & de cenſi. forma. Videtur dudum, quod magna nemora, & arbores non ceduas non vaſtabunt, nec etiam cedua vel ſtagna, niſi quatenus augmentum ſeu emolumentum eorum tempore iſtis competenti potuerit adequari, inſtar mariti fructus dotis lucrantis, arg. ff. ſolu. matri. diuortio. §. non ſolum.

23 **Extunc.** † Hoc verbum, tunc, vltimam horam temporis denotat, & ſic iſtos dies decem, computādo de hora in horam, à tempore ſcientiæ, ſicut computandū ad inſtar decendij dati ad appellandum. ff. de cond. & demon. l. 4. in fi. 2. q. 6. biduum. de appel. concertationi. lib. 6. Sed quid probabit ſcientiam vel qualiter cōſtabit de ea cum ſemper dicat collector ſe ignoraſſe, & quilibet præſumatur ignorans de iure maxime in hoc caſu in quo nō imminet periculū animæ? Credo, ꝙ in hoc caſu poterit ſemp allegari ignorantia donec vacatio publice nota ſit i loco, vbi eſt bñficiū, alias nō extūc, ſup. de conceſ. præb. cum ei. ꝗ̃ in cōc. Vien. in fi. Quare credo expediens ipſi beneficiato, ꝙ cum teſtib. vel inſtr̃o intimet collectoribus ipſam vacationem, nec extunc poſſunt ignorātiam prætendere, arg. ſup. de elect. cauſam elect. in concil. Viennen.

24 **Non eſt facta.** Sed nūquid eps, † & c. ſtatuere poterit & taxare in ſingulis eccleſijs certam ſummam pro qua qualibet eccleſia teneatur ſoluere decimam, & non pro plurali? Nō credo, cum hoc eſſet legem imponere ſuperiori, & eius reſtringere poteſtatem, & libertatem quod non poſſunt, 27. diſt. §. t. ſupra de verb. ſig. conſtitutionem. lib. 6. Ex quo ſequitur, ꝙ per ſolam ordinationem Papæ expreſſam vel tacitam quæ fingitur in conſuetudine alias legitime præſcripta talis taxatio fieri poterit ad minus in his quæ forum Papæ ſuper hoc concernunt.

25 **Conſueuit.** Scilicet bñficium vacās, hoc vult † dicere, ꝙ ſolū illi fructus veniāt in diuiſione hmōi, pro quib. dictum bñficiū conſueuit ſoluere decimā, & nō alij. Sed qui ſunt illi fructus ꝓ quib. bñficiū non conſueuit ſoluere decimam ſine eccleſia? Dic ꝙ aliqui reperiuntur liberi a decima in iure, aliqui ex cōſuetudine expreſſe. in iure ſunt

illi, ſcilicet, qui inſurgunt in dote eccleſiæ, ſupra de decimis. nouum. Item ſi ſit locus religioſus de ſuis noualibus quæ proprijs manibus vel ſumptibus excollit, & de nutrimentis animalium & ortis. ſupra de decimis. ex parte tua. in fine. Et ſic poteſt intelligi iſta libertas de decima debita eccleſijs parrochialibus vel poteſt intelligi quæ datur à beneficiatis ſummo Pontifici, vel illi cui ille iuſſit, de qua ſupra de decimis. capitu. 1. a qua poſſunt eſſe liberi aliqui fructus de iure, & con-
26 ſuetudine, de iure † crederem liberos fructus qui pro quotidianis diſtributionibus aſſignantur & lucrantur, nam tales diſtributiones à laborantibus in vineam domini, ſic lucro fiunt, & ſub eorum proprio appropriantur, quod de iſtis teſtari porit ſicut ruſticus de denario diurno, iuxta ea quæ leguntur, & notantur maxime per Hoſtienſ. ſupra de peculi. cleric. capit. fina. de teſtamen. requiſiſti, circa fine. de mag. capit. fina. Item de agricultura, de lucro ſeruorum, de hoc quod fiant moniales ibi, & ſcribunt monachi, licet totum ſit monaſterij. Item de quotidianis oblationibus ſeu legatis quæ religioſis maxime mendicantibus offeruntur, argumen. ſupra de ſtatu re. capitu. 1. de exceſſibus prælato. nimis ſeu alijs hoſpitalibus, vel domibus religioſis. de præbend. per litteras. de relig. do. quia contingit. concil. Viennen. nec de pecunia relicta à teſtatore pro certis anniuerſarijs vel cappella. vel alijs officijs eccleſiæ perpetuo emendis, ſupra de teſtament. tua. & de his nec de beneficijs valde minutis ſeu pauperibus, argument. ſupra de cleric. egrot. capitu. primo. Sed quod diceretur pauper ſeu exiguum beneficium in hoc caſu arbitrio eorum relinquitur: quare ea quæ notaui de rebus eccleſ. non alienand. monaſteriorum in concil. Viennen. videnda ſunt.

Noluerit. Sed & ſuum nolitum, ſuper hoc expreſſo, ſuper hoc ore vel per aliqua interſignia indubitata oſtenderit, ſupra de conceſſion. præbend. cum eius
27 concil. Viennen. Alias † non præſumitur quis facile velle iactare ſuam pecuniam, vel iuri ſibi acquiſito renunciare, ſupra de renuncia. ſuper hoc.

Sed quid ſi nolit ſuum nolitum ſuper hoc declarare verbo, vel facto, ſed tacendo permittit quòd alter fructus colligat, nunquid tacendo videtur oſtēdere ſe velle potius vel nol-
28 le ipſos? Videtur, † quòd velle potius quàm nolle, cum in appetibilibus taciturnitas habeatur pro conſenſu, in odioſis vero pro diſſenſu, vt ſupra de regul. iuris. is qui tacet, & capitu. qui tacet. libro 6. Dic quòd ſuper hoc expedit volentem, vt alium corā teſtibus vel tabellione requirat, vt dixi. Et ſi hoc idem non poſſit de ſua voluntate conſtare, quòd faciat per ſuum ſuperiorem terminum ſibi aſſignare, argumen. ſupra de præbend. ſi tibi abſenti, in fine. libro 6. Alias non video quòd pars poſſit parti terminū aſſignare, & ipſum ad oſtendendum
29 ſuum volitum compellere, † cum non habeat imperium par in parem, ſupra de electio. innotuit nec appoſitio decem dierum de quibus loquitur, ſupra eodem. §. proximo. & de præben. ſi pluribus. libro 6. vel 20. ſupra de conſuetud. capitu. fina. lib. 6. vel menſis, de conceſ. præben. cum ei aliquod in hoc caſu faciat cum diuerſi caſus ſint non idem ſeu aduerſi, & Papa in iſto ſicut in alijs potuiſſet proſpicere ſi voluiſſet quod nō fecit, & ſic ad iura communia recurremus, ſupra de decimis. ad audientiam, cum ſimilibus.

30 † Sed quid ſi collector ſeu procurator dixit ſe velle partem illam, dominus autem rex vel fabrica ſtatum dum ſciuit reuocauit hoc, & dixit ſe nolle, nunquid in hoc caſu factum procura. nocebit domino? Et videtur, quòd ſic, cum ſit in omittendo potius quàm in committendo, & ſic debet dominum nocere & imputet qui ſic negligentem elegit, ſupra de electio. ſi compromiſſarius, lib. 6. In contrarium videtur cum expreſſio voluntatis potius in committendo quàm omittendo exiſtat, & ſic non debet nocere, maxime cum in talibus delictum ſeu factum perſonę non noceat eccleſiæ, ſupra de exception. cum venerabilis, & error procurato. poſſit retractari negocio nondum finito. de confeſſis. capitulo finali. de appellatio. cum cauſam, & de cenſi. cum olim. hic non eſt materia propria, ſed dic, vt ſupra, vt lite non conteſtat. capitulo primo. per Hoſtienſ.

31 Poſt menſem. Si quæras, quot † dies habet ille menſis, in quo iſtud contingit, vt in Februario 28. in Martio 31. & eis de quo plene de electio. quàm ſit, lib. 6. & ſi aliqui dies de ipſo menſe tranſacti ſint, ſupplebuntur, de alio. facit quod nut. ff de diuerſ. & tempo. præſcriptis. l. ſecunda. dic ſimiles poenæ ſtatuuntur, ſupra de vſu. vſurarum. libro 6.

REPETITIO
IN EXTRAVAGAN.
AMBITIOSÆ.
De reb. eccl. non alien.

Praclariſſimi I.V.C.D. Alexandri Stiatici Bononien.

SVMMARIVM.

1 *Cupiditatem omnium malorum radicem eſſe late oſtenditur.*
2 *Conſtitutio hæc fuit edita contra fraudatores, vſurpatores, præſumptuoſos, & delinquentes.*
3 *Per iſtam conſtitutionem non fuerunt iura antiqua correcta, quę de rebus eccleſiaſticis alienandis loquuntur.*
4 *Verbum dominium in tex. poſitum intelligitur de directo, & vtili non autem de vtili tantum.*
5 *An per iſtam conſtitutionem videatur prohibita etiam ſimplex hypotheca vltra triennium remiſſiuè.*
6 *Per iſtam conſtitutionem corrigitur diſpoſitio clem. primę. de rebus eccl. non alienan.*
7 *Conſtitutio hæc facit & ipſa differentiam inter locationem, & conductionem propriam & emphiteuſim.*
8 *Caſus a iure permiſſi, de quibus in text. habentur hic remiſſiuè.*
9 *Quomodo aliquid dicatur eſſe de antiquo late diſcutitur.*
10 *Rem eſſe ſolitam concedi in emphiteuſim operatur quod ſi res ad eccleſiam reuertatur propter generationem finitam, poteſt iterum concedi ſine ſolemnitatibus.*
11 *Ampliatur prædicta concluſio, vt procedat etiam ſi prælatus intraſſet noiè alienare bona eccleſia ſuę etiam inconſulto Romano Pontifice.*
12 *Ampliatur ſecundo etiam ſi eſſent regalia ſolita infeudari.*
13 *Ampliatur tertio, vt prælatus poſſit inueſtire eius propinquos, & conſanguineos ſeu cognatos.*
14 *Ampliatur quarto, in decimis ſolitis locari laicis ſeu infeudari.*
15 *Quæ requirantur ad hoc, vt res ſit ſolita locari late declaratur.*
16 *Limitatur prædicta concluſio de qua ſupra, num. 10. quando prælatus exceſſiſſet formam ſolitam.*
17 *Limitatur ſecundo, ſi res ſolita locari vel infeudari, fuerit incorporata menſę eccleſię.*
18 *Quomodo cognoſcatur quando facta ſit incorporatio, declaratur.*
19 *Limitatur tertio, ſi prima cauſa conceſſionis ſit confirmata, quam tamen limitationem author non approbat laté.*
20 *In conceſſione facta ab antiquiſſimo tempore præſumitur interuentus omnium ſolemnitatum, & requiſitorum ad validitatem contractus, & conceſſionis.*
21 *Conſuetudo 30. annorum facit dationem in feudum tolerabilem.*
22 *Verba legum, teſtamentorum, & contractuum recipiunt interpretationem à conſuetudine.*
23 *Tempus diuturnum, & tempus, de cuius initio vel contrario memoria hominis non extat, eandem habet efficaciam, & dicuntur habere vim tituli & conceſſionis.*
24 *Ampliatur prædicta concluſio etiam ſi non oſtendatur titulus allegatus.*
25 *Aetates hominum abbreuiatę ſunt.*
26 *Secundo ampliatur, in regalijs reſeruatis ſupremo Principi.*
27 *Tertio ampliatur, prædicta concluſio, vt non requiratur ſcientia & patientia Principis.*
28 *Vbi ſumus in caſu, in quo non extat memoria hominis in contrarium, dicimur in antiquis.*
29 *Quarto & vltimo ampliatur, vt tempus prædictum centum annorum operetur præſcriptionem contra Eccleſiam Romanam.*
30 *Solemnitates quę ab initio interuenerunt, propter quas præſumitur contractus in vtilitatē eccleſię celebratus, nullitatis exceptionē impediunt.*
31 *Læſionem allegantes, illam probare debent, & quomodo hoc procedat, declaratur laté.*
32 *Emphiteuſis, & locatio æquiparantur in caſu læſionis allegatæ, vt tempus primi contract. inſpicιatur.*
33 *Declaratur latiſſime quomodo intelligenda ſit illa dictio tunc de qua in conſtitutione iſta, vbi multa de hac dictione tunc.*
34 *Prælatus etiam cum conſenſu capituli, non poteſt antiquum ſtatum rei eccleſiaſticę immutare.*
35 *Alteratio dicitur eſſe damnoſa eccleſię.*
36 *Dictio tunc, an & quando denotet temporis extremitatem, declaratur.*
37 *Probationes debent neceſſario concludere.*
38 *Dictio tunc eſt apta ad ſignificandum plura tempora.*
39 *Præſumptio, quę facit actum valere eſt cęteris ualidior, & præfertur alijs.*
40 *Contractus præſumitur verus validus & iuſtus, donec probetur cōtrariū.*

Vbi

41 *Vbi actus poteſt ſe habere ad delictum, & non delictum, pro non delicto præſumitur.*
42 *Læſionis probatio requiritur valde clara, & exactiſſima.*
43 *Correctio iuris non eſt inducenda per tacitos, & ſubauditos intellectus.*
44 *Alienatio, quæ eſt in euidentem vtilitatem eccleſiæ fieri poteſt à prælato.*
45 *Tempus centum annorum dicitur antiquiſſimum.*
46 *Quæ læſio, & quod præiudicium requiratur ad obtinendam reſciſſionem contractus ex remedio reſtitutionis in integrum, late declaratur.*
47 *Quomodo probetur læſio allegata per eccleſiam, late diſcutitur.*
48 *Materiam iſtam probandæ læſionis difficilem exclamant Doctores vbique.*
49 *Teſtes examinati ſuper æſtimationem rei immobilis debent aſſignare cauſam concludentem, communem æſtimationem, non aut ſingularem, reſtringentes ſe ad locum, & tempus venditionis.*
50 *Teſtes ad hoc vt probent, debent addere in ſua depoſitione rem tanti communiter vendi poſſe homini ſcienti qualitates ipſius rei.*
51 *Doctores videntur fruſtra illam quæſtionem diſputare, an ad actorem ſpectet onus probandi qualitates rei extenuantes pretium, an defendentem, vt late demonſtr.*
52 *Quando valor rei probatur per teſtes debent probare, quod tantum valebat tempore contractus.*
53 *Depoſitio teſtis dicentis rem tanti valere, quia ego tanti emerem illam, nulla eſt.*
54 *Res immobilis æſtimatur ex fructibus, & redditibus, quod quomodo intelligendum ſit, declaratur. num. 55.*
56 *Doctrina Pau. de Caſt. in auth. ſi quis ruinas. C. de ſacroſanct. eccl. in 2. colum. late declaratur ad plura adaptatur.*
57 *Quomodo debeat æſtimari nuda proprietas, & quomodo emphiteuſis perpetua, remiſſiue.*
58 *Papa permittit in hac conſtitutione alienationem fructuum, & bonorum, quæ ſeruando ſeruari non poſſunt.*
59 *Quæ ſint bona quæ ſeruando ſeruari non poſſunt, late declaratur.*
60 *Procurator omnium bonorum ſine ſpeciali mandato non alienat mobilia domini niſi de facili poſſint corrumpi.*
61 *Tutor ante confectionem inuentarij, & ſatiſdationem præſtitam, omnes fructus vendere poteſt.*
62 *Quodnam dicatur modicum tempus remiſſiue.*
63 *An pecunia dicatur eſſe de rebus quæ ſeruando ſeruari non poſſunt remiſſiue.*
64 *Paulus ſummus Pontifex videtur hac conſtitutione corrigere ius commune quo ad fructus.*
65 *Omnis alienatio aduerſus hanc conſtitutionem facta, nulla eſt.*
66 *Verbum quodquam eſt aptum ad comprehendendum quaſcunque res, & quæcunque bona etiam minimas & minima.*
67 *Decretum irritans eſt adeo malignæ naturæ vt quicquid in contrarium inueniat factum vel attentatum, irritat, & deſtruit.*
68 *Dictio, omnino, eſt valde præciſa, & præciſam reddit diſpoſitionem ipſam.*
69 *Alienans bona eccleſiæ, licet ſit excommunicatus admittitur tamen ad defenſionem eccleſiæ: declaratur tamen, vt infra. nu. 70.*
70 *Quomodo intelligatur text. noſter quando de alienatione loquitur, dubitatur.*
71 *An pœna impoſita alienanti res eccleſiaſticas in verſicu. (alienanti) vero bona eccleſiarum, monaſteriorum, &c. ſint diuerſæ à pœna excommunicationis late diſputatur.*
72 *Non inconuenit, quod eodem delicto diuerſæ pœnæ delinquenti imponantur.*
73 *An verba illa (inconſulto Romano Pontifice) comprehendant quoſcunque prælatos, an maiores tantum, declaratur, & concluditur, quod comprehendant tantum maiores.*
75 *Aliquis non debet ſuperfluis expenſis, & inutilibus virtutibus prægrauari.*
76 *Illa dicitur fauorabilis interpretatio, per quam reducimur ad ius commune.*

IAm pluribus annis tranſactis, propoſueram aliqua ſcribere, pro enucleatione extrauagãtis Ambitioſæ impreſſæ in calce Clemẽtinarum: ſub rubri. de rebus eccleſ. non alienan. editæ à Paulo ſecundo Veneto Pontifice maximo: Cum vidiſſem à multis annis citra, plures perſonas eccleſiaſticas, præſertim religioſas, pronas, & inclinatas eſſe, ad mouendum lites, & quæſtiones, contra conductores, & colonos. Super bonis, per ipſaſmet perſonas huiuſmodi conceſſis, & locatis, vel per earum anteceſſores: Et multoties ſumpſiſſe anſam a Conſtitutionibus, & priuilegijs editis per ſummos Pontifices, ad fauorem fabricæ Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Vrbe, maxime in iſta ciuitate Bononiæ, & eo pacto perturbaſſe magnam partem ciuium ipſius ciuitatis, & incolarum eius comitatus, etiam vbi aderant conceſſiones, & locationes antiquæ factæ, iam eſt tempus immemorabile: Et diuerſimode occupatus, hactenus id facere omiſi: Modo (vt arbitror: Inſpirante Domino) decreui pro viribus hoc onus aggredi: licet humeris meis debilibus longe impar, confiſus in Dei omnipotentis, miſericordiarum patris, & adiutoris bonorum operum, clementia: & in lectorum benignitate & humanitate.

Deuenio igitur ad rem: Et in primis dico: quòd ſi quis vult videre vitam, & mores huius Pontificis Pauli ſecundi, recurrat ad Platinam, in libro de vitis Pontificum: vbi prædicta exarata habentur; (Si illi credendum eſt,) quod dico: quia ipſe narrat fuiſſe iniuriatum, & grauatum à dicto Pontifice: Sed his omiſſis: Capio textum dictæ extrauagantis Ambitioſæ: Et diuido illum in duas partes, quarum ſecunda eſt ibi: Alienanti vero bona eccleſiarum, &c.

Et proſequendo dicta in prima parte, aliter non ſummando textum, ſed declarando verba illius:

1 In primis noto † illa verba in princip. Ambitioſæ cupiditati: cupiditas enim ex ſe dicitur eſſe radix omnium malorũ, text. eſt in capitu. bonorum. 47. diſtinctione. & in Authenti. vt iudic. ſine quoquo ſuffragi. Et Apoſtolus ad Timothæum ſexto: Et de iſto verbo, illiuſque ſignificatione, vide plura per Albericum in ſuo dictionario, in verbo, cupiditas, vbi inquit: quòd cupidi ab Apoſtolo ordinari prohibentur. Et videatur etiam in eodem dictionario, in verbo, Auaritia, vbi plura, & eſt text. in capitu. auaritiæ. de electio. in ſexto, vbi Papa ſic exorditur: Auaritiæ cæcitas, & damnandæ ambitionis improbitas, &c. Et dicit Archidiacon. in capitulo finali. de reſcriptis. in ſexto, quòd ambire eſt cupere, & proprie ambiuntur honores: vnde ambitio, id eſt cupiditas: ſubdenſque eſt mortale peccatum, vnde repræhendenda eſt; vt experientia nos docet, quòd fere ſemper ambitioſus eſt auarus: quia quærit cumulare quacunque via, vt poſſit ambire, & ſe in honoribus, & dignitatibus confouere, & perpetuare; Et mediantibus muneribus, & donis viris magnis, & potentibus largiendis, per ipſum ambitioſum: Et idem Archidiaco. in capitu. cum in tua. columna ſecunda, de conſuetudine. in ſexto, inquit, quòd ambitio in clericis potiſſime reprobatur: Potuiſſet addere pariter de religioſis, de quibus ſpeciatim loquitur Martin. quartus, Pontifex maximus, infra in extrauaganti, ſub titulo, de regula. & tranſeunt. ad religio. quæ incipit, viam ambitioſæ cupiditatis religioſis potiſſime, &c. vt cõtra iſtos omnes inuehitur Socyn. Antiqu. in conſilio 15. ſub numero 32. volumine primo. Et poſt eum Dec. in conſil. 329. in fin. verbis, ſubdens, quòd non verentur ſub colore, & prætextu, quòd eorum eccleſiæ damnum non patiantur aliorum vſurpare. Quibus addo Excellentiſſimum dominum Decianum conſilio 14. in fin. volumine ſecundo, contra auaritiam inſatiabilem religioſorum ſcribentem: Et aliquid per Merzar. in conſil. 15. pag. 152. poſt medium, & per Alber. in Lanțe. C. quorum appel. non recip. in fine.

2 Secundo † noto litteram text. huius extrauagantis in illis verbis: (Illorum præcipue:) iunctis alijs verbis inferioribus ibi: (exquiſitis medijs vſurpare præſumant:) quòd iſta conſtitutio fuit facta contra fraudatores, vſurpatores, præſumptuoſos, & delinquentes, vt illa verba de ſui natura probant: Et ideo infero ex his, quòd vbi non interuenit fraus, & vſurpatio, iſta conſtitutio non procedit, quia verba illius non adaptantur ad caſus, & cauſas, in quibus palam, & bona fide, ac ſine fraude, & delicto proceſſum extitit, ad contractus factos ſuper bonis, & rebus eccleſiaſticis: quia tunc ceſſat cauſa finalis ipſius Conſtitutionis, quæ ex prohœmio illius colligitur: iuxta l. fin. ff. de hæred. inſtituen. Et in terminis videatur Merzar. in dicto conſil. 15. pag. 152. parum ante medium: vbi allegat iſtam cõſtitutionem, & dominum Alexan. de Neuo in conſilio 30.

3 Tertio † noto ibi: (omnium rerum, & bonorum,) quod per iſtam conſtitutionem videtur prohibita alienatio rei eccleſiæ, quantumcunque modicæ, & modici valoris, & ſic videtur correctus text. in capitu. terrulas. 12. quæſtione ſecunda, vbi probatur, quòd vineola, & terra parui momenti, poteſt alienari, etiam ſine ſolemnitatibus à iure requiſitis, in alienationibus bonorum eccleſiæ: de quo per Merzar. in dicto conſilio 15. pagina 152. in princip. Nam illa dictio, (omnium rerum, & bonorum,) probat: quæ ſtatim dixi, quia qui omne dicit, nihil excludit, gloſſ. in lege à procurato-

ſe.C.mandati. Sed huic obiectioni reſpódetur, ex verbis eiuſdem conſtitutionis, infra ibi. (Præterquam in caſibus à iure permiſſis :) propter quæ verba manifeſtè probatur d. cap. terrulas non eſſe correctum, quia in eo continetur vnus de caſibus à iure permiſſis ; Et ex hoc infero, quòd intentio authoris iſtius conſtitutionis non fuit corrigere iura antiqua. Et hoc clarè probatur per alia verba ſupra inducta, Et quatenus eſſemus in dubio, Idem concludendum eſt. capitu. cum eapediat, de electio, in ſexto. l. præcipimus. C. de appellation. cum cum ſimilibus. Et hoc in terminis, ait Alexand. de Neuo in conſil. 30. ſupra allegato.

4 Quarto, † noto ibi : (alienationem, omneque pactum: per quod ipſorum dominium) ſupple transfertur ; Nam iſta verba intelliguntur, & intelligi debēt (iudicio meo) de alienatione propriè ſumpta, & plena, non autem de alienatione, ſeu contractu emphyteutico, qui non dicitur propriè alienatio, ſtrictè loquendo, gloſ. in l. 1. in verbo (alienationis) circa finem ipſius gloſæ. C. de iure emphiteutico. Et iſte meus intellectus probatur in verbis ſequentibus ibi (vel contractū emphiteuticum) quia cum de iſto contractu fuerit facta mentio ſeparatim, non poteſt dici, quòd author iſtiuſmet conſtitutionis, intellexerit cōtractum emphiteuticum comprehendi ſub illis verbis alienationem, &c. Et facit, quia inquantum loquitur de alienatione, & pacto, per quod transfertur dominium, debet intelligi de totali dominio, ſcilicet directo, & vtili, vt ſic verbum illud, dominium, ſumatur in pouiori ſignificatu, iuxta doctrinam communem Doctorum, pro qua allegant tex. in l. prima §. qui in perpetuum. ff. ſi ager vectig. vel emphiteo. petat. & ibi Alberic. in princip. dictæ legis ponit etiam conclusionem, pro qua latius ſcripſit, Idem Alberic. in l. 1. ff. de bonorum poſſeſſ. colum. 1. nume. 1. Et hæc ſcripta per me in hoc notabili quarto ſunt menti tenenda, ad ea, quæ dicam in ſecunda parte, in princ. Tamen practica obſeruat illam etiam in emphiteoſi ; quia reſtrictio alienationis bonorum eccleſiæ eſt fauorabilis.

5 Quinto, † Noto ibi, hypothecam, quia videtur prohibere nedum contractus, ex quibus dominium transfertur ; verum etiam ſimplicem hypothecam vltra triennium ; ſed quia eſt quæſtio à Doctoribus tacta, præſertim à Iaſone in l. fina. numero 78. C. de iure emphiteotico. & à Neguſantio in ſuo tractatu de pignor. de hypothec. in ſecundo membro 2. partis. numero 28. in quibus locis diſtinguunt inter generalem hypothecam, & ſpecialem, vtrum bona alienari prohibita, & ſic etiam emphiteotica poſſint obligari, & hypothecari, vt etiam habetur per Beroald. in conſilio 127. numero 12. volumine primo. Ideo vlterius non me extēdam in hac quæſtione: ſed me remitto ad dicta per prædictos Doct. quia ſatis eſt, quòd valet intra triennium, vt hic probatur: Salua tamē ſemper diſtinctione illa inter generalem, ac ſpecialem, poſita per Doctores, vt ſupra dixi, & poterit videri Rebuffus, in l. alienationis verbum, ff. de verborum ſignific. vbi tangit quæſtionem iſtam, & ponit rationem, quare prohibetur hypotheca, & obligatio.

6 Sexto, † Noto ibi (locationem, & conductionem vltra triennium:) quòd per iſtum textum corrigitur diſpoſitio clementi. primæ, de rebus eccleſ. non alienan. in fine. vbi permittuntur locationes, & redituum, aut fructuum venditiones ad tempus modicum, quod quidem cenſetur citra tempus decem annorum, & ita communiter tenetur, vt inquit Barto. in l. 1. §. quod autem ait. ff. de ſuperficiebus. numero 3. in fine dicti nume. ſubdens. Et per Canoniſtas in capitu. 1. ſcilicet, in clementina 1. de rebus eccleſ. non alienan. reprobata quadam apoſtilla ibi poſita ad Bartol. ſub littera B, quæ malè intellexit dicta ipſius Barto. ibi. Et contra quam apoſtillam vide Aretinum in §. adeo. Inſtituta de locato, qui allegat Bartolum, tenere in dicto §. quod autem, illam opinionem de decennio.

Et ſi dicatur, Tu dixiſti ſupra in fine, tertij not. quòd intentio hanc condentis conſtitutionem, non fuit corrigere iura antiqua, & tamen ex ſupra proximè dictis apparet de correctione dictæ clementinæ primæ.

Reſpondetur : quòd non corriguntur iura antiqua in ſubſtantia, ſed dumtaxat in illa qualitate temporis decem annorum, quia reducitur ad minus tempus: cū de intentione Pontificis authoris iſtius conſtitutionis fuerit reſtringere alienationes rerum, & bonorum eccleſiaſticorum etiam reſpectu temporis.

Et ad propoſitum, dico eſſe aduertendum, quòd in aliquibus locis Epiſcopi in ſuis conſtitutionibus ſynodalibus adhuc magis reſtringunt tempus huiuſmodi. Nam in conſtitutionibus ſynodalibus Epiſcopatus Bononienſ. prohibentur perſonæ eccleſiaſticæ locare bona eccleſiarum vltra biennium.

7 Septimò, † noto illa verba ibi : (vel contractum emphiteoticum) differentiam fieri etiam in iſto textu : inter locationem, & conductionem propriè. & contractum emphiteoticum, quod apparet, ex quo prius textus loquitur de locatione, & conductione, & poſtea ſubdit, vel contractum emphiteoticum, & iſta differentia ponitur per Doctores in §. adeo. Inſtitu. de locato. vbi Aretinus in quarto notabili dicit clarè : Nota, quòd contractus emphyteoticus, non eſt propriè emptio, nec propriè locatio, Sed eſt certum genus de per ſe ; Nam conſiſtit in pactionibus, & conuentionibus, quę ſemper inſpici debent : quia non dicitur habēre certam, & determinatam naturam, niſi eam, quam partes dare velint, ſed qualiter iſte contractus emphyteoticus fiat ; me remitto ad ſcripta late, & ordinatè per Iaſo. in l. prima. C. de iure emphyte. columna 1. & 2. vbi in ſecunda. ſub numero 6. verſic. adde tamen, &c. firmat : quòd propriè dicitur emphyteoſis, quando eſt perpetua ; quod ait eſſe notandum, propter ſtatuta, in quibus verba ſunt propriè intelligenda, prout ſic intelligenda ſunt in tex. iſtius conſtitutionis, vt infra dicam.

8 Octauò, † Noto ibi, (præterquam in caſibus a iure permiſſis :) quòd iſti caſus habentur per gloſam in ſumma, 12. quæſtione 2. quam gloſam approbat alia, quæ eſt in capitu. 2. de rebus eccleſ. non alienan. in ſexto, ad illam ſe remittendo, ſuper quibus pro nunc aliquid dicere non occurrit ; maximè quia dominus Rebuffus in ſuo compendio alienat. rerum eccleſ. folio 97. verſus nume. 24. cum pluribus folijs, & numē. ſequen. ponit caſus, in quibus res eccleſiæ poſſunt alienari ſine ſolemnitatibus requiſitis à iure, qui caſus ibi videri poſſunt ex ordine.

9 Nono, † Noto ibi, (ac de rebus, & bonis in emphyteoſim ab antiquo concedi ſolitis, & tunc cum eccleſiarum euidenti vtilitate :) Et dico, quòd iſte eſt ſecundus caſus exceptus ab iſta conſtitutione ; Nam iſti duo caſus excepti ab ea, non ſunt ſubiecti cenſuræ huius conſtitutionis, ſed antequam vlterius progrediar ; quia hic habemus in tex. illud verbum, (ab antiquo) Quæro qualiter intelligatur illud verbum, Et licet non meminerim me vidiſſe illud verbum in iure : tamen ego nuper reperij duos text. in quibus dictum verbum habetur, aliter in capit. 2. & 3. de ſepulturis in vi, in quibus ſummus Pontifex loquitur per illud verbum, (an antiquo, & Doctores ſcribentes ſuper dicto capitulo ſecundo, & declarantes illud verbum, intelligunt illud verificari, in ſpacio decem vel viginti annorum, ita firmat Archidiacon. ibi, in primis verbis. Geminian. ibidem in 1. quæſtione, & Philipp. Franc. in 2. columna. qui omnes intelligunt : quòd verificetur in decem vel viginti annis, quia tale dicitur longum tempus, quod etiam tenuit Ioann. And. ibidem ſequendo Archidiac. de verbo ad verbum.

Sed eſt aduertendū, quia hic dr̄ de antiquo, ſecūdum Doct. quæro q̄tum tp̄s requiratur ? & in hoc ſunt tres opiniones, prima eſt, quod requiruntur quadraginta anni ad hoc, vt dicatur tempus antiquum, quam opinionem tenuit Butri. in capitu. veniens. de teſtibus, vbi voluit, quòd ſufficiat tempus quadraginta annorum. Et hanc opinio. ſequitur Alexand. in pluribus conſilijs : ſecunda eſt, vt relinquatur arbitrio iudicis, quando tempus dicatur de antiquo, quam tenuit Butri. in capitu. quoniam contra. de probation. & in capitu. illud. de præſumptio. Tertia vero fuit opinio, quòd requiratur tempus excedens metam centum annorum, & hanc tenet Innocent. in capitu. veniens. de verborum ſignificatio. Et iſtam opinionem dicunt communem Alexan. & Iaſ. in l. cum aliquis C. de iure deliberan. & illam ſequuntur plures Doctoris citati per Crauet. in tracta. de antiquita. temporis, in princip. fol. 3. & 4. ſed iſta ibi poſita per Crauet. procedunt, & habent locum in materia probationis, ſcilicet, quando ſufficiant probationes leuiores, puta de auditu, vel de credulitate, vel per famam, aut per verba enunciatiua, admittendæ in iudicio. Et in iſtis terminis loquitur Barba. in conſilio 43. colum. 2. in 4. volumine, volens, quòd iſtud tempus excedat memoriam hominum. At vbi eſſemus in materia præſumptionis, puta ad præſumendum ſolemnitatem extrinſecam, requiſitam in contractu eccleſiæ, vel minoris, & in ſimilibus interueniſſe ſufficit longe minus tempus, præſertim concurrente vltra longinquitatem

tem

tem temporis : poſſeſſione eius, pro quo præſumptio allegatur & ſcientia, ac patientia eius contra quem allegatur. Nam quandoque ſufficit tempus decem annorum quandoque ſufficit tempus triginta. Et quandoque maius tempus requiritur ſecundum pulchram diſtinctionem Aymon. Crauet. in dicto tractatu, de antiquita.temporis, in 3. parte in princip. & ſucceſſiuè in diſcurſu iſtius tertiæ partis, ad quem ſemper eſt recurrendum, & adde do. Hierony. Gabriel. famoſiſſimum aduocatum in conſil. 36. folio 50. num. 48. cum pluribus ſequen. vbi pulchrè hanc materiam diſcutit. & (vt arbitror) pro veritate, Et ideo cum minus tempus requiratur, in caſu iſto, ſcilicet, quando tractatur de præſumptio. ſolennitatis, doctores regulariter faciunt mentionem de diuturnitate temporis, non autem de antiquitate: vt in caſu præcedenti quando ſcilicet, loquuntur in materia probationis facti de antiquo: Et quia ſequuntur illa verba (concedi ſolitis) neceſſe eſſe videtur pro intelligentia verborum huiuſmodi:, quomodo intelligatur rē eccleſiæ eſſe ſolitam concedi: Et ad hoc videatur Dec. in conſilio 142. volumine primo, in 3. columna, ſub numero 4. prope finem dicti numeri qui dicit quod requiritur, quod ſaltem bis fuerit certo modo cōceſſa ſpacio quadraginta annorum; allegat Bald. Ioann. de Imol. & Alexan. in locis ibi per eum citatis: Et ideo videatur, ſicut etiam videndus eſt vltra Dec. in d. conſil. Redoan. in tractatu, de rebus eccleſiæ non aliena. pagina 246. in §. Item alio caſu videntur, nu. 7. & in pag. 248. eodem §. nu. 10. col. fi. Addo prædictis Martinum Lauden. in c. 1. qui feud. dare poſſunt, pag. 24. nu. 73. verſic. 2. vt valeat, &c. Et rurſus, pag. 132, quæro An. &c.

10 Et † eſt ſciendum, quod iſta qualitas, quod res ſit ſolita concedi in emphyteoſim, eſt magni momenti: quia propter qualitatem huiuſmodi, talis res ſi reuertatur ad eccleſiam propter generationem finitam, poteſt de nouo concedi ſine ſolemnitatibus, vt probat text. in capit. 2. de feud. & Calderin. in conſil. 11. ſub titulo, de feudis. & Paul. de Caſt. in auth. perpetua. quam legit ſub authen. ſi quas ruinas. colum. vltima. verſicu. tu dic, &c. C. de ſacroſan. eccleſ. & plurima cumulat Redoan. in tracta. de rebus eccleſ. non aliena. in dicto §. Item alio caſu videntur, &c. dict. pag. 246. cum duabus ſequentibus. Addo ego prædictis Martin. Lauden. in titu. ſexto, in libro 1. feudorum. pag. 131. verſic. ſecundo quæro, &c. nume. 13. & ibi apoſtilam ſub littera B, Alexand. in pulchro caſu in conſilio 181. volum. 2. colum. penultima num. 11. ver. & licet in alienatione, &c. & per Rebuſ. in compend. aliena. rerum eccleſ. fol. 99. verſic. octauus caſus, &c. ſub nume. 33. & per dom. Riminald. iuniorem excellentiſſimum & famoſiſſimum modernum latè in conſilio 32. Cum reueren. Canonici, &c. volum. 1. in tertia colum. cum ſequen. per Doctores omnes in c. 1. qui feud. dare poſſint, vbi tandem Seyſellius, atteſtando de communi in pag. 165. cum pluribus ſequen. & in pag. 170. declarando iſtā concluſionem diſtinguit, vt procedat nedum in feudo, cuius petitur renouatio inueſtituræ, quia nondum eſt finitum: Sed etiam ſi ſit finitum, & ad eccleſiam deuolutum: Et de hoc articulo aliquid ſcribit Iuli. Clar. in §. feudum. fol. 114. in 2. facie. verſic. nunc pro intelligentia, &c. Et Ruin. in conſil. 41. nume. 39. volum. 1. & Menoch. in conſ. 79. num. 6. cum pluribus ſequen. vſque ad num. 10. volum. 1.

11 Et † ampliatur iſta concluſio, vt procedat etiamſi prælatus iuraſſet non alienare bona eccl. ſuæ etiam in conſulto Romano Pontifice, vt per eundem Seyſel. pag. 108.

12 Secundo, † ampliatur, vt etiam habeat locum, ſi eſſent regalia ſolita infeudari, vt ibi aſſerit.

13 Tertio, † etiam ampliatur, vt prælatus poſſit inueſtire (de rebus ſolitis concedi) eius propinquos, & conſanguineos ſeu cognatos, vt per eundem Seyſel. in pag. 104. vbi hāc quæſtionem examinauit ad partes, & concludit pro iſta ampliatione communem opinionem extare, reſpondendo ad contraria: Et pro dicta ampliatione, adduco domin. Iacob. Menoch. in dicto conſil. 78. num. 19. verſ. non obſtat, &c. volu. 1. vbi inquit veriorem, & magis receptam opinionem eſſe pro dicta ampliatione, & infinitos doctores allegat in tractatibus, conſilijs, & lecturis. Et iſte doctor in eodem conſil. ſub num. 8. 9. inquit hanc opinionem procedere: etiamſi prælatus iuraſſet non alienare, atque ita in emphyteoſim non concedere res eccleſię: quia nihilominus res ſolitas concedi, poſſet concedere, alleg. Abb. in cap. vt ſuper, de rebus eccle. non alien. qui verè id ait: Et pro dicta ampliatione & concluſione, quod agnatis, & alijs prædictis prælatus concedere poſſit, vide Martin. Lauden. in tracta. feudorum, titu. 3. lib. 1. pag. 62. num. 7. cum pluribus ſequen. vbi poſuit regulam: & fallentias, & in apoſtilla ibi poſita ſub littera A, allegantur Cur. in tract. feud. & Dom. Iaſ. in titulo qui feud. dare poſſ. tenentes hāc opinionem pro dicta ampliatione Seyſeli: cui addo Iul. Clar. in d. §. feudum, d. fol. 114. in 2. latere, & 115. in 1. vbi atteſtatur de communi. Et quod hodie de conſuetudine ita ſeruatur, vt potius agnatis; quam alijs concedantur: Et iſtam concluſionem nota, & tene menti contra quoſdam ignorantes qui volentes exaggerare conceſſiones factas per prælatos ſeu adminiſtratores bonorum eccleſiaſticorum eorum conſanguineis de hoc valde vociferant, ac exclamant quorum tamen exclamationes, & vociferationes non ſunt audiendæ, minuſque exaudiendæ: vt ex prædictis patet.

14 Quarto, † ampliatur in decimis ſolitis locari laicis ſeu infeudari, vt ſi ad eccleſiam reuertantur poſſit prælatus alteri laico feudum concedere. Clarus in dicto §. feudū, dicta pagina 114. in prima fac. vbi allegat Iaſ. & alios excellentiſſimos doctores: Et licet ipſe dicat quod potius inclinaret in contrariam ſententiam, tamen ex ſcriptis per eum, ibi videtur pro iſta ampliatione communem ſcotentiam adeſſe.

15 Sed † vltra prædicta diſcutiendum eſt, quantum tempus requiratur & quot actus interueniſſe neceſſe ſit ad hoc, vt ſit res ſolita locari, in quo variæ ſunt doctorum opiniones in capitu. vt ſuper, de rebus eccleſ. non alienan. & in capitu. 1. qui feud. dare poſſ. vbi Andr. de Iſer. videtur requirere: quod ſaltem binus actus interuenerit, & tempus quadraginta annorū requiratur, prout & idem tenuit Iacob. de Bel. ibidem & Bal. ſecundum quod refert Alex. in conſil. 9. (quod ad hoc à doctoribus iamplurimis allegatur) in penul. colum. volum. 3. Et latius examinat referendo plures opiniones Seyſelus in Specu. feud. pag. 271. cum pluribus ſequentib. & alios citat hunc articulum examinātes, & in effectu concludit de ſpatio quadraginta annorum, ſubijciendo tamen aliquas declarationes, Ideo videatur, quia in pagi. 177. examinat, quot actus requirantur & an ſufficiat vnus, vel duo ſaltem ſint neceſſarij, & iſtam dicit communem: quod requirantur duo ad minus, vt in pag. 179. Sed idē doctor videndus eſt omnino in pag. 180. & 181. quia declarat quomodo omnia prædicta ſint intelligēda, & qualiter intelligatur etiam dom. Alex. in dicto conſil. 9. volum. 3. Et ideo videatur, quia melius loquitur quam alius, quem viderim: Et de hoc articulo, ſcilicet, quot actus requirantur, & per quantum tempus vide aliqua pauca ſcripta per Iul. Clar. in dicto §. feudum. folio 114. fac. 2. verſicu. pro intelligentia, &c.

Nō eſt omittendum vnum verbum, quod dicit idem Seyſel. in dicta pag. 181. nam dicit ipſe, quod omnia prædicta per eum in hac materia procedunt, vbi conſtat de initio conceſſionis & de progreſſu, ſed quod in dubio ex diuturnitate temporis, ſi res fuit poſſeſſa feudalis, præſumitur ſolita infeudari, per ea quæ habentur in c. cum Apoſtolica, de his qui fiunt à prælat. &c. & alia ibi per ipſum adducta, quod eſt notandum in practica.

Sed eſt aduertendum, quia dicta concluſio de rebus ſolitis locari concedendis per prælatum ſine ſolemnitatibus alijs requiſitis, vt ſupra, patitur nonnullas limitationes neceſſario attendendas, & ſcitu dignas.

16 Et † in primis limitatur dicta concluſ. vt habeat locum: dummodo prælatus non exceſſerit formam ſolitam, quia tūc conceſſio per eum facta cum tali exceſſu corrueret, ita Clar. §. emphyteuſim. folio 107. in 1. vbi etiam ponit exempla, in quibus excedi poteſt, & an dato exceſſu annulletur in totum conceſſio vel duntaxat in eo quod fuit exceſſum, ibique adducit plures ſuper hoc ſcribentes in varijs locis: cui addo Bec. omnino videndum in terminis huius noſtrę conſtitutionis, loquentem in hoc articulo, in conſil. 92. volumi. 1. & Seyſel. in ſpec. feud. pa. 222. verſic. ſed iſta pulchra, &c. & ponit concluſionem ſuam, fol. 229.

17 Alia † vero limitatio dictæ concluſionis eſt, vt illa procedat ita demum ſi res quæ erat ſolita locari vel infeudari & eſt reuerſa ad eccleſiā, non fuerit incorporata menſę eccleſiæ habentis dominium directum dictæ rei, quia ſi fuiſſet incorporata, tunc non poſſet per pręlatum iterum concedi in feudū, vel in emphyteuſim, abſq; debitis ſolemnitatib. requiſitis ab initio ac ſi nunquam conceſſa fuiſſet; ita tenent omnes doctores in c. vt ſuper. de reb. eccl. non alien. & in c. 2. de feud. & in plurib. alijs locis, tam in lecturis, q̃ in conſilijs; & præſertim doctores feudiſtæ in c. 1. qui feud. dare poſſ. & plures ad hoc allegat do. Rimin. iun. in d. conſil. 32. col. 2. 3. vol.

18 Sed † quomodo cognoſcetur, quando dicatur facta incorporatio dictæ menſæ, & reſpondet gloſa in clement. 1. de exceſſi. prælat. ſuper verbo, (Ad menſam) pluribus modis, vt ibi per eam, ſed Doctores in varijs locis iſtam quæſtionem examinant; & aliter dicunt, & præſertim Barto. Angel. in l. & ſi vacantia. C. de bonis vacant. libro 10. vbi dant plura exempla ad cognoſcendum, quando res eccleſiæ ſolita concedi, & reuerſa ad ipſam eccleſiã dicatur effecta de menſa, ad hoc vt non poſſit relocari ſine ſolemnitatibus, & inter alia dicunt qđ ſi prælatus, puta Abbas, retinuit pœnes ſe ipſam rem per annum recipiendo fructus, redditus, & prouentus illius, præſumatur effecta de menſa, vel ſi propalauerit verbotenus ſe velle illam de cætero eſſe de menſa, vel ſi talem rem deſcribi fecerit in libro, in quo aliæ res de menſa deſcriptæ reperiuntur, & ſuper hoc in effectu habentur plures opiniones, quarum tres ponit Martinus Laudenſ. in ſuo opere feudorum, folio 131. & illum etiam refert Seyſel. in fol. 169. verſicu. Et eſt ratio &c. in ſpecu. feudorum, vbi etiam pagina 186. verſicu. Prima ampliatio, &c. ait: quod non dicitur incorporata etiãſi prælatus acceperit poſſeſſionem: ſed idem Seyſel. pagi. 246. cum pluribus ſequen. latius loquitur, & melius de hac re; & ponit quinque opiniones, & articulum diſputat, & tandem concludit in pagi. 251. quod ſi incorporatio fuit facta expreſſe: quia prælatus declarauit eſſe de mẽſa, vel deputatus ad ſcribendum eam rem, regiſtrauerit in libris eccleſiæ, in quibus alia bona de menſa regiſtrata reperiuntur, iuxta doctrinam Bartol. in dicta l. ſi vacantia: tunc incorporatio dicitur legitime facta, & non poteſt amplius eſſe alienabilis, dom. Riminal. quoque in dicto conſilio 32. in 1. in 2. 3. colum. volumine 1. in hoc articulo ſatis bene loquitur; Et ideo ad iſtos me remitto breuitatis cauſa,

19 Tertia † limitatio dictæ concluſionis deducitur ex doctrina Abb. in dicto capitu. vt ſuper, de rebus eccleſiæ non alien. in 2. colum. verſicu. ego crederem: quod vbi prima cauſa conceſſionis dictaret, &c. dicit enim Abb. ibi ſe credere: quod dicta concluſio de re ſolita locari, vt prælatus ipſe locare poſſet ſine ſolennitatibus, non procedit, niſi duret cauſa primæ conceſſionis, alias dicta cauſa ceſſante putaret, quod eo ipſo, qđ bona redeunt ad eccleſiam efficiantur de menſa: & aſſumunt ſibi naturam aliarum rerum eccleſiæ, ſcilicet, de menſa ipſius eccleſiæ: Et certe (vt dicam quid ſentiam) dicta doctrina Abb. nunquam mihi placuit, prout reperij illam etiam alijs non placuiſſe. Et primo moueor; quia videtur ſolus reſſidere in illa ſua opinione, & doctrina; maxime quia inquantum dicit quod poſtquam res eſt reuerſa ad eccleſiam, eo ipſo efficitur de menſa, Doctores omnes tenent contrarium, conſiderantes alios actus, & tempus, vt ſupra vidimus.

Secundo, quia poteſt occurrere (& de facto vidi) quod propter antiquitatem temporis, & amiſſionem inſtrumentorum & ſcripturarum: quæ de facili propter peſtes & alias nouitates amittuntur, non poſſet conſtare de cauſa propter quã ab initio fuiſſent conceſſa bona, de quibus ageretur in feudũ, vel emphyteoſim, & iſto caſu non poſſet habere locum dicta doctrina, quæ non eſt adaptabilis ad iſtum caſum, & ſic eſt defectiua: Et pro iſta mea conſideratione adduco Calderin. in conſilio 1. ſub titulo, de libelli obl. & Felyn. in capitu. dilecti. nume. 9. de iudic. poſt illum, qui dicunt: quod in antiquis eſt impoſſibile ſcire cauſam: vnde conſtat, quod dicta doctrina non eſt generalis.

Tertio dicit Redoan. quod dictam doctrinam Abb. refert Cardinal. in capitu. 1. in principio, qui feudum dare poſſ. & dicit idem Cardinal. quod communis practica non acceptat dictam doctrinam: quia eſt nimis rigoroſa contra contrahentes cum eccleſia. & mihi videtur quod verum dicat, nam licet idẽ Dom. Clar. vt refert Redoanus in dicto ſuo tractatu, pag. 247. ſub num. 17. & ſeq. dicat, quod talis doctrina eſt æquiſſima, tamen poſſet dici, & teneri contrarium.

Quandoquidem dominus Seyſelus in dicto ſpeculo, pagi. 216. in ſeptima limitatione, quam dat ad regulam affirmatiuam: refert dictam doctrinam & determinationem Abb. & dictam rationem domin. Cardinal. in dicto capitu. 1. qui feudum dare poſſ. & illam declarat, Subd. quod ipſe, non admittit, quod prælatus non poſſit, ſi velit, inueſtire & de nouo concedere rem reuerſam ad eccleſiam, per illum textum, in dicto capitu. 2. de feudis in illis verbis, (ſi videris expedire) quia ſubijcitur ibi verbum (libere) quod permittit in omni caſu infeudationem, vbi prælato videbitur, vt per gloſam, in clementina dudum, de ſepulturis, & per alias deciſiones, & authoritates, ibi per ipſum Seyſelum allegatas; vbi in pag. 218. reſpondet ad regulam capituli cum ceſſante. adductam per Abb. pro fundamento dictæ ſuæ deciſionis: adducens inſuper ſatis bonam rationem, quia dicit, quod ſi diceremus iſtã infeudationem habere cauſam limitatam pro neceſſitate eccleſiæ; & nõ permitteretur liberè ipſi prælato infeudare, certe finita cauſa infeudat. etiam ſi nondum fuiſſet finita emphiteoſis, vel feudum, eccleſia poſſet repetere, nec potuiſſet concedi in perpetuum feudum, ſed ad tempus donec eſſet res meliorata, per ea quæ ipſe ibi ad hoc citat.

Reperio etiam quod domin. Afflictus in conſtitutione regni, in capitu. incipiente, Conſtitutionem diuæ memorię, &c. in libro 3. rubrica 5. nume. 6. verſicu. Secundo quæro, &c. allegat dictam deciſionem Abb. & diſcutiendo ſuper illa concludit, quòd non procedit vbi conceſſio facta fuiſſet cum ſolennitate, quæ requiritur in alienatione rei eccleſiæ, quia tũc ſi poſtea reuerſa ſit res illa ad eccleſiam ſine alia ſolennitate alteri concedere poteſt, & ſine alia cauſa, per dictam gloſam reputatam ſingularem in clementi. frequens. in verbo, (Ad menſam) de exceſſib. prælat & per text. in capitu. 2. de feudis, allegando etiam alias deciſiones & auctoritates, & præſertim Dom. Alexand. in dicto conſilio 188. Viſo & maturè diſcuſſo, &c. colum. penultima. numero 11. verſicu. & licet in alienatione, &c. volumi. 2. & ſic in effectu videtur tenere, quòd dicta doctrina domini Abbatis in dicto capitu. vt ſuper per ipſum ibi inducta, procedat; quando non eſſet ſeruata ſolennitas requiſita in prima conceſſione: Et dicta concluſio principalis, quòd res ſolita locari, ſi reuertatur ad eccleſiam, (ſaluis limitationibus prædictis:) locari poſſit per prælatum: abſque ſolemnitatibus requiſitis à princip. ſi ipſi prælato videbitur expedire, & quidem liberè: multomagis vera erit, & habebit locum, quando talis res fuiſſet locata ab antiquiſſimo tempore centum annorum, & vltra, vel ſaltem prope centum annos, quia tunc non videretur dubitandum in aliquo, de validitate huiuſmodi conceſſionis: neque tunc dici vel allegari poſſet, quod nõ fuerint ſeruatæ ſolennitates prędictæ,

20 † ex quo ſtante diuturnitate tanti temporis præſumeretur ab initio, & tempore primæ conceſſionis talis rei in emphyteoſim perpetuam factæ interueniſſe omnes ſolemnitates, & omnia requiſita ad validitatem ipſius contractus, & conceſſionis: Et ſic præſumeretur licentia ſuperioris, & auctoritas illius: & in effectu præſumerentur omnia alia requiſita in contractu alienationis bonorum eccleſiæ, vt in terminis terminantibus tenuit doctiſſimus modernus Aymo. Crauet. in tractatu de antiquitate temporis, in tertia parte. numero 25. 26. vbi etiam (quod plus eſt) voluit, quòd non ſolum præſumatur ſolemnitas extrinſeca, ſed etiam pręſumatur verſum in vtilitatem eccleſiæ pretium, ſi de pretio agitur, propter antiquitatem temporis, ad quod allegat Dec. & Ancharan. in conſilijs ibi citatis: Et in eodem tracta. folio 221. nume. 27. in prima facie, in ſeptima limitatione, tollit vnã obiectionem, quæ alias videbatur poſſe fieri propter doctrinam Pauli de Caſt. in conſilio 81. In cauſa, quæ vertitur, &c. in ſecundo libro, & aliorum illum ſequentium: dum Paulus dicebat, quòd quando in ipſo inſtrumento conſtabat ſolennitatem non fuiſſe ſeruatam, nec adhibitam, tunc ceſſabat præſumptio, quæ alias deducebatur propter antiquitatem temporis: declarat enim ipſe Crauetta, quomodo hæc doctrina intelligatur: & vult, quòd procedat, quando in ipſo inſtrumento enunciatur ſolennitas, & ex ipſa enunciatione appareret, quòd illa fuit minus legitima, prout etiam ante eum ita declarant Doctores infra citandi, ſcilicet, Felyn. in capitu. ſicut. num. 42. de re iudica. Dec. in conſil. 36. & conſil. 341. Et procul dubio communis & receptiſſima opinio eſt iſta, quòd propter temporis diuturnitatem, & longitudinem præſumuntur in alienatione rei eccleſiæ (& præſertim in emphyteoſim conceſſæ,) interueniſſe omnes ſolemnitates, & ſic etiam authoritas, & decretum, ac licentia ſuperioris, vt firmat Maria. Socyn. Senio. in conſil. 15. inter conſil. Bartholomæi eius filij num. 54. volum. 1. vbi loquitur in lapſu quinquaginta annorum, & vult, quòd illud dicatur tempus diuturnum, & longæuum.

Eandem opinionem tenuit domin. Bartholomæus eius filius in conſilio 266. in 2. volumine. numero 34. loquens in emphyteoſi eccleſiaſtica, maxime quando cum longitudine temporis concurrit poſſeſſio conductoris, & atteſtatur de communi, & vera: ex lapſu triginta annorum, & Gozadin. in conſi. 86. nume. 22. ait: quod ex longiſſimo tempore præſu

mitur

mitur conceſſio facta in vtilitatem Eccleſiæ,& cum licentia,
& ſolennitatibus requiſitis,allegat Soc.in d.conſi.266.& plu-
res alios.Et idem Gozad.rurſus in conſi.11.num.12.idem te-
nuit,& Dec.in conſil. 409.refert Petr.de Ancha.conſuluiſſe,
ꝙ in contractu monialium præſumebantur interueniſſe au-
thoritas Decreti,& licentia ſuperioris,prout etiam ipſe Dec.
alios refert eandem opinionem tenentes in conſilijs,& præ-
ſertim Aretin.in conſi.36.tenentem,quòd propter diuturnita
tem temporis præſumitur pro licentia Papæ. Et eſt doctrina
Dec.in eod.conſi.409. de conſenſu Superioris, quod præſu-
matur expreſſus propter diuturnitatem temporis, & vt requi
rebatur de iure,& reſpondit ad contraria,quæ tunc allegabã
tur:Fely.quoque in dicto cap.ſicut,de iudic.num.34.in 3. fal-
lentia ibi poſita per eum,Dec.in conſi.36.colum.5. in fine. &
6.in princ. atteſtando de communi,& quod ab iſta opinione
in iudicando non eſt recedendum,reſpondens adductis in cõ
trarium, vt ibi per eum in penulti.colum. & idem Doctor in
conſ.319.loquens in caſu,in quo opponebatur non fuiſſe ſer
uatam ſolennitatem huius noſtræ conſtitutionis Paulinę nun
cupatæ, & quod Eccleſia fuerat enormiter læſa Et ad iſta &
alia obiecta reſpondet propter antiquitatẽ temporis, & quod
bona erant ſolita locari, & quod propterea aliæ ſolennitates
non requirebantur,& in fine d.conſilij multum inuehitur con
tra Prælatos,& religioſos,qui ſub prætextu,quod eorum Ec-
cleſiæ damnum non patiatur, aliorum iura vſurpare non ve-
rentur,& in conſi.241.nume.13.colum.7.in princip. ſimiliter
tenet,quod diuturnitas temporis operantur,quod præſumũ-
tur ſolennitates requiſitæ interueniſſe in alienatione bono-
rum Eccleſiæ,& inter alia allegat dictum conſil.Socin.266.in
2.volum.& in eod.conſi.in 6.colum.parum ante nume.12. te
net,quod vbi interuenit Decretum,præſumitur factum fuiſ-
ſe bene,& quod omnis fraudis pręſumptio remouetur,& pręſumitur,quod actus fuerit vtiliter factus,vt firmat Iaſ.in cõſi.
54.num.3.volum.1. ver. Primo moueor, &c. quod etiam te-
nuit Dominus Alexan.de Neuo in conſi.30.Et Grat.in cõſi.
242.volum.2.in 2.colum. firmat,quod prædicta eſt commu-
nis opinio, & in ſpecie, quo ad authoritatem ſuperioris re-
quiſitam etiam ſi eſſet licentia Papæ allegãdo penè infinitos
Doctores,& in ſpecie,quod non poſſit opponi de ſolennitate
requiſita de iure communi in bonis Eccleſiæ non adhibita:Et
conſtitutionem Paulinam non fuiſſe ſeruatam,& quod Eccle
ſia ſit enormiter læſa etiam ſi non exceſſerit tempus centum
annorum ſecundum communes ſententias,vt(ſecundum eũ)
atteſtantur Doctores per ipſum allegati,& conſiderat ſub nu
me.23.quod ex quo in caſu ſuo fuerant factæ plures renoua-
tiones,caſus ille,ſuper quo conſuluit, non videbatur habere
dubitationem,maximè cũ regula ſit,quod in dubio pro poſ-
ſeſſore præſumitur, & quod iſta Extrauagans eſt exorbitans,
& non habet locum in bonis concedi ſolitis. Et tandem Do-
minus Cęphal.in conſi.316.in 3.volum.num.37. dicit, quod
vbi interuenit diuturnitas temporis, præſumuntur omnia in
contractu ſolenniter acta,& in eo interueniſſe omnia,quę de
iure ſunt neceſſaria,& nume.39.& 52. in ſpecie ponit de De-
creto Iudicis,& de magna cauſæ cognitione præſumpta, etiã
ſi in inſtrumento nihil dicatur, vel enuncietur de iſtis,dummo
do triginta anni effluxerint,etiam ſi agatur de magno,& gra-
ui præiudicio alicuius.& ſub nume.45.quod in dubio poſſeſ-
ſor pręſumitur bona fide poſſidere,& quod lapſus triginta an
norum operatur,ꝙ res nullam habet dubitationem.

Et eo magis prædicta locum habere debent in caſibus in
quibus res,de qua ageretur,fuiſſet pluries,& pluries renoua-
ta,& relocata diuerſis conductoribus emphiteutis,vel accipiẽ
tibus in feudum ipſam rem per dictum tempus diuturnum,&
antiquiſſimum, quandoquidem opinio Doctorum ſit, quod
res dicitur eſſe ſolita locari ſi fuerit bis locata ſpacio.40.anno
rum, & adhuc ego magis ſi tales plures conceſſiones fuerunt
factæ per ſolum Prælatum: vel per illum,& Syndicũ,ſeu pro-
curatorem Conuentus,ſine conſenſu capituli,vbi de capitu-
lo,ſeu conuentu agendum eſſet,quia tunc eſſet inducta con-
ſuetudo locandi bona illius Eccleſiæ, vel Monaſterij, quæ in
iſtis terminis eſt attendenda,nec ab ea recedendum eſt, vt per
Alexan.in conſi.189.colum.fina.in princi.in 2.volum.& per
Seyſel.in Spec.feudorum, pag.186.verſi,Niſi forte &c.Et di
cebat Andr.de Iſer.Doctor antiquus,& famoſus in cap.1.
de his qui feud.dar.poſſ.colum.1.nume.4.& poſt eum Affli.
21 ſub nume.16.† quod conſuetudo triginta annorum facit
dationem in feudum tole ab lem,allegãt bonum text. ad hoc
in l.Imperatores. de pollicitation.& ibi Afflit. ſub nume.17.
etiam ponit,quando cõſuetudo dicatur legitimè probata. Et
ad hæc videatur Fely.in cap.in præſentia. de probat. ſub nu-
me.48.circa finem dicti numeri dicens ponderandum eſſe, ꝙ
omnes Doctores dicunt ante omnia eſſe attendendendam cõ
ſuetudinem, & quod ſi illa extat dabit intellectum inueſtitu-
ræ,ſecundum ipſos,quibus ipſe addit notam Innocentij in c.
olim.de verbo.ſignifica.cum his,quæ ipſe dixit in capit. 1.de
probatio,in 6.fallentia,in 7.colum.in fine,& in 8.in princ.ſub
nume. 21. vbi plures bonas deciſiones ad propoſitum addu-
22 cit,aſſerens per Inn.quem allegat,† quod verba legũ, teſtamẽ
torum,& contractuum recipiunt interpretationem a conſue-
tudine,& latius,vt ibi per eum: Pro qua opinione erit viden-
da omnino deciſio Imolæ in l.quod dicitur,de verbo. obliga.
in penul.col.in fi.quæ eſt pulchra deciſio ad iſtud propoſitum
conſuetudinis locandi rem Eccleſiæ ſine ſolennitate.

Ex præmiſſis igitur colligitur intellectus ad verba iſtius cõ
ſtitutionis,in ſecundo caſu exceptionis, de qua in tex. videli-
cet ibi (Ab antiquo locari ſolitis) & etiã colligitur intellectus
ad text. in capitu. ſecundo. de feudis, & tolluntur multa du-
bia,quæ quandoque facta fuere in iſtis conceſſionibus, & re-
nouationibus,de rebus reuerſis ad Eccleſiam ſeu Eccleſias &
monaſteria,factis per Prælatos,& Rectores ipſarum Eccleſia
rum,abſque alijs ſolennitatibus,maximè concurrente (vt ſu-
pra dictum fuit)diuturnitate temporis,& poſſeſſione condu-
ctoris,ac ſcientia,& patientia dominorum directorum.

Et quia ſupra mentionem feci de tempore centum anno-
rum,& de tempore diuturno,Dico,pro intelligentia efficatiæ
23 dictũ temporis,† quod dictum tempus, & tempus de cuius ini-
tio, vel contrario memoria hominis non extat: eandem ha-
bent efficaciam,& dicuntur habere vim tituli,& conceſſionis
ſeu priuilegij etiam à Principe emanati.l.hoc iure. §. ductus
aquæ.ff.de aqua quotid.& ęſti.cap.ſuper quibuſdam. §. præ-
terea,de verbo.ſignifica.& ibi eſt bona gloſſa videnda, & Do
ctores notant,& dicta iura,& alia allegat Crauet.in dicto Tra
cta.de Antiquit.temporis,fol.175.2.facie verſo,in quarta par
te,nume.9.in 2.quæſt.

24 Et † ad vnum notabile eſt aduertẽdum, quod prędicta am
pliantur procedere,etiam ſi non oſtendatur titulus allegantis,
& præſumptus propter curſum tanti temporis,quia ſtatur ſo
li allegationi,immo dicit gloſſa prædicta in dicto capit. ſuper
quibuſdam,quę eſt ſuper verbo(Non extat memoria,) quod
non eſt neceſſe talem titulum allegare.Et ideo infertur, quod
ſi quis allegaret in terminis noſtris licentiam Papæ, eſſet ſtan
dum tali allegationi,vbi tempus centum annorum, vel tem-
pus immemorabile,de cuius initio vel contrario memoria ho
minis non extaret, quod hodie poſſet habere locum in tem-
25 pore minori centum annorum: Ex quo ętates † hominum ab
breuiatę ſunt temporibus noſtris,vt experientia docet, quia
nullli vel pauciſſimi attingunt ætatem centum annorum, &
paucię tatem annorum octuaginta.

26 Secundo † ampliatur dicta concluſio, vt procedat etiam in
regalijs reſeruatis ſupremo Principi in ſignum ſupremæ pote
ſtatis,vt in legitimatione ſpuriorum,creatione Tabellionum,
exactione vectigalium,& pedagiorum,& aliorum,quæ habẽ-
tur ſub titulo,Quæ ſint Regalia, in vſibus feud.quia tales præ
ſcribuntur,& tolluntur,ac acquiruntur ſpacio tanti temporis,
cuius initij memoria non extat in contrarium,vt per Balbum
in Trac.Præſcriptionum in ſecunda parte quintæ partis prin-
cipalis,in 4.quæſtio.fol.115.in parua impreſſione,& per Cra-
uet.in d.Tracta.in quarta parte nume.13.in 4.quæſt.fol. 176.
2.facie,& eſt conſilium Bald.242.Antiqua quæſt. & cap. li.2.
qui ſatis bene loquitur in hac quęſtione,& illum allegat Cra-
uet. in dicto Tracta. fol. 177. in ſexta quæſtio. dictæ quartæ
partis.nume.16.

27 Tertio † ampliatur dicta concluſio,vt dicatur eſſe tantę ef-
ficaciæ,quod ſtante curſu tanti temporis,non requiratur ſciẽ
tia,& patientia Principis expreſſa: Nam licet aliqui vt Alexã.
in conſil. 6. colum. 3. lib. 1.& alij de quibus per Crauet.loco
ſupracitato nu. 14. tenuerint ſimpliciter, quod non requiratẽ
ſcientia aliqua, nõnullis alijs de quibus per Crauet. proxime
dicto numero contrarium tenentibus,tamen ſecũdum ipſum
Crauet,ibi ſub num.15.fol.177.propter tempus tam antiquũ
præſumitur ſcientia Principis,aut Officialium, quod ſufficit,
allegat Salyc.in l. authoritatem. C. vnde vi.& Dec.illum ſe-
quentem in conſi.185.colum.6.& Calder.in conſi.15.Tit. de
præbendis.Et cum hoc ſit verum in tempore,cuius initij, vel
contrarij memoria hominis non extet; multo magis verum
erit in tempore centum annorum, quod eſt maioris effica-
tię,&

tiæ, & iſta duo tēpora ſunt diuerſa, & diuerſis nominibus appellantur, vt firmat Crauet.in d. Tract.d.4. parte,nu.4.5.vbi firmat præſcriptionem centenariam eſſe maiorem; quàm tēporis, cuius initij memoria hominis non extat in contrarium allegat Alex.in conſil.208.col.pen.lib.2.quod eſt notandum, ad propoſitum noſtrum,quia vt ipſe Crauet.aſſerit d.nu.4.in antiquis ſufficit probare memoriam in contrarium non extare:& ſic infertur,

28 † ꝙ vbi ſumus in caſu,in quo non extat memoria hominis in contrarium,dicimur eſſe in antiquis.

Eandem opinionem,ꝙ ſtāte curſu tanti temporis cuius initij &c.non requiratur ſcientia Principis in præſcriptione Rogalium prędictorum,firmat Balb.in Tra.pręſcriptionum in 4. quæſtione 2.partis 5.partis principalis, vbi repetit, ꝙ opinio Bar. tenentis contrarium eſt communiter reprobata, in duobus locis dictæ 4.quæſtionis,fol.115.tamen videatur:quia nō intendo circa hoc vlterius vagari,cum iſta non ſit propriè materia noſtra.Dico tamen quòd hāc opinionem ſequitur Frāc. Bec.in conſ.15.col.2.nu.7.vbi in nu.ſequenti dicit,quòd propter tempus tam antiquum præſumitur ſciētia Principis, aut eius officialium,immo præſumitur etiam cōſenſus Principis, & infinitos allegat.

29 Vltima† ampliatio erit iſta,videlicet,ꝙ dictum tempus centum annorum:erit efficax ad præſcribendum contra Eccleſiā Romanam,vt ex text.in Authentico vt Eccleſia Roma.centum annorum gaud. præſcri. ibi,Cum enim antiqua iura &c. Et ponit Crauet.in dicto Tract.d.fol.175.nu.5.& 8.Ergo neceſſario hoc fortius dicēdū erit in Eccleſiis inferioribus, Aut, multo magis.C,de Sacroſan.Eccl.

Si igitur tempus centum annorum eſt maius tēpus, quàm ſit tempus cuius initij,vel contrarij memoria hominis non extat; Et iſtud tempus proximè dictum ſufficiat,ad hoc vt præſumatꝰ titulus, etiam à Principe habitus,vt inquit dicta gloſa in §.Præterea,ſupra allegato, ſequitur, quòd in terminis noſtris iſtud tempus cuius initij, vel contrarij memoria hominis non extat,dicetur tempus diuturnum,& antiquum,ad hoc,vt in contractu emphiteotico præſumantur interueniſſe omnes ſolēnitates requiſitæ de iure,etiam licentia, & conſenſus Papæ,vbi eſſet neceſſarius,iuxta infra dicenda per me in vltimo notabili.Et ſic ſufficerent tempus citrà annos centum, ita vt ſufficerent anni nonaginta,& fortè etiam octuaginta, per ea, quæ ſupra dicta fuere conſiderando ætates hominum temporum noſtrorum,quod eſt ſummè notandum,

Ex ſupradictis igitur, & ſupra deductis concludi poteſt, ꝙ cum ſtantibus curſu temporis,& oliis prędictis,præſumantur ſolēnitates extrinſecæ requiſitæ in tali alienatione rerum Eccleſiæ,& in ſpecie Decretum,authoritas,licētia,& conſenſus Superioris:ex quibus præſumitur, quòd interuenerit vtilitas Eccleſiæ,non eſt mirum,quòd in renouationibus,quæ poſtea ſubſequutæ fuerunt, non fuerit neceſſe ſeruare rurſus dictas ſolennitates. ſed ꝙ illę potuerunt fieri abſque ſolemnitatibus per ſolum. Prælatum ſine conſenſu capituli, & multo magis per pręlatum vna cum Syndico,& procuratore generali,cum libera, capituli, ſiue conuentus, monaſterij, vel eccleſię, de quorum bonis agitur, quoniam ſufficit, quod tempore primi contractus interuenerint dictæ ſolennitates, quæ interueniſſe præſumuntur propter diuturnitatem temporis, & illius antiquitatem,maximè temporis centum annorum,ſeu illius, de cuius initio,vel contrario memoria hominis non extat,ꝗa eſt pręſumendum, quod eo tempore dicti primi contractus fuerit cognitum per ſuperiorem, vtilitatem eccleſiæ interueniſſe,& alienationem,ſeu cōceſſionem in caſu licito,vtili, ſeu neceſſario factam fuiſſe,quæ quidem cognitio confluit in omnes aliàs conceſſiones, ſeu renouationes poſtea ſubſequutas abſque eo, quod ſit neceſſe,in vnaquaque conceſſione,ſeu renouatione, ſic ſubſequuta: reiterare dictas ſolennitates. Et ideo nimirum,ſi per Doctores communiter firmata fuerit illa concluſio,de qua ſupra,quod res reuerſa ad eccleſiam & non incorporata menſæ illius poſſit renouari,ſeu de nouo concedi,per ſolum Prælatum ſine dictis ſolennitatibus, cum ab initio legitime,& canonicè aperta fuerit via ſic alienandi eandē rem:Et iſta renouatio conceſſio,ſe relocatio dicitur eſſe quædam exequutio determinationis ab initio facta vtiliter, & cū euidenti vtilitate eccleſiæ iuris præſumptione, quæ dicitur eſſe liquidiſſima probatio, l.licet Imperator. ff.de leg. 2.cum ſimilibus. Et ſic apparet non obſtare corruptela aliquarum perſonarum,eccleſiaſticarum,quæ videntes res eccleſiæ antiquitus in emphiteuſim locaras,& ad illas anhelantes propter meloramenta,& emponemata facta,& ſuper illis,per Modernos conductores,& eorū authores,mouent litem,& cauſam cōtra cōductores,& poſſeſſores talium bonorū,vt ſępe, ac ſępius factum eſt, temporibus præteritis:ſub prætextu nullitatis contractus, propter ſolennitates,non ſeruatas, & dicentes:quod quatenus contractus valeret, eccleſia fuerit enormiter lęſa,vt apparet factum, & dictum fuiſſe ſæpiſſimè,vt dixi, ex conſiliis quàm plurimorum, & diuerſorum Doctorum, quorum aliqui coacti fuerunt facere inuectiuas contra tales Eccleſiaſticas perſonas, vt aliquos ſupra tetuli, non valentes ferre iniquitatem,auaritiamque talium perſonarium, quæ erroneè,& vtinam non malignè,prętendunt poſſe probare læſionem inſpecto tempore motæ litis,vel vltimæ conceſſionis,ꝗa iſta eſt practica abuſiua.Nam in primis quoad validitatem cōtractus illius allegari non poteſt,ex defectu ſolēnitatum,quæ præſumuntur interueniſſe ex diuturnitate temporis, vt ſupra

30 probatum fuit, & † quæ ſolennitates, quoniam ab initio interuenerunt, propter quas præſumitur in eccleſiæ vtilitatem contractus celebratus,nullitatis exceptionem opponi nō poſſe,operantur,vt firmat Burſat.in conſi.168.in 2.volum.num.

31 18.& ſequen.& reſpectu læſionis† illa probari debet,per agentes pro eccleſia,& ſic illam allegantes, vt in terminis eſt text. in clemen.1.de reſtitutione in integrum,& ibi gl. & Card. ibidem in 20.quæſtione,& firmat Gratus in conſil. 142. in fine. volum. 2. Ruin. in conſi.35.nume.35. in fine.volum.1.Rola Valle in conſi.92.num.17.volum.2.& Franc.Bec.in conſi.42. num.14.volum. 1. ipſa namque lęſio,vt concludat,& releuet eccleſiam,ſeu Monaſterium,ſignanter probari debet,vt infra dicetur, & quidem reſpectu ad tempus primi contractus, & primæ conceſſionis,& locationis celebratæ, & celebrati ſup rebus huiuſmodi,vt eſt ocdum communis opinio,ſed (audeo dicere)non habens contradictorem:& in prædictis eſt optima gloſſa in cap.ad aures.de reb.eccl.non alie.ſuper verbo(Tūc) quæ incipit,ſcilicet tempore contractus,& allegat bona iura, & ſubdit,& ſic ſpectatur initium contractus,& ſi tunc læditur eccleſia,reſtituitur;alias ſi poſtea fieret res melior,ex ſolicitudine colonorum,qui poſſeſſiones iſtas reddiderunt meliores, non expelluntur,ex quo in princip.eccleſia decepta non fuit. C.locat.l.Aedem,quam.Hęc ſunt verba dictę gloſſę ad litteram,& eſt alia gloſſa non minus pulchra,& notanda in c.cum dilecti,in verbo(tunc)quæ eſt gloſ.3.in d.ca.de emp.& vendi. cuius verba aliter non refero,ſed videatur quæſo, quia bene loquitur ad propoſitum noſtrum,& eſt tex.in c.cum cauſam, quæ inter,ęconomum. De teſtibus,ibi(quanti pretij venditionis tempore,)& ibi gloſſa ſuper hoc vltimo verbo non minus cęteris elegans quas gloſſas dictæ perſonę deberent habere ante oculos,& benè intelligere,quia tunc non errarent,nec temerè conductores bonorum eccleſiæ melioratorum per ipſos conductores,& eorum anteceſſores moleſtarent,prout faciunt in dies etiam aliquando induentes ſe palio fabricæ Baſilicæ Principis Apoſtolroum.Nam illæ gloſſę,non poſſunt eſſe meliores ad conuincendum temeritatem, & errorem taliū perſonarum,cum ſint clare,& tergiuerſari non poſſint,& idē, quod dictę gloſſe tenet Hoſtien.in d.cap.ad aures.dicens, ꝙ illa dictio(tunc)non erat in antiquis Codicibus. Sed dicta addita eſt,vt ſciatur,quod ſi eccleſia dicat,ſe eſſe lęſam, tempus contractus erit ſpectandum,allegat de empt.& vend.ca. cum dilecti,& de electione,c.dudum,& eſt il 2.vbi gloſſa in verbo (electionis tempore,)ſubdēs:quod licet res meliorata ſit multum,hoc non conſiderabitur, ne agricolę ſuam diligentiam, & laborem deſſeant.Eandem opinionem ſequitur Ioā. And. ibidem ſuper illo verbo(tunc)dicēs, quod ſi nunc poſſet plus habere,propter hoc non reſtitueretur eccleſia,tanquam læſa, & magis indicit, quod prioris ſtatus habebitur ratio: Eādem tenet Dominus Antonius ibidem ſub nume.8.in fi.dicens, ꝙ ſi poſtquam poſſeſſio eſt culta,plus poſſet haberi,hoc non eſt attendendum,ne colentium diligentia ſit eis damnoſa.Et dicta opinio, quod tempus locationis, vt ſupra, præciſe debeat attendi,& non aliud tempus,eſt adeo vera, vt non debeat attēdi,quod eccleſia potuiſſet primo plus locare rem, quia hoc non debet obeſſe conductori,ſecundum Innocen.in d.ca. ad aures de reb.eccle.non alien.& hoc ſequitur Iaſ.in conſi. 54. in 1.volum. nume. 4.& in conſi. 55. colum.1. verſi. pręterea ad cognoſcendum & c.eod. volum.& dictam opinionem gloſſæ,quod tempus,quo bona fuerunt initio conceſſa, ſit attendendum,firmat Cardina.Zabarel.in eod.cap. vbi poſt Barto. Brixienſ.dicit vnum notabile verbum, quod etiam prius ibidem dixerat Ioan.And.in fi.ſui commentarij,videlicet, quod euentus damni non indulget reſtitutionem, ſed propria facilitas,

litas,

litas.& aduerſarij callidiras,& ibidem ait Pet. de Anch. in fi-
ne,quod ad hoc:an ſit lęſia eccleſia,nec ne,tempus contractus
inſpicitur, non futurus euentus: Eandem opinionem tenue-
runt famoſiſſimus Dominus Menoc.in Trac.de arbitr.iud.ca
ſu.149.fol.178.nume. 19. cum duobus ſequentibus, Bald. in
conſi.475.in 1.volum.in fine.Merzar.in conſi.15.pag.153.cir
ca medium,vbi allegat dictam gloſ.in dicto capit. ad aures,&
Crauet. In conſi. 188. nume.4. allegans multos ſamoſiſſimos
Doctores, & firmans, quod in ſpecie procedat in eccleſia, &
iſta opinio quoquè probatur ex notatis per Doctores in;l. 2.
C.de reſcind.vend.& in dicto cap.cum dilecti.de emp. & ven
di.vbi Dominus Antonius Burgos, num. 37. in gloſ. 2.& per
Gofred.Beneuenta.in Tract.libellorum ſub rubrica de actio.
ciuili.quanto minoris,colum.penul.num.22.pag. 320. vbi ſi-
gnanter dicit vniuſcuiuſque contractus initium eſſe ſpectan-
dum,vt inquit Pet.de Ancha.in conſi.165.& in additione illi
conſi.facta poſt conſi. 166.Origo contractus eſt inſpicienda,
a cuius primordio poſterior formatur euentus,pro omni tem
pore,& idem Roland.in conſi.32.num.31.volum.4. vbi alle-
gat Crottum,& in effectu(vt dixi)nemo contradicit, & ean-
dem opinionem amplè(poſt Doc.& Calder.per ipſum allega
tos tenet Redon.in d.ſuo Tra.de reb.eccl.non alien.pag.180.
num.137.cum plur.ſequen.per totam illam paginam,& idem
Doctor in eod.Tract.pag.329.num.11.vbi allegat Calder. in
eod.loco,in quo allegauit illum vbi ſupra,videlicet in conſil.
5.de rerum permutatione quod eſt pulchrum conſilium licet
paruum,& certè Dec.in d.con.308.allegato per Redoan. ſub
nume.2.expreſſe tenet quod in allegata læſione tempus con-
tractus attendatur,& ſic a princip.& non attenditur ſi poſtea
re exiſtēte apud emptorem(vt in caſu ſuo)onus quod aderat
in prin.remoueatur,& ſic res melior,& maioris valoris efficia
32 tur,quod † idem eſt in locatione, quia iſti duo contractus fra-
ternizant,vt Inſtitu.de locato,in prin. quod etiam voluit Rui.
in conſi.35.nume.46.volum.1.vbi expreſſe dicit, quod tem-
pus debet attendi:& Rol.a valle alios allegans in conſi.59.nu
me. 35. volum.1.& melius,ac latius firmat Ripa in l.cū bona.
nume. 15, ver. & in conſideranda ęſtimatione &c. de priuile.
credit.qui omnino videatur,quia allegat Barto.& alios inue-
hentes contra auaros Prælatos, & inſatiabiles eccleſiaſticos
volentes grauare emphiteutam maiori penſione, quando vi-
dentrem effectam fertilem.

33 Decimo † Noto ſeparatim illa verba ibi. (Et tunc eccleſia-
rum euidenti vtilitate,) & pro neceſſaria intelligentia huius
tex.quo ad illa verba,quæro an illa dictio(Tunc)ſit referenda
ad nouum contractum, qui fieret, poſtquam res ſolita locari
eſſet deuoluta ad eccleſiam,ſiue monaſterium,nouo cōducto-
ri in emphiteuſim perpetuam, & ſic ad tempus ipſius nouæ
conceſſionis, ſeu relocationis, de re ſolita, vt ſupra factæ per
Prælatum.Et licet aliquibus viſum fuerit,quod tempus dicti
noui contractus ſit inſpiciendum,ad cognoſcendum, vtrum
contractus fuerit celebratus in euidentem vtilitatem eccleſię
ſiue monaſterij, & ita interpretandum ſit Summum Pontifi-
cem intellexiſſe de tempore huiuſmodi noui contractus pro-
pter illam dictionem(Tunc) ſuper qua ita intelligentes iſtum
textum ſe fundarunt, & ſic in effectu voluerunt eſſe neceſſe
ad huiuſmodi cognitionem interuenire debere factum ſupe-
rioris,& illius Decretum, ac licentiam, de veniendo ad cele-
brationem huiuſmodi contractus, quia aliter, & alio modo
non poſſet conſtare de dicta euidenti vtilitate eccleſiæ,tamen
iſta opinio judicio meo (ſalua pace prædictorum) non videi
vera,quia ex ea ſuperfluus labor,& ſuperflua expenſa induci
tur,& reſultat abſonus intellectus, vt infra ſtatim oſtendam.

Et primo,quia quando volumus cognoſcere,an aliqua res
ſit congruè,& in euidentem vtilitatem eccleſiæ locata,cōſide
ramus valorem ipſius rei,& quantitatem fructuum, & reddi-
tuum, qui ex ipſa percipiuntur ſingulo anno, vt ita affictus,
ſeu canon iuſtus taxari poſſit:ſed ſi hoc modo procederetur,
ſequeretur abſurdum, quia æſtimarentur melioramenta fa-
cta,& emponemata facta ſuper ipſa re per antiquos cōducto
res,& emphiteutas,propter quorum mortem vel ſaltem vlti
mi,ipſa res eſſet deuoluta.quæ melioramenta,& emponema-
ta non ſpectant ad eccleſiam, ſiue monaſterium iſto caſu, &
ſic eccleſia vel monaſterium locupletaretur cum aliena iactu
ra,& perciperet affictus de re non ſua,ſed aliena,quia meliora
menta iſto caſu ſpectant ad hæredes vltimi emphiteutæ, vt
eſt clarum in iure,niſi fortè antea ſoluiſſet hæredi primi em-
phiteutæ defuncti pretium melioramentorum, quia tunc, &
non prius talia melioramenta,& emponemata ſpectarent ad
ipſam eccleſiam,ſeu monaſterium.

Præterea offenderetur ſecundum iſtam practicam proxi-
me dictam illa iuris concluſio communiter approbata, quæ
habet,quòd Prælatus rem reuerſam ad eccleſiam ſolitam lo-
cari,poteſt concedere,& locare iuxta ſolitum,& pro ſolito ca
none,abſque aliqua ſolennitate,& quidem libere pro ſuo ar-
bitrio,juxta tex. in cap.2.de feudis,vbi etiam in capit. vt ſu-
per,de rebus eccle.non aliena. Doctores dicunt non eſſe mi-
rum,quod dicta concluſio ita fiat communiter a Doctoribus,
quia talis conceſſio non dicitur eſſe noua conceſſio, ſed exe-
quutio primæ,& Prælatus tunc dicitur vti re illa ad vſum de-
ſtinatum,quia iam ab initio fuit cognitum,& deciſum, atque
ordinatum dictam rem ſic poſſe concedi,& ipſam conceſſio-
nem ſic factam pro illo canone tendere in euidentem vtilita-
tem eccleſiæ,& dictum initium,ac origo ipſius contractus at-
tendi debet, vt ſupra dixi, allegando Pet.de Anchar. & Ro-
land.in conſilijs,& Roſred.in Trac.libellorum.d.fol. 320. nu-
me.22. & per illam regulam l.1.C.de Impon.lucr.deſer. quæ
habet,quod ab initio poſterior format euentus cum ſimi.

Tertio ratione ſupfluitatis,actuum,laborum, & expenſa-
rum,quæ requiruntur in adhibenda cauſæ cognitione, vt ita
percipiatur, an adſit euidens vtilitas, vt requirit iſte text. Et
ſoluendo mercedem Notario rogato de licentia, & Decreto
ſuperioris,& alijs expenſis peritorum,& ęſtimatorum(vt ex-
perientia docet)quia cum iam ab initio fuerit adhita iſta cau
ſæ cognitio conceſſa licentia,interpoſitumque decretum, &
contractus fuerit iuſtus,& in vtilitatem eccleſiæ euidētem tē
dens,prout hæc omnia præſumuntur,ſtante temporis diutur
nitate,vt ſupra probatum fuit, certè non requiruntur rurſus
prædicta, nec illorum reiteratio. Sed prædictæ ſolennitates,
quæ fuerunt ſeruatæ ab initio,& tempore primę conceſſionis
emphitheutæ,probatę,iuris præſumptione confluunt in om-
nes alias ſucceſſiuas conceſſiones & locationes, & ſufficiunt:
nō enim quis ſuperfluis expenſis,& laboribus grauari debet,
iuxta tex.in l.ſi is a quo.§.fina.ff.vt in poſſeſſ.legat. & duplici
onere quis grauari non debet.l.Titia.§.qui in vita,circa finem
dicti §.ff.de lega.2.prout in ſimili voluit Abb.in rep.cap. cum
eſſet,num. 3. de teſt.& in eſt deciſio Bero. conſil. 74. numero
9.volum.primo.

Poſſet tamen teneri opinio prędictorum quando eſſemus
in caſu,in quo bona eſſent deuoluta ad eccleſiam, ſiue mona
ſterium propter delictum emphiteutæ,puta,quia ceſſaſſet ſol
uere annuum canonem per biennium cōtinuum,ſiue rem cō
ductam deteriorasſet,incidendo arbores,vel aliter, aut ipſam
rem alienaſſet ſine conſenſu Domini directi, quia tunc ipſa
fuiſſet deuoluta ad eccleſiam vel monaſterium,cum omnibus
melioramentis,& emponematibus:Et ideo ſi eſſet relocanda
per Prælatum,qui ita illam relocare vellet,& cōcedere in em
thiteuſim, tunc bene putarem eſſe neceſſe, quod interueni-
rent ſolennitates requiſitæ de iure,ac ſi ab initio locanda, &
alienanda foret.

Nec obſtare,ſi diceretur,quod eſſet, res ſolita locari, quia
fateor,ſed dico,ꝙ non erat ſolita locari in eo ſtatu, & termi-
nis,in quibus reperitur nunc tempore deuolutionis, qa tunc
in ea reperirentur dicta melioramenta,& emponemata deuo
luta ad eccleſiam, vel monaſterium propter delictum antiqui
emphiteutæ. Et illud,quod dicitur,rem ſolitam locari, conce-
di poſſe per Pręlatum ſine ſolennitatibus prædictis,habet lo-
cum,quando non fuit alterata:ſed modo ſolito,& iuxta con-
ſuetudinem fuiſſet facta conceſſio,ad quod facit id quod ſcri
bit Seyſel.in ſuo Specu.feudali pag.234.& ſequen.ver.Et plu
ra inferri poſſunt ad quæſtionem &c. & in quam pluribus pa
ginis ſequentibus vſque ad pag.233.incluſiue,in quibus locis
optime loquitur,& latè de hac materia.Ideo videatur,& dice
34 bat Menoch.in dicto conſi.70.num.15.volum.1. † ꝙ non eſt
in poteſtate prælati, etiam cum conſenſu capituli immutare
antiquum ſtatum rei eccleſiaſticæ:& non eſſet conueniens, ꝙ
vellet prælatus facere relocationem eiuſdem rei cum empo-
nematibus, & melioramentis prædictis pro eodem canone,
pro quo fuit ipſa res locata in emphiteuſim ab initio abſque
illis, quia id non eſſet in euidentem vtilitatem eccleſiæ, ſeu
monaſterij, ex quo maiores redditus,& fructus proculdubio
ex ipſa re cum melioramentis, & emponematibus prædictis
perciperentur,quàm percipiebantur ſine illis tempore primæ
locationis.ideo nimirum ſi propter mutationem ſtatus rei,re
quirerentur ſolennitates,quæ alias non requirerentur, vide-
licet quando res ſolita locari iuxta prædicta per mortē vltimi
emphiteutæ fuiſſet reuerſa ad eccleſiam, & prælatus emiſſet
melio-

melioramenta,& emponemata ſpectantia ad hæres dicti vlti-
mi emphiteutæ pro eccleſia ſeu monaſterio, a dicto hærede.
Et in alio caſu ſupra proximè dicto, quando res eſſet deuolu-
ta ad eccleſiam vel monaſterium propter delictum prioris em
phiteutæ ſi prælatus vellet illam rem relocare cum meliora-
mentis,& emponematibus prædictis. ſic, vt ſupra, ad eccleſiã,
vel monaſterium acquiſitis, vel deuolutis, poſſet procedere
opinio illorum, qui voluerunt illã dictionem (tunc) eſſe referẽ
dam ad nouum contractum iuxta prædicta,& etiam procede
re poſſet in illis doctrina Abb. in d. capit. vt ſuper, de rebus ec
cle. non alienan. de qua ſupra diximus, & aliquam diſcuſſio-
nem habuimus.

Sed quando eſſet mortuus prior emphiteuta,& vltimus,&
aliquis (idoneus tamen,& prohibitum) emeret ab hæredibus
dicti mortui eius melioramenta,& emponemata, & requiſito
prius prælato domino directo, an vellet emere illa pro eccle-
ſia,& ipſe reſpondiſſet, quod non, & dediſſet licentiam dicto
hæredi vendendi tali emere volenti,& poſtea facta emptione
per talem, de dictis melioramentis,& emponematibus,& præ
latus dominus directus nomine eccleſiæ, vel monaſterij con-
cederet rem ipſam ita ſolitam locari in emphiteuſim perpe-
tuam illi emptori dictorum melioramentorum,& emponema
tum, ſoluto ſibi laudemio, & pro eodem canone,& cum eiſ-
dem pactis ſolui, & ſeruari ſolitis per alios antiquos emphi-
teutas, ita quod dici non poſſet fuiſſe factam aliquam altera-
tionem,& diuerſitatẽ a ſolitis in præiudicium eccleſiæ,& pro
ut ſic quotidiè,& regulariter ſeruatur in practica, iſto caſu di-
cendum,& intrepidè concludendum eſt, quod ipſe prælatus,
& dominus directus de iure poſſet ipſam rẽ in emphiteuſim
perpetuam concedere dicto conductori, ſaluo eccleſiæ, ſeu
monaſterij ſemper iure directi dominij,& ciuilis poſſeſſionis,
& iſto caſu non requirerentur aliquæ ſolennitates requiſitæ
ab initio tempore primi contractus,& primę conceſſionis em
phiteuticę perpetuæ, nec eſſet dubitandum de vtilitate eccle-
ſiæ vel monaſterij per ea, quæ dixi ſupra & ita loquuntur Do-
ctores ſupra allegati pro communi concluſione, quod res ſoli
ta locari poteſt cõcedi per prælatum ſine ſolennitatibus alias
requiſitis, quando eſt ad eccleſiam reuerſa, & adhuc non in-
corporata menſæ ipſius eccleſiæ, ſemper intelligendo abſque
35 alteratione, † quæ eſſet in damnum eccleſiæ, vt per Alexan-
drum in conſi. 9. in 3. volum. & ponit egregie Seyſel in Spec.
feud. titu. qui feud. dar. poſſ. pag. 219. in 8. limitatione, de qua
ibi, vt infra.

Et iſto caſu proculdubio illa dictio (Tunc) non eſt referen-
da ad iſtum contractum, qui ita iuxta practicam ſupra proxi-
mè relatam fieret, cuius vigore prælatus inueſtiret iſtum no-
uum emphiteutam, poſt mortem antiqui emphiteutę propter
quam mortem res huiuſmodi fuiſſet ad eccleſiã reuerſa, pro-
ut in caſu propriè loquitur textus in d. c. 2. de feudis, ex quo
deducitur illa concluſio, ꝙ res ſolita locari &c. de qua ſupra.

Et quod dicta dictio (tunc) non ſit referenda ad iſtum ca-
ſum, probatur, quia licet dictio (tunc) denotet extremitatem
temporis. l. 4. §. fin. de condi. & demonſtratio. & l. vxori vſu-
fructus villę. ff. de vſufruct. leg. quas ll. allegat Bart. in l. in illa,
nume. 3. colum. 2. ff. de verbo. obliga. ſecundum paruam im-
36 preſſionem, tamen † illud procedit, quando in diſpoſitione eſt
præfixum certum tempus expreſſe, puta quinquennium, vel
aliud ſimile tempus,& quæritur, an poſt illud complerum, vel
ante diſpoſitio habeat effectum; At in caſu huius noſtræ Cõ
ſtitutionis non eſt præfixum tempus aliquod certum, cuius
extremitas poſſit conſiderari, ergo &c. ſed poſſunt conſidera
ri duo tempora, videlicet tempus antiquum,& initium, ac ori
go locationis bonorum huiuſmodi, vt ſit neceſſe, quod tunc
interuenerit vtilitas Eccleſię,& ſimiliter poteſt conſiderari tẽ
pus conceſſionis & locationis factę per prę latum, poſtquam
res eſt ad eccleſiam, reuerſa,& ſic nouus contractus, ergo ille,
qui ſe fundat in hoc, quod illa dictio ſit referenda ad nouum
contractuum, non dicitur concludenter probare ſuam inten-
tionem, argumen. text. cum ibi notatis in cap. in præſentia de
probatio. vbi illud verbũ, minor, poterat referri ad duo tem
pora, videlicet ad ętatem annorũ quatuordecim, & ad ętatẽ
annorum vigintiquinque nondum completas,& ibi dicitur,
quod propter iſtud verbum dubium intentio ſe fundantis in
37 eo non fuit probata,& eſt clarum, ꝙ † probationes debent cõ
cludere. l. neque natales. C. de probatio. l. non hoc. C. vnde le
gitimi: Et quidem de neceſſitate ſecundum Bar. quem omnes
ſequuntur in l. 1. ff. ſi cert. & eſt gloſ. ſuper verbo (Dubium)
in dicto cap. in præſentia. §. verum Syndicus reſpondere &c.
verſi. præterea &c. quæ dicit, quod qui probat clare, & aper-
tè debet probare, quod ſi non faciat, non prodeſt talis obſcu-
ra probatio, allegat cap. cum tu. de teſtibus.

38 Et ad propoſitum ego reperio, quod † iſta dictio (tunc) eſt
apta ſignificare,& importare plura tempora, ſecundum Grã-
maticos, videlicet præteritum, præſens,& futurum, vt bene
declarat Ambroſius Calepinus in ſuo Enchiridion in littera
T. dictione (Tunc) ſi igitur ſignificat,& importat tria tempo-
ra, non eſt, quare magis ad vnum, quam ad aliud dictum Ad-
uerbium referamus, ergo intentio volentium illud referre ad
contractum nouum, eſt ambigua,& non concludit de neceſſi
tate,& per conſequens intentio ſua non dicitur concludenter
probata per ea, quæ ſupra dicta ſunt.

Præterea eſt aduertendum, quod ſi dictum aduerbium, ſeu
dicta dictio (tunc) refertur ad contractum vltimum in eſſe de
ductum ſecundum dictam practicam regularem ſupra relatã
de re ſolita locari, in quo non fuerint obſeruatæ ſolennitates,
ex quibus conſtiterit de euidenti vtilitate, hoc erit inducere
nullitatem ipſius contractus: Sed ſi referamus ad initium con
tractus, quod inſpiciendum eſt, ad hoc, vt cognoſcatur eui-
dens vtilitas, vel lęſio,& ſimus in tempore diuturno ſaltem tri
ginta annorum, tũc contractus erit validus, quia præſumptio
ne iuris, ſolennitates requiſitę erunt præſumendæ, & conſe-
quenter præſumendum erit, quod contractus fuerit in euidẽ
tem vtilitatem celebratus, iuxta deciſiones ſup. allegatas, qui-
bus addo Dominum Alexan. de Neuo in conſi. 30. vbi, quod
quando interuenit Decretum iudicis præſumitur contractũ
fuiſſe celebratum in euidentem vtilitatem eccleſię & ſic con
tractus valebit, ergo potius erit facienda relatio dicti aduer-
bij ad iſtum caſum, quam ad illum, per quem nullitas ſequere
tur: fauorabilis enim eſt illa interpretatio, quæ facit pro vali-
ditate actus, l. quotiens. ff. de reb. dub. cum igitur negari non
poſſit, quin illud aduerbium propter diuerſitatem temporũ,
ad quæ referri poteſt, ſit ambiguum, certe ratio nos impellit,
vt applicemus illud ad tempus, quod facit actum valere. d. l.
quotiens. & argum. eorum, quæ ponit Dec. in c. quoniam Ab
39 bas. de officio delega. dum vult, quod † pręſumptio, quæ facit
actũ valere, ſit validior cęteris,& præferatur omnibus alijs, vt
ibi per eum ſub numero 16. & in apoſtila ſub litera A. & ad
40 iſta pro opinione noſtra facit, quia † contractus præſumitur,
verus, validus, & iuſtus, donec probetur contrarium. l. cum
precibus. C. de probatio. cum ibi notatis. & ideo ſi conductor
produxerit inſtrumentum contractus conceſſionis ſibi factæ
de re ſolita locari ab antiquo declarando iſtud verbum iuxta
ſuperius dicta, ſtabitur eius inſtrumento, & contractui in eo
deſcripto,& qui voluerit dicere illum contractum eſſe nullũ,
vel iniuſtum & eccleſiam fuiſſe lęſam, tenebitur hoc probare
maxime, quia (vltra prædicta) præſumitur pro poſſeſſore. l.
communi. §. inter prædones. per Barto.& apoſtillantes ad eũ
citantes alias doctrinas. ff. communi diuidundo,& in §. com-
modum. Inſtitu. de interdictis: Et ſuperius dixi,& probaui, ꝙ
allegans lęſionem,& ſic contractum iniuſtum, eccleſiæque dã
noſum, tenetur id probare, etiam ſi eſſet eccleſia, ad quod al-
legaui Crauetam in conſilijs. Et facit, quia vbi eccleſia lędere
tur,& damnificaretur, hoc ſonaret in delictum cõtrahẽtium,
& delicta nõ pręſumuntur, niſi probẽtur, l. merito. ff. pro ſoc.
41 vulgata l. qui accuſare. C. de edendo, & vbi † actus poteſt ſe
habere ad delictum, & ad non delictum, eſt in dubio præſu-
mendum pro non delicto, vt eſt doctrina Barto. communiter
approbata. in l. non ſolum §. ſed vt probari. ff. de nouiope-
ris nunciat.& eſt glo. in l. iuriſgentium. §. quod ferè. ff. de pa-
ctis, quam doctores ſequuntur ibi,& alibi ſæpe. Et ideo ex his
infertur, quod licet contra huiuſmodi præſumptiones publi-
cas admittatur ad probandam lęſionem eccleſiæ, tamen pro-
42 pter dictas præſumptiones erit neceſſaria † probatio multum
clara,& exactiſſima. Ita Ang. in l. fina. ff. quod metus cauſa. Et
aiebat Dominus Alexan. de Neuo in terminis, quod requiri-
tur in caſu iſto probatio valde clara per teſtes valde graues,&
ait, quod propter huiuſmodi præſumptiones volens probare
contrarium oneratur grauiori probatione. Præterea conſide-
ro, quod ex quo de iure cõmuni permittitur prælato, vt poſ-
ſit liberè rem ad eccleſiam reuerſam locari ſolitam, & menſæ
non incorporatam, relocare,& de nouo concedere in emphi
teuſim. c. 2. de feudis, & ita illũ tex. omnes intelligunt. Et dica
mus, ꝙ iſta conſtitutio noſtra non intendit corrigere ius com
mune in hac parte, vt comprehendat res ſolitas locari, vt pa-
tet in illis duabus exceptionibus, videlicet in vltima earum
ibi (Præterquã in caſib. a iure pmiſſis,& de reb.& bonis &c.)

non

non eſt taliter interpretanda ipſa conſtitutio, vt per eam inducatur iuris correctio, vt etiam dicebat Alexan. de Neuo in dicto conſi. 30. ſed ſi diceremus eſſe quærendum de vtilitate eccleſiæ tempore noui contractus, qui fieret, poſtquam res eſſet reuerſa ad eccleſiam, requirerentur ſolennitates requiſitæ a iure, & præſertim Decretum, & licentia ſuperioris, cum cauſæ cognitione, & ſic in effectu corrigeretur diſpoſitio dicti ca.
43 a. & communis concluſio Doctorum, de qua ſupra, quæ correctio iuris non eſt inducenda per tacitos, & ſubauditos intellectus, ſed potius euitanda. c. cum expediat. de electione in 6. per Gratum in conſi. 26. colum. pen. volum. 1. & per Ioan. de Ana. in conſi. 36. colum. 2. & bene per Abb. in c. vt debitus. de appellatio. colum. 7. in prin. & octaua in medio.

Summa igitur rei in hac materia eſt, vt quod quãdo ſumus in re in emphiteuſim ab antiquo concedi ſolita reuerſa ad eccleſiam, & non incorporata, & per prælatum cõceſſa nouo emphiteutæ ſub eodem canone in forma ſolita, & cum iiſdem pactis, ceſſante omni alteratione damnoſa eccleſiæ, vel monaſte
44 rio, (Alteratio † enim quæ fieret in melius, & in euidens commodum eccleſiæ, fieri poteſt per prælatum, vt per Seyſel. in d. ſuo Spec. pag. 235.) iſto caſu concurrentibus prædictis ſaltem triginta annorum poſt contractum conceſſionis, & locationis, poſſeſſor de iure non poterit moleſtari, ſub prętextu lęſionis, niſi probetur dicta lęſio clarè, & apertè per teſtes graues, & bene concludentes per prædicta, & per infra dicenda. Et hæc tanto magis procedent, ſi adfuerit curſus longè magis tẽporis triginta annorum, puta annorum quinquaginta, vt in caſu Domini Mariani Socini in dicto conſi. 25. in 1. volum. inter conſi. Domini Bartholomei eius filij, vel tempus octuaginta, ſeu nonaginta annorũ, quod poterit dici tempus, cuius initij vel contrarij memoria hominis non extat, & eſt differens à
45 tempore centum annorum, quod † dicitur tempus antiquiſſimum, vt per Iaſ. in l. cum aliquis. C. de iure deliberan. Et iuxta ea, quæ ſupra dicta ſunt poſt Crauet. in trac. de antiquitate temporis, per me declarata, vt ſupra. Et præſertim quando cũ præmiſſis aderit poſſeſſio conductoris, & patientia domini directi, ſeu dominorum directorum, licet iſtas duas vltimas qualitates retulerim ex abundanti, quia ſine illis vera erit determinatio prædicta.

Sed quoniam ſæpe, ac ſępius dictæ perſonæ eccleſiaſticæ, poſtquam vident ſe non poſſe obtinere eorum intentionem, contra emphiteutas, & conductores bonorum eccleſiarũ, ſeu monaſteriorum ſuorum, vt in litibus per ipſas motis cõtra ipſos emphiteutas ſuper nullitate contractuũ, conuolant ad allegationẽ læſionis, & petitionem reſtitutionis & reſciſſionis contractus: Idcirco pro declaratione prędictorum, & huius articuli læſionis, & reſtitutionis, opere precium mihi viſum fuit ſuper concernentibus illas, ſcilicet reſtitutionẽ, & lęſionem infraſcriptas deciſiones, & authoritates adducere, firma tamen manente ſemper ſupra proxime facta concluſione.

46 Et in primis ſciendum eſt, quod † non ſufficit quælibet læſio, ad obtinendum reſciſſionem contractus alias validi, per remedium reſtitutionis in integrum. l. ſcio. de in integrum reſtitutione. Et ideo dicebat Dominus Abbas in cap. cum ex litteris. de in integr. reſtitutione, colum. 1. in 1. no. per illum textũ in illis verbis (ſe læſam enormiter) quod petens reſtitutionem debet ſe fundere ſuper enormi læſione. Vnde dicit ipſe, non ſufficit libellanti allegare ſimpliciter ſe eſſe lęſum, & aſſignat rationem, vt ibi per eum, qui videatur quia ponit pulchram doctrinam ad hoc. Et pro ea eſt gloſſa in l. interpoſitas. in gl. a. C. de tranſaction. & eſt doctrina Soc. in dicto conſil. 226. nume. 24. cum ſequen. volum. 2. vbi dicit clarè, quod talis reſtitutio non competit poſt quadriennium, vt probatur in capit. 1. & 2. de reſtitutione in integrum in 6. ſed ſubdit tollendo obiectionem factam de lapſu dicti quadriennij, quod ob enormiſſimam læſionem conceditur reſtitutio etiam poſt quadriennium, & allegat gloſſam communiter approbatam in dicto c. 1. in fine. de reſtitutione in integum in 6. declarans hoc dictũ procedere, quando præiudicium, ſeu damnum eccleſiæ eſt grauiſſimum, ſeu euidẽtiſſimum, & ponit, quando dicaẽ damnum graue, ſeu grauiſſimum, vt ibi per eum, qui videatur omnino. Et ſimiliter videatur Dominus Abb. in cap. ad noſtram. de reb. eccle. non alienan. clariſſimè hoc tenentem in 2. col. in fine, dum reſpondet obiectioni de lapſu quadriennij, & ait, quod etiam auditur eccleſia poſt illud tempus, puta, propter grauiſſimum præiudicium. propter quam doctrinam corroboratur dicta deciſio Soc. in dicto conſil. 266. & dicit Dominus Bero. in cap. de in integ. reſtitu. nume. 78. ſuper gloſ. a. quæ eſt ibi in verbo (Detrimentum) ex verbis ipſius gloſ. & Abbatis ibi, quod eccleſiæ non ſuccurritur per beneficium reſtitutionis in integrum, niſi ob graue, & enorme prę iudicium: nam reſtitutio in integrum fundata eſt ſuper enormi lęſione, qua deficiente illa non competit, & aduertatur, quia loquitur ibi dom. Bero. poſt alios prędictos in caſu in quo non tractabatur de lapſu quadriennij, quia in dicto caſu, in quo Dominus Bero. loquitur, ſufficit damnum eſſe graue, & enorme, & in hoc differt a caſu, in quo loquitur Socin. in conſi. ſupra proxime allegato vbi erat lapſum tempus quadriennij dati eccleſiæ currentes a tempore contractus, de quo ageretur, quia tunc requiritur læſio enormiſſima, & præiudicium enormiſſimũ, nec ſufficeret graue, vel enorme præiudicium infra eo caſu. Et ita loquitur Socin. in loco præcitato, quod eſt valde notandum in practica. Et præſertim quando præſumptio iuris eſſet pro conductore, & emphiteuta, quia vt dixi, tunc exactiores, & illuſtriores probationes requirerentur, & de iſta materia lęſionis allegatę pro parte eccleſiæ, ſeu monaſterij, & reſtitutionis ob id petitę, multa ſcribit Redoan. in dicto ſuo trac. in quęſtione 23. pag. 476. & ſucceſſiuè vſque ad paginam 479. incluſiuè, & loquitur de quadriennio conceſſo ad inchoandam, & finiendam cauſam reſtitutionis, de quo in d. clemen. 2. de reſtitu. in integrum, & ſignanter in d. pag. 479. propè finem, dicit, quod gloſ. in dicto cap. 1. de in integ. reſtitutione, in 6. vult, quod lapſo quadriennio eccleſia audiatur, ſi ſit lęſa enormiſſimè, & quod illam gl. ſequitur Siculus in cap. 1. eod. titu. & Aretin. in §. rurſus. Inſtitu. de actio. 6. colum. ver. ſed in tempore &c. ſubdens, quod ſi ceſſat enormiſſima lęſio, reſtitutio lapſo quadriennio cõceſſa non valebit, & allegat Barto. Nico. de Neapoli & gl. ad queſt. 238. cap. Tollo. Et in caſu tranſactionis factæ per monachos Sancti Benedicti de Fauentia cum communitate ipſius ciuitatis, in qua monaſterium fuit enormiſſimè lęſum, (vt præſupponitur) conſuluit Dominus Hyppol. Riminal. in conſi. 67. in 1. volum. nume. 26. & ſequen. quod reſtitutio concedi deberet, licet eſſet elapſum quadriennium per multos annos ab inſtrumento dictæ tranſactionis, ſtante dicta lęſione enormiſſima, allegat textum iuncta gl. in ca. 1. de reſtitutione in integrũ, in 6. & Abb. in d. cap. ad noſtram. & Romanum in conſil. 12. quę omnia confirmant, & corroborant dictum conſi. 266. Soc. ſen. in 2. volum. ſupra allegatum, quod ſimiliter etiã confirmatur, & quidem clarius ex adductis per Bero. in conſi. 39. nume. 14. in penult. colum. volum. 3. vbi inter alia dicit, quod in caſu enormiſſimę lęſionis, & damni maximi (ita pręciſè loquitur ipſe) ſuccurritur eccleſiæ, etiam poſt quadriennium, & ſic reſtitutio in integrum, quæ ſui natura ſolet eſſe temporalis, ſtãte dicta lęſione efficitur perpetua, & durat per triginta annos, propter enormiſſimam lęſionem, & latius per Dominum Burſatum in conſil. 168. nume. 39. vſque ad finem dicti conſilij, volum. 2. quod omnino videatur, quia plura ad propoſitum huius materiæ dicit.

Sed aduertendum, quia in iſtis terminis eccleſia, ſiue monaſterium implorans reſtitutionem in integrum, debet prius implere pro parte ſua, & reſtituere, quicquid ex illo contractu accepit, quia reſtitutio ita facienda eſt, vt inquit iuriſconſul. in l. quod ſi minor. §. reſtitutio. ff. de minor. 25. anno. & eſt text. clarus in l. vnica. C. de reputat. vbi imperator aſſignat rõnẽ, dicẽs, quod qui reſtituit in integrũ, ſicut in dãno morari nõ dẽt, ita nec in lucro. Et hoc habet locũ in quolibet contractu, vt legitur in iſto textu, & in hoc nullus cõtradicit, ſed oẽs ſequũtur, ex quo adſunt iura clara. Ita enim cõſuluit Cra. poſt alios, quos allegat in conſi. 17. nume. 14. volum. 1. arguens, quod ille, qui agebat in caſu ſuo, vt reſtitueretur, non poterat obtinere, quia prius ipſe non impleuerat pro parte ſua, & non ſolum non reſtituerat pretium acceptum, ſed nec quidem illud obtulerat. Et idem per omnia conſuluit Domi. Roland. a Valle in conſi. 59. pag. 338. num. 7. volum. 2. & Tob. Non. in conſi. 88. nume. 11. verſi. accedit poſtremo &c. poſt Paris. quem allegat in conſi. 96. nume. 112. vſque ad finem dicti conſilij, volum. 1. & Natta in conſi. 371. in fine. volum. 5. & nouiſſimè Burſatus in conſi. 168. in fine, num. 43. volum. 2.

47 Supereſt, vt † videamus, qualiter probetur lęſio allegata per eccleſiam ad reſciſſionem contractus, ad effectum obtinendæ reſtitutionis, vt ſupra. Et ad hoc reſpondetur, quod Doctores dant plures modos probandi valorem rei, vt ſic cognoſcatur allegata lęſio, an adſit, & quanta ſit, & vbi ſumus in contractu facto ſuper re eccleſiæ, retinendo ſemper, & conſiderationem habendo ad illud quadriennium, an ſimus infra illud, an vero ſit lapſum, quia vbi ſummus infra illud propter pręſumptionẽ

iuris,

iuris, quæ eſt pro validitate contractus, & pro excluſione delicti requiruntur probationes illuſtres, & præclare, iuxtà ea, quæ ſupra dixi, ſed ſufficit læſio enormis: ſi vero ſimus extra dictum tempus, tunc vltra claritatem, & grauitatem probationis requiritur probatio enormiſſionę læſionis in ſuperlatiuo gradu, atque etiã vltra prædicta retento, & cõſiderato, quòd probatio dictæ læſionis concludat de tempore initij, & originis celebrati cõtractus, vt ſupra lariſſimè probatum fuit. Quibus retentis, & ſemper conſideratis, vnus modus poſitus, per Doctores in practica ad cognoſcendum, & probandum dictã lęſionem allegatam, eſt: quod iudex ipſe ſubijciat rem exiſtimandam oculis proprijs, & capiat informationes: ita, vt diligenter ſe informet de valore ipſius rei, hanc practicam ponit Barto. in l. ſecunda. C. de reſcin. ven. ſub num. 20. in parua impreſſione, vbi ait quod eſt practica vera, & clara. Sed certè quamuis iudex ſe diſponeret ad ſe conferendum ad viſitandum ipſam rem, tamen ſi contractus conceſſionis fuiſſet celebratus per longum tempus ante acceſſum ipſius iudicis ad rẽ, difficile eſſet eſſet illum poſſe ſe de veritate valoris, & ęſtimationis ipſius rei informare de tempore ipſius contractus, prout requiritur, quia illud duntaxat attendi debet, vt ſupra dictum fuit, & ſic tunc non eſſet clara talis practica. Sed illa doctrina Barto. ſaluari poſſet in caſu, quo contractus conceſſionis, ſeu locationis fuiſſet celebratus de recenti, puta per lapſum anni, vel biennij, vſque ad quinquennium, quia in tam breui tempore poſſent reperiri vicini homines periti habentes cognitionem de ipſa re, a quibus poſſet ſe informare, & etiam per viſionem ipſius rei, quæ in tam breui tempore non potuiſſet pati magnam mutationem, & alterationem, licet aliqui aliter ſentiant in d. l. 2. pro quibus facit tex. in l. non intelligitur. §. Diui fratres. ff. de iure fiſci, & dicunt Doctores, q in caſu iſto de præſenti non pręſumitur in pręteritum.

47 Et pro iſta ſaluatione doctrinæ Bartoli, † ſeu practicę per eum poſitæ, vt ſupra, vide Panthaleon. Calderin. in repetit. d. l. 2. colum. 86. cart. 22. vbi plura ex ijs, quę dixi, adducit pro dicta practica, & illius ſaluatione, & quæ practica eſt communiter recepta, & illam ſequitur, & communem aſſerit idem Pantal. in dicta repet. colum. 82. cum duabus ſequentib. multa pro corroboratione illius adducens. Et illũ ſequitur in hoc Cagnolus in repet. d. l. ſecundę. nume. 238.

48 Sed antequã vlterius progrediar in hac materia, quã † Doctores difficilem appellant, & maximè quando probatio valoris rei immobilis, & ęſtimatio, ac liquidatio illius eſt facienda per teſtes, ſecundum Aretinum in §. ſi quis agens, Inſtitut. de action. colum. 3. circa finem, & per Felyn. in loco ſtatim citando, qui poſt Cardinalem dicit eſſe difficilimam, & in qua materia Bartolus confusè, & inuolutè proceſſit, & poſuit practicam probandi valorem prædictum inſipidam, vt inquit Cagnol. in d. repet. num. 231. dico, quòd a pluribus gloſ. & quàm plurimis Doctoribus in pluribus & diuerſis locis tractatur, vt patet ex cummulatis per Fely. in cap. cum cauſam quę inter ęconomum. de teſtibus, nume. 1. iunctis dictis in apoſt. ſub littera E. ad ipſum Felynum, quæ incipit corpora. Et ideo, qa nimis longum eſſet referre opiniones gloſſarum, & Doctorum huiuſmodi, ex dictis per eos, videntur poſſe colligi infraſcriptæ concluſiones.

49 Prima igitur concluſio, erit: quod † teſtes examinati ſuper ęſtimatione rei immobilis, debent aſſignare cauſam concludentem communem ęſtimationem, non autem ſingularem, q communis ęſtimatio, cum varietur ex tempore, & loco, vt in l. pretia rerum. ff. ad l. falcidiam. debet ſe reſtringere ad locũ, & tempus venditionis, ſiue alterius contractus, ex quo quis dicit ſe læſum, vnde debent dicere de re fructum faciente, quòd res ſita in tali loco tanti redditus, ſolebat vendi tali tempore, communiter tanto pretio. & communiter reputabatur valere tantum, & pro tanto communiter vendita fuiſſet, ita firmat Fely. ex dictis Domini Abbatis, & Bartoli, quos refert in d. cap. cum cauſam, colum. 1. num. 1. Et huic concluſioni videtur adhærere Cag. in d. repet. nu. 236. ver. ſi tamen teſtes in viſu deponerent &c. & in rei veritate in iudicijs iſta prac. communiter, & regulariter obſeruatur, & illa vtimur in cauſis, in quibus occurrit probare valorem rerum ſtabilium.

Secunda concluſio erit, quod teſtis deponens ſuper valore, & æſtimatione rei, vt ſupra, non probat, niſi reddat cauſam dicti ſui, vt firmat Felynus addendo dictis Abbatis in d. capit. cum cauſam. in d. colum. 1. in fine, vbi plures alios allegat. Et ego addo Iaſ. in §. plus autem. Inſtitu. de actio. colum. 2. num. 12. qui declarat hoc procedere, etiam ſi ipſe teſtis non fuerit interrogatus de cauſa, allegat Bal. qui ad hoc etiam ab alijs allegatur in l. ſolam, in 12. colum. verſic. quæro nunquid de ęſtimatione rei &c. C. de teſtibus, & in alijs locis ibi per eum citatis, & Bat. in Tract. ſuo de teſtibus. in 3. colum.

Addo etiam Felynum in cap. cum cauſam. il 1. col. 3. num. 19. de teſtibus, allegantem dictas doctrinas Bar. Bald. & Inn. ibi. Item addo Calde. in d. repetitione d. l. 2. colum. 91. verſi. quod modo in hac materia &c. vbi aſſignat rationem huius concluſionis. Et ſubdit in practica ſemper eſſe conſulendum parti, vt producantur teſtes, qui ſint ſapientes, & circumſpecti, ac approbatę fidei, quia perſonarum qualitas bona ſupplet defectum dicti, prout ad hoc poſſent plura allegari ſecundum ipſum.

Et pro iſto dicto Calderini inquantum ait eſſe concludendum &c. facit doctrina Cagnoli in dicta repetitione poſt Aretinum, quem allegat in d. cap. cum cauſam. colum. 4. quod facilius probatur ęſtimatio per valde peritos, & laboratores expertos. & conſuetos deponere de ęſtimatione agri ruſtici, cuius haberet notitiam, & vt latius per eundẽ Cag. nume. 241.

Tertia concluſio, quæ ex dictis gl. & Docto. percipitur eſt

50 iſta videlicet, quod † teſtes, ad hoc, vt probent, debent addere in ſua depoſitione, rem tanti communiter vendi poſſe, homini ſcienti qualitates ipſius rei, ad quod eſt gloſſa in l. mortis cauſa capimus. ff. de donatio. cauſa mortis, quæ eſt lex. 18. illius tituli in §. fina. in glo. penul. ſuper verbo potuiſſet, quæ allegat concordantes, vbi Bart. ſummat hoc modo. Res tantum valet, quantum vendi poteſt homini ſcienti eius conditionẽ, & recipiẽti in ſe periculum rei. Et ſubdit, quod bene nota. Et quod non ſufficit momento tantum potuiſſe vendi, & quod requiratur in ratione dicti teſtis reddenda, quod adducat rẽ tantum valere, quia ſic venderetur homini ſcienti eius conditionem, onera, & qualitates, pro tanto pretio, tenuit Calderinus in dicta repetitione, colum. 91. præallegata in prin. ibi, aliquando vero eorum ratio &c. Et ſequitur Fabianus de monte in Trac. de empt. & vend. in 8. quæſt. princip. circa finem, & Aryus Pinellus in d. repetione in 3. parte fol. 193. in 2. fac. nume. 18. verſi. nec attendi debet pretium &c. vbi benè loquitur in hoc puncto, quia de cęteris ibi dictis per eum non loquor. Et iſta opinio habet in ſe magnã rationẽ, iudicio meo, quia ſi res eſſet obnoxia alicui oneri, ſeu ſeruituti, & in ea cõcurrerent qualitates extenuantes valorem ipſius rei, non eſt credendum, nec præſumendum, q aliquis eſſet tam fatuus, q illam emeret eo pretio, quo emeret, ſi eſſet libera, & abſque aliquo onere, & alijs qualitatibus prædictis, quia nemo præſumitur ſuum iactare, vulgata l. cum de indebito. ff. de probatio. & vbi non apparet, q teſtis deponens de valore, & ęſtimatione rei, habuerit notitiam de qualitate, & conditione ipſius rei, & de oneribus extenuantibus pretium, & valorem illius, non poteſt concludenter probare, iuxta veritatem ipſius valoris, quia dicitur vagari in incerto, & ambulare in tenebris, & ideo ex hoc infero, quod ſtandum eſt dicto illius glo. in d. l. mortis cauſa capimus in §. fin. & ſummario Barto. ibi poſito, de quo ſupra dixi, non autem dicto ipſius Barto. in l. pretia rerum. ad l. falcidiam. vbi videtur tenuiſſe contrarium, dicẽdo, quòd hoc allegare potius ſpectat ad aduerſariũ, quinimo ad volentẽ probare valorẽ rei, vt cõcludat ſe fuiſſe læſum ſpectat onus id probandi cõcludenter, aliàs probatio ſua, illum non releuat. Et ad officium iudicis, vel examinatoris ſpectat, interrogare teſtem deponẽtem ſuper valore rei, de qua diſputatur: Vtrum ipſe ſciat bene qualitates & conditiones ipſius rei, & an ſit libera pęnitus ab omni onere necne: nimirum igitur, ſi Ioan. de Imo. in d. §. fi. dixit cautius eſſe, ad omne dubiũ tollẽdum, articulare ſpecificè ſecundum Bar. ibi, Addo quod ipſemet Bar. in l. nõ intelligitur, §. Diui fratres. ff. de iure fiſci, tenet opi. gl. in d. l. mortis cauſa capimus, affirmans expreſſe, q teſtes debent dicere, quod tantum poterat vendi homini ſcienti cõditionem rei, & Cur. Iun. in conſil. 165. nume. 18. ver. accedit ad confirmationem præmiſſorum &c. tenet eandem opinionem, & (vltra Bart. in loco ſupra proximè allegato) allegat eundem Bar. & cęteros Alexãdrum, & Modernos in l. 1. §. hæres. ff. ad Trebellianum. & Fely. in d. cap. cum cauſam. il 2. de teſtibus. & certe Dominus Ripa in d. §. ſi hæres, nume. 25. in ſecundo notabili, notat ſecundum Barto. q res debet ęſtimari cum qualitatibus ſuis, quod eſt menti tenendum ad ea quæ dicimus infra, allegat text. in d. l. mortis cã. & in l. ſi ſeruus. la 2. ff. de cõd. furt. dicẽs, q glo. ibi colligit declarationẽ ad regulam vulgatam, q res tanti valet, quanti vẽdi põt, dicit ipſe ſcilicet homini ſcienti conditiones, & qualitates rei.

minus

minus enim valet res propter onus annexum, ex quo infert Soc. ibi, quòd res non tanti ęſtimanda eſt propter pactum de retrouendendo, adiectum venditioni, quanti ſi libera venderetur, quia ratione illius pacti minus valet, & alia exempla ponit ibi poſt alios, quos allegat. Adducit etiam inſpiciendam eſſe perſonam venditoris, qualitatem loci, vbi res ſita, & ſituationem rei, puta ſi ſit propè flumen, vel ſi ſit in montib. caſmati ſupoſitus; Item qualitatem loci originis, & qualitatem vicini boni, vel mali. Et ex hoc infert ſtare optimè illam declarationem, quod res tanti valet, quanti vendi poteſt, ſcilicet homini ſcienti qualitates, rei, & ſic infertur, quod teſtes debent addere iſta verba ſuæ depoſitioni, iuxta dictam gloſſam, in d.l. mortis cauſa capimus. d.§. fin. & Bart. ibi, & in dicto §. Diui fratres, quicquid dixerit Cagn. in dicta repetitione. nume. 257. quia opinio dictæ glo. & ſequacium videtur communis, & vera, ac etiam rationabilis.

51 Puto tamen eſſe aduertendum, quia videtur, quod † Doctores fruſtra laborent, dum diſputant in d. l. precia, & in d. §. ſi hæres. An ad actorem habentem probare læſionem, ſpectet onus probandi qualitates rei extenuantes precium, & valorem ipſius rei: An vero ſpectet ad ſe defendentem eas probare, de quo etiam per Cagnolum in d. repetitione dicta l. ſecũda. num. 247. quia ſi iam concludimus ſecundum communem, & veram opinionem teſtes inductos ad probandum valorem rei, debere eorum depoſitioni addere illam qualitatẽ, & declarationem, de qua ſupra ſcilicet homini ſcienti conditionem, & qualitatem ipſius rei:

Sequitur, quòd ad actorem inducentem tales teſtes ſpectat onus probandi tales qualitates, quia niſi teſtes huiuſmodi illas ſciant, non poſſent concludenter ita deponere: & cum dictæ qualitates conſiſtant in facto, non præſumuntur, & quia tales qualitates ſunt annexæ rei, & neceſſario rem extenuant, cũ intrinſecæ ſint, & ſic videtur ceſſare fundamentũ eorũ, qui dicunt, quod præſumptiuè concluderet depoſitio teſtis, facta ſine illa adiectione, & declaratione, quia ne verè, nec præſumptiuè concluderet probatio talium teſtium ita ſimpliciter deponentium, & maximè conſiderando, quod res debet æſtimari cum qualitatibus ſuis, vt inquit Bar. & poſt eum Ripa in d. 2. not. in d. §. ſi hæres. nu. 29. vbi etiam idem Ripa glo. & iura de quibus ibi ad hoc allegat, cui addo Fabian. de Monte in d. tract. in 9. quæſt. 8. quæſtio. princi. nume. 25. fol. 333. qui in effectu idem firmat, non enim poſſet teſtis ęſtimare rem cum omnibus ſuis qualitatibus, ſi illas ignoraret, vt ego alias dicebam in quæſtione facti in quadam cauſa, in qua agebatur de re emphiteutica, & in emphiteuſim perpetuã conceſſa ęſtimãda per peritos per partes electos iudicialiter, quorum vnus ęſtimauit rem ipſam tanquam liberam, & allodialẽ, non habito reſpectu ad onera, q a dicta res vti emphiteotica erat ſubiecta, & ad pericula, & damna a caſibus fortuitis obuenientia, quorum damnum ſpectabat ad conductorem. Et ſic concludebam, talem ęſtimationem fuiſſe nullam, & non eſſe habendam in aliqua conſideratione.

52 Quarta concluſio eſt iſta, quod † quando valor rei probatur per teſtes, debet probari, quod tantum valebat tempore contractus, & ſi dicerent teſtes ante per annum tamen valuiſſe, non concluderent, quia debet præciſè attendi valor rei, qui erat venditionis tempore, ita firmat Dominus Fabian. de Mõte in dicto trac. dicta 9. quæſtione, dicto num. 25. pag. 334. vbi allegat plura bona iura ad hoc. Et nota: quia illud dictum Domini Fabiani, & ſic iſta concluſio, eſt contra vnũ dictum Bart. in d.l. ſecunda. C. de reſcind. vend. vbi dicit, quod ſi quis vellet probare per teſtes, illud eſſet difficile, & poſtea dicit, quod poſſet tamẽ ſic probari vno modo læui, ſi de hoc eſſent teſtes, qui dicerent, quod tunc temporis ante, & poſt viderunt quâplurimos homines volentes eam rem emere pro tanto pretio communi ęſtimatione &c. nam illud, ante, & poſt, nõ videtur apponendum in articulo, quia quãdo tractamus de probatione temporis, eſt ſignanter, & pręciſè probandum de illo tempore. l. cum actum. ff. de neg. geſ. maximè cum in hac materia, iura, quæ in ea allegantur, & de quibus ſupra, loquuntur per dictionẽ (tunc) quæ denotat extremitatem temporis. l. in ſubſtitutione, vbi Bar. de vulgat. & pupillar. cum ſimil. de quo tamen vide Cagnolum in dicta repetitione, num. 238. vbi in primis dicit, quod verior eſt opinio Barto. in dicta l. pretia, vbi ſentit omittenda eſſe illa verba, & quod iſta opinio eſt tenẽda in rebus immobilibus. Et poſtea allegando Bal. in eadem leg. ſecunda dicit, quod ſi teſtes probent per annum ante tempus contractus, rem tantum valuiſſe, probatio præſumptiuè concludit, quia non præſumitur rei deterioratio, & pretij mutatio in tam breui tempore per locum a communiter accidentibus, niſi probetur, & ſic videtur contra illud dictum Domini Fabiani, pro cuius tamen opinione facit Aryus Pinellus in repetione d.l.2. fol. 193. nume. 15. verſi. in hac materia &c. ibi, ego putarem omnino &c. vbi ſub num. 16. declarat hoc procedere, niſi traditio rei, vel exequutio negotij conferreretur in futurum, quia non attenderetur tempus conuentionis, ſed exequutionis.

53 Quinta concluſio eſt, quod † non valeret dictum teſtis, qui deponeret, res iſta valet tantum, quia ego illam emerem tanti, quia ſic deponendo, deponeret de affectione ſua ſingulari, & non de communi ęſtimatione, & pretio: & propterea licet eſſent plures, & plures teſtes, immo ſecũdum aliquos ſi eſſent mille, non probarent, quia omnes eſſent ſingulares, ita Calderinus in dicta repetitio. colum. 94. verſicu. redeundo igitur ad propoſitum &c. & eſt communis opinio, prout etiam voluit Bar. in l. 2. C. de reſcind. vend. nume. 17. cum ſequen. in parua impreſſi. vbi ait ſecus eſſe, ſi dicerent quod tantum dediſſent pro communi æſtimatione, & in effectu ſi appareret, quod habuiſſent ipſi teſtes reſpectum ad communem ęſtimationem, quæ ſemper eſt attendenda, vt per Pinellum de mente omniũ in dicta l. 2. in tertia parte, fol. 193. in 2. facie, nu. 17. tunc poſſet admitti illorum probatio.

54 Sexta concluſio eſt, quod † res immobilis ęſtimatur ex fructibus, & redditibus, ita in terminis tenet Aryus Pinellus in repetitione d.l.2. fol. 184. num. 28. in 3. parte allegat gloſſam ibi per l. ſi quos, eod. tit. in illis verbis illius textus ibi, rei qualitas, & fructuum quantitas, & textum in l. ſi fundum per fideicommiſſum. ff. de leg. 1. ibi, excuſſo pretio ſecundum redditum, & ibi gloſſa, & Doctores. Et certè Iaſ. in d. l. ſi fundum, in 1. not. quod colligit ex illis verbis, ponit iſtam concluſionem dicens, quod iuſtum pretium rei immobilis probatur ſecundum ęſtimationem redditũum, qui inde percipiuntur. Vnde quando expedit probare valorem rei, modus in practica eſt, quod fiat probatio, quod tãtum annuatim communiter percipitur ex ea. & res ex qua tantum percipitur, communiter valet tantum, ad rationem tot pro centenario, ex quo ſequitur (ſecundum eum,) quod teſtis deponens rem tantum valere, eo quia de ipſa percipiuntur tot fructus ſingulo anno, qui aſcendunt ad tantum, bonam rationem reddit, & deinde adducit alia iura hanc cõcluſionem probantia, & poſtea infert, quod domus precioſę ſunt quodammodo ſteriles, quia non reſpondẽt redditus pretio domorum correſpondentes, addens quod ſimiliter vna turris multum valeat, & parum redditus habet.

Ex quibus ſic dictis infertur, quod aliter, & alio modo eſſent ęſtimanda ſimilia ędificia puta arbitrio achitectorum, & peritorum in ſimilibus, non autem habito reſpectu ad redditus, vt etiam animaduertit Pinellus in d. repet. d. fol. 184. in 2. facie, d. num. 28. & pro hoc dicto eſt tex. in Authentico de nõ alienan. aut permut. in §. quod autem dictum eſt, &c. & in glo. ſuper verbo, mechanicis, quæ videatur.

Qui Pinellus poſt Iaſ. in d.l. ſi fundũ per fideicõmiſſum, adducit in loco pallegato, nu. 29. q integrale pretiũ rei immobilis ęſtimatur ex quãtitate redditũũ viginti annorũ, per tex. & glo. in Auth. de nõ alien. reb. eccl. in §. ſi vero, gl. Saly. & alij in auth. ꝑpetua. C. de ſacroſan. eccl. ſubdẽs, q id tanq̃ cõiter receptũ tradit Iaſ. in d.l. ſi fundũ, addẽs plures alias authoritates, licet alleget inter alios Cag. qui latius hũc articulũ examinat, & declarat, cuius ſcripta vidẽda eſſent, qñ caſus occurreret, q a, vt aduenit ẽt ipſe Pinellus, quãuis ſecũdũ receptã opinionem iuſtũ pretium cẽſebitur illud, cumulatis penſionibus, vel redditibus ipſius rei per ſpacium viginti annorũ reſultabit in caſu illius legis, in quo tp̃s contractus inſpicitur, talis cõputatio fieri nõ põt, quia de tpe in tempus pretia variantur, d. l. pretia rerũ, & vt omnes cõſentiunt, addaĩ, q eadẽ rõne idẽ erit dicendum in caſu, & terminis noſtris in quib. quo ad cognoſcendũ allegatã lęſionẽ eccleſiæ, eſt inſpiciendum tempus contractus, vt ſupra concluſum, & probatum fuit, & hoc ſine dubio concludendum eſt.

55 Prætera eſt aduertendum, q † in caſu, quo ęſtimatio eſſet facienda, ſecundũ quantitatem fructuum, non ita ſimpliciter hoc eſſet intelligendũ, ſed dupliciter declarandum, Et 1. quia vltra cõſiderationẽ quantitatis fructuũ, ſeu redditũũ eſt conſideranda qualitas ipſius rei, videlicet, An ſit ſubiecta periculis fluminis, vel malorum vicinorum, in loco ruinoſo, vel inundationibus aquarum ſubiecto &c.

Secũdo eſt aduertendũ ad modum cognoſcẽdi quantitatẽ

ipſorũ fructuũ.& redditutuũ,quia in ruſticis fundis, non eſt ha-
bendæ cõſideratio,duntaxat ad fructus anni,ſed ſunt conſide
randi ſaltẽ fructus trium annorum proximorũ, qui cumulãdi
ſunt,& partiendi ęqualiter,vt ſingulo anno detur portio con-
grua,vt poſt Afflictũ firmat Pinellus loco ſup.citato,nu.30.

Et quantũ ad illud,quod dicebat Pinellus loco ſupra cita-
to de cumulatione fructuum viginti annorum,ipſius rei faciẽ
da ad cognoſcendum iuſtum pretium rei,licet hoc non videa
tur poſſe adaptari ad caſum noſtrum,ſicut nec ad terminos d.
l.2.C.de reſcind.vend.per rationem ſupra dictam, tamen vi-
deatur Caſtrens. qui clarè ſuo more loquitur in authentica ſi
quas ruinas.C.de ſacroſan.eccle.ſub qua legit authenticam ꝑ
petua.eod.titu.& hoc in 2.colum.vbi notat gloſſam dictæ au
thenticæ perpetua in verbo(quod ſi res.)& mandat illam no-
tari, Subdens, quia ſemper ad eam recurritur.Et loquitur de
iuſta penſione rei,videlicet,quod quando facit veram vigeſi-
mam partem veri pretij,illa pars dicitur iuſta penſio, quod ait
eſſe notan.ſi minor vellet reſtitui in integrum aduerſus loca-
tionem, quam feciſſet, quia diceret,quod pro non iuſta pen-
ſione dedit, & hoc poteſt etiam adaptari ad eccleſiam, quæ
ęquiparatur minori,vt eſt receptiſſimum in iure.Et ſic ex hac
doctrina Caſtrens.poterit haberi,quæ ſit iuſta penſio rei loca
tæ vltra illud,quod vidimus de iuſto pretio ipſius rei per ſu-
perius dicta,quibus ego addo Cephalum in conſil.412. colũ.
fina.num.61.volum.3.& Burſat.in conſi.84.num. 19. volum.
1.qui alios citat.Et Alciat.in l.propemodum, de verb. ſignifi.
num.5.vbi etiam ſub num.6.dicit vnum verbum, quando de
reſciſſione propter læſionem ageretur,ſcilicet, quod is cenſe-
tur læſus,qui a communi curſu aberat,& etiam in ead.l.videa
tur Rebuffus in colum.fina.ver.ſed dubium eſt &c.

Pręterea ponit idem Caſtrens. in loco prædicto alium ca-
ſum notabilem, dicens: quod interdum non eſt damnum ec-
cleſiæ nec etiam vtilitas,quia res non eſt ruinoſa,nec diminu
ta.Tamen(dicit ipſe:)ſi quod detur alteri, nõ reſultat damnũ,
tunc ille qui adminiſtrat,poterit dare in perpetuam emphy-
teuſim,ſed tunc non diminuitur,niſi ſexta pars penſionis, &
ratio,quare hoc fit.ponitur per gloſſam ibi ſuper verbo (ſex-
tam partem.)& dicitur hoc fieri in recompenſationem dam-
ni,quod emphyteuta ſuſtinere poteſt,quia ſibi non fit remiſ-
ſio mercedis propter ſterilitatem , quæ tamen fieret ſimplici
cõductori, vt l. ſi merces. §. vis maior. locati. ſed ego addo,
quod etiam non fieret remiſſio emphyteutæ propter alios ca-
ſus fortuitos vltra ſterilitatem , quia hoc eſt de natura ipſius
contractus, ꝙ caſus fortuiti pertineant ad conductorem , ſed
ipſe Caſtrenſ.loco præallegato vlt.colum. in princ. opponit,
quod res in emphyteuſim perpetuam poſſit dari pro penſio-
ne vnius nummi per gloſſam in authentica qui rem,infra eo.
titu.ſed ſoluit dicens,tene menti.quòd iſtud declarat iſtas au
thenticas.Nam debent intelligi,quando ille,qui recipit, nihil
ſoluit pro pretio rei,ſeu pro intratura,vt vulgariter dicitẽ.Sed
ſi ſolueret pretium,non dico totum(dicit ipſe) poſtquam ple
num ius in ipſum non transfertur,ſed cum aliqua diminutio-
ne,puta,quia valebat.70.& datur pro 50.tunc poteſt dari pro
quacunque modica penſione.vt in gloſſa , & ita communiter
fiunt iſti contractus , vt ipſe inquit. Deinde refert opiniones
nonnullorum in iſto articulo , qui tenebant,contractum hu-
iuſmodi ſic factum non valere,poſtea ſubdit,alij dicunt,quod
ſuſtinentur de conſuetudine quam Papa ſcit,ac tollerat. ſub-
dens. Tu dic, quod etiam de iure ſi poteſt apparere, quod ille
ſoluit pro intratura,& pretio ſummam iuſtam, & rationabi-
lem,ſupple, valebit : ſed ſi non poteſt apparere,tunc, aut fuit
conceſſa tanto tempore tali modo, quod completa ſit legiti-
ma pſcriptio,puta, ꝑ 40.annos vel vni,vel diuerſis,& tunc nõ
põt retractari.Et ſi reuerteretur ad eccleſiã propter aliquam
cauſam poſſet ꝑlatus eod.mõ alteri cõcedere, tanquã ſit con-
ſueta dari per c.cũ de beneficio,de præben.in 6.iuncto c.2.de
feudis,ſed ſi præſcriptio non eſſet completa,poſſet retractari
talis conceſſio,tanquam indebitè facta,& per hoc omnes opi
niones ad concordiam reducuntur.

56 Sed † videtur aduertendum, quia in quantum dicit ſi reuer
teretur ad eccleſiam propter aliquam cauſam . Iſtud dictum
gñaliter dẽt reſtringi , vt nõ procedat qñ reuerteretur ad ec-
cleſiam, ꝑꝑ afflictus non ſolutos,vel propter alienationem fa-
ctam per emphyteutam,irrequiſita eccleſia , vel propter non
petitam renouationem, quã ex pacto conuento petere te-
nereẽ,vel propter abuſum rei , quia iſtis caſibus res diceretur
eſſe reuerſa ad eccleſiã propter delictũ emphyteutę, & ipſi ec
cleſiæ,tunc eſſent acquiſita omnia melioramẽta,& iura , quæ
habebat emphyteuta.in & ſuꝑ dicta re,& illius occaſione. Et
ſõ nõ poſſet ita ſimpliciter prælatus eo.mõ alteri cõcedere,vt
dicebat ipſe Caſt.ſed ſi vellet ipſe ꝑlatus dictã rẽ relocare,ne-
ceſſe eſſet adhibere ſolẽnitates,quæ ab initio requirebanẽ in
cõceſſione ipſius rei,quæ adhuc non fuiſſet cõceſſa, ſeu loca-
ta in emphyteuſim,vt ita alias ſupra declaraui.

Et notandũ eſt iſta deciſio Caſtrenſis in quantum tenet, ꝙ
completa præſcriptione 40.annorum,nõ poſſet retractari, &
quę deciſio addenda eſt ad ea,quæ ſup.dicta ſunt de diuturni
tate tpis , & ex dicta doctrina iuſtificatur quędam Bulla ſan-
tiſſimi Domini noſtri Papæ Gregorij XIII. ſub data Romæ
apud Sanctum Petrum die 12.decembris 1572. Pontificatus
ſui Anno primo,per quam reſtringit ampliſſimã poteſtatem
cõceſſam per præceſſorem ſuum commiſſarijs deputatis pro
Fabrica Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Vrbe , diſponen-
do,ꝙ dicti commiſſarij quouis quæſito colore,vel ingenio ſu
per contractibus emphyteuticis rerum eccleſiaſticarũ, ac illa
rum conceſſionibus,& inueſtituris,aut alienationibus, illarũ-
que validitatibus,& inualiditatibus,ante quadraginta annos
celebratis,computandos à die primæ locationis, & ceſſionis,
ac alienationis per eccleſiam in laicos factæ ciues Bononien-
ſes,eiuſdẽque ciuitatis,& comit.incolas,& habitatores inqe
tare,vexare,& ꝑturbare nõ poſſent,aut valerẽt,lites, & cau-
ſas corã dictis cõmiſſarijs motas ſuper dictis contractib. ante
quadraginta annos celebratis,ad ſe aduocando,& extinguen
do,& vt alias in dicta Bulla plenius cõtineẽ,tum quia ſtãte di-
cto curſu tpis,& ſtantib.morte primorum conductorum,vel
authorum modernorum poſſeſſorum,& amiſſione inſtrumẽ
torũ,propter varios caſus contingentes,non poteſt doceri de
obſeruatione ſolennitatum requiſitarũ: itaque moderni poſ-
ſeſſores indebitę moleſtarentur a dictis commiſſarijs regulari
ter rigoroſis , & abutentibus priuilegijs cõceſſis per ſummos
Pontifices dictæ fabricę: quod etiã inferri poteſt ad prælatos,
& adminiſtratores eccleſiarum,& monaſteriorum. Et ad hoc
bene quadrat deciſio Cald.in d.conſil. 1.de libelli oblatione,
Fely.in d.c. dilecti.de iudi. quos ſup.allegaui dicentes , ꝙ ꝑꝑ
diuturnitatẽ,vel antiquitatẽ tpis, non poteſt conſtare de cau
ſa.& iſta pſertim debẽt habere locũ in cõceſſionib. factis de
tempore centum annorum,& vltra ſeu de tẽpore immemora
bili,maximè quãdo fuerunt cõceſſiones,& locationes huiuſ-
modi,nedũ ſemel,ſed bis,& ter renouatę , & vltra quandoq;:
quia non eſt veriſimile ꝙ tot prælati,& adminiſtratores bono
rũ eccleſiæ , nõ cognouiſſent nullitatẽ cõtractus , vel læſionẽ
eccleſiæ,& non ꝗſiuiſſent iura illius deducere, & rẽ ipſam ad
ius,& proprietatẽ plenariã eccleſiæ vel monaſterij reducere.

Non omitto ad propoſitum præmiſſorum vnũ conſilium
57 Baldi quod eſt 103.in 1.vol.paruulum,vbi † quærit, & ponit,
qualiter debeat ęſtimari nuda proprietas , & qualiter emphi-
teuſis perpetua . ad hoc, vt ad illud habeatur recurſus ad
eum vbi caſus occurreret prout aliquando occurriſſe vidi de
facto , & periti ad hoc electi fuerũt ancipites in ęſtimationi-
bus faciendis.Et nota,quòd Baldus ibi dicit, ꝙ res tantum va
let,quantũ vendi põt,ſcienti eius cõditionẽ: Nã iſtud dictum
põt addi ad ea,quę dixi ſup.allegãdo Bar.in l. mortis cã. ff.de
dona.cã mortis. Et ad iſtud propoſitũ eſt aduertendũ,qa ſup.
proximè diximus ex doctrina Caſtrenſ.in d. auth. perpetua,
ꝙ aliqñ quis pro intratura,ſeu pro pretio vtilis domin ſoluit
certã ſummã pecuniã,& tũc fit conceſſio pro modico afflictu,
vt ẽt clarius,& latius ſcribit Iaſ.in l. 1.in princ. C.de iure em-
phiteutico,ꝙ caſu,quo veniret æſtimanda res cõducta in em
phyteuſim,in ęſtimatione huiuſmodi dẽt haberi rõ iſtius ſum
mę ſolutę,vt ſup.& tãtominus dẽt ęſtimari res ipſa: qa iſta eſt
vna de qualitatib. quę faciũt ad diminutionẽ pretij, & ęſtima
tionis rei,quę qualitates diminuentes,cõſiderãdę ſunt omni-
no in ꝓbatione lęſionis,vt hr̃ plenè in d.l. 2. C.de reſcin.vẽd.
vbi ꝑ Cagn.poſt alios nu.243.pag.141. & iſta cõſideratio ad
modũ eſt habẽda ꝑ iudices vidẽtes dicta teſtiũ , ſeu peritorũ
deponẽtium ſuꝑ ęſtimatione rei, An. ſ. ſciuerint, & notas ha
buerint iſtas qualitates extenuãtes,ac diminuentes ꝓtium, &
ęſtimationẽ ipſius rei.Et an fuerint ſuꝑ hoc interrogati ꝑ exa
minatores.& vbi interrogati nõ fuerint,iudex ipſe, volẽs ſci-
re veritatẽ,& illã ꝗrere prout teneẽ ẽt ex officio ſuo, dẽt illos
interrogare omnino,quod ſi non facit, deficit in ſalutari ſuo,
& ſibi ędificat gehenam ignis .

Ex iſtis.n.ſic vt ſ.ſatis longo ſtilo exaratis ꝑꝑ vtilitatẽ pu-
blicã,& vt d cętero plurimorũ moleſtia,& ꝑturbationes calũ
mniæ,& anguſtię tollanẽ(ni fallor)puto cõſtare,ꝙ iudices adi
ti ſuꝑ reſtitutionib.eccleſiarũ,& monaſteriorũ,ex capite ꝓten

ſę lę-

ſę læſionis,nõ debẽt ita ſicco pede,& cũ modica cãę cognitio
ne,ad ipſas reſtitutiones ꝓcedere,ſed dẽnt magnã curã, & di
ligẽtiã adhibere circa examinationẽ,& diſcuſſionẽ atteſtatio
nũ teſtiũ examinatorũ ꝑ parte eccleſiaſticarũ ꝑſonarũ, ad ꝓ
bãdũ allegatã læſionẽ,q̃a certè inueniẽt adhibita diligẽtia, &
cõſideratis cõſiderãdis,qđ regulariter ꝑtenſæ læſionis dedu-
ctæ nõ erũt ꝓbatę:q̃a nõ modica difficultas eſt circa ꝓbatio
nẽ hmõi,& vt plurimũ teſtes ignorãt,qualitates extenuantes
valorẽ rei,de q̃bus ſupra,& quę hñr ꝑ Doct.in d.l.2.C. de re
ſcin.vẽd.& alias minus cõcludẽter deponũt teſtes hmõi,quę
oĩa ꝑ maximè erũt cõſideranda, qñ ꝑ ꝑ præſumptas ſolemni
tates requiſitas ex diuturnitate tꝑis, erit præſumptio contra
Eccleſiã,vel Monaſteriũ,q̃a tũc exactiores,& illuſtriores pro
bationes requirunẽ vt ſup.dixi. Vndecimo Noto verba hu-
ius extrauagãtis ibi(ac de fructib.& bonis,quæ ſeruãdo, ſer-
58 uari nõ pñt &c.)q̃ † Papa ꝑmittit alienationẽ fructuũ,& bono
rũ quę ſeruãdo,ſeruari nõ poſſunt:reſpectu fructuũ oẽs ſciũt
qui ſint,& dicanẽ fructus. Et iõ ſuper tali verbo nõ inſiſtam,
59 ſed venio ad declarandũ,quę † ſint bona, quę ſeruãdo ſeruari
nõ pñt,& ad hũc effectũ ꝑquiſiui reuoluẽdo plures libros, &
inueni D. Fabianũ de monte in tracta.de emp.& vẽdi.in 9.q.
pag.89.nu.20.ſcđm paruã impreſſionẽ, q̃ dicit q̃ prohibitio
alienationis bonorũ minorũ à l.facta nõ extendit ad res, quę
facile corrũpuntur,& ſeruari nequeũt,vt puta veſtes,quę atri
tæ ſunt,& aĩalia ſuperflua,vinũ,frumẽtũ,oleũ,& hmõi alleg.
l.lex quę tutores.in fi.C.de admini.tut. & l.vlt.§.fi.C.qñ dec.
opus eſt & l. ſi ſine.§. quęſitũ.ff.de minor.& eſt gl.& ibi Ang.
no.ſingulariter illã in l.1.C.ſi aduer.vſucap. quæ tenet, q̃ di-
catẽ illa res,nõ ſeruãdo ſeruare, quæ nõ eſt triennio duratura,
60 alibi dicit idẽ Ang.† q̃ procurator omniũ bonorũ ſine ſpecia-
li mãdato nõ alienat mobilia Dñi, niſi de facili poſſint corrũ-
pi,& do.Alex.in l.ꝓcuratorẽ,nu.3.de ꝓcura.ſuper glo.fin.ibi
ait,q̃ res,quę ꝑ triẽniũ ſeruari nequeũt,dñr eſſe de rebus,quę
ſeruãdo,ſeruari nõ pñt,& alleg.plures gl.in legib.ibi ꝑ eũ ex-
61 preſſis.Subdẽs,q̃ ex illa gl.ibi ſumit Ang.argm̃, q̃ † tutor ante
cõfectionẽ inuẽtarij,& ſatiſdationẽ præſtitã,oẽs fructus ven
dere põt,qđ eſt notandũ,q̃a tex. huius nr̃æ cõſtitutionis à ge
nerali ꝓhibitione ꝑ Põtificẽ facta excipit fructus bonorum
eccleſiatũ,& piorũ locorũ,ꝓut ẽt ipſi fructus,& redditus bo-
norũ,Monaſteriorũ excipiũtur à ꝓhibitione cõciliari facta ĩ
cõcilio Vienẽ.de qua in cle.1.de reb.eccl.nõ alien.vt hr̃ in §.
fi.d.cle.vbi alleg.cõcordantẽ & ibi vẽditiones fructuũ,& red
62 dituũ,reſtringiẽ ad modicũ tꝑs,& ibi gl.declarat qđ nã † tẽpus
dicatẽ modicũ,ſed hic eſt declaratũ de triennio, ſed in termi-
nis,in q̃bus nos loq̃mur videlicet de rebus eccleſię, quæ ſer-
uãdo ſeruari nõ pñt,vide Card.Alex.in c.abbatibus, in prin.
12.q.2.& ibi Domi. in verbo ꝑsbyteris parochialib.&c. Sed
63 quæritur vtiliter. An † pecunia dicatur eſſe de rebus, quæ ſer-
uãdo,ſeruari nõ pñt,& allegaẽ gl.ꝓ ſingulari in l.1.§. quęſitũ,
ſuper verbo,(neceſſaria.)ff.ad Treb.quã ibi dicit Alex. cõiter
ꝓ ſingulari allegari,& q̃ dictũ illius probaẽ in plurib. locis ibi
ꝑ ipſum citans,ſed ipſa ibi ſub nu.5.dicit ſingulariter limita-
ri,niſi pecunia eſſet depoſita ad emptionẽ prędiorũ, q̃a tunc
cẽſeẽ q̃d immobile, & requiriẽ dec.certũ iudicis, ſi erat pecu
nia minoris,& poſtea infert ad q̃õnem de qua ibi ꝑ eũ:nõ re-
fero:& ad hãc q̃õnẽ quoad pecuniã,q̃ dicaẽ de his rebus,quę
ſeruando ſeruari nõ poſſunt,videatur Ripa in d.§. quæſitum.
nu.17.18.vbi plura ponit in materia.Et de prędictis oĩbus,&
alijs ad ꝓpoſitũ latiori ſtylo ſcriptis,vide Redoan.in tract. de
reb.eccl.non alie.ſub rub.de alien.illarũ rerũ, quæ ſeruando
ſeruari nõ pñt,pag.59.per totã pag.62. Duodecimo not. ver
64 ba tex.ibi(pro initiãtis tꝑis exigentia:)vbi † ꝑ illa verba Pau-
lus author ipſius cõſtitutionis vr̃ corrigere ius cõe,quoad fru
ctus,reſtringẽdo ꝑmiſſionẽ vẽditionis,& cõceſſionis eorũdẽ
ad exigẽtiã tẽpus initiãtis,q̃a ſi Prælatus vẽderet fructus,& de
hoc imputaret volẽs ſe defendere,teneretẽ ꝓbare exigẽtiã il-
lius tꝑis,quo vẽdidit ipſos fructus,qđ nõ erat ꝑ prius diſpoſi
tũ de iure,d.clę.1.de reb.eccl.nõ alie.in d.§.fi. vbi ꝑmittit vẽ
ditio fructuũ ad tẽpus modicũ, vt dicebã ſupra, abſq; aliqua
alia reſtrictione. Tertiodecimò noto literã tex.ibi(ſi q̃s aũt
65 cõtra huius nr̃æ ꝓhibitionis ſeriẽ &c.) q̃ † cõtra præſumẽtes
de bonis,& rebus eccl.quicq̃ alienare cõtra ipſam cõſtitutio
nẽ,alienatio,hypotheca,cõceſſio,locatio, cõductio, & infeu-
datio hmõi nullius oĩno ſint roboris,vel momẽti;poniẽ.n.hic
decr.irritãs ipſo iure, quicquid fuerit factũ, ſuper reb. & bo-
nis eccleſiæ ꝑ cõtractus,de q̃bus hic ſit mẽtio,& plura verba,
de quibus hic ſunt notãda in ſpecie. Et primo illud verbum
(q̃dq̃d) quod † eſt aptũ ad cõprehendẽdũ quaſcũq; res,& quę-
cunq; bona, etiã minimas,& minima,ad qđ probandũ alleg.
Tiraquel.in rep.l.ſi vnquam.C.de reuoc. don. in verbo (oĩa,
vel partẽ aliquã.)pag.128.nu.16.ver.& huc ſpectat &c. cu-
ius allegatione ſũ cõtẽtus. Scđo cõſidero illud dec. irritans,
66 qđ † eſt adeo malignæ naturæ,vt q̃cquid in eo inuenit factũ,
vel attentatũ irritat,deſtruit,ita,vt tali facto fomẽtũ iuris nõ
aſſiſtat,ſed illud pęnitus deſtruat,vt ſcribit Gomeſ. ſuꝑ Reg.
Cancel.in Reg.de triennali poſſeſſore,q.49.nu.3. qui videat.
Tertio cõſiderãda eſt illa dictio(oĩno:)q̃ poniẽ in illo dec.irri-
tanti,dum ibi dr̃,nullius oĩno ſint roboris,vel momẽti: Nã vi
debaẽ ſatis eſſe dicere,nullius ſint roboris,vel momẽti:Sed il-
la dictio(oĩno)appoſita fuit ad magis exagerandũ rẽ contra
inobediẽtes,& cõtrafaciẽtes diſpoſitioni ipſius Põtificis; Nã
67 illa † dictio(omnino)eſt valde ꝑciſa,& facit, q̃ diſpoſitio hẽat
executionẽ paratã,& q̃dẽ precifam, & ſine vlla exceptione,
& ſine remedio ad vnguẽ indiſtinctè, & ſine cõditione, & vt
excludat oẽm gr̃am,& diſpẽſationẽ, & morę purgationẽ nõ
admittat,vt de his oĩbus ꝑ laborioſum & magnæ lectionis vi
rũ,cumulatorẽ egregiũ dñm Tiraq.in d.repe. d.l.ſi vnq̃ ſuper
verbo(Reuertatẽ)pag.316.nu.68.ver. & in hãc ſnĩam &c. Et
ideo inferẽ dictũ decr. irritãs ꝑ ꝑ illã dictionem (oĩno) adhuc
eſſe maioris efficatię. Quartodecimo not.tex. iſtius extraua-
gãtis in illis verbis poſitis immediatè poſt dictũ decr. irritãs,
68 ex q̃bus verbis ꝓbaẽ,q̃ † alienãs bona ꝑdicta,& recipiẽs illa ĩ-
currit ſnĩam excõicationis pariter. Et iõ cõſidero,an alienans
ſit audiẽdus,ſi venit cõtra alienationẽ ꝑ ipſum factã,q̃a tanq̃
excõicatus vr̃ repellẽdus,vt ꝑ Speculatorẽ in tit.de actore.§.
1.ver.itẽ q̃ eſt excõicatus &c.ſed tolliẽ dubiũ per ipſummet
69 Speculatorẽ eo loci,q̃ dicit,q̃ † licet ſit excõicatus,admittetur
tñ ad defenſionẽ eccleſię,ad q̃ teneẽ, ꝑ ꝑ qđ neceſſario admit
tiẽ.facit ẽt gl.q̃ Doct.ſequunẽ in c.ſi q̃s presbyterorũ.de reb.
eccl.nõ alie.q̃ vult,q̃ licet ille,q̃ malè alienauit bona eccleſię
in inſtrumento iurauerit non contrauenire,auditur tamẽ vo
lens recuperare rem alienatã nomine eccleſię, & ad ipſius ec
70 cleſię commodum: ex quo infero, † q̃ ad commodum ipſius
alienantis non ſit admittendus, immo teneo, q̃ eſſet priuan-
dus commodo, alias ad ipſum peruenturo,ex talis bonis ſtã-
te regula iuris, q̃ quis ex ſuo delicto non debet, pœnam, &
commodum reportare l. relegatorum. in fin.ff. de interdi. &
relega.& l.ſiue hæreditaria.ff.de neg.geſt.in fi. in alijs ẽt acti-
bus ẽt extraiudicialibus,talis alienãs eſſet euitãdus veluti ex-
71 cõicatus,& ꝓ tali habẽdus ꝑ iſtũ tex. Sed quęro: † q̃a lr̃a iſtius
tex.eo loci loq̃ẽ de alienatione ſimpliciter,& ſumus in mate-
ria pœnali, ſtrictèq; intelligẽda,maximè,cũ ſit exorbitãs à iu
re cõi,cõprehendantur ſub hac diſpoſitione contrahentes fa-
cientes contractum emphyteoticũ,q̃a cõceſſio in emphyteo
ſim non eſt propria alienatio ſed largo modo,vt inquit glo.in
l.1.in prin C.de iure emphyteotico,& vr̃ cõcludendũ,q̃ non
cõprehendãtur,q̃a in materia pęnali,& exorbitãti,& ſic ſtri-
ctiſſimè intelligẽda,nõ fit extẽſio.ſed vr̃ poſſe ſuſtineri,q̃ iſta
diſpoſitio intelligaẽ in cõtractu alienationis ꝓpriè ſumpto vo
cabulo,maximè,q̃a Papa ſupra in ꝓhibitione,facta ꝑ ipſum,
poſtquàm loquutus fuit de alienat. rerum,& bonorum eccle
ſiaſticorum, fecit mentionem ſeparatim de contractu em-
phyteotico: ex quo videtur dicendum, ſenſiſſe ipſum con-
tractum emphyteoticum non fuiſſe comprehenſum ſub il-
lo verbo(alienationem.)Et ita videtur dicendum hic in iſto
notabili: nolo tamen inſiſtere nunc ſuper hoc, ſed fateor; q̃
plura hinc inde dici poſſent, pars tamen benignior eſt ſem-
per amplectenda,maxime de iure canonico,& ad euitandum
incurſum pœnę excõicationis,quę eſt maior pęna,quę eo iu-
re dari poſſit. Quintodecimo noto verba tex. ibi (Alienanti
vero bona eccleſiarum, Monaſteriorum, locorumque pio-
rum,quorumlibet inconſulto Rom.Pontifice,aut contra pę
ſentis conſtitutionis tenorem &c.) iſta verba ſunt diligen-
ter conſideranda, ex quo in proximè præcedentibus verbis,
quę notaui in ſuperiori notabili, iã Papa diſpoſuit,quod alie-
nans incurrat pœnam excommunicationis: hic rurſus in iſtis
verbis alienanti vero &c. imponit aliàs pœnas grauiores
tam maioribus prælatis quàm inferioribus, etiam priuatio-
nis beneficiorum incurrendas,abſque aliqua declaratione,&
72 ſic ipſo iure,ſed † videtur dici poſſe,quòd iſta verba hic in iſto
notabili compræhenſa appoſita fuerint ad maiorem decla-
rationem, & exaggerationem pœnæ contra alienantes, &
cõtrafaciẽtes, & q̃ pęnę hic impoſitę ſint diuerſæ à pœna ex
cõmunicationis.Nã maioribus prælatis imponit interdictum
ingreſſus eccleſiæ,& ſuſpenſionem, ſi poſt ſex menſes ſub di-
cto interdicto perinãſerint aĩo indurato a regimine,& admi-

niſtratione Eccleſię, vel Monaſterij, in ſpiritualib. & tẽporalibus: Quo vero ad inferiores prælatos declarat illos eſſe priuatos beneficijs, quorũ res, & bona alienarunt abſq; aliqua declaratione, vt dixi. Et inſuper diſponit, ꝙ talia beneficia, quæ ꝑꝑ alienationẽ prædictã vacare cẽſentur, poſſint ꝑ locorum ordinarios, vel alios, ad quos eorũ collatio pertinet, alijs ꝑſonis idoneis liberè de iure cõferri, niſi ſint reſeruata diſpoſitioni ſedis Apoſtolicę. Et vlterius diſponit, ꝙ nihilominus alienatæ res, & bona huiuſmodi, ad eccleſias monaſteria, & loca pia, ad quæ ante alienationem huiuſmodi pertinebant, liberè reſeruentur. Ex iſta.n. declaratione ſic facta patet, ꝙ benè proceſſit ſummus Pontifex, imponendo alias pœnas diuerſas ab

73 excõicatione alienanti, quia non inconuenit, ꝙ †pro eodẽ delicto diuerſæ pœnæ delinquenti imponant: vt patet ex dictis per Boſſium in tit. de pœnis. pag. 486. nu. 6. & in locis ibi per ipſum citatis, maximè quã põt dici, ꝙ ex vnico facto plura delicta oriuntur, vt in l. nunquã plura. ff. de priuatis delictis, prout fortè in caſu, de quo loquimur, dici põt, ſi rectè conſideretur. Sed puto diligenter animaduertẽdum ad iſta verba, quę hñr ſub illo notabili decimoquinto maximè ꝑꝑ illa verba ibi (inconſulto Rom. Pontifice,) quia vidi, & audiui nonnullos, ꝑꝑ verba huiuſmodi, tenẽtes, ꝙ iſta Cõſtitutio in illis verbis importet, quod in quolibet cõtractu, ſiue alien. verę, ſiue conceſſionis emphyteoticæ cuiuſcunq; rei eccleſiaſticę, & cuius vis valoris, & importantię requirat̃ licentia ſummi Pontifi. alias contractus ſit nullus, & bona alienata ſint auferenda à poſſeſſoribus eorundem quãtũcũque antiquis. Et hanc interpretationem potiſſimũ vidi, & audiui fieri a nonnullis Commiſſarijs deputatis, per Illuſt. & Reuer. Dños Collegij Reuer.

74 Fabricę Principis Apoſt. de Vrbe, ſed †ego arbitror, ꝙ iſta verba (Incõſul. Ro. Pont.) de quib. in iſto tex. nõ cõprẽhẽdãt, niſi perſonas Prælatorũ maiorum, vt Archiepiſcoporũ, Epõrum, Abbatũ, & aliorũ, qui in actu ſuę promotionis iurauit, iurant nõ alienare bona Eccleſiarũ, ad quarũ adminiſtrationẽ deputantur inconſulto Ro. Pontifice. Et idẽ puto dicendũ eſſe in obtinentibus adminiſtrationẽ quorũdam Hoſpitaliũ, & piorum locorũ maiorũ, & magnę importantiæ. Et ad hoc dicendum moueor ex infraſcriptis.

Primũ, quia clarũ eſt, ꝙ ante præſentẽ conſtitutionẽ, Prælati, & Rectores inferiores, & habẽtes adminiſtrationem eccleſiarum inferiorũ, nõ tenebant̃ volẽtes alienare, vel in emphyteoſim, ſeu feudũ cõcedere, requirere conſilium, vel licẽtiam Rom. Pontificis, ſed ſatis erat, ꝙ obtinerent licẽtiam à ſuo ſuperiore immediato, vt probatur de epõ in c. abbatibus, & in c. Placuit, 12. q. 2. vbi clarè oẽs Doctores notãt, & eſt pulchra gl. & ibi Doct. notãt in cle. 1. ſuper verbo, proprij, de reb. eccl. non alien. ſed iſta Cõſtitutio non intendit corrigere iura antiqua, vt aliàs ſuperius deduximus, & demõſtrauimus, & quorũ correctio oĩno eſt euitãda, iura ſunt vulgaria ergo &c.

Secundo argumentũ ab abſurdo ꝓ iſta parte optimè facit, nã eſſet valde abſurdũ dicere, ꝙ quilibet Rector Eccleſię parochialis, vel Prior ſeu Abbas cuiuslibet monaſterij volens alienare, ſeu in emphyteoſim cõcedere vnam poſſeſſionẽ, ſeu vnã rem de bonis ſuę Eccleſię, vel ſui Monaſterij vltra alia requiſita, & de iure ſeruãda, cogeret̃ adire Sum. Pont. pro obtinẽdo cõſenſu, vel licẽtia Sanct. ſuę, & ſic obtundere aures ipſius Põtificis occupati in maiorib. & cõcernẽtib. Regimẽ totius eccleſiaſtici ſtatus, & chriſtianę religionis ꝓ iſtis minimis, certę illud eſſet abſurdiſſimũ, & abſonũ, ideo euitãdũ. l. nã abſurdũ. ff. de oper. liber. cũ ſi. Et maximè cũ videmus, ꝙ quã qs recurrit ad ſanctitatẽ ſuã pro obtinẽda licẽtia alienandi, vel faciendi hmõi cõtractus, ipſe, qui nõ eſt informatus de negotio, nec de facili informationem capere põt, cõmittit ꝑ breue ſanctitatis ſuę negotiũ hmõi epõ loci, vel aliquibus canonicis, vt ſe informẽt, & quatenus in euidentẽ vtilitatem eccleſię tendat, alienatio vel cõtractus authoritate Apoſt. petẽti licẽtiã cõcedãt, & hoc eſt damnoſum eccleſię, & cõtrahẽti cũ ea, qa oportet facere aliqualẽ proceſſum, & cõducere iudicẽ in rem præſentẽ, examinare teſtes, & facere ꝓbationes, ſup eui dẽti vtilitate. Et tñ põt euitari iſta expenſa, & iſte circuitus, ꝓcedendo de iure cõi, corã epõ, vel Archiepõ, & ſic corã ordinario loci, q facile põt de re, & negocio hmõi informationes capere diuerſimodè, vt patet ad ſenſum, & ita vidi diebus meis millies practicari, & poſſent inueniri infinita inſtrã cõfecta ſuper hmõi cõtractus authoritate epi, vel eius vicarij ad id

ctantibus ad menſam ſuam, ſed etiam ad ipſam eccleſiam ca
thedralem, & intellige quando bona ſunt diuiſa inter epiſco
pum, & capitulum, prout communiter ſolet eſſe, tunc donat
de menſa, quia bona epiſcopatus tunc pertinent ad mẽſam:
ſed vbi bona ſunt communia inter epiſcopum, & capitu-
lum, tunc omnia dicuntur bona eccleſiæ, & de his poteſt hãc
liberalitatem extrahere, prout pulchre more ſolito voluit
ibi Panorm.& hoc ſi fiat ſine graui damno eccleſiæ, & ſi ec-
cleſia eſt potens, etiam vltra concedere poteſt, de licentia ta-
83 men ſuperioris, i. Papę, cum omnes † epiſcopi iurent hodie
in manibus Papę de non alienando, iuxta c.ego.n.de iureiu.
& prædicta intellige nedum in epiſcopum, ſed etiam in præ-
lato inferiori, prout pulchre tenet Dom. ibi cõtra Dom. Pa-
nor. vbi adde ea quæ dicta ſunt, quòd prędicta licent ita de-
mum, ſi ſunt in diœceſi, vt not.in capitu.ſi propter, de reſcri.
lib.ſexto, & cle.ne Romani.de elec.& cap.de fer. vbi permiſ
ſum eſt piſcari tempore feriarum in honorem Dei propter ne
ceſſitatem, dummodo conferatur pars piſcaminis eccleſijs
in loco illo poſitis, & adiacentibus, l. 2. C. de anno. ciui. lib.
11.verſi.patribus noſtris.vbi dicit Barto, quòd diſtributiones
iſtæ debent fieri per epiſcopum pauperibus ipſius ciuitatis,
vel etiam diœceſis. Ad idem facit quod voluit Angel. in §. ſi
quis pro redemptione.in Authẽ.de eccl.titu. vbi dicit, quod
ſi teſtator legauit eleemoſynam pauperibus, intelligitur de
pauperibus ſuis, firmando quod ex quo mandatur reſtitutio
fieri rapinę, quòd iſta reſtitutio eſt facienda hominibus dictę
villæ, in quibus rapinæ factæ fuerunt, allegat Hoſt. in c. cum
84 tu.de vſu. vbi dicit Hoſt.quod ſi † vſurarius moritur alibi, q̃
reſtitutio debet fieri in loco, vbi fuerunt extortæ vſuræ, ita
in caſu noſtro non eſt mirum, ſi facit canones ſummo ſtudio
diſcere in diœceſi ſua, quaſi reputantes inconueniens, ſi red-
ditus eccleſiæ cathedralis, vel menſæ epiſcopalis expenderẽ-
tur extra parrochiam, i. extra ſuam diœceſim, prout eſt tex.
in c.1. de rapto.quod not.

85 †Fallit 40. iſta regula, quando fieret in vtilitatem eccleſię,
per capitu. ſine exceptione.12.qũ.2.vbi alienatio, quæ in bo
nis eccleſię prohibetur, non habet locum, quando alienatio
cadit in vtilitatem eccleſię, vt per gloſſ.in ſum.ea.qõ.& cau.
& in capitu.1.de rebus eccle.non alie. in 6. facit text. l. cum
hi. §. eam tranſactionem, & ibi Baldus. de tranſact. & & in
l.contra iuris.de pact.& Inſtitu.de aucto.tu. in princip. ita di
cit in ſimili Ro.conſi. 316. incipien. Circa prępoſita. Angel.
conſi.incip.Statutũ eſt, quia vtilitas neceſſitati comparatur,
vt per Docto.in cap.cum omnes.de conſtitu. & in reg. quod
omnes.de re iud.in 6. Lap.alleg. 131, refert, & ſequitur D.
Philip.Decij.in conſi.124.qua neceſſitate imminente, etiam
prohibita a teſtatore alienari poſſunt, vt aliàs ſupra dixi, &
ponunt Federic.in cap.querelam.in fin.de iureiutan. Sed ad-
uertendum, quia etiam tunc videtur requiri licentia ſummi
Pont. prout quotidie practicatur Neapoli, vbi ſolent ęſtima
re terram eccleſiæ, & quod reddit ãno quolibet, puta ſex, in-
cenſatur, ſiue concedunt pro ſeptem, cum poteſtate aſſu-
mendi in ſimili, vel meliori loco, & tamen quandoque ętiam
cum augmento reſeruato aſſenſu papali impetrando infra
duos menſes, puta poſtea in minuta, & ſupplicatione narra-
tur tota ſeries facti, & committitur, ſi ita eſt &c. vel quan-
doque ſ[illegible] d. vtilitatę a principio, p̃mutãt, reſeruato d. aſsẽ
ſu, & multis alijs modis, de quibus etiam ſentit Dec.in dicto
conſilio 529.in 3.& 4.colum. & videtur ſentire text. noſter.
in verſic.euidenti.quę autem ſint illę cauſę vtilitatis, & neceſ
ſitatis, propter quas res prohibitę alienari poſſunt, ponunt
Moderni in authen.reſ..quę. C.communia de le, puta pro ali
mentis, & ſimilibus, niſi d. neceſſitas prouenire[illegible] culpa epi-
ſcopi, & ſimilium, quia tunc pro ſua neceſſitate diſtrahi poſ-
ſunt, vt dixi ſupra in 30.fallen. & per Doct. in l. Marcellus.
§.res quæ. ad Treb. & in tantum ſunt vera ea quę diximus,
quod ſtante vtilitate ſiue neceſſitate poſſint alienari res ec-
cleſię, quod ſi imminet neceſſitas alienandi bona eccleſię ca-
thedralis, vel alterius, exigit tantam neceſſitatem, quod nõ
patiatur ſuperiorem conſuli, poteſt epiſcopus alienare non
obſtante iuramento de non alienando inconſulto Romano
Pontifice, ita dicit notabiliter Panorm.in capitu.fin.in 2.co-
lum.de eccle.ędifi.facit etiam, quod licèt alias patronus pro-
pter negligentiam perdat poteſtatem pręſentandi, & ſupe-
rior conferes iure deuoluto non poſſit aliter conferre quàm
ſe habeat inſtitutio, & natura beneficij, prout voluit Calder.
in c.fin. de re.permu. colum. 2. tamen ſi immineret neceſſi-
tas, per quam pro vtilitate eccleſię moueretur epiſcopus ad
diſponendum de beneficio patronali, aliter quam eius natu-
ra exigat, & tunc etiam patrono inuito hoc poterit, propter
dictam vtilitatem, & neceſſitatem imminentem, prout vo-
luit Abb.in capitu.cum acceſſiſſent. de conſtit. & facit quod
notant Dom. de Rot. deciſ. 307. incip. Permutatio. in nou.
vbi dicunt Dom. de Rot. quod ſi dominus ſine cauſa non
vult conſentire permutationi beneficii, poteſt epiſcopus hoc
facere ſine eius conſenſu, quia patronus non debet impedi-
re magnam vtilitatem eccleſiæ. cõfirmantur prędicta ex his,
quæ not.idem Panorm.in capitu.nullus, de iure patr, vbi di-
cit, quod ſi ex forma ſtatuti debet requiri conſenſus propin-
quorum in contractu minoris, & epiſcopi requiſiti denegant
conſentire, vbi attenta neceſſitate imminente non debebant
denegare, poteſt ſuperior cauſa cognita, i. ſtante dicta neceſ
ſitate, vel vtilitate mandare, vt contrahat, & ita dicit ſe con-
ſuluiſſe per text. ibi, & in l. ſi quis dotem. §. eo autem tempo
re, & ibi Bald. ſolut.mat.ad idem ipſe in capitu.tuę. de cleri.
non reſi.& Bald. in cap.1.de conſuet.rec.feu.& in l.1. per il-
lum textum, C.de nup, & in l. 1. ad fin.C. qui admi. confir-
mantur prædicta, quia in caſu neceſſitatis ſiue vtilitatis non
requiritur conſenſus, qui aliàs requireretur, Innocen. in ca.
cum pridiẽ. de renun.de trãslatione epiſcopi inuiti propter
neceſſitatem, & periculum ſcandali, ad idem quod dicitur
de neceſſitate reipu. auferri aliquando rem inuito, per l.ſi vẽ
ditor.§.ſi conſtat.ff. commu. prędi. & per concordantes al-
leg.in capitu.quæ in eccleſiarum. de conſtitu. quę nota, quia
non eſt mirum, quod in caſu prædicto poſſint d. bona aliena
ri, cum aliàs ratione dictę vtilitatis, vel neceſſitatis multa p-
mittantur quæ aliàs non permitterentur, vt ſupra dixi, quæ
omnia adde his, quæ dixi in 1. fallen. quibus etiam adde il-
lud, quod vlouit Bald.in l.contra.de pact. vbi voluit, quòd
ſi prędicta alienatio fiat in vtilitatem eccleſiæ, poſito quod
non interuenerit ſolemnitas eccleſię canonica, valet & te-
net, ad idem Bald. in l. cum hi. de tranſact. facit quod idem
Bald.dicit in l.quicunque. de bo. quę lib. vbi dicit, quod li-
cèt auctoritas ſuperioris in rebus eccleſiaſticis alienãdis de-
beat interuenire in ipſo actu, vel incontinenn poſt, per capit.
1.eodem titu.lib.6.tamen poteſt ex interuallo interuenire,
quando illa alienatio emanauit ad vtilitatem ipſius eccleſiæ,
ita poſſet allegari gloſ. Io. theothonici in capitu. ſine exce-
ptione, & in ſumma. 12. qõ.2.& gloſ. in capitu. 1. de in in-
teg.reſt.quę not.quia ſunt pulchra, & quotidiana.

86 †Fallit 41.iſta regula, quando res eccleſię eſſet ruinoſa, q̃a
quando eſt ruinoſa, etiam perpetuo dari poteſt in emphiteo
ſim, capitu.ſi quas vero ruinas, aliàs eſt.§.cap.caſellas.ſiue. e.
hoc ius.10. qõ.2. & in §.ſi vero quidam, & ibi Ang. de alie.
& emph.in Authen.refert, & ſequitur Specu.in titu. de loca.
§.nunc aliqua.ver. vt autem circa præſentem materiam, ſed
pro quanta penſione poteſt tunc dare caſellam, vel res ec-
cleſiæ ruinoſas, vel ſteriles, dicas quod poteſt concedere cũ
diminutione ſextę partis penſionis, ſi plus non inuenitur,
aliàs ſecus, vel detur reſtitutio in integ. capitu. primo. de in
integ.reſtitu. ita Barto. & Docto.in authen. perpetuo. & in
authent.qui rem.C.de ſacroſanct. eccle. & eſt text. in capit.
hoc ius.10.qõ.2.

Fallit 42.in caſibus expreſſis in text.noſtro, ſ. ſi ſunt ſoli-
ta concedi, vt hic eſt tex, & in omnibus his caſibus requiri-
tur euidens vtilitas, vt eſt tex.in arg. hic in ver. tunc cum ec-
cleſiarum euidenti vtilitate.

Fallit 43. in fructibus, qui ſeruando ſeruari non poſſunt,
vt hic etiam in text.& tunc ſolum pro exigentia dicti inſtãs
temporis, vt ibi in text. & ſic ſolum ſtante illa neceſſitate,

vt ibi

vt ibi inſtantis temporis exigentia.

Fallit 44. vbi relinqueretur aliquid fratribus S. Franciſci, quia tunc illud poteſt alienari etiam abſque alia ſolemnitate, ita Bald. in auth. ſi qua mulier. C. de ſacroſanc. eccle. idẽ Bald. in cap. cum cauſa, de re iu.

Fallit 49. quando eccleſiæ eſt relicta res aliqua reſtituenda ſubſidij commiſſo, quia eandem poteſt omni modo alienare, puta quod eſſet coacta alienare per fideicommiſſum, nam tunc poteſt alienari ſine aliqua ſolemnitate, ita Lap. allega. 45. ſequitur Felyn. in cap. in præſentibus, de prob. & Bald. in dicto capitu. cum cauſa. refert, & ſequitur has nouas limitationes d. Hip. de Marſil. in ſing. q. 32. incip. in alienatione rerum eccleſiaſticarum.

Fallit 46. quando fieret de triennio in triennium ad renouandum, & eccleſię prodeſſet, & profuiſſet, puta quia penſio eſt ſatis augmẽtata, vt per Anch. conſ. 122. quod nota, quia ſępius occurrit in facto.

Fallit 47. quando non exit epiſcopus eccleſiam, puta ſi epiſcopus eget in epiſcopatu ſuo aliqua camera, quæ ſit capituli, poteſt illam emere a capitulo, quia nõ dicitur exire extra eccleſiam, ar. l. voluntas. C. de fideicomm. ita Hoſtiẽ. in capit. poſſeſſiones. de rebus eccle. non alie. & ſic econtra, licèt Felyn. in c. quæ in eccleſiarum, de conſt. in fi. colum. relinquat iſtud cogitandum.

Fallit 48. quando res erat tempore peritura, iuxta ea quę habentur in l. pro hęrede. de acquiren. hære. & ibi Baldus. & Ludouic. Rom.

87 † Fallit 49. quia licèt clericus, vel † eccleſia nõ poſſint alienare, poſſunt tamen cedere bonis, text. eſt peregrinus in §. ſi quis autem adiecerit. in Auth. vt determi. ſit nu. cle. Doct. in §. eum quoque. Inſtitu. de act. & tunc licet retineant dicta bona. & feuda, & emphiteoſim, & ſimilia, tamen non retinent eorum commoditates, ita Bald. in l. 1. in 3. colum. C. qui bo. ced. po.

88 † Fallit 50. Quid in rebus eccleſiæ vacantis, an poſſint alienari? Dicas quod regulariter non, niſi in duobus caſibus, primo ſi magna vrget neceſſitas: ita Rom. conſi. 36. Secundo quando eccleſia diu eſt vacatura, Innocen. in ca. 1. ne ſe. vac. & tunc dabitur curator, qui faciet alienationem, ſecundum Innocen. ibi, vel adminiſtrator, ſecundum Panorm. ibidem, vbi de materia vide, & hęc erit quinquageſima fallen. Sed an in iſtis caſibus requiratur ſolemnitas, dicas prout dixi ſup. vbi poſuit regulam cum fallentijs.

Fallit 51. quia bona eccleſiarum poſſunt alienari titu. remunerationis etiam ſine ſolemnitate, ita Bart. in l. iubemus. la. 2. C. de ſacroſanc. eccl. intellige in mobilibus, in alijs diſtingue, vt per eundem ibidem ver. quęro verum eccleſia.

Fallit 52. in bonis hoſpitalis propter neceſſariam alimoniam pauperum, Card. in cle. 2. q. 12. de relig. domi.

Fallit 53. quando alienarentur pro emendis bobus pro laboratitio faciendo, Ang. in Authen. de non alie. rebus eccl. poſt glo. in ver. conſiſtente.

Fallit 54. quia bona eccleſiæ pignorata poſſunt vendi per creditorem etiam ſine ſolemnitate in caſu permiſſo, puta ſi non reſtituit multum infra annum poſſit vendere pignus, & ſi. Barto. in l. creditores. de pigno. verſi. quarto quid in rebus eccleſiæ.

Fallit 55. quia prælatus poteſt vendere bona mobilia eccleſiæ non p̃cioſa, quia regula & text. non prohibet niſi immobilia, & precioſa mobilia, Bar. in l. iubemus. la 2. de ſacroſanct. eccle. ver. verum eccleſia.

Fallit 56. quia poſſunt, ex quacunque cauſa vtilitatis alienari, gl. in l. mandata. de offic. eius. in ver. cauſa cognita. per not. in l. ob ęs. de pręd. mi. & ibi Ciuiliſtę. glo. & ibi Cano. in ſumma, 12. q. 2. & in c. ſiue exceptione, ea. cauſa, & q.

Quia in tex. fit mentio de reuocatione dictarum rerum male alienatarum, qualiter fiat dicta reuocatio, ſolent emanare litterę a ſede apoſtolica ſub tenore ſequẽti, videlicet directę Vicarijs generalibus epiſcoporum.

LEO Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, dilectis filijs Archidiacono eccleſiæ Triuentinæ, & Vicario venerabiliũ fratrum noſtrorum Triuẽ. ac Thearin. epiſcoporum in ſpiritualibus generalibus Salutem & apoſtolicam benedictionẽ. Ad audientiam noſtram peruenit, quod nonnulli abbates, ſeu perpetui commendatarij beatæ Mariæ de Nuce, & S. ſaluatoris de Caſtellono, ac eiuſdem beatę Mariæ de Banetano monaſteriorum ordinis S. Benedicti Triuentinen. diœceſis, ac rectores parrochialium eccleſiarum beatæ Mariæ matris domini, necnon eiuſdem Beatæ Mariæ della Lopara Theatinẽ. diœceſis, q̃ ſicut aſſeritur, dilectus filius Bernardinus Carazolus clericus Neapolitanus in commendam obtinet, ipſius Bernardini prædeceſſores, qui fuerunt pro tempore, terras, domos, campos, prata, paſcua, nemora, ſiluas, grancias, caſalia, molendina, piſcaria, lacus, ſtagna, aquas, aquarũ decurſus, iura, iuriſdictiones, & quædam alia bona ad mẽſas abbatiales dictorum monaſteriorum. quæ conuentibus carent, & ad parrochiales eccleſias prædictas reſpectiue legitime ſpectantia, datis ſuper hoc litteris, confectis exinde publicis inſtrumentis, interpoſitis iuramentis, factis renunciationibus, & penis addictis, in grauem ipſorum monaſteriorum, & parrochialium prędictarum lęſionem, nonnullis clericis, & laicis aliquibus eorum ad vitam, quibuſdam vero ad non modicum tempus, & alijs perpetuo, ad firmam, vel ſub annuo cenſu conceſſerunt, quorum aliqui ſuper his confirmationum litteras in forma communi dicũtur a ſede apoſtolica impetraſſe. Quia vero noſtra intereſt ſuper hoc de opportuno remedio prouidere, diſcretioni veſtræ per apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ea, quæ de bonis ſingulorum monaſteriorum ac eccleſiarum huiuſmodi per conceſſiones prædictas alienatas inueneritis illicita, vel diſtracta. Non obſtantibus litteris inſtrumentis, renunciationibus, pœnis, iuramentis, confirmationibus ſupradictis, ad ius, & proprietatem dictorum monaſteriorum, & parrochialium eccleſiarum prædictarum, tunc reuocare curetis, contradictores auctoritate noſtra per cenſuram eccleſiaſticam appellatione poſtpoſita compeſcẽdo, teſtes autem, qui fuerint nominati, ſi ſe gratia, odio, vel timore ſubtraxerint, cenſura ſimili appellatione ceſſante, compellatis veritati teſtimoniũ perhibere, Quod ſi non omnes iis exequendis potueritis intereſſe, duo aut vnus veſtrum nihilominus exequanẽ. Datũ Romæ apud S. Petrum anno incarnationis Dominicę Milleſimo quingenteſimo decimo ſeptimo. VIII. Idus Maij. Pontificatus noſtri anno. 4. & iſta forma vocatur ſi qua de bonis.

Et conſtito de ſupplicatis, tenetur iudex præfata alienata quomodocunque, & per quemcunque contractum ex prędictis ad ius, & proprietatem reuocare, iuxta vim, formam, & tenorem præfatæ commiſſionis, niſi in præfatis 50. caſib. iure conceſſis, etiam ſi eſſet ſeruata forma, & ſolemnitas in illa alienando, de qua per text. & canoniſtas in capit. ſine exceptione. 12. qõ. 2. & in capitu. 2. de rebus eccle. alie. vel nõ, libro ſexto, & per ciuiliſtas in authen. hoc ius porrectum. C. de ſacroſanct. eccle. & Panorm. conſilio 41.

Et ſic habes breuiter regulam in iſta materia, quod res eccleſię non poſſunt alienari: ampliatur 10. modis, & fallit in quinquaginta caſibus, vt dixi late ſupra.

89 † An illa ſolemnitas requiſita in alienationibus præfatis de qua ſupra, & in ca. 1. eo. tit. lib. 6. ſemper requiratur, dicas etiam regulariter quod ſic, ſed fallit in 6. caſibus, vt late dixi ſupra in verſic. an res eccleſię poſſint alienari ſine ſolemnitate. dic vt ibi.

An præfata ſolemnitas per commiſſionem Papę de alienãdo requiratur, vide per Panorm. conſi. 42. 4. colum. Et quod ius Cano. & Ciui. in hoc attendatur, ibidem colum. 5. & 6.

Si vis videre quandam aliam conſtitutionem factam per eũdem Paulum, quę incipit, paulus, & c. cũ vſus iudicũ, &c. vbi ponitur ſolemnitas, & forma qualiter iudices, & commiſſarij debent ſe habere in huiuſmodi alie. vide, quia illam poſui in tractatu, & repetitio. magna in principio, ex quo non omnes libri habent illam, vbi vide, ſi forte fueris ad hęc deputatus, vt ſcias quomodo te habere debeas, & nõ erres, q̃a in veritate ex quo non obſeruantur circa hęc omnia requiſita maximè ſubſcriptio omnium de capitulo, & li. de quib. ſupra, & in d. cap. ſine except. 12. qõ. 2. de facili tales contractus alienationum poſſunt reuocari.

Adde ad prouiſionem præfatam, quæ appellatur, ſi qua de bonis, quod iſta emanante a ſede apoſtolica de reuocando, ſi qua de bonis eccleſiæ alienata ſunt, quòd tunc reuocantur etiam alienata quo ad poſſeſſionem tantum, dictum ſingulare eſt Innocen. in cap. epiſcopus. de rebus eccle. alienan. vel non, quia illa prouiſio emanat in fauorem eccleſiarum,
90 & † fauores ſunt ampliandi, regula Odia. de regu. iur. lib. 6. Sicut etiam dicam de priuilegijs eccleſiarum. inf. ſub titu. de reſcrip. priuilegio vltimo.

PETRI

PETRI ANDREAE GAMMARI BONONIENSIS SACRI PALATII APOSTOLICI AVDITORIS AC SANCTISSIMI DOMINI NOSTRI PAPAE VICARII IN CONSTITVTIONEM IVLII SECVNDI SVPER ELECTIONE SIMONIACA ROMANI PONTIFICIS INTERPRETATIO.

SVMMARIVM.

1 *Dicendi, ac ſcribendi ratio mutata.*
2 *Tempus potius in rerum, quam verborum cognitione conferendum.*
3 *Bartoli ac aliorum doctorum vitia inuicta in exponendo.*
4 *Balbutire cum alijs neceſſe eſt in materia, facundia incapaci.*
5 *Cauſa impulſiua interpretandi conſtitutionem quę.*
6 *Auctoris temperamentum, & diligentia in conſtitutione exponenda, quale.*

Prohemium.

1 ARduum. Sanc†opus, & omnino Ingratum conari videor, dũ ego publicis,
priuatiſq; officiis pluſquã inbecilles humeri mei
ferre valeant, implicitus, ad ea elucubrãda manũ
apponere audeo, in quib. enodãdis, euoluẽda ſit oĩs diuinarũ
atq; humanarũ legũ diſciplina, habendaq; infinitarũ prope-
modũ rerũ cognitio. Nam prętercą ꝙ mea debilis cymba tã-
to oneri impar eſt, otiũ illud, quod ad pręclara ingenii monu
mẽta extruẽda neceſſariũ eſt, prorſus abeſt. qđ enim a con-
trouerſiis, & calamitoſis miſerorũ vocib. audiẽdis tþs ſuper-
eſt, id totũ (atque ẽt parce dimenſum) regeſtis euoluẽdis im-
pendere cogor. Quare fit, vt paucæ horulæ, quę ab audiendo
ac iudicãdo ſuperſunt, nec ad hãc rẽ ſatis ſint, magno tñ iu-
ſtitiam implorantes, ſi illis fraudenẽ, incõmodo afficiãt. Quæ
ego diutius a'o mecũ repetẽs, dum publicis negotiis ab hinc
decennio præſum, me ab omni ſcribendi ac cõmentandi offi
cio ita continui, vt vigilias pleraſq; meas, quę vel leui diligen
tia extremã manum habere potuiſſent, tinearum puluerisq;
inſidiis intercipiendas reliquerim. Accedit, quod ſi vnquam
debuerunt homines ab ſcribendo deterreri ob acres liuido-
rũ cẽſuras, hoc maximè tempore id cõuenit fieri, quãdoqui
dẽ a paucis annis mutata eſt fere oĩs dicendi, ac ſcribẽdi rõ,
& quos ſexcẽtis mille & amplius annis admirati ſumus, nũc
2 variato iudicio ceu ſordidos atq; ineruditos abiicimus.† Ad
vetus differendi, atq; eloquẽdi inſtitutũ gymnaſia oĩa tende
re vñr, id quod de induſtria fugere maiores noſtri, exiſtiman
tes, ſatius eẽ bonas horas in rerũ, quàm in verborũ cognitio-
ne cõſumere. Cõtra vero iactant recentiores, ſententias quã
tũuis grauiſſimas ineptis ac barbaris verbis explicatas maie
ſtatẽ, ſplendorẽq; oẽm amittere, eſſeq; hoĩs intẽperantis, ab-
utentis, & litteris, cogitationes ſuas ſcriptis cõmendare, niſi
idẽ eas diſponat atq; illuſtret, lectorẽ delectatione aliqua affi
3 ciat.† Sed neq; ẽt apud illos, q adhuc ſcholaſticum dicẽdi ge-
nus ſequuntur, ſatis cõſtat, quo potiſſimũ ſcribendi gñe vtẽ-
dũ ſit, qñ vna in ſlatera ſcriptorum nřorum oĩum vitia expẽ-
dũtur. Bartolus, quẽ hactenus noſtri numinis, loco habuere,
vt obſcurus, & gñalia nimis conſectans a pleriſq; reiicit. Bal.
dr parum ſibi conſtare, & q per occaſionẽ non ex certa iuris
peritia qõnes ſuas definiat, Aetus ſubtilitatib. Aretinũ, Soci-
numq; mẽbranas inutiliter occupare, Alexandrũ indicis lo-
cõ eſſe. Siculã garrulitatẽ Panorm. tribuũt, Barbatiæ magis.
Felyn. omnis legitimę eruditionis euerſorẽ, Furta Iaſ. & alie
nos ad verbũ traſcriptos, Anto. & Imol. impendio loquacio
res, & vix inuenientes, quam tam inepte veritatem quęrunt.
Dec. plerique ſaltatriculũ vocant, ꝙ quęſtiones iuris minus
diligenter examinet, ſed aggeſtis hinc, & inde, quos a Barb.
& Fely. mutuarur auctoribus, parierẽ ſine macerie ædificet,
Et vt tandem vno oĩa verbo cõplectar, nulla neque eruditio
neq; continuatorum ſtudiorum vigilia hos excellentes legũ
magiſtros ab inuidiorũ morſib. tutos reddere poteſt. Quo
igitur vultu prodibo ego in ſcęnã, qui nulla in parte iſtis cõ-
4 parandus ſum?† Nam ſi in ſcribẽdo, cultiore paulũ ſermone
vti voluero, ridiculus fiã his, qui linguæ cultui ſtudent, cum
omnino impoſſibile ſit nõ balbutire cũ his, quos ſequor au-
ctoribus, & facundia illuſtrare materiam omnis facudię inca
pacem, ob crebras, quas neceſſe eſt, auctoritates cũ deſigna-
tione initii. §. verſ. lineæ & tit. citare. Itẽ & his quos neoterici
ſordidos vocant, quod audiẽtes obſoletas voces tanq̃ homi-
nem iuris ignarum prorſus auerſabuntur. A quibus cachinis
excipiunt terſa Budei, Alciati, Zaſij, & Salomonij noſtri ſcri-
pta formularij, cauſidici, aduocati, & pleriq; noſtrę ætatis iu-
dices. Ob hæc igitur certũ erat deinceps non pendere horas
5 in ſcribendo aut meditãdo quicq̃.† Sed ſuperiorib. diebus
cum quidam magnus Antiſtes mecum temporum noſtrorũ
miſerias deploraret, neſcio quo pacto incidit in ſermonẽ de
conſtitutione Iulij ſecundi ſuper Simoniaca electione. Rom.
Pon. aſſerens hãc ẽt ad mala noſtra acceſſiſſe, ꝙ aperiret viã,
vnde peſſimus quiſque haberet anſam ſchiſmatis moliendi.
Id quod ego intelligens, vt primum per reuerẽtiã licuit, do-
mum reuerſus, cõſtitutionem hãc, quam parum antéa pſpe-
xerã, in manibus ſumpſi, totam vno hauſtu percurro. terret
me aſpectu primo. Iterum atq; iterũ lego. Animaduerto in-
gens nouandarum rerum argumẽtum ſub ea latere, ni beni-
gnum nacta fuerit interpretẽ, latebat. n. nuda inter alias ex-
traordinarias. Quare ego ſtatim zelo domus Dei accenſus,
dubitans ne ſi vulpeculę alicuius amictu veſtita in vulgus p-
diret, non leuis erroris cãm præſtare poſſet, omnibus poſt ha
bitis, illius qualicũque poſſem mõ, interpretandæ laborem
ſubire decreui, exiſtimans gratum Deo obſequium præſta-
re, ſi quantulã paucorum dierũ diligentiam huic vni nego-
tio impenderem. nã paucule hę horæ, quę priuatæ cõmodi-
tati ſubtrahuntur, haud exiguo cum fęnore reſtitui poſſunt.
Si interpretando nõ aſſequar illã dicendi fęlicitatem, aut re-
rũ copiã, quę tãto negotio opportuna eſſet, aperiam ſaltem
iter aliis ad bñ ſentiendum, & facile declinandũ charybdes
& monſtra, quæ per hoc pelagus nauigantes (ni prudentes
6 ſint) naufragium tacere impellunt.† Hac tamen in re, eo vſus
ſum temperamento, vt neq; cõmunem noſtris dicendi mo-
dum poſthabuerim, ſed neq; etiã illos omnino reiecerim, q
nos ad antiquam dicendi maieſtatem reuocare contendũt.
Eorum vero, quæ ad legis huius cognitionẽ attinent, ſeu hi
ſtorias, ſeu dicta patrum inſpicias, nihil omiſſum cenſeo, cu-
ius ſi non perfectio, ſaltem adumbratio deſiderari poſſit. In-
ſtituti, etenim nři fuit hac in re plurima tẽtare, vt legenti in-
ueſtigandę vberius veritatis aditus pateat, pauca pficere ob
eius, quem interpretando ſequor, ſtili anguſtias. Morſus ve-
ro illos, quos liuidorũ dentes in me fixuri ſunt, Deo & Chri
ſtianæ Religioni cõdono. vellicẽt quantum velint, non oſtẽ-
tandæ eruditionis, quã in me perexiguã agnoſco, ſed vt debi
tum pietatis officium exequerer, munus hoc aſſumpſi. Vtinã
exoriatur aliquis, qui Chriſti, & religionis pietate impulſus,
adeo eleganti virginem hanc veſtimento amiciat, vt & ve-
neni quod ſpirat, & laborum meorum ſequatur obliuio.

Iulius Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei ad perpetuam rei memoriam.

SVMMARIVM.

1 *Nominis mutatio quare in Pontifice, & vnde peruenerit, & quando.*
2 *Nominis mutatio quando ſuſpitionem inducat.*
3 *Nomine nuncupari, pulchro, expedit, & econtra.*
4 *Nominis affectionem etiam in dijs cadere.*
5 *Iulius nomen mutauit & laudabiliter, & quare.*
6 *Nomina perſpicua, vitę Itegritate ſemota malas aſſumere ethimologias, qui non caperetur a nomine, quod eſt ad placitum.*
7 *Epiſcopum ſi vocat Pontifex, & quare non ſub alio dignitatis nomine.*
8 *Epiſcopatus an ſit ordo, & maior presbyteratu.*
9 *Epiſcoporum proprium quid ſit & quare pręcipuam in corpore miſtico auctoritatem habeant.*
10 *Seruum ſeruorum Dei ſe dicit ex humilitate Papa.*
11 *Perpetuam ad rei memoriam clauſula, an l. condende indicet intentionẽ.*
12 *Conſtitutio an, & quando faciat fidem in iudicio & quando liget.*

1 IVlius. †Qui fuit hui⁹ nominis ſecũdus, antea
vocabať Iul. Cur aũt Rom. Pontifices
nomẽ mutare cõſueuerint. docẽt gloſ. in prohe-
mio Sexti, & Clemẽ. ac Decre. Statutũq; id fuit
tpe Sergii, q dũ Card. eſſet, Os porci appellabatur. Sed & a
Deo eſt hęc nominis mutatio, qñ princeps Apoſtolorũ ex Si
mone factus eſt Pet. Io. 1. ſicut ẽt legere eſt in teſtamẽto ve-
teri Abraã factũ eſſe Abraã, & ex Saray Sarã, ex Iac. Iſrael.
Cuius rei cãm diligentius explicãt Aug. & Chryſoſt. ſup il-
2 lo tex. Io. 1.† Mutatio tñ nominis in pleriſq; ſuſpecta eẽ ſo-
let. l. 1. C. de mutat. nom. vñ Amb. in epiſto. 2. cõtra Auxen-
tium

tiū Arrianū inqt. Et ne recognoſceret, mutauit ſibi vocabu
lū. Auxenius eiicit, Mercurius excludit, vnū portentum eſt,
& duo noīa. mutauit vocabulum, ſed perfidiā non mutauit,
exuit lupū, & induit lupū. At ea obtinent cū in fraudē id fit.
3 Expedit aūt pulchro † noīe nuncupari. Io. And. in prœm. 6.
l. fi. §. ſi iu danda. ff. Ad Trebel. vbi interpretes aſſerūt malā p
ſumptionē oriri cōtra eū, q hēt turpe nomē. Dānādi igitur
ſunt, q turpia ſibi noīa aſciſcunt. l. Sed ſciendū. ff. eo. Abb. in
c. cū ſcdm. de pbē. & iō Sāctorum, quos Deus dilexit, noīa
4 mutauit, vt inqt Amb. Luc. 3. † Magna. etenim circa noīa in
deis ēt cadit affectiu, vt inqt Plato Phileno. Et hebrei ēt nō
niſi ſumma cū maieſtate Dei nomen appellabāt. Incātatores
quoq; nōnullis noīb. vtunt, quę ſi pmutes, incātationis vim
ceſſare exiſtimant, quia in re laborat tota magica vanitas, vt
inqt Orig. in primo cōtra Celſum libro, ex his arguēs nō eſ-
ſe mirū ſi Iudæi non audeāt oīpotentis Dei Sabaoth, & Ado
5 nay noīa permutare. † Laudādus igit Iulius, q licet illuſtri ſa
tis noīe nuncuparet, Iulij tū ſibi nomen aſciuit ob fauſta Iu-
lii noīs auſpicia. Nā Iulius primus Imperij, qđ legitimum ap
pellāt, titulū habuit, obq; innatā clemētiā, ac rei militaris pe-
ritiā, inq; agendis reb. dexteritatē incōparabilem, noīs ac fa
mę ſplendorem cōſecutus eſt. Is quoque, q ex Ro. Pont. pri
mus hoc noīe nūcupatus eſt, prę ter vitę ſanctitatē qua mul-
tū polluit, valde eruditus erat, & acerrimus eccleſiaſticæ au
ctoritatis aſſertor. Arrianos mirū in modū cōpeſcuit, Orięta
les epos Apoſtolicę ſed min⁹, vt decebat, obtēperātes, diris
anathematib. ī ſemitā veritatis dirigeŕ conatus ē. Fauſtū igi-
tur Iulij nomē, a quo tot edicta. vt in l. 1. §. deinde Corne. ff.
de orig. iur. Itē tot publica iudicia p ſcelerib. inſubendis. vt
ff. Ad leg. iul. ma. de vi Repetūdarū, de Adulteriis. A quo itē
habemus anni, & menſiū, quē ſequimur ordinē. Claruit, & in
mulierib. ſpecioſum hoc nomē, vt de multis habeaŕ exēplū,
qđ punit in l. In quęſtionib. ff. Ad leg. iul. ma. de illa Iulia quę
Catilinę cōtinuationē detexit, poſſe hic clariſſimorū huius
noīs ceruū ſtruere, ſed ſi expedit ab hoc noīe, Iulianę acies,
6 Iuliana caſtra, vt auctor eſt Trāquillus † Aduertēdum nihilo
minus pſpicua noīa, ſi nō adſit vitæ integritas, vulgo inuer-
ti, & malas, vt ita dicā, etymologias aſſumere, quēadmodū
Bñdicto ac Bonifacio factitatum memorat Bal. in c. olim. de
Reſcrip. vñ Aug. in lib. de vit. Chriſt. inqt. Nec nobis blādia
mur, q Chriſtiani dicamur, niſi Chriſtianorū opera facimus.
A pprii tñ noīs etymologia nullū pōt argumēti genus edu-
ci, cū hęc ad placitū ſint. l. a. vbi paſſim interpte s. ff. ſi cer. pet.
7 EPISCOPVS. † Iō ſe epos vocāt Ro. Pon. quāuis ple
ręq; alię dignitates maiores ſint in Dei eccleſia, qm quō ad
eccleſiaſticū ordinē attinet, ñ eſt gradus ſublimior epali. Ab
ordinis igit prærogatiua, nō dignitatis aut officii nomen ha-
8 bet. † Quaŕ apud canonū magiſtros epatus đr ordo, qq Tho.
Pet. de palu. & vniuerſa theologorū ſchola in diuerſā ſñiam
abire videaŕ negās eſſe ordinē pſbyteratu maiorē, qñquidē
oīs ordo hēt ſuū officiū in myſterio Euchariſtiæ, qđ epatū
in nullo deſiderat. Dñt tñ eporū pprīū eſſe ordinare eos, qui
ſacra myſteria cōficiunt. qđ re ipſa nō differt ab eo, qđ cano
9 niſtę dñt † materiā hāc late explicāt glo. & alii. in prœm. 6. in
ver. Eps, Ant. & Abb. in c. ex litteris. de exceſſi. prælat. Dom.
in c. cleros. 21. diſ. Recentiores in c. cū in cunctis. §. cū vero.
de elec. Roſel. in ſua mon. in 2. parte, aſſerentes cū theologis
autoritatē epi corpore myſtico eē pcipuā, qñ ſuli chriſmāt,
ordines cōferunt, Spm S. immittūt. c. Manus. de cōſec. diſt. 5.
c. cleros. 21. diſt. in eo tñ, qđ attinet ad illā q. Cur Ro. Pon. ſe
epiſcopos vocēt, ego diuerſa ab aliis ſentio, nā Ro. Pont. eſt
totius mundi ordinarius hñs ſummā ptātē in quacunq; diœ
ceſi. c. licet, de pben. in 6. c. cuncta p mundū. 9. q. 3. c. quodcū-
que. 23. q. 1. vñ licet Patriarcharū primarū appellatiōes ſint
digniores, tñ quo ad diœceſes ſubditorū eporum hēnt iuriſ-
dictionē coarctatā. c. Archieps. c. ſi aūt. 9. q. 3. c. Antiqua. vo-
lens igit Ro. Pontifex nomen ſibi aſciſcere qđ vniuerſalem
curā, & ſummā in toto orbe auctoritatem oſtenderet, ſe ſim-
plici Epi appellatione ornauit. Nā quemadmodum ſingulæ
diœceſes dicuntur eſſe ſub libera poteſtate epi. c. Nouerint,
10. q. 1. c. omnes baſilicę. 16. q. 7. ita & totus orbis eſt diœce-
ſis Papę & ſub libera eius diſpoſitione, d. c. licet, quod ſi ſecus
diceremus, eccleſia nun eſſet vna, ſed diuerſæ, cū non vnus
eſſet omnium epiſcopus. c. loquitur, 24. q. 1. de hoc per Aug.
de Anco. in tract. de Eccleſ. pot. q. 1. artic. 1.
10 † SERVVS. S. D. de hoc in prœm. Gregoriano, pro-
cedit enim ex humilitate, vt lucrifaciant animas Deo. ſic di-
cit Apoſt. ad Corinth. 9. quando inquit, etenim cum liber
ſim ab omnibus, me ipſum ſeruum facio, quo plures lucrifa-
ciam Chriſto. Nihil eſt, quod Chriſtianū hominē magis de-
ceat, quām ipſum humanitatis ſtudium, cum quo Chriſtia-
na religio nata & aucta eſt: faſtus aūt, & ambitio Chriſt. pie
tati omnino infenſi. ideo vt referunt Euſeb. & Plati. Paulus
Samoſatænus ambitionis ſpiritu elatus Chriſtianam religio
nē odioſam populis reddebat, quod nimis ſuperbe ante am-
bulonum, & famulorum cateruā ſtipatus incederet, litteras
intereundum dictaret, doctrinam oſtentaret ſuam.
11 † AD PERPETVAM. R. m quaſi dicat animo le-
gem perpetuo valituram concedendi, ſicut alias dicimus.
Quod principi placuit, legis habet vigorem. §. quod princi-
pi. Inſtitu. de iure nat. gent. & ciui. intelligit enim animo le-
gis condendæ. Ergo ſecundum hæc iſta conſtitutio ligauit
poſt duos menſes a die publicat. Authē. vt fac. nou. conſtitu.
at conſt. nō eſt ſita in aliquo ex voluminibus approbatis, er-
go non ligat. glo. in prohæm. ſexti. & Clement. digeſtorum
ac C. dic iſtam emanaſſe poſt omnes compilationes, ideo nō
12 ſubiici prohęmijs earum † Aduerte tamen, quia extrauagan
tes, vt faciant fidem in iudicio debent allegari, & produci
authenticę, alias ſententia contra illas lata tenet, videto quę
late ſcribuntur per Franciſcum Pauinum in Commento ex-
trauagantium Io. 22.

Argumentum.

Electio Rom. Pont. per ſimoniam facta ipſo iure adeo non valet, vt nec etiam per ſucceſſiuam inthronizationem, aut adorationem tempore conualeſcat. ſicq; electus, Cardinalatu, omnibus dignitatib. ac beneficijs priuatus eſt hoc dicit.

Sequitur Conſtitutio.

CVm tam diuino quam humano.

SVMMARIVM.

1 *Cauſa conſtitutionis edende, qua.*
2 *Auctoris noua opinio circa cauſam impulſiuam.*
3 *Floriani littera ad Julium pontificem.*
4 *Julij reſponſio per diploma ad Florianum.*
5 *Legibus in condendis Alexandri imperatoris modus ſeruandus.*
6 *Interpretande conſtitutionis quę occaſio & cauſa.*
7 *Diuiſa memoriæ facilius commendari.*
8 *Diuiſio primi membri conſtitutionis.*
9 *Caſus figuratio huius conſtitutionis.*
10 *Dubitandi ratio eiuſdem.*
11 *Damni plus attulerit, an vtilitatis editio præſentis conſtitutionis.*
12 *Schiſma omnium peſſimum vitium, & etiam ſimoniaca labe deterius.*
13 *Schiſma ſcindit articulum illum videlicet vnam ſanctam.*
14 *Schiſmatis ob vitium protoparens noſter e paradiſo pulſus.*
15 *Schiſma Chriſti vnitatem ſcindit: ſimonia autem huius, & alterius.*
16 *Dei iudicia alia, & alia hominum.*
17 *Pontifices aliquādo per ſimoniā creatos, & tamē Deo forſan acceptos.*
18 *Simonia vera, & propria, quæ ſit.*
19 *Heretici quid ſentiant circa ſimoniam.*
20 *Celebrans, & prædicans paſciſcens pecuniam quando non committat ſimoniam.*
21 *Beneficiū habens, ſi dat pecuniā ob fructus, quā ſimonię ſpeciē incurrat.*
22 *Sacramenta a ſacerdotij dignitate, non a vitę meritis vim ſumere.*
23 *Hæretici etiam prauitatis impetitum quem expoliare inauditū, nefas eſt*
24 *Conſtitutio hæc dat contumaciæ, & deficiendi anſam.*
25 *Exceptio, quæ ſubiectum neget, ſemper admittenda.*
26 *Julio ad pontificatum aſcenſus per ſimoniam patuit.*
27 *Lex mutanda non eſt abſque cauſa.*
28 *Conſtitutio p quā diſcoloraret ſtatus Chriſtianę reip. fieri nequit a Papa.*
29 *Simonia vtroque iure damnata an & qualiter & nu. 36.*
30 *Simonia idolatria, ac hæreſis vitium ſuperat.*
31 *Simonia ob labem ſubuerſa eſt Hieruſalem.*
32 *Simonia pœnas etiam in cur. Rom. & in Pontifi. edict. locum habere.*
33 *Simonia de notoria extrauagantem hanc int elligendam eſſe.*
34 *Pontifex ſi eſt hæreticus, ab eo ſi eſt notorium recedendum eſt.*
35 *Simonia notoria in caſu conſtitutionis propria, quæ nu. 36.*
37 *Spiritualia vere quoad materiam, quæ ſint.*
38 *Simonia in temporalibus vendi prohibitis an committatur vel aliud crimen.*
39 *Deteſtari verbum, & deteſtabiliter, quid in importent.*

Simo-

40 Simonia quare labes dicatur, & labes vnde dicatur, & num.41.
42 Pontifex quare tali labe magis quam alij carere debeat.
43 Pontifex plurali numero quare vtatur ſe nominando, & quare aliquando etiam in ſingulari.
44 Papa, eſt omnium ordinarius, & Christianorum caput in ſpiritualibus, & hoc probat per multas authoritates tam Pontificię, quam imperatorum, conciliorum, & euangelij, vſque ad num.57.
57 Petrus an fuerit Romam vnquam, & epiſcopus, quod ſic per multas authoritates, vſque ad num.64.
64 Neceſſitas facit licere, quod alias non eſſet licitum.
65 Argumentum a neceſſitate officij eſt validum.
66 Lex medetur animis, prout medicina morbis corporum.
67 Cardinales quando patres, & quando filij a Papa vocentur.
68 Epiſcopi ęquales Papę, an & quando dicantur.
69 Epiſcopi, pontifices in ſuis diœceſibus dicuntur, tamen proprie, ad Romanum antiſtitem tale nomen ſpectat.
70 Cardinales Rauennę qualiter dicantur, Cardinales.
71 Cardinalis appellatur proprie, & generaliter qui contineantur.
72 Curia Romana & Roma dicitur eſſe vbi eſt caput.
73 Cardinalium conſilia, an Papa ſequi teneatur, & alia ad materiam.
74 Unanimis conſenſus, an dicatur, quando maior pars conſenſit.
75 Conciliaris conſtitutio quę, & de eius pręſtantia.
76 Perpetuum quot ſumatur modis. Et quid differat perpetuum, ęternum, & ſempiternum inter ſe.
77 Apoſtolica authoritas, quamquam primario in Petro, etiam a Paulo deriuata eſt.
78 Poteſtas nō eſt niſi Papę viuentis, authoritas autem apoſtolorum, & Papę, ab eis tamen proueniens.
79 Plenitudo poteſtatis eſt tantum in Roman. pontifice quidque ſit plenitudo.
80 Pallij donatio quam tribuat authoritatem Archiepiſcopis.
81 Pallij vero, & authoritas ponitur tam quoad diuinam, quam quoad humanam correctionem, & quare humana in imperatorem transfuſa, & quo tempore, & num. ſequen.
83 Eccleſia Romana, quando & a quibus libertate & opibus donata, & aucta.
84 Donatio facta eccleſię Romanę dici poteſt remuneratio, & reſtitutio.
86 Caroli imperium a Dante dicitur vſurpatio.
87 Bona eccleſię, an ad Cęſarem noſtrum ſint ſubiecta.
88 Conſtantinus pugnaturus, vidit ſignum Crucis, & Angelos adſtantes, ac dicentes, in hoc ſigno vinces.
89 Conſtantinus ab exercitu celitus miſſo, adiutum Gallię, & Italię & fama eſt conſtans.
90 Plenitudo poteſtatis a Deo tantum, & ſolus eam habet Papa.
91 Plenitudo poteſtatis quomodo in Papa, & qualiter in concilijs reperiatur.
92 Plenitudo, quę diuinis conuenit, merito & Papę Dei vicario attribuitur.
93 Plenitudo quare non operetur, etiam montium translationem, & reſurrectionem mortuorum.
94 Simoniacè electus Papa ante hanc conſtitutionem, an fuerit pontifex.
95 Pontifex an diſponat, & in quibus ſuper electione futuri pontificis.
96 Clemens a Petro an ſucceſſor deſignatus, & an ipſe acceptauerit Papatum.
97 Eccleſia vniuerſalis quę, & quomodo definiatur.
98 Renunciatio Papatus non eſt a Deo, ob id quod Deus coniunxit.
99 Simonia an committatur vacante ſede per renunciationem, & non per mortem.
100 Diaboli nomina, & artes, voluntas tamen noſtra magis in culpanda.
101 Ambitioſos dici obtinentes alias quam per canonicam electionem.
102 Electio canonica quę. Et non canonicè electus a Papa, an tutus ſit in conſcientia.
103 Ambitioſus non eſt, idoneus & pauper beneficium petens.
104 Ambitio, auaritia, & cupiditas qui aſſerant.
105 Ambitio amplectatur auaritiam, & cupiditatem.
106 Inclinatio ad malum vnde veniat.
107 Siderum inclinatio non arctat, & deſiderat influxu, & mentis libertatē pulchra num.108.
109 Aſtronomia quomodo pollicieantur, futuros mores.
110 Electio ſumet, an procedat: electio actiuè & paſſiuè ſumitur, & numero ſequen.
112 Cardinales collegium conſtituunt, & capitulum totius eccleſię, viuente tamen Papa tantum.
113 Cardinales pontifice electo abſente, an iuriſdictionem exerceant.
114 Cardinalium pars maior, an decernere poſſit, vota ſecreta dari.
115 Simonię definitio, & effectus.
116 Simonia an dando ex poſt facto, non tamen pręcedente pacto nec intentione committatur.
117 Simonia per preces, an & quando perpetretur.
118 Simonia in commodando, necnon mutuando, an committatur, & remittēdo debitum.
119 Simonia per promiſſiones inducitur, propter actionem quamuis ſit ineffi cax actio.
120 Recipere & accipere quomodo differant, & recepti arbitri quare dicantur.
121 Ioannes baptiſta pius vir multę lectionis.
122 Pecunia nomen eſt generale, complectentes omnia pretij ęſtimabilia, quāuis ęs ſignatum proprie deſignet.
123 Simoniaci etia per iurium & actionum ceſſionem fit.
124 Officia ſimonia an quando non ſunt venalia, ſi vendantur, & cedantur in his committatur.
125 Cardinalatus dignitatem an emere ſit licitum.
126 Cardinalatus officium habet dignitem annexam.
127 Cardinales olim mortuos ſepeliebant, baptizabant, quia reprę ſentant clerum vrbis.
128 Cardinalatus eſt de iure diuino, loco eorum qui erant ordinis leuitici.
129 Simonia etiam in Papa cadit quia eſt pre alijs adminiſtrator, non dominus rerum eccleſię.
130 Officia emere etiam apud antiquos deteſtabile erat.
131 Beneficij appellatione, latè ſumpta veniunt epiſcopatus, & dignitates.
132 Gentiles habebant beneficia, & redditus, & diſpenſationes ad ſacerdotia.
133 Simonia an inducatur per pactum quod beneficia vitium diſtribuantur.
134 Intentione primum inſpiciendam, non quod contra eam eſt.
135 Simoniam an committat, qui efflagitat eligi.
136 Simoniacus an dicatur precibus populi vel regis electus.
137 Simonia an dicatur ſi electo inſcio, ab alio quid detur, & quid in inferioribus beneficijs.
138 Electioni Papę, ſi duo partes Cardinalium accedant, ſufficit.
139 Unanimis concordia quid importet.
140 Electio Papę ab omni forma exempta eſt, & quot modis fiat.
141 Succeſſor eligendi modus per Hilarium ſublatus.
142 Papa eligebatur, a popul. Roma. cleri conſenſu accedente, & etiam ab imperatoribus.
143 Conſtantius omni impietate in ſignis.
144 Eligendi poteſtas Cardinalibus quando, & quo tempore data, & conceſſa.
145 Pontificis electio qualiter primo fiebat, & quomodo variauerit.
146 Celebrari verbum plus habet in ſe ſolennitatis, quam verbum fieri.
147 Simoniaca electio, an ex antiquis decretis nulla.
148 Papa, hęreſis opponitur. Item quod eſt fęmina, furioſus, infans, & num. 150. & 151.
149 Simonię exceptio ante intronizzationem proponenda eſt.
152 Papa quare infans non poſſit creari, & imperator ſic.
153 Pontifice creando ętas minimè pręfixa, tamen attenditur, quod ſit ſaltem annorum 30.
154 Bonifacius fuit pontifex creatus, vix anno 30. ętatis ſuę actio.
155 Electores Papę, quid principaliter inſpicere debent in eligendo.
156 Laicus an poſſit in Papam eligi, quod ſic, ut Ambroſius.
157 Electio celebrata a minori numero quam duarum partium nulla dicitur.
158 Hęreſis quę, & quando Papę opponatur.
159 Papa iam hęreticus, qui & pœnituit, a quoquam iudicatur.
160 Papa hęreſis inſania laborans, debet purgari, alias grauatur eius opinio.
161 Papa monitus ſi ſe emendare noluerit, non ſufficit pœnitentia ex poſt ſi ſit damnata hęreſi implicitus, & quare.
162 Papa ſe emendans, non traditur curię ſeculari.
163 Papa proferet contra ſe ſententiam iſto caſu, alias concilium proferet, ſi nolit ipſe proferre.
164 Pontifex notorie criminoſus, an & quando deponi poſſit.
165 Simoniacus quare, & quando ſit deterioris conditionis quam hęreticus.
166 Simonia pręcedens inficit poſt ritè factam electionem ex vi conſtitutionis huius.
167 Simonia notoria impedit oppoſita, intronizzationem, non notoria autem non, ſed in concilio poſtea proponetur ad effectum deponendi ipſum.
168 Pontifex ſpoliatus pro notoria ſimonia, eſt reſtituendus, ſecus ſi eſt notoria.
169 Papa electus per ſimoniam priuatur quoque Cardinalatu & alijs dignitatibus, niſi ex patrimonio ſibi ſpectent, & num 170.
171 Patriarchales eccleſia quę, & Patriarcharum priuilegia.

172 Penſio an ſub nomine beneficij contineatur.
173 Pontifex dominus alia beneficia perdit per creationem, niſi velit retinere eadem.
174 Commenda non eſt titulus. Et quid de commendis modernis quæ dantur cum fructuum perceptione omnimoda
175 Per ſimoniacum committens, an perdat acceſſus & regreſſus.
176 Apoſtaſia, & prævaricatio quid præſeferant.
177 Simonis magi vita, & incitationes, et mores, qui vt Deus adorari volebat, & quare ab eo ſimonia nomen ſumpſerit.
178 Magica ars quid profiteatur, & vnde originem habuerit.
179 Inthronizzatio non tribuit ius, ſed electio, & quid ſignificet ipſa inthronizzatio.
180 Simoniacus ſimul, ſemper eſt inhabilis.
181 Adoratione qua Papam adoremus, & qua Deum, & nu. 185.
182 Pontificis remoti actis an annullentur, & de intellectu. l. Barbarius. de offic. prætor.
183 Inthronizzatio ſequens ſimoniacam electionem, nil operatur.
184 Licere verbum, an importet neceſſitatem.
185 Simoniaci conſcij Cardinales, an & qualiter diſcedant, cum priuati Cardinalatu.
187 Cleri appellatione an veniant Cardinales, & clerus an veniat populi appellatione.
188 Laici iam eligebantur tempore primæ eccleſiæ, & quo tempore, & a quo primo decretum ſuit nonelegi.
189 Iuramenta quæ non ad aſtringant.
190 Electus in Papam ſtatim, vt etiam Imperator, & Rex Francorum, adminiſtrat.
191 Papa magus an deponendus.
192 Ethnici quid credebant, & quid publicari.
193 Simoniæ notoria exceptio impedit adminiſtrationem, ſecus ſi non eſt notoria.
194 Cardinales opponentes minori num. ſi ſint quam alij qui non opponentes, electo negant is quis erat iudex.
195 Brachium ſeculare, quare inuocat eccleſia, cum habeat & ipſa gladij poteſtatem. Item quomodo regimen imperij Rom. ab Imperatoribus ab alienatum.
1?? [illegible] ius a ſede apoſtolica proueniens, ipſum coronat, ac etiam depo[illegible]
1?? Eccleſiæ Romanæ ſubiecta loca quæ ſint.
198 Pontifici bella gerere & armatos habere liceat, & de intellectu illius dicti, mitte gladium in vagina, & qui de gladio perit, & nu. ſeq.
200 Pontifex maximus, propriis bella gerere, & ſoluere ſtipendia poſſit.
201 Bellum iuſtum quod ſit, & quod liceat tum etiam Papæ gerere.
202 Bellum iuſtum penes Rom. Ethnicos quid.
303 Aureliani epiſtola ad tribunum, quales debeant eſſe milites.
304 Tunicam inconſutilis dominus erat pretioſa prout decet pontificum veſtes eſſe, & quid ſignificet.
305 Schiſma quid, & quo tempore cœperit hoc malum eccleſiam ſuam.
206 Schiſmaticorum pœnæ quæ, & delicti huiuſce grauitas enodatur.
207 Eligentes ſimoniacè priuantur pure dignitatibus, non conditionaliter, & ibi de verbis, indumentisque aliorum parum.
208 Eligentes ſimoniacum vt reſiſtatur, requiruntur duo, videlicet quod diſcedant & quod vocati minantur alias.
209 Eligentes non vocati, ſua culpa impedient, quia ſe ad neceſſitatem adſtringetur.
210 Cardinalatus dignitas, magis quam aliæ all. pœnalibus excepta eſt.
211 Pœnalis conſtitutio extenditur quando eſt fauore animæ vel boni publici lata.
212 Dictionis vſi, vis multiplex & ſignificatio.
213 Verba cum effectu ſumenda, ne ſit legis ordinatio inutilis.
214 Cardinales non conſcij ſimoniæ alios vocare teneantur & quando, & dubitatum vi.
215 Vocati an reſtituantur, ſi extra tempus venerint.
216 Electores ſi omnes ſint ſimoniaci a quo reſtituantur ſi non eſt Papa & ad quem deuoluatur electio pontificis.
217 Citatio per edictum quo caſu fiat, cum ſit odioſa.
218 Beneficia medio tali tempore collata, & quomodo reſtitui ponantur.
219 Mediatores ſimoniæ puniuntur, & an admittantur ad probandum crimen ſimoniæ.
220 Trapezitæ officium & dicuntur contagio hominum.
221 Conſtitutio ligat magnos, & paruos.
222 Mediatores grauius puniuntur quia amittunt patronale.
223 Bona extra locum territorij ſita, an amittantur per ſimoniæ crimen
224 Sponſio quid, & quid ex commiſſa, & quomodo per eam fraus fiat conſtitutioni.
225 Recipere quomodo differat a confeſſione de recepto.
226 Obligationis cameralis ac guarentigiæ vis & robur.
227 Electio ne nimis differatur an per hanc conſtitutionem conſultum ſit.
228 Cardinalis vnicus non ſimoniacus, an ſolus eligat, & an ſe ipſum.
229 Contra ſimoniacè indicere an poſſint qui Cardinales, & quid de obſeruationibus.
230 Cardinales non conſcij non coguntur recedere a ſimoniaco. Et quid ſi obediunt reuelint, an conſultum per conſtitutionem.
231 Recedere a Papa an liceat ſimoniaco, propter dubium ſpolij.
232 Spoliat a authoritate iuris poſſeſſorum iudicium denegatur.
233 Electio vbi præceſſerit Cardinales, non indicant, nec eligunt.
234 Concilij deffinitio, & origo, & de primo & alijs concilijs.
235 Simbolum quomodo factum.
236 Hiſtoria clementis & Petri itinerarium apogripha, libri, & an citandi.
237 Concilia generalia quando cœperunt publicè celebrari.
238 Concilij indictio ad quem ſpectet, fallit in caſibus, & num. 239.
240 Cardinalibus negligentibus ad quem deuoluatur conuocatio concilij, & nume. ſequen.
241 Conſtantinopolitana eccle. prima, poſt Romanam.
242 Concilij congregandi ius an iure vniuerſitatis, vel ſingulorum ad Cardinales ſpectet.
243 Concilij in indictione an maior pars reſpectu minoris, an vero reſpectu totius, requiratur & num ſeq.
245 Collegio negligente an vnus Cardinalis indicet concilium.
246 Cardinales, a Papa diſcedentes, an negligentibus alijs indicunt alij & qui, & quando,
247 Papa notorie criminoſus in ſcandalum totius eccleſiæ, poteſt deponi.
248 Papa quando ſubijciatur concilijs, ex theologorum communi opinione.
249 Papa notorie criminioſo, iniuſta operanti reſiſti poteſt.
250 Papa a nemine iudicatur, in toto terrarum orbe, niſi in caſibus, & numero ſequen.
252 Papa vxorem de facto ducens, ac maritus non dimittens, & quid ſi concubinam non eiiciat.
253 Annata an iuſte exigatur a ſede Apoſtolica, & quo tempore cœperit.
254 Ioannes pontifex reliquit eccleſiæ 25. cent um millia numorum.
255 Schiſmatis tempore concilium regit, etiam ſi vnus ſit electus canonicè Papa.
256 Scandali vitandi cauſa quis priuari poteſt iure ſuo. Item quando alter eſt idoneus, alter non, vel quando vterque, & quando de neutro conſtat, quid agendum pro concilio & nu. ſequen.
258 Papæ male electi ob potentiam, etiam rite electus deponi poteſt.
259 Papa ſimoniacè electo, indictionem concilij ad Cardinales ſpectare.
260 Concilijs in conuocandis iſtis caſibus Papæ licentiam requiri, quamuis non obtineatur.
261 Concilium an ſi ſupra Papam ſit quæſtio quando orta, & quæſt. & reſolutio.
262 Eugenius per concilium Baſileenſe depoſitus.
263 Conciliorum authoritas quamuis magna, tamen quandoque errauit, & quomodo, & num. ſequen.
266 Concilium minime in loco ſuſpecto indicendum.
267 Allegandi iura ciuilia & canonica modus & forma vera.
268 Digeſtum quare ſcribatur per duplex. ff. & Codex per C. magnum.
269 Iuris diſciplina ſub Gotis diſperſa & neglecta.
270 Irnerius Longobardis pulſis cœpit leges docere del 1190.
271 Pontificis nomen, antiquum eſt, & commune tam gentilibus, quam Chriſtianis & Hebræis & Pontifex vnde dicatur.
272 Pontificatus & imperium antiquitus coniuncta erant, in vna perſona.
273 Conciliaris conſtitutio an habeat vim clauſulæ derogatoriæ ſequentia.
274 Concilium legitimè congregatum poteſt legem condere, ſiue a concilio fiat Papa approbante ſiue econtra.
275 Inhibere, verbum quid, & quandoque ad præterita, quandoque ad futura trahi.
276 Contrauenire verbum quomodo capiatur, & quos reſpiciat quoad conſtitutionem.
277 Decretum irritans an liget ignorantes quando ſit, & quid quando a legatis, & num ſequen.
279 Decretum irritans, an moderetur conſuetudo.
280 Bullæ nomen, vnde.
281 Lex publicata, ligat ſolum poſt duos menſes a publicatione.
282 Legis iuri naturæ omnes ligat indifferenter.
283 Omnino verbum quomodo refertur, ac intelligatur.
284 Indignationem incurrere, eſt vltores habere Petrum, & Paulum.

EDita fuit præſens Conſtitutio a Iulio ſecundo, vt ſimoniaca labes ceſſaret in electione Roma. Pont.
tionem cloacarum ſalubritatem afferre. l. 1. de cloac.

67 †FRATRVM NOSTRORVM. Qñ Papa nũcupat
Cardinales, in genere vocat eos fratres, quia inter illos ſunt
ep̃i. no. in c. 1. in ver. fratrib. de renu. in 6. alioqui dicunt Car-
dinales filii, nõ fratres. c. venerabilis. de offi. deleg. c. cũ venera
68 bilis. de excep. c. ecce. 99. diſt. † qđ eſt verũ quo ad ordinis p̃ro
gatiuã, ſecus quo ad iuriſdictionẽ: nam non ſunt ep̃i ęquales
Ro. Põt. de quo Io. de turre crem. in c. patet. 9. q. 3. vbi aggerit
caſus, in quib. ep̃i dicuntur fratres Papę. Tu tñ animaduertito
ẽt quo ad iuriſdictionẽ, ep̃os poſſe dici fratres Papę, qñ quidẽ
& illi ſunt in partem ſolicitudinis vocati. c. ad honorem. de au
69 cto, & vſu pal. nam † epiſcopi in diœceſibus ſuis dicũtur ſum
mi ſacerdotes, & ẽt Pontifices, c. inolita. c. de pſuna. 11. q. 1. c.
qui eccleſiaſticis. c. ſi officia. 59. diſt. quãuis hodie ſimplex ap-
pellatio Sũmi Põtificis ad Romanũ antiſtitem tantum, nõ ad
alios ſpectet. vt no. in c. 1. de conſt. in 6. & facit c. 1. 21. diſtin.
70 †SANCTAE RO. E. CAR. dixit Sanctę Ro. eccleſię
Cardinaliũ, vt excluderet alios q. p abuſum Cardinales dicũ
tur. quales ſunt Rauennæ Cardinales. qui non ſunt Cardina-
les ſimpliciter, ſed ad aliqd, vt dicimus de rege ſcaccorũ. in c.
71 pudor. 22. q. 2. †Sola. n. Ro. ecc. hẽt Cardinales proprie nuncu
patos, vt notat Cõpoſt. in c. cũ acceſſiſſent, de cõſt. Alioq; Car
dinalis appellatio gñalis ẽ, ſub qua cõtinent oẽs regẽtes alios.
Card. Alex. in c. ſacroſancta. 22. diſt. & in c. Paſtoralis. 7. q. 1.
72 Et † dicunt Cardinales S. R. E. creati a Ro. Põt. ẽt ſi crearen-
tur a Papa comemorante Auinione vel alibi cum curia, quo-
niam vbi Papa, ibi Roma. de quo per Zenel. in extraua. execra
bilis. §. nos itaque. in verſi. Rom. eccleſia.
73 †CONSILIO. Hoc dixit, qm̃ Papa nõ tenet ſequi ea quę
Cardinales ſuadẽt, pluſq̃ velit. c. ne pro defectu. de elec. c. qđ
p̃cipue. 24. q. 1. an vero teneatur Ro. Pont. explicare ardua q̃
que cũ cõſilio Cardinalium, videto quæ late tradũt Feli. & re
centiores in conſti. Quando vero aliquis tenet exquirere cõſi
liũ alicuius, an & ſecundum illud agere tenetur, vide Rom. in
rub. de Arbi. Et quando aliquis obligetur ob Conſilium. vide
Ioan. And. & Fely. in c. ſuper. de ſent. excom.
74 †VNANIMI. CONS. Hoc eſt pluſquã cõſulere. c. 1. de
offi. dele. & dr̃ cõſenſus vnanimis quia nemo diſcrepat. Sicut
qñ dicimus de maiori cõcordia in electione Papę. c. vbi peri-
culum. & ele. ne Romani. An vero dicatur vnanimis conſen-
ſus, quando maior pars in idem conſentit, videto recentiores
in c. licet. de elect. & dicam inferius.
75 HAC NOSTRA. Nã cõſtitutio hæc põtificalis eſt, non
cõciliaris q̃q̃ fuerit lecta & publicata in cõcilio Lateranenſi.
poſtq̃ fuerat edita & pmulgata p ipſum Iuliũ noie proprio.
Sed qd, ſi edita fuiſſet noie Iolii, & anteq̃ pmulgaret ab ipſo
cõcilio acceptata, an dicet cõciliaris vel Papalis? nã cõciliaris
legis auctoritas p̃ſtantior eſt, vt inferius dicã. Philip. Dec. in c.
1. de iudic. dãnata ſentẽtia Abb. in c. 1. de ſpõſ. aſſeruit legem
huiuſmodi nõ eſſe pptereа cõciliarẽ, quod cõciliũ cõſenſerit Pa
pę illã facienti, cũ aliud ſit facere, aliud facienti cõſentire. l. aliud
eſt vẽdere. ff. de reg. iur. verũ falſus eſt Decius, q2 cõcilii au-
thoritas interueniẽs, quo ad oẽs affectus ſuos facit legẽ dici
cõciliarẽ. Qñ oia noſtra facim⁹ &c. l. 2. C. de iur. ver. enuc. Et
cõtra ſententiã Decii eſt tex. in c. ſi. de relig. dom. iungẽdo ca.
1. eo. tit. in 6. item tex. in c. maioribus, iungendo c. vacante. de
præbendis in c. nonnulli. c. dilectus. de reſcript.
76 †PERPETVO VALIT. Perpetuo valet lex, niſi reuo
cet. c. nõ dẽt de cõsã. & affi. ppetuũ igit̃ erit. i. donec reuocet.
Io. And. in c. actus. de reg. iur. in 6. Qñdoq; aũt exponit̃ Perpe
tuo. i. gñaliter. l. qui excipit. ff. de cõdi. inde. vide Bar. in l. præ-
tor. §. hoc ĩterdũ. ff. de no. oper. nũt. & in l. iuriſperitos. in prin.
ff. de excuſ. tut. Dicimus itẽ ppetuũ. i. continuũ. Oui. ad mea p
petuũ deducite tpa Carmen. Inter ppetuum, æternũ, ſempi-
ternum theologi plurimum differre exiſtimant. Oratores his
promiſcue vtuntur. de hoc vi. glo. in l. 1. ff. pro ſoc. & in c. hoc
tus, 12. q. 2. Fely. in c. de hoc. de ſimo.
APOSTOLICA AVTHOR. S. Apoſtolorũ Petri
77 & Pauli, qua nos ad Põtificat⁹ apicẽ euecti fungimur. †Nã Pe
trus & Paulus ſuo glorioſo martyrio Romanã eccleſiã funda
rũt, & meritis ęquales fuerũt, vt inq; Amb. in c. beati. 2. q. 7. &
Hiero. in c. Paulus. ea. q. authoritas ergo Romani p̃ſuli ab am
bob. deriuata eſt, q̃q̃ primatus auctoritas in ſolo Petro eſſet,
in d. c. Paulus. in §. hoc non. c. in illis. 80. diſtin.
78 POTESTATIS NOSTRAE. auctoritas ergo Apo
ſtolorũ, ptãs eſt Papę, q2 authoritas deſcẽdit ab Apoſtolis Pe
tro & Paulo, ptãs nõ eſt niſi in Papa viuẽte. at q2 vtrũq; deſcẽ
dit a Petro in Papã, pp illud Euãgelii. Qđcũq; ligaueris &c. c.
qđcũq;. 24. q. 1. dic ergo authoritatẽ dici apoſtolorũ qm̃ ipſi
fuerũt authores & fũdatores Ro. ecc. vt dixi ſuperius, alioqn
tñ dicit̃ ẽt authoritas ipſius põtificis. c. duo ſunt. 96. d. poteſtas
vero dicitur ſimpliciter ipſius Papæ viuentis, quia viuis, non
mortuis data eſt illa poteſtas ligandi atque ſoluendi.
79 PLENITVDINE. Hęc. n. ptãtis plenitudo eſt penes
Ro. Põt. nũ. c. ad honorẽ. de auth. & vſu pal. c. pposuit. de cõ-
ceſ. p̃b. c. loquit̃. c. oĩb. 24. q. 1. c. ſolitę. de mai. & ob. c. nouit. de
iud. Sed qd opus erat hãc ptãtis plenitudine exprimere, ſi fa-
ciebat hoc authoritate apoſtolica i qua erat ptãtis plenitudo?
Rñdeo, conditorẽ id feciſſe q2 plenitudine iſta nõ vtĩ Papa,
niſi qñ trãſcendit iura, vt tradit Hoſt. in c. propoſuit, iñ ille vti
velle nõ p̃ſumit̃ niſi qñ exprimit. Inn. in c. innotuit. de elec. &
iõ lr̃a dicit. Et de p. n. plenitudine. Ampliat. n. dictio Et, & capi
tur p ẽt, vt in §. quib. C. de no. Cod. cõp. l. 1. ff. ſol. mat. eſt aũt
plenitudo ptãtis ea sũma ptãs recte gubernãdi populũ Chri-
80 ſtianũ cui nihil addi põt. c. hñ quidẽ. 96. diſ. †Hãc quoq; ptãtis
plenitudinẽ impertit Ro. Põt. Archiep̃is, qñ eos laneo pallio
donat, ſed limitate admodũ. c. niſi. c. ad honorẽ. de auct. & vſu
pall. Pallio aũt hoc laneo vtebant̃ Imperatores in ſignũ illius
omnimodæ ptãtis, quare legimus, Valẽtinianũ Imperatorem
hoc palliũ donaſſe Archiep̃o Rauenatenſi, qui deinde elatior
fact⁹, toties de primatu cũ Romano Antiſtite cõtẽdere auſus
eſt,

eſt, tanquam & ipſe plenam ac ſummam cum pallio auctori-
81 tatem recepiſſet, vt teſtatur Sabellicus in Rapſod. † Sunt er-
go qui dicant Pallium hoc ſummæ poteſtatis argumentũ Ro
manos Pontifices ab Imperatoribus accepiſſe, quando & ter-
geminam Coronam cæteraq; regula inſignia, a, Conſtantino
magno conſecuti ſunt, vt aſſerit Iſidorus. Quanquam nõ de-
ſunt, qui omnia ea, quæ de Conſtantini donatione circũferun
tur, commentitia exiſtiment. Id quod libello ſpecialiter edito
probare nixus eſt Laurentius Valla vir alioqui eruditus, in cu
ius ſententiam pedibus eunt, quotquot hodie barbatuli erudi
tionis ſibi nomen aſciſcere volunt. At credendum Iſidoro au
ctori grauiſſimo, in his præſertim, quæ ad mitram, pallium, ac
ornamenta huiuſmodi pertinent, quando oppoſitũ aliter non
probatur, cui ſententiæ conſentanea tradit Hiſtoria triparti-
ta lib. 1. c. 9. quando dicit Conſtantinum donaſſe eccleſijs ve-
82 ctigalia. † De his vero quæ ad humanam cohertionem ac me
ri Imperij exercitiũ ſupra ſpectant, nemo receptus auctor me
minit præter Vincentium, lib. 14. cuius auctoritas apud erudi
tos titubat. Quin immo legere eſt vſq; ad tẽpora Leonis Con
ſtantinopolitani Imperatoris magiſtratus Romani gubernaſ-
ſe. Rom. Pontif. eorum imperata feciſſe, donec ſocordia, ne di
cam malitia Græcorum Imperatorum, Ro. Pont. vna cum po
pulo Rom. compulſi ſunt alium Imperij titulum decorare, qui
eos à Longobardorum iniurijs tutaretur. Hac de cauſa Caro-
lus, à Romano populo Imperator acclamatus, & a Ro. Pont.
coronatus eſt. Indigni etenim Rom. Imperio facti ſunt Græ-
ci, qui præterquam quod in deliramenta abrogationis imagi
num incidere, Vrbis tutelam ita deſeruerunt, vt nil aliud pro-
curarent, qui ab Imperatoribus deſtinabantur, quàm templa
ſpoliare, priuata, publica quæ omnia rapere. Eodem ergo po-
puli Rom. conſenſu, quo ius auctoritaſq; omnis in Imperato-
res deriuata erat, abrogata eſt, cum non deceat illum populo
præeſſe qui populi tuendi nulla cura detinetur.

83 † Hac ego ratione Imperium noningentis amplius annis in
occidente permanſit, cuius deinde Imperatoris confirmatio,
atque abrogatio Romano Pontifici Chriſtianorum omnium
capiti reſeruata eſt, quare Imperatores ac reges multos ex il-
lo tempore a Rom. Pontificibus depoſitos fuiſſe legimus. Do-
narunt autem, qui mox in occidente Imperatores creati ſunt,
Romanam eccleſiam communem omnium parentem multis
cum priuilegijs atq; immunitatibus, tum etiã Vrbibus & pro-
uincijs, vt libertate, atq; opibus aucta, honeſtiore gradu præ-
emineret. Nam, qui parentes ſuos debito honore fraudãt, ho
84 micidij participes dicuntur. Prouer. c. 18. & 30. † Remuneran
di cauſa facta eſt donatio hæc, ob immenſa beneficia, quę Ro
manum Imperium, & Chriſtiani omnes à deo quotidie ſuſci-
piunt. Item quia, cum domini ſit terra, & plenitudo eius, vt in
Pſal. Domini eſt terra. & in c. tua. de Dec. ideo reſtitutio fuit,
non donatio. Quapropter donatio hæc, a quocunq; facta va-
lebit. Bart. in procem. ff orum. Bal. in prælud. feudo. concluden
tes ob has rationes donationem factam à Cõſtantino valuiſ-
ſe, quę rationes concludũt ſiue à Conſtantino, ſiue ab alio Im
peratore fuerit facta, de quo per Ang. in auth. quomodo opo.
epiſco. ince. in rubr. ff. de verb. oblig. Abb. in c. per venerabi-
lem. qui fil. ſint leg. Pau. in clem. 1. §. porro. de iureiur. Alex. la
85 te. in c. Conſtantinus. 96. diſt. † Deſinant igitur Valla, & qui
cum eo maledicentiæ ſtilum armauerunt, miſeros nuncupare
legiſtas, quaſi diſputent, an valuerit donatio Conſtantini, quę
non fuit. Nam iure defendi poſſet eam donationẽ veram ex-
titiſſe. Sed etiam ſi non fuerit, quãdo conſtat Carolũ, & alios
Imperatores occidẽtis, ea quæ habet, & ampliora donaſſe, pa
rum refert. Rei nõ nominis eſt quæſtio, cum ſit ſucceſſoris, &
anteceſſoris par auctoritas. c. innotuit. de electi. Niſi forte ve-
86 lint Imperium occidentis eſſe iniuſtum & vſurpatum. † Id qđ
Dantes male cautus in ſua monarchia lib. 3. cap. 3. affirmat di
cens, Carolum fuiſſe Imperij vſurpatorem nõ Imperatorem,
quo verbo Dantes, qui alioquin Imperatoris gratia totam il-
lam monarchiam impudentiſſime texuerat, ipſum tirannum,
87 & vſurpatorem facit. † Quod Romanæ eccleſiæ cauſam me-
liorem faceret aduerſus hos, qui ad Cæſarem noſtrum, ea quę
Rom. eccl. ditioni ſubdita ſunt, pertinere volunt, ſed legitimũ
Cæſaris noſtri Imperiũ, ne rei huius ſummam ad Turcã deſe
ramus. Is vt pius ac fęlix (ſicut iure ipſo tenetur,) eccleſiã Dei
proteget, matrem ſuam fouebit, non violabit, donabit noua,
non auferet vetera. Sicq; Deus faciet illum præualere aduer-
88 ſus barbaras nationes. † Cõſtantinianæ tamẽ pietatis argumẽ
tum maximum præbent, quę per Euſeb. lib. 10 c. 9. & alios hu
ius rei tractatores dicuntur, ꝙ ſcilicet pugnaturus, vidit ſignũ
Crucis, & Angelos aſtantes qui dicerent. Conſtantine in hoc
ſigno vinces. Id quod teſtatur adhuc inſcriptio, quæ viſitur in
ipſius Conſtantini arcu, quæ talis eſt.

S.P.Q.R. IMP. CAE. FL. CONST. ET AVG. QVOD
DIVINITATIS INSTINCTV ET ANIMI MAGNI-
TVDINE VNO TEMPORE TAM DE TIRANNO
QVAM DE OMNI EIVS FACTIONE IVSTIS. R. P.
89 VLTVS EST ARMIS. † Inq̃tum ergo dr̃ diuinitatis inſtin-
ctu hoc feciſſe, deſignat̃ id, ꝙ prædictũ eſt. In Panægyrico au
tem habito coram ipſo Conſtantino narratur, quemadmodũ
exercitus à cœlo miſſus Conſtantinum iuuit. hancque fuiſſe
cõſtantem in Gallia atque Italia famam. Haud igitur mirum
eſt, ſi Conſtãtinus memor tanti in ſe à Deo immortali benefi
cij Vicarium eius in terris bonorum, quibus Imperiale culmẽ
90 affluebat, participem facere voluit. † Quod tamen ad poteſta
tis plenitudinem attinet, ſolus Papa hanc habet non ab Impę
ratore, ſed à Deo glorioſo, vt in ſuperioribus demonſtratum
eſt, propter illam auctoritatem Euan. Quodcunque ligaueris.
91 † Hanc tamen poteſtatis plenitudinem & in concilijs genera-
libus eſſe plerique voluerunt, ſed diuerſo modo, vt auctor eſt
Carthuſienſis quidam in duobus tractatulis a ſe de Concilij
poteſtate editis, inquit. n. ille. plenitudo poteſtatis eſt in Papa,
vt accidens: in eccleſia vniuerſali, vt in obiecto: in Cõcilio, vt
in exemplo, quemadmodum Imago eſt in ſpeculo, ꝙ alij dicũt
repræſentatiue, ut de his inferius, quando agetur de poteſta-
92 te Papæ, & Concilij. † Aduertendum quoq; aliud, nomẽ hoc
plenitudinis haud fruſtra Vicario Dei attributum. Quando-
quidem, vt inquit Mac. in primo de Som. Scip. Plenitudo tuſt
diuinis ſupernisq; conuenit. In numeris quoque plenitudinẽ
hanc attendimus, quando numerus plures ex ſe gignit, & plu
ribus accõmodatur, vt inquit idem Mac. & Io. An. in proœ. 6.
quod de ſenario & ſeptenario exemplum habet. Cum igitur
R. Pont. poteſtas oẽs alias ex ſe gignat, merito plena erit. Da-
ta igitur plenitudo hæc Petro & pontificib. vt poſſint omnia
ea, quæ ad chriſtianæ R.P. vtilitatem ſpectant, tum in conſer-
uanda fidei ſinceritate, tum in dirigẽdis mortalium animis in
93 Deum. † At non propterea poterit Papa montes transferre,
mortuos ſuſcitare, quĩ hæc a fidei merito, non à poteſtatis au
ctoritate proficiſcuntur. Item nec poterit contra bonos mo-
res facere, eccleſiæ ſtatum perturbare. c. nihil. 2. q. 7. Recẽ no-
res. in c. conſequens. 11. diſt. Clauium. n. vt dicunt Theologi,
poteſtatem habet Papa, dummodo clauis per eum recte diri-
gatur & non erret. Materiam hanc explicaui in tract. de poſt.
leg. lib. 10.

STATVIMVS. Hæc & quæ ſequuntur verba, ius nouum
inducũt, c. in his. de verb. ſig. c. decernimus. de iud. c. diffiniuit.
17. q. 4. c. diffiniuimus. 18. q. a. Car. in cle. exiui. de verb. ſig. Si-
94 nonima igĩ ſunt, his, vt dixi, de induſtria vſus eſt Iulius. † Ab
his quæri poteſt, an creatus per ſimoniam ante hanc conſtitu
tionem, eſſet Papa? Et dicendum, creationem non vitiari, quo
niam non eſt de expreſſis in c. licet. de elec. quod paſſim inter-
pretes aſſerunt excepto Egid. qui diuerſa ſenſit. in c. 5. 23. diſt.
quem ibi reprobat Alexand. pro cõmuni igitur ſentẽtia facit
hæc conſtitutio, inquantum inducit ius nouum.

Quod ſi (quod Deus pro ſua clemẽtia, & in omnes bonitate, auertat) contigerit, poſtquam nos vel ſucceſſores noſtros ſucceſſiue ipſe Deus ab huiuſmodi vniuerſalis eccleſiæ regimine abſoluerit, humani generis inimico procurante, & ambitione, vel cupiditate ad hoc inclinante ſeu impellente, electionẽ Rom. Pontif. ab eo quem eligi contigerit, vel aliquo, ſeu aliquibus de cœtu Cardinalium votum quomodolibet dantibus per ſimoniacam.

QVOD, ideſt, ſed. l. ꝙ ſi domus. ff. loca. l. ſi ita ſtipulatus. §. ſi. de verb. ob. Item accipitur pro quia, vt in Auth. de nupt. in §. quia parum. item relatiue ponitur, vt conſtat.

QVOD DEVS. Parentheſis eſt.

CLEMENTIA. Deus enim natura clemẽs eſt, c. quia diuinitatis. de pœnitent. diſt. 1.

AVERTAT. Remoueat, & in contrarium vertat. c. 1. 22. q6. 4. hinc dicimus auerti aquam. l. 1. ff. de aqua plu. arcen.

de

influxu venturos certa ratione cognoſcimus,ita & noſtrę voluntatis libertas nullis cœleſtium corporum motibus obnoxia contra omnem naturæ pronitatem quæcunque vult efficit,quam ſententiam amplectuntur Socrates,Plato, Ariſt. & omnis Academicorum ſchola,Auguſt. Hieron. Griſoſtom.& quicunque apud Chriſtianos recte ſenſerunt.Quanquam Manichæus Io. Vicleff,& nouiſſimo loco Martinus Luterus peſſima hæreticorum germina in epicureorum ſectam iurantes, quadam neceſſitate omnia fieri dicant,arbitrijque libertatem
109 prorſus negent. † Aſtrorum vero periti pollicentur ſe hominum mores,& ſtudia prædicere, quoniam ſidera mouent ſenſus,vt prædixi, ſenſus mouet voluntatem, & per hoc actum voluntatis,qui eſt intellectus. Vnde cum homines plerunque ſequantur naturæ pronitatem, aſtrologus prædicit ea,quæ ſi homo liberum agens vellet, mutare poſſet, Expedit ergo iſta per aſtronomos, enunciari, vt per hominem facilius euitari poſſint.

IMPELLENTE. At qui impellit,ſi liberum erat non facere? Dic impulſiuam cauſam non gignere effectum ex neceſſitate, cum ſit verius occaſio,vt docui in Dial.in loco ab effectu. Vnde dic impellente.i.ſuadente. Vel conſiderat rem ipſam,qua deliquit, aggeratio tamen hæc tota inanis.

110 †ELECTIONEM. Adiunge inferius. Fieri, At tunc quomodo verificabitur,quod electio dicatur fieri ab eo, quē eligi contigerit,cum nemo ſe ipſum vere eligat, c.per veſtras. de iur.pa. ? Dic ergo electionem accipi paſſiue quo ad electū, cum haud indecēs ſit, eandem vocem ad diuerſa relatā,proprie,atque impropric accipi,l.vt ab hæredibus.ff.de leg.1. At dic melius litteram ſic ordinandam.

Quod ſi contigerit electionem Ro.Ponti. quomodocunque & qualitercunque,etiam in duarum partium, vel omnium Cardinalium vnanimiter ne.diſc etiam ſine Scrutinio factam celebrari vel fieri per ſimoniacā hæreſim in dando, &c. per ſe vel alium.ſ.

Et ex littera ſic ordinata conſtat,quod verbum, ab eo, refertur ad verbum, commiſſum,non ad verbum,fieri,propter quod tolluntur multæ dubitationes,quę ob litteram male intellectam oriri poſſent, quemadmodum videre eſt ex ignorantia latinæ linguæ clariſſimas iuris deciſiones in dubium reuocatas.

Et ita apparet, Ab eo reſpondere ad verbum commiſſam, non ad verbum fieri.

111 CONTIGERIT. †Delectatus hoc verbo, compilator, ſæpe illud repetit,nam ſæpius repetita,&c.l.1. C. de ver. iur.enuclea.

ALIQVO. Satis igitur eſt hoc committi per vnum,no. in clem.1.in ver.aut earum parte.de ſor.comp.Bald.in l.1.C. de inoff.don.in fi.Bar.in l.ſi ſetuum.ff.de acqui.hæred.

112 COETVS. † Ergo domini Cardinales faciūt collegium ſacrum,nam ſunt coadiutores Rom. Pont. in explicandis arduis eccleſiæ negocijs,c.per venerabilem.qui fil.ſint legit.adde glo.in cle.ne Romani.in ver.cœtus.de elect.& Bald.in l.cū multa.C.de bon. quæ lib. dicentem Cardinales efficere capitulum vniuerſalis eccleſiæ, vide Cardi.in c.in ſinodo.63.diſt. glo.in c.ſi quis ex ſacerdotibus.79.diſt. Aduerte tamen quod licet efficiant capitulum vniuerſalis eccleſiæ, tamen vacante ſede, non ſuccedunt in iuriſdictione Papæ, quemadmodum alia capitula ſuccedūt in iuriſdictione Epiſcopi,propter text. in illa clem.ne Ro. & in c. vbi periculum. quod ſpecialiter inductum fuit contra ſententiam Hoſtien.& multorum, ne electio Rom. Pontiſ. differretur à Cardinalibus ſi ſentirent omnimodam iuriſdictionem eſſe penes ſe.

113 †Quare ſuperioribus annis,cum cœtus Cardinalium elegiſſet Hadrianum abſentem,nec eſſet ſpes reditus eius intra paucos dies, dubitabatur, an Reuerendiſſimi Patres,eo abſente, & nondum vrbis curam per ſe vel alium ſuſcipiente, poſſent exercere iuriſdictionem,committere cauſas, & alia ad Rom. eccl.ſtatum pertinentia facere. Sententiæ erant diuerſæ, ego illis adhæſi, qui voluerunt iuriſdictionem hoc caſu, ſpectare ad Reuerendiſſimos Cardinales.Rem late diſputo,in tract.de pot.leg.lib.9.Nam licet.cle.ne Romani.ademerit iuriſdictionem dominis Cardinalibus quando ſedes vacat per obitum, vt celeriores ſint in electione celebranda, tamen quando iam valide elegerunt & eccleſia patitur propter abſentiam electi, cum ceſſet ratio clementinæ, ſtabimus diſpoſitioni iuris communis,videto ibidem argumenta & iura.

QVOMODOLIBET. Quomodocunque enim dent vota,ſeu principaliter,ſeu per acceſſum clauſa, vel aperta,dūmodo ſimonia committatur, incurritur pœna conſtitutionis. Hæc autem ita generaliter explicat, quoniam ferēdorum ſuffragiorum nulla eſt præſtituta formula, a iure,quum ſatis ſit duas partes ex tribus conſentire.

Alias vacante ſede per obitum Leonis decimi, diſſenſio orta eſt inter patres.Ex triginta Cardinalibus decem & octo iuſtis de cauſis (vt aiebant) moti ordinabant, ne vota cum ſcrutinio publicarentur,ſed clam ferrentur ſuffragia.Reclamabāt reliqui,dicentes non eſſe recedēdum,a formula hactenus ob-
114 ſeruata, vt vota cum ſcrutinio publicarentur. † Dubitatum igitur eſt, An maior pars Cardinalium reclamante minori, poſſit ordinare, vt non publicetur perſonæ dātis votum. Ego tunc conſultus reſpondi non potuiſſe fieri, id quod late diſcutio in tract.de poteſt.leg.lib.9.q.19. Et de multis argumentis hoc erat vnum, quod hodie expediebat vota publicari propter iſtam extrauagantem, quæ admitut exceptionem ſimoniæ contra electum. Nam ſi vota non publicantur, quis poterit certo affirmare, hūc vel alium dediſſe votum per ſimoniā. Et illa iura,quæ dicebant factum à maiori parte valere, intelligenda erant,niſi minor pars legitimum quidpiam obiecerit. c.1.de his quæ fi.a ma. par. c. quo caſu neceſſaria erat iudicis ſentētia, quæ poſtea declaret exceptionem admitti vel reijcij debere. Propter autem extrauagan.hanc,minor pars excipere poteſt,ne vota ſecreto dentur, vt ſciri poſſit,an ſimoniacus votum dederit,neq; tūc eſt iudex,qui poſſit hoc diffinire,igitur ſeruanda eſt formula conſueta, ne contingat differri electionem in c. vbi periculum.c.ne pro defectu. de elect.

PER SIMONIA. HAERESIM. Nomen conueniens ſimoniæ.

Hæreſim in dando, promittendo vel recipiendo pecunias, bona cuiuſcunque generis, caſtra.

115 †IN DANDO. Duo ſunt, quæ tangunt eligendū. Dare ſcilicet,& promittere. Vnum Cardinales ſcilicet, recipere, niſi & ipſi darent cauſa eligendi, vt campſores trapezitæ, de quo inferius. Concluditur per hæc effectus ſimoniæ, quæ eſt ſtudioſa voluntas emendi ſpiritualia, vt not.1.q.1. in ſumma. quod ſit,quoties quis ita optat habere rē ſpiritualem, vt ma-
116 lit eam pretio conſequi, quam ea carere. †Quare licet accepta re ſpirituali gratis, ac ſponte aliquid detur, ſimonia non committitur, quando neque pactum,neque intentio præceſſerunt,c.quicquid inuiſibilis.1.q.1.c.placuit.c.dilectus filius.de ſimon. Diuerſa tamen ratio ſimoniæ, quæ ex pacto,& quæ ex ſola intentione committitur. Siquidem peccatum ex prima non deletur,niſi exterior ſatisfactio adſit,altera ſolo propoſito & peccati dolore,c.ſi.cap.Matthæus.de ſimo. c.conſuluit. de vſuris.

117 † Loquitur conſtitutio de ſimonia, quæ conſiſtit in dando, ergo ſecus in ea, quę committitur in porrigendo preces, vel per affectum ſanguinis: nam ex his oritur ſimonia,ſi pro indigno emanant.c.de ordinationibus.cap.nonnulli.1.q.1. Quod obtinet,quando ſolæ præces id efficiunt, c.quibuſdam. ea. q. cap.tuam.de æta. & qual.

Immo preces etiā pro idoneo emiſſæ, ſimoniam inducūt, quādo petitur dignitas,cum nemo debeat ſibi honorem aſſumere,ſed expectare,vt vocetur à Deo tāquam Aaron.c.qualiter.de elect.c.in ſcripturis.8.q.1.c.ſicut is.1.q.7.Nam decet ad honorem non ambitione,ſed virtute aſcendere, l.cōtra publicam. C.de re mil. lib.12.

Poterit tamen vt dixi, vir litteratus petere ſimplex beneficium vnde viuat, & ſperare etiam dignitates à bonis Pontificibus,modo non ea ducatur improbitate, vt efflagitet. Verum enim vero timendum eſt temporibus noſtris, ne ſi digni viri modeſtia hac vtantur, liberior ſit improbo cuiq; ad eccleſiaſticas dignitates aſcēſus, de litteratis atq; optimis viris nulla apud maiores cura, niſi & ipſi opportune, & importune inſtando, improbi ac ambitioſi fiant,ſed bono viro expedit iſtis carere, quam contra honeſti rationem quicquam facere. Et inquantum dicit littera, dando, intellige, re ipſa dominiū trāſferendo.l.naturalis.ff.de præſcrip. verb.

Idem in commodando, quando vſus eſſet pretio æſtimabilis, quia re ipſa idem eſt c.plerique.14.q.1.

Secus

Secus in mutuãdo, quoniam mutuum ſui natura gratuitũ,
c. conſuluit. de vſur. Animaduertendum tamen ad intentio-
nem,& fraudis periculum,cum in hoc propius cõſiſtat domi-
nij tranſlatio,l.a.§.appellata. ff.ſi cer.pet. Et id innuũt verba,
licet non ſimpliciter,cum mutuare nõ ſit dare ſimpliciter, ſed
dare mutuum,quod in genere, licet non in ſpecie venit reſti-
tuendum: vnde detrahitur à ſimplici aliquid c. ſicut vrgeri.1.
quæſt.1.tum quia ex mutuo hodie ob communem vſum mer
catorum, oritur cõmodum pretio æſtimabile, tum quia præ-
textu mutui poſſet fieri fraus conſtitutioni, credo verbum
hoc late intelligi,& mutuantem pœna conſtitutionis innoda-
ri,quamuis c.ſtatutum.de elect.in 6.ſit argumentum contra.
Atquid ſi non daret pecuniam,ſed remitteret debitũ? Idẽ
cenſeo,cum remittere ſit dare,c.veniens.de tranſact. c.ex par
te.de offic.deleg.l.quin etiam. ff.de calum. Alexan.in l.actio-
ne.C.de tranſactio.
119 †PROMITTENDO. Nam dare pretium,vel habe-
re fidem de pretio paria ſunt.§.item pretium.Inſtit.de emp.&
vendit.Et qui habet actionem,videtur habere rem.l.tẽ in bo-
nis.ff.de acquir.rer. dom. Et actiones ac iura bonis hæredita-
rijs annumerantur.c.nulli.de reb.eccl. non alien.
Quid ſi quis promittat,quod ſe obligabit quando hunc vel
illum elegerit? eodem modo eſt ſimonia, quoniam obligatio
hæc habet inſtar ſimplicis obligationis,vt tradit Alex. in l. cũ
fundus.§.ſeruum.ver.nota circuitum, ff.ſi cer. peta.
Atqui irritam reddunt electionem promiſſiones iſtæ, quæ
non valent,c.non præſtat.de reg.iur. in 6. Dic reg. illam non
habere locum in maleficijs,vt ibidem not.
120 †VEL RECIPIENDO. Proprie,& reſpicit eligen-
tes,non electũ. Alias recipere idem quod promittere. in rub.
ff.de arbit.Aliud tamen accipere,aliud recipere l.cum quis.§.
fi.ff.de dot.præleg.de quo Bar.in l.naturalis.ff.de præſcr. ver.
hoc titu. ff.de recept. arbitr. De quo titulo obiter notandum
quod illa verba, quæ ſequuntur, magis enucleant prima illa
duo,quam quod diuerſum aliquid inferre velint, cum in pri-
mis verbis omnia contineantur.Nam ideo dicuntur arbitri re
cepti, quia ex cõpromiſſo partium omnem auctoritatem aſ-
ſequuntur.l.rem non nouam.§.1.C.de iud. Recipere quoque
idem eſt quod hoſpitari,& vt vulgo dicitur,receptum dare. l.
1.& 2.ff.de recep. Et quandoq; idem quod excipere: inde ſer
uus receptitius,qui excipitur a dote mulieris, vt quando mu-
lier dat dotis cauſa marito quæcũq; habet,& ſeruum excipit,
quem vult proprium eſſe. Is receptitius eſt, noſtri ſuper dota-
lem vocant. Eſt enim,vt dixi,recipere idẽ quod excipere. Vn
de Plaut. in Trinum.poſticulum hoc recepit,cum ædes vendi
121 dit. † Hoc late explicat Io.Baptiſta Pius Bononienſis noſter,
vir multę lectionis,& vndecunque doctus in commen.Plaut.
Apud noſtros etiam dicitur dos receptitia. l. mortis cauſa ca-
pitur.§. Iuliano.ff.de mor.cau.don.& actio receptitia,quæ ho
die in actionem conſtituti transfuſa eſt,l.2.C.de conſti.pecu.
122 †PECVNIAS. Generale nomẽ eſt,omnia pretio æſti
mabilia complectens.l.pecuniæ.l.rei.ff.de verb.ſignif. Ariſt.in
3.Ethic.Quod igitur ſequitur.Bona,&c. venit potius declara
tiue,quam quod neceſſario exprimatur.cõmunis tamen vſus
habet,vt pecunia dicatur æs ſignatum, ideo tollẽdæ ambigui
tatis gratia,hæc ſeorſum expreſſit.
Quid ſi daretur modica pecunia? Dicendum videtur hoc
caſu ſimoniam non committi, argum. in c.etſi quæſtiones. de
ſimon.& in c.iudicis.1.q.1.ſicut nec ęſculenta, vel poculenta,
quæ non producuntur ad munerum qualitatem, inducunt ſu
ſpitionem corrupti iudicis,l.ſolent.§.fin.ff.de offic.proconſ.l.
plebiſcito.ff.de offi.præſid. Quare,ſi vnus ex Reuerendiſſimis
ditior aleret pauperiorem Cardinalem, dum ſunt in Concla-
ui,non arguetur ſimoniaca pactio,cũ haud veriſimile ſit egre
gium hominem tam leui re permoueri. Vnde Hoſt. in ſumm.
de ſimo. in §.qualiter.rem hanc hiſce verſ. explicat, inquiens.

Muneribus dandis, attendas quattuor iſta.
Quæ dans, quiſque petens, & quid, qua cauſa petendi.

123 CVIVSCVNQVE. G. †Igitur veniũt iura & actio-
nes,c.nulli.de reb.eccl.non alie. Dec.in l.a.ff.ſi cer.pet.

Officia ſeu beneficia, ſeu promiſſiones & obligationes, commiſſam.

124 †OFFICIA. Quæ hodie venalia ſunt in Roma. curia,
ideo pretium efficiunt. Sed & ſi etiam venalia nõ eſſent pro-
125 pter ea, quæ inferius de beneficijs dicuntur, idem eſſet. † Et
inquantum diximus,officia eſſe venalia in Rom. curia, a ple-
riſque dubitatum eſt, an liceat emere dignitatem Cardinala-
tus. Quæſtio eſt inuidia plena.
Credunt pleriqe ſimoniam non committi, quod Cardi-
nalatus ſit officium non dignitas. Quare cum in Rom. curia
officia paſſim vẽditent,poterit & Cardinalatus impune vẽdi.
Item quia totũ hoc,principis auctoritate expeditur, in quo
ſimonia non cadit l. 1.ff.ad leg. Iul.de ambit.
126 † At non deſunt multi,qui diuerſa ab his ſentiant, aſſeren-
tes officium hoc habere ordinem, & dignitatem epiſcopalem
annexam.Nã Cardinales,vt ſint Diaconi, presbyteri vel epi-
ſcopi neceſſe eſt,id quod vel ex ipſa tituli denominatione ma
nifeſtum fit,igitur ratione adiuncti ſimonia eſt,cap.de iure.de
iurepat.cap.quanto.de iudi.
Item quia communiter nõ creatur aliquis Cardinalis,quin
aſſumatur ad titulum, in quo habet epiſcopalem iuriſdictio-
nem,c.quod ſuper his.de maio.& obed. c.ex geſtis. de cleric.
127 non reſid. † vnde nulla alia ratione factum eſt,vt Cardinales
ſoli eligant Rom. Pontif. niſi,quia ipſi, vt capita collegiorum
Vrbis,referũt vniuerſum clerum vrbis, ad quem electio perti
nebat,vt dicam inferius. Ideo Cardinales primis tẽporibus,
qũ non adeo vrgebant publica negotia. baptizabãt,mortuos
ſepeliebant,ac alia pietatis opera in patrochijs proprijs exer-
cebant,vt tradit Card.in cle.ne Rom.de elect.
Addunt præterea dominorum Cardinalium cœtum, con-
ſtituere capitulum, atque collegium vniuerſalis eccleſiæ, vt
ſupra dixi: quomodo igitur ſpiritualis non eſt? ipſi enim orbẽ
regunt,& dicuntur honorabilia membra. ſed ap. c.per vene-
rabilem.qui fil.ſint legit.c.1.de offic.leg. in 6. Et inquantũ ali-
quis eſt Cardinalis huius vel illius tituli,tenetur reſidere,alio-
qui priuatur.c.ex geſtis.
128 †Item ſubdunt, quod cum Cardinalatus ſit de iure diuino
ſuccedens loco eorum,qui erant leuitici generis.c.per venera
bilem,vt declarat Barbat.in illo tract.de præſtan.Card.& eo-
rum officium verſetur in eligendo Papam,& regendo orbem
cum eo, non vident quomodo non dicatur emere ſacerdotiũ
& rem maxime eccleſiaſticam,qui Cardinalatum emit.
129 † Nec admittunt illam rationem quod ſimonia non cadit
in Papa,quoniam vt inquit Tho.2.2.q. 100.arti.1. Papa ſicut
cæteri vitio ſimoniæ implicatur, ſi ſpirituale quidquam ven-
dat. Nam licet ſit principalis rerum eccleſiæ diſpenſator,non
tamen eſt dominus, capit.non liceat Papæ,12.q.2. Aiunt pre-
terea & ſi a ſimonia excuſari poſſet eſſe tamen peccatum toti
Chriſtiano orbi pernitioſum, & vniuerſalem eccleſiam ſcan-
dalizans. Nam ſi turpe eſt iudicem cõſtituendum in loco ſpe
ciali,emere magiſtratum, eo quod lex præſumat eum vendi-
turum iuſtitiam,qui iudicandi munus emit, vt in auth.iuſiur.
quod præſtatur ab his,c.iudices. 1.q.1. quãto magis in eo qui
eſt iudicaturus vniuerſum orbẽ, qui vacãte ſede eligit Pont.
c.oporteat.79.diſt.præſumetur enim talis electionem vende-
re,& ſic deteriorem eligere, & ſi forte in Pontificem eligetur,
collegium ſuum implere hominibus, diuitijs non virtute ple-
nis.Quod maxime denigrat ſtatum eccleſiæ Dei,vt tradit In-
nocẽ.in c.ſedes ap.de reſc. Abb. in cap.de multa.de præben.
130 † Quare apud gentiles etiam deteſtabile erat officia publica
vendere,vt teſtatur Lamprid.in vita Heliogabali, qui cæteris
ſceleroſis Heliogabali factis,id quoque acceſſiſſe refert,quod
publica officia vendidit, & conſtat quam male audiuerit Iu-
lianus, qui Imperium à militibus emit. Cum igitur quicunq;
pie ſentiunt,indignentur ſublimem hunc gradũ,pecunia non
virtute obtineri, Rom. Pontifex cũ ſua plenitudine hoc præ-
ſtare non poterit,c.etſi illa.2.q.7.glo.in c.ſi Papa.40. diſtinct.
Queſtionem hanc abſoluere difficile eſt. Nam,quod ad Pont.
ipſum attinet,animaduertendum eſt,quantum,quave de cau
ſa pecunijs egeat. Neceſſitate etenim cogente multa permit-
tuntur,quæ extra caſum neceſſitatis improbantur, vt in cap.
quod non eſt licitum,de reg.iur. Poteſtque certis caſibus Pa-
pa licite pecuniam accipere,quam tamen Cardinalari cupiẽs
licite non dat. & in eadem actione turpitudo erit ex parte dã
tis,honeſtas ex parte recipientis. Quid ſi Papa crearet Cardi-
nalem,hominem dignum æque ac diuitem,a quo pro eccleſię
neceſſitatibus pecuniam acciperet? Quid ſi captiuus non ali-
ter habere poſſet,vnde ſe redimeret? Quod vero ad ipſum qui
ad Cardinalatum prouehitur, attinet, id primum inſpicere
oportet,an pecuniam offerat,vt Dei eccleſiam iuuet,an vt ma
gis dignitatem emat,qua forſan indignus eſt,an ipſe Pontifi-
cem ſuper his rogauerit,an Pontifex ipſum. Quare cum mul-
ta accidere poſſint, vt idem factum probetur & improbetur
in meliorem partem accipienda ſunt, quæ à Romano Pont.
fiunt, cũ in principe ſemper cã p̃ſumat̃, vt explorati iuris eſt.

VEL

131 †VEL BENEFICIA. Late ſumitur, ideo continentur etiam Epiſcopatus, & dignitates, vbi maior ratio, & communior ad hanc labem via. Beneficia quæ nunc, olim ſacerdotia, quamuis proprie loquendo, ſacerdotium ſit officiũ, vide
132 quæ dixi in tract. de po.leg. lib. 5. † vbi oſtendi etiã apud gentiles fuiſſe beneficia ac redditus opulentos, & cum nobilibus viris diſpenſatum, vt gemino ſacerdotio fungerentur.

SVPER PROM. ET OBLIG. Quod euenit quũ eligendus facit, vt alius ſe obliget, vel promittat.

COMMISSAM. Repete omnia præmiſſa.

133 † At, quid ſi Cardinales antequam eligant, paciſcantur lege facta, vt omnia eligendi beneficia, & officia viritim diſtribuantur inter eligentes, an ſic electus incidet in pœnam conſtitutionis? hoc factũ eſt antequã eligeretur CLEMENS VII. ANNO DOMINI. M. D. XXIII. Et videtur dicendum electionem huiuſmodi ſimoniacam, & in ea habere locum pœnam conſtitutionis, quoniam habito effectu cauſæ prohibentis, non attenditur quis modus, l. decreto. C. ex qui. cau. inf. irrog. l. fi. C. ſi manci. ita ſu. alien. Ex hac autem conuentione efficitur id quod maxime prohibere intẽdit conſtitutio. Nam voluit lex eligi meliorem non ditiorem, quæ eſt præcipua vetandæ ſimoniæ cauſa, per hanc conuentionẽ inducuntur ad eligendum ditiorem, ergo &c.

Dicendum tamen oppoſitum, quoniam electus in Roma. Pont. à ſufficienti numero Cardinalium, ita Pontifex eſt, vt nulla poſſit opponi exceptio, niſi quæ in iure exprimitur, c. licet. de elect. In cõſtitutione autem noſtra nihil dicitur de hoc genere promiſſionis neque etiam alibi, igitur ſtabit prima regula l. præcipimus. C. de appell.

Item in ſimonia alius eſt, qui promittit, alius, cui promittitur, item alius qui refert Simonem, alius qui Giegi. c. cito turpem, 1. q. 1. c. nõ ſatiſ. de ſimo. quod etiam conſtat ex ipſa diffinitione ſimoniæ per Goffr. Hoſtien. & alios data. In caſu autem noſtro, nihil horum cõſtare poteſt, cum non vere dicatur electum promiſiſſe beneficia eligentibus, nec ſtipulatum vocem ab aliquo, igitur ſimonia non erit.

Item, cum legem ipſam dixerint domini Cardinales ſe facere, vt tolleretur cauſa ſimoniacæ electionis, non eſt credendum, eos eſſe alia intẽtione motos, quam verbis expreſſerint, l. Labeo. ff. de ſuppel. leg. l. ſi non repetẽdi. C. de cond. ob cau.
134 l. potuit. C. de iur. delib. † Id igitur quod primum intẽditur, conſiderari oportet, non quod præter intentionẽ eſſe poteſt. c. Marchion. 1. q. 1. l. non dubium. vbi recentiores. C. de legi. quando dicunt ſtatutum dici fauorabile quando principalius agit, vt faueat, licet conſecutiue reſultet odium vel damnum alterius.

Ad contraria negandum eſt reſultare eundem effectũ, tum quia non eſt veriſimile tot præclaros viros illa de cauſa moueri, tum quia poſſunt eſſe multi æque diuites. Vnde nulla ratio impellit, vt hunc magis quam illum eligant.

135 † At quid dices, quando electus ſupplex adiuit Cardinales, efflagitauit, vt ſe eligerent, an is incidet in pœnam conſtitutionis? Exiſtimo non incidere, cum conſtitutio iſta quæ pœnam continet, loquatur in ea ſimonia, quæ conſiſtit in dando, &c. non extendetur ad eam, quæ committitur in rogando, præſertim cum non ſit æqua precum & munerum in permouendis animis poteſtas.

136 † Idem cenſeo, quando populus vel Rex inſtaret, vt ille vel ille eligeretur, quanquam, ſi preces huiuſmodi metum inferrent iuſtum, alia ratione electio eſſet inanis. Quam materiam late explicat Bald. in rub. C. ſi quis al. teſt. prohib. inquiens nõ omnem metum vitiare electionem, ſed eum tantum, qui præſtat cauſam proximam, & immediatam, l. qui à latronibus. ff. de teſta. l. qui in carcere. ff. quod met. cau.

Per ſe vel alium, ſeu alios, quomodocunque & qualitercunque, etiam in duarum partium, vel omnium Cardinalium vnanimiter nemine diſcrepante.

137 †VEL ALIVM. Quid ſi ille alius hoc fecerit eo ignorante? Credo pœnam conſtitutionis non habere locum, niſi electus conſenſerit, cum iſta cõſtitutio inferat pœnam ob crimen, quod non committit, qui ignorat. l. 2. C. ne ſanc. Bapt. l. generali. C. de decur. lib. 10. nam neque per me, neq; per aliũ commiſiſſe dicor, quod prorſus ignoraui, l. ſi ignorans. ff. loc. & faciunt no. in reg. qui per alium, de regul. iur, in 6. Alioqui poſſet quiuis in fraudem eligendi committere ſimoniam, vt electus deinde à Pontificatu deijceretur, c. ſicut. c. nobis. de ſimo. Et licet poſtea detegatur ſimonia, non propterea Papa cogetur renunciare, quamuis ſecus dicamus in alijs beneficijs, propter c. Matthæus. eo. tit. Nam contra electum in Pont. nõ poteſt opponi aliqua exceptio, quæ non ſit in iure expreſſa, vt ſæpius dixi.

Quando tamen ſimonia illa eſſet adeo notoria, vt nõ ſit veriſimile electum ignoraſſe, ſecus forte dicendum, per not. in c. innotuit. in ver. ignorantiam, de elect. & tunc etiam dubitandum eſſet, an probari poſſet per proprium iuramẽtum, ex quo de nullius præiudicio agitur. Tutior eſt opin. vt dicamus ignorantiam quocunque caſu probari per iuramentum ipſius electi, niſi ex aduerſo probetur ſcientia, propter ea quæ tradunt Ioan. And. & alij, in regu. præſumitur lib. 6. & Phil. in cap. eos. de tempor. ordin. eod. lib.

QVOMODOCVNQVE. Hoc referri poteſt ad pcedẽtia verba. i. per ſe vel alium, &c. item referri poteſt ad electionem. Tamen propter verbum, quomodolibet inferius poſitum, conuenit, vt referantur ad proxima.

138 †ETIAM IN DVARVM. Legislator videtur vti ſuperflua cautela, quaſi alias ſit valitura conſtitutio ſi adſit minor numerus quam duæ partes, immo tũc inanis erit electio, non quia ſimoniaca, ſed quia non tenet electio, cui non conſentiunt duæ partes ex tribus, cap. licet. de elect. An dicemus, ETIAM. improprie accipi, vt per Azo. in ſumm. de legi. in fi. An magis hoc ideo expreſſum, quia ſimonia cõmiſſa nedum electionem irritam, ſed etiam ſic electum priuari beneficijs, &c. & tunc erit caſus quod conatus ſine effectu punietur. c. cogitationis. de pœnit. diſt. 1.

Quod dixi duas partes ex tribus conuenire oportere in electione Papæ, eſt ſpeciale in ea electione, alioqui ſufficit maiorem partem conſentire. l. quod maior. ff. ad municip. in c. cum omnes. de conſti. vbi recentiores explicant, an illa maior pars debeat eſſe ex præſentibus tantum.

139 †VNANIMI. CON. Vnanimis hoc caſu concordia eſt, quãdo nemo diſcrepat, c. licet. cap. vbi periculum. §. 1. vbi glo. & Phil. de elect. in 6. Cæterum in materia iuris illud dicitur concorditer factum, quod fit à maiori parte. Phil. in illo. c. vbi periculum. Abb. in c. licet. Alex. in l. & ſuum. ff. de pact. Felyn. in c. non poteſt. in fi. de re iud.

Quomodolibet, etiam ſine Scrutinio factam celebrari vel fieri.

140 †QVOMODOLIBET. Electio Ro. Pont. eſt exempta ab omni forma, ideoque, vt dixi, fit cum Scrutinio & ſine per acceſſum. Item per inſpirationem, quotiens omnes Cardinales, vt credere par eſt, a Spiritu ſancto moti, nemine in diuerſam ſententiam abeunte, volunt vnum eſſe Pontificem.

Item per compromiſſum, quando omnes eligendi poteſtatem in vnum conferunt, quos eligendi modos ponunt doctores in c. licet. c. vbi periculum. clem. ne Romani. Conſtitutio igitur hæc voluit ſimoniam abeſſe ab omni modo electionis.

Aduertendum nihilominus quod in eligendis Rom. Pont. ſæpe variatum eſt, tam in modo eligendi quam in perſonis. Nam electio prima facta eſt à Chriſto de Petro, quãdo dixit. Paſce oues meas. de quo ſupra.

Item, Petrus poſtea his diebus, quibus vitæ ſuæ finem inſtare præſenſit, appræhenſa manu Clemẽtis in auribus totius eccleſiæ hæc verba protulit. Clementem hũc vobis ordino Epiſcopum, cui ſoli meæ prædicationis & doctrinæ cathedram trado, c. ſi Petrus. c. vnde. 8. q. 1. & licet glo. ibi ac recentiores hiſtoriographi dicant Clementem renunciaſſe, & Linum ab Apoſtolis electum, deinde Cletum, ſicque Clementem fuiſſe quartum, incerto tamen auctore nitũtur, de quo per Alex. in §. quoniam. 15. diſt. vnde extat verſus ille.

Hæret adhuc mundus, quartus fuerit ne ſecundus.

Ego igitur cum legam ipſum a Petro deſignatum, in cap. ſi Petrus. & in epiſtola illa quæ Clementis nomine circũfertur, & reperitur impreſſa ipſo in limine Cõciliorum impreſſorũ, non affirmabo ipſum renunciaſſe, vel a Põtificatu deiectum fuiſſe, poſtquam nullus receptus auctor hoc aſſerit.

141 † Ab eo tamẽ eligendi modo receſſerunt patres antiqui ea maxime de cauſa, ne aperiretur via futuræ ſucceſſioni, & ſacerdotium, quod debet plurium eligentiũ conſenſu eſſe apud meliorem, ex carnis affectione daretur, 8. q. 1. in tota. q6. Huic tamen rei legis neceſſitatem dedit primum Hilarius Papa, ſi Platinæ credimus, vt ipſe in Hilarij vita teſtatum reliquit. q̃q̃ Hilarius non de Romano Pontifice, ſed de quocunque ſacer-

dore

dote loquitur, in capitu.plerique.8.quæſt.1.

142 † Reperimus tertio loco, Romani Pontif. electionem ſolitam fieri à populo Romano ſimul cum clero, c. cum plebs. c. lectis. 63. diſt. & clerus accedebat quandoq; electioni, vt conſentiens, non vt eligens, c. poſtea. ea. di.

Legimus inſuper hanc eligendi Pontificis poteſtatem fuiſſe cõceſſam Imperatoribus, quemadmodum de Carolo legere eſt, ob poteſtatem ei ab Hadriano conceſſam, c. tibi domino. cap. ego Ludouicus. ea. diſt. Idem legimus de Leone octauo, quod pertæſus inconſtantiam Romanorũ in eligendo Põtificem, omnem eligendi poteſtatem in Imperatorem tranſtulit, vt refert Plati. Henricus quoque ſeptimus, iureiurãdo Romanos aſtrinxit, ne ſe inconſulto, Pontificem eligerent, quod ea, id à ſe fieri ratione dicebat, quia iam peſſimo cuique aditus ad Pontificatum patebat ob largitiones & munera, quæ viliſſimos illos electores corrũpebant, Imperatores vero Græci, Roma. Pontif. de facto plerunque inſtituebant, & deſtituebant, capi atque interfici mandabant. Nam Iuſtinianus Vigilio Pontifici exilium induxit, eũdemque Narſetis hortatu reſtituit. Conſtantius quoque mandauit Exarcho, vt cogeret Martinum Pontific. iurare in hæreſim Monotelitarum, quod cum Sanctus Pontifex efficere nollet, captiuus ad Conſtan-
143 tiũ ducitur. † fuit enim Conſtantius omni impietate inſignis, Vrbem & templa diripuit. Exarchus Rauennæ pecunia corruptus Paſcalem creari Pontif. curat. Leo quoque Imperator Romanam vrbem diripi ac Pontificem capi mandat. Innumera ſunt huius rei exempla apud Sabellum Blondum, & Platinam. Tradunt quoque recepti auctores Conſtantinũ Iuniorem (Benedicto ſecundo adhuc in humanis agente) ſanxiſſe, vt ille eſſet verus & indubitatus Pontifex, quem clerus populuſq; Ro. ac exercitus delegiſſet, vt refert Sabel. Enn. 8. lib. 6. aſſerens vſque ad illa tempora electiones Rom. Pontif. nõ aliter fuiſſe ratas, quam ſi Imperatoris aſſenſum habuiſſent.

144 † Nouiſſimo loco conceſſa eſt Cardinalibus omnis eligendi Pontificem auctoritas excluſo Populo, poſtquam vanę Populi voces contemptui eſſe cœperunt, in c. 1. de elect. Item excluſis Imperatoribus, tum quia indecens erat, vt illi Eccleſiaſticis ſeſe negotijs implicarent, cum Imperium, vt dicit Val. ſemper religioni ceſſerit, c. eccleſia Sanctæ Mariæ. de conſtit. quia ipſi Imperatores pie agentes negotium hoc penes clericos eſſe voluerunt, c. quia Sancta. c. cum Hadrianus. c. ego Ludouicus. 63. diſt. Hæc autem eligendi poteſtas Cardinalibus conceſſa eſt per decreta. licet. vt ibi tradunt docentes. Ego tamen reperio hãc poteſtatem competijſſe Cardinalibus etiam tempore Nicolai ſecundi, in cap. ſi quis pecunia. 79. diſt. qui multo tempore præceſſit Alexandrum conditorem, cap. licet. Cum primum enim electio in ſolum Roma. clerum tranſlata eſt, id Cardinalibus licuit, quoniam ipſi tenent vices Romani Cleri ob titulos, quibus præſunt, vt ſupra memoraui.

145 † Verum tamen & inquantum penes Cardinales fuit electio, erratum eſt in eligendi modo. Nam triplex ex his in eligendo cœtus conſtituebatur. primo enim loco eligebant Epiſcopi Cardinales, ſecũdo loco presbyteri, tertio loco Diaconi, c. in nomine Domini. 23. diſtinct. quare enumerabãtur voces Cardinalium, non ſingulariter, ſed ſecundum illa tria corpora. Nunc vero paria ſunt omnium vota, & numerantur per capita, non per corpora, vnde ſatis eſt duas partes ex dominis Cardinalibus conſentire in eum, qui eligitur. c. licet. omnis ergo eligendi poteſtas hodie Cardinalibus permiſſa eſt conſenſu totius eccleſiæ, tum quia difficile erat omnes eccleſiæ prælatos in vnum cõgregare, l. 2. §. deinde. ff. de orig. iur. tum quia exiſtimauerunt omnes ad hunc gradum aſcendere probatiſſimos ex omni natione viros, qui facile poſſent vniuerſalis eccleſiæ vtilitatem proſpicere.

ETIAM. S. S. Nam valet, dummodo conſentiant duę partes, cap. licet.

146 † CELEBRARI. Idem quod fieri, habet tamẽ verbũ hoc neſcio quid ſolennius, & pertinet ad electionem, cap. 1. vt lit. pen. in 6. Itẽ ad contractus, l. 1. in §. C. de cõm. re. ali. l. 1. C. de his q ſe def. lib. 10. Itẽ ad diuina propius, de cel. miſ. p totũ.

Non ſolum huiuſmodi aſſumptio vel electio eo ipſo nulla exiſtat, & nullam eidem ſic electo vel aſſumpto adminiſtrandi in temporalibus, & ſpiritualibus facultatẽ tribuat, ſed etiam contra dictum ſic electum vel aſſumptum de ſimoniæ labe à quocunq; Cardinali, qui eidem electioni interfuerit opponi & excipi poſſit, ſicut de vera & indubitata hæreſi, ita quod à nullo pro Roma. Pontif. habeatur.

147 † NVLLA. Nam inquantum dicit, quod non ſolum nõ valet talis electio, innuitur, quod electio ſimoniaca etiam ante conſtitutionem iſtam erat nulla, quãdoquidem hic præſupponitur non valere, neq; tamen per iſtam conſtitutionem fuit declarata non valere. Quod notandum pro opin. Egi. qui voluit electionem ſimoniacam eſſe nullam ex antiquis decretis, vt ſupra memoraui. Quia tamen in contrarium eſt communis opi. Dic omnia pẽdere à verbo, ſtatuimus, vt is ſit ſenſus. Nõ ſolum ſtatuimus quod electio ſit nulla ipſo iure, &c. ſed etiam quod contra dictum electum, &c. Et hæc fuit mens Iulij, qui hac in re ſemper vſus eſt verbis futura reſpicientibus, cauſis ſuperius memoratis.

148 † SED ETIAM. Vult non ſolum electionem eo ipſo nullam, ſed etiam per quemlibet poſſe excipi, ſicut de vera ac indubitata hæreſi. Nam electo in Pontificem nõ poteſt obijci niſi hæreſis, c. licet.

Vnde notato, quod niſi iſta conſtitutio declaraſſet electionem nullam, exceptio ſimoniæ non haberet locum. Quod nõ puto verum, quoniam ſatis eſt legem habere electionem pro non canonica. l. non dubium. C. de legi. Præſertim cum æquiparetur veræ & indubitatæ hæreſi, de qua ſemper excipi poteſt, in c. ſi Papa. 40. diſtin.

149 † INTERFVERIT. Non tamen per ſimoniam votũ dederit, quoniam huic aliud agẽdum priuſquam audiatur. Et ſignanter inquit interfuerit, quoniam cum iſta exceptio debeat proponi ante introniзationem immo in ipſo tempore electionis antequam exeant conclaue, nõ datur niſi ipſis Cardinalibus præſentibus.

150 † EXCIPIT. In his regula talis datur. Contra electum in Pontificem non poteſt aliquid excipi, c. licet. de elect. Quare non excipitur quod ſit laicus, quod vxorem habens, quod bigamus, vt tradunt Abb. Deci. & alij, in c. licet. Fallit primum hoc quando obijceretur quod electus eſſet fœmina, quoniam fœmineus ſexus eſt incapax clauium, c. in noua. de pœn. & remiſ. Abb. in c. licet, adducens exemplum de illa muliere creata in Pontificem, quæ de via peperit, ſi vera ſunt quæ de illa vulgo referuntur ab his, qui perforatam adhuc ſellam oſtentant, per quam experiri poſſint, quibus hoc incumbit, vtrum electus ſit mas vel fœmina, quod tamen vanum exiſtimo, quãquidem ſella hæc ſtercoraria eſt, vt per eã intelligat, qui creatus eſt, ſe hominem, non Deum eſſe.

151 † Fallit item quando obijceretur, q furioſus vel infans, hi enim iudicio carent, c. ex parte, de corpo. viti. & quæ vident, ignorare dicuntur, l. 1. C. de falſ. mon. ideo ſtipulari non poſſunt. l. 1. ff. de verb. obli. nimirum igitur ſi Pontifices eſſe non poſſunt, cum Rom. Pont. terrena ac cœleſtia iudicet, c. cuncta per mundum, 9. q. 3. & in ſuperioribus latius explicatum eſt.

Miraculo tamen aſcribimus quod Britij Innocẽtia, per infantem 30. dierum indicata ſit, vt in §. ſi. 4. q. 3. cui fere ſimile eſt, quod ſcribitur a Gregorio de puero nouem annorum, qui nutricem compreſſerit, id quod teſtantur Ioan. And. & alij in rubr. de delict. puer.

152 † Et quanquam vbi hæreditaria ſucceſſio locum habet, infans coronari ac militari dignitate inſigniri poſſit, vt tradit Bar. in l. 1. C. de mun. & hono. lib. 10. in Romani tamen Pont. creatione, contraria prorſus ratio militat, quoniã hæreditariæ ſucceſſionis ne veſtigia quidem eſſe debent in Dei eccleſia, 8. q. 1. per totum. Nec per coadiutores aut miniſtros poſſit conſuli vniuerſo orbi, cui neceſſe eſt præeſſe vnum, non plures, ob eas quas ſupra memorauimus, cauſas.

153 † Creando tamen in Pont. non eſt certa ætas præfixa, tum quia non annorum numerus, ſed prudẽtiæ magnitudo in eo, qui alijs præficitur conſiderari debet, c. ſit rector. 40. diſt. nam & ſenes imprudentes dicuntur pueri centum annorum, iuxta illud prophetę. Maledictus puer centum annorũ, tum quia iura non exiſtimarunt eligentes fore adeo vecordes, vt adoleſcentem, vel puerum eligerent. Dicendum tamen videtur, eligendum nõ debere eſſe minorem 30. ann. quandoquidem eą ętas, in quocunque epiſcopo deſideratur, c. cum in cunctis, de
154 elect. refert Plati. † Bonifacium nonum, vix. 30. ann. natum,

Pon-

Pontificem creatum, qui tantæ modeſtiæ ac continentiæ cun ctis exemplum dedit, vt potuerit inter bonos Pont. annumerari, niſi nimium conſanguineis ſuis indulſiſſet. Cæterum eligi debent ſeniores ſi meliores ſint, quũ ſenioribus maior debetur reuerentia, c. his igitur. 23. diſt. l. ſemper. ff. de iure immun. maior enim ſenectuti prudentia ineſt, c. porro. 84. diſt. & põt ad caſtitatem melius ædificare ſubditos q̃ iuuenis, c. fornicatus. 33. diſt. c. de quibus. 20. diſt. cuius ſenectutis laudes mirifice extollit Cicero in illo libro, quem de ſeneċt. inſcripſit.

155 † Studeant igitur quos electionis negotium tangit, vt illum Pont. creent, quem ętas, quem morum grauitas commendet, de quo præteriti temporis vita bonum afferat teſtimonium. Neque enim hodie creandus eſt Epiſcopus, qui heri ſtabat in theatro, & qui veſpere ſtabat in circo, hodie non miniſtret altario. Momentaneus namq; ſacerdos neſcit humilitatem ſeruare, vel ſeſe contẽnere, nõ ieiunauit, non fleuit, non ſe correxit, per gradus enim aſcendere oportet ad eccleſiaſticas dignitates, non ſtatim e laico fieri clericus; habentur hæc in c. t. &
156 c. fin. 48. diſtinct. † Verum tamen ſi laici cuiuſpiam perſpecta eſſet vitæ integritas eligi poſſet, id quod de Ambroſio factitatum legimus. c. Valentinianus. 63. diſtin.

157 Fallit tertio, quando electio eſſet celebrata, à minori numero quam ſint duæ partes ex tribus. c. licet.

Fallit quarto, in exceptione hæreſis, quoniam electo obijci poteſt quod hæreticus, gloſ. in cap. licet. vbi Philipp. & Goff. quoniam ſi propter hæreſim Papa poteſt deponi, tanto magis excipi, quia cui damus actionem, multo magis exceptionem. Diuerſam ſententiam amplectuntur Alexan. Comp. Vinc. & Ioann. And. c. licet, dicentes contra electum in Pon. à duabus partibus non poſſe excipi etiam de hęreſi. Ad rationem Goſ. reſpondent non habere locum in poſſeſſorio, vt ipſe not. in regu. qui ad agendum. Communior ſententia eſt cum gloſ. c. licet. quando quidem hæreticus non eſt in eccleſia Dei, & nullo modo tolerandus, cum ſit ſal infatuatum, quod ad nihilum valet vltra, niſi vt conculcetur ab hominibus, quæ res corrohari poteſt ex multis, quæ dixi in tract. de poteſta. leg. in materia iudiciorum, in illa q. an hæretici ſint comburendi. Legimus quoque Beatum Io. dum lauandi gratia balneam intraſſet, & in ea Cherintum hæreticum vidiſſet, ſtatim diſceſſiſſe non lotum, vſumque his verbis. Fugiamus hinc, ne balneæ ipſæ nos corrumpant, c. omnis. 23. q. 1.

Excipi igitur poterit de hæreſi, quia negatur ſubiectũ, cum non poſſit eſſe caput totius, qui eſt extra totum, capit. in toto. de regu. iur. in 6.

Animaduertendum eſt nonnullos eruditos viros opinatos eſſe, Rom. Pontif. etiam ob hæreſim neque deponi, neq; iudicari poſſe, ea præſertim ratione, quod ſuperiorem nõ habeat, vt in §. hinc etiam. 17. diſtin. vnde Simmachus Papa, qui accuſabatur de hæreſi, non fuit depoſitus per Concilium. Accedit tex. in §. nunc etiam. 21. diſtinct. vbi cum Marcellinus Papa eſſet in concilio dicturus cauſam cur Idolis ſacrificaſſet, reſpõdit ſinodus. Ore tuo cauſam tuam iudica, & ex ore tuo condemnaberis, quia prima ſedes nõ iudicatur à quoquam, facit tex. in c. aliorum. c. nemo. verſi. quod Deus præſulis ſui quæſtionem iudicio ſuo reſeruauit, 11. quæſt. 3. Idem videtur innuere tex. in c. ſi Papa, 40. diſtinct. quando dicit culpas Rom. Pont. mortalium nemo reprehendit. Et inquãtum excipi ca ſum de hæreſi, cum talis exceptio nullibi probetur, dicendum eſt Bonifacium non potuiſſe illam inducere in præiudicium ſucceſſorum, c. innotuit. de elect.

Quinimmo operæpretium eſt intelligere illum tex. non eſſe alicuius Põtificis, ſed Bonifacij martiris, cum non legamus aliquem Roma. Pont. qui vocaretur Bonifacius, fuiſſe martirem, fruſtra igitur propter illum tex. excitãtur tot controuerſiæ. Hanc quam memoraui opin. confirmare videntur text. in c. electionem. 79. diſt. in c. ſignificaſti. de elect. quando dicitur concilia non poſſe præfigere legem Papæ, cũ ea potius à Roma. Pont. auctoritate pendeant. Vt rem hanc teneas, omiſſis tot reſponſionibus, & replicationibus, quibus interpres materiam hanc confundunt, dicas.

158 † Si conſtat Rom. Pontif. eſſe hæreticum, vt quia ſequatur aliquam damnatam hæreſim, & non pœnitentiam, vel cõſtat eum eſſe conuictum, eo caſu cum ſit inferior quocunq; Chriſtiano, poterit a concilio iudicari, & iam electus a Pontificatu deijci tam per accuſationem, quam per exceptionẽ. Nã quomodo erit caput vnitatis, qui eſt extra vnitatem? tũc enim iudicatẽ non vt Papa, ſed vt quilibet criminoſus, hoc admittunt Io. de Turre Crem. Augu. de Anco. & quicunque materiam hanc diſputant: eo enim caſu (vt ipſi aſſerunt) non eſt homo qui iudicet, vel deponat, ſed Deus, ſed lex, quæ non patitur illum eſſe caput vnitatis, qui eſt extra illam.

159 † Quod ſi olim lapſus ſit in hæreſi, & tamen conſtat ipſum pœnituiſſe, & nunc ſequi illud, quod ſequitur eccleſia, etiam ſi veniat imponenda pœna de præterito, non poteſt iudicari a quoquam, nec per exceptionem, iſto caſu procedunt ea, quę de Marcellino dicuntur. Nam deſuerat ipſe ſacrificare idolis, agebatur, vt imponeretur pœnitentia, & tamen nullus voluit ipſum iudicare, quoniam propter hoc non deſinebat eſſe Papa, & in hunc ſenſum accipiuntur multa ex his, quæ ſuperius allegata ſont.

160 † Quod ſi electus laboret infamia hæreſis, de qua aliter non conſtet, non ob hoc ſtatim reijcietur, ſed mouebitur per Cardinales, vt famam ſuã purget diplomatibus vel bullis ſuis, atteſtando quid ſuper his ſentiat, argumento ſunt c. ſi quis. cap. nos ſi incompetenter. 2. q. 7. id ſi non fecerit, congregari poterit concilium per dominos Cardinales, & ipſis negligentibus per Imperatorem, vel alios, ad quos indicendi concilij negocium pertinet, conuocari, ibiq; diſcutietur cauſa. Quum primum enim Papa negligit purgare famam huiuſmodi, grauatur eius opinio, c. 1. 17. diſtinct.

161 † Et ſi concilio conſtiterit, Papam fuiſſe implicitum hæreſi damnata, deponetur omnino, etiam ſi ſe emendare velit, quoniam quando monitus non ſe emendauit, exiſtimandum eſt, promiſſam emendationem fictam, atq; ſimulatam. Sed ſi hæreſis, quæ nunc a concilio iudicatur, ambigua erat, tolerandus
162 erit Papa, ſi ſe emendare velit. † In primo etiam caſu proderit emendatio, vt non tradatur curiæ ſeculari, vt inquit Egid. in cap. ſi Papa.

163 † Si autem concilio nihil conſtiterit de hæreſi Papæ, ſed tantum de infamia, ibi purgabit famam ſuam, & ſatis erit, neque expectabitur alia concilij ſententia, propter tex. in §. nunc ẽt. & in §. item ſimoniacus, diſtinctio hæc proficiſcitur ex intentione Egidij & Cardi. Alex. in c. ſi Papa. quamuis confuſe ad modum loquantur, omni tamen caſu etiam vbi Papa deponendus eſt, concilium deferet, vt ipſe ſententiã contra ſe proferat, ſi velit, alioquin concilium pronunciabit ſcd̃m Egid.

164 † Fallit quinto, quãdo obijceretur quod eſſet notorius criminoſus, ſcandalizans eccleſiam Dei, quoniam ſi poteſt deponi, vt in c. ſi Papa. 40. diſt. cui glo. adſtipulantur ſummi legum vertices, vt demonſtrabitur inferius quando tractabitur materia conciliorum, vbi etiam aperietur qui teneat contrariam ſententiam, ę qua tamen videtur definitio Antonij Roſ. in ſua monarch. vt. nunc attigamus, quando dicit Ro. Pon. ob notorium ac manifeſtum crimen tunc ſubijci concilio, quando in eo perſeuerat, nec monitus non emendaret ſe, crimenq; eſt tale, vnde orbis ſcandalum accipit, eo nanq; caſu oritur contra eum ſuſpicio hæreſis, ita vt re ipſa videatur aſſerere Deũ non eſſe vltorem peccatorum, & negare aliam vitã, quod eſt omnium peſſima hęreſis, in quam viſus eſt incidiſſe Simon Magus, vt traditur in hiſtoria Clem. lib. 2. Huius rei exempla adducunt de Ro. Pont. qui paſſim vẽdit ſacerdotia, aut indignis committit, qui ſpiritualem indulgentiarum, & ſacramentorũ theſaurũ licitatur, eccleſiæ bona diſtrahit pro conſanguineis, aut alijs forte inhoneſtis, atque immeritis hominibus ditandis, aut aliter in reprobos vſus conuertendi gratia. His nanq; criminibus, quibus Chriſtianæ R. P. ſtatus calũniam patitur, Romanus Pontif. ſi monitus non ceſſat, generali conciliorum auctoritati ſubiicitur. Huc tendunt omnia argumẽta eorum, qui ſequuntur glo. in c. ſi Papa.

Sed qui communem ſententiam amplectuntur, nec iſtum caſum admittunt, videto inferius, quando agetur materia cõciliorum. Nunc tantiſper admonuiſſe ſatis ſit, quod exceptio huiuſmodi non procedit contra eum, qui in Põtificem eſt electus, quoniam crimẽ debet eſſe notorium & incorrigibilitas tempore Pontificatus, vt videtur eſſe omnium ſententia.

165 † Fallit ſexto, in exceptione ſimoniæ, vt patet ex præſenti conſtitutione, quæ facit ſimoniacum deterioris conditionis quam hæreticum, ſiquidem ille antequam moneatur, deponi non poteſt, glo. in c. ſi Papa. Ratio eſt, quia ſimonia vitiat actũ ipſum electionis, adeo quod electus non eſt Papa, quemadmodum ſi non eſſet numerus requiſitus, c. licet. At hęreſis agit, vt remoueatur, quem pro Papa adoramus, ob vitium quod non inficit electionem, ſed perſonam.

Et hæc eſt propria ac vera exceptio contra electũ, quando notoria eſt vt dixi. Id quod ſatis innuit littera, quando dicit, Sicut de vera ac indubitata hęreſi: oportet igitur quod etiam

ſimonia

ſimonia ſit vera & indubitata, vt ęquiparatio procedat, l. qui ad certum. ff. locat. & iſta exceptio ampliatur etiam ſi in electione de qua agitur nūc, non interueniſſet ſimonia, ſed tamē alias fuiſſet per ſimoniam electus, & non obtinuiſſet, quoniā hæc cōſtitutio reddit eū perpetuo inhabilem ad Pontificatū.

167 †INDVBITATA. H. Ergo de illa excipi poteſt cōtra electum, & ſic ſimonia etiā debet eſſe indubitata, vt dixi, propterea difficile erit caſum hūc ad praxim aptare, cum hęc plerunque clam fieri ſoleant, c. cum ex iniuncto. de hæret.

Aduertendum nihilominus, quod etiam ſi ſimonia non eſſet notoria, quamuis de ea excipi non poſſit, ad effectum differendæ inthronizzationis & adorationis, & recedendi ab eo ante ſententiam, tamen poterit Papa in concilio legitime congregato de ea accuſari, & legitime conuictus deponi, quoniā tunc conſtaret ipſum non fuiſſe Papam, quemadmodum de hæreſi, cui per omnia ſimilis facta eſt ſimonia, in §. itē Hieronymus. §. item Symmachus. 2. q. 7. ad hæc. l. 1. cū ſua materia. ff. de legat. 1. erit enim notoria ſimonia cum ex actis, de ea conſtare poterit.

168 † Verum ſi quis ſpoliaſſet eum, quem ſimoniacum probare vult, non erit audiendus, niſi ante omnia Pontifex deiectus reſtituatur, vt in §. hinc etiā. 17. diſt. & in §. item Simmachus, & in c. frequens. de reſti. ſpol. Quod non eſt ita, quando ſimonia eſt notoria, quoniam tunc cum conſtet de vitio, quod poſſeſſionem & titulum inficit, non reſtituetur deiectus, quemadmodum dicimus de illo, cui ordinarius cōtulit beneficium notorie reſeruatum Apoſtolicæ collationi, quoniam ſpoliatus non reſtituitur, vt ſcripſit Rota deciſio. 4. in no. 348. 383. & 501. in antiq.

HABETVR. Quando excipitur de hac ſimonia indubitata, ſecus ſi de occulta, vt dixi.

Quinimmo ipſe ſit electus priori ſuo Cardinalatu, & alio quocunque honore eccleſiaſtico, Cathedralibus, metropolitanis, patriarchalibus, monaſterijs, dignitatibus & alijs quibuſcunque beneficijs & penſionib.

169 †QVINIMMO. Sēſus eſt, quod non ſolum electio ſimoniace facta eſt nulla, immo etiam qui ſic eligitur, eſt priuatus beneficijs, &c. coniungit enim & ampliat hæc dictio, c. tibi qui. ver. quinimmo. de reſc. in 6. vbi Archi. quandoque tamen tamen corrigit. no. in c. prædicator. 16. q6. 1. l. iuriſgentium. §. quinimmo. ff. de pact. l. Iulianus. C. de ſac. ſan. eccl.

SIC ELECTVS. Id eſt per ſimoniam.

PRIORI. S. CAR. Quin priuatus non eſſet, quando electio ſine eius culpa fuiſſet nulla, vt quia non habuiſſet numerum debitum, c. 2. de conſt. ſic habes ꝙ electus in Papā, deſinit eſſe Cardinalis cum repugnent duo hæc vt alias dixi.

170 †ECCLESIASTICO. Secus ergo ſi iure patrimonij fuiſſet dux vel comes, hæc Papa non adimit, c. cū dilectus. de iurepa. merito excluduntur ab honoribus & dignitatibus, quia infames ſunt. l. 1. ff. de his qui. no. infa. vnde infamib. nō patebūt portæ dignitatis. c. infamib. de reg. iur. in 6. Reatus. n. proprius excludit omnem honorem. l. 1. ff. de ſenat.

METROPOLITANIS. Nam ſi non poteſt tenere cathedrales, multominus Metropolitanas, & Patriarchales. At fit, propterea quod odij plena eſt materia priuationis, ideo tollendæ ambiguitatis cauſa hæc expreſſit, in c. cui de non ſacerdotali. de præb. in 6. alia ratio.

171 †PATRIARCHALIBVS. Quæ ſint patriarchales eccleſiæ, & quæ patriarcharum priuilegia, habetur in cap. antiqua. de priuileg.

172 †ET PENSIONIBVS. Ergo penſiones non ſunt eccleſiaſtica beneficia, quando eas ſeorſum nominat. Beneficiorum tamen appellatione ipſas quoque penſiones contineri videtur tex. in c. ad audientiā. de reſc. vbi Andr. Sicu. & alij. Rem hanc late explicaui, in tract. de pot. leg. lib. 6.

Et nota quod nihil dicit de bonis patrimonialibus, nec etiā de officijs, quæ cum hodie venalia ſint, quo ad fructus cenſentur iure patrimonij.

Quæ tunc obtinebat in titulum vel commendam, aut alias quomodocunque, eo ipſo abſque alia declaratione priuatus exiſtat, & ideo non Apoſtolicus, ſed apoſtaticus & tanquam Simon Magus & hæreſiarcha, & ad prædicta omnia, perpetuo inhabilis habeatur & ſit.

173 †TVNC OB. Ideſt tempore, quo eligitur. At non ne, dum creatur Pontifex, vacant oīa priora beneficia? Vacāt certe, cū omnis titulus repugnet Papatui, cum nemo poſſit ſibiipſi ſubeſſe: qđ tñ Papa vellet beneficia hæc retinere ac fructus in proprios vſus conuertere, ob ſummam eius poteſtatē, poterit, c. licet. de præb. in 6. c. propoſuit. de conceſ. præb. c. ſi propter. de reſc. in 6. Hoc tñ caſu non vacaſſent, niſi eſſet expreſſum, qđ priora beneficia nō vacant, qđ præſens promotio eſt nulla, vt in reg. non pręſtat. in extrauag. Execrabilis. Hic ergo inducitur vacatio in pœnam. Sed quare dicit obtinebant? Reſpon. quod reſpicit dimiſſionem facti, quæ videbatur præſeruare regreſſum ob æquitatem, c. ſi beneficia. de præb. in 6.

174 †IN TITVLVM VEL C. Igitur cōmmēda nō eſt titulus, ꝙ admittunt omnes, in c. dudum. de elect. c. nemo. eo. tit. in 6. c. ſi conſtiterit, de accuſ. Quod non obtinet in cōmenda noſtri tpis, quando datur cum plena perceptione fructuū, vt late probaui, in tract. de pot. leg. lib. 4. quamuis domini de Parco, & Rom. in conſ. 350. diuerſa teneant.

ALIAS. Nam & varij ſunt modi quibus beneficijs pręſumus. Coadiutor. n. Adminiſtrator, Viſitator habent titulos

175 iuris, vt late deduxi eo. lib. 4. de pot. leg. † At quid dicemus de acceſſibus, ac regreſſibus, quorum dies nōdum aduenerat, an & illius priuati erunt? Exiſtimo eos identidē priuatos, cum facilius perdatur ius ad rē ꝗ̃ in re. clem. gratiæ. de reſc. Quod ēt innuit conſtitutio, qđ facit eum perpetuo inhabilem ad talia. Nā aut conſideratur regreſſus ex ipſo initio, ſicut dicimus in l. potior. §. videamus. ff qui pot. in pign. hab. l. dāni. §. Sabini. ff. de dam. infe. & pñs caſus afficit, aut cōſideratur, vt ius nouū, & pp inhabilitatem præcedentem reijcitur, l. in delict. §. ſi extraneus. ff. de noxal. Idem dicemus de beneficiis, quæ habebāt vnita ad vitam, tum quia vnio hæc habet inſtar tituli, vt tradit Domi. conſ. 38. tum quia ſi adimitur principale, eo magis acceſſorium. c. translato. de conſti.

EO IPSO. Id eſt ſtatim, abſque hominis miniſterio, lex ciuilis in hoc ſenſu vtitur verbo, ſtatim, l. commiſſa. ff. de pub. Item mox. Auth. de inceſ. nup. §. 1. item ipſo iure. l. 1. ff. de iure fiſc. Item ſine inquiſitione. l. Imperatores. ff. eo. facit c. 1. de reſc. in 6. c. quā ſit. de elect. eo. lib. de hoc late Fel. in c. Rodulphus. de reſc. And. Sic. in c. ſi diligenti. de for. comp.

176 †APOSTATICVS. Iocus eſt in ſimilitudine nominis rē omnino diuerſam ſignificantis. Eſt. n. apoſtata diſcedēs ſeu deficiens à fide & religione, ideo inquit Amb. in pſal. Beati immaculati. recte præuaricator dī, qui diſcedit à dño, denique Græce à diſcedendo apoſtata nominaī, vnde & ille Vinū & mulieres faciūt, inquit, apoſtatare, & Paulo inferius. Pręuaricator aūt latine & tranſgreſſor vocatur eo ꝙ à dñi lege tranſeat ad errorem, & tranſgrediatur mandata cœleſtia, ex quibus Amb. verbis habes apoſtatā præuaricatorem eſſe. Eſt vero præuaricator ille, qui diuerſam partē adiuuat prodita cauſa ſua, vt inquit, tex. in l. 1. ff. de præuaric. & ꝙ ad apoſtatas noſtri tpis attinet, quia religione defecerunt, dicit Amb. in pſal. 80. ꝙ qui de monaſterijs exeunt, luxuriæ magiſtri efficiuntur. vnde Aug. inquit. Sicut nō noui meliores his, qui in monaſterio profecerunt, ita non noui deteriores his, qui à monaſterio defecerunt, de hoc nomine Apoſtatę quid ſit, vi. tex. in c. Beatus. 3. q. 4. Hoſt. Goff. & alios in ſuis ſummis.

177 †SIMON. Hic Simō natione Samareus erat ex vico Getteorū, illi pater Antonius, Rachel mater, Græcis atq; Hebraicis litteris apprime eruditus, glorię cupiditate mirū in modū flagrabat, ſe ſtantē & Dei virtutē appellari, ab hominibuſq; adorari volebat. De aīorū immortalitate male ſenſit, ſe tñ immortalē atq; indiſſolubilē dictitās. Hæſit Doſitheo illius ſeculi hæreſiarchæ ſimulata amicitia, & tandē ab eo in locū vnius 30. diſcipulis ſuffectus eſt. Lunā Doſithei diſcipulā inſignē faciē ardenter amauit, extinctoq; Doſitheo, vt voluit, vſus eſt. Magicæ artis ſtudioſiſſimus erat, cuius vi miracula facere videbaī. Vnde ex populo multi addicebantur illi, exiſtimantes eū eſſe Deū. Iactabat vaniſſimus ille homo poſſe efficere, vt videreī, vel non videretur ab hōib. pro arbitrio, perforare ac trāſire montes & ſaxa velut lutū, ſeq; illæſum in terrā cadere, ꝗ̃uis e præruptiſſimo quoq; mōte ſe præcipitē dederit, in vincula coniectū qđ vellet recedere, atq; hiiſdem vinculis illos alligare, qui ipſi vincula inieciſſent, ſtatuas animatas reddere,

adeo

adeo vt viuentes eſſe homines crederetur, nouas arbores & repentina virgulta producere, ignem intrare, non ardere, in varias ſe ſe formas, ouem.ſ. capram & bifrontem hominem atque alia id genus vertere, pueris barbam producere, per aera volare, immenſam auri vim mortalibus oſtendere, Reges facere atque deiicere, homines vt diuinos ſibi bonores impendãt, templa erigant, ſtatuas locent inducere. Hæc & pleraque alia vulgo iactabat Diaboli miniſter, eo tẽpore, quo Petrus atque alij Ieſu Chriſti nuntij ſaluberiimis Euangelij documentis orbẽ implere ſatagebant, vt homines a veritate verbi Dei auerteret. Quare, vt teſtatur Clemens in eo libro, qui inſcribitur Hiſtoria Clementis Papæ, Petrus, vt auelleret errores hoſce a mentibus hominum coactus eſt publice cũ eo de diuinis diſputare, quẽ adeo confudit, & peruicit, vt fieret populisq; ludibrio. tandem peſſimus homo pœnitentiã ſimulans Petro comes factus eſt. Demum cum videret per Apoſtolos ſigna multa fieri, tentauit pecunijs ſuis Apoſtolatus gratiam emere, propter quod ei a Petro dictum eſt. Pecunia tua tecũ ſit in perditionẽ. Acto.15. ſicque deinceps volentes ſpiritualia emere, ſimoniaci ab eo dicti ſunt. Dimiſſus igitur, haud ſine ignominia à Chriſtianorũ coetu, Simõ Romã venit, vbi vt Deus a multis habebatur. Petrus mõſtri huius memor Romã ſe cõtulit, habuitque in Capitolino certamẽ aduerſus Simonẽ, vt ſuperius ex Egeſippi ſentẽtia memoraui. Pauca hęc de Simone retuli, quoniam hæc, his, qui Clementis hiſtoriã non viderunt, minus nota ſunt. Apud aliquos monumẽtis proditum eſt, Simonẽ hũc primum fuiſſe, qui expoſuit Agathomantiam, quæ eſt pars Magicæ Theurgicæ, quemadmodu & Zãbrinus expoſuit Cacodæmonicam, Nembrot Cacomantiã.

278 †MAGVS. Magicã artem vt fallacem atq; inanem deteſtati ſunt ſemper optimi viri, & Pli. eam vanam, atq; omniũ artium fraudulentiſſimam appellat, vt pote quę tres imperioſiſſimas humanæ naturæ artes mendacio ſuo cõplecti uideatẽ, medicinam, religionem, ac diuinandi ſcientiam. Habuit hæc originem a Perſis. Zoraſter primus de ea ſcripſit vicies centũ millia verſuum. Adeo peſtis hæc ante Chriſti aduentum occupauerat hominum mentes, vt ethnici ſcriptores quę mira a Moyſe ac reliquis prophetis facta ſunt, huic vni tribuerent arti, Chriſtianiſq; identidem mira facientibus diuina ſolum virtute, id crimen obiectum ſit. Magi & ſi a multis ſapientes dicti ſunt, quales fuiſſe conſtat tres illos, qui Chriſtum adorauerunt, tamen apud nos maleficum quiddam ſonat Magi nomen, & eorũ ſtudia, non ars, ſed deceptio. c. nimirũ. 26. q. 1. vbi ars hæc funditus euertitur ac damnatur, de his habemus tex. in l. eorum. l. nemo. l. multi. C. de malefi. & mat. videto Beroal. in commen. Apul. Picum Mirandulam in ſuo Apologetico. Plin. lib. 30. nat. Hiſt. c. 1. & Sympho. in libello de claris med. ſcript. qui rem hanc plene abſoluit, vbi Alchindum ſecutus Magiam in plures partes diſtribuit.

ET SIT. De his verbis videto Fely. ĩ c. Rodulphus. d' reſc.

279 †IN THRONIZATIONE. Quod fit poſt electionẽ, quando colocatur in throno Pontificię dignitatis, c. 1. 79. diſ. ex electione autem ſtatim acquiritur illud ſummum ius, quare inthronizatio & adoratio ius non dant. Vnde cũ electio ſit irrita, fruſtra quæritur de iſtis. Idem dicendum quando quis non eſſet electus a duabus partibus.

280 OMNIVM CARDIN. †Sicut enim ille ſimoniacus eſt inhabilis qui in futurum deinceps eligatur expreſſe, ita non poteſt eligi tacite per nouum conſenſum adoratiuum. l. qui ad certum. ff. loca. ex his ergo nota nouã exceptionem obijciendam electo alias canonice in Pontificem. Nam licet in electione quæ nunc fit, nõ cõmitteret ſimoniam, tamen ſi aliàs commiſit eã, non poteſt deinceps eligi, quia conſtitutio facit eum perpetuo inhabilem. Poſſet dari caſus hoc modo. electus per ſimoniam ſponte ſe abdicat a papatu. fit noua electio ſine ſimonia, ipſe non poterit eligi.

281 †ADORATIONEM. Ideſt venerationem, quæ dulia nuncupatur, Adoratio vero latriæ ſoli Deo exhibetur. c. perlatum. c. venerabilis. de conſe. diſt. 3.

VLLO VNQVAM. T. Quod enim ab initio non valuit, tractu temporis non conualeſcit. Quod obtinet, quia cõſenſus ſuperueniens non perficit actum quando impedimentum eſt perpetuum.

282 †Dubitatio exoritur nõ parua. Quid ſi iſte ſic electus antequam remoueretur, Cardinales crearet, beneficia conferret, & reliqua ad Pontificis auctoritatem pertinentia faceret, an poſtea eo ammoto retractentur. Ambiguitatis plena eſt quęſtio. in vtranuis partem adduci poſſunt multa ex his præſertim, quæ aggeſſit Iaſ. in l. Barbarius. ver. extra gloſ. ff. de offic. prætor. qñ diſputat. q. an inſtrumenta geſta ab eo, qui nõ erat notarius, valeant, quando habebatur pro notario. Dicendũ videtur in propoſita q. geſta p iſtũ valere ob cãm boni publici, qñ licet p ſimoniã electus, nõ ſit recte electus, eſt tñ rite, vñ quẽadmodũ in l. Barbarius, ob humanitatẽ, & vtilitatem eorũ, qui apud eũ egerunt, nihil eorum quæ egit, reprobatũ eſt, idem in caſu noſtro. Nã Bal. in l. Barbarius, dicit hanc fuiſſe cauſam q geſta à Barbario valuerunt, quia fuit ſolenniter electus, quãuis non rectè, huic ſñiæ adſtipulari videnẽ Spec. Io. And. & alii quos citat Iaſ. in præalleg. loco, quando dicũt vitium perſonę electæ nõ irritare geſta, ſed vitiũ ſolẽnitatis.

Dubito tñ, quia in l. Barbarius, populus eligẽdo nihil peccauit, & potuiſſet Barbariũ libertate donare: in cõſtitutione noſtra peccauerunt eligentes, nec poſſent volẽtes hoĩem huiuſmodi habilẽ facere, ideo Bal. in l. nihil. C. de man. vind. dicit, quod ſi notarius eſſet priuatus officio ex cauſa falſi cõis error non poſſet efficere, vt valerent geſta per eũ. Diſtinguẽdũ forſan de qualitate geſtorũ. vide Lap. in ſua vltima allegatione, Io. And. & Dy. in c. bñficiũ, de reg. iu. in 6. qñ diſputãt, an valeat collatio bñficii facta ab eo, q credebatur habere iura conferendi, & non habebat, doct. in c. querelam de elect.

Argumentum.

Omnes Card. & reliqui Rom. Eccle. ſubditi poſſunt impune ab obedientia ſimoniace electi recedere, nõ obſtante quocunque fidelitatis iuramento. hoc dicit.

Liceatque omnibus, & ſingulis Cardinalibus, etiam illis, qui huiuſmodi ſimoniacæ electioni ſeu aſſunptioni conſenſerit.

CASVS.

183 Hęc eſt ſecũda pars, quę abſq; diuiſione aliqua facile intelligi põt, quandoquidem ſub vna ſñia dicit, licere omnibus Cardinalibus, ẽt illis qui ſimoniacę electioni cõſenſerint, & ẽt Clero ac populo Ro. cuſtodib. arciũ, præfectis ac magiſtratib. quibuſcunque recedere ab obiedientia ſimoniaci Pont. Nec huic receſſui impedimento eſſe poteſt ſequens adoratio, vel intronizatio, aut iuramentum, quo eidem ſimoniace electo ob ſtricti eſſent, quoniam dum modo ſciant ſe obnoxios obedientiæ futuri Pontificis, hunc tanquam magum, ethnicum, & publicanum contemnere poſſunt.

184 †LICEAT. De iure, & de facto, qñ non ſit impedimentum facti. Bar. in l. ſtipulatio iſta habere licere. §. hi qui. ff. de verb. oblig. & ſignificat licitũ eſſe l. 1. ff. de hære. inſti. Et quia conſtitutio vtitur verbo, liceat, affirmatiuè, nulla id faciendi neceſſitas imponitur. l. non quicquid. ff. de iudi. igitur re ipſa erit Papa ſi nullus receſſerit.

OMNIBVS. Reſpicit in vniuerſum.

SINGVLIS. Poſſunt ergo ſimul, & ſeorſum recedere ab electo ſimoniaco notorio.

185 †CONSENSERINT. Non tamen vocem per ſimoniam dederint. Pone ex triginta Cardinalibus 20. conſenſerunt, quod ſatis eſt. c. licet, & inter eos fuerint quinque ſimoniaci: Nam licebit etiam illis quindecim, qui conſenſerunt, recedere ab electo ſimoniaco, & implorare auxilium brachij ſecularis. ſecus tamen de illis quinque conſciis ſimoniæ, quoniam de illis aliter diſponitur in ver. Cardina. vero. Illi enim priuantur Cardi. ergo non poſſunt, vt Cardi. velle diſcedere, quia non eſt ſubiectum voluntatis huiuſmodi. l. eius eſt vel. le. ff. de regu. iur. quamuis quilibet alius diſcedere poſſit, vel ſi vis intelligere hũc verſ. de his, qui ſimoniam commiſerũt, vt poſſint recedere, intellige quo ad diſceſſum, non quo ad implorationem brachii ſecularis, de quo in ver. ſeq. Ideo loquendo poſtea de Cardinalibus, quib. licet implorare auxiliũ brachii ſecularis, non repetit, ẽt qui ſimoniacè electo conſenſerint, ſicut addidit, & in ver. inſuper. conſiderauit etiam ſimoniaco electori nihil indulgendum ex his, niſi quando vocatus adhęreret aliis, vt inferius patebit.

Etiam poſt intronizationem, & adorationem ſeu obedientiam, ac etiã vniuerſo Clero Pont. Ro. necnon ſubditis, & Sãcti Ange

li de vrbe ac quarũuis aliarum Ro. vrbis arciũ præfectis, caſtellanis, capitaneis, & alijs officialib. quocũq. homagio ſeu iuramẽto.

186 †ADORATIONEM. Quidam ex hoc taxant factũ
atq; ambitiunem Ro. Pont. & aliorum eccleſię prælatorum,
quod cum homines ſint, vt cæteri peccatores, velint nihilo-
adorari, cum tamen ſcriptum ſit:
Vnum Deum adorabis, & illi ſoli ſeruies, & Heſter. cap. 13.
Mardocheus ita inquit. Scis q̃a nõ pro ſupbia aut aliqua glo
riæ cupiditate ſecerim hoc, vt nõ adorarẽ Amã ſupbiſſimũ:
libenter. n. pro ſalute Iſrael paratus eſſem deoſculari veſtigia
pedũ eius, ſed timui ne honorẽ Dei mei transferrẽ in hoĩem,
& ne quẽquã adorarem excepto Deo meo. Itẽ Apoc. 22. ce-
cidi, vt adorarẽ ante pedes Angeli, qui mihi hoc oſtendebat,
& dixi mihi, vide ne feceris. & paulo inferius. Deũ adora, vñ
pij potius eligebant mortẽ quã adorare ſtatuã Nabuchodo-
noſor, c. nõ inuenit, 23. q. 4. His tamẽ facile rñd. Adorationẽ
quæ exhibetur Papę eſſe illã Reuerentiã, quã diuina, & hu-
mana iura concedũt preſertim excellẽtib. & ſanctis viris. Nã
Reges adorãtur, & duplex eſt adoratio, vt no. Io. And. in cle.
1. de reliq. & ven. ſan. Tho. ſec. ſec. q. per totũ facit, ꝙ leg. de
Abigail & Dauid, & de Abdia q̃ curuauit genu cõtra Heliã,
& præcatus eſt eũ. Reg. 4. c. 1. itẽ Dauid adorauit Saulẽ, ipſũ
ꝑſequentẽ. Item Iudith, quę inter mulieris ſanctas enumera
tur Holofernẽ adorauit, ꝓſternẽs ſe ſup terrã. Iudith. 10. &
1. Pe. c. 2. dr̃. ſubditi eſtote in oĩ timore dñis, in c. ſolitę. de ma
io. & obed. Adoratur ergo Papa, nõ ea adoratione qua Deus,
ſed qua princeps, & Vicarius Chriſti, Deũ repſentans, ſicut
& adorat imago, ob id qđ repræſentat. c. perlatũ, de cõſ. di. 3.
187 †CLERO ET POP. Ad clerum enim populũq; Ro.
olim pertinuit electio, vt ſuperius dixi. Cleri. vero appellatio
ne veniunt dñi Card. Abb. in Rubric. de vi. & hon. cler. & in
quantum ponuntur Clerus, & populus, vt diuerſa, conſtare
vr̃, populi appellatione Clerum non contineri. quod placuit
Abb. in c. vt nullus. de vi. & hon. cle. alias diſtingui ſolet inter
actus fauorabiles, & odioſos, nam Clerus eſt in populo. tamẽ
ſeorſum noĩatur pp excellẽtiam, vt in Euãgelio. Dicite diſci
pulis eius, & Petro. Sed quis neget Petrum fuiſſe præcipuum
inter diſcipulos. Quęſtionẽ late abſoluit Deci. in c. vt nullus.
Quem tñ ſcito erraſſe in ſecunda cõcluſione, qđ in c. licet. 8.
q. 1. appellatione populi venit tñ Clerus, ex quo laici nõ poſ
ſunt in Epiſcopos eligi. Dicit enim lex illa ex populo meliorẽ
188 eligendum in Epiſcopum. †Nã decipiť Dec. ob ignorãtiam
hiſtoriæ, & temporis, tex. in c. licet. eſt Hieronymi. c. a multis
tis, de ęta. & quali. c. nullus. 60. di. ſunt Vrbani, & Inn. qui lon
go interuallo poſt Hieronymũ ſtatuere, laicum eligi non poſ
ſe, cum in primitiua eccleſia ẽt laici eligerẽtur, mõ eſſent me-
liores, fiebant enim deinde Clerici. c. Oſius. 61. diſt. c. Valenti
nianus. 63. di. quamuis Gratianus deinde, & alii, vt in vnam
conſonantiã noua, & antiqua reducerent, dicant aliud in ele-
ctione quæ hodie habet ſuam formam, aliud in poſtulatione.
verum Hieronymus nõ vidit has formulas electionum, ideo
loquitur eo modo, quo loquitur. c. Valentinianus.

Vel cautione præſtitis, non obſtantibus a talis electi etiam intronizati obedientia, & deuotione impune, & quandocunq. diſcedere ipſis fidei Ro. Eccl. manẽtibus, & eum vt magnum, ethnicum publicanũ, & hęreſiarcham euitare.

189 †INTRHONIZATI. Quia per inthronizationẽ nihil
conſequitur, vt dixi, ſed electus ſtatim adminiſtrat, ſicut etiã
Imperator. Bal. in extrauag. Imperialis, de pac. cõſtant. Itẽ &
Rex Francorum. Alex. in c. per venerabilem. §. quod autem,
qui filii ſint leg. At ſecus in aliis, c. Auaritiæ. de elec. in 6.
190 †VT MAGVM. An ex eo, qđ quis publicè exercet ma
giã, poſſit eijci a Pontificatu, vel contra electionẽ de eo factã
opponi, dubitari põt. Et Credo poſſe, cũ ſimoniaci, magi &
hæretici ac notorii peccatores ęquiparantur cõi reg. in mate
ria noſtra. Idẽ igitur Iudiciũ. l. 1. ff. de leg. 1. c. trãslato de con-
ſti. Nam omnis magus de Chriſti fide male ſentit, qñ quidẽ
191 dæmones malos colit, Chriſti fidem, crucem, baptiſma dum
eorũ ſacris initiatur, abnegat, vt late docet malleus maleficũ.

192 †ETHNICVM. i. ſeparatũ ab eccleſia. Abb. in c. nouit,
de iud. & ibi quid ethnicus, & quare in ſumma ſcriptores ſa-
cri vocant Ethnicos. i. gentiles, & ab eccle. ſeparatos. Hi ſunt,
q̃ credebãt verborũ aptæ cõpoſitioni inẽẽ vim ad Deũ cõci
liãdũ, illiq; ñ no. ſignificãdũ, quos rephẽdit Sal. Mat. 6. vbi gl.
& Gen. c. 50. quæ dicit ethnicos nouẽ diebus flere mortuos.
PVBLICANVM. Intellige notorium peccatorem, in-
corrigibilem, c. nouit, & in c. 1. 45. diſt. & in c. omnibus. 24. q.
1. alias publicanum vectigalium exactorem dicimus. l. eum
qui vectigal. ff. de verb. ſig. l. 1. ff. de publi.

Argumentum.

Cardinales ſimoniacè electo contradicẽtes poſſunt aduerſus eum ſecularem poteſtatem, ſi adminiſtrare voluerit, implorare, nec propterea tanquã Schiſmatici puniẽdi ſunt h. d.

Ad cuius quoque confuſionem poſſint Cardinales, qui præfaræ electioni ſe opponere voluerint, ſi præſumpſerit ſe regimini vniuerſalis eccleſię prætextu talis electionis ingerere, auxilium brachij ſecularis contra eũ implorare.

CASVS.

193 †Hic Iulius volẽs amplius auertere a ſimonia eligendos in
Pontifices, ſtatuit, ꝙ Card. volentes ſe opponere electioni ſi-
moniacæ, poſſint implorare vires humanę poteſtatis, ſi forte
ſic ſimoniacę electus vellet ſe adminiſtrationi ingerere: intel-
lige ſemper quando Simonia eſt notoria, vt dixi, alioquin nũ-
quam deeſſent, qui prætextu ſimoniæ probandę impedirent
194 electos etiam Canonice. †verum nunquam accedo ad inter-
pretationẽ huius litterę, quin animi mœrore afficiar. Pone
duo Cardi. vel etiam plures, vt ſi decẽ ex triginta, impugnãt,
electionẽ, dicentes eam notorię ſimoniacam, ideo inſtare, ne
electus ingerat ſe adminiſtrationi. qđ ſi per ſe efficere nequi-
bunt, quid fiet? Aſſerunt ſeditioſi iſti ſimoniã notoriã. electus
negat, quis negocium diffiniet? Iudex non eſt. differetur ad-
miniſtratio? quomodo ſatisfactum erit rationę? c. vbi pericu-
lũ. An ſecularis iudex cuius auxilium imploratur, id cogno-
ſcet? Nõ ita. obedire illum oportet, non cognoſcere, c. beneq
dem, 96. di. c. eccleſia Sanctæ Mariæ. de conſti. An veniet Im-
perator, vel Rex armata manu Romam? & forſan, ea re nata
(quod ſemper optauit) creandi Pontificis auctoritatem reſu-
met? Iam per hanc cõſtitutionem clauium poteſtas titubat,
factiq; ſeculares principes Ap. Se. iudices. Vtinam patres, qui
hanc promulgandam legem curarũt, omnia prius hęc animo
perpendiſſent.
Vt tamen minorem perniciem afferat, intelligenda eſt cõ
ſtitutio de his, qui ſe opponunt ante adorationem, & quando
ſimonia eſt adeo notoria, vt excuſatione careat, quod per dif
ficile erit inuenire q̃q̃ & eo etiam tempore eccle. Dei magno
in diſcrimine verſetur, & ſi dixeris, creabiť alius Pont. vt inf.
ver. liceat. deterior erit Chr̃ianę R. P. cõditio ob euidẽs ſchiſ.
OPPONERE. Ante inthronizationẽ, poſt vero aliter di
cendum, cum iſte ver. loquatur de eo tempore ſolum, nec re
fragatur, ꝙ littera dicat, ſe opponere voluerint, quaſi ſatis ſit
id animo propoſuiſſe ante adminiſtrationem, quæ commu-
niter non ſuſcipitur niſi poſtq̃ adoratus, & inthronizatus eſt
electus, Nam intelligendum hoc verbum cum effectu, quan-
do propoſitum in mente retẽtum, vt dicunt noſtri, nihil ope-
ratur. l. Pamphylo. §. propoſitum. ff. de legat. 3.
195 †BRACHII SECVLARIS. De quo per Inn.
ſignificaſti, de offi. deleg. ratio, quia principes ſeculares dicun
tur Ro. Eccl. defenſores, cum religionem armis tueri debeãt.
c. boni principes. 96. diſ. c. tributũ, c. principes, 23. q. 8. c. Maxi
mianus, 23. q. 3. cap. chriſtianus, 11. q. 1. quamobrem cum in-
fertur iniuria clericis, ea eſt vendicandum nõ ꝑ clericum cu-
ius proprium eſt ignoſcere, & ſic ignoſcendo gloriam quæ-
rere, ſed per ſeculares principes. l. ſi quis in hoc genus. C. de
epiſcopis, & cleric. l. epiſcopale. C. de epiſcop. aud. At quid
dices non ne eccle. habet humanã iuriſdictionẽ, & cohertio
nẽ cũ gladii poteſtate, c. per venerabilẽ, qui fil. ſin leg. dicẽdũ,
ꝙ Ro. Eccl. habet diuinã atq; humanã iuriſdictionẽ ac vtriuſ
que gladii poteſtatẽ a Deo demãdatã, vt inferius dicã. habet
enim

eni Ro. eccl.multas cũ Ciuitates,tũ ꝓuincias ſuæ iuriſdictio-
ois,vrbẽ,etenim Romã hẽt,ſiue ex Cõſtãtini donatione ſiue
ex aliorũ Impatorũ,& Regũ largitiõe,ſiue ex ipſius Ro.Pont.
cõſenſu parũ refert.dominaẽ ei,ſed apoſtolica ſcientib.& vo-
lentib.Ro.Pont.principib.Chrianis p multa ſecula,ſciente,&
patiente ipſo Cõſtãtinopolitano Impatore,cuius erat Roma,
ſi quis principum in ea ius habebat. Verũ poſtq̃ opprimebaẽ
a Longobardis,& Græcus Imperator nõ ſolũ eam non prote
gebat,ſed Exarchis ſuis euertendã ac diſſipãdam mandabat,
Vrbs libera remanſit.tũ primũ,quia Impator,qui oẽ ius a po-
pulo Roma acceperat,velut erga bñfactorem ingratus dona-
ta auctoritate carere debuit,tũ quia natura ipſi Reges deſinũt
eſſe Reges,cũ non regũt populos,ſed mactãr & perdũr, tũ q̃a
res pro derelicto habita exit ptãtem primi dñi,Tũ quia cente
naria,& fere millenaria præſcriptio oẽm dñij memoriã tollit.
196 De Impatore vero occidẽtis minimè dubitãdũ.Si quidẽ †ex-
cepto Carolo,q ab Adriano vna cũ Ro.po.Rex Ro.acclama-
tus eſt,reliq Impatores ius auctoritatẽq; imperij oẽm ab apo
ſtolica ſede cõſecuti ſunt, penès quã ſi dicamus nõ eſſe huma
nę poteſtatis iuriſdictionẽ,ipſi ñ Impatores,ſed Tyrãni erũt.
Sedes igiẽ apoſtolica ſꝑ dñata eſt vrbi Romæ velut ſacerdota
li iure ipſo,poſtq̃ impium in occidente tranſlatũ, & impato-
ri relictũ eſt nudũ Ro.regis nomen,nõ vt Romę quæ prima ſa
cerdotij ſedes,dñaretur,ſed Ro.eccleſiã cõem oĩum parẽtem
po.q; Ro.defenderent, ſi forte impia tyrannorũ arma eos vr-
gerent,vñ p Ro.Pont.aſſignata eſt Impii ſedes,electores con
ſtituẽdo.ꝓ eũdẽ coronaẽ,cõfirmaẽ Ro.Impator.ab eodẽ exi-
gitur iuramẽtũ fidelitatis,& ſi reperti ſunt Impatores,qui ali-
quo tempore Ro.eccleſiam perturbauerint,facti,nõ iuris mo
197 leſtia fuit,†ditionis quoq; Ro.eccleſi.eſt Bononia, vt notaẽ in
proœm.ff.& per Spec. de reſ.poſſ.§.fi.Bald.in titu.de feu. item
Regnum Sicilię,& Apuliæ.ca.monaſteriis,19.q.3.cap.ad apo
ſtolicæ,de reſc.in 6.clem.paſtoralis,eo.tit.

Itẽ alpes Coctię cũ ora liguſtica ex donatione Luitprandi
Regis lõgobardorũ,vt teſtatur Blõdus,ſunt.n.alpes Coctio a
Coctio Rege ita dictę in finib.Italiæ,intra ſe cõtinẽtes Genuã
Vrbẽ,Saonã,Bobiũ,Derthonã vt auctor eſt Pau.Diaco.li.11.
hiſtoriæ Longobardicę ca.16.cui magis adhæreo, q̃ neoteri-
cis quibuſdã volentib.eas alpes eſſe,vbi nũc Gebẽna. quorũ
opinio nullo probato auctore nitiẽ, neq. conſtat Luitprãdum
illis regionib.impetaſſe. Habet quoq.Ro.eccle. ex Matthildis
Comitiſſę ac aliorũ principũ bñficio Ferrariã,pr̃imoniũ,Aui-
nionẽ,Exarchatũ Rauẽnę & pleraq.alia,quę facile in receptis
hiſtoriis videre poſſumus,propter quæ nemo dubitat Roma-
nam eccleſiam,humanam iuriſdictionẽ habere. Verũ adhuc
inexplicita eſt cõtrouerſia, an Romana eccle. ita habeãt hanc
poteſtatẽ,vt ab ea depẽdeat imperii iuriſdictio. De quo Guil.
Ocham late ſcribit,& Ant.Roſ.in ſua monarchia, & Aug. de
Ancho.Ioãnes de Turre & magnus Canoniſtarum,& legiſla-
rum numerus,quos videre potes.

198 †Cũ his tractatur alia quæſtio.an Romano Pontifici liceat
hẽre armatos,bella gerere,de qua q.hic paucis agã pro qualita
te tpis breuitati ſtudẽs, memor me gloſſatoris officiũ pſtare.

Intelligẽdũ igiẽ eſt,bello intereſſe,nocentes hoĩes morti de-
ſtinare,quando id iuſte fit,non eſſe prohibitum iure diuino.

Nã Moyſes,q ſacerdos erat vt legiẽ pſ.38.Moyſes,& Aarõ
in ſacerdotib.eius,mãdauit leuitis,vt interficerẽt fratres ſuos.
Exo. 33. Itẽ Phinees ipſe ſacerdos Iudęũ coeuntẽ cum Ma-
dianita interſecit.nu.25.Samuel quoq; Dei miniſter Agap. re
gẽ in fruſta cõcidit.Regũ.2.c.15.Helias Deo q̃ acceptus Baal
ꝓpheras extinxit.Reg.3.c.28.Matthathias Io.filius, & ipſe ſa
cerdos Iudęũ idolis ſacra pagentẽ obtrũcat,Macab.1.idẽque
Deo auctore,indigenas Syrios ꝓprus larib.expelli mandauit.

Michael quoq; archangelorũ princeps Impatoris exercitus
munere funct⁹ eſt, cũ Lucifer tẽtauit ſedẽ ad aqlonẽ ponere:
vñ cãtat eccleſia,factũ eſt ꝑliũ magnũ i cęlo,& c.quo tpe bel-
la ipſa initiũ ſumpſere,vt rfert Ang.§.1.Inſtit.de iu.na. gen.&
ciu.q̃q̃ eccleſiaſtici ſcriptores munus hoc Tubalcaim aſcribãt
ꝗ.ſ.ille primus faber fuit in cũcta opa ęris, & ferri q̃ ad belli
vſum accõmodata ſunt.Gen.1.c.4. in gl.ordi. Chr̃s inſup vt
dr̃ Io.2.eiecit emẽtes,& vẽdentes de tẽplo,facto flagello ex ſu
niculis,qđ armorũ vſũ p̃ſtitit.l.armorũ.ff.de ver.ſig.& licet ip
ſe dixerit increpãdo Petrũ,q de gladio ferit &c.hoc intelligẽ
dũ,qñ iniuſte,& ſine ſuꝑioris iuſſu. c. qđ culpaẽ, 23.q.1.Petr.
enim Chr̃i iniuſſu auriculã Malcho amputauerat, & ẽt iniu-
ſte,qñ ptãs illa data erat deſuꝑ iudæis,vt ꝑ paſſionẽ Chr̃i na-
199 ſceretẽ regnũ ſanctũ,qđ erat aĩarũ redẽptio,†quare duo in pri
mis aĩaduertẽda ſunt,ꝗ Chr̃s ñ p̃cepit Petro vt abiiceret gla-
diũ,ſed vt recõderet in vaginã,ſignificãs correctionẽ illã hu-
manã,q̃ per gladiũ deſignaẽ,exercẽdã p Petrũ, qñ eſſet ſaluti
aĩarũ,nõ qñ impedimẽto,vt tunc fuiſſet.Cõſtat igiẽ oẽm ꝓhi
bitionẽ in his eſſe ã iure poſitiuo,& inq̃tum certis caſib.dedu
ciẽ a iure diuino,intelligiẽ de his, q̃ ſpiritualẽ ptãtẽ duntaxat
exercẽt.c.repręhẽſibile,c.clerici.23.q.8.qñ vero adeſt vtriuſ-
que gladii poteſtas licet ſpiritualis primũ cõſidereẽ, pſit cleri-
ci oĩa,q̃ ad ſecularis gladii exercitiũ ptinẽt, c. p̃terea,de offic.
dele.& hoc demãdãdo aliis exercitiũ ꝑ ꝑ ea q̃ traduntẽ in c.ſen
200 tentiã ſanguinis,ne.cle.vel mon.†Quantũ ad q. de bello atti-
net,dicẽdũ eſt Papã nutu ſuo,nõ tñ manib.ꝓpriis poſſe bellũ
gerere,ſtipẽdia militib. ſoluerẽ,vbi iuſta rõ ſuaſerit. Nã Deut.
20.dr̃,appropinquãte iã prælio ſtabit ſacerdos ante aciẽ,& ſic
loquiẽ ad populũ,immo ẽt manib.ꝓpriis in teſtõ veteri p̃liari
licuit,cũ Ionatas,& Simõ frater eius, q fuerũt ſũmi ſacerdo-
tes,fuerint & ſtrenui bellatores.Legimus itẽ & de beato Gre-
gorio,ꝗ perſoluit ſtipendia militib.Ethruſcis cõtra Lõgobar
dos,c.pridẽ, cũ c.ſeq.& in §.regiſtro.23.q. 8. idẽ & de Leone
4.viro ſanctiſſimo,& de Adriano in c.hortatu.c.igiẽ. ea. q. de
quo Bern.in li.de cõſid.ad Eug.li.4.Aug.de Anco.in li.de ec-
cleſia.pot.glo.& Ang.in §.rurſus.Inſti.de actio.Alex. de ales.
in 3. ſent.Tho.2.2.q.40.arti.2.Alex.in c.clericum.50.diſt. &
hãc ſñiam amplectitur q̃lquis credit Ro. Pont. hẽre vtriuſque
gladii ptãtem, cũ facultas belli gerẽdi veniat in cõſequentiã.
201 hodie habemus extrauag. Bonifacii, vnã ſanctã.† iuſtũ vero
bellũ Ro.Pont.iuſſu induciẽ, qñ fit ad arcẽdã iniuriã aliis illa
tã,atq.ad cõprimendum motus inuadẽtium alios,c. vt pridẽ.
c.ſi nulla.23.q.8. vbi Nicolaus rñdens cõſultationi Bulgaro-
rum dicit illũ tentare Deũ,q bello nõ ſuccurrit ſuæ, & aliorũ
ſaluti & ſanctæ religionis detrimẽto: nã cõtra hr̃ticos,& reli-
gionis hoſtes,nõ ſolũ iuſtũ,ſed ẽt neceſſariũ,vt inq̃t Leo in c.
oĩ timore,ea.q.Iõ Nu.21.dixit Moyſes ad populum.Armate,
inq̃t,ex vobis viros ad pugnã, q poſſint vltionẽ dñi expetere
de Madianitis,& ibidẽ Nico.lira nus enarrat.12.cauſas,& exẽ
202 pla belli dñi iuſti.† in ſũma tñ illud bellum dr̃ iuſtũ, qđ ꝓ pa-
ce hñda fit,vt cẽſet Tul.in li. de offi. Romani exiſtimarunt id
bellũ eẽ iuſtũ,qđ repetitis reb.gerebaẽ,& ꝓfeciales indicebaẽ
& ab illis militib.gerebaẽ,q iureiu.belli legib.initiaſſent.quã-
obrẽ vt idẽ Tull.refert,cũ Põpilius Imperator vnã legionẽ,in
qua Catonis filius dimicabat, dimiſiſſet, & Catonis filius pu-
gnãdi amore in exercitu remãſiſſet, Cato ad Põpiliũ ſcripſit,
vt filiũ in exercitu remanere ñ patereẽ,niſi ſcđo militiæ ſacra-
mẽto eũ obligaret,extat quoq.M.Cat.ſenis ad Marcũ filium
epiſtola,qua monet ne iuramẽto ſolutus p̃liũ ineat, tãta erat
apud Rom.iuramẽti, & auſpiciorũ in bello gerendo religio,
q̃q̃ Cęſar primus neglecta auſpiciorũ religione,bellũ feliciter
geſſerit, iuramenta tñ militũ ac iuſti belli cãs nunq̃ omiſit.
Quo circa interp̃tes nr̃i hodie dubitãt, an Priuilegia q̃ paſſim
militib.i iure cõceduntẽ,cõueniãt militib.noſtris,quos ſine re-
ligione arma cap̃e,in amicorũ ac inimicorũ iniuriã oĩa tenta-
re,nullas belli leges obſeruaẽ cõſtat.Deberẽt milites p̃ oculis
habere Aur.Imp.epiſtolã,quã hic animi cã referã,inq̃t enim.
203 †Si vis tribunus eẽ,imo ſi vis viuere, manus militũ cõtine.
Nemo pullũ alienũ rapiat,nemo ouẽ attingat,vuã nullus aufe
rat,ſegetẽ nemo deterat,oleũ,ſalẽ,ligna nemo exigat,ſua q̃li
bet ſit ãnona cõtẽtus,hoſtili p̃da nõ ꝓuincialiũ lachrymis dite
ſcãt,arma deterſa ſint, calciamenta fortia,noua veſtis veterẽ
excludat,ſtipẽdiũ in balteo hẽat ñ in põpa, torquẽ, armillas,
& ãnullũ deponat eques,ſaginariũ æquũ defricet. Capiũ aĩal
ñ vẽdat,alius alii,vt famulus obſequaẽ,a medicis gratis curẽẽ.
Aruſpicib.nihil dent,in hoſpitiis caſte ſe hẽant, q litẽ fecerit,
vapulet.hæc ille.facit tex.in l.milites,& in l.licet.C. locati,qđ
tñ ad Rom.Pon.attinet,experimento compertum eſt,iſ ſos ra
ro bellum feliciter adminiſtraſſe,ſeu ꝗ Deus moleſte ferat ip-
ſos bellis inuolui,vnde neceſſe ſit minus curare ea quæ ad reli
gionem ac mores ptinẽt.ſeu, ꝗ qui ꝑ eis bello intendũt infidi
ſint,bellum ſacerdotale eſſe dẽt contra vitia,& malos mores.

Nec tales ab obedientia eius diſcedentes tan quã tunicę.d.ſciſſores aliquarũ propter dictũ diſceſsũ pęnarũ ſeu cẽſur.vltioni ſubiaceant.

NEC TALES. In hoc verſu Papa oñdit,ꝗ diſcedẽtes ab ele
cto ſimoniaco neq.ſchiſmaticorũ neq.hr̃ticorũ pęnas icurrẽt
204 †TVNICAE. q̃ incõſutilis erat.ideo ſuper eam miſerũt
ſortẽ ne diuideretur,vt legitur in Euangelio. erat. n. precioſa
dñi tunica,quales decet eſſe Pontificum veſtes, vt late expli-
cant Hiero.Orig.& recẽtiores Leui.c.9.deſignat enim illa in-

conſutilis veſtis omnes Chriſtianos eſſe vnum in Chriſto, vt declarat Hiero.Marc.15.& habetur in ſicut domini.16, qõ.7.

205 †SCISSORES. Diuiſores quaſi Chrianorũ vnitatẽ diuidẽtes qñ Schiſmatici fiũt. Senſus ergo eſt, qđ licet recedãt ab iſto ꝑ ſimoniã creato, nõ dñr recedere ab vnitate eccle.rõ ẽ, q a ſic electus ñ eſt in eccl.ſed eſt Ethnicus, & publicanus, vt i ꝓcedẽti §. Schiſma aũt licet dici poſſit oĩs hęreſis, vt declarãt Sũmiſtæ i tit. de Schiſm. ĩ ꝓpoſito tñ nřo dř tñ, qñ eccle.Dei nõ vniť tota in capite. i. in Ro.Pon. qđ fit quoties sũt duo plures ve gerẽtes ſe ꝓ Ro. Pon. vel ẽt vno exiſtẽte, pars Chrianorum ſubtrahit ſe ab eius obedientia. Vt vero intelligamus quo tempore primum, & quoties malum hoc Dei eccleſiam vexauerit, ſciendum eſt Nouatianum primũ huius mali auctorem extitiſſe, tempore qoo Corneliuss erat legitimus Rom. eccl.præſul, quod incidit in annos Dñi.255.

2 Secundum fuit, quando pulſo ab Arrianis Liberio, Felix ſuffectus eſt anno domini.362.

3 Tertium excitauit Vrſicinus tempore Damaſi ann.dñi. 370,

4 Quartum oritur inter Bonifacium primum, & Eulalium Romanæ vrbis presbyterum, anno domini.424.

5 Quintum inter Symmachum primum, & Laurentium.

6 Sextum inter Syluerium primum, & Vigilium.

7 Septimũ tpe Leonis.5.qñ Chiſtophorus eiꝰ familiaris Leonẽ ĩ vincula cõiecit, ſeq; familiarẽ ďclarauit, circa annũ.dñi.900,

8 Octauũ qñ clerus populusſq,Ro.expulſo Io.13.ꝗ libidini& vacatiõi uñ itẽderet, Leonẽ octauũ elegit, ex quo oriť deide

9 Nonum ſchiſma, quando amici Io.expulſi elegerunt Bened, 5.in inuidiam Leonis.

10 Tpe Greg.5.quo in Germaniã ad Otthonẽ ꝓficiſcẽte Ro. Creſcentẽ sũma cũ ptãte cõſulẽ decernũt, q ſtatim Ioãnẽ Placẽtinũ epm in Ro.Pont.creat, accedẽte Pon.Ro.cõſenſu. Otthonis tñ opa Greg.reſtituiť, & Ioãnes ac Creſcẽtius, q in arcẽ ſancti Angeli cõfugerãt, populo iã ad Imꝑatorẽ deficiẽtẽ ſpe veniæ ſeſe dedẽtes obtruncantur, effoſſis prius oculis Io. Sunt qui dicant Io.effoſſis oculis in carceribus coniectum vitam miſerabiliter finiuiſſe.

11 Qñ ob ignauiã atq; auaritiã Bñdicti noni, q ſemel expulſus, & reſtitutus dubitãs iterũ expelli Papatum vẽdidit Ioan, Archi.S.Io.ante portã latinã.iõ eodẽ tpe erãt tres pon. Ben. Io, Sabin.qui fuit Silueſter tertius in locum Benedicti expulſi ſuffectus, & Ioan. Archidiaconus, qui emerat.

12 Quãdo Bñdicto decimo expulſo, creatur Nicolaus Secũdus,

13 Qñ Lombardi eligunt Cadulũ Alex.2.adhuc pont, gerente,

14 Tpe Gregorij viri ſanctiſſimi, qui Hẽrici Imperatoris, & malorum ciuium conſilio, mala multa perpeſſus eſt,

15 Inter Paſchalem, & tres alios eodem tpe creatos Pontifices,

16 Quando Henricus.4.Gelaſio ſubiratus, ꝗ ſine eo electus eſſet, Burdinum antipapam creare iuſſit.

17 Inter Innocẽtiũ ſcđm, & Petrũ Ro.virũ potẽtiſſimũ ad id faſtigij ſceleratiſſimorum virorũ fauore & conſenſione euectũ,

18 Tempore Alexandri tertij, quando quattuor alij pſeudo pontifices nati ſunt.

19 Inter Ioannem.22.& Petrum de Corbario.

20 Tempore Vrbani Sexti, qñ ipſo in pont. electo a Gallicanæ factionis Car. Cle.7.eligitur, tunc ingens exortum ſchiſma, quod multis annis ſedari non potuit.

21 Inter Eugenium & Amodeum Ducem Sabaudię Felicem nuncupatum.

22 Schiſma moliri conatus eſt Andreas Dalmata, qui licet Car. dignitatem aſſequi non potuiſſet, tñ ſe pro Card.gerens ſecũdo loco in ciuitate Baſileæ concilium indixit, prænarratis impijs facinoribus Curiæ & Papæ, & hoc tẽpore Sixti. 4. anno domini. 1482. Veruntamen id magis tẽtatum q̃ effectum eſt.

23 Tpe Iulij.2.qđ ſuperiorib. annis excitarunt ſcelerati qdam Card.habito cõciliabulo Piſano, ſed ſtatim repꝛeſſum eſt. Io.de Turrecremata recenſet aliud Schiſma tẽpore Eug.2. de quo ſupra nõ memini, quia recepti auctores nõ meminere. Faxit Deus ne dieb. nřis contingat exitiale hoc malũ cernere. Qđ

246 poteſt controuerſia quę tempore Iulij Secũdi exorta eſt † An ſcilicet duo tres ve illi ſeditioſi Cardinales, q citati ab eo tãtum aberãt vt parere vellent, quod etiam auſi ſunt: concilium contra ipſum indicere, hoc facere potuerint eo prætextu, q̃d Papa & reliqui Cardinales in concilio conuocando negligẽtes fuerant. Ego tunc Bononię iura pontificia publice legens conſultus reſpondi hoc eis non licere, quod totius in me conciliabuli odium excitauit, mouit me præcedens ratio. & duę ſubindæ aliæ vrgentiores. Nam etſi demus hoc ſingulis Cardinalib. licere, illis tamen quorum nomina inter reos relata erant quinque grauiſſimo maieſtatis crimine rei poſcebãtur, id minime licere dicendum erat, propter l. neganda. ff. qui accuſa. non poſſ. Conſeſtim etenim horum adeo fama eſt læſa, grauataque (vt dicitur) opinio, vt nihil per rectam mentionem agere credantur, cap. tantis Daniel 81. diſt. c. omnipotens. de accuſat. Item & quia tunc non imminebat ea neceſſitas indicendi concilij, vt per Papam non poſſet omnibus cõſuli, quod ſolum obtinet, quando ageretur de hæreſi non deciſa, vel contra Papam notorium hæreticum & incorrigibilem, vel electum per Simoniam de qua conſtaret. Reliqua quantumuis difficilia per ipſum Pont. expedientur. Abb. in
247 cap. maiores de bapt. Felyn. in c. querelam. de iureiur. †fallit tertio loco quando Papa eſſet notorio crimine totam eccleſiam ſcandalizante implicitus, tunc enim quia a concilio deponi poteſt, ita & eo inuito indici, atque conuocari, gloſ. in c. ſi Papa. 10. diſt. cui aſtipulatur Abb. in cap. ſignificaſti. de electio. dicens illius glo. ſententiam communiter haberi pro vera a doctoribus, & in c. cum veniſſent. de iudi. & in cap. propoſuit. de conceſſio. præben. & in diſpu. Epiſcopus, quam etiam totis vlnis excipit Rom. in conſi. pen. & vltimo Decius in conſil. 150. 151. & in ca. licet. de elect. hanc opin. approbauit cõcilium Conſtantienſe, quando depoſuit Eugenium, ea pręſertim ratione, quod diceret, ipſum notoriã Simoniam committere in vendẽdis beneficijs, & paſſim reſeruare beneficia, committere eccleſias indignis, adimere electiones electoribus, & alia facere propter quæ eccleſia Dei ſcandalizabatur ſcandalo notorio. hanc inſuper opin. ſecutus eſt Io. Gerſon. qui vbique amplexus eſt eam opinione quæ vult maiorem eſſe auctoritatem concilij quam Papæ. Potior horum videtur eſſe ratio, quod epiſcopus propter ſcandalum diœcœſis remouendus eſt ab Epiſcopatu. cap. Niſi cum priden. de renunt. tanto magis igitur Papa propter ſcandalum totius orbis.

248 †Hanc exceptionem paſſim reprobant Theol. volẽtes Roman. Pont. eo ſolo caſu ſubijci concilio, quando agitur de crimine, quod efficit ipſum non Papam. quod eſt, quando hæreticus eſt, quia impoſſibile eſt eum, qui eſt extra vnitatem, eſſe caput vnitatis, vel quando eſt Schiſma, & non conſtat quis ſit verus Papa, tunc enim concilium deponit vtrũque vel cõfirmat, quia penes nullum eſt Pontificatus poteſtas de qua cõſtare poſſit. Item & in caſu noſtro, quia electus per Simoniã non eſt Papa ſecundum hanc conſtit. vbi vero damus aliquẽ eſſe Papam, nulli in hoc mundo ſubijcitur. cap. aliorum. c. nemo. 9. quæſtio. 3. c. ſi Papa. hoc aſſerunt Aug. de Anch. in ſuo tract. quæſtio. 5. & Ioan. de Turre Crem. in ſuo longo opere. Archid. Flor. in 2. parte ſuæ ſum. Thom. in tract. contra impugnantes religio. & in 4. Senten. diſt. 19. Ioan. And. & Hoſt. & Anto. in cap. propoſuit. de conceſſ. præben. Innoc. in quo-
249 dam tract. de Eccl. pot. † quare dicunt Theolo. quibus aſtipulantur Hoſt. in c. Propoſuit. Car. Alex. in cap. ſi Papa. q. Papæ criminoſo iniuſta mandanti non eſt obediendum, quin potius in faciem reſiſti debet, quemadmodum Paulus Petro. ca. Paulus. 2. q. 7. Et orandus Deus, vt det illi mẽtem ſanã. quemadmodum legimus Hilarium ſola oratione pręualuiſſe aduerſus Liberium, qui Arriano dogmate infectus erat. Nam Deus
250 ipſe malos Pont. opprimet. c. Anaſtaſius. 19. diſt. † Nõ erit igitur deponendus aut iudicandus a quoquam. Sententię huius euidens ratio eſt, quia cum omnia crimina Rom. Pon. facile tranſeant in notitiam populi, iuxta illud Claudiani. Nam lux altiſſima fati occultum nihil eſſe ſinit, & in exemplum facile trahatur cap. magnę. de vo. cap. præcipue. 11. quæſtio. 3. raro erit notum crimen Pontificis quin ſcandalizet populos, qui exiſtiment Pontifices ſanctos atque beatos, ſicut Sanctiſſimi atque beatiſſimi titulo pręnotantur, cap. non nos beatum. 40. diſt. quapropter dum a præſumptione illa cadunt propter patens Rom. Pont. vitium, ſcandalizatur populus, facit cap. qui nec. 2. quæſtio. 7. cap. nec ſufficere. 8. quæſtio. prima quod ſi hac de cauſa ſubeſſet concilio, in nullo pene differret ab alijs eccleſię prælatis, qui non de occultis, ſed de manifeſtis puniuntur. Item pro hac ſententia eſt text. in cap. ſi Papa. nam ibi Papa tacendo erat in peccato mortali & notorio ſecundum glo. 1. & ducebat infinitos populos in perditionem, vt dicit text. quod non eueniſſet, ſi aliquo occulto crimine fuiſſet implicitus: ſubdit tamen tex. quod ipſe, qui omnes iudicat a nemine iudicatur. Pręterea omnia delicta probata in actis efficiuntur notoria, pro omni igitur crimine de quo cõuictus eſſet Papa, poſſet deponi. Accedit quod euidentia delictũ nõ mutat forum l. magiſterię. C. de iuriſ. omn. iud. vbi Bal. & Salicet. Innoc. Ant. & Abb. in c. Verum. de for. com. Si igitur crimina Papæ omnia ſunt reſeruata Dei iudicio, cap. ſi Papa ca. nemo. cap. aliorum. 9. quæſtio. 3. propterea quod crimen ſit notorium, non ſubijcitur concilio. Nec ſuprema hæc authoritas deſtruet eccleſiam, quia non parebitur impune, & iniqua eius acta per ſucceſſores reuocabuntur cap. cum olim. de regu. iur. cap. ſi quando. de reſcri. quæſtionem hanc in vtramuis partem definienti occurrunt vaſtæ rupes. Nam certo certius experimũt, nimia Roman. Pont. licentia, dum diuina, humanaque omnia pro arbitrio corrumpunt, diſſipant, & ex reuelatione carnis ac ſanguinis, non ſpiritus, ſpiritualia hæc diſtribuunt, indignos ad populorum regimen promouendo, Chriſtianam religionem languere, populus a fide deficere, clerum eſſe factum opprobrium hominum & abiectionem plebis, & quod olim ſuaue aut quod optabile huius ſedis iugum exiſtimabatur, nunc contra durum atque iniuſtitiæ plenum, factioſorum & ſceleratorum virorum alumnum credi, quod forſitan ſecus eueniret, ſi crebris conciliorum frenis cohibita eſſet nimia hæc licentia. Eſt enim perpetuum in Dei eccleſia ſcandalum permittere, vt vitioſi homines primatum teneant, cap. de his 50. diſt. contra vero, Dei eccleſiam ſine capite, ac ſine eo, qui Chriſtum in omnimoda iuriſdictione referat conſtituere, tum naturę, tum diuinis inſtitutis repugnat, cũ vt inquit Ariſt. Entia nolunt male diſponi, vnus ergo princeps & Diony. inquit eccleſiam hanc factam ad inſtar ſuperioris, vbi vnus eſt princeps, qui cuncta dirigit, & ipſe a
251 nullo dirigitur. † Ego in his amplector ſententiam Aegid. in cap. ſi Papa. quę eſt, quod ſi Papa notorie delinquat in his, quę diuino iure vetita ſunt, vel generaliter permiſſa decoloraret vniuerſalem ſtatum eccleſię: ſi monitus ſe non emendet, a concilio caſtigari atque deponi poteſt: propterea etiam concilium eo inuito indici. Nam in notorijs huiuſmodi delictis perſiſtendo, facto ipſo aſſerit peccatum non eſſe peccatum, & de alia vita male credit quod eſt omnium peſſima hæreſis, & ita in hunc ſenſum poteſt accipi gloſſ. in cap. ſi Papa. & Abbatis ac Romani deciſio. Et quod dixi de decoloratione ſtatus eccleſiæ, procedit propter text. in cap. & ſi illa. 1. queſt. 7.
252 † Vnde ſi Papa acciperet vxorem de facto, & eam monitus dimittere nollet, deponi poſſet, propterea quod ſi ipſe hoc generaliter permitteret, decoloraretur ſtatus occidentalis eccleſiæ, cap. diuerſis fallacijs. de cleri non reſid. quanquam mihi ambiguum ſit, an præſtaret magis clericos vxorem ducere: exemplum aliud, ſi Papa concubinam publice teneret, & monitus non abijceret, hoc enim caſu, quia non poteſt non eſſe peccatum, ſubijceretur concilio. Dixi autem oportere Papã eſſe monitum & incorrigibilem, quia Papa quantumuis criminoſus, ſi ſe emendet, deponi nõ poteſt. cap. ad abolendam.

de hę-

de hæreti. in can. 24. quæſtione 3. Roman. in prælleg. con-
ſil.553. His ſubnixus rationibus commentator pragmaticæ
aſſeruit Conſtantienſe concilium potuiſſe interdicere reſer-
uationes,& annatas Rom.Pon. propterea quod ex illis vni-
uerſalis eccleſię ſtatus imminueretur. Eccleſiaſticus enim or-
do confunditur,ſi ſua cuique iuriſdictio non ſeruetur, c. per-
uenit.11.q.1.& ſi vnus ſibi honorem alteri debitum vſurpet,
c.primæ,cap.nullus 99. diſt. non placet omnino hæc ſenten-
tia commentatoris,quandoquidem & annatas recipere, & re
ſeruationes ex cauſa facere,neque indecens eſt,neque in Dei
253 eccleſia alicuius mali exempli. † De Annatis enim dicimus,
quod ſatis honeſte exiguntur a ſed. Apoſt.pro conſeruando
decenti ſtatu,quemadmodum & Aaron ſummus ſacerdos ha
bebat decimam decimarum, quę alijs ſacerdotibus dabãtur.
Et antiqua eſt annatarum ſolutio, vt colligitur ex his,quę tra
dunt Ioan.And.& Hoſt.in c.inter cætera,de offic.ordin.quod
minus improbat ſanctus Thom.2.2.quæſt.87. artic.4. dicens
naturalem rationẽ diſtare,vt ille,qui omnium curam habet,
de communi alatur,ideo concludit Papam poſſe a clericis de
cimas exigere.Platina & Blondus referunt Annatas fuiſſe pri
mum exactas tempore Bonifacij noni , & ſecundum aliquos
Ioan.22.Ioannes Eccius in Enchiridio aduerſus luteranos,
Blondum,Platinam,& Grauaminum eccleſiæ conſarcinato-
res erraſſe dicit,aſcribendo hoc Bonifacio vel Ioan. 22. cum
concilium Vienenſe,cui præſuit Clemens quintus, & in quo
habitus eſt de Annatis ſermo vt refert Ioan. And. in illo cap.
inter cętera.longo tempore pręceſſerit Bonifacium,& Io.22.
Verum hoc primus animaduertit Ferdinandus Hiſpanus,qui
ambitioſo tractatu Annatarum materiã abſoluit.Error Blon
di ac Platinæ ex eo proficiſcitur , quod ipſi exiſtimauerunt
Clementem v. regnaſſe poſt Ioan. 22. vt ipſi in hiſtoria ſua
tradiderunt.Sed decipiuntur, quoniam Ioan. 22. promulga-
uit Clementinas a Clemente v.cõditas in concilio Vienenſi,
vt conſtat ex procemio Clementinarum.Nam conciliũ Vie-
nenſe,cui præſuit Clemens, celebratur anno D. 1311.vt te-
ſtatur Ioan.And.in clemen.1.de cenſi.& probatur per ſuppu-
tationes chronographorum.Ioã. autem 22. creatur anno D.
1317.cum poſt obitum Clementis vacaſſet ſedes annis duo-
254 bus,& menſibus tribus diebus.17. †Et fuit ille Ioan. qui an-
tea vocabatur Iacobus & qui moriens reliquit vigeties quin-
quies centum milia nummorũ aureorum eccleſiæ.Hęc itaque
ſic ſe habent. An.vero Hoſt.& Io. dicunt ea, ad quæ allegan-
tur alijs iudicandum relinq . Annatarum ſolutionem longa
Epiſtola improbat Matthæus Boſſus,ſed frater erat. Propter
reſeruationes autem quãdo Romanus Pontifex reſeruat col
lationi ſuæ certa beneficia, vt prouideat homini de religione
benemerito,& alioqui idoneo, non poſſunt ordinarij iuſte cõ
queri, cum Papa vtatur iure ſuo & ſit omnium eccleſiarum
ordinarius & proprius cuiuslibet Chriſtiani ſacerdos , vt in-
quit Thom.in tract. contra impugnantes religionem. Et in 4.
Senten.diſt.17.quæſt.45. dicens non eſſe inconueniens duos
eſſe ordinarios vnius, quando vnus pendet ab altero, quod
tollit obiectum quod fit de c.peruenit,cap.nullus c.primæ vt
ſupra.ad hæc cap.licet.de præben in ſexto.
Reſeruare igitur & conferre non eſt malum , ſed abuti ea fa-
cultate,id maxime exaſperat epiſcopos,& cauſatur indigna-
tionem Chriſtiani populi,quandoquidem dudum reſeruabã
tur paſſim beneficia pro indignis,& his, quorũ ſi vita & mo-
res in ſtatera iuſtitiæ perpenderentur,non erant digni viuere
ſuper terram. Hinc pragmaticæ ſanctiones , & regalia edicta
cum ſummo Ap. ſe. dedecore. Laudanda igitur Clemen. vij.
255 modeſtia,qui his adeo parce vtitur,vt nihil ſu. †Fallit quarto
quando eſſent duo Pontifices diuidentes eccleſiam. nam is ca
ſus ſpecialiter eſt concilij ordinationi præſeruatus, vt dixi ſu-
pra. Quod habet locum etiam quando vnus ex illis eſſet ca-
nonice electus ſecundum Abb.in ſermone habito coram Fe-
derico tertio,cuius initium.Quoniam veritas,adducitur pro
hac ſententia,exemplum mulieris , quæ maluit proprio filio
carere quam illum diuidere.c.afferte.de præſump.& quia Chri-
ſtus fuit humilis,& obediens vſque ad mortẽ pro ſalute alio-
rum. & illud,quod habetur Ioan.x.quòd bonus paſtor ponit
animam pro ouibus ſuis . Et quod prælatus eccleſiæ inutilis
cogitur cedere,c.niſi,de renunt. Hanc ſententiam amplectitur
commentator Pragmaticæ hac præcipua fultus ratione , quia ſi
neuter eſſet legitime electus , caſſaretur electio non propter
ſcandalum,ſed ob vitium formæ.arg.in 5.affinitatis. Inſti. de
nup.tamen propter ſcandalum vterque remouetur quando
256 eſt Schiſma.cap.ſi duo.vbi interpretes paſſim†Nec eſt abſur-
dum quod cauſa ſcandali euitandi quis priuetur iure ſuo, vt
in cap.non eſt S.C.de reg.iur.in 6.Abbas & qui eum ſequun
tur,tota aberrant via.Nam eorum ſententia confunditur per
expoſitionem Gratiani glo.& aliorum interpretum in §. hæc
autem 79.diſt.volentium text.in cap.ſi duo.intelligi, quando
neuter eſt bene electus. Qui enim eligitur a duabus partibus
ex tribus,eſt indubitatus Pontifex,ac nulla contra eum exce
ptio valet.c.licet.poterit ergo alium a minori numero electũ
punire,deque eo vindictam ſumere , quemadmodum omnis
Epiſcopus poteſt iniuriam propriam vlciſci,& de iuriſdictio-
ne ſua cognoſcere,per ea quæ late aggerit Fely.in c. paſtora-
lis.de reſcri.Alioquin duo,tres ve peſſimi Cardinales ſeditio
ſum aliquem eligere poſſent,qui turbas in Dei eccleſia exci-
taret, vt deinde canonicus Pontifex cum eo deponeretur.
Eſſet enim hoc caſu ſcandalum phariſeorum, propter quod
nedum Pontificatu, ſed nec etiam temporalibus bonis quis
priuari debet,c.qui ſcandalizauerit. de reg.iur.in 6. Tho.2.2.
257 quæſt.4. †Pro reſponſione ad rationes Abb. & commenta-
toris illius accipio diſtinctionem , qua paſſim vtuntur inter-
pretes in cap.ſi duo.inquiũt enim.Si duo electi ſunt, quorum
neuter duarum partium electione iuuatur,concilium congre
gabitur,ſi neuter idoneus,neuter a concilio admittetur , ſed
tertius eligetur. Si vterque idoneus,gratificabitur cõcilium
cui volet.Si alter tantum idoneus, ille a concilio præferetur.
Quod ſi etiam idoneus ſine ſcandalo creari non poteſt , ter-
tius eligetur. Hoc itaque caſu ratio ſcandali obtinet. huius
diſtinctionis exempla patent in Sergio 3. qui Leone atque
Chriſtophoro de Papatu contendentibus,tertius eligitur, quod
vterque malis artibus Pontificatum indeptus fuerat . Verum
& Sergius nihilo melior illis . Item in Benedicto cum tribus
alijs de Papatu contendentibus per Synodum electus eſt. Itẽ
in Martino V. Conſtat igitur non habere locum, quando al-
ter eſt canonice electus.quod etiam aſſerit Ant.in præallega-
to tractatu.aſſeres c. Si duo.habere locum,quando non con-
258 ſtat quis ſit verus Papa . † Quando tamen Pſeudo Papa eſſet
adeo potens,vt armata manu comprimi non poſſet , ſi eccle-
ſiæ conſuli poſſet , deponẽdo vtrunque , & verus Papa cogẽ
dus eſt ſe ſe a Pontificatu abdicare , cũ tunc expediat potius
vnum mori quàm totam gentem perire. vnde inquit Aug.in
pſal.Deus iudiciũ tuum regi da. Qua fronte in futuro ſeculo
promiſſum a Deo ſperabimus honorẽ , ſi Chriſtianã noſter
in hoc ſeculo honor impediat vnitatẽ,de hoc late Io. de Tur
re crem.in ſuo tract.li.4.cap.13 Declaratio hæc periculi ple-
na eſt.poterit magnus Tyrannus armis ſuis antipapam crea-
259 re,vt verus atq; legitimus dignitate ſua priuetur†Fallit quin-
to quando quis eſſet Pont.per Simoniam creatus.hoc namq;
caſu ad Card. ſpectat indictio. quia non fit ob aliud niſi vt
prouideatur de canonico paſtore. cuius electio, quia ad ipſos
pertinet,pertineat etiam concilij conuocatio,quæ ad id ſub-
ordinatur neceſſe eſt.l.oratio.ff. de ſponſa. c.prudentia. cap.
260 præterea.de offic.deleg.†Omnibus tamen iſtis caſibus, vbi li
cet conuocare concilium ſine Papa,petenda eſt ab eo licen-
tia,quamuis non obtinenda ſecundum Alexand. in c. ſi Pa-
pa;& in cap.in ſynodo 13. diſt. argumen. cap.licet. in fin. de
regu.l.2.§.voluntate.l.ſi cum dotem. §. eo tempore. ff. ſolut.
matri. quod forſan non obtinet in caſu noſtro , vbi negatur
eſſe Papa.
261 †Vt plenius hanc conciliorum materiam intelligas , ſcito
quod vſque ad tempora concilij Conſtantienſis,nunquam di
ſputatũ fuit de poteſtate concilij vel Papę, ſed dũ generalis re
gula extaret,concilium non poſſe congregari ſine authorita-
te Rom.Pont.Romani Pontifices quoties opus erat , conci-
lia indicebant,& communibus auſpicijs res ſuas concorditer
agebant,ſibique viciſſim deferebant, cap. nos ſi competen-
ter. cap. ſi quis.§.item ſymmachus. §. item Hieronymus 2.
quæſt.7.& in §.hinc etiam 17.diſt. c.ſatagendum 25. q.1. In
concilio vero Conſtantienſi primum audita eſt hæc contro-
uerſia,an concilium eſſet ſupra Papam. Sicque dum commu
ni voto debebat eccleſiæ rebus conſuli nata eſt de iuriſdictio
ne contentio.Magni viri , quales dixerim Abb. Siculus. Ro-
manus Ioan.Gerſon tutati ſunt partes concilij. Reliqui vero
cum theologi,tum canonum magiſtri toto pectore ſupremã
Rom.Pont.authoritatem defendere conati ſunt. Non deſue
runt tamen qui mediam viam eligerent , quorum vnus fuit
ille monachus Cartuſienſis, cuius ſententiam retuli ſupra in
ver.plenitudine.Aegi.& Anto.Roſellus concilium vero con
ſtantienſe paucorum opin.ſecutum legem edidit, qua ſe ma-
ius declarauit. Ex illius igitur concilij tempore Rom. Pont.
haben-

tes conciliorum ſuſpectam temeritatem, in conuocandis concilijs ſeſe difficiles præbuere, promulgatis etiam cenſuris in eos, qui ad concilium appellarent. Quod optima ratione factum videtur, quoniam concilij illius ſanctiones erant contra priuilegia ſedis Apoſtol. quæ ſunt ne Rom. præſul mortalium cuiquam ſubijciatur cap. omnes 21. diſt. c. aliorum c. nemo, cap. cuncta per mundum. 9. q. 3. cap. ſi Papa 40. diſt. Thom. in q. de potentia Dei quæſtio. 10. art. 4. facit c. multis. 17. diſt. quibus priuilegijs Papa etiam volens renũciare non poteſt. Immo ſicut repugnaret omnipotentiæ Dei, ſi vellet aliquem eximere a poteſtate ſua, ita etiam ſupremæ poteſtati Papæ, ſi permitteret quod aliquis poſſet appellare ad concilium, & ſic eximi a poteſtate ſua, vt late probat ille Henricus inquiſitor in ſuo libro. Interrogatus igitur Amadeus Cardinalis de Salutijs homo eccleſiaſticarum rerum haud imprudens a Martino quinto, quid agendum eſſet a Rom. Pont. circa concilij indictionem, reſpondit in hunc modum. Quum id per honeſtatem facere licebit, concilij conuocationem effugito. Quod ſi celebrandi neceſſitas imminebit, illud in loco tibi tuto atque amico celebrandum procurato. Ad illud fidos tibi homines, iuris tamen non ignaros mittito, Tu autem nullo modo ad illud ibis. Subdebat prudens ille vir cauſam, quod cum plures eſſent ſtulti, quam ſapientes, & nouarum rerum appetentes, non ſine honoris atque gradus periculo, illi ſe ſe turbæ committere poterat. Item aliud ſcito cõſtantienſe concilium legitime congregatum. Item & Baſiliẽſe, quod veneni ſemina a Conſtantienſi accepit: nam & Martini authoritate indictum cum autem Eugenius deinde illud

362 ad Bonon. ciuitatem transferre vellet † Patres congregati cõtumaci animo in Baſilienſi ciuitate permanſerunt, ac Eugenium depoſuerunt. Factum igitur ex concilio conciliabulum eſt. Deinde tempore Sixti quarti quidam Andreas Dalmata ſe pro Cardinali gerens illud iterum conuocare tentauit, cuius indictionis copia penes me eſt, & illam longo tractatu impugnat Henricus inquiſitor.

363 † Præterea & ſi magna ſemper fuerit conciliorum auctoritas, adeo vt contra conciliorum ſtatuta non cenſeatur diſpenſatum niſi id Papa exprimat, cap. magnæ, de vot. dicam in glo. etiam. infra tamen & in conciliorum determinationibus errores quandoque inuenti ſunt, cum non protinus rectum ſit, quod a multitudine iudicatur, alioquin Iudæi Chriſtum rite crucifixiſſent. Huius rei teſtimonia habentur. Nam in c. placuit. 36. quæſtio. 2. concilium Meldenſe ſtatuit, quòd raptor non poſſet habere raptam in vxorem, tamen Hiero. in cap. tria, ead. q. declarauit hoc matrimonium valere ex teſtimonio iuris diuini, & eius ſententia comprobatur. Item & concilium Aquilegienſe errauit nolens ſuſcipere fidem in cõcilio Conſtantinopo. catholicę traditam, cuius errorem Sergius Papa correxit. Authores Vincentius & Plati. in vita Sergij. 1.

364 † Item & concilium Conſtantinopolitanum, cui interfuerunt. 330. epiſcopi, noluit acceptare vſus imaginum, immo anathematizauit, vt refert Vincentius lib. 10. c. 58. 168. & tamen eius concilij damnata eſt ſententia cap. perlatum, cap. venerabiles. de conſecra. diſtin. 3. concilium etenim Romanum errorem hunc abſtulit vt refert idem Vincen. Item & concilium Rom. errauit quando Felicem Papam orthodoxum depoſuit, & Liberium hæreticum creauit, vt refert Vincentius lib. 4. cap. 11. & 12. In hoc tamen certi nihil affirmare auſim, quoniam Euſeb. & Hier. dicunt Felicem electum ab hæreticis, Plat. a catholicis.

365 † Ariminẽſe quoque conciliũ errauit & in Arrianam peſtem deflectens Nicænam ſynodum, quam omnes approbant, improbauit, vt teſtatur Archiep. in ſecunda parte ſuæ hiſt. c. 4. §. 4. Quo tempore vt ipſe inquit eccleſia tota peſſime ſe habebat, quando contempta Apoſtol. ſedis maieſtate, epiſcopus contra epiſcopum inſurgebat, item & Conſtantienſe atque Baſilienſe, & pleraque alia, quę late explicat Henricus inquiſitor in illo libro de quo ſupra.

LOCO IDONEO. i. apto vbi poſſint commode hoſpitari, qui ad concilium venient. Item libero non ſuſpecto.

VT EIS VIDEBITVR. Committitur ergo voluntati horum Cardinalium. At quid ſi indicerent hodie concilium celebrandum in loco, vbi viget Luterana hæreſis, & propterea Rom. Pont. non datur tutus ad locum illum acceſſus? Reſpondeo arbitrium hoc reſtringendum ad loca tuta. l. 1. §. cauere. ff. vſuf. quemad. cau. l. illa verba. ff. de verb. ſign. l. hæc vẽditio. ff. de contra. emp. res enim commiſſa ad arbitrium alicuius exigit prudentis ac recta dijudicantis officium viri, & vt in re commiſſa ac in ſua verſetur l. prima. ff. ſolut. Bal. in l. prima. C. de his, quæ pę. no. de verbo hoc per Innocen. in c. ſi. de ſer. Rom. in rub. ff. de arbit. Abb. in conſi. 4. in 1. volu. Paul. de Caſt conſi. 321. Alexand. conſi. 13. in 3. volu. Illud tamen vnum obſeruato, quod quando verbo denotanti arbitrium, additur verbum libere, oſtenditur libera & abſoluta voluntas l. fideicommiſſa, §. quanquam. ff. de fideicom. liber. Rom. vbi ſupra.

366 NON OBSTANTIBVS. † De hac clau. vi. quæ ſcripſi in tract. de pot. leg. in materia iudiciorum, vbi late excutio illam clau. Pro expreſſis habentes.

367 † QVAE INCIPIT. Nota modum allegandi conſtitutiones, vt faciamus mentionem de initio conſtitutionis, æquiuocationis euitandæ gratia, ſed aliter allegãt qui legem faciũt, aliter interpretes noſtri. Nam allegationes, quæ quotidie fiunt a nobis paucis verbis, repręſentant teſtimonium legis, quanquam is allegandi modus ſermonis elegantiam tollat. Etenim ſi citanda eſt lex, ponitur l. quæ deſignat legem, & initium legis, & etiam §. & verſi. quando eſt longior. & ponitur etiam littera, quæ denotet volumen Digeſtorum vel Codicis. hoc modo. ff. de furt. C. de furt. & quia Codex continet 12. libros, quorum tres ſeiuncti ſunt a magno Codice, quãdo contingit allegare aliquem titulum ex illis tribus poſterioribus libris, addimus numerum librorum hoc modo. C. de iure fiſc. lib. 10. Quod ſi velimus citare aliquid de volumine Authenticorum, citamus volumen, titulum & §. & ab aliquibus etiam collatio, ſed ſatis eſt citare Titulum. Quando autem volumus citare aliquid in materia feudorum allegamus titulum & volumen hoc modo in titu. quib. mod. fi. inueſtit. in vſi. feudo. ſunt tamen qui ex iſtis decimam collationem faciant. Sunt & extrauagantes aliquæ, quas vt extrauagantes citamus nomine proprio, & leges lombardorum, quæ diu viguere per Italiam, de quibus quandoque meminerunt gloſſatores noſtri. hæ allegantur hoc modo. in tit. de nupt. in Lombarda. Inſtitutiones vero citamus cum volumine, titu. & §. Authen. autem in C. inſertas, ſub tit. C. citamus ponimuſque illarum initium.

Eæ quidem allegationes fiũt de iure ciuili, canonicæ autem leges citantur hoc modo. Nam decretum diuiditur in tres partes. in prima, continet diſtinctiones ſimpliciter. in 2. cauſas, cum q. in 3. diſtin. in materia pœnitentię & conſecrationis, quanquam diſtinctiones pœnitentię includantur ſub cauſis. in prima parte citatur initium cap. & diſtinctio hoc modo cap. bene quidem. 96. diſt. in 2. citatur cauſa ſub numero q. & cap. hoc modo 17. quæſtio. 4. c. omnes baſilicæ, in 3. parte citatur titulus, diſtinctio & capitulum hoc modo. de pœn. diſtin. 1. cap. ſicut. & de conſecra. diſt. 1. cap. pronunciandum. Decretales vero citantur ſub titu. & cap. hoc modo. de reſcr. cap. 1. aliqui addebant, extra, ſed ſuperflua eſt additio. Conſtitutiones ſexti citantur eodem modo, ſed additur volumẽ ad differentiam decretalium. hoc modo. c. 1. de reſcri. lib. 6. Conſtitutiones vero Clementinarum citantur ſub nomine voluminis & tituli hoc modo. clemen. 1. de reſcr. aliqui dicunt c. 1. de reſcri. in clementinis. Extrauagantes citantur ſub nomine auctoris cum deſignatione initij. Variatur ab aliquibus in hoc citandi modo. ſed is quem dixi, communior eſt. Antiqui tamen iureconſulti aliter citabant, quos vel referebant, vel interpretabantur: nam vel librum cum auctore, vel auctorẽ tantum indicabant, cuius verba diſcutiebant vel ſine inquiſitione approbabant, improbabantur vt exemplum de multis poteſt haberi. in l. 1. ff. de iniur. & in l. 1. ff. de quæſt. & in l. 1. ff. de

368 contrahen. emptio. † At ſuper his dubitari ſolet vnde inualuerit, quod citando Cod. vel Inſtitutiones aut quodpiam aliud volumen ponimus litteras primas, eius nomen indicantes, vt quia per C. maiuſculum deſignamus Còdicem, volumen autem digeſtorum ſignamus per duplex f. hoc modo. ff. noſtri referunt mera ſomnia de Federico & de duplici facto. And. Alciatus ſubtili quadam conſideratione animaduertit hoc proceſſiſſe ex deprauatione litterulæ gręcæ: Nam dicit latinos imitatos eſſe græcos qui Pandectas deſignabant per π græcum habens ſuperius accentum circumflexum. Vnde ſcriptores poſtea qui græcas litteras ignorabant, exiſtimabãt eſſe duplex ff. itaque facile fuit adiecto vnico π in duplex. ff. transmutare. Ingenioſa eſt eruditiſſimi viri inquiſitio, attamẽ mihi non adeo probabilis, quandoquidem a noſtris, qui iuris ciuilis ſcientiam profeſſi ſunt, digeſtorum, non pandectarum nomine citatas fuiſſe leges conſpicio. dum Bononiæ eſſem,

vidi

vidi vetuſtiſſimum Codicem, qui in liminari pagina Azonis emptoris nomen continebat, vbí erant quædam gloſſæ ante Accurſium factæ, & litteris Longobardicis ſcriptę, vbi Digeſtorum volumen citabatur ſub littera D. inciſa, & quia illud D. lógobardicum erat oblongum & quaſi columnare in ſummitate habens virgulam dextrorſum inflexam & virgulam medium D. ſcindentem, facile præbebat ſpeciem duplicis f. illis cui incogniti eſſent longobardici characteres. erat enim huiuſmodi. cum igitur paulatim receſſerint ab aula longobardici characteres & tamen frequentiſſima eſſet illa notula quę digeſta ſignabat, exiſtimauerunt imperiti eam eſſe duplex. ff. & ita obtinuit ſcribendi vſus. Et quod aſſerit Vallenſis in inuectiua contra Raudenſem ſolitum eſſe citari digeſtum per π. græcum nihil ad rem noſtram, quandoquidem id intelligi poteſt de gręcis ipſis. nec vero ſimile eſt deprauationem hanc potuiſſe ex charactere tam diſſimili fieri. Et ſciendum eſt eā iuris ciuilis diſciplinam quam periti noſtri profitentur, habuiſſe ortum puſt expulſos Longobardos. Nam Iuſtiniani ipſius, qui leges has compilauit tempore, Italia adeo a Gothis vexabatur, vt ſtudia omnium diſciplinarum neglecta ſint, & Romanarum legum nulla habita reuerentia. Vix deſierant Gothi imperare, Longobardi Italiam fere vniuerſam occupant. hi proprijs legibus vtentes, Romanas ignorabant,

270 †pulſis demum Longobardis licèt Italiæ populi admodū reſpirare cœpiſſent, & multi eſſent, qui Romani Imperatoris imperata facerent, nihilominus nobile digeſtorum opus in tenebris latebat, tū q̃ ob imperitiā latinæ linguæ nullus audebat ſacraria hæc ingredi, tum quia deſuetudine inumbratæ erant, donec a cœlo, vt exiſtimabatur, miſſus venit Irnerius circa annum D. milleſimum centeſimum & nonageſimū, qui primus vt refert Odof. in l. 1. ff. de iuſt. & iu. incepit leges Digeſtorum publice docere, quæ res adeo grata fuit, vt multorum deinde accedentibus vigiliis, iuris ſcientia in immenſum aucta ſit. tunc igitur primum incepit modus iſte citandi leges, quo tempore græcæ linguæ ne veſtigia quidem in Italia remanebant.

271 †R. PONTIFICVM. Pontificis nomen antiquum, tam gentilibus quàm Chriſtianis & hebræis commune. Numa enim ſecundus Rom. rex Pontificem creauit eiuſque ſcitis ſacra omnia priuata, & publica ſubiecit, inſtituitque non modo cerimonias, ſed vt iuſta funebria placandoſque manes edoceret. Moſes quoque Aaron Pontificem inſtituit, & ſacerdotes leuitici generis, quibus nedum ſacra ſed iudicia omnia ſubmiſit, c. per venerabilem. qui fil. ſint leg. †Et dicitur Pontifex quod omnia quæ ad religionem pertinent, facere poſſit, Archid. in cap. 1. de conſti. in 6. vel Pontifex quaſi pontem faciens, quandoquidem ſublicius pons Romæ a Pontificibus primum factus eſt, deinde ſæpe reſtitutus. Vel vt eccleſiaſtici tradunt, quod ſit pons & via his, qui religionis inſtituta ſequuntur, cap. in nouo. §. Pontifex. 21. diſt. Vnde (vt ait Bern. Chriſtus dictus eſt Pontifex quaſi pontem faciens inter Deum & proximum & ad patrem nos tranſmittens. Erat igitur Pontifex maior ſacerdos aliis præſtans quanquam Beroaldus in commento Tranquilli dicat Pontifices cedere Salijs & Flamini Diali, cuius ſententia an vera ſit, addubito, erat tamen vir multæ lectionis & mihi olim præceptor honorandus, ideo facile potuit legiſſe, quæ ego prorſus ignoro.

272 †Erant pręterea olim ſicut & nunc maiores ac minores Pōtifices. c. vrbes. c. in illis. 80. diſt. Pontificatus atque imperium ſæpius coniuncta fuere etiam apud gentiles. Nam Cæſarem & pleroſque alios Romanorum Imperatores pontificia dignitate ornatos fuiſſe legimus, non ideo tamen ita iungūtur, vt quidam exiſtimant, quod omnes Imperatores eſſent Pontifices, cum apud Suetonium legatur, Claudium Imperatorē pro introitu noui ſacerdotij Sextertium Octogies Pontifici maximo impendere coactum, vnde colligitur ipſum fuiſſe Imperatorem, non tamen Pontificem. Sacerdotium tamen & imperium quomodo connexa ſint penes Chriſtianos, ſpeciali tractatu diffiniuimus.

273 †ETIAM, ampliatio derogationis, cum conciliari conſtitu. non derogetur ex generalibus, habet enim cōciliaris cōſtitutio vim clauſulæ (vt noſtri dicunt) ad ſequentia derogatoriæ. Archid. in c. 1. in ver. noſcatur. de conſti. in 6. quem maior pars interpretum ſequitur quamuis Innoc. in cap. pen. de cap. mon. videatur inclinare in diuerſam ſententiam dū vult conſtitutionem conciliarem non differre ab alijs in derogandi effectu, cui adſtipulatur Fely. in cap. nonnulli. de reſcrip. & ego exiſtimo verum, ſi attendamus poteſtatem derogantis, ſecus ſi mentem, quoniam ſtatuta conciliaria difficilius tolli conſueuerunt. Ideo contra ſtatuta conciliaria etiam ex cauſa non diſpenſat legatus, Abb. in c. non magno in fi. ne cleri. vel

274 mon. Anan. in c. ſicut olim. de accu. Ant. in conſi. 67. †Et poteſt concilium legitime congregatum legem condere, quæ conciliaris erit, ſiue a concilio initium ſumat, ſeu a Papa concilio approbante. Abb. in cap. 1. de ſponſal. & in c. conſenſus. de reb. eccle. non alienan. Decius tamen in cap. oſius. de elec. & in c. 1. de iudi. voluit conſtitutionem editam in cōcilio, nomine Pontificis non eſſe conciltarem. Sed longe fallitur, & contra iſtum eſt text. in cap. maioribus, iuncto cap. vacante. de præben. dixi ſuperius. in ver. hac noſtra. Ex præmiſſis infero, quod licet præſens conſtitutio fuerit promulgata per Iulium in concilio Lateranenſi, ideoque effecta conciliaris, poterit tamen per Rom. Pont. antiquari, & profecto eſſet radicitus tollenda, ne contingat olim ex iſta ſchiſmatis alicuius ſemen oriri.

Argumentum.

Octaua pars conſtitutionis qua adimitur dominis Cardinalibus omnis facultas diſponendi contra ipſam vacante ſede.

Inhibentes poſtremo omnibus & ſingulis ſanctæ Rom. eccleſiæ. Cardinalibus, qui pro tempore erunt, & eorum ſacro Collegio, ne Ap. ſe. vacante, prædictis contrauenire, vel contra præmiſſa vel aliqua præmiſſorum ſtatuere & diſponere, ordinare vel aliquo modo facere ſeu attentare præſumant, quocunque exquiſito colore vel cauſa, ſub excōmunicationis latæ ſententiæ pœna, quam ipſo facto incurrant, & a qua non, niſi per Rom. Pontificem canonice electum, abſolui poſſunt, niſi in mortis articulo. Decernentes ex nunc irritum & inane, ſi ſecus ſuper his vel aliquo præmiſſorum ſcienter vel ignorāter contigerit attentari.

CASVS HABETVR EX SVMMARIO.

INHIBENTES. Inhibere, verbum apud canonum magiſtros frequens, & proprie. Inhibere, eſt comprimere vel dare operam vt quis deſiſtat. hinc illud: Parcite iam Rutuli, tela inhibete latini. Reſpicit verbum hoc iam facta. dicimus inhibere remis, cum volentes nauim retardare, remos ſiſtimus. Inhibent ergo iura, ne aduerſus legem iam ſancitam quicquam fiat. c. fina. de fil. presbi.. c. fin. de cēſi. Inhibēt quoque iudices quotidie, ne in præiudicium litis pendentię corā ſe quidquā fiat. Spec. in tit. de citatione. §. fina. verſi. porro, & tit. de appel. §. 10. verſi. ſequitur, per Iaſ. in l. nec quicquam. ff. de offic. procon. materiam hanc inhibitionis proſequuntur Lap. alleg. 61. Fede. conſi. 121. in deciſ. Bern. de ſeque. poſ. & fruc. deci. 1. And. Sic. cōſi. 45. in 2. vol. & an iudex eccleſiaſticus inhibeat laico antequā conſtet contractū eſſe vſurarium, antiqua eſt curiarum controuerſia, vt. Lanfr. in c. quoniā contra, in ver. confeſſiones. de proba. Anch. in conſi. 234.

OMNIBVS ET S. totus iſte §. eſt plenus inani verborum aggeratione. Nam quid oportebat inhibere omnibus & ſing. & collegio, cum Cardinales vacante ſede nihil ſingulare pluſquam ſede plena poſſint, in diſpoſitis per Papam, ſed ſi quid poſſunt, id iure collegij poſſint, vt not. in clemen. ne Romani, in ver. cœtu. de elect. per quam etiam clem. inquantum irritat geſta per Cardinales, erat ſatis prouiſum caſui noſtro. Ideoque quod ad vim legis attinet, tota iſta particula ſuperflua eſt. Verum danda ſunt hæc cautelis formulariorum.

275 †PRAEDICTIS CON. aptus dicitur in clemen. ne Romani. modificari poſſit, corrigi vel immutari, aut quicquam ei detrahi, vel addi, vel diſpenſari quomodolibet circa ip-

ea ipſam vel aliquam eius partem. Nam verba illa aptantur ad legem, ſed verba iſta, vt plurimum redolent formam communem. Et ſi dixeris hoc non tantum reſpicit contrauentionem, quæ fit conſtitutioni per modum iuriſdictionis, quantum eam quæ fit iure priuato a quolibet Cardinale committente vitium Simoniæ, aduertito quia ſi ſic intelligas, continet manifeſtam repugnantiam. Nam etiam eligentes per ſimoniam, ſi intra octo dies requiſiti vniuerint ſe alijs Cardinalibus, cenſentur reſtitui ad priſtinum ſtatum abſque alia abſolutione. Hic vero eo anathemate, quo nunquam liberautur niſi a Pont. canonicę electo abſoluantur. quare intelligere oportet ver. nunc, quando volunt alterare vel mutare conſtitutionem. Ideo facit mentionē de Cardinalibus tantum, & quamuis in ver. decernentes. dicat a quocunque recipit habilitatem.

IPSO FACTO. quaſi non ſufficeret eſſe canonem latæ ſententiæ.

277 IGNORANTER. etiam ſi non expreſſiſſet, decretū ignorantes affeciſſet c. quia cunctis §. adijciebatur. de conceſ. præb. in. Io. And. & alij in c. ſi apoſtolicæ, de pręben. in 6. quod procedit quo ad irritandum actum pro pœna incurrenda, ſecus quando ignorantia eſt iuſta. c. cognoſcentes, de conſti. l. ſi ignorans. ff. locat. not. in c. propoſuiſti. 82. diſt.

278 De decreto tamen, quod apponunt legati in ſuis reſeruationibus an liget ignorantes etiam volente legato & id exprimente, maior eſt dubitatio. Compoſt. in c. capitulū, de reſer. exiſtimat non ligare ignorantes, quia legatus nihil poteſt cōtra ius. cap. dilectus. el. t. de præben. cap. penult. & vlt. de fil. presby. Et quia hoc ſpeciale in decreto Papæ. in §. adijciebatur, hanc ſententiam amplectuntur Archid. Ioan. An. & Philip. Anch. & Aegid. in c. ſi apoſtolicæ. Lap. in cap. quia ſtatutum. de præben. eo. lib. Henri. in c. cum dilectus. de iure pat. & ita concluſit maior pars dominorum de Rota.

Diuerſa tamen ab his ſenſerunt Inno. & Hoſt. in c. cum dilectus. & Hoſt. in ſum. de præben. Ioan. de Lig. Dom. in cap. ſi Apoſtolicæ. Lap. alleg. 14. & ego in tract. meo de poteſt. lega in reſeruan. ben. quæſt. 6. vbi reſpondi ad omnia contraria. & pro hac opin. eſt text. in c. quia cunctis. & in c. cum dilectus.

279 †An vero ex quo iſta conſtitutio habet decretum, conſuetudo poſſit eam interpretari vel moderari, vide tradita per Felyn. in cap. ſuper quæſtionum. de offic. deleg. Decium in c. 1. de poſtul. prælat.

Vt autem præſentis conſtitutionis, decreti, ſtatuti, ordinationis, ac inhibitionis tenor ad omnium notitiam deducatur, volumus præſentes noſtras litteras in valuis Baſilicæ principis Apoſtolorum, necnon Cancellarię, ac in acie campi Floræ affigi, nec aliam earundem litterarum publicationis ſolennitatem requiri aut expectari debere, ſed huiuſmodi affixionem pro ſolenni publicatione & perpetuo robore ſufficere.

VT AVTEM. ponitur ſolennitas adhibenda in publicatione conſtitutionis.

CONSTITVTIONIS. omnia dixit, quoniam decretum, ſtatutum, & huiuſmodi ſunt acceſſoria. ideo ſatis erat exprimere hoc verbum. cap. translato. de cōſti. l. oratio. ff. de ſpon. ſed abundans cautela nocet.

280 LITTERAS. Bullam aliter vocant, q; litteræ iſtæ plūbea bulla arctentur, quemādmodum apud Romanos bulla erat ornamentum aureum, quod cingebat veſtes. eſt enim bulla tumor, & ornamentum illud, hoc bullæ nomen retinuit, quamuis in figuram cordis eſſet fabrefactum, vt refert Macro. in 1. Satur. quare aliquoties veſtis ipſa bullata bulla nuncupatur, ita & litteræ Apoſt. bulla plumbi munitæ, bullæ nuncupantur.

VALVIS. exprimit loca vbi affigi & publicari debeat hæc conſtitutio, ad inſtar citationis quæ fit per edictum, quæ certis locis affigi, & publicari debet. Rot. in deciſ. 223. in no. & 523. in antiq.

281 SVFFICERE. Nam ſatis eſt quod lex publicetur Romæ, ad hoc vt liget, ſecundum Pau. & Car. in proęm. clem. in §. vniuerſitati. glo. in proęm. 6. Et lex non ligat antequam publicetur, & poſt publicationem per duos mēſes. Auth. vt fac. no. conſti. glo. & Card. vbi ſupra. Bald. in l. ſi. C. de caduc. toll. Verbum igitur ſufficere magis determinat loca publicationis, quam ipſam publicationem, vel etiam vtrunque vt tollatur omnis dubitatio. Non tamen facit quin alia ſolennia a iure requiſita interuenire debeant, vt not. in c. conſueuiſti. de celeb. miſ. Alioquin verbum hoc excludit omnem aliam iuris ſolennitatem. gl. in c. ſtatutum. in ver. canonicis. de reſcri. in 6. Rom. in l. cum mulier. ff. ſol. mat.

Nulli ergo omnino liceat hanc paginā &c.

Hæc eſt ſanctio, qua etiam vtebantur olim Imperatores, & alij legum conditores, vt patet in pleriſque antiquis tabulis.

282 †NVLLI. ergo etiam Cardinales, Reges, & Principes comprahenduntur, quia natura legis eſt vt omnes indifferenter liget, & ab omnibus obſeruetur. c. 1. de conſti. c. generali. 25. quæſtio. 1. l. leges. l. 3. C. de legi. Ioan. An. & Dom. in cap. nemo. de elec.

283 †OMNINO. ſi aduerbium hoc refertur ad homines, ſenſus erit, quod illi qui ſunt omnino homines. i. prudentes non poſſunt contrauenire conſtitutioni. de reliquis ſecus, c. qualis. 25. diſt. ſi referas ad verbum liceat, ſenſus erit quod nullū prorſus. i. in totum licebit hanc paginam & ſecūdum hoc ſi quis in parte contrafecerit, dummodo non prorſus contrafecerit, non incurret indignationē & c. Præterea cum ſit præpoſita negatiua æquipollet contradictoriæ affirmatiuæ vt not. Ioan. An. in ſi. de conſtit. in 6. cum igitur omnino licere, ſit affirmatiua vniuerſalis, non omnino licere erit negatiua particularis, & ſic ſenſus diuerſus ab eo quod intendit legiſlator. magis ergo conſtabat intentio legis ſine verbo omnino. de quo per Bar. in l. Græcę. 3. illud. ff. de fideiuſ. tamen quia in iure verba non ſunt captanda, ſenſus erit, q; omnibus hominibus penitus negatum eſt facere quidquam contra pręſentem conſtitutionem.

284 †INDIGNATIONEM. his enim verbis conſueuerunt Rom. Pont. homines deterrere, dum intelligerent ſe legem non ſeruantes habere vltores Petrum ac Paulum. ſimile erat quod in lege 12. tab. crebro repetebatur. Qui ſi ſecus faxit, Deus ipſe vindex erit. Et ita per hæc ſit finis gloſſematū noſtrarum, quæ vtinam Eccleſiæ Dei (quod primum intendimus) vtilitatis aliquid afferant. Si quid in his perperam dictum erit, id totum imperitię meæ aſcriptum volo, quod ſi quid bene, non mihi, ſed ſummo atque omnipotenti Deo, a quo omne veritatis lumen deſcendit, acceptum refero, eiuſq; excelſam maieſtatam deprecor, vt me dignum faciat, qui omnes labores meos (dum vixero in Chriſtianæ R. P. vtilitatem conferam, moriens autem a beatorum ſedibus non excludar.

Explicit Tomus Sextus Repetitionum in iure Canonico.

E re fore exiſtimauimus, candide lector, B. Ioannis à Capiſtrano ſcripta aduerſus F. Philippum Berbegallum hic inſerere: cùm enim huius Extrauagantis materia latè ex his examinetur; id quod poſt exactam, diligentemq. perquiſitionem noſtram fieri non potuit in c. exijt. de verb. ſign. in 6. nec in clem. exiui. eo. tit. huc adiecimus.

EXPLICATIO EXTRAVAGAN. IOANNIS. XXII. PRIMAE DE VERB. SIGNIF.

B. IOANNIS A CAPISTRANO ADVERSVS BERBEGALLVM.

SVMMARIVM.

1 *Iuris interpretatio latoris ſenſui conformanda.*
2 *Regulæ reformatio ſecundum S.P. declarationes, nedum ipſius puritatem fieri debet. & num. 12.*
3 *Puritas tantam præſupponit rerum integritatem, vt nullus commixtioni relinquatur locus.*
4 *Sicut non à Petro petra, ſed à petra Petrus; ita non e Regula Eccleſia, ſed ab Eccleſia regula deriuatur.*
5 *Ab Eccleſia non approbata, & confirmata, non credenda.*
6 *Summus Pontifex quaſi Deus in terris, & ſumma poteſtas ei à Domino tributa. 39. & ſeq.*
7 *Voti ſolemnitas regularis à ſola Eccleſia inuenta. & votum regulare, quid. & 8. 60. 61. & 86. vbi, ſuper eo varię SS. PP. declarationes, & qualiter obliget, & ſeruanda, ibid.*
9 *Sedes apoſtolica Dei voluntatis interpres legitima, & quod ab eo ſuper arduo dubio ad ſalutem ſpectante, declaratum fuerit, firmiter tenēdum. & num 78.*
10 *Papa Imperatoris dominus.*
11 *Humilitas quantum Deo placeat, auctoritates variæ, & nu. 15. & ſeq.*
13 *Dicere non ſufficit, Chriſti ſum ſeruus, niſi & Chriſti opera ſeruentur.*
14 *Dei voluntas, quæ?*
16 *Perfecta regularis obſeruantia in humilitate conſiſtit, & in Chriſti veſtigiorum obſeruatione.*
17 *Charitas perfectionis radix, forma, & finis, ac omnium virtutum complementum, & vinculum.*
18 *Pro ſalute proximi, quoad ſine peccato fieri pōt, ſummopere laborandū.*
19 *Obſeruantium Regula in quib. conſiſtat. & de obedientia moralis tractatio. & nu. ſeq de paupertate, & caſtitate num. 21. 22. & 33. & quæ earum præponderet num. 34.*
20 *Bethania, obedientia domus, interpretatur.*
22 *Anima principale bonum ſecundum ſe, voluntas.*
23 *Obedientia, Caſtitas, & Paupertas, quomodo trium capitalium iniquitatum expiationi correſpondeat.*
24 *Superbia omnis iniquitatis initium. Quæ perfectè euitari non poteſt ſine ſui ipſius abnegatione. nu. 28.*
25 *Cupiditas peccatorum omnium radix. Ad quam perfectè euitandā, quæ Dominus noſter conſuluerit. nu. 30.*
26 *Luxuria peccati omnis cauſa. quæ vt perfectè euitetur, quę requirantur. num. 31.*
27 *Humana natura ad carnales delectationes prona.*
29 *Qui amat animam ſuam, &c. de animali voluntate intelligendum.*
32 *Eunuchorum ſpecies triplex.*
34 *De inobedientia exempla varia, & tractatio.*
35 *Regulari diſciplinæ parum eſt, niſi & in his quæ bene agit, ſtudium adſit irreprehenſibilis apparere.*
36 *Non verbum ex verbo, ſed ſenſus ex ſenſu transferendus, & is attendēdus.*
37 *In illicitis non obediendū. pulchra Bernar. diſtinctio de obediētia. nu 71.*
38 *Eccleſia canonib. auctoritatem tribuat, eoſque interpretatur: his tamen non obligatur.*
40 *Qui non habet gladium vendat tunicam, &c. intellectus.*
41 *Papa legibus ſolutus, de honeſtate eas ſeruat. & num. ſeq. & num 92. & quo caſu iudicetur. nu. 43.*
42 *Verbum oportet, eſt honeſtatis.*
44 *Papa omnia poteſt, claue tamen non errante.*
45 *Vtrum contra Apoſtolorum canonem diſpenſet.*
46 *Temporum varietate & diuina, & humanæ leges immutantur. & nume 58.*
47 *Papa Chriſti Euangelium interpretatur, & modificat.*
48 *Eccleſiarum priuilegia Sanctorum Patrum auctoritate inſtituta, licèt in totum conuelli non poſſint, bene tamen limitari, & iuſta ex cauſa immutari.*
49 *Iuſtitia magis alijs quam ſibi prodeſt, & vtilitates ſuas negligit, aliena emolumenta preponens.*
50 *Sancte, & iuſtè viuere, quis dicatur.*
51 *Perfectus, quis.*
52 *Vera iuſtitia quæ ſit.*
53 *Puritas vnde, & quę?*
54 *Bonorum mēs quo duriora pro veritate tolerat, eò æternitatis pręmia certius ſperat.*
55 *Sufficientia noſtra à Deo, & ſine ipſo nihil poſſumus.*
56 *Ordinis nomine, quid ſignificetur.*
57 *Verba cum effectu intelligenda, vt aliquid operentur.*
59 *Sabbati in dominicam translatio.*
62 *Eius eſt iura declarare, cuius & condere.*
63 *Eccleſia in votis diſpenſat, & ea commutat: contrariumque affirmans hæreticali labe non caret. & nu. ſeq. & nu. 87. & ſeq.*
64 *Excommunicatio à Nic. III. gloſſantib. c. exijt. de verb. ſignif. in 6. indicta, reuocatur per Io. XXII.*
65 *Ex diſpenſatione abſoluitur quis ab obedientię voto, cum ad animarum curam aſſumitur. Et religioſus Epiſcopus effectus, abſoluitur ab omni ſuę profeſſionis nexu: habitum tamen ſuæ religionis deferet.*
66 *Maior vtilitas attendenda.*
67 *Votum reddendum, & de illius transgreſſione exempla varia.*
68 *Diſpenſatio triplex.*
69 *Diuina voluntas tripliciter indaganda. Rurſus eius alia diuiſio nu. 70.*
71 *Pura bona, & pura mala, eorumque media, quæ ex Bernar.*
72 *Non timebis à timore nocturno, &c. explicatio, & per nu ſeq.*
77 *Caputiolum deferendi licentię reuocatio: & varię ſuper habitus delatione, eiusque forma, & qualitate, conſtitutiones. num. 81. & 83.*
78 *Ab Eccleſia canonizatus, ab omnibus venerandus.*
79 *De ſacris canonibus, eorumque auctoritate, varia.*
80 *Ob ſenectutis opprobrium, vel generis nobilitatem, nunquam emendari, & edoceri quis erubeſcat.*
82 *C. quiſquis. 41. diſt. varia lectio.*
83 *Qui citò agit ad pęnitentiam properat.*
84 *Procurator, cui ex conſtitutionibus eleemoſynæ aſſignantur, non ipſorū Fratrum, ſed largientium dicitur procurator.*
85 *Gregorij IX. Conſtitutio de proprio à fratribus non habendo; & de eleemoſynarum largitione. Et ſuper his Innoc. IIII. Nic. III. Clem. V. Rurſus Inno. IIII. Alex. III. Greg. X. Marti. IIII. Nic. IIII. & Io. XXII. declarationes, & cōſtitutiones. Et de laboris mercede. nu. 93 vbi de mobilium diſtractione.*
89 *In votis, & iuramentis intelligitur ſuperioris auctoritas reſeruata.*
94 *De obedientia prælatis pręſtanda. & de duplici libertate.*

Venerabili, religioſo, feruidoq. præconi diuino, Fratri Philippo Berbegallo ordinis Minorum profeſſori prouinciæ Aragoniæ, ſuo mihi Chriſto patri percolendo, ſalutem, gratiam, & pacem, ac religionis fructum optatum in perenni fruitione Chriſti Ieſu, ſum mi boni, & gaudij ſempiterni; nec nō & orationum, ac bonorum operum tuorum cōmunionem, participationem, & ſortem ex charitate benigna, me ipſum totū, licet inutilem, ad perfectum cariſmatum vnctionis ſpiritualis, anhelantem te prouehi cōtemptu terrenorum, atq. laudis humanę deſpectu præ nimio; commendo.

TExt. Bullæ [iuxta pdicti ordinis inſtituta.] apoſtilla Berbegalli. No. q ſēſus huius lrę eſt, qđ oēs fratres, q affuerunt, congregent ad capitulū iuxta modū ordinis, ſcđm ordinis inſtituta. i. ſicut eſt ordinatus modus cōgregādi capitulū in cōſtitutionib⁹, qa ī regula nō cōtinet modus, ſed in ſtatutis. ſed reformatio ſcđm puritatem regulæ hēt fieri: qa illa eſt forma nr̄a, & ſcđm illam promiſimus Deo viuere, & illa eſt forma nr̄a viuendi, & p illā, & ſcđm illā debemus reformari, & iō, qa ille eſt Sp̄s Dn̄i nr̄i, & debitū iuſtitiæ, iō ſic de neceſſitate, ſic debet lr̄a pūctuari, & non ſicut
1 præuaricatores veritatis punctuant. Prima R̄nſio. Quod de ſummi Pontificis ſenſu pertuliſti, verum dixiſti, quod autem de tuo veritatis ſermonibus detraxiſti, ad increpandum tm̄ eloqa cōcinnaſti, & in ventū verba depromis, iuxta illud Iob. 6. ò pſūptio neqſſima vn̄ creata es? Ecc. 37. nō niſi à diabolo.

bolo. Iſa. 14. qūo cecidiſti de cęlo lucifer, g. na. o. d. ſ. c. t. a. in c.
& ſ. a c. p. l. m. ab a. & c. ſ. a. ideo deijcienda eſt ad inferos ſu-
perbia &c. dixiſti nāque quod modus congregādi capitulum
in regula non continetur ſi bene legiſt, in regula inueniſti in
8. c. de elect. generalis miniſtri, & de capitulo pētecoſten. ibi
traditur modus, & forma congregandi capitulum generale,
& eligendi miniſtrum generalem a miniſtris prouincialibus,
& cuſtodibus, & exinde poſtmodum in conſtitutionibus, &
2 ſtatutis ordinis ampliata eſt materia. Quare † igitur reforma-
tio babet fieri non ſolum ſecundum puritatem regulę more
tuo, ſed etiam ſecundum declarationes ſummorum Ponti-
ficū, ſeruentes puritatē regulæ, & eliminantes ſcrupulos con
ſciētiæ timoratæ, & bonarū mentium, quæ ibi timere ſolent
culpam, vbi & culpa miſeriç reperitur, extra de obſ. ie. c. 2. §.
cū aūt, cum ſimi. Sed vt video paſſio cordis tui, & fictio men-
tis tuæ ex inordinato zelo capputioli delati per hęreticos fra
ticellos de la opinione vulgariter nūcopatos, te decipit, & de
baccat. Videris nanque velle q̄ nō regula ſub eccleſia, ſed ec-
cleſia ſub regula tua debeat militare: cuius tā expreſſe cotra
riū in ipſa noſtra regula Seraphicus frater noſter beatus Fran
ciſcus pluries pteſtatus, vt i 1. c. pmittit obediētiā, & reuerē
tiam dño Papæ Honorio, ac ſucceſſoribus eius canonicè in-
trantibus, & eccleſię Rom. & in 2. c. refert ſe ad mandatū dñi
Papæ dicens, & nullo modo licebit eis de iſta religione exire
iuxta mandatum dñi Papæ, & in 3. c. ſubijcit ſe, & ordinem
conformitati ſanctę Ro. Eccleſię, dicens, clerici faciant diui-
nū officium ſecundū ordinem ſanctæ Ro. Eccleſiæ, & in 9. c.
ēt inferioribus à Papa ſe, & ſuū ordinē quo ad quid humili-
ter ſubiugauit, dicens, fratres non prædicēt in epiſcopatu ali
cuius epiſcopi, cum ab eo illis fuerit contradictum. & in a. c.
ēt defert debitā rōtiam ſedi Apoſtolicæ, dicens præcipio fir-
miter ſ. v. &c. & ne ingrediantur monaſteria monachaū, præ
ter illos quibus à ſede apoſtolica conceſſa eſt licentia ſpecia-
lis &c. & in 12. & vlt. c. expreſſius ſe, & ſuam ſuppeditat reli-
gionem ſacroſanctę Rom. Eccl. dicens, ad hæc per obedien-
tiam iniungo miniſtris, vt petant à dño Papa vnum de ſan-
ctæ Rom. Eccl. cardinalibus, qui ſit gubernator, protector, &
correctoꝛ illius fraternitatis, vt ſemper ſubditi, & ſubiecti pe
dibus eiuſdem ſanctę eccleſię ſtabiles in fide catholica &c.

Tex. Bullæ. [talis reformatio fiat, quę Deo accepta.] apo-
ſtilla Berbegalli. Deo accepta nulla alia pōt eſſe, niſi purè
regularis, & vera, iuſta, & ſancta, quia talis eſt voto ſolemni
Deo promiſſa.

3 Secūda Reſponſio, † puritas præſupponit tantā rerum inte
gritatē, vt nulla cōmixtio locū habeat, ita vt nec additio, nec
diminutio fieret de ſubiecto ſecundū ſubiectā materiā iuxta
no. per Io. And. in c. ſtatutū. §. inſuper. de reg. lib. 6. ſuper ver
bo, cū omni puritate, & Arch. 2. q. 3. pauper. facit c. q̄a ex eo.
de pact. lib. 6. ibi, quos decet puritatē omnimodā in ſuis acti-
bus obſeruare &c. loquitur de prędicatoribus, & minoribus.
Vnde ex eo, qđ dicit, niſi purè regularis, adeo vr, q̄ te reſtrin
gas ad regula, vt nullā conſtitutio eccleſiæ, vel declaratio lo-
4 cum habeat; quod tamen falſum eſt: quia † nō à Petro petra,
ſed à petra Petrus ſumpſit originem, cum dixit dñs, tu es Pe
trus, & ſuper hanc petrā ędificabo eccleſiā meā. Matth. 16. &
50. diſt. fidelior. petra autē erat Chriſtus. 1. ad Cor. 9. & de
conſe. diſt. 2. in calice, & c. re vera. ſic non à regula noſtra ec-
cleſia ſed ab eccleſia regula deriuatur. nam & ſi regula ſit euā
gelica, attamen nec euangelia me aſtringunt præter eccleſiæ
conſtitutum, nec teneret ea credere, niſi eccleſia cōfirmaſſet,
5 ſicut † non teneor credere euangelium Nicodemi, quod non
eſt ab eccleſia comprobatum, iuxta illud Aug. contra epiſto
lam fundamenti. Quid nanque foret quæcunque auſteritas
noſtræ regulæ, ſi non eſſet ab eccleſia cōprobata, quę pro ſuę
fidei fundamento Chriſtum Ieſum poſuit, & locauit? vt d.
Apoſt. 1. ad Cor. 3. ſecundū grām Dei, quæ data eſt mihi, vt
ſapiens architectus fundamentū poſui, alius autē ſuperædifi-
cat: vnuſquiſque aūt videat qūo ſuperædificet: fundamentū
enim aliud nemo ponere pōt, præter illud, quod poſitū eſt,
quod eſt Chriſtus Ieſus ioē extra de preſ. non bapt. c. veniēs.
1. q. 1. c. cū Apoſtolus, & de elect. c. fundamenta, circa princ.
lib. 6. illa igitur reformatio erit Deo accepta, regularis, iuſta,
& ſancta, atque vera, quæ ſic à vero Deo, & ſuo vero vicario
6 S. P. fuerit approbata, qui † eſt quaſi Deus in terris, maior ho-
mine, minor Deo, ſingulariſſimus Vicarius Ieſu Chriſti, vt in
c. quāto, & in c. inter corporalia, extra de transla. & d. c. fun-
damenta. §. decet. ipſe eſt ſucceſſor Petri, rector vniuerſalis ec
cleſię, director dominici gregis, ac ſpōſus eccleſię deſignatus,

vt in c. vbi periculū. §. cęterum. de elect. lib. 6. & illa debet eſ-
ſe ac talis regularitas ab eccleſia approbata, voto ſolēni Deo
7 promiſſa, quia † voti ſolennitas regularis ex ſola conſtitution
eccleſiæ eſt inuenta, vt in c. quod votum. 1. reſponſo, de vot
8 & vo. redemp. lib. 6. illud † nanque ſolū votum debet dici ſo-
lemne, quod ſolemnizatum fuerit per profeſſionem expreſ-
ſam, vel tacitam, factam alicui de religionibus per ſedē Apo
ſtolicam approbatis, vt ibid. poſt med. de quo plenè 17. q. 1.
in ſumma. §. his ita reſpondetur, cū ſeq. & ibi ēt bona glo. quę
incipit, nam ita. & 27. diſt. cap. quidam vouentes, in gloſ. qui-
dam dicuntur.

Tex. Bullę. [Nobis grata] Apoſtilla Berbegalli. nulla debet
eſſe Chriſti vicario grata, niſi illa, quæ eſt ſecundū Dei volū
tatem, quæ eſt purè regularis, ſancta, & iuſta.

Tertia Reſponſio. Nūquid parum vobis eſt, moleſtos eſſe
hominibus, q̄a moleſti eſtis Deo meo? Iſa. 7. ſic & tibi ſuffice
re debuerat moleſtare, & infeſtare fratres abſq; eo qđ mole-
ſtare p̄ſumeres prçſulatus Apoſtolici dignitatē. Filius hono-
rat prēm, & ſeruus dñum timebit. Si ergo pater ego ſum, vbi
eſt honor meus? Et ſi dñs ego ſum, vbi eſt timor meus? dicit
dñs exercituū. Mala. 1. Si ergo, nōne tu filius, & ſeruus eccle
ſię? vbi ergo honor, & timor, quē deferre debueras reueren-
terē Vnde tibi tanta prçſumptio, vt apoſtillare non verearis,
denigrando Bullam apoſtolicę poteſtatis, & auctoritati ſum-
miculminis detrahēdo. Et ſi illa reformatio Chriſti vicario,
9 grata ſit, & eſſe debeat, quæ ſit ſecundū Dei voluntatē, † quis
erit legitimus voluntatis Dei, ſtimulus mentis tuæ, an ſenſus
rationabilis ſummę ſedis? neſcis quia omne dubium arduū
pertinens ad ſalutē, ſedi apoſtolicę eſt de quibuslibet mundi
patribus referendū, & qđ ab ea declaratū fuerit, firmiter eſt
tenēdū, extra, de ſum. Tri. & fi. cath. c. 1. extra de baptiſ. & ei.
eff. c. maiores. 2. q. 6. oīs oppreſſus, 9. q. 3. cuncta per mūdum.
extra de reſcrip. c. ſi qñ. 21. diſt. c. quamuis. de ſta. re. c. 1. lib. 6.
& in proœ. 6. lib. Non ne Moyſes interpres erat voluntatis
Dei, & populo referebat. Exo. per tot. & maximè in legiſla-
tione. Exo. 20. Vnde ipſe idem Moyſes dixit populo. Ego ſe
queſter, & medius fuit inter dñum, & vos in tempore illo, vt
annunciarē vobis verba eius, timuiſtis. n. ignem &c. Deut. 5.
Moyſes, & Aaron in ſacerdotibus eius, & Samuel inter eos,
qui inuocant nomen eius, inuocabant Dominum, & ipſe
exaudiebat eos, in columna nubis loquebat̄ ad eos &c. fac.
quod not. 21. diſt. §. 1. & 66. diſt. porrò. Qui Moyſes Chriſti
perſonā gerebat. de poen. diſt. 3. inter hæc. Qui rexit in tota
vita ſua populū Iſrael. vnde & cōſtitutus eſt dñs Pharaonis,
10 Exo. 7. ſicut † & Papa dñs eſt Imperatoris. 63. diſt. tibi dño, &
c. 1. de iureiur. ī cle. qui ēt Moyſes populū iudicauit. Exo. 18.
fac. quod not. in c. per venerabilem. §. rationib. & §. ſanè, & §.
ſunt aūt. extra qui fil. ſint leg. Ad idem Deut. 17. c. ibi, ſi diffi-
cile, & ambiguum apud te iudicium eſſe proſpexeris ſubdi-
tur, ſurge, & aſcende in locum, quem elegerit dñs Deus tuus,
venieſque ad ſacerdotes letitia generis, & ad iudices, qui fue
rint illo tpe, quęreſq; ab eis, qui indicabunt tibi iudicii veri-
tatē, & facies quodcūque dixerint? qui præſunt loco, quē ele
gerit Dñs, & docuerint te iuxta legē eius, ſequeris ſententiā
eorū, nec declinabis ad dexterā, vel ad ſiniſtrā. qui autē ſu-
perbierit, nolens obedire ſacerdotis imperio, qui eo tpe mi-
niſtrat dño Deo tuo, & decreto iudicis, morieť homo ille, &
auferes malum de Iſrael, cunctuſq; populus audiens timebit:
vnde nullus deinceps intumeſcat ſuperbia. Nota verba, ſi-
11 gna miſteria: quia † excelſus dñs humilia reſpicit, & alta lōgè
cognoſcit deproſtrando. Hinc illa venerabilis dña Iudith. 9.
c. dixit. nec ſuperbi ab initio placuerunt tibi, ſed humiliū, &
manſuetorū ſemper tibi placuit deprecatio. & beata Virgo
Luc. 1. dixit. Fecit potentiā in brachio ſuo, diſperſit ſuperbos
mente cordis ſui &c. Eccl. 24. excellentium & humiliū, alias
ſuperborum & ſublimium colla virtute calcaui. Iac. 4. & 1.
Pet. 4. ſuperbis Dominus reſiſtit, humilibus dat gratiam. Vi-
deris itaque ex tali audacia non ſubeſſe, ſed præeſſe eccleſię
Dei. ſic nanque & alias pullulauit hæreſis ex arrogantia Ma-
giſtri Michelini de Ceſenis tempore Ioannis 22. quia nō hu-
militer ſe ſubmittebat determinationi eccleſiæ de pauperta-
te Chriſti & Apoſtolorum eius, ex noua hæretica grauitate
multi ſunt iam combuſti, & dediti in ruinam, & ideo Ioā. 22.
ſtatuit ſub pœna excommunicationis talia caputiola vlte-
rius a legitimis, catholicis & veris fratribus non deferri, &c.
12 Non † eſt enim tuum declarare, quæ ſit reformatio ſecun-
dum Dei voluntatem, ſed Papæ & eccleſiæ, quia non eſt diſci
pulus ſupra magiſtrum, nec ſeruus ſuper dominum ſuum, di
cit

cit Dominus legiſlator noſter, Matth. 10. tu namq. ſi Dei vo-
luntatem bene caperes, profectò magis humilis, & obediens
appareres. eſt nempe voluntas Dei bona, bene placens & per
fecta, ad Rom. 12. Vnde dicitur volũtas Dei ſanctificatio no
13 ſtra. 1. ad Theſſal. 4. non † ſufficit dicere Chriſti ſum ſeruus,
ſi non ſeruentur opera Chriſti, Matth. 7. non omnis qui di-
cit, domine domine, i. in a. capitu. ſed qui fe. v. p. m. &c. ex
quo Auguſt. dicit, voluntas † Dei eſt, quam Chriſtus fecit,
14 & docuit, humilitas in conuerſatione, ſtabilitas in fide ve-
recundia in verbis, in factis iuſtitia, in moribus diſcipli-
na, in fratribus pax, & amare in Deo quòd pater eſt, time-
re quòd Deus eſt, Chriſto nihil præponere, quia nec ip-
ſe quicquam nobis prępoſuit, quando ſe pro nobis morti
expoſuit. ſi hoc fiat, tunc fit voluntas Dei, hæc voluntas bo
na eſt incipiẽtibus, beneplacens proficientibus, perfecta per
fectis, & nihil vltra quęrentibus. Nota, quòd fundamẽtum
15 huius diuinæ voluntatis humilitas deſignatur: nam † qui
cæteras virtutes ſine humilitate congregat, tanquam qui
puluerem ad ventum portat, dicit Grego. Text. Bullę (ordi-
ni conueniens) Apoſtl. Berbeg. nulla eſt ordini conueniens,
niſi perfectę obſeruantiæ iuxta promiſſionem voti ex ſpon-
te propria, & libera voluntate promiſſa.
16 Quarta Reſponſio. Perfecta † obſeruantia regularis non
calcitrat contra dominum, nec mittit falcem in meſſem alie-
nam, ſed ſubiicit ſe maiori, pari & minori, ſicut dedit no-
bis formam Chriſtus Ieſus, ſubijciendo ſe nedum Deo pa-
tri, & virgini matri, ſed Ioanni Bapt. dicens: ſine modo,
ſic decet nos implere omnem iuſtitiam, Matth. 3. gloſſ. 1.
omnem gradum humilitatis vt ſupra ipſe namque Chriſtus
Ieſus factus eſt pro nobis obediens vſque ad mortem, mor-
tem autem crucis: propter quod Deus exaltauit illum &c. ad
Philip. 2. & meritò Deus exaltauit illum, quia omnis qui ſe
humiliat, exaltabitur: & omnis qui ſe exaltat, humiliabi-
tur, Luc. 14. & 18. Perfecta igitur obſeruantia magnum,
quid ſonat: debet namque ſequi dominum, baiulãs crucem
veræ humilitatis, & obedientiæ in abnegatione. ſui ipſius,
Matth. 16. ſi qs vult venire poſt me, abneget ſemetipſum, &
tollat crucem ſuã, & ſequatur me. & Matth. 19. ſi vis per-
fectus eſſe, vade & vende omnia quæ habes, & da pauperi-
bus, & veni, ſequere me, ſed ipſe eſt humilimus, Matth. 11.
diſcite a me, quia mitis ſum, & humilis corde. ergo & per-
fectus nullus erit ſine vera, & perfecta humilitate, & obe-
dientia: nam perfectus quiſque erit, ſi ſit ſicut magiſter eius,
17 Luc. 6. ex hoc igitur ſcire cõuenit chariſſime, quod † radix,
forma, finis, complementũ & vinculum perfectionis eſt cha
ritas, ad quam magiſter omnium Chriſtus legẽ, prophetas,
& per conſequens vniuerſa Dei documenta reduxit, dicẽs:
In his duobus mandatis ſcilicet in dilectione Dei, & proxi-
mi vniuerſa lex pendet & prophetæ, Matth. 22. radix inquã,
quia in charitate radicati, & fundati, ad Epheſ. 3. forma,
quia forma eſt, quæ dat eſſe rei, vnde & charitas dat eſſe vir
tuti perfectionis, ſine qua charitate nulla perfectionis vir-
tus poterit reperiri, prima ad Corinth. 13. & ſi habuero pro
phetiam, & nouerim miſteria omnia, & omnem ſcien-
tiam, & ſi habuero omnem fidem, ita vt montes transfe-
ram, charitatẽ autem non habeam, nihil ſum. Not. verbum,
quod refertur propriè ad verum eſſe virtutis. 2. ad Corinth.
1. formam habens ſacrorum verborum, quæ à me audiſti
in fide, & dilectione in Chriſto Ieſu. Finis dixi, quia finis p̃-
cepti eſt charitas de corde puro, conſcientia bona, & fide nõ
ficta, 1. ad Timoth. 1. inſinuans ex his verbis triplicem actũ
charitatis, videlicet declinare à malo, ex quo dicit de corde
puro facere bona, vnde conſcientia bona, & patienter ad-
uerſa tolerare. Vnde dicit, & fide non ficta &c. Comple-
mentum dixi, quia diligit, legem impleuit, & plenitudo le-
gis eſt dilectio, ad Rom. 13. Vnde & Saluator noſter ad com
plementum intendens concluſit omnia in iſto vno manda-
to, cum dixit, hæc mando vobis vt diligatis inuicem, & hoc
eſt pręceptum meum vt diligatis inuicem, Ioan. 15. cap. Vin
culũ dixi, quia hæc ſumma virtus: omnes enim cõnectit vir-
tutes & amplectit̃ virtuoſos. Vñ Apoſt. ad Epheſ. 4. Obſecro
vos vinctus in Domino, vt digne ambuletis vocatione, qua
vocati eſtis cum humilitate, & manſuetudine cum patientia
ſupportantes inuicem in charitate ſoliciti ſeruare vnitatem
ſpiritus in vinculo pacis. En chariſſime, Pones ne perfectam
obſeruantiam in caputio, ſcandalizabis eccleſiam Dei, reli-
gionem tuã & fratres tuos ex hac miſera ſuperſtitione. Vbi
humilitas? vbi manſuetudo? vbi patientia? vbi ſupportatio?
vbi charitas? vbi vnitas Spiritus? vbi vinculum pacis, &c.
Nam etſi quod maius eſt, tenemur facere pro ſalute proximi,
quãto magis, quod minus eſt: ſed maius eſt ponere animam
pro fratribus quàm caputiolum. ergo &c. Ad hoc Ioan. in ſua
1. canonica. cap. 3. dicit, in hoc cognoſcimus charitatem Dei,
quoniam ipſe pro nobis animã ſuam poſuit, & nos debemus
18 pro fratribus animam ponere. Debemus † quidem conſcen-
dere quantum poſſumus ſine peccato pro ſalute proximi. vn
de dicit Apoſtolus 1. ad Corinth. 9. Nam cum liber eſſem, ex
omnibus omnium me ſeruum feci, vt plures lucrifacerem. &
factus ſum Iudæus tanquam Iudæus, vt Iudæos lucrarer. His
qui ſub lege ſunt quaſi ſub lege eſſem, cum ipſe non eſſem
ſub lege, vt eos, qui ſub lege erant, lucrifacerem his qui ſine
lege erant, tanquam ſine lege eſſem, cum ſine lege Dei non eſ
ſem, ſed in lege eſſem Chriſti, vt lucrifacerem eos, qui ſine
lege erant. Factus ſum infirmus vt infirmos lucrifacerem, om
nibus omnia factus ſum, vt omnes ſaluos facerem, omnia au-
tem facio propter euangelium, vt particeps eius efficiar, &c.
Ex conſtat quòd poſſum me conformare in habitu religioſo,
in quo relucet aſperitas, vilitas & paupertas eo modo, quo
iam eccleſia ſancta determinat in ſtatutis. ergo, &c. nam Ni-
col. 111. in conſtitutione exijt qui ſeminat, §. licet autem. de
verborum ſignificatio. lib. 6. & Clemens V. in clemen. Exiui
de paradiſo. §. præterea. de verborum ſignificatio. in clement.
remittunt miniſtris, & cuſtodibus ſic ſuccinctè. Ioannes ta-
men 22. vt dixi plenius de longitudine latitudine, groſſitie, &
ſubtilitate, forma ſeu figura atq; ſimilibus accidẽtibus, qua-
les eſſe debeant tam habitus habituumque caputia, quàm in-
teriores tunicæ, & de omnibus concurrentibus circa veſti-
meſtimenta prædictorum miniſtrorum & cuſtodum cõſcien
tijs & determinationibus diffiniendum & terminandum, ac
fratribus omnibus obſeruand. remiſit impoſuit & ſub ex cõ-
municationis ſententia demandauit in ſua extrauagan. quæ
incipit, Quorundam exigit, &c.
Tex. bullæ, (ac chriſtiano populo fructuoſo,) Apoſt. Berba
gal. illa ſolum eſt fructuoſa quæ eſt virtuoſa, iuſta & ſancta,
& non vitioſa. Sed illa eſt tamen virtuoſa perfectè regula-
ris in obſeruantia proprij voti. hæc eſt intentio vera Domi-
ni noſtri.
Reſponſio quinta. Bona forent verba tua, ſi opera verbis
concordantiam exhiberent: quia reformatio fructuoſa de-
bet eſſe virtuoſa, iuſta, & ſancta, & non vitioſa: quare à vir-
tute, iuſtitia, & ſanctitate declinas, & ad extrema vitioſa de-
ſcẽdens perfectionis regularis obſeruãtiam turbas, & proprij
voti detruncas vinculum & connexum? Reſponde quæſo,
vouiſti ne minus obedientiam quàm paupertatem. An putas
forte, quia maior eſt virtus paupertatis quàm obedientiæ?
Tria nempe principaliter ſub vno voto ſolẽni Domino pro-
miſiſti & te ſpopondiſti perpetuo ſeruaturum, videlicet obe-
19 dientiam, paupertatem & caſtitatem. Regula † namque &
vita Minorum fratrum hęc eſt, ſcilicet, Domini Noſtri Ieſu
Chriſti ſanctum Euangelium obſeruare, viuendo in obedien
tia ſine proprio & caſtitate. Vides igitur quia ſponſio propria
tui voti obedientia eſt, quæ melior eſſe victimis explicatur.
Vnde ait Samuel ad Saul. 1. Reg. 15. Nunquid vult dominus
holocauſta aut victimas & non potius vt obediatur voci do-
mini? melior eſt enim obedientia quàm victimæ. Et Salomon
Eccleſiaſt. 4. multo melior eſt obedientia, quàm ſtultorum vi-
ctimæ, qui neſciunt quid faciant mali. Vnde Grego. 35. Mor.
hoc tractans dicit, obedientia ſola uirtus eſt, quæ mãdati cęte
ras uirtutes inſerit inſertaſque cuſtodit. melior eſt obedien-
tia quàm uictimæ. Obedientia inquit, uictimis iure præponi-
tur: quia per uictimas aliena caro, per obedientiam uerò uo-
luntas propria mactatur, idem 8. quæſtio. 1. ſciendum. & Ber-
nard. ſuper Cant. notabiliter dicit ſic. Optimum in moribus
dixerim, qui in nullo prorſus reſiſtat prioribus aut inuideat pa
ribus, aut ſubiectis in ſuperbia proſit, prælatis obediens, ſo-
ciis congruens, ſubditis utiliter cõdeſcendens, Deo deuotus,
magiſtro ſubditus, ſenioribus reuerens, moribus obtempe-
rans, angelis placens, uerbo utilis, in omnibus manſuetus, &
Ioann. Caſſiodor. in coll. Abb. Mnysi dicit. Nullo autem ui-
tio tam præcipitem diabolus monachum pertrahit ac produ-
cit ad mortem, quam cum eum neglectis conſilijs ſeniorum
ſuo iudicio perſuaſerit diffinitionique confidere. & idem Ber
nard. nec ſtudium bonæ actionis, nec otium ſanctæ contem-
plationis, nec lachrimæ pęnitentis extra Bethaniam eſſe po-

20 terunt. Berhenla†(vt noſti)domus obedientię interpretatur.
21 noli †frater noli paupertatẽ pręponere obedientiæ,quę intra
virtutes morales maxima virtutum omnium cenſetur: Nam
ex virtutibus theologicis Deo ſecundum ſe principaliter in-
hęremus. ex virtutibus autem moralibus aliquid. contem-
nimus,vt Deo inhæreamus: ſed cum nihil reperiatur in mun
do,propter Deum, contemnẽdum,præcioſius,& melius ani
22 ma,cuius † principale bonum ſecundum ſe, & quodammo-
do præcipuum eſt voluntas, quia in voluntate concluditur
gaudium & delectatio quorumcũq. appetibilium. abnegatio
igitur voluntatis propter Deum præponderat cæteris virtu-
tibus moralibus quibuſcunque:nam ex paupertate contem-
nimus bona temporalia. i.temporales, & reales diuitias, ex
caſtitate contẽnimus bona corporalia.i.propagationem filio
rum,& corporales voluptuoſas delicias,ex obediẽtia autem
contemnimus bona ſpiritualia.i. propriam voluntatem, &
23 ſic ſenſuales lętitijs,& ſic †optime correſpõdet ſtatus religio
nis ad expiationem iniquitatum mundi, quæ principaliter
tres fore noſcuntur,a quibus cæteræ quãtęcunq. deriuãtur,
quæ ſunt iſtæ,videlicet ſupbia,auaritia & luxuria,ſicut Euã.
Ioãnes teſtatur in ſua 1.canonica.2.cap.dicens: Nolite dilige
re mundum, neque ea,quæ in mũdo ſunt.ſi quis diligit mun
dum,nõ eſt charitas patris in eo,quoniam omne quod in mũ
do eſt,concupiſcentia carnis eſt. ecce luxu.& concupiſcentia
oculorum ecce auaritia.& ſuperbia vitæ. quæ non eſt ex pře
ſed ex mundo eſt,& mundus tranſit & concupiſcentia eius,
&c. ex conuerſione denique inordinata ad triplex bonum
commutabile.ſ.interius,exterius, & inferius omne peccatũ
trahit originem ſecundum concupiſcentias antedictas,& ſu-
pbiã vitę. hæ autem tres iniqtates generant cætera vitia. Vn
24 de † initium omnis peccati, ſuperbia dicitur. Ecc. 10. pro-
pter prioritatem,quia primum peccatum fuit a diabolo per-
petuum,tum propter contemptum Dei,qui in omni peccato
ineſt, & tum propter dependentiam, quia a ſuperbia om-
25 nia alia vitia naſcuntur. ſic † etiam radix omnium malorum
cupiditas ab apoſtolo deteſtatur.1.ad Thim.6. & hic propter
delectationẽ creaturæ,quę inordinatè trahit animã & auer-
tit a ſummo bono. Vnde & apoſtolus dicit,quam quidam ap
præhendentes errauerunt a fide & inſeruerunt, ſe doloribus
26 multis. luxuria† etiam ab Aug. dicitur cauſa omnis peccati.
eadem ratione delectationis &c. & Caſſi. dicit. hoc ideo e-
27 ſe,qa† carnales delectationes ſunt nobis naturales, ad quas
naturaliter proni ſumus. Vñ Greg. Gen.8. dixit Deꝰ ad Noe:
nequaquã vltra maledicã terræ pp hoĩes: ſenſus.n.& cogita
tio humani cordis ĩ malũ ꝓna ſunt ab adoleſcentia ſua. q. d.
qa tũc naturaliter pullulãt libidinoſę delectationes cum eſſe
ctu gñationis humanę.igit̃ cũ hæc tria mala debeant diligen
tiſſime euitari,nõ ſolũ quãtũ ad actũ,& conſenſum,qđ fit ꝑ
virtutes illis oppoſitas,verũ ẽt q̃tũ ad occaſionẽ,quod fit per
28 motiuũ in merito,& expediẽs ad ſalutẽ. †Sũmus.n.oĩs perfe
ctionis magr̃ nr̃ Xp̃s ad euitandũ ꝑfectè ſuperbiã vitæ cõſu-
luit abnegationẽ ſui ipſius,& ſic ſtrictiſſimã obedientiã,Mat-
th.16.ſi qs vult poſt me venire,abneget ſemetipſum, &c. &
29 Io.12.†q amat aĩam ſuã,pdet eã: & q odit aĩam ſuã in hoc
mũdo in vitã æternã cuſtodit eã,ſumendo ꝓ aĩa aĩalẽ volun
30 tatẽ. Ad † euitandã perfectè cupiditatẽ cõſuluit diſpſionem
oĩum bonorũ tpaliũ,& contẽptũ pp Deũ, & ſic ex ꝓpriati-
ſimã paupertatẽ,Matt.19.ſi vis pfectus eſſe,vade & vẽde oĩa
q̃ habes,& da paupib.& habebis theſaurũ in cęlo,ꝑ veni ſe-
quęre me.& Luc.14. Niſi qs renũciauerit oĩb.q̃ poſſedit, nõ
31 põt meus eſſe diſcipulus. Ad †euitandũ ꝑfectè luxuriã, cõſu
luit eunuchizationẽ ſpũaliter fiendã ſpontanea voluntate,&
ſic continẽtiſſimã caſtitatẽ,Matth.19.ſunt eunuchi,q de vte
32 ro mr̃is ſic nati ſunt. Et†ſunt eunuchi,q ab hoĩb. facti ſunt.&
ſunt eunuchi,q ſe ipſos caſtrauerunt pp regnũ cęlorũ.q põt
capere,capiat.hic ẽt ad excludẽdũ oẽm inordinatũ amorẽ,
& carnalẽ delectationẽ,dixit Luc.14.c.ſi quis venit ad me,&
nõ odit pr̃em ſuũ,& mr̃em & vxorẽ,& filios & fr̃es, & ſoro-
res,ad huc,& aĩam ſuã,nõ põt meus eſſe diſcipulus: & q nõ
baiulat crucẽ ſuam,& ſequatur me,non põt meus eſſe diſci-
pulus.& inf.ſic oẽs ex vobis, q non renunciat oĩb.q̃ poſſidet
33 nõ põt meus eſſe diſcipulus,& †ſic his verbis rectè,& circun-
ſpectè conſideratis. votum ꝑfectę religionis inſtituit,quo ad
obedientiã in baiulatione crucis, & odio aĩę quo ad pauper
tatem in renũciatione oĩum poſſeſſ.quo ad caſtitatẽ,in odio
34 filiorũ,& carnaliũ ꝓpinquorũ,&c. Vides†igit̃,qa nõ minus,
imo maius eſt votũ obediẽtię q̃ paupertatis,& caſtitatis. Intel

lige ſane,bonũ eſt ſal,dixit dñs, Luc.14. Multi nãq; diuites,q
nõ appoſuerũt cor ad diuitias inordinato amore ſalui facti
ſunt,vt Iob,Dauid,Ezechias,& reliquis: multi ẽt cõiugati q
nõ ſeruauerunt oĩmoda cõtinẽtiã,ſed ſolum coniugalẽ,ſalui
facti ſunt.ſed nullus vnquã inobediens diuinis præceptis fi-
naliter ſaluus extitit,qa tales non erant obligati ex voto. rñ-
deo,quia nec obediẽtiã erãt obligati,ex voto ſeruare,ſed ex
pręcepto,vñ dixit dñs Ieſus Matth. c. 19. ſi vis ad vitam in-
gredi,ſerua mandata. hi autem,qui ex voto ad tria prædi. ſci
licet obedientiam, abdicationem ꝓprietatis,& caſtitatẽ obli
gantur,non minus obligant̃,vt dixi, ad debitam obedientiã,
q̃ ad alia duo. nec minus peccant mortaliter tranſgreſſores
obedientiæ, quam paupertatis,vel caſtitatis ſuo modo. Im-
mo qđ maius eſt peccatũ inobedientię, quodãmodo compa
ratur hæreſi. primo regũ: is quaſi peccatum ariolandi eſt re-
pugnare,& quaſi ſcelus idolatrię nolle acquieſcere. Idem 8.
q.1.ſciẽdũ.in fine.vbi ſequitur,ſola eſt quę fidei meritũ poſ-
ſidet obedientia,ſine qua quis infidelis eſſe conuincitur,& ſi
fidelis eſſe videat̃, & ibi glo. Io.quod inobedientia æquipara
tur hęreſi.idem ẽt 4. q. 1. in ſumma. vbi ẽt glo. ad idem 24.
quęſ.7.non affirmamus.in eo quod loquitur de contumacia
ſchiſmatica.ad idem 81.diſ.ſi quis autem pr̃eſbyteri.ibi,pec
catum igitur paganitatis incurrit quiſquis dum ſe fidelem
eſſe aſſerit,ſedi apoſtolicæ obedire contemnit. Ex inobediẽ-
tia nanque legimus terram apertam ad deglutiendum Datã
& Abyron cum familiis, & tabernaculis,ac vniuerſis ſubſtã
tijs eorum:deſcenderuntque viui in infernum,operti humo,
& perierunt de medio multitudinis. ſed & ignis egreſſus a do
mino interfecit ducentos quinquaginta viros, qui offerebãt
incenſum,&c.vt habetur in lib.Num.16.c. Ex inobedientia
lucifer eiectus eſt de cęlo in infernum,Iſai.14. quomodo ce-
cidiſti de cę. Luc. ex inobediẽtia primus homo eiectus eſt de
paradiſo terreſtri, Gen.3.emiſitque eum, &c. ex inobedien-
tia vxor Loth conuerſa eſt in ſtatutam ſalis, Gen.19. Ex ino-
bedientia Saul eiectus eſt de regno.1. Reg. 15. abiecit te de
&c.ex inobediẽtia propheta occiſus eſt a Leone.3. Reg. 13.
ex inobediẽtia Deus oreb Moyſi ſtatuit pęnã mortis. Deut.
21.dicens,ſi genuerit homo filium contumacem, qui non au
diat pr̃is aut matris imperium,& coercitus obedire contem
pſit: appræhendent eum parentes,& ducẽt ad ſeniores ciuita
tis illius, & ad portam iudicii,dicentque ad eos, filius noſter
iſte proteruus,& contumax eſt &c.lapidibus eum obruat po
pulus ciuitatis,& moriatur,&c. Quanto magis ergo inobe-
dientia morte æterna digna eſt. Quid vltra?omnia mala mũ-
di ex inobedientia ſumpſerunt originem. Inde languor, do-
lor,ſtridor,tepor, ſterilitas,infirmitas, cęcitas,ignorantia,de-
bilitas, calamitas, ſurditas, paupertas, tribulatio, tempe-
ſtas, frigus, calor, guerra,perſecutio, liuor, plaga,percuſſio,
maledictio,mors, & quicquid mali poſſet mente cõcipi, ore
exprimi,vel ſtilo calami deſignari, omnia nociua ex inobe-
dientia nota ſunt. Vnde Apoſtolus a ſummo cõcludens om-
nia in vno,quod eſt vltimum terribilium. ſ. mors, ait ad Ro-
ma. 5. propterea ſicut per vnum hominẽ in hunc mundum
peccatum intrauit,& per peccatum mors: ita & in omnes ho
mines mors pertrãſiuit,& inſ. Si.n. vnius delicto mortui mul-
ti ſunt.& inf.ſi.n.vnius delicto mors regnauit. & inf. ſicut e-
nim per inobedientiam vnius hominis peccatores conſtituti
ſunt multi. ita & per vnius obediẽtiã iuſti cõſtituẽtur multi,
&c. Sed dices,nõ teneor obedire contra votũ,quia ſcriptũ eſt
in pſal. vouete, & reddite dño Deo veſtro: & alibi, redde al-
tiſſimo vota tua. Rñ. frater,ꝗ ex tua profeſſione tu non voui
ſti portare capuciolum,ſed vouere debuiſti deferre habitum
& capucium fratrũ minorum,formatum ſecundum determi
nation ẽ ſacroſan. Romanę eccleſiæ, ſicut ẽt longo videlicet
tempore detuliſti,&c. Tex. bullę,(ac dictũ ordinẽ reforman-
di tã in capite,q̃ in mẽbris) Apoſtil. Berbeg. ſupradicta refor
matio nullũ excipit,ſicut,& iuſtũ eſt,ſed vniuerſaliter hẽt fie
ri in capite,& in mẽbris,vt purè & ꝑfectè oẽs viuãt ſcđm re
gularẽ obſeruantiã,ſecundum quã oẽs fratres voto ſolẽni ꝓ
miſerũt dño ſp viuere oĩ tpe vitæ ſuę. Sexta Rñſio. fateor
te verũ dicere,iuxta ſupradictã ſacrã intelligẽtiã: ſed ex hoc
magis miror, ꝗ tu incæperis tm̃ bonũ tã miſerabiliter ꝑtur-
bare. Et ſi dicas,nõ ego incępi,ſed alij ꝑuerſores: dicã tibi. ꝗ
tu facis excuſationẽ Phariſęi,q dicebat,Gratias tibi ago do-
mine,qa nõ ſum ſicut cęteri hoĩum,raptores,iniuſti,adulte-
ri,velut ẽt hic publicanus, ieiuno bis in ſabbato, decimas do
omniũ,q̃ poſſideo,&c. Luc.18. Debuiſti nãq. frater, a teme-
tipſo,

tipſo incipere, vt & alij extremũ caperent, & eos poſſibiliter
inducerer ad ſalutẽ. Noſti, † quia regulari diſciplinæ parũ eſt
35 malum facere,ſed ſtude in his quę bñ agis ꝑ cuncta irreprę-
hẽſibilis apparere, vt dicit Hug.de Sãcto Victore. Certè nos
italici fratres,conati ſum⁹ diligẽter, & voluiſſemus ad vnguẽ
has ſcãs conſtitutiones inuiolabiliter obſeruare,& ſi oẽs gña
liter non ſeruaſſent, vt poſſimus ſuo tpe & corã Deo,& ho-
minib.excuſari, & allegare,ꝙ non ſtetit nec ſtat ꝓ nobis, qn
libẽtiſſimè velimus vnanimiter reformari,& cõformari ĩ ſta
tu ſalutis cũ oĩb.intendẽtib.ſaluos fieri cũ effectu.Felix q̃ po
tuerit dicere,neq; iniqtas mea,neq pctm̃ meũ,dñe,ſine iniq-
tate cucurri,& direxi,&c. Tex.Bullæ(Mãdãtes ĩ virtute ſan-
ctę obediẽtiæ,& ſub pęnis ex cõis,ſuſpẽſionis, priuatiõis offi
ciorũ,& oĩum actuũ legitimorũ,dilectis filiis gñali,& ꝓuincia
libus miniſtris,cęteriſq; officialib.fratrib.in d. ca.cõgregatis,
quatenus tibi in oĩb. pareant,& intendant, &c.) Apoſt. Ber-
begal.ſi dñs iubet quæ cõtraria nõ ſunt,vel aduerſus ſanctas
ſcripturas,ſubijciat dño ſuo ſeruus:ſi verò cõtraria præcipit,
magis obediat Spũs q̃ corporis dño.ſi bonũ eſt, qđ iubet Im
perator,iubentis exequere volũtatẽ:ſi malũ,reſpõde,obedi-
re oportet dño magis q̃ hoĩb.Hiero.in epiſt. Epheſ. Rubrica
apoſtolicę ſedis auctoritas contra ſanctorũ ſtatuta aliqd con
dere,vel mutare,nec huius quidẽ ſedis põt authoritas vbi ſu
pra Greg.Iuſtitiæ ac rõnis ordo ſuadet,vt qui à ſucceſſorib.
deſiderant mãdata ſeruari,deceſſoris ſui ꝓculdubio volunta
tem, & ſtatuta cuſtodiunt, vbi ſup. Priuilegia eccleſiarum,
& monaſteriorũ ſanctorũ pꝛum authoritate inſtituta nulla poſ
ſunt improbitate conuelli,nulla nouitate mutari, in quo tpe
auxiliante Xp̃o fideliter exequẽdo neceſſe eſt huius ſanctæ
ſedis Pontifices ꝑſeuerentẽ exhibere famulatum.diſpẽſatio
enim nobis credita eſt,& ad nr̃m reatũ tendit ſi paternarũ re
gulæ ſanctionũ nobis conſentientib.vel negligẽtib. violẽtur,
Leo Papa vbi ſup.& Greg.ſi ea deſtruerẽ, quæ anteceſſores
mei ſtatuerũt:nõ conſtructor, ſed curſor iuſtè comprobarer,
teſte veritatis voce,quę ait,omne regnũ in ſeipſum diuiſum
nõ ſtabit,& oĩs ſcientia,& lex aduerſum ſe diuiſa deſtruetur.
ibi multa decreta de iſta materia. Qui oĩpotentem Deũ me-
tuit,non cõtra euangelium nec apoſtolos,nec prophetas, vel
ſanctorũ patrum inſtituta agere aliquid vllo mõ conſentit.
Fabianus Papa in decreto. 11. qõ.3.de hoc ibi multa cap. &
illa eſt reformatio ordinis minorũ niſi iuſta, ſancta & perfe-
cta ſecundum vera iuſtitiã,& Dei voluntatẽ,& regulę purita
tem,& veritatem, quam promiſimus voto ſolemni dominũ
obſeruare omni tempore vitæ noſtræ:nec aliter poſſum ſal-
uari ſecundum ſanctorum decreta, & diuinas ſcripturas.

Septima Reſponſio. Multos tex.induxiſti,ſed indigeſti, &,
vt patebit,improuidè,qa non ad propoſitũ. videris nanq. vel
le conari ꝓbare te nõ tñ ad obſeruantiã mãdatorũ eccle. tã
bo.mem.Martini.V.& ſui pręfati legati, q̃ ſucceſſorũ ex ſo-
no verborũ text. per te allegati: incõpacte tñ, & ſine ordi-
ne. Text. nanq. per te allegatus,licèt originaliter vlũ dixiſti,
tranſumptiuè tñ 11. q.3. ſi dñs,& c. nec etiam verba ſcripſi-
ſti,vt iacẽt.Nam Hiero.& tex.decreti dicit,ſi de ea iubet quę
contraria non ſunt,vel aduerſa ſanctis ſcripturis, non ſtabit
36 in hoc.frater chariſſime cupio te ſanius intelligere† non ver-
bũ ex verbo,ſed ſenſum ex ſenſu,vt dicit D.Greg. ſup Eze-
chiel. in omilijs.& tranſumptiuè ponĩt exẽplum de verborũ
ſign. ꝑpterea.vbi ſic dicit, propterea ſi ꝓlixã epiſtolã meam
ad interpretandũ accipere te fortaſſe cõtigerit:rogo,non ver
bũ ex verbo,ſed ſenſum ex ſenſu trãſferri:quia plerũq; dum
ꝓprietas verborũ attẽdiĩ, ſenſus veritatis amittiĩ. & Hilari⁹
dicit,& trãſcribiĩ ẽt extra de verb.ſig.c.intelligentia Sequiĩ,
intelligẽtia dictorũ ex cauſis eſt.n.aſſumẽda dicẽdi, qa non
ſermoni res,ſed ſermo rei ſubiectus ẽ.& idẽ Greg.26.Moral.
& in decretis.22.q.5.humanę aures,& inſ.ſubditĩ: certè no-
uerit ille,q̃ intẽtionẽ,& volũtatẽ alterius verbis explicat,qa
nõ dẽt aliqs verba cõſiderare, ſed voluntatẽ,& intẽtionem,
quia nõ debet intentio verbis deſeruire, ſed verba intentio-
ni. & Hiero.ſuper epiſtolã ad Galat.& 1.q.1. Marti.dicit nec
putemus in verbis ſcripturarum eſſe euangelium, ſed in ſen
ſu, non in ſuperficie, ſed in medulla, non in ſermonum fo-
lijs, ſed in radice rationis. Sic ergo dico, & tu attenderem
debueras,qua mente, quaue intentione Hieron.loquatur,&
37 text. Decreti.agitur † enim ibi de obedientia non ſeruanda in
rebus illicitis,vt patet ibid.parum ſupra ea. cau.& q.§. idem
eſt,quando contra æquitatem ſententia fertur veluti quan-
do ſubditi non poſſunt cogi ad malum, ſcientes obedientiã
non eſſe ſeruandam prælatis in rebus illicitis.ſed certè bene,
ꝙ nec per.dominum Papam, nec per dominum legatũ con-

ſtrictus,es ad malũ aliquod, nec ad illicitũ in conſtitutionib.
ſuis, ergo. acquieſcere debes eorum iuſſionibus. & parere.
Et ſi te moueat ardens zelus inordinatus, vt dicas contra re-
gulam,eſt manifeſtè, vt dixiſti tam ꝑfunctoriè in 4. & 5. ca.
ibi oſtendam tibi non eſſe contra regulam,& videre te habe
re zelum regulę, ſed non ſcd̃m ſcientiam, vt dicit Apoſt. in
ſimili de iudæis,qui oſtendebant ſe tantum zelum habere in
obſeruantia legis,& paternarum traditionum,de quibus ait
ad Ro.3.c.voluntas quidẽ cordis mei, & obſecratio ad Deũ
ſit pro illis in ſalutem: teſtõnium perhibeo illis qui ęmulatio
nem Dei habent,ſed non ſecundum ſcientiam: ignorantes
enim Dei iuſtitiam,& ſuam quærentes ſtatuere,iuſtitiæ Dei
non ſunt ſubiecti.Nota chariſſime ne decipiat te fictio cor-
dis tui pro zelo caputioli, &c. Demum,vt rectius capias di-
cti decreti, inſpice textum ante immediate contiguum. ibi,
non enim ſemper malum eſt non obedire præceptis.cũ enim
Deus iubet quæ Deo contraria ſunt, tunc ei obediẽdum nõ
eſt.Itẽ 83.Hier.&c.vides ꝙ nec dñs Papa nec legatus aliud iu
bet in conſtitutionib.Deo contrarium:ergo obedire te rõde
cet.Prętera noſſe debes ꝙ verba Hier. & decreti tractãt de
obedientia ſecularium perſonarum,vt de ſeruis ſuis,ſuis do-
minus,de vxoribus viris ſuis,& de filiis parẽtib. vt patet ibi,
vbi tu forte callide textum detrũcaſti. ſequitur enim ſtatim
poſt verba per te ſcripta ſumpta de dicto c.ſi dñs:hoc ipſum,
& de ſeruis apud dños,& de vxorib. apud viros, & de filijs
apud patres,ꝙ in illis tñ debeant dñis,viris,& parentib.eſſe
ſubiecti,quæ cõtra Deũ mandata non ſunt, & ſi ꝑ ſimili ve-
lis adducere,licet negare poſſem ſimilitudinem: attamẽ ſuffi
ciat rñdere ꝙ nihil tibi mandatum eſt ꝑ ſupradictos,quod ſit
contra mandata Dei, nec ẽt eccleſię, vt claret in dictis con-
ſtitutionibus euidenter. Ad rubricam, quam allegas, Apo-
ſtolicę ſedis authoritas,contra ſanctorum ſtatuta aliquid cõ-
dere non valet. Reſpon. quòd ex tua allegatione clarius pa
ret, te male ſentire de apoſtolici culminis poteſtate, ex ore
deniq; tuo te iudicio ſerue nequã, dixit dominus Lucæ. 19.
Ant.enim malitioſe ſubticuiſti citationem, aut tali facultati
non ſtudioſè vacaſti. Induris enim authoritates ad ſaium:
tua namque rubrica deſignatur, 25. qõ.1. item Zoſimus. &
ibi cap.contra ſtatuta eorum,& ibi,iuſtitiæ ac rationis ordo
38 &c. quibus tuis allegationibus breuiter reſpondetur † quòd
ſacroſanct.eccleſ. Roma.ius,& authoritatem ſacris canoni-
bus impartiĩ, ſed eis non alligaĩ: hẽt enim ius condendi ca-
nones,vtpote quæ caput, & cardo eſt omnium eccleſiarum,
a cuius regula nemini diſſentire licet.Ita ergo canonibus au
thoritatem præſtat,vt ſe ipſam non ſubiiciat eis,&c.25.q.1.
c.his ita.& ſubditur in eo.cap.ſacri ſi quid canones ita aliqd
conſtituunt,vt ſuæ interpretationis authoritatem ſanctæ Ro
ma.eccleſię reſeruent.ipſi namque ſoli canones valent inter-
pretari,qui ius condendi eos habent. Vnde in nonnullis ca-
pit.conciliorum, cum aliquid obſeruandum decernitur,niſi
authoritas Rom.eccle.aliter imperauerit, vel ſaluo tamen in
omnibus Apoſtolica authoritate, &c.in d.c.his ita,poſt me-
dium.Tu quippe inconſideratè allegaſti argumenta contra-
ria pro concluſione veritatis ſine diſtinctione partium opor-
39 tuna.non † audiſti vocem Domini dicentis Pet. Quodcunque
ligaueris ſuper terram,erit ligatum,& in cęlis:& quodcunq.
ſolueris ſuꝑ terrã,erit ſolutum,& in cęlis,Matt.16.& 21.diſ.
quęritis.ſvbi pulchre dicit tex. ſancta Ro.eccl.euãgelica.dñi
voce,& ſaluatoris nr̃i primatum obtinuit. Tu es,inqens,Pet.
&c.& ibid.in maiorib.ſi quidẽ eſt regẽdi, & iubẽdi poteſtas:
in minorib.obſequendi neceſſitas. Noſti ẽt,quia ſoli Petro di
ctũ eſt,duc in altũ, Luc.5.ad ſignãndũ altitudinẽ poteſtatis.
24.q.1.non turbatur. ibi,& ſi alias imperatur, vt laxent retia
ſua in capturã,ſoli tñ Petro dĩ,Duc in altũ. Nõne ẽt ſoli Pe-
tro dictum eſt,vt piſcareĩ homo,Matth.17. ꝑ quod præemi-
nens iuriſdictio deſignatur.24.q.1.eſt aliud apoſtolicũ piſcã-
di gñus,quo gñe ſolũ Petrum piſcari iubet dicẽs,mitte ham-
num,&c. An ignoras,qa etiam ſibi ſoli vtriuſq. imperij iura
cõmiſſa ſunt.22.diſ.c.1.ibi, qui beato æternæ vitę clauigero
40 terreni ſimul & cęleſtis imperij iura cõmiſit.ex † hoc namque
dixit Dñs,qui non habet gladium, vendat tunicam & emat
gladiũ. At illi dixerunt, Domine ecce gladij duo hic. Luc. 22.
at ille dixit eis,ſatis eſt.& hoc totum factum eſt ad deſignan-
dam ſacroſanctam Roma. eccleſiam vtroq; gladio, ſpiritua-
li videlicet, & tpali fore ſuffultam, vt dicit gloſſ. not. in d.
cap.1.diſtin. 22.ipſe namque ſolus ſummus Põtifex hẽt ple-
nitudinem poteſtatis,ſed alij ſolicitudinis partem.2.qõ.6.de-
creto noſtro,& cap.qui ſe ſcit,ex extra de pœniten.& remiſ.
c.cum ex eo.in fi.ſtupor mundi Papa ſummis Pontif.princeps

ſacerdotũ eſt, quaſi pons & via ſequentiũ. Ipſe ſũmus ſacer-
dos & Pontifex maximus nũcupaĩ: ipſe.n. efficit ſacerdotes
atq; leuitas, ipſe oẽs ordines eccleſiaſticos diſponit. ipſe qđ
vnuſquiſq; facere debeat, oſtẽdit. Iſid. etym. lib. 7. c. 12. & hr̃
21. diſt. c. 1. ipſe ſoluit & ligat principſr. & qđ valet, facit non
valere, & ecõuerſo. extra de exceſ. pla. c. tãta. & inf. de cõceſ.
41 pb. c. cõſtitutus. ipſe † ſolus nulli ſubiacet humanæ legi. decet
tñ eũ de honeſtate iura ſeruare. ext. de ſup. neg. pla. c. licet. 11.
q. 2. puenit. facit in ſimili l. digna vox. C. de ll. & ſic intelligẽda
de pnã, ſed iurib. ſubijciẽda humanis. p quo. 25. q. 1. c. 1. vbi
Gelaſ. Papa dicit, Cõfidimus q nullus iã veraciter Chrĩanus
ignoret vniuſcuiuſq; ſinodi cõſtitutũ, qđ vniuerſalis eccleſiæ
pbauit aſſenſus, nullã magis exeq ſedẽ p cęteris oportere q̃
primã ſedẽ, q̃ & vnãquanq; ſinodũ ſua authoritate cõfirmat,
& cõtinua moderatione cuſtodit. gl. ſup verbo, oportere, opti
42 mè dicit hoc verbũ, oportet, † eſt verbum honeſtatis, ſicut po-
nitur 19. q. 1. c. 1. Papæ nanque lex indicari poteſt, ſed non po
teſt imponi, de reſcr. c. fi. lib. 6. ext. de elect. c. inootuit. ipſe q p
pe omnes iudicaturus à nemine iudicari dẽt, niſi à ſolo Deo,
40. diſt. ſi Papa. vbi dicit tex. huius culpas iſtic redarguere prę
ſumit mortalium nullus, quia cunctos ipſe iudicaturus, à ne-
43 mine eſt iudicandus, niſi † deprehendatur à fide deuius. pro
cuius perpetuo ſtatu vniuerſitas fidelium tanto inſtantius o-
rat, quanto ſuam ſalutem poſt Deum ex illius incolumitate
animaduertit propenſius pendere, & 9. qõ. 3. nemo. dicitur,
nemo iudicabit primam ſedem iuſtitiam temperare deſiderã
tem, nec ab Auguſto, nec ab omni clero, nec à regibus, nec à
populo iudex indicabitur: ſed ſi depræhenderetur in errore
fidei debet ſe ſubijcere iudino eccleſię. 21. diſtin. c. nunc aotẽ.
verſ. Marcellinus, qui compulſus à paganis ſacrificare idolis
collecto concilio, eorũ iudicio ſe ſubmiſit, qui dixerũt ei, tuo
44 ore iudica cauſam tuã, &c. vnde † & cõiter dicitur, Papa om-
nia poteſt, claue non errante, hoc eſt, quia non contra legem
Dei, non contra articulos fidei, non contra ſacra eccleſię ne-
ceſſaria, non contra bonos mores, qui ſunt de iure naturæ. 8.
diſ. quæ contra mores. & notat Tho. in 4. Sent. diſt. 17. In his
autẽ, quæ non ſunt de iure naturali, nec contra bonos mores,
vel contra fidem Chriſti, & ſacramenta, bene poteſt Papa di-
45 ſpenſare, etiam † contra auctoritatem Apoſtoli, & contra Ca
nonem Apoſtolorum. pro hoc etiam 34. diſtin. lectnr. & not.
in c. a. extra de big. quia Papa maior eſt Apoſtolo, ſicut Petr.
fuit maioris auctoritatis, quàm Paulus in adminiſtratione.
21. diſt. §. 1. Papa eum ſucceſſor Petri eſt, & hic maior Paulo.
2. q. 7. Petro. 21. diſt. in nouo. & ſic patet reſpõſio ad c. iuſtitię,
& ad c. qui omnipotentem. Vnde ſi par in parem non habet
imperium, extra de elect. c. innotuit. ff. de arbitr. l. nam & ma-
giſtratus. ff. ad Treb. l. ille à quo. §. tempeſtiuum. multo minus
habet imperiũ minor in maiorẽ, per arg. ſi de quo magis, &c.
2. Topi. probatur 24. q. 1. qñ vetus. 30. diſtin. §. 1. ergo non cre
das, q dato q beatus pater noſter Franciſ. detuliſſet caputio-
lum ſuo modo, ſit per eum lex impoſita Papæ, à qua non li-
46 ceat ſibi recedere, quia † pro varietate temporum ſicut diui-
næ leges ſunt immutatæ, ita fortius poſſunt ex cauſa immuta
ri ll. humanæ, vt in c. non debet de conſan. & affinit. videmus
47 etiam, q † Papa interpretatur, & modificat euangelium Chri
ſti, vt quia dixit Chriſtus, Quos Deus coniunxit, homo nõ ſe-
paret. Matth. 19. Sed & Papa diſiungit non ſolum coniunctos
ſolo conſenſu, vt in c. ex publico. & in c. verum. extra de cõu.
cõiu. & in c. cõmiſſum. extra de ſpõſ. pp trãſitũ ad religionẽ,
ratione maioris boni, ſed & coniunctos copula carnali cõi in-
teruenientc conſenſu viri, & mulieris cum voto vtriuſq; ſer-
uandæ caſtitatis pp ingreſſum religionis, vt in c. 1. & in c. cũ
ſis prædius. extra de conu. coniu. Quod etiam facit in fauorẽ
fidei, vt vxor vnius cognita etiam carnaliter, relicto viro infi
deli, alij fideli nubat, vt in c. gaudemus. §. pęn. extr. de diuor.

Ad c. priuilegia, & c. ſi ea deſtruerem. ſimiliter reſpõdetur,
48 † q ſine cã non debent immutari, nec conuelli, ſed iuſta inter-
ueniẽte cã poſſet immutari, augeri, diminui, modificari, & in
totum tolli. vt 25. q. 4. c. his ita, vbi ſequitur rñſio ad oĩa con-
traria ſic. his ita reſpondetur, ſancta Ro. eccleſia ſua auctorita
tate congregata, valet diſiungere, & diſiunctum congregare
rõnis tñ æquitate conſiderata, vñ vel pietatis, vel neceſſitatis
intuitu ſemel à ſe conceſſa valet vel in totũ, vel in partẽ com
mutare, pro neceſſitate nanq; corrigendorũ viriorũ, priuile-
gia multarũ eccleſiarũ vel imminuuntur, vel penitus immutã
tur, ſiue ſpecialiter, ſiue gñaliter, iux. illud. priuilegium oĩno
merẽ amittere, q pmiſſa ſibi abutitur poteſtate, & ea. cau. &
q. c. ſi. circa fi. ver. vñ datur intelligi, q ea quæ de iure vniuſcu
iuſq. eccleſiæ vel neceſſitatis, ſicut peregrinis, vel pietatis in-
tuitu, ſicut religioſis domib. ob quietẽ religioſæ conuerſatio-
nis cõceſſa ſũt, phibeãr pperuo poſſideri, vel potius de vniſ-
que intelligendũ eſt, videlicet, vt ſicut neceſſitatẽ patiẽtes, ne-
ceſſitate ceſſantẽ bñficijs renũciare coguntur, q̃ eis miſeratio-
nis indultu intuitus, ſic religioſè viuẽtes, cũ a religione ceſſa
uerũt, priuilegijs exuunĩ, q̃ religioſa conuerſatio meruit, &c.

Ad illud vltimum ſuper bullam quod dicis. nulla eſt refor-
matio ordinis, &c. Reſpondeo, q ex abundantia cordis os lo-
quitur, Mat. 12. Tu vere meo voto cõcordas, tu me lętificas,
ſpũalia verba reſonans, iuſta, ſancta, & perfecta ſcđm verã iu
ſtitã & Dei voluntatẽ, & Regulę puritatẽ, & veritatẽ quam
promiſimus, &c. Vtinã ſaperent, & intelligerẽt, ac nouiſſ. ma
puiderent, oẽs deferẽtes habitũ religionis ſeraphici patris nñi
Frãciſ. Quantũ precioſum effectũ cõtinent verba tua, & iux
ta eorũ effectũ diſponerẽt uitã ſuam, ſi (p q a) iuſta dẽt eſſe re
49 formatio, ſcito q a † iuſtitia magis alijs q̃ ſibi pdeſt, & vtilita-
tes ſuas negligit, cõia emolumẽta ppoñẽs, Amb. in lib. de Pa
50 radiſo. [Si ſancta,] cogita q † ille ſanctè & iuſtè viuit, q rerum
integer ęſtimator eſt, ipſeq; ordinatã hẽt charitatẽ, ne aut dili
gat qđ nõ eſt diligendũ, aut nõ diligat, qđ eſt diligendum, aut
amplius diligat. qđ minus diligendũ eſt, aut minus diligat, qđ
amplius diligendũ eſt, aut minus, aut amplius diligat qđ ęque
51 diligẽdũ eſt, Aug. de doct. Chriana. [Si pfecta] nemo † pfectus
eſt, q pfectior eſſe nõ appetit, & in eo pfectiorẽ quiſq; ſe p-
dat, quũ ad maiorẽ tẽdit pfectionẽ, Bern. in quadã epiſt. Hęc
.n. in hoĩb. eſt ſola pfectio, ſuę impfectionis cognitio. Hier. in
epiſtola ad Theſiſontem. [Si ſecundum veram iuſtitiam] no-
52 ueris, † quòd vera iuſtitia eſt reddere vnicuique quod ſuum
eſt, Deo obedientiam, ſuperiori reuerentiam, pari concordiã,
minori diſciplinam, tibi ſanctimoniam, inimicis patientiam,
miſeris compaſſionem operoſam, Aluinus gloſſa Matth. 5. d.
iuſtitia eſt reddere vnicuique quod ſuum eſt, ſibi, proximo, &
Deo, hoc eſt vt ſibi reddat miſeriam, proximo miſericordiã,
Deo, & honorẽ & gloriã, (ſi ſecũdum Dei voluntatem) ſubie
cti eſtote omni humanæ creaturæ propter Deum, ſiue Regi
quaſi præcellenti, ſiue Ducibus tanquam a Deo miſſis ad vin-
dictam malefactorum, laudem verò bonorum, quia ſic eſt vo-
luntas Dei, vt benefacientes obmuteſcere faciatis imprudenn-
tiam hominum, ignorantias, 1. Pet. 2. (ſi ſecundum regulæ pu
53 ritatem, & veritatem) memẽto quia † puritas quaſi pura ętas,
ſonat nos debere effici ſicut paruuli, Matt. 15. Amen dico vo-
bis, Niſi conuerſi fueritis, & efficiamini ſicut paruuli, non
intrab. in reg. cęl. Quicunque ergo humiliauerit ſe, ſicut par-
uulis iſte, hic eſt maior in regno cęlorum, & q ſuſceperit vnũ
paruulum talem in nomine meo, me ſuſcipit, qui autem ſcan-
dalizauerit, &c. (& ſi ſecundum veritatem) recole illud Greg.
54 in Moral. bonorũ † mẽs quò duriora p veritate tolerat, eò ęter
nitatis pmia certius ſperat. oĩa iſta pmiſimus, oĩa poſſibiliter
55 obſeruemus, q dedit pmittere, det & obſeruare: † nõ.n. ſuffi-
ciẽtes ſumus cogitare aliquid a nobis, quaſi ex nobis, ſed ſuffi
ciẽtia nña ex Deo eſt. 1. ad Cor. 3. nec aliter poſſumus ſaluari,
niſi Dñs dederit, vt ſaluemur. Io. 15. ſine me nihil poteſtis face
re Faciam⁹ igĩ nos qđ nñm eſt, & ſperemus in eã q̃ offert no-
bis, grãm, ĩ reuelationẽ Ieſu Chri, quaſi filij obediẽtię, nõ cõ-
figurati priorib. ignorãtię deſiderijs. 1. Pet. 1. operemur itaq. poſ
ſe tenus cũ metu, & tremore nñam ſalutẽ, & bñ intelligamus,
qm Dñs: eſt.n. q o paĩ in nobis, & velle, & pficere p bona vo
lũtate. ad Phili. 2. vt nõ de cõdigno, ſed de congruo iuſtificati
gratis p grãm ipſius ſalui ſimus, ad oñſionẽ iuſtitię eius ĩ hoc
tpe, vt ſit ipſe iuſtus, & iuſtificans eũ, q ex fide eſt Ieſu Chriſti,
ad Ro. 3. nos aũt cũ fecerimus oĩa, q̃ pcepta ſunt nobis, dica-
mus, ſerui inutiles ſum⁹, qđ debuimus facere fecimus. Lu. 17.
Tex. prologi. (Ioã. &c. reformator ord. minor. ſrm, ac legatus
a latere cũ plena ptãte, &c. Apoſt. Berbag. Dñs Card. hic cõti-
teĩ ptãtẽ ſibi cõceſſam a Dño nño, q̃ eſt reformatio regularis
iuſta, & ſancta ſcđm Deũ, vt ſup. dict. eſt, & nõ alia, nec aliter,
q a ſi aliter fecerit, nõ uſus eſt ptãte Papali, q a nulla talis ſibi
cõceſſa eſt, nã ſi aliquid cõtra regularẽ puritatẽ, & veritatẽ fe
cerit, ſua vtiĩ volũtate, & ptãte, ad quã nullo modo tenemur,
niſi fuerit regulata, ſicut prædictum eſt auctoritate Papali.

Reſpon. octaua, miror te prudentẽ noĩe virũ, doctũ vt aſſe-
56 rũt, & peritũ, taliter iterpꝛtari ſermones. ordo, ſi noſti, cõtinet
ſub ſe plura, q a ordo eſt pariũ diſpariũq; rerum ſua cuiq; tri-
buens diſpõ: vnde ordo propriè dr̃, cũm diuerſarũ rerũ una-
quęq. proprium tenet locũ, ut no. Arch. 10. q. 1. decreuimus.
48. diſtinct. c. fin. & de conſ. diſtinct. 2. c. in Chriſto. poſt 3. col.
cum dicitur, ergo reformator ordinis Minorum, unde iuxiſti
qđ eius auctoritas tam efficaciter ad regulam reſtringatur,
q ſi aliter fecerit, nullo modo teneamur: quia non habet hoc

ex auctoritate papali, quid igitur ſonant verba Papę in bulla
cùm dicunt, nos.n.tibi diligendi, diſponendi, ſtatuendi, præci-
piendi, mandandi, &c. Quid Papa ſubinfert, omniaq; alia, &
ſingula faciendi. quid etiam ſubinfert quatenus tibi in omni-
57 bus pareant, & intendãt, verba † namq; cum effectu accipien
da ſunt, vt aliquid operentur, extra de cler.non reſid.c.relatũ.
& de pęn.diſt.1.c.hæc autem verba. pone ergo cuſtodiam o-
ri tuo, & oſtium circũſtantiæ labijs tuis, ne declinet cor tuum
in verba proterua.

Tex.prologi.[non eſt nouum ſi pro rerum, ac temporũ exi
gentia leges innouentur humanæ, &c.] Apoſtilla Ber bag.ani-
mal autem, quod immolari poteſt domino ſi quis nouerit ſan-
ctum eſt, & mutari non poterit. i. nec melius malo, nec peius
bono, quod ſi mutauerit, & ipſum quod mutatum eſt, & illud
pro quo mutatum eſt, conſecratum erit Domino. Leuit.vlt.c.
ſi ergo animal non poteſt mutari, quomodo anima cũ ſit ma-
ioris valoris, poterit mutari, & frangere votũ quod Deo pro-
ordinatus, & formatus authoritate eccleſiæ, ergo qui aliter deferet q̃ eccleſia ordinauerit, poteſt per prædicta apoſtata iudicari.faciũt ẽt no.in c.vnico.de religio.dom.lib.6. In habitu q̃dẽ religionis cuiuſcũq; maxima vis ordinis cõſiſtit, dicit gl. no.16.q.1.c. presbyteros. ĩ fi.gl. Vnde ſicut monachus relinquens habitum monachorum, eſt excommunicatus ipſo facto, vt in d.c. vt periculoſa, ita monachus qui cooperit habitum ſuæ religionis cum habitu clericorum ſecularium, vel ſimilium, vt not. gloſ. in clemen. ſecunda.de vita, & honeſta. cler.& in reg.certum.de regu.iur.lib.6. in mercur.nam portantes habitum alienæ profeſſionis, etiam iocoſo modo, ſunt exilio puniendi, vt not.gloſ.in c.tuarum.ſuper verbo, ſignatos, quæ incipit, per hoc patet, in fine gloſ. extra de priuileg. & not.in cap.Deus qui. extra de vita & honeſt. cler. & tales etiam ſunt infames, vt in l.nimę.C.de epiſco.audien. & no. in Authen.de ſanctiſ.epiſco.§.fina.coll.9.etſi doloſe fecerint tanquam falſarij puniuntur, vt in cap. 2. & in c. ad falſariorum. extra de crim.fal.& not.gloſ.in d.cap. tuarum. Multos equidem hoſtis antiquus decipit palliando vitia ſub ſpecie virtutum, & tales ſic decepti raro conuertuntur, quia ſe peccaſſe non credunt, vt dicit B. Grego. 32. lib. moral. cap. 15. Reuertere igitur ad cor tuum, & habitum tuæ religionis, quem ſancta mater eccleſia iam formauit, reſumere non ſe pudeat reuerenter, humiliter & deuotè. text. conſtitutionis. Quoad quartum capitu. quòd fratres non recipiant pecuniam, ſtatuimus & ordinamus, iuxta declarationem Nicola. 3. & Clemen.5. quod quilibet conuentus ſiue locus habeat ſuum procuratorem, œconomum, ſindicum & actorem, cui omnes eleemoſinę pecuniariæ & aliæ quæ ad pecuniam reduci poſſunt integraliter aſſignentur, qui eaſdem diſpenſare valeat legaliter & fideliter, in reparatione conuentuum & locorum, aliaſque neceſſitates fratrum pro tempore occurrentes. &c.

Apoſt.Berbag.contra regulam eſt manifeſtè.

83 Reſponſio.Qui† citò agit, ad pœnitentiam properat. dicit Seneca, & not.glo.50.diſt.ponderet.& Ioan.And. in cap. cũ nobis, ſuper verbo, cito.dicit, nulla res poteſt eſſe eadem feſtinata & examinata.& Iac.dicit, in 1.c.ſuę canonicæ, ſit omnis homo velox ad audiendum, tardus autem ad loquendum, &c.ſatis fuiſti velox, præcipitator ſententiæ ſine cauſę cognitione & diſcuſſione veritatis. Cito iudicaſti abſque indagine, fulminando contra c.Deus omnipotens. 2.q. 1. exiſtimo voluiſti dicere, contra regulam eſt manifeſte, ex eo quòd regula dicit in 4.c.præcipio firmiter fratribus vniuerſis, vt nullo modo denarios vel pecuniam recipiant per ſe, vel per interpoſitam perſonam. Conſtitutiones dicunt quod eleemoſinæ pecuniariæ & quæ ad pecuniam reduci poſſent, aſſignentur procuratori ergo per interpoſitam perſonam, ergo

84 contra regulam. Reſpondetur† quod ſuppoſitum eſt falſum, quia procurator prædictus non eſt perſona interpoſita fratrum, ſed verorum dominorum, puta donantium vel facientium eleemoſinam, quouſque pecunia ſit conuerſa in neceſſitatem fratrum vel locorum vtilitatem. hoc etiam de iure ciuili & communi comprobatur, quia dicit lex, rem in bonis nſis habere intelligimur, quoties poſſidẽtes exceptionẽ, aut amittentes ad recuperandam eam actionem habemus. ff. de acqui.rer.dom.l.rem in bonis. Et ſi dicas, quòd donans intẽdit ſe ſpoliare dominio: reſpondetur quod non aliter verum eſt, niſi per modum licitum fratribus. Fratres autem non intendunt, nec conſentiunt quod ab aliquo recipiatur pecunia tanquam ſua, nec quod eis poſſeſſio acquiratur, quæ ſine conſenſu nunquam acquiritur. ff. de acquir.poſſ. l. poſſeſſio, adeo quod ſi pecunia tranſiret per mille manus & vltra, antequam expenderetur in vtilitatem fratrum, illud eſt de vltimo quod de primo cenſendum, cum nullus transferat pluſquam habeat. ff. de acquiren.rer. dom. l. traditio, cum ſimil. Vnde ad omnem ambiguitatem tollendam & omnem ſcrupulum conſcientiæ remouendum, ille qui eſt ſupra regulam,

85 .ſ.ſummus Pont. Greg.ix. intẽdens† hoc declarare ſtatuit in ſua conſtitutione quæ incipit, quo elongati a ſeculo. §. item cum in eadem, ſic videlicet. Item cum in eadem regula ſit inhibitum, ne fratres recipiant per ſe, vel per alios denarios, vel pecuniam vllo modo & ipſum hoc in perpetuũ obſeruare deſiderent certiorari requiſiuerint. Si aliquibus timentib. Deum fideles aliquos, per quos ipſi ſubueniant neceſſitatibus eorundem ſine offenſione regulæ audeant præſentare ac ad fideles eoſdem pro neceſſitatibus ipſis recurrere ſecura conſcientia, cum denarios aut pecunias eos noueriũt accepiſſe, quos tamẽ denarios vel pecuniam authoritate propria non intendent facere conſeruari, nec nomine depoſiti exigere ab eiſdem, ſuper quo duximus reſpondendum, quod ſi rẽ ſibi neceſſariam velint fratres emere vel ſolutionem facere pro iam empta, poſſunt vel p̃ nũciũ eius a quo res emitur vel aliquem alium volenti ſibi eleemoſinam facere, niſi ijdem per ſe vel per proprios nuncios ſoluere maluerint præſentare, qui taliter præſentatus à fratribus non eſt eorum nuncius, licèt præſentetur ab ipſis, ſed illorum potius, quorum mandato ſolutionem facit, ſeu recipientis eandem. Idem tamen nuncius ſoluere ſtatim debet, ita quod de pecunia nihil remaneat penes eum. Si verò pro alijs imminentibus neceſſitatibus præſentetur, eleemoſinam ſibi commiſſam poteſt ſicut dominus conſeruare, vel apud ſpecialem vel familiarem amicum fratrum deponere per ipſum loco & tempore pro ipſorum neceſſitatibus ſicut expedire viderit, diſpenſandam, ad quem etiam fratres pro huiuſmodi neceſſitatibus poterunt habere recurſum, maxime ſi negligens fuerit, vel neceſſitatem ignorauerit eorumdem, &c. Hæc Greg.ix. qui fuit D. Oſtienſis protector ordinis in vita B. Franciſci de quo cãtamus. Cœpit ſub Innocentio curſumque ſub Honorio perfecit glorioſum, ſuccedens his Gregorius magnificauit amplius miraculis famoſum. Hunc ſanctus prælegerat in patrem, quando præerat eccleſiæ Minori: hunc ſpiritu prophetico prẹuiſum apoſtolico prædixerat honori. hoc & declarauit Innocen. IIII. in ſua conſtitutione quæ incipit, ordinem veſtrum, & dicit ſimilia verba, addens ibi, vbi Gregorius dicit rem ſibi neceſſariam, Innocen. addit, vel vtilem, ſicut dicit etiam quod poſſit fratres ad depoſitarium, vel nuncium talem pro ſuis neceſſitatibus, vel commoditatibus habere recurſum. ſubdit etiam dictus Innocen. Nec fratres per ſe, vel per interpoſitas perſonas denarios vel pecuniam recipiunt, &c. Hunc etiam paſſum optimè declarat Nicol. III. in ſua decretali, exijt qui ſeminat, extra de verb.ſign. lib. 6. in §. cæterum. in fin. cuius §. dicit. Ad maiorem autem prædictorum omnium claritatem hac in perpetuum valitura prouiſionis ſerie declaramus, quod fratres prefatis modis, vt prædicitur circa pecuniam inſuper portandis eorum præteritis & ingruentibus eorum neceſſitatibus obſeruatis, non intelliguntur nec dici poſſunt per ſe, vel per interpoſitam perſonã pecuniam recipere contra regulam vel profeſſionis ſui ordinis puritatem, &cæt. in ſeq. §. in fin. dixit, quod ſemper quando pecunia fratribus ipſis mittitur vel offertur, niſi expreſſe permittente vel offerente aliud exprimatur prædictis modis prorſus intelligatur oblata & miſſa &c. hoc idem dicit Clemens V. in ſua clem. quæ incipit, exiui de paradiſo, §. porrò. de verb. ſignifi. per hęc verba videlicet. Porrò cum dictus ſanctus volens dictos fratres ſuos ſuper omnia à denarijs vel pecunia eſſe totaliter alienos, præcepit firmiter fratribus vniuerſis, vt nullo modo denarios, ſeu pecuniam recipiant per ſe vel per interpoſitam perſonam, iſtumque articulum declarans idem prædeceſſor noſter caſus & modos poſuerit, quibus ſeruatis a fratribus non poſſunt dici, nec debẽt per ſe, vel per alium pecuniæ receptatores contra regulam vel ſui ordinis puritatem, dicimus fratres teneri cauere ſummopère quod pro alijs cauſis & ſub modis alijs quam ponat dicti prędeceſſoris noſtri declaratio addentes pecunias ſiue deputatos nuncios non recurrant: ne ſi ſecus ab ipſis attentatum fuerit tranſgreſſores pręcepti & regulæ merito poſſint dici. Præterea conſtat quod ad maiorem declarationem & ſerenitatem mentium profeſſorum huius almæ religionis & ad ſecuriorem cautelam ſancta Romana eccleſia omnium bonorum prædicto ordini conceſſorũ tam mobilium quam immobilium ius, proprietatem & dominium ad ſe dicauit, ſuſcepit & immediate pertinere decreuit, vt patet in multis authenticis ſcripturis ſacroſan. Rom. Eccleſiæ, pro quarum certiori teſtimonio fide digno hic aliqua inſerunt, & primo Innocen. IIII. in ſua declaratione ſuper regulam ordinis noſtri, quæ incipit, ordinem veſtrum illo proſequentes affectu, in §. & licet in eadem, & in §. ſeq. & ſubſeq. qui incipit, dicimus inſuper, de prædictis tractãs concludit vt ſupra. Et quo ad iſtum paſſum de dominio & proprietate ſic dicit. Dicimus inſuper, quod cum in ipſa regula contineatur expreſſe, quod fratres nihil ſibi approprient, nec domum, nec locum, nec aliquam rem, nec in communi, nec in ſpeciali debent proprietatem habere, ſed locorum & domorum ac vtenſiliũ

ei li-

et librorum & eorum mobiliũ, quę licet habere ordo vſum habeat & fratres ſecundum, quod generales vel prouinciales miniſtri diſponendum duxerint, his vtantur, nec vendi debent loca domus vel mobilia huiuſmodi ſeu extra ordinẽ commutari, aut alienari quoquo modo aliquibus perſonis ad uſum fratrum donata, vendita, permutata ſeu quoquo iuſto modo conceſſa vel translata ſint vel fuerint, niſi apoſtolica ſedes vel eccleſiæ Romanę Cardinalis, qui pro tempore fuerit ordinis gubernator generali, ſeu prouincialib. Miniſtris authoritatem ſuper hoc præbuerit, vel aſſenſum, cum tã immobilium quam mobilium huiuſmodi ius, proprietas, & dominium illis ſolum exceptis, in quibus expreſſe donatores, ſeu translatores ſibi proprietatem & dominium reſeruaſſe conſtiterit nullo medio ad eccleſiam ipſam ſpectent. Cui domus & loca prædicta cum eccleſijs cęteriſq; ſuis pertinentijs, quæ omnia in ius & proprietatem B. Petri ſuſcipimus omnino tam in ſpiritualibus, quàm in temporalibus immediatè ſubeſſe noſcuntur, de vilibus autem mobilibus vel parum valentibus liceat fratribus pietatis, ſeu deuotionis intuitu, vel pro alia honeſta & rationabili cauſa obtenta ſuper hoc prius ſuperiorum ſuorum licentia, extra ordinem alijs elargiri. iſta ſunt verba prædicti Innoc. ſuper noſtro propoſito. hoc idem etiam declarauit & terminauit. Alexan. IIII. qui confirmans prædictam declarationem Inno. IIII. hic dicit, cum tam immobilium quam mobilium huiuſmodi ius proprietas & dominium, illis ſolum exceptis, in quibus expreſſe donatores ſeu translatores ſibi proprietatem & dominium reſeruaſſe conſtiterit nullo medio ad eccleſiã ſpectent, cui ſoli fratres domos & loca prædicta cum eccleſijs cæteriſque ſuis pertinentijs, quæ omnia in ius & proprietatem B. Petri ſuſcipimus, a cuiuslibet alterius iuriſdictione illa penitus eximentes tam in ſpiritualibus, quam in temporalibus decernimus ſubiacere, &c. Iſte idem etiam Alex. 4. hoc etiam firmat in quodam ſuo priuilegio, quod incipit, ex parte veſtra fuit propoſitum, & c. in quo cõcedit prælatis ordinis per procuratores deputatos vendere ipſorum venditorum bonorum, eccleſijs duntaxat exceptis, pretium & aliorum locorũ, ad quæ dicti fratres ſe transferunt ędificationem ſeu in alias eorũ vtilitates conuertere, ſubdẽs, cum ipſa priora & alia loca fratrum ad nos & apoſtolicam ſedem ſpecialiter pertinere noſcantur, & c. Hoc idem ẽt Greg. X. refirmauit in quibuſdã litteris decretalib. epiſtolis deſtinatis Caroli regi Sicilię, quarum tenor incipit, Dum ad noſtram notitiam, &c. in quib. litteris arguit ſeueritatẽ ſuã, ex eo ꝙ ſuus iuſtitiarius ſpoliauerat fratres ordinis violenter & eiecerat de poſſeſſione cuiuſdam loci in ciuitate Neapolitana, cuius loci & eccleſiæ vocabulum erat Sancta Maria de Palaio, ſubdens, ſed ne nos exceſſum tã reprobum patiẽter ferre vel leuiter ac diſſimulatoriè velle tranſire forſitan opineris, nolumus te latere tantam huiuſmodi horrendam inſolentiam grauiorem nobis occurrere quanto pariter in res eccleſię Rom. occupatrices manus idem iuſtitiarius inieciſſe. Scire nanque debes ꝙ ordo fratrum Minorum humilitati deditus & paupertati rẽ & nomen proprietatis abiecit, & q̃cquid eis obuenire dignoſcitur ipſo facto in noſtrum & eccleſię Rom. tranſire dominium peribetur, &c. hoc ẽt ſtatuit Nicol. III. in ſua decretali, quę incipit, exijt q̃ ſeminat, ſituata in tit. de verb. ſig. lib. 6. in §. ad hæc, ſic dicens: ad hæc cũ fratres ipſi nihil ſibi in ſpeciali acquirere vel eorum ordini poſſint, nec etiã in communi, & cum aliquid ꝓ Deum ipſis offertur, conceditur vel donatur, ea ſi ſecus non exprimat offerentis concedentis vel donãtis veriſimiliter fuiſſe credatur intẽtio vt rem huiuſmodi oblatam conceſſam, vel donatam perficere concedat donet & offerat ab ſe abdicere ac in alios transferre cupiat ꝓ Deum, nec ſit perſona in quam loco Dei congruentius huius rei dominium transferatur quam ſedes præfata vel perſona Romani Pontificis Chriſti vicarij, qui pater eſt omnium & fratrum minorum nihil ſpecialis nec talium rerum ſub incerto iudicatur eſſe dominium, cum patri filius ſuo modo ſeruus dño & monachus monaſterio res ſibi oblatas conceſſas vel donatas acquirant omnium vtenſilium & librorũ, ac eorum mobilium præſentium & futurorũ quæ & quorũ vſum facti ſcilicet ordine vel fratribus ipſis licet habere proprietatem & dominium quod etiam felicis recordationis Innocẽ. Papa IIII. prædeceſſor noſter feciſſe dignoſcitur in nos & romanã Eccleſiam de apoſtolica auctoritate præcipimus & ad nos & ipſam eccleſiam plene & libere pertinere hac præſenti conſtitutione in ꝑpetuũ valitura ſancimus & c. de hac materia plene tractat dictus Nicolaus in dicta decretali a §. porrò vſque ad §. verum & c. Preterea ẽt ad clariorem demõſtrationem S. R. Eccleſia ẽt ordinauit, & ꝓcedit de dictis prioribus, de q̃bus in ipſis cõſtitutionib. fit mentio, & primò præfatus Innoc. IV. intitulans ſuas lr̃as generali, & prouincialibus miniſtris ſic exorditur: Quãto ſtudioſius diuinæ contemplationi vacatis, dño famulando, tanto quieti veſtrę lib̃ẽtius ꝓuidemus, ne pedes, quos lauiſſe videmini, affectu & effectu, oĩa relinquẽdo, cogamini (quod abſit) iterum inquinare. cũ.n. ſicut lecta nobis veſtra petitio cõtinebat de rebus omnibus ordini veſtro conceſſis, vel in poſterum concedendis per vos ipſos, prout exigit frequenter neceſſitas iuxta veſtri ordinis inſtituta, diſponere nequeatis, nec velitis pro conſcientiarũ veſtrarũ puritate ſeruanda, ne vobis odioſa vagandi materia tribuatur, ſi oporteat vos ſemper ad ſed. Apoſtolicã, ad quã rerũ ipſarũ ſpectat proprietas, habere recurſum. nos quieti dicti ordinis, & neceſſitatibus veſtris paterna volẽtes ſolicitudine prouidere pręſentiũ vobis auctoritate concedimus, vt ſingulis veſtrum liceat in prouincijs ſibi cõmiſſis per ſe, vel per alios fratres ſuos, quibus id dixerint cõmittendũ, cõſtituere aliquos viros idoneos, Deum timentes, q̃ pro locorũ indigentia, ſingulorũ res huiuſmodi tam cõceſſas, q̃ ẽt concedendas auctoritate noſtra petere, vendere, commutare, alienare, tractare, expendere, permutare, ac in fratrum vſum conuertere valeant ſecundũ diſpoſitionem veſtrã pro neceſſitatibus, vel cõmodis fratrum ordinis memorati, ſicut vobis pro loco, & tempore videbitur expedire. liceat etiã vobis eoſdem viros ſic conſtitutos à vobis, remouere, alioſque ad præmiſſa exequenda ſine difficultate aliqua ſubrogare, quotiens videbitur oportunum &c. Deinde Martinus IIII. largiores litteras deſtinauit in his verbis videlicet: Martinus epiſcopus ſeruus ſeruorũ Dei dilectis filijs generali, & prouincialibus miniſtris, ac ẽt cuſtodibus vniuerſis ordinis fratrum minorũ, ſalut. & Apoſtolicã benedictionẽ. Exultãtes in Dño ꝙ veſtri ſacri ordinis profeſſores in Dei beneplacitis confirmati promptitudine deuotionis, & operis, illius ſtudeat imitari veſtigia, eiuſque vias ſummopere cuſtodire, qui deſcendens à patre luminũ, & formam ſerui accipiens, ſe in laudis ſacramentum placabilem hoſtiam immolauit, cogitare inducimur honeſta remedia, quibus dicti ordinis pura obſeruantia in ſui vigore ſeruetur, ijdemque fratres, qui pro nulla re tẽporali poſſunt in iudicio experiri, excluſis quibuſcũq; ſolicitudinibus libentius, & quietius diuinis vacẽt obſequijs, & offerentium, donantium, concedentium, aut in vltima voluntate relinquentium ordini prædicto vel fratribus aliquid propter Deum, pia intentio non fraudetur. Sicque nos ſolicitudini, qua prædictus ordo pro ſuis neceſſitatibus, quoties ingrueret neceſſitas, vel vtilitas ſuaderet recurrere ad Rom. eccleſiã vrgeret ad quã omniũ rerũ mobiliũ & immobilium, quib. fratres vti poſſunt ius, proprietas & dñium nullo medio ſpectat, penſata incommoditate vel difficultate, quæ per hoc ingeri poſſet fratribus ſupradictis, benignius indulgentes. Volentes quoq; hæredũ & executorũ negligentijs obuiare, vt fratres ſecundũ modos licitos & cõgruos ipſi ordini relictis ſibi in teſtamentis eleemoſinis nõ fraudentur, ac ſperãtes ꝙ his, quę pro ſtatu proſpero dicti ordinis agenda fuerint, per vos eo ſalubrius & vtilius conſulatur, quo maiori fueritis in hac parte authoritate muniti diſcretioni veſtrę, de qua plenam in domino fiduciam obtinemus ſpecialem perſonas cõi non ſint de ipſo ordine nominandas pro locorum indigentia ſingulorum, quas perſonas per vos taliter nominatas in his adminiſtrationem legitimam & generalem & liberam gerere & ipſos veros & legitimos adminiſtratores, economos, ſindicos & actores eſſe de plenitudine poteſtatis præſentium auctoritate conſtituendo decernimus, qui res ipſas & rerũ prædictarũ pretium & prędictas eleemoſinas nomine dictæ eccleſię recipiant per eoſdẽ in fratrũ ipſorum vtilitatem, prout eis licet ex regula vel declaratione regulariter conuertenda: ſicut & quando à te fili generali & ſingulis alijs veſtrũ in prouincia, vel cuſtodia ſibi decreta, vel ab eiſdem fratribus, de aſſenſu veſtro extiterint requiſiti, ac eędem perſonæ petẽdi, exigendi, recipiendi, alienandi prædicta: tranſigẽdi quoque & paciſcendi, conueniendi, compromittendi, remittendi, refutandi, quietationem faciendi, agendi & defendendi, ac in animas ipſorum de calumnia & veritate dicenda iurandi, & cuiuslibet alterius generis iuramentum præſtandi cum illis & cõtra illos, qui huiuſmodi res mobiles & immobiles ac pretium earũ, vel relictas eleemoſinas fratribus in teſt miſẽt

occu-

occuparent, vel violenter auferrent, ſiue contra voluntatem
fratrum quolibet detinerent. & generaliter in oībus cauſis
pro rebus, & locis huiuſmodi ad eccleſiam ipſam ſpectantib.
ipſorũ fratrum vſui conceſſis, nec non pro immunitatibus, li-
bertatibus, iuribus ac priuilegijs, & indulgentijs eorundem ſi-
ue cuiuslibet ſatisdationis, & cautiuuis onere plenam, genera
lem, & liberam habeant authoritate apoſtolica in iudicio, &
extra iudicium poteſtatem, reuocãdi quoque perſonas eaſdẽ
& earũ quamlibet ac alias eis ſubrogandi, vel nominandi per
ſupradictum modũ nominationis quoties opportunũ fuerit,
qui eundem in prædictis, vel ſimile ptãtem habeant plenã, &
liberam concedimus authoritate præſentiũ facultatem, &c.
Hoc idem etiam ſtatuit, confirmauit, & conceſſit Nico. 4. per
eundem tenorem, & ſimilem continentium. & quia Io. 22. in
ſua decretali, quę incipit, ad cõditorẽ canonũ, vr ꝑdictis in ali
quo derogare uideo ẽt ad oẽm ambiguitatẽ remouendã occur
rit renouatio cõſtitutionis ꝑdictę de dictis ꝓcuratorib. facta
ꝑ Martinũ 5. cuius tex. incipit, Amabiles fructus. & inſerta to
ta forma decretalis Martini. 4. ſubdit poſtmodus ꝑfatus Mar.
5. infraſcripta verba, videlicet, Cum aũt ſicut exhibita nobis
nuper pro parte miniſtrorũ, cuſtodũ, & fratrũ prædictorũ peti
tio continebat, ꝙ licet ex litteris, & conceſſione præfatis ma
gnũ commodũ, quo puram in ipſo ordine obſcurantiam tene
re, & quietius diuinis officijs ac cõtẽplationi vacare valerẽt,
ſe conſequi, reportareque poſſe perſpiciant, ipſi tñ piæ memo
rię Io. Papę 22. etiam prædeceſſoris noſtri conſtitutione, quæ
incipit, ad conditorem canonum. per quam miniſtris cuſtodi
bus, & fratribus prædictis, ne litteris, & conceſſione præfatis ſi
ne apoſtolicę ſedis ſpeciali, licentia vtantur. Inter cętera pro
hibetur obſtante ſe litteris, & conceſſioni prædictis ſine cõſci
entiarum ſuarũ ſcrupulo licitè vti nõ poſſe formidant licẽtia
hmõi non obtẽta pro parte miniſtrorum, cuſtodũ, & fratrum
prædictorũ nobis fuit humiliter ſupplicatũ, vt ſuper his eis, &
eorum ſtatui, & commoditatibus paternaliter prouidere de
benignitate apoſtolica dignaremur. Nos igitur ex pręmiſſis, &
cęteris alijs cauſis aĩum noſtrum monentibus huiuſmodi ſup-
plicationibus inclinati, volumus & authoritate Apoſtolica te
nore præſentiũ miniſtris, cuſtodibus, & fratribus prædictis cõ
cedimus, quòd ipſi, & eorum ſinguli litteris prędictis ac oĩbus
in eis contentis liberè, & licitè vti valeant tandiu, & quouſq;
per ſedẽ prædictam in pręmiſſis eidem ordini vtilius fuerit or
dinatũ, non obſtantibus præmiſſis, & alijs quibuſcunque apo-
ſtolicis cõſtitutionibus cęteriſque cõtrarijs quibuſcunq;, &c.
poſtmodũ per conſequentiã, & concomitantiam idẽ Matt. 5.
hoc ẽt confirmauit, cõfirmando prędictas inſtitutiones factas
in pręfato cap. generali, aſſidẽte ꝑdicto legato in ſua cõſtitutio
ne, quæ incipit, perugilis more paſtoris. Et licet præfatę ſuæ
cõſtitutionis ſit derogatũ, quia caſſata eſt, reuocata, & annulla
ta per S. d. eum Eugeniũ Papam 4. in eo, ꝙ erat, & eſſe pote-
rat contra prædictas conſtitutiones dicti D. legati: attñ prædi
ctus Dñs noſter Eugen. 4. etiam per cõſequentiã, & concomi-
tãtiã prędictum priuilegium de procurationibus reſirmauit,
confirmando ꝑdictas cõſtitutiones pręfati dñi legati per ſuã
conſtitutionẽ, quę incipit, Vinea Dñi Sabaoth. Patet igitur, ꝙ
non eſt cõtra regulam manifeſte, vt aſſeris, cũ ſit per tot ſum-
mos Pontifices declaratũ, conceſſum, & roboratum. Patet ẽt,
ꝙ ſeruatis ſupradictis non pñt dicti fratres recipere pecuniam
per ſe, nec per interpoſitã perſonam, vt ſupra plenius eſt oſten
ſum. Textus conſtitutionis. Non aſtringentes propterea eos,
qui voluerint prædictas declarationes ſeruare, quin ſuo voto
ſeruare valeant. & tenere.

Apoſt. Berbag. Votũ noſtrum eſt votum regulare integrum
& perfectum. ſ. vitam iſtam ſemper, & regula obſeruare, nec
aliud votũ voui Deo meo. & ideo Dñs Cardinalis inſpiratus
à ſpiritu ſancto, quamuis diſpenſet cũ ſic viuere volentibus,
tamen plenam voluntatem, & liberam dimittit volentibus
votum ſuum obſeruare, quia ſecundum Dei voluntatem ſic
tenebatur facere, & non aliter.

86 Reſponſio. Votũ regulare integrum, & perfectum cuiuſcũ
que religioſæ profeſſionis reſpicit principaliter tria. ſ. obedien
tiã, paupertatem, & caſtitatem, nec profitens vouetur ſimplici
ter ſeruare oĩa, quæ ſunt in regula, ſeu vouet vitã regularem.
Vnde licèt dicat, voueo ſeruare regulam fratrum minorum,
attñ ſubdit viuendo in obedientia ſine proprio in caſtitate:
& propterea ex ſuo voto non aſtringitur, niſi ad ea quę in re-
gula cõtinetur preceptoriè, vel inhibitoriè, vel ęquipollenter,
vt plene declarunt ſummi Pont. videlicet Greg. 9. in ſua d. cõ
ſtitutione, quæ incipit, quo elongati. Item Inn. 4. in ſua d. con
ſtit. quæ incipit, ordinem veſtrũ. Item Alex. 4. hoc refirmauit,
Itẽ Nico. 3. in ſua d. decretali, exijt qui ſeminat. §. in primis. de
ver. ſig. 26. lib. Itẽ Clem. V. in ſua clem. exiui de paradiſo. §. cũ
igitur in primiſ. de verb. ſig. de quo profeſſionis voto, qualiter
obliget profitentẽ, bene declarat B. Thomas 22. q. 18. ſeruare
igitur conuenit vitam, & regulam, non verbaliter ſed realiter
cum effectu ſub vera obedientia prętatorum, iuxta illud Apo
ſtoli ad Heb. 13. Obedite ꝑpoſitis veſtris, & ſubiacẽte eis. Ip-
ſi. n. peruigilant quaſi rationem pro aĩabus veſtris reddituri,
vt cum gaudio hoc faciant, & non gementes, &c. Certè cha-
riſſime non ſufficit portare groſſum, vel aſperum, & ſtrictum
ac curtũ habitum, & reliqua non ſeruare: nam ſecundum Hie
ron. Qui crucem portat, & in ea non crucifigitur, non portat
vt Chriſtus ſuã. ſed vt cirẽnẽſis alienam. Crucifixus eſt enim
& blaſphemat Chriſtũ qui habitum religionis portat, ſed ope
ra ſecularium facit: hic, inquit, crucem habet, ſed nõ ſalutem:
mortem, ſed non vitam, imò pęnam, & damnationem. Proxi-
mus eſt cruce Chriſto, ſed remotus corde iuxta Chriſtum mo
ritur, ſed cum Chriſto non tranſit in paradiſum, ſed potius
cũ latrone blaſphemo & cum proditore diſcipulo, qui de cru-
ce deſcendit ad infernum, & de patibulo ad æternũ ſupplicũ,
&c. Vnde cum D. Cardinalis diſpenſando alleget clement. de
bueras intelligere, ꝙ conſiderauit occurrere ſtimulis fratrum
in his quæ clem. ponit de granarijs, cellarijs, ædificiis, paramẽ
tis, vſu arcto, & ſimilibus, & ideo diſpenſauit in his omnibus
quæ vltra cõtenta in ſuis cõſtitutionibus magis arctarent fra
tres & c. attamen qui ſe volunt ſtrictius mancipare, ſibi impu-
tent, vnde dicit non aſtringentes, &c. vt ſup. Miror tñ te tali-
ter conſtruxiſſe, vt intelligeres dici liberam voluntatem vo-
lentibus ſuum votum obſeruare. Non enim ſolitum eſt in-
ter fratres vouere, ſeruare declarationes Clementis, vel alte-
rius, ſed profitẽtur, & vouent ſeruare regulam, & vitam fratrũ
minorum. non igitur ex uoto principaliter, ſed ex conſequen
tia ad votum tenentur fratres ſeruare declarationes ſummo-
rum Pontif. in eo igitur, quod dicis, quia ſic tenebitur facere,
& non aliter, videris adhuc velle aſtringere ſummam autho-
ritatẽ ſuper terrã ad tuum ſenſum non rectè penſatum. quaſi
velis dicere, ꝙ nullo modo de tuo voto ſumma ſedes valeat
aliquid immutare, vel diſponere quacunq; de cauſa, quod ta
men falſum eſt, vt ſup. patuit, circa princ. 9. reſponſione. Nam
87 ꝑpõt monachum de monaſterio extrahere ipſo inuito, & con
tra voluntatem tam ipſius monachi. quàm Abbatis, & ſecũ
retinere, vel alicui prælato. aut etiã principi ſeculari in ſociũ
aſſicurare. 9. q. 3. c. ſi. & 8. diſt. quæ contra mores. & 11. q. 3. q.
88 reſiſtit. & quod plus eſt, audiui quia põt ex cã diſpenſare, vt
monachus recipiat vxorẽ, vt ſup. dictum eſt reſponſione. 9. §.
ſi ergo aĩabus, ver. vnde diſpenſat Papa. nã ſecundũ determi-
nationem Magiſtri ſentent. in 4. diſt. 30. etiã B. Virgo Maria
mater Dei in voto ſeruandę virginitatis reſeruauit ſuperioris
diſpoſitionem: vnde dicit Magiſter: Sanè credi poteſt non
ſolum Mariam, ſed ẽt Ioſeph apud ſe diſpoſuiſſe virginitatẽ
ſeruare, niſi Deus aliter iuberet, & inſ. ſubdit, niſi Deus aliter
inſpiraret. & inf. niſi de eadem. ſ. carnali copula ſpiritualiter
Deus præciperet. & Aug. dicit in lib. de nupt. & concup. ꝙ B.
Maria propoſuit ſe ſeruatorã virginitatem, niſi Deus aliter ei
89 reuelaret, &c. & ſic in votis, & iuramentis ſuperioris authori
tas intelligitur reſeruata in omni eo, in quo poteſt ſuperior au
thoritatẽ habere, vt patet Num. 30. Vbi pater irritat votũ &
90 iuramentum puellæ, & vir vxoris. ſic & Papa mandat vt iu-
rans veniat contra propriũ, & licitum iuramentũ, vt in c. ve-
91 nientes. ext. de iureiur. & in c. et te, eo. tit. ſic ẽt intelligitur re
ſeruata authoritas ſuperioris in promiſſionibus. vt ff. ad mu-
cip. l. imperatores. & in conſtit. Feder. de feud. §. fi. & ſic etiam
intelligitur reſeruata authoritas iuris canonici in iuramento,
vt in cap. ad noſtram. ext. de iureiuran. ſic, & pater retrahit de
monaſterio filium impuberem, etiam ſi ſteterit per annum, &
diem, & vouerit regularem vitam. 20. quæſt. ſi puella. & extr.
de regul. ſi quis autem. Quid igitur dicis, quia ſic tenebatur
92 facere, & non aliter, cum ſumma ſedes nulli legi, aut humano
iuri ſiue iudicio ſubiaceat, quàmuis, & condecentia ſeruet,
ext. de ſuppl. neg. licet. & 11. quæſt. 1. peruenit. Obligabis ne
Papam ſub voluntate tua, cuius imperio ſubiacet orbis ter-
ræ, & vniuerſi, qui habitant in eo, vt ſupra patuit in prima, &
& ſecunda reſponſ. &c.

93 Textus cõſtitutionis. Quo ad ſuprad. c. regulæ de modũ la
borãdi, & infra, mercesq. laboris, ſi pecuniaria fuerit ꝑ ſoluẽ-
tes ſtatum aſſignetur procuratori conuentus, ſiue loci, &c.

Apoſtol. contra regulam eſt manifeſtiſſime.

Reſpon-

Rñſio Duodecima ſupra ꝓximo c.regulæ,dixiſti cõtra regulam eſt manifeſtè, hic feciſti tranſitum de poſitiuo ad ſuperlatiuũ ſine medio,quia dixiſti manifeſtiſſime.Sed ſicut ibi fuit, & eſt manifeſta erroris confutatio, ita & hic tuo more erit manifeſtiſſima ad quod oſtendendum, primò ſummam tuum tacitum argumentem ſic: Regula dicit, de mercede verò laboris pro ſe, & ſuis fratribus corporis neceſſaria recipiant, præter denarios,vel pecuniam.& ſic regula prohibet fratres recipere pecuniã pro mercede laboris. Cõſtitutio aũt dictat,ꝙ merces laboris, ſi pecuniaria fuerit per ſoluẽtes ſtatim aſſignetͣ procuratori cõuentus, ſiue loci.ergo tu vis inferre, cõtra regulã,eſt manifeſtiſſime.Certe inferſ ꝙ cõſequẽtia eſt falſiſſima: nã nõ ſeqtur in ſyllogiſmis, Socrates prohibeſ currere, ergo & Plato: ſic etiã nõ ſequitur, fratres prohibẽtur recipere mercedẽ pecuniariã,ergo,& ꝓcuratores Apoſtolici. ponatur caſus in exemplo.Eſt frater in ordine notabilis ſcriptor,requiritur ab aliquo vt ſcribat ſibi antiphonarium: opus completum meretur mercedem centum ducatorum. dominus non vult fraudare ordinem mercede laboris. locus eſt grauatus multis,expenſis,& debitis, puta pro infirmis pro indumentis,nec non & pro loci reparatione, quia locus minabatur ruinam, an liceat fratri cum licentia, & diſpoſitione ſui prælati nunciare domino,qui fecit ſcribi librum, vt mercedem ſui laboris tradat procuratori conuentus. qui eſt ibi conſtitutus ex determinatione ſedis apoſtolicæ, tanquàm procurator bonorum ipſius eccleſiæ? Cui dubium, quòd ſic? nec per hoc poteſt concludi aliquo modo,quod frater recipiat pecuniam cum nec ipſe recipiat, nec intendat pro ſe recipe facere. Pro cuius dubij clariſſima ſolutione notanda ſunt verba Nic. 3.in d.decretali, exiijt.§.cœterum.nam,& illi quatuor magiſtri,qui conati fuerunt ſtrictius regulam intelligere ſecundum conſcientiæ, puritatem,dicunt quod quanquam frater non debeat tangere ſiue patrizare de prętio laboris poteſt tñ recta conſcientia dicere,hoc opus mereretur tantam mercedem, & ſic poteſt notificare valorem rei,licet non debeat diſceptare de foro. quæro magis,ergo licite poteſt dicere,quidqͥd placet tibi ſoluere pro mercede, aſſignes procuratori ordinis per ſedem apoſtolicam deputato, vt ſupra claruit euidenter in 10. reſponſione. Præterea cum iam determinatum ſit a ſede apoſtolica de modo obſeruando circa diſtractionem librorum, vt per procuratorem hoc fiat, poteſt a pari, & ſimili argui in caſu iſto. Maior patet in decretali Nicol.3. exijt, qui ſeminat.§. quia vero. de verb. ſignific. lib. 6. vbi dicit, quia vero dominium librorũ, & aliorum mobilium, quibus tam ordo,quàm fratres vtuntur,quæ tamen non ſint dominij aliorum,ad præfatam eccleſiam ſpecialiter ſpectare dignoſcitur, quos, libros, & mobilia interdum contingit, ſeu expedit vendi, vel etiam commutari fratrum vtilitatibus, & eorum conſcientijs prouidere volentes eadem authoritate concedimus, vt commutatio talium rerum ad eas res, quarum vſum fratribus licet habere de generalis, & prouincialiũ miniſtrorum in ſuis adminiſtrationibus coniunctim, vel diuiſim authoritate procedat, quibus etiam de diſpoſitione vſus talium rerum concedimus ordinare. ſi verò res huiuſmodi æſtimato prætio vendi contingat cum fratribus ipſis per ſe, vel per alium recipere pecuniam regula prohibente non liceat,ordinamus & volumus,quod talis pecunia ſeu prætium recipiatur,& expẽdatur in rem licitam, cuius vſum fratribus licet habere per procuratorem a pręſata ſede,vel a Cardinali gubernationem per ipſam ſedem gerent, eiuſdem ordinis deputandum, iuxta modum in ſuperioribus neceſſitatibus præteritis ingruentibus ordinatum,&c.Minor ſequitur ex antecedẽti ſic, quod talis procurator recipiat prætium rerum venditarum ex ordine, & diſpenſet pro fratrum neceſſitatibus,non eſt contra regulam,ergo nec eſt contra regulam ſi recipiat prætium pro mercede laboris,& diſpenſet,&c. Præterea ſi de quo magis videtur ineſſe,& non ineſt,ergo nec de quo minus, Top.2. extra de elect.cũ in cunctis.& 32. q.5. ſi paulus.cũ ſimilib. Sed magis videtur eſſe contra regulam receptio pecuniaria per procuratorem,vbi maiori expreſſione regula prohibet,quam vbi minori, & tamen vbi regula videtur expreſſus prohibere,talis receptio nõ eſt cõtra regulam ergo nec vbi minus. Conſtat autem, ꝙ magis expręſſe videtur regula prohibere vbi dicit,præcipio firmiter fratribus vniuerſis, vt nullo modo denarios, vel pecuniam recipiant per ſe, vel interpoſitã perſonam quam vbi dicit, de mercede verò laboris per ſe, & ſuis fratribus corporis neceſſaria recipiant præter denarios, vel pecuniam, & non dicit vltra. ſed ibi talis receptio per procuratorem, vel per nuncium non eſt contra regulam vt ſupra probatum eſt in decima reſpõſione,ergo multo minus hic, & ſic apoſtilla tua eſt falſiſſima,quia hic dixit, cõtra regulam eſt manifeſtiſſime.

94 Textus † conſtitutionis poſt vltim. capitu. ibi, teneantur firmiter obedire in in his omnibus ſup.dictis,& alijs licitis & honeſtis quæ non ſunt contra animam ſuam, & regulam dicti ordinis.

Apoſtil. Berbeg. Hic Domi. Cardinalis a Spirituſancto inſpiratus liberat omnes pure, & perfectè volentes regulam obſeruare ab omni ordinatione veritati, & puritati regulæ contraria,ſed purã, & liberam,& plenam dare omnibus facultatem in obſeruantia regulari, quia ſic tenebatur facere de iure diuino et humano,& ita ſemper intellexit facere. ſed ſi forſitam falsè,& ſiniſtrè fuit in aliquibus ordinationibus cõſultus ab ordinis pręlatis, vel præſidentibus,nunquam tamẽ intendit,nec voluit veritati regulæ in aliquo derogare, & iſta eſt voluntas Dom.noſtri Papæ,& etiam Dom. Cardinalis,ſicut hic litera manifeſtè dicit,& explicat ſanctam, & rectam,& iuſtam intentionem ipſorum.

Decimatertia Rñ. Videris oñdere te fuiſſe in cripta Toletana,ita noſti ſolẽniter diuinare,cũ aſtrictionẽ, & obligationẽ nominas liberationem.hic equidem Dom. Cardinalis dicit, volumus, & mandamus, ac ſtricte ꝓcipimus vniuerſis, & ſingulis fratribus eiuſdem ordinis,& infra,quod in his omnibus ſupradictis ſuis prælatis teneantur firmiter obedire,&c. & tu dicis,quod liberat omnes purè,&c. & ſic iterum velles regulam intelligere tuo ſenſu,vt liceret tibi viuere in ſpiritu libertatis,ne ſub illius obedientia redigaris,quaſi velis ſuſcitare hęreſim Begandorũ, & Beginarum, aſſerentium poſſe quem ad talem perfectionis gradum deuenire, quod in tali gradu,& ſpiritu libertatis conſtituti non ſunt humanę ſubiecti obedientiæ,nec ad aliqua præcepta eccleſiæ obligãr,quia vt aſſerunt, vbi ſpiritus dñi, ibi libertas, ſicut dicit Apoſtolus. 2. ad Corinth.3. quod tamen Apoſtolus ſane intelligit de libertate a peccato, quia qui facit peccatum, ſeruus, eſt peccati, Io. 8. non autem hoc intelligitur a ſeruitute, qua viri quantuncumque perfecti,ſunt aſtricti prælatis eccleſiæ, vel etiam principibus ſecularibus: nam virtus, qua homo ſubiicitur homini, ad corpus pertinet,non ad animam, quæ manet libera, vt dicit Seneca tertio de benefic. vbi dicit: errat, qui æſtimat ſeruitutẽ in totum hominem deſcendere, pars eius melior excepta eſt,corpora obnoxia ſunt & ſtricta, mens quidem ſui nutus eſt. licet igitur in via per Chriſti gratiam à defectibus animæ liberemur, non tamen liberamur a defectibus corporis,vt probat Apoſtolus ad Roma. 7. ibi, video aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ,& captiuantem me ſub lege peccati, quę eſt in membris meis.infelix ergo hõ, quis me liberabit de corpore mortis huius? gratia Dei per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum: eſt enim eccleſia militans exemplata diuinitus à triũphante,iuxta illud Io.Apoc.20. vidi ciuitatem ſanctam Hieruſalem nouam deſcendentem de cœlo, & Moyſi dictum eſt, Exod. 25. in fin. inſpice, & fac ſecundum exemplar, quod tibi in monte moſtratum eſt. Cum igitur in eccleſia triumphante ſit vnus ſummus princeps cuius obedientiæ tota ipſa eccleſia perfectiſſimè eſt ſubiecta: ſic ergo neceſſe eſt toti militanti eccleſiæ vnum ſummum principem pręſidere, cuius imperio pareant,vnde dixit Dominus Hieremiæ tanquã Papæ, Ego quippe dedi te hodie in ciuitatem munitam & in columnã ferream, & in murum æreum ſuper omnem terram regibus Iuda, & principibus eius, & ſacerdotibus, & omni populo terrę.Hiere.prima. ad hoc. 17. diſtinct.conſilia ſacerdotum, §. hinc etiam,verſi.de clericis. 19. diſtinct. in memoria.8.quæſtio.4.non ne. 11. diſt. nolite.& cap. quis neſciat 12.diſt.non decet,& cap.præceptis Apoſtolicis, & ſicut in triumphante eccleſia diſtinctæ ſunt hierarchiæ, ita & in militante cõuenit deſignari gradus dignitatum, vt imperialis,Regalis &c. quibus etiam obedire oportet in his, quæ non ſunt contra Deum. 1.P.2.ſubiecti eſtote omni humanæ creaturæ propter Deũ,ſiue regi quaſi pręcellenti, ſiue ducibus,tanquã ab eo miſſis ad vindictã malefactorum, laudem verò bonorũ &c.ſubijciunt tñ,& ipſi principes põtificũ obedientię in ſpiritualibus,& ſummo Pontifici in vtriſque,videlicet ſpiritualib.& tpalibus,vt in c.ſolitę,extra de maio.& obedientia,& 22.diſt.omnes.ibi,qui beatæ,eternæ vitæ clauigero terreni ſimul & cęleſtis imperij iura commiſit, de quo etiã in cap.1. de iureiur. in clemen.extra de iudic. nouit. in gloſ.

per

per hoc facit 10. diſtin.ſuſcipitis.prima.quæſt.4.quia præſulatus.19.diſtin.ita dominus.cum ſimilibus. illi autem Beregardi & Beginę,qui aliter de obedientia ſentiebant,damnati fuerunt de hæreſi,vt in cap.ad noſtram.de hæreti.in clemen.deponas igitur omnem tui cordis nebulam, & ambiguitatem mẽtis, ac caliginem intellectus,& humilia animam tuam,tollens iugum domini ſuper te, quia ſuaue eſt & onus leue, Matth. 11. & noli imponere iugum domino ſummo Pontifici,cuius perſonam repręſentabat Reuerendiſ. D.legatus, de quo præſumis dicere, quia ſic tenebatur facere de iure diuino & humano,quaſi velis imponere legem, ſub cuius te oportet degere lege,nonne eccleſia dedit tibi legem & regulam,ſub qua Deo dignè valeas militare,& informes animam tuam ad obediendum Deo & eccleſiæ ſanctæ ſuæ? Quid potuiſti totis tuis viribus indagare,vt falſe & ſiniſtrè, vt imprudenter aſſeris, fuerit in aliquibus ordinationibus conſultus præfatus D. Legatus à pręlatis & præſidentibus ordinis, gratias ago Deo meo, cui ſeruire intendo in ſpiritu & veritate, quia in omnibus ordinationibus & conſtitutionibus factis & editis per ſæpedictum D. Legatum, neſciuiſti quid aliud ſubindire, niſi illud in compactum tuum verbum contra regulam eſt manifeſte & manifeſtiſſime, quod tamen vt ſupra ſuis locis patuit falſiſſimum eſt & inane. Libeat igitur reuerti ad cor tuum, recognoſce culpam de tanta irreuerentia erga tantam celſitudinem poteſtatis ſacroſanctæ Rom. Eccleſiæ, corripe te ipſum, muta mores, renoua ſenſus, attende mandatis,præbe diligenter aures ad auditum,& dic Eccleſiæ ſanctæ Dei, Bonitatem,& diſciplinam, & ſcientiam doce: quia mandatis tuis credidi. priuſquam humiliarer,ego deliqui; iam amplius non delinquam. Quia humilibus Deus dat gratiam. gratiam autem & gloriam dabit Dominus: cui gloria, laus, decus,& imperium per infinita ſęcula ſęculorum Amen. Vale Frater,& ora pro me. Ex vrbe Anno D. M. CCCCXXXI. Indict. 9. de menſe Maij.

Series chartarum.

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X.

a b c d e f g h.

Omnes ſunt quaterniones præter G ternio, & X qui eſt Quinternio.

L A

VENETIIS, APVD IVNTAS.

M D LXXXVI.

A

CEL

In qua Re

V

APPENDIX
AD REPETITIONES
IN IVRE CANONICO.
In Primum & Secundum Decretalium Libros,

CELEBERRIMI I.V.C. ATQVE IN ROMANA CVRIA ADVOCATI PRÆSTANTISSIMI,

D. Quintiliani Mandoſij.

In qua Repetitiones aliquot ſingulares ab ipſomet Auctore recognitæ, præſtantiſſimorumq; virorum ſtudio ac diligentia perpenſæ, nunc primùm in lucem prodeunt.

Cum Summarijs & Indice rerum ac verborum locupletiſſimis.

CVM LICENTIA SVPERIORVM, ET PRIVILEGIIS.



VENETIIS, APVD IVNTAS.

M D LXXXVII.

ELENCVS RVBRICARVM
Et Capitulorum.

Rubrica de Conſtitutionibus.	fol. 2.
Cap. 1. eod. tit.	fol. 6.
Cap. 2. eod. tit.	fol. 13.
Cap. cùm M. Ferrarienſis. eo. tit.	fol. 20.
Rubrica de Reſcriptis.	fol. 20.
Cap. ſuper litteris. eod. tit.	fol. 30.
Rubrica de officio deleg.	fol. 32.
Cap. 1. eod. tit.	fol. 34.
Cap. ſi pro debilitate. eo. tit.	fol. 40.
Cap. in litteris. eod. tit.	fol. eo.
Cap. cùm in iure. eod. tit.	fol. 47.
Rubrica de in integrum reſtit.	fol. 50.
Cap. 1. eod. tit.	fol. eod.
Rubrica de probationib.	fol. 55.
Cap. 1. eod. tit.	fol. 61.
Cap. quoniam contra. eod. tit.	fol. 66.

INDEX RERVM, ET VERBORVM,

QVAE IN IIS D. QVINTILIANI

Mendoſij Repetitionibus continentur.

ABROGATÆ leges allegari prohibentur. c.1.de conſti.nu.76. fol.11
Abrogata lex pro habentibus tractum de pręterito allegari poteſt,ibi.nu.82. fol.12.
Abſolutè aduerbium qualiter accipiatur, in rub.de offi.dele.nu.13. fol.33
Abſolutionem ab excommunicatione Canonicus pro Canonico petere poteſt. c. cum M.de conſti.nu.96. fol.27
Abſtractum & concretum, qualiter accipiantur in rub.de proba.nu.5. fol.21
Acceptationem beneficij per procuratorem nulliter factam non pręiudicare.c.in literis.de off.dele.nu.26. fol.45
Acceſſus non tutus quomodo probandus ſit?c.quoniam contra, poſt nu.20.in 15.modo,de prob. 69.&70
Accidenter quę proueniunt & non inſunt a natura homini nō pręſumuntur.c.cum in vno,de off.dele.nu.5. fol.47.
Acta originalia penes notarium eſſe debent,c.quoniam contra,nu.43.de proba. 72.
Acta iudicij abſque teſtibus probant, ibi.nu.60.& ſeq. .73
Acta omnibus,quorum intereſt ędi debent,c.1.de prob.num.101.fo.76
Actio per litis conteſtationem perpetuatur , c.quoniam contra,nu.187. de proba. 80
Actio ſubrogata in locum legis Aquilię datur ad ſimplum , & non ad duplum,c.ſi pro debilitate,nu.17.de off.dele. 41
Actionem omnem uenire ſub clauſula, petens ſibi ius, & iuſtitiam miniſtrari,c.j.de off.dele.nu.18.fol. 36
Actor ad intentionem rei fundandam,an ędere teneatur? cap.j.de proba. nu.82. fol.66
Actor inſtructus uenire debet,ibi.nu.83. eo.
Actore probante reus condemnandus eſt , rub.de prob.nu.25. fol.62.
Actoris intentio,an iuramento probari poſſit?ibi.num.26. eo.
Actori de domo rei arma ſumere non licet,c.1.de prob.nu.34. f.64
Actori ad intentionem coadiuuandam reus ędere tenetur,ibi nu.78.f.66
Actor non tenetur ędere ad compenſationem probandam,ibi.nu.89.eo.
Actoris,& rei eadem debet eſſe conditio,cap.quoniam contra, de proba. poſt,num.131. fol.77
Actori dilatio concedi non debet,ibi.nu.136. eo.
Actori an dilationes concedi debeant,ſi ceſſionarius rei ad cauſam uenerit , ibi.
Actor forum rei,ſequi debet,c.1.de in inte.reſti.nu.70. fol.60
Actorum ex inſpectione probatur libellum non porrectum,lite non conteſt.&c.c.quoniam contra,poſt nu.16.de proba. f.68
Actus facilius coadiuuatur,quam de nouo concedatur,c.1.n.80.de prob. fol.66.
Actus primus iudiciarius in ſummarijs litis conteſtationi ęqui pollet,cap. quoniam contra,de prob.nu.163. f.79
Actus retractatio,an ſit damnum,vel pęna,c.2.de conſti.nu.10. fol.60
Adoptiuos filiorum appellatione non venire, c.in literis, nu.5.de in inte. reſtitu. fol.51
Aduerſarius quis dicatur,c.quoniam contra, nu.85.de prob. fol.74
Aduocati propter abſentiam,an ſit danda dilatio, ibi.nu.143. fo.78
Aduocatus litis expenſas quas feciſſet ſi aduocatum conduxerit repetit, ibi. poſt num.151. eo.
Aduocati inquiſitum de hæreſi defendentis proteſtationis formula, in c. cum M.nu.124.de conſtit. fol.28
Ædere an teneantur Datarij,vel Publicani,in c.j.de prob.poſt nu.59.
Ædi debet eccleſię ad eius intentionem fundandam,ibi.nu.60. f.25
Æquipollentium quid fiat non refert,c.cum M, de conſtit.nu.48. f.24
Æquitas eſt cauſa generalis cuiuſlibet ęditionis, c.1.de prob.nu.79.fo.66
Æquitas rigori pręponenda,c.ſuper literis,de reſcrip.nu.10. f.35
Æquitatem in iudicio interpretamur iuſtitiam, cap. quoniam contra , de prob.num.2. fol.68
Æquiuocatio tollitur etiam per indicia,c.cum M.nu.15.de conſti.fol.22
Agentes,& conſentientes pari pęna puniuntur, c.1.de off.delega.nu.26. fol. 36.
Alienatio ſubditorum in dominum ęque idoneum fieri permittitur, in c. 1.de prob.nu.18. fol. 62
Alienationem rei eccleſiaſticæ ad ſex annos tota corruit , in c.j.de in inte. reſti.poſt nu.37. fo.53
Alienationis rei eccleſiaſticę ad validitatem, quæ requirantur?ibi.nu.65. fol.55
Alienatio rei eccleſiaſticę vtilis an ſine ſolemnitatibus valeat?ibi.n.66.eo.
Alienata vt reducantur ad ius eccleſiæ dici poſſunt ſola poſſeſſione tranſlata, ibi.nu.39. fo.54
Alius dictio,nonnunquam diuerſitatem in ſubſtantia, & qualitate denotat,in c.quoniam contra,de prob.n.131. fol.77
Alluſio diffinitioni non contraria attendenda eſt,in rub.de cōſti.n.18.f.3
Anima omnis Papæ ſubijcitur,c.1.de conſti.nu. 17.f.7
Anima quę peccauerit ipſa morietur,c.2.de conſti.num.41. f. 6
Animus per proprium iuramentum probatur. in rub.de prob.n.72.f.50
Annullatio actus,an ſit pęna,c.2.de conſti.nu.40. fo.16.
Antiqua in ſententia delegatorum mandatum pręſumitur,c.cum in iure, de off.dele.nu.26. fol.49
Antiquius an ſit ius non ſcriptum?in rub. de conſti.nu.9. fo.2
Appellans, ad iudicem a quo rediens, appellationi renuntiare dicitur , in c.cum M.de conſti.num.106. fol.28
Appellationi non renuntiat pro reuocatione grauaminis comparens, ibi. nu.8. fo.21
Appellari infra decem dies debet ab interlocutoria,c.quoniam contra,de proba.nu.236. fol.84
Appellandi dilatio decem dierum,ibi.nu.114. f.76
Appellari poteſt incontinenti a diffinitiua abſque ſcriptura , ibi. nu. 238. fol.84.
Appellatur ab interlocutoria ſemper in ſcriptis,ibi.num.139. fo.78
Appellationis iudex poteſt ſententiam a qua appellatum fuit etiam reformare,in c.in literis,de off.dele.nu.56. fol.47
Appellationem quem proſequi non potuiſſe probatio, in c.quoniam contra.poſt nu.20.de proba. f.69
Appellatum eſſe infra decendium,appellans probabit, ibi. poſt nu.30.in 5.limi. fol.71
Apoſtolica ſtatuta ad deciſionem cauſarum allegantur , c.1.de conſti.nu. 42. fo.9
Apoſtolos ad petendos dilatio 30.dierum,in c.quoniam contra,nu.115. de proba. fol.76
Arbitria inſtar iudiciorum reducta ſunt,ibi.num.64.fol.72. & in c.ſi pro debilitate,nu.43.de offi.dele. 43
Arbitrio iudicis remittuntur,quæ a iure determinata non ſunt,ibi.nu.28. fol.42
Arbitratu filij , ideſt arbitrio boni uiri, ibi.nu.40. eo.
Arbiter & iudex differunt,ibi.nu.41. eo.
Arbitri an ſuas ſententias declarare poſſint?in c.in literis, de offi.dele.nu. 14. fo.44
Arcem perdens capite punitur,c.2.poſt nu.58.de conſtit. fol.17
Archidiaconus non habet iuriſdictionem ordinariam in rub.de offi.dele. nu.1 .fol.32
Archidiaconus maior archipresbytero in adminiſtratione,ibi.poſt numero 4. eo.
Archidiaconus de iure non habet uocem in capitulo.ibi.poſt num.4. eo.
Archiepiſcopus non poteſt ſe impedire in cauſis ſui ſuffraganei , niſi per uiam app.c.in literis,de off.dele.nu.58. fol.47
Archiepiſcopus propter epiſcopi negligentiam adiri poteſt,ibi.nu.59.eo.
Archiepiſcopus eſt iudex ordinarius epiſcopi,ibi.nu.60, eo.
Archipresbiter an habeat iuriſdictionem ordinariam.in rub. de offi.dele. nu.2. fol.32
Argumentum de feudo ad emphyteuſim ſubſiſtere, c.cum M. de conſtit. nu.116. fol.28
Arg.ad arbitria a iudicijs,c.quoniam contra,de proba.nu.64. fo.73
Arg.a procuratore conſtituto ad ſubſtitutum valet,ibi.nu.67. eo.
Arg.a cauſa finali, rub.de conſti.nu.26. fol.4
Arg.a matrimonio carnali ad ſpirituale,c.quoniam contra.de prob.num. 97. fol.75
Arg.a bello ad iudicia,ſeu ad lites,ibi.nu.145. fol.78
Arg.ab appellatione ad recuſationem,ibi.nu.155. eo.
Arg.a ſufficienti partium enumeratione,ibi.nu.53. fol.72
Arg.ab alluſione,in rub.de conſti.poſt,nu.18. fo.3
Arg.ab ordine titulorum.in rub.de proba.poſt nu.2. fo.56
Arg.an ſumi poſſit a lege abrogata,c.1.nu.80.de conſti. 11
Arg.quid ſit,rub.de prob.nu.8. fol.56
Arg.a lege,uel ſtatuto,ad contractū,vel pactū,c.j.de proba.nu.9. fo.63
Arg.a ſpeciali,ibi.nu.3. fol.61
Arg.ab ordine maximè attendi,c.quoniam contra,de prob.nu.160.fo.78
